00066776

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY.
Town Hall, Bombay.

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019

DE RE DIPLOMATICA LIBRI VI.

869

IN QUIBUS QUIDQUID AD VETERUM Inſtrumentorum antiquitatem, materiam, ſcripturam & ſtilum; quidquid ad ſigilla, monogrammata, ſubſcriptiones ac notas chronologicas; quidquid inde ad antiquariam, hiſtoricam, forenſemque diſciplinam pertinet, explicatur & illuſtratur.

ACCEDUNT

Commentarius de antiquis Regum Francorum Palatiis.
Veterum ſcripturarum varia ſpecimina, tabulis LX *comprehenſa.*
Nova ducentorum, & amplius, monumentorum collectio.

Opera & ſtudio Domni JOHANNIS MABILLON, Preſbyteri ac Monachi Ordinis S. Benedicti è Congregatione S. Mauri.

Editio Secunda ab ipſo Auctore recognita, emendata & aucta.



66776
I-a-5


LUTECIÆ-PARISIORUM,
Sumtibus CAROLI ROBUSTEL, via Jacobea ad inſigne arboris Palmæ.

M. DCC. IX.

CUM PRIVILEGIO REGIS ET SUPERIORUM FACULTATE.

0
417
Mab/Der
66776

00066776


ARCHIVA
DE RE DIPLO-MATICA
Veri, Justique Scientia Vindex.
P. Monier in.
P. Giffart Fecit



ILLUSTRISSIMO VIRO DOMINO D.

JOHANNI BAPTISTÆ
COLBERT

REGI AB INTIMIS CONSILIIS

ET SECRETIORIBUS MANDATIS,

GENERALI ÆRARII MODERATORI,

SUMMO REGIORUM ÆDIFICIORUM PRÆFECTO,

REGIORUM ORDINUM QUÆSTORI,

Marchioni de Seignelay, Baroni de Seaux, &c.

CONVOLAT in ſinum tuum, VIR ILLUSTRISSIME, *noſtra de re Diplomatica lucubratio, quam tibi non ingratam fore ſperamus, cùm ob tuum in litteras atque artes ſtudium & amorem, tum ob argumenti ipſius novitatem.*

Iam quidem tot nos præceptoribus, tot artibus atque ſcientiis inſtruxit antiquitas, nullæ ut nobis deeſſe videantur;

nec cenſeri poſſit ulla ætas felicior quàm noſtra, cui docendæ expoliendæque priores inſudarunt. Verumtamen una nobis ex tota antiquitate relicta erat ipſius antiquitatis ſcientia, quæ à majoribus noſtris neglecta, mirum eſt quantum hoc ævo ſplendoris ac lucis acceperit. In eo autem genere non infimum obtinet locum rei Diplomaticæ notitia, quæ intimis archivorum receſſibus hactenus concluſa tenebatur; nec è tenebris emergere valebat, nullo manum porrigente. Vetus quidem & modò vulgaris eſt ejus profeſſio, VIR ILLUSTRISSIME, *utpote quam omnes fere ſectantur, homines forenſes & hiſtorici, docti pariter & indocti: ſed tamen jacebat illa inculta ſine regulis, ſine legibus, præter eas, quas pro ſuo quiſque captu ac genio confingebat. Hinc nata eſt confuſio ingens: falſa plerumque judicia de veris inſtrumentis, inanes paſſim conjecturæ de falſis: ſanctiorum Diplomatum reverentia vix ulla, nulla pæne auctoritas, niſi admodum apud æquiores & magis eruditos, qui animum à moroſis pſeudocriticorum præjudiciis repurgatum habebant. Intelligebant ſanè cordati quique huic malo ſuccurrendum, atque in primis opus eſſe delectu, ut confuſio vitaretur: quâ ſublatâ, vetuſtis monumentis ſua religio & auctoritas facilè reſtitueretur. Tentatum eſt remedium: ſed, quale in deſperatis vulneribus adhiberi ſolet, extremum, quo nimirum cum malis etiam bona præciduntur.*

Indignè tuli, fateor, hanc rei litterariæ plagam; nec mora opem ferre conſtitui archivis, præſertim Gallicanis, quibus maximè hæc clades imminebat. Sed me à propoſito revocabant rei difficultas, invidia, dubiuſque eventus, ac præcipuè conſideratio hominum noſtri temporis eruditiſſimorum, qui hoc argumentum longè me feliciùs & meliùs pertractare poſſent. Verùm illi ab opere manum continebant, ſive quòd nullam ingenii ſperarent gratiam circa rem, etſi neceſſariam,

procul tamen ab oſtentatione poſitam: ſive quòd iis monumentis, quæ hæc tractatio exigit, deſtituerentur. Mihi verò cogitanti laudabilem eſſe inveſtigationem bonarum rerum, & ſpecioſis aliquando utilia præponenda; in hunc campum aleæ plenum deſcendere viſum eſt, ut deſertam illam rei litterariæ partem pro modulo illuſtrarem. Accedebat huic conſilio magnum adjumentum ex archivis præſertim monaſteriorum noſtrorum, in quibus multigena antiquitatis monumenta etiam nunc religiosè aſſervantur. Ex illis ergo promtuariis optimum duxi rei Diplomaticæ lucem aliquam afferre, ſuam Sacris ſummorum Pontificum reverentiam reſtituere; ac præcipuè Regum noſtrorum Diplomatibus debitam auctoritatem poſtliminio vindicare. Quod ſi pro deſtinato ſcopo utcumque exſequor; apparebit certè, non minùs ex monaſteriorum noſtrorum ſcriniis regalem erui ac conſervari dignitatem atque memoriam, quàm ex Bibliothecis noſtris aucta eſt, profecitque Eccleſia. Felici quippe ſorte accidit, ut apud nos Regum noſtrorum monumenta perennent, dum noſtra ſervamus: nec liceat nobis æternùm eſſe acceptorum beneficiorum memores, niſi cum immortali memoria regiæ pietatis.

Hæc ideo commemoro, VIR PRÆSTANTISSIME, *quòd nihil magis tibi cordi eſſe ſciam, quàm Regum noſtrorum celebritatem, Regni ſplendorem, præſertimque* LUDOVICI MAGNI *gloriam immortalem. Huc omnia ſtudia tua ſe conferunt: huc tendunt omnes curæ ac cogitationes tuæ: huc liberorum tuorum tam accurata & religioſa inſtitutio: huc molimina magnarum rerum, de Francica hiſtoria, de inſtruenda ampliſſima Bibliotheca in reipublicæ commodum & utilitatem: huc denique artium omnium ac ſcientiarum amor ſtudiumque ad regni decus & ornamentum. ut omnes intelligant, nullum aliud regnum dignius eſſe ma-*

ximo Rege; nec ampliſſimo regno ullum Regem eſſe digniorem.

Cùm itaque eæ ſint animi tui interdiu noctuque cogitationes, ILLUSTRISSIME DOMINE, *tibi probatum iri confidimus hoc opus, in quo veterum Regum Francorum monumenta eruuntur, illuſtrantur, vindicantur: in quo eorum pia facta elucent, exprimuntur imagines; itinera & ſtationes, necnon principatûs anni ſtudioſè explicantur. quæ omnia quantum ad illuſtrandam Regum hiſtoriam conferant, tu unus omnium maximè intelligis. Propterea quaſdam regulas proponimus, non ex mero arbitrio confictas, ſed ex variis Diplomatum formulis erutas pro temporum varietate: ut in veris diſtinguendis à falſis deinceps juventur ſtudioſi. Abſit tamen ut hac in re magiſterii partes mihi arrogem. Quippe in republica litteraria omnes liberi ſumus. Leges ac regulas proponere omnibus licet, imponere non licet. Prævalent iſtæ, ſi veritate ac recto judicio fulciantur: ſin minùs, ab eruditis & recte ſentientibus meritò reprobantur. Eadem fortuna ut meis, ſi quæ à veritatis tramite aberrant, etiam contingat, ultro aſſentior: neque commiſſurus ſum, ut gratiam auctoritatemque tuam, quæ ad æquitatem, juſtitiam, ac veritatem tuendam comparata eſt, erratis meis velim patrocinari.*

At quantumvis de judicio tuo, VIR ILLUSTRISSIME, *deque ſucceſſu operis anxium & ſuſpenſum me reddat conſcientia tenuitatis meæ: non deſunt tamen, quæ timidum ac diffidentem ſibi animum conſolentur. Tibi enim etſi non placebunt cetera, placebit ſaltem auctoris conatus; placebit argumentum; placebunt veterum ſcripturarum inciſa æri ſpecimina, quorum conſilium Carolus IX Francorum Rex ſuffragio ſuo quondam dignatus eſt. Placebit denique veterum Diplomatum permultorum ſelecta collectio,*

qualem ad Francicam hiſtoriam adornandam jamdudum deſiderabas. Verùm etiamſi hæc omnia deeſſent, probares utique commentarium de antiquis Regum noſtrorum Palatiis, quorum tibi uni convenit argumentum. Nimirum cùm regiis ædificiis præfectus ſis, ita ampliſſimi officii curam exſequeris, ut & antiqua in nitorem priſtinum contineas, Caſſiod. lib. 7. epiſt. 5.
& nova ſimili antiquitate producas. *Sic fit, ut in uno* LUDOVICI MAGNI *palatio veterum magnificentia ſplendorque tantum obſcuretur, quantum ipſe priſcis Regibus antecellit.* Hæc legatis ſub admiratione monſtrantur: & prima fronte talis Dominus eſſe creditur, quale ejus habitaculum comprobatur.

Sed eſt aliud, quo horum palatiorum conſideratio te vocat. Celeberrima fuère quondam ex illis pleraque, Cariſiacum, Silviacum, Baſivum, Mamaccæ: ſed nunc ita obſcura, ut vel de eorum ſitu apud eruditos modò non conſtet. Suam cuique ſedem reſtituimus: ut ſit reverentia locis, quæ Auguſta illa capita ſuâ quondam præſentiâ decorarunt. Inde verò tute intelligis, VIR PRUDENTISSIME, *nulla Regum monumenta per has ſæculi fluxas imagines durabilia eſſe præter præclara facinora, præter benefacta in Deum & Eccleſiam; in populum, atque adeo in homines litteratos; quæ quovis ære ac marmore perenniora ſunt. Quapropter optimè conſulis Maximi Regis famæ immortali, cùm ejus mandato ac liberalitate eruditos homines fuſis ex ærario donis recreas & accendis: certus ſilere aut frigere annales, niſi Muſæ à Principibus foveantur. Ego verò me impensè dotatum ac perbeatum exiſtimavero*, VIR ILLUSTRISSIME, *ſi modò (quod unum à Te efflagitare mihi liceat) ſi, inquam, Congregationi noſtræ, quæ litteras litteratoſque pro modulo colit, in poſterum favere pergas; ei nimirum Ordini, cujus inſtitutum Carolus Magnus &*

EPISTOLA.

Ludovicus Pius Auguſti pro regali munificentia augere, & pro ſua pietate ad puriorem vivendi normam revocare ſtuduerunt: hoc ſcilicet animo reputantes, nullum eſſe majus reipublicæ commodum & ornamentum, quàm ex bene conſtituta religione; nec ullos Regibus magis fideles ſubditos inveniri, quàm bene moratos. Nos autem in id utrumque pro virili connitimur omnes; multumque in eo nos profeciſſe demum intelligemus, ſi Regis maximi gratia in nos uſque redundabit. Hanc à tuis ſperamus officiis, VIR ILLUSTRISSIME, *& memores tuorum erga nos meritorum, tibi perenne hoc obſervantiæ noſtræ monumentum ex animo nuncupamus.*

Tibi addictiſſimus & obſequentiſſimus
F. JOHANNES MABILLON M. B.

PRÆFATIO.

DUÆ res ad ſubeundum hoc opus me impulerunt, nempe utilitas argumenti cum novitate conjuncta, atque defenſionis neceſſitas. Hanc neceſſitatem probat operis occaſio, quam libri primi initio expoſui: utilitatem ipſe argumenti conſpectus. Totum diſtribuimus in libros ſex: quorum tribus primis præcipuam rei ſummam exſequimur: in quarto agimus de Regum Francorum Palatiis, quorum notitia pendet maximè ex diplomatibus, ipſiſque illuſtrandis non parum confert: in duobus poſtremis libris ſpecimina in æs inciſa, variaque monumenta proferimus in ſuperiorum librorum probationem. *Tunc* enim *dignum operæ pretium venit, cum inter ſe congruunt præcepta & experimenta.* Hæc ob Lectoris oculos breviter, quoniam ſuis locis abunde explicata ſunt, exponere ſatis fuerit: ne ſi ea fuſiùs perſequeremur, eadem iterum repetere neceſſe foret. *Quintil. lib. 12 cap. 16.*

Quàm primùm verò ad perficiendum incœptum me accinxi, in primis exiſtimavi opus eſſe diligentiâ: ob idque varia eccleſiarum ac monaſteriorum archiva perſcrutari, ac per ſodales noſtros amicoſque conſulere ſtatui. Et quoniam præcipuus adverſariorum conatus in Dionyſianum archivum exſertus fuerat; accuratè ſingulos ejus forulos revolvi cum ſocio meo Michaële Germano, cujus ſedulitas atque induſtria mihi numquam defuit. Acceſſit etiam in laboris ac diligentiæ conſortium noſter Claudius Stephanotius, qui pleraque Galliæ tranſligeranæ archiva indefeſſo ſtudio perluſtravit. Præter ea in alia etiam loca profecti ſumus, nempe in Campaniam, Lotharingiam, vicinaſque provincias, quarum tabularia diligenter excuſſimus, faventibus ultro religioſiſſimis viris Benedictinæ Congregationis S. Vitoni, qui nobis nihil clauſum, nihil inviſum reliquerunt. Ad hæc libros editos, qui è re noſtra erant, cùm eos, qui criticen de ſingularibus inſtrumentis continebant; tum illos, qui chartarum collectiones complectebantur, ſtudiosè revolvimus. His enumerandis ſuperſedeo, ne in venditando labore noſtro immodicus videar: cùm alioqui ſingulorum nomina & vocabula ſuis locis adſcripta ſint.

At non poſſum temperare à commemorandis beneficiis laudatiſſimi viri Antonii Vionis Herovallii, qui quotquot ex univerſis Gallicanis eccleſiis

corrogare valuit chartaria ſeu inſtrumenta, ea plena & liberali manu in nos contulit: adeo ut inſtar publici cujuſdam archivi nobis fuerit, ut eſt litteratis omnibus inſtar patroni ſingularis.

Jam verò diligentiæ moderationem conjungere operæ pretium duxi, ratus, ut in moralibus civilibuſque rebus, ſic in artibus omnem definitionem eſſe periculoſam, præſertim in illis, quæ necdum penitus illuſtratæ ſunt, diſciplinis: propterea quòd ex incautis aſſertionibus facilè in errorem inducantur alii, quibus comperta & explorata non eſt earum rerum cognitio. Quapropter in affirmando quod obſervaveram, tardus & circumſpectus; in negando parcior ac religioſior eſſe ſtudui.

Neque tantùm hac in parte moderationem exercere viſum eſt, ſed etiam in modo ipſo, ſive tractandi, ſive refutandi, pacato atque tranquillo, qualis veritatis ac Chriſtianæ religionis cultores decet. Unde ne vera quidem objecturus ſum, niſi cauſa id exigat: mihique ob oculos præcipuè propoſitum fuit, ne quod mihi verbum in mentem veniret, quo quiſquam offenderetur. Satius quippe arbitratus ſum, fortia molliùs dicere, quàm vehementiùs. Nam quæ fortia dum dicuntur, videbantur; male ſana cùm læſerint, meritò reputantur. Sed hac in re opus eſt maximè prudentia Chriſtiana, ut nec veritati obſit languens ac frigidus ſtilus; nec immoderatus caritati. Ab his legibus ſiquando me aberraſſe contigerit, id mihi quæſo benignus Lector ignoſcat; & præter animum ac votum accidiſſe perſuaſum habeat.

In refellendis autem objectis atque conviciis, quæ ab iratis adverſariis aliquando profecta ſunt, medium tenere conatus ſum, ut nec nimius eſſem in falſis refellendis, neque fallax in veris diſſimulandis. quoniam & certam culpam tueri altera culpa eſt: & quaſcumque demum ineptas cavillationes aut accuſationes refellere velle, lectoris otio eſt abuti. Denique plerumque contingit, ut quæ antea nullius penſi erant, defenſionis inani ſollicitudine graviora & pejora fiant. Si quis verò accuſationibus nonnullis me non penitus feciſſe ſatis exiſtimet, cogitet apud ſe, tanto difficilius eſſe defendere quàm accuſare, quanto facere quàm ſanare vulnera facilius.

Iiſdem, quas mox commemoravi, conditionibus ut ſtudioſus quiſque ad legendum huc accedat, etiam atque etiam rogo & poſtulo. Diligentiam adhibeat, ut totum aſſumat non partem, priuſquam vel de opere noſtro, vel de quibuſvis inſtrumentis ſententiam ferat. Non ex voculis male intellectis, aut perperam detortis inſidias aut dolos ſtruat: ſed bona fide, æqua lance omnia & ſingula ſimul conferat ac perpendat, iis omnino legibus, quas in fine libri tertii à lectoribus meis requiro. Huc porro non modò diligentia & æquitas neceſſariæ ſunt, verùm etiam maturum judicium, *quod non magis arte*, ut ait ille, *traditur*, *quàm guſtus aut odor.* *ibid. lib. 6 cap. 6.*

De ſtilo neque admodum ſollicitus, neque prorſus ejus negligens fui: nec inutiles verborum ambages, ut ne improprium (quod aliàs ſignificantius eſſet) mihi verbum excideret, affectare viſum eſt. Non enim ſinunt mores aut conditio mea, ut juveniles lepores conſecter: nec ſane id patitur qualitas ſuſcepti argumenti, in quo potiùs clara & perſpicua brevitas cum recta diſpoſitione, quàm ornatus exigitur.

Ceterum obſervare convenit, in hac rei diplomaticæ tractatione nobis

præcipuam fuiſſe curam antiquitatis, ejus maximè, quæ ad illuſtrandam Regum noſtrorum memoriam ſpectat. Et quidem quidquid de primæ ac ſecundæ ſtirpis Francicæ monumentis obſervare nobis licuit, accuratè pro modulo explicare conati ſumus: ſed in tertia proceſsit oratio dumtaxat ad S. Ludovicum, in quo ut conſiſteremus, perſuaſit nova rerum facies, quæ in diplomatibus poſt eum conditis ejuſmodi viſa eſt, ut alterius operis argumentum eſſe videatur. Nam, ut alia prætermittam, monogrammatum uſus, & ſubſcriptiones quatuor principum regni perſonarum in regiis litteris ab eo deſierunt; ac novæ demum ſcribendi formulæ obtinuerunt, à prioribus omnino diverſæ. Quapropter cùm operis noſtri moles jam multum accreviſſet, abſtinendum duximus ab ea parte, quam aliis explanandam libenter relinquimus.

Hæc fere ſunt quæ præmonenda hoc loco erant, niſi quod animum pulſat recordatio clariſſimorum virorum, qui commentationem noſtram beneficiis ſuis, præſertim ſpeciminibus veterum ſcripturarum, augere atque exornare ſategerunt. Hos inter mihi in primis commemorandus venit meritis non minùs quàm dignitate eminentiſſimus Cardinalis Caſanata, qui ſubmiſſis ultro monumentis ac ſpeciminibus, me ad ampliora ſperanda & petenda pro ſua in litteratos omnes humanitate provocavit. Non minor exſtitit in nos munificentia illuſtriſsimi Achillis Harlæi, cauſarum fiſci in Senatu Pariſienſi ſupremi Cognitoris, cujus favore venerandæ antiquitatis pretioſa ſupellex, in ſcriniis ipſius aſſervata, noſtros in uſus reſerata eſt. Sed familiam ducere debuerat Regis Chriſtianiſſimi Bibliotheca, ex qua veterrimorum codicum ſcripturæ, concedente ornatiſſimo ejus curatore Petro Carcavio, nobis provenerunt. Quantum autem clariſſimo viro Stephano Baluzio debeamus, palam teſtantur, non modò ſpecimina ex locupletiſsimo Colbertinæ Bibliothecæ theſauro ſibi credito expreſſa: ſed & obſervationes, quas identidem mecum, ſi quæ ipſi aliud agenti in rem noſtram occurrebant, liberaliter communicavit. Neque poſtremo loco cenſendus eſt eruditiſſimus Antonius Magliabecus, Sereniſſimi Etruriæ Ducis Bibliothecæ præfectus, qui ex ampliſſima illa Mediceæ gentis Bibliotheca inſignes mihi reliquias, in his Pandectarum Florentinarum ſpecimen ſuppeditavit cum teſtificatione benevolentiæ & comitatis ſingularis.

His omnibus ſubſidiis acceſſerunt ſpecimina Petri Hamonis, quæ opere jam promoto à Ludovico Billanio accepi. Fuit is, Hamo inquam, Caroli IX Francorum Regis ſcriba & regii cubiculi à ſecretis, cui in mentem venit omnigena ſcripturarum ſpecimina in lucem proferre. quod paullo ante Romæ tentaverat Johannes Baptiſta Palatinus Paulo tertio Pontifice; atque Venetiis eodem tempore alius quidam, cujus nomen memoriæ meæ modò non occurrit. Verùm iſti non alia fere, quàm recentium ſcripturarum exempla exhibuerunt: ſed Hamo de congerendis etiam antiquis ſollicitus fuit, obtentis à Rege litteris & facultate mutuandi libros è regia Fontis-Blaudi Bibliotheca, & conſulendi archiva cœnobiorum S. Dionyſii & S. Germani. quod ipſe aliquot ſpeciminibus peritiſsime effictis, at inexcuſis, exſecutus eſt annis MDLXVI ac ſequente. Ex eo aliqua huc tranſtulimus, in primis ſpecimen chartæ plenariæ (ut vocant) ſecuritatis, in papyro Ægyptiaca ſcriptæ, & in Fontis-Blaudi regio penu tum aſſer-

vatæ: cujus ille aliquot verſus calamo expreſsit, & ſub C. Julii Cæſaris teſtamenti fallaci titulo in libellum ſuum cum aliis retulit. Tandem cùm jam editionis noſtræ finis appeteret, delatus eſt nobis amica manu Cæſareæ Bibliothecæ tomus octavus, in quo Petrus Lambecius inſigne monumentum in cortice exaratum, cujus ſcripturam ſibi incognitam eſſe ingenuè faſſus eſt, accuratè delineari curavit. Id verò amicis noſtris viris litteratis, nedum nobis tanti viſum eſt, ut illud denuo ſingulari tabella excudi præceperimus, adjuncta difficillimæ lectionis interpretatione in gratiam ſtudioſi Lectoris.

Tene vero illaudatum prætermittam, eruditiſsime Cangi, qui hancce lucubrationem noſtram, non ſecus ac tuam, monitis & adhortationibus promovere, & mihi aliquandò reſtitanti ſtimulos adhibere ſatagebas. Nulla quidem penes te membraneorum voluminum copia: ſed multa reconditioris eruditionis monumenta animo complecteris, quæ & abſque faſtidio congeſsiſti, & ſine invidia communicas. Teſtis eſt ampliſsimus liber tuus, omnibus apertus, de omnibus agens; ex quo quantum profecerim, malo alios, quàm te judicare. Sed finienda Præfatio eſt, quæ jam cœpit eſſe verboſior, quàm inſtitueram.

INDEX
LIBRORUM, ET CAPITUM.

LIBER PRIMUS.

In quo veterum Inſtrumentorum antiquitas, materia, & ſcripturæ explicantur.

CAP. I. PRIM. OPERIS utilitas. II. Occaſio. III. Scopus. IV. Duo extrema vitânda. Pag. 1

CAP. II. I. De variis inſtrumentorum nominibus ac generibus, eccleſiaſticis, regalibus, & pagenſibus ſeu privatis. II. Eccleſiaſticæ, Præſtariæ & Precariæ. III. Regales, Præcepta, Indiculi, Placita, Tractoriæ, Deſcriptiones, Panchartæ. IV. Eædem apud Eccleſiaſticos. V. Privatæ variæ: quid charta ambaginalis: Breves; Notitiæ duplices, ſollemnes & privatæ. VI. Quid inſtrumentum, teſtamentum, litteræ, epiſtola, chirographum, & ſyngrapha. VII. Quid chartæ pariculæ, indentatæ, itemque chirographum. VIII. Archiva, Geſta. IX. Chartarium, Polyptychus, Exemplata. X. De teſtamentis Abbatum & Abbatiſſarum. 3

CAP. III. I. De antiquitate diplomatum & chartarum pro eccleſiis & monaſteriis. II. Papebrochii ſententia oppoſita. III, IV, V. & VI. Refutatur. VII. Privilegia monaſteriis à Gregorio Magno conceſſa. VIII. etiam Sanctimonialibus. IX. Turonenſe vindicatur. X. Exemplum apud Anglos. XI. In his agitur de ſpiritali exemtione. XII. Exempla apud Græcos. 10

CAP. IV. I. Probatur antiquitas regiorum diplomatum à ſæculo quinto II. Maximè apud Francos à Chlodoveo Magno. III. Gregorii Turonenſis hac de re ſilentium perperam objectum. IV. Idem ritus etiam apud Anglos. V. Item apud Hiſpanicos Reges. VI. Et Italicos. 16

CAP. V. I. Antiquitas chartarum privatarum demonſtrata ex Marculfo aliiſque. II. ex Regulis ſæculi ſexti & ſeptimi. III. An & quando ſine ſcripto donationes factæ. IV. Qui ritus apud Germanos. V. item apud Italos. 19

CAP. VI. I. Veris falſa permiſta fere omnia. II. Papebrochii ſententia de primis falſarum chartarum auctoribus. III. Refellitur IV. Vindicatur religio monachorum ſæculi undecimi V. Objecta expenduntur. VI. Nullus ſtatus immunis ab ea labe. 22

CAP. VII. I. Veterum inſtrumentorum varia fortuna. II. Tres cauſæ autographorum corruptionis, prima ex caducitate: renovatio eorumdem. III. Duobus modis facta IV. Per quos. V. Exempla eodem tempore cum autographis facta VI. Secunda cauſa corruptionis ex jactura. Hinc generalia privilegia. VII. Quid Alamannis hac de re ſtatutum. VIII. Tertia cauſa ex dolo malo. IX. Tres item cauſæ corruptorum exemplorum. X. Ut de his judicandum. 26

CAP. VIII. I. Varia materia olim ad ſcribendum. II. Membranæ à corio diſcrimen: duplex membrana in uno privilegio. III. Diplomata in pellibus piſcium ſcripta. IV. Papebrochii opinio de chartis, quæ in cortice ſcriptæ dicuntur. V. Corticis diſcrimen à charta Ægyptiaca. VI. Hujus uſus diu viguit poſt Chriſtum natum, contra Papebrochium. VII. Probatur ex vita ſancti Augendi. VIII. Ex Gregorio Turonenſi. IX. Ex Venantio Fortunato. X. Ex vita S. Amandi, Fridegodo & Petro Venerabili XI. Ex libris nobis relictis, Petaviano, & Narbonenſi, in papyro Ægyptiaca ſcriptis. XII. Ex variis tabulariis. XIII. Etiam cathedralium eccleſiarum & aliarum. XIV. Hujus chartæ uſus ad ſæculum undecimum. XV. Scripturæ in plumbo. XVI. Item in charta noſtra vulgari, & cottonea 31

CAP. IX. I. Chartæ magnitudinis inſignioris, Rotuli annui, perpetui, chartacei. II. Chartæ majores ex membranis. III. Longè majores ex papyro Ægyptiaca. IV. Idem uſus in epiſtolis: ubi S Auguſtini epiſtola ad Peregrinum illuſtratur. V. Cur opiſtographæ non erant veterum epiſtolæ: an & quæ patentes, quæ clauſæ. 39

CAP. X. I. Variæ materiæ, ex quibus ſcripta diplomata. II. Atramentum. III. Rubrica ſeu minium. IV. quo uſi paſſim Imperatores Orientis. V. An etiam Francici. VI. Liquor aureus & argenteus. VII. An & quæ diplomata ex eis ſcripta. 42

CAP. XI. I. Scripturarum veterum varia genera. II. Diviſio adæquata. III. Gallorum priſca ſcriptura. IV. Romanæ ſcripturæ duæ ſpecies vulgares, pura & ſemigothica. V. Tertia minuta aſſeritur. VI. Tironis notæ compendioſæ. VII. Runica ſcriptura. VIII. Langobardica. IX. Francogallica ſeu Merovingica. X. Carolina. XI. An eadem ſcriptura in chartis & mſſ. XII. Quænam uſitata apud Francos ſub prima ſtirpe in diplomatis. XIII. Quæ ſub Carolina & Capevingica. XIV. Item in mſſ. XV. Interpunctiones an & quando uſitatæ. XVI. Germanorum & Angloſaxonum ſcriptura. XVII. Bullarum pontificiarum. XVIII. Tironis notæ an receptæ in chartis. XIX. De punctis in litteris i & y, ac ſyllaba & inter vocabula. 45

LIBER SECUNDUS.

Cujus argumentum eſt diplomatum ſtilus, ſubſcriptiones, ſigilla, & notæ chronologicæ.

CAP. I. I. STILI barbaries in diplomatibus, à nonnullis perperam correcta. II. Triplex ejus cauſa: prima, ruditas ſæculi & imperitia Notariorum. III. Secunda, uſus communis, ſeu formulæ. IV. Tertia Notariorum affectatio. V. Alius alio tempore uſus. VI. Quarta cauſa oritur ex orthographia. VII Non tamen omnis vitioſa, quæ à noſtra diſſentit. VIII. Exempla quædam vitioſæ orthographiæ. IX. Ex variis cauſis. X. Ut ſanata. XI. Orthographia vitioſa ſtilum magis afficiens. XII. Lituræ & additiones in chartis ut probatæ. XIII. Chartarum Gallicarum origo. 54

CAP. II. I. Stilus diplomatum in quibus conſiſtat. II. Pontificiæ litteræ incipiunt ab inſcriptione ſine invocatione. III. An & quando nomen ſuum præponant, aut poſtponant Romani Pontifices. IV. Quibus titulis uſi. V. Quando ſervus ſervorum Dei apud ipſos primùm obtinuit. VI. Eodem titulo alii etiam uſi. VII. Quibus nominibus Papæ affecerint Reges Francorum. VIII. Quos titulos adhibuerint Epiſcopi. IX. Hi dicti ſummi Pontifices, Principes, Reges, itidemque Abbates. X. Quando apoſtolicæ ſedis gratia ſe primùm dixerint Epiſcopos. XI. Quibus titulis uſi ſcribendo ad Papam. XII. Item ſcribendo ad Epiſcopos. XIII. Archiepiſcopi nomen quando ſumſerint Metropolitani, Epiſcopis nonnullis conceſſum XIV. Præſulis nomen etiam, Abbatibus, ac Regibus conceſſum: Abbates dicti Antiſtites & Prælati. XV. Fratris nomine Epiſcopi à monachis compellati: Cardinales abſolutè Fratres dicti, Reges à Regibus. XVI. Diaconi ab Epiſcopis Condiaconi,

XVII. Synodicæ litteræ Epiſcoporum à notis chronicis incipiunt. XVIII. Item privatæ eorumdem. XIX. Garnerii obſervationes ex Diurno Romano. XX. Salutatio Pontificum in bullis ac brevibus reſcriptis. 60

CAP. III. I. De formulis Regum Francorum in prima ſtirpe Papebrochii ſententia. II. & III. Refellitur. IV. Cur Illuſtres dicti Francorum Reges, & alii. V. Quo tempore Chriſtianiſſimi. VI. Formulæ initiales Carolingorum, Pippini, addito, gratia Dei Rex. VII. Caroli Magni Regis. VIII. Ejuſdem Imperatoris. IX. Patricius cur dictus X. Obſervatio de ejus formulis diplomatum. XI. Capitularium ipſius formulæ diverſæ. XII. Nomen à littera C non K vulgo incipiens. XIII. Ludovici Pii formulæ. XIV. Caroli Calvi. XV. Ludovici Balbi. XVI. Carolomanni. XVII. Caroli Simplicis. XVIII. Ludovici Tranſmarini. XIX. Lotharii. XX. Hugonis. XXI. Rotberti. XXII. Henrici. XXIII. Philippi primi. XXIV. Ludovici Groſsi. XXV. Ludovici Junioris. XXVI. Philippi Auguſti XXVII. Ludovici octavi. XXVIII. Sancti Ludovici. XXIX. & Reginarum. 63

CAP. IV. I. Formulæ initiales Imperatorum; Imperatoris nomen pro Rege II. Regis pro Imperatore. III. Lotharii Imp. formulæ. an ab eo Lotharii regnum dictum. IV. Ludovici ſecundi Imperatoris formulæ. V. Caroli Craſſi. VI. Aliorum Imperatorum. VII. Regum, Pippini Aquitaniæ. VIII. Ludovici Germaniæ. IX. Carolomanni Bajoariæ X. Caroli Provinciæ. XI. Itemque Boſonis & Ludovici. XII. Italiæ Regum. XIII. Siciliæ. XIV. Angliæ. XV. Et Hiſpaniæ. 80

CAP. V. I. Privatorum formulæ initiales variæ pro Notariorum genio. II. Apud Francos. III. Alamannos. IV. Germanos. V. & Italos. VI. Formulæ pro ſingulis locis fere uniformes. 85

CAP. VI. I. Numerus pluralis pro ſingulari in prima perſona. II. A Merovingicis Regibus uſitatus, contra Papebrochium. III. etiam à privatis. IV. Laus ſui ipſius in veteribus chartis. V. Tituli compellatorii Regum, Reginarum, eorumque liberorum. VI. Majeſtatis titulus Papæ, Archiepiſcopis, aliiſque nonnullis tributus. VII. Papæ & Epiſcoporum tituli compellatorii & honorifici. VIII. Regum Francorum elogia quædam. 87

CAP. VII. I. Vocabula in chartis ſingularia. II. Cognominum ratio & origo. III. Sæculo undecimo apud Francos uſitata. IV. Unde accepta. V. Epiſcoporum, clericorum, monachorum, & feminarum olim rara. VI. Familiarum nomina quo tempore ad poſteros traduci cœpta. VII. Nomina an ſemper impoſita à baptiſmo, an Sanctorum. VIII. Non modo uniformi ſcripta. IX. Urbium ac locorum nomina ut flexa. X. Numerus rotundus pro accurato. XI. Enumeratio bonorum in chartis apud Francos uſitata ſub prima ſtirpe. 91

CAP. VIII. I. Diplomatum imprecationes an ferendæ. II. Pœnarum quatuor genera in chartis apponi ſolita. III. Multa ſeu mulcta corporalis & pecuniaria in regiis & imperialibus. IV. Item in eccleſiaſticis, in quibus ſæpius occurrunt imprecationes. V. Earum exempla apud Græcos. VI. & VII. Apud Latinos formulæ earumdem ex Conciliis & legibus. VIII. Item exempla in teſtamentis Aredii Abbatis. IX. Radegundis, & Bertchramni Epiſcopi. X. Theudelindæ Reginæ. XI. & XII. & aliorum. XIII. Ad hæc imprecationes Synodi Romanæ. XIV. Chrothildis matronæ. XV. Sanctorum Bonifacii & Arnulfi Epiſcoporum in ſeipſos. XVI. Zachariæ Papæ. XVII. Johannis Ravennatis. XVIII & XIX. Reges Francorum Merovingici & Carolingi rarius utuntur imprecationibus. XX. An etiam Imperatores Carolinæ ſtirpis. XXI. & Capevingi Reges. XXII. Anglicani eis utuntur. XXIII. Item Hiſpanici. XXIV. raro Germani. 96

CAP. IX. I. Privilegii Æduenſis imprecationes expenduntur. II. & III. Oppoſitæ de eis eruditorum ſententiæ. IV. Sententia media. V, VI. & VII. Admiſſa imprecatione depoſitionis quid afferri poſſit pro Gregorio M. VIII. Unde hæc imprecatio deſumta. IX. Quæ mens hac in re Gregorio fuiſſet. 104

CAP. X. I. Formula exprimens ſubſcriptionem & ſigillationem regiorum diplomatum apud Francos, qualis ſub Merovingis. II. & III. Sub Carolingis. IV. Et ſub Capetianis. V. Diverſitas unde. VI. Imperatores quando ſigilli nomine uſi. VII. Quo modo ſubſcripſerint Reges Merovingici. VIII. Carolingi. IX. Et Capetiadæ. X. Monogrammatibus quis primus ex eis uſus. XI. in moneta. XII. Monogrammatum diverſa forma. XIII. Quid in eo ſignificat y græcum. XIV. Quis primus Romanorum Pontificum monogrammate uſus. 107

CAP. XI. I. Cancellariorum ſcriptio in regiis litteris. II. Referendarii qui. III. Plures apud Francos. IV. Cancellariorum officium. V. item Notariorum. VI. atque Archicapellanorum. VII. Quo ritu ſubſcripſerint Cancellarii ſub prima ſtirpe Francica. VIII. item ſub ſecunda. IX. à Carolo Calvo. X. Archicancellarii quo tempore dicti Archicapellani. XI. Ritus ſubſcribendi ſub tertia ſtirpe XII. item apud Imperatores. XIII. Archicapellanus an dictus aliquando Archiepiſcopus. XIV. Plures palatii Comites & recognitores regiarum tabularum, contra Conringium. 112

CAP. XII. I. Cancellariorum Franciæ catalogus. II. Sub prima ſtirpe difficilis. III. Sub ſecunda, & primo ſub Pippino. IV. Sub Carolo Magno. V. Sub Ludovico Pio. VI. Sub Carolo Calvo. VII. Sub Ludovico Balbo. VIII. Sub Ludovico & Carolomanno. IX. Sub Carolo Craſſo. X. Sub Odone, Carolo Simplice, & Rodulfo XI. Sub Ludovico Tranſmarino & Lothario. XII. Sub Hugone & Rotberto. XIII. Sub Henrico quatuor palatii Officiales ſubſcribi cœperunt. XIV. Index eorum ſub Philippo. XV. Sub Ludovico Groſſo. XVI. Sub Ludovico Juniore. XVII. Sub Philippo Aug. XVIII. Sub Ludovico octavo. XIX. Sub ſancto Ludovico. XX. Deſinunt ſubſcribi ſub Regibus ſequentibus. 117

CAP. XIII. I. Notariorum publicorum antiquitas. II. Notarii Epiſcoporum & Capitulorum. III. Item Abbatum & conventuum. IV. Tabelliones nulli apud Anglos. V. Notarii & Cancellarii Romanorum Pontificum. VI. & illuſtrium perſonarum. 123

CAP. XIV. I. Sigillorum ſignificatio duplex, eorumque uſus. II. Anuli ſignatorii, ſymbolum auctoritatis. III. Quibus conceſſus olim eorum uſus. IV. Anulorum varia materia & cælatura. V. Francorum Reges principio eis uſi. VI. Anulis ſignatoriis ſucceſſerunt ſigilla, quæ varia, & variis perſonis attributa. VII, VIII & IX. Romanorum Pontificum ſigilla, an aliquando cerea, quando primum plumbea X. Quid in his inſculptum. XI. Anulus piſcatoris quando in uſu. XII. Aurea ſigilla Pontificum. XIII. Paulus cur à dextris Petri inſculptus. XIV. Quot modis vitiari poſſint ſigilla Pontificum. 126

CAP. XV. I. Epiſcoporum ſigilla. II. Diverſa à ſigillis Capitulorum. III. Sigilla Abbatum, IV. & Abbatiſſarum, V. Diverſa item à ſigillis conventuum. VI. Sigilla peculiaria monaſteriorum. 132

CAP. XVI. I. Regum Francorum ſigilla, hiſtoriæ utilia. II. Merovingici uſi ſunt anulis. III. Diſcrimina inter ſigilla primæ ſtirpis & ſecundæ. IV. An barbati fuerint Meroveadæ: argumenta pro parte affirmante. V. Alia pro negante. VI. Conciliantur. VII. Quid cenſendum de Carolinis. VIII. Sigilla quædam abſque Regum imaginibus, quarum varietas in prima & ſecunda ſtirpe. IX. Sigilla pauca affixa ad lævam. X. Capetiorum qualia ſigilla. XI. Regum filiis conceſſa propria, & regni adminiſtris. XII. Penſilia Regum ſigilla quando primum in uſu, & contraſigilla. XIII. Appendicula ſigillorum. XIV. Color ceræ varius. XV. Sigilla ex varia materia. XVI. Aurea & argentea. XVII. Plumbea; an quædam aurea Imperatricum. Quid ſigillum repercuſſum. Plumbearum bullarum uſus apud Hiſpanos, & lingua Caſtellana in publicis chartis. XVIII. Sigilla Reginarum. 135.

CAP. XVII. I. Conringii ſententia de faſcia gemmea ſigillorum Ludovici Pii. II. Lauream eſſe probatur, aliorum aliquando gemmeam. III. Sceptrum, baculus, & manus juſtitiæ in ſigillis. IV. Reginarum ſigilla. Lilium regiæ poteſtatis ſymbolum. 143

CAP. XVIII. I. Sigilla an ſignorum loco: vice tabellionum apud Anglos. II. Magnatum ſigilla apud Francos. III. An & quando omnibus communia. IV. Contraſigillorum origo. V. In nobilium ſigillis quid expreſſum. VI. Quid in contraſigillis. VII. Militum ſigilla & poſtgenitorum. VIII. Contraſigillorum inſcriptiones. IX. Nobilium feminarum

ſigilla. X. Sigillum alienum defectu proprii. XI. Communiarum & urbium ſigilla. XII. Sigilla chartarum ind:matarum : hæc aliquando ſigni loco ; & poſtea appoſita. XIII. Quid olim factum ſigillis amiſſis. 145
CAP. XIX. I. Concluſio de ſigillis : quando affixa & penſilia. II. Ad dextram paſſim affixa, raro ad ſiniſtram. III. Contraſigillorum uſus. IV. Orbicularia ſigilla affixa, ovalia paſſim appenſa : imagines ad dextram converſæ in affixis. V. Sigillorum varii colores. VI. Appendiculæ quales. VII. Sigilla inverſa. VIII. Ordo inter ſigilla penſilia IX. Sigilla aliena veris amiſſis aut comminutis temere ſubſtituta. 150
CAP. XX. I. Teſtium ſubſcriptiones, quàm antiquæ. II. in bullis pontificiis. III. in Synodicis Epiſcoporum litteris IV. quibus ſubſcribunt etiam abſentes, immo & poſteri. V. Exempla quædam ex chartis Epiſcoporum. VI. Alia ex ipſis actis ſynodicis. VII. Alia exempla ex diplomatibus ſynodicis. VIII, IX & X. Item alia. XI. Exempla in regiis XII. Item in privatis, immo & pontificiis. 152
CAP. XXI. I. De teſtibus & ſubſcribentibus in regiis litteris ſub Merovingis. II ſub Carlovingis. III. ſub Capevingis. IV. qui Procerum chartis aliquando ſubſcripſerunt. V. Signa idiographa ut ab ipſis Regibus adhibita : quid cautum ad cavendos eorum falſatores. VI. Teſtes in regiis diplomatibus apud Anglos. VII. Formula, Teſte me ipſo. VIII. Modus ſubſcribendi ſub Richardo I. IX. Teſtes in regiis chartis apud Hiſpanos. X & XI. Teſtes in privatis. XII. Alii teſtes traditionis, alii inveſtituræ. XIII. Ordo ſubſcribentium. XIV. Notariorum ritus in ſubſcribendo. 157
CAP. XXII. I. Subſcriptiones aliena manu factæ quatuor ex cauſis. II. Prima ex neglectu ſcripturæ. III. Qui etiam eccleſiaſticos viros occupavit. IV. Secunda ex defectu oculorum. V. Tertia ex dignitatis prærogativa. VI. Quarta ex conſuetudine. VII. Subſcribentium Regum Francorum ſigna ſub prima & ſecunda ſtirpe. VIII. Item Cancellariorum IX. Reges alio modo ſubſcribebant actis Conciliorum. X. Epiſcopi quo ritu. XI. Summique Pontifices. XII. Notanda quædam de ſubſcriptionibus Epiſcoporum XIII. Subſcriptiones hominum privatorum. XIV. Hi chartam manu tangere ſoliti defectu ſigni. XV. Teſtes dicti, non ſubſcripti. XVI. Clericorum & monachorum teſtificatio in propria cauſa quondam admiſſa. XVII. Formula quædam ſubſcribentium. XVIII. Anglorum ritus in ſubſcriptionibus. XIX. Germanorum. XX. Et Græcorum. XXI. Subſcriptio ex ſanguine Chriſti Domini. XXII. Mahummedis ſubſcriptio. XXIII. Subſcriptio divina manu. 163
CAP. XXIII. I. Notæ chronologicæ examinantur. II. Romanorum annus quando incœptus. III. Piſanorum calculus peculiaris. IV. Franci ſub prima ſtirpe an à Martio annum inchoaverint. V. Hiſtorici Francici an omnes à Nativitate Domini ſub ſecunda. VI. Sub tertia à Paſchate, etiam chartæ. VII. Calculus iſte quando revocatus ad Januarium. VIII. Cur à Paſchate olim deductum anni initium à Francis : inſcriptiones cerei Paſchalis. IX. Januarii Kalendæ etiam tunc pro anni initio habitæ. X. Germanorum, Leodienſium, & Trevirenſium calculus. XI. Anglorum à Nativitate. XII. Græcorum annos computandi ratio. XIII Francorum veterum cyclus : Dionyſianus quando ab ipſis receptus. XIV. Hiſpanorum æra. XV. Incarnationis & Nativitatis anni pro iiſdem habiti. XVI. Immo aliquando Paſſionis. XVII. Annorum ſumma quandoque compendiosè adſcripta. 171
CAP. XXIV. I. Aliæ notæ chronologicæ explicantur. II. Indictionis uſus apud Romanos & Anglos, etiam apud Gallos ſub prima ſtirpe. III. Indictio triplex. IV. Epacta, luna, concurrentes. V. In chartis ut receptæ : quid Epacta major & minor. 178
CAP. XXV. I. Chartarum pontificiarum notæ chronologicæ à Conſulibus, Indictione, & annis Imperatorum. II. Duplicis generis pontificia inſtrumenta, & quæ in eis obſervanda. III. Nota P. C id eſt poſt Conſulatum, quandonam adhibita. IV. Papebrochii ſententia de annis Incarnationis in litteris pontificiis. V. Refellitur. VI. Eugenii IV decretum hac de re explicatur. VII. Quis primus è Romanis Pontificibus annos Chriſti adhibuit, quave occaſione. Urbani II clauſula ſingularis. VIII. An à Januario annorum Chriſti initium numeraverint antiqui Pontifices : ubi de triplicis generis pontificiis reſcriptis. IX. Data Piſana in quibuſdam litteris Pontificum X. Epiſcopalium litterarum in Italia chronici characteres. XI. item Gallicanorum Epiſcoporum XII. Unde accepti. 181
CAP. XXVI. I. Regum Francorum notæ Chronologicæ. II. Annus Incarnationis quando in Gallia receptus, ex mente Papebrochii. III. An per interregnum ſub Carolo Martello. IV. An & quando ſub ſecunda ſtirpe & ſub tertia. V. Indictionis uſus à Carolo Magno in diplomatibus. VI. Notæ chronologicæ ſub prima ſtirpe per annos Regum. VII. Hinc confuſio apud poſteros. VIII. Notæ chronicæ ſub ſecunda ſtirpe. IX. Diſcrimina à Merovingicis. X & XI. Pippini Regis chronici characteres : Zachariæ PP. conſultum de regno ad eum transferendo. XII. Caroli Regis notæ. XIII. Ludovici Pii XIV. Lotharii cum patre imperantis, & poſt mortem patris. XV. Item Caroli Calvi XVI. Ludovici Balbi, ejuſque filiorum Ludovici & Carlomanni. XVII. Caroli Craſſi. XVIII. Odonis. XIX Caroli Simplicis. XX. Item ſub Rodulfo. XXI Et poſt mortem Caroli Simplicis. XXII Sub Ludovico Tranſmarino, cujus epitaphium refertur. XXIII. Sub Lothario. XXIV. Chronologia Capetiorum varia XXV. Quænam Hugonis. XXVI. Rotberti. XXVII. Henrici. XXVIII. Philippi primi. XXIX. Ludovici Groſſi. XXX. Ludovici junioris (ſub quo Indictionis uſus abrogatus in regiis chartis) & aliorum ad ſanctum Ludovicum. XXXI. Ambaſciatores diplomatum. 188
CAP. XXVII. I. Imperatorum chronicæ notæ. II. Ludovici ſecundi. III. Atque ejus ſucceſſorum. IV. Pippini Aquitaniæ Regis. V. Et Ludovici Germaniæ. VI. Tum Lotharii Regis. VII. Italiæ Regum. VIII. Angliæ. IX. Et Hiſpaniæ. X. Vox, publicè, quando recepta in Datis. XI. Autographa imperfecta, quando valida. XII. De clauſula in Dei nomine feliciter, & de vocabulo Aquiſgrani. 205
CAP. XXVIII. Chartarum privatarum notæ chronologicæ apud Italos, & Germanos, II. Alamannos, III. & Francos. IV. Chartæ anno & die deſtitutæ. V. Quid ſit factum menſe intrante aut exeunte ; ſtante ſeu inſtante, vel reſtante. VI. Quid intra Kalendas. VII. Datæ ſingulares. VIII. Quid ſit mitto in Chartario Celſinianenſi, & non eſſe ſubjectum Sanctis & ſpiritualibus Angelis. IX. Charta longè poſt donationes confecta. X. Notæ numericæ, Romanæ, & Arabicæ. XI. Romanæ uſitatiores in chartis. XII. Numerus Ī quid denotet. XIII. In quibuſdam confuſio vitanda. XIV. Numerorum virtus apud Hiſpanos. XV. Notæ græcanicæ apud Goldaſtum. 211

LIBER TERTIUS.

In quo quædam adverſariorum objecta diluuntur : tum Notitiarum & Chartariorum expenditur auctoritas.

CAP. I. I. ORDO hîc dicendorum. II. Dagobertinum pro ſancto Maximino diploma à Papebrochio aſſertum examinatur. III. Item aliud iſti oppoſitum. IV. Ad hæc Caroli Magni diploma Pape-

brochianum. V. *Aliud item Lotharii Regis.* VI. *Expenduntur regulæ quædam diplomaticæ, prima de jure condendæ monetæ.* VII. *Atque de Comitatuum origine.* VIII. *Secunda de uſu horum verborum,* in Camera, *ſeu* in Curia noſtra. IX. *Tertia de his*, Principes noſtri. X. *Quarta de notis chrono logicis vitioſis.* XI. *Quinta de narratione vera vel falſa chartarum.* 217

CAP. II. I. *Papebrochii ſententia de vetuſtis inſtrumentis.* II & III. *Refellitur.* IV. *Archivum Dionyſianum ab eo impugnatum.* V. *Vindicatur.* VI. *Item refellitur quidam nuperus Scriptor.* 222

CAP. III. I. *Conringii cenſura iniqua in monachos.* II. *Acceptâ materiâ ex Naudæo.* III. *Unde Naudæi tanta ira.* IV & V. *Quid cenſendum de viginti capitulis ab eo monachis objectis.* VI. *De ſancti Medardi & ſancti VValarici privilegiis.* VII. *De falſis chartis Caſinenſibus.* VIII. *De monachis Leutfredianis.* IX. *De epiſtola Arnulfi Lexovienſis.* X. *De reſcripto Innocentii tertii.* XI. *Et de litteris Petri Bleſenſis.* XII & XIII. *Item de quibuſdam ſingularibus factis.* XIV. *De collectione Iſidori Mercatoris.* XV. *Tum de Hilduino.* XVI. *Et Sigeberto.* XVII. *De Angeriacenſibus monachis.* XVIII. *Et de falſatorum pœna.* XIX. *Nulla præſcriptio contra veritatem.* 226

CAP. IV. I. *Notitiarum duo genera: de privatis hîc ſermo.* II. *Fines earum tres, prima ad vicem ſcripti publici.* III. *Secunda ad majorem notitiam & cautelam* IV. *Tertia ad forenſes etiam cauſas.* V. *Earum valor unde* VI. *Clericorum ac monachorum teſtimonium olim receptum in propria cauſa.* VII. *etiam apud Hiſpanos.* 231

CAP. V. I. *Chartariis indidem conciliatur auctoritas.* II. *Chartariis antiquiores libri cenſuales.* III. *Chartariorum tria genera.* IV. *Hiſtorica ſcilicet, qualia ſunt Sithienſe.* V. *& Caſaurienſe.* VI. *Authentica alia.* VII. *Tertia nec hiſtorica nec authentica.* VIII. *Hiſtoricorum qualis auctoritas.* IX. *Item authenticorum.* X. *Et aliorum.* XI. *Objecta diluuntur.* XII. *Quid cenſendum de illis, quæ falſas chartas habent bonis permiſtas.* XIII. *Præſcriptionis virtus.* XIV. *Archiva monaſteriorum an publica.* 235

CAP. VI. I. *Epilogus & concluſio præmiſſorum, cum nonnullis obſervationibus neceſſariis.* 241

LIBER IV.

Ubi agitur de Francorum Regum palatiis, villiſque regiis in quibus Diplomata condita ſunt.

Hæc palatia numero CLXIII, totidem ſectionibus ordine alphabetico commemorantur & illuſtrantur.

LIBER V.

In quo exhibentur explicanturque Specimina veterum ſcripturarum.
Primò Specimina veterum codicum & inſcriptionum cum variis alphabetis.
Secundò Specimina diplomatum regiorum à Dagoberto I ad S. Ludovicum.
Tertiò Specimina chartarum eccleſiaſticarum.

LIBER VI.

Complectens varia diplomata & inſtrumenta ad præcedentium librorum probationem.

Hæc inſtrumenta ordine temporum ſervato referuntur cum brevibus, ubi convenit, adnotationibus, pleraque deſumta ex ipſis archetypis, ultra numerum ducenteſimum.

DE RE DIPLOM.

DE
RE DIPLOMATICA,
LIBER PRIMUS,
In quo veterum Inſtrumentorum antiquitas, materia, & ſcripturæ explicantur.

CAPUT PRIMUM.

I. *Operis utilitas.* II. *Occaſio.* III. *Scopus.* IV. *Duo extrema vitanda.*

I. NOVUM antiquariæ artis genus aggredior, in qua
A de veterum inſtrumentorum ratione, formulis & au-
ctoritate agitur. Præcipuam eis fidem, ſi modò vera
& genuina fuerint, tribuendam eſſe cenſent omnes,
maximè quantum ad rei tranſactæ circumſtantias &
ad res chronologicas attinet, quæ nullo aliunde cer-
tiori teſtimonio, quàm ejuſmodi monumentis reſciri
& confirmari poſſunt. Verùm iidem ipſi, qui hoc in-
ſtrumentorum genus probant, quædam in eis falſa,
B ſuſpecta, interpolata circumferri cauſantur: & dum
in iſtis diſcernendis hærent, etiam indubitatis fidem
temere abrogant aliquando. At valde mirum eſſet,
ſi in tanta autographorum & exemplorum varietate; quæ ex tam longa annorum
ſerie, per tot diverſarum nationum manus ad nos tranſmiſſa ſunt, adulterina aut vi-
tioſa nulla reperirentur. Sed inquirendum, quàm latè pateat hoc malum, & ſi qua
tandem arte ipſi occurri poſſit: ne rei litterariæ illa pars, quæ potiorem ſibi auctori-
tatem meritò vindicat, vanis exceptionibus atque cenſuris impune violetur.
C Quanta ſit iſtius artis utilitas ac neceſſitas, nemo non videt: cùm non ſolùm eccle-
ſiaſtica & civilis hiſtoria, ſed maximè privatorum hominum, eccleſiarumque fortunæ
plurimùm pendeant ex ejuſmodi monumentis. Quam ob rem magnopere intereſt
ad antiquariam forenſemque diſciplinam hæc tractatio: magnamque à re publica
gratiam inierit, quiſquis certas & accuratas tradiderit conditiones ac regulas, quibus
inſtrumenta legitima à ſpuriis, certa & genuina ab incertis ac ſuſpectis ſecernantur.
Verùm ad id argumentum pro dignitate tractandum opus eſſet in primis eruditione
non vulgari, tum multo veterum chartarum atque archivorum uſu, quibus ſumma

etiam moderatio & æquitas accedat. Qui vel uno horum deſtitutus id ſuſceperit, A
timendum eſt, ne aut falſas regulas pro veris obtrudat, aut incidat in temerariam
præcipitemque cenſuram.

II. Apud antiquos conſilium hoc nemini venit in mentem, ſi Anonymum quem-
dam excipias, qui libellum ante annos quingentos condidit, inſcriptum, SYNTAGMATA
DICTANDI: quo in libello præcepta breviſſima de ſcribendis epiſtolis, diplomatibus
pontificiis regiiſque proponit, uti ex mſ. codice Mettenſi hîc relatus eſt in librum VI.
In tanta verò eruditorum hominum copiâ, quibus ab uno & altero ſæculo Chriſtia-
nus orbis abundat, nullus hactenus inventus eſt, qui hanc materiam juſta & congrua
commentatione perſecutus ſit, ſive propter ſubjectæ rei difficultatem occupatio- B
nemque omnium, ſive etiam ad vitandam invidiam, quòd quibuſvis id probari poſſe
non arbitrarentur. Multi quidem varias ſparſim regulas, ubi de ſingulari inſtrumento
agebatur, tradiderunt; in primis Leo Allatius in Animadverſionibus ad fragmenta
Antiquitatum Etruſcarum; & Hermannus Conringius in Cenſura diplomatis Lu-
doviciani pro cœnobio Lindavienſi: at nullus ad hoc uſque tempus peculiari tra-
ctatione rem aggreſſus fuerat ante Danielem Papebrochium Societatis Jeſu, editis
Sanctorum actis clariſſimum virum, qui in Propylæo ad Aprilis tomum ſecundum
datâ operâ eam diſcutiendam ſuſcepit anno M. DC. LXXV. Et ſanè ſi tantum archi-
vorum, quantum actorum ſuorum uſum habuiſſet vir doctus; neſcio an quivis alius C
hanc ſpartham feliciùs exornare potuiſſet. Sed unum ſibi defuiſſe ultro ipſe confi-
a Propyl. num. 40. tetur[a]: nempe quod à privatis ad publicas ſcripturas tranſire volenti, nequaquam
» parabilis fuerit earum copia: propterea quòd ſollicitiùs ipſæ cuſtodiuntur; nullamque
» aliam primo ſcripturam authenticam habuerit, cum qua Horreenſe diploma (quod
» ficticium exiſtimat) compararet, quàm Henrici IV Imperatoris privilegium, pro
» Trajectenſi eccleſia ſancti Servatii conceſſum. Alia quidem veterum chartarum ſpe-
» cimina quinque vel ſex, ex autographis expreſſa, ipſi ſuppeditavit ſodalis ejus VVil-
» themius: ſed nulla ſibi archiva luſtrare, (neque id diſſimulat) nullas præterea pri-
» mores litteras inſpicere licuit. quod tamen in propoſito planè fuiſſe neceſſarium, D
» nemo eſt qui diffiteri poſſit.

III. Mihi verò etſi non tantum ſumo, quaſi eas in me dotes, quæ ad hanc tracta-
tionem exiguntur, reſidere exiſtimem: attamen plurima veterum diplomatum exem-
plaria, à me, ſocioque noſtro Domno Michaële Germano inſpecta, multa item
archiva non indiligenter perluſtrata fuiſſe, quidquid illud eſt, ſanè citra jactantiæ
pudorem affirmare auſim. Quapropter cùm in hac perluſtratione non pauca, quæ
regulis à Papebrochio inſtitutis minimè conveniunt, didicerim; aliquod operæ pre-
tium me facturum exiſtimavi, ſi ea cum rei antiquariæ ſtudioſis, quibus hanc intro-
ductionem voveo, ingenuè communicem. non quòd me ſummam artis iſtius aſſecu- E
tum fuiſſe putem: ſed ut prima ejus elementa rudi quadam delineatione exhibeam:
quod, ſi non mihi, certè viris doctioribus aliquando idem argumentum accuratiùs
pertractandi occaſionem & materiam præbeat. In unaquaque enim arte non primo
conatu, ſed pedetentim ad perfectionem fit gradus: & nonniſi ſcientiſſimis abſo-
b Cicero lib. 1. de Oratore. num. 186. lutâ cujuſque diſciplinæ præcepta tradere licet. Quippe[b] *nihil eſt quod ad artem redigi
poſſit, niſi ille priùs qui illa tenet, quorum artem inſtituere vult, habeat illam ſcientiam: ut ex
iis rebus quarum ars nondum ſit, artem efficere poſſit.* Porro hancce opellam eò liberiùs
ſuſcipio, quòd mihi res ſit cum homine veri ſinceríque (ut ex ejus ſcriptis intelle-
ximus) perquam amantiſſimo: quem non minùs ad corrigendum, ſi quid erratum F
fuerit, quàm ad ea docenda, quæ ipſe certa ratione acceperit, comparatum eſſe per-
ſuaſum habeo. Ceterum quantum utilitatis ex hoc argumento, tametſi leviter deli-
bato, in publicas litteras redundare poſſit; etiamſi res palam loquitur, illud probat
in primis, quòd Obſervationes noſtræ non tantùm muniant viam contra falſario-
rum impoſturas, ſed etiam privatis publiciſque perſonis atque eccleſiis non parum
conferant adjumenti ad ſinceras litteras chartaſque ſuas vindicandas adverſus pſeu-
docriticos nonnullos, qui citra ullum reſpectum quaſcumque falſi nomine temerè in-
terpellare, & cavillationibus infinitis implicare ſolent.

A IV. Cùm verò duo huc incurrant extrema vitia, alterum eorum, qui quævis, maximè antiquiora, diplomata, tamquam ſpuria rejiciunt ob quædam falſa genuinis intermiſta: alterum aliorum, qui omnia ſine diſcrimine probant, ceteriſque approbari volunt: mediâ nobis incedendum viâ, eaque tenenda æquitatis ratio eſt, ut & legitimorum veritatem ratione propugnemus, & adulterinorum falſitatem certis aut probabilibus indiciis refutemus. Nam ſi falſo aſſentiri turpe eſt: non minùs cavere debemus, ne alio extremo vitio ita circumveniamur, ut audito chartarum aut diplomatum veterum nomine offendamur: ne ſimus μισολόγοι, ut ait Plato [a], ſeu verborum oſores, quemadmodum illi, qui homines proprio ac peculiari quodam odio B proſequuntur. quo ferè nihil iniquius cadere poteſt in quemquam. Ab his præjudiciis non minùs alienum eſſe oportet eum, qui his ſtudiis vacare inſtituit, quàm qui veritati & civili ſocietati aptat animum. Neque enim veritas minus religionis meretur propter circumfuſos errores: aut verò ſi quos homines perfidos & noxios experti fuerimus, omnes homines fide & amore indignos cenſere debemus. Utrobique vitandus error, & præcavenda perfidia: quod utique hoc in opere nobis conſtitutum eſt.

a Plato in Phædone.

CAPUT II.

C I. *De variis inſtrumentorum nominibus ac generibus, eccleſiaſticis, regalibus, & pagenſibus ſeu privatis.* II. *Eccleſiaſticæ, Præſtariæ & Precariæ.* III. *Regales, Præcepta, Indiculi, Placita, Tractoriæ, Deſcriptiones, Panchartæ.* IV. *Eædem apud Eccleſiaſticos.* V. *Privatæ variæ: quid charta* ambaginalis*: Breves; Notitiæ duplices, ſollemnes & privatæ.* VI. *Quid inſtrumentum, teſtamentum, litteræ, epiſtola, chirographum, & ſyngrapha.* VII. *Quid chartæ paricula, indentatæ, itemque chirographum.* VIII. *Archiva, Geſta.* D IX. *Chartarium, Polyptychus, Exemplata.* X. *De teſtamentis Abbatum & Abbatiſſarum.*

I. PRiuſquam ad veterum inſtrumentorum examen progrediar, hîc de variis eorum generibus agendum eſt, ut ad ea quæ deinceps tractanda erunt, magis dilucida & aperta procedat oratio.

Marculfus monachus, qui primus varias chartarum formulas collegit, eas diſtinxit in *Regales* & *Pagenſes*: quarum priores ad Reges, poſteriores ad privatas perſonas pertinent; totidemque libris utraſque complexus eſt. His ſi addamus *Eccleſiaſticas*, E quales exhibet Diurnus Romanus ab eruditiſſimo Johanne Garnerio Soc. Jeſu Theologo recens editus; abſolutam veterum chartarum in ſua genera diviſionem habuerimus: de quorum partibus hîc breviter differere juvat.

II. Eccleſiaſticæ chartæ ſeu litteræ aliæ ſunt Pontificiæ, quæ à Bullis appenſis nomen obtinuerunt: aliæ Epiſcopales, quas ſcilicet Epiſcopi in gratiam eccleſiarum monaſteriorumve aut ſinguli, aut plures ſimul condiderunt: aliæ denique privatarum eccleſiarum ſeu monaſteriorum, quarum præcipuæ *Precariæ* & *Præſtariæ* cenſentur. *Qui rem eccleſiæ*, inquit vir inclytæ memoriæ Jacobus Sirmundus [b], *ad uſumfructum ſub annuo cenſu impetrabant, iis per precariam & præſtariam dari ſolebat. Præſtariam dabat* F *eccleſiæ Rector, qui rem præſtitam concedebat, & quibus legibus eam concederet, exponebat: precariam petitor, qui rem precario accipiebat, qua cenſum & alias conditiones impoſitas expleturum ſe profitebatur.* Attamen precariæ & præſtariæ vocabula olim confundi ſolita fuiſſe rectè probat eruditus vir Stephanus Baluzius [c] in notis ad Reginonem; idemque innuerat Goldaſtus [d]. Precariarum mentionem faciunt tum Marculfus in libro ſecundo, tum formulæ Marculfo adjunctæ; tum denique Alamannorum leges veterrimæ, ubi qui rem precario accipiebant, eam *in beneficium* accipere dicebantur.

b Sirm. in Capitul. 7. Caroli Calvi.

c Baluz. in Regino. pag. 574.

d Goldaſt. tom. 2. rerum Alaman. pag. 84. legum Alaman. cap. 2.

III. Chartæ regales ſeu diplomata dividi poſſunt in Præcepta, Indiculos, Placita,

Tractorias, Deſcriptiones, & Panchartas. Præcepta (quæ modò litteræ patentes) in A
futurum, Indiculi in præſens dabantur. Unde in formulis Marculfi habetur *Indicu-
lus Regis ad Epiſcopum, ut alium benedicat.* Indiculus tamen nonnumquam pro Edicto
accipitur, ut prælaudatus Baluzius [a] demonſtrat ex Gregorii Turonenſis Epiſcopi
lib. v cap. XLV. ubi Chilpericus Rex dicitur ſcripſiſſe *Indiculum, ut ſancta Trinitas, non
in perſonarum diſtinctione, ſed tantum Deus nominaretur.* Placita dicebantur Regiæ litteræ,
quibus controverſiæ judicium in frequenti Optimatum placito ſeu conventu defi-
nitum continebatur. Et erant Comitum & Miſſorum dominicorum Placita. Tracto-
riæ ſunt diplomata, quæ dantur miſſis vel evocatis à Principe, ut publicis vehiculis,
manſionibus & viaticis uti poſſent. Qua de re lege formulam Marculfi in libro I B
cap. II cum notis Bignonii: lege etiam Caſauboni notas ad Spartianum, & Sirmundi
ad Sidonium, ubi de curſu publico. *Supplementum publicum* vocat Jonas Bobienſis
monachus, tum in fine vitæ ſancti Columbani, tum in Actis ſancti Bertulfi Abbatis
num. 3. Deſcriptiones erant recenſiones prædiorum, ſupellectilis eccleſiæ, libro-
rum, ac veterum chartarum, regio nomine factæ: qualis deſcriptio rerum ad mona-
ſterium Centulenſe [b] pertinentium reperitur apud Hariulfum in Chronico Centulenſi.
quale item Caroli Calvi diploma in lucem editum eſt pro Sueſſionenſi beatæ Mariæ
[c] parthenone. Panchartæ porrò dicebantur diplomata illa, quibus Reges bona
eccleſiæ ſeu monaſterii omnia confirmabant, maximè poſt amiſſa inſtrumenta. C
Quo nomine uſus eſt Carolus Calvus in diplomate pro cœnobio Curbionenſi [d], &
in alio hîc edito pro ſancti Germani Autiſiodorenſi. Panchartæ etiam appellantur
Regeſta chartarum, aliis Chartaria ſeu Chartularia: quo ſenſu *Pancharta nigra* eccleſiæ
ſancti Martini Turonenſis vulgo dicitur. *Pantochartas* alicubi nomine græco dictas
reperire memini, unde vocabulum truncum panchartæ defluxit, quod & lingua no-
ſtra hodieque ſervat. Pænè exciderat charta *audientialis* [e], quâ quis evocabatur ad
audientiam Principis: Præceptum item *denariale* [f] pro manumiſſione, ab excuſſo
denario ſic dictum.

IV. Nec tamen regales ejuſmodi litteræ ita Regibus erant propriæ, ut etiam eccle- D
ſiaſticæ eodem nomine quædam non inſignirentur. Exſtant quippe nonnulla Epiſ-
coporum aliorumque placita, tum apud Perardum in Burgundicis monumentis [g],
tum in Appendice Capitularium Baluziana num. C XXXI, & alibi paſſim. Præ-
cepta item Pontificum Romanorum Gregorii Magni in lib. VII epiſtola XIII in-
dict. I, Pauli in codicis Carolini epiſtola XII. immò & Epiſcoporum, quale eſt præ-
ceptum ab Ennodio Epiſcopi Ticinenſis nomine ſcriptum. Denique fiebant Deſcri-
ptiones ab Epiſcopis, in quibus inſignis eſt recenſio Saltzburgenſis eccleſiæ poſ-
ſeſſionum per Arnonem. Fiebant etiam per Abbates, aliis Abbatibus nonnumquam
adhibitis, ut patet ex Gregorii Magni [h] epiſtola ad Marinianum Epiſcopum Raven- E
natem. *Patentes* etiam dicebantur litteræ Epiſcoporum, aliarumque inſignium per-
ſonarum. Inter primos hac voce uſus eſt Stephanus Tornacenſis [i] in epiſtola ad
Lundenſem Archiepiſcopum, à quo *litteras patentes & pendentes* poſtulat ad redden-
dum depoſitum.

V. Variæ perſonarum privatarum litteræ ſeu chartæ emtionis, venditionis, dona-
tionis, commutationis, manumiſſionis, &c. habentur apud Marculfum in lib. II
formuliſque adjunctis, itemque Baluzianis, quæ novæ Capitularium editioni acceſsê-
re. Inter has formulas exſtat apud Marculfum *charta paricla*, ſeu paricula, id eſt ejuſdem
exempli chartæ duæ, uno tenore in duabus membranis ſcriptæ pro duabus partibus F
tranſigentibus. His chartis pariclis ſucceſſerunt chartæ indentatæ, in una membrana
ita ſcriptæ, ut in duo ſecatis, quæ interjacebant, alphabeti aliiſve majoribus litteris,
ambo exempla inter duos tranſigentes ſeu litigantes dividerentur: cujus rei multa
ante annos quingentos exempla occurrunt. *Chartam ambagibalem* lego apud V. CL. Ste-
phanum Baluzium [k], pro quo *ambaginalem* præfert codex eccleſiæ Cenomannenſis.
quo nomine chartam, quæ adverſario ambages faceſſit, ſignificari puto. Erant etiam
Breves inveſtituræ, qualis una exſtat in Spicilegii tomo V [l]. Erant & *Notitiæ* aliæ
ſollemnes & authenticæ, nempe judicati, coloniæ evindicatæ, ſervi manumiſſi,

a *Baluz. in Agob. pag.* 17.
b *Chron. Centul. lib.* 3. *cap.* 3.
c *Hiſt. B. Mariæ Sueſſ. pag.* 429.
d *Sæcul.* 4. *Bened. part.* 2. *pag.* 252.
e *Marculf. lib.* I. *cap.* 28.
f *ibid. cap.* 22.
g *Perard. pag.* 60. 67., *&c.*
h *Greg. M. lib.* 7. *epiſt.* 18. *Indict.* I.
i *Steph. Tornac. epiſt.* 157. *novæ edit.*
k *Miſcel. tom.* 3. *pag.* 168.
l *Spicil. tom.* 5. *pag* 376.

A qualeſ exſtant apud Marculfum ; & Notitiæ teſtium apud Goldaſtum[a] à charta XC. Aliæ privatæ, maximè à ſæculo XI uſitatæ : de quibus ſingulari diſſertatione aliàs à nobis actum eſt, & denuo agendum erit in ſequenti libro III. Hîc autem explicanda ſunt nonnulla, quæ ſtrictim modò indicata, notitiam exigunt ampliorem.

VI. Et primo quidem obſervandum venit, quid apud veteres ſignificarent inſtrumentum, teſtamentum, litteræ, epiſtola, chirographum & ſyngrapha. *Inſtrumentorum nomine*, inquit Juriſconſultus[b], *ea omnia accipienda ſunt, quibus cauſa inſtrui poteſt. Ideo tam teſtimonia, quàm perſonæ inſtrumentorum loco habentur.* Sed hoc nomine paſſim cenſentur publica quævis monumenta. tametſi hoc vocabulum aliquando etiam pro B privata ſcriptura uſurpatur, uti Salmaſius[c] docet. Teſtamentum, etſi paſſim ſumitur ad deſignandam ſupremam teſtatoris voluntatem, non raró etiam pro quavis donatione accipitur, ut multi obſervarunt. In his Ambroſius Morales ad Reges & Proceres id reſtringit in Notis ad Veremundi Regis diploma. *Solemne his temporibus*, inquit, *& multis poſtea ſequentibus fuit, quamcumque donationem Rex aut Proceres facerent, teſtamentum ipſum vocitare ; quaſi hoc nomine majori jure ſolidaretur.* Et illud etiam paſſim obvium in privatorum hominum donationibus, ut ſuperfluum ſit exempla huc afferre. Hinc dicebantur *litteræ & epiſtolæ teſtamentales*. Rainoldus Remenſis Pontifex, ex Archivo ſancti Theodorici, conferens altare de Herimundi-villa, utitur C his verbis : *Ceterùm ut hæc noſtra largitio rata & inconvulſa perſeveret, litteris eam teſtamentalibus, ſigilli quoque noſtri impreſſione... aſtipulari præcepimus.* Eadem verba adhibet Manaſſes ſecundus in charta pro Remigianis cœnobitis de altari ſancti Thomæ. Quin etiam decretum Eccleſiæ *teſtamentum* vocat Concilium Ticinenſe[d] ſub Henrico Auguſto. *Hoc autem Eccleſiæ Dei teſtamentum contra malignantes... Henrici Auguſti edicti lege firmari volumus*, cap. 8. Familiares ſunt etiam *epiſtolæ donationum*. Audiendus clariſſimus Bignonius in Notis ad Marculfum[e]. *Nil frequentius hoc libro & in formulis leg. Rom. quàm per epiſtolam negotium gerere, atque adeò omnes libri hujus formulæ in epiſtolæ modum conceptæ ſunt, ut ſupra,* DOMINO SANCTO, *& infra,* DULCISSIMIS FILIIS, D NEPOTIBUS, *&c. Receptum illud eſſe ſub Romanis Imperatoribus probabile eſt, paullatim recedente ſollennium verborum uſu, quibus per multas ambages res agebantur.* Tum aliquanto poſt[f]. *Epiſtola eſt codicillorum loco, quâ avus nepotes ex filia præmortua ad ſucceſſionem vocat.* Hinc eſt quòd qui lege Romana utebantur Transligerani, epiſtolas à teſtamentis diſtinguebant, non ita planè Neuſtraſii. Theodetrudis[g] ſeu Theodila Lemovicenſis in charta pro baſilica ſancti Dionyſii : *Et quia votus meus fuerat, ut per paginam teſtamenti villas illas ſuperiùs nominatas baſilicæ ſancti Dionyſii conceſſiſſe, ſed ut mos eſt loci illius, habetur per epiſtolas delegaſſe.* Diverſum illum modum refundo in varias Gallorum & Francorum leges. *Litteræ* item etſi pro privatis ſcripturis paſſim dictæ repe-E riuntur, non raró etiam tam de publicis, quàm de privatis inſtrumentis intelliguntur apud veteres[h]. Sic etiam confuſa ſunt Chirographi & ſyngraphæ vocabula. Chirographum privatam, ſyngrapha publicam ſcripturam ſtrictim deſignant[i]. Et tamen chirographum nonnumquam uſurpatur pro ſyngrapha[k], quam *cautionis* nomine Latini appellant, atque etiam *ſecuritatis* : immo etiam uſurpatur pro quolibet Præcepto apud Ingulfum[l]. Subſequentibus verò ſæculis, id eſt ſæculo XII, XIII & XIV, Chirographorum paulo alia fuit ſignificatio, nempe ad deſignandas chartas *indentatas*, quas alii *identatas* vocant.

VII. Indentatarum origo nata eſt ex chartis *pariculis* ſeu *pariclis*. Particulæ ſunt F chartæ à paribus factæ, uno tenore ſcriptæ, id eſt omnino pariles, quæ diverſis partibus dabantur*. Charta XIV apud Bignonium de concambio inter duos Abbates : *Unde duas epiſtolas pariculas uno tempore* (legendum *tenore*) *conſcriptas... inter ſe fieri & firmari rogaverunt, ut unuſquiſque poſt hunc diem, quod à pari ſuo in commutatione vel in concambio accepit, teneat atque poſſideat.* Sic Carolus Magnus Ducatûs Spoletani donatione facta eccleſiæ Romanæ, eam ab Etherio Notario ſcriptam[m] *priùs ſuper altare beati Petri, & poſtmodum intus in ejus confeſſione poſuit : deinde apparem ipſius donationis per eumdem Etherium adſcribi faciens, intus ſuper corpus beati Petri poſuit : aliaque ejus donationis exempla ſecum deportavit.* Huc ſpectat Ludovici Pii præceptum[n] pro Hiſpanis :

a *Goldaſt. rerum Alaman. tom. 2. pag. 76. & ſeqq.*

b *Ulpian leg.* 2. *D.* Teſtamenta.

c *Salmaſ. de modo uſurar. pag.* 427.

d *Labbe Concil. tom. 9. col.* 930.

e *Bignon. p.* 314.

f *ibid. pag.* 315.

g *Doublet pag.* 654.

h *Salmaſ. de uſur. & de modo uſur. pag.* 427.

i *id. de modo uſur. pag.* 391. 427. *& ſeqq.*

k *ibid. pag.* 604.

l *Ingulf. in hiſtoria Cruland. fol.* 486. *&* 489. *verſo* 491. *&* 501. *&* 512. *verſo, & apud Cangium.*

* *Vide chartam Vandemiris hic in lib. 6.*

m *Anaſt. in Hadriano.*

n *Capitul. Baluz.*

cujus conſtitutionis in unaquaque civitate, ubi prædicti Hiſpani habitare noſcuntur, tres A
deſcriptiones, inquit, eſſe volumus: unam, quam Epiſcopus ipſius civitatis habeat: & alte-
ram, quam Comes: & tertiam ipſi Hiſpani, qui in eodem loco converſantur. Exemplar
verò in archivo palatij noſtri cenſuimus reponendum: ut ex illius inſpectione, ſi quando (ut
fieri ſolet) aut ipſi ſe reclamaverint, aut Comes, vel quiſlibet alter contra eos cauſam habue-
rit, definitio litis fieri poſſit. De ſecunda item conſtitutione [a] pro iiſdem Hiſpanis ipſe-
met Ludovicus ſeptem Præcepta uno tenore conſcribi juſſit, & exemplar eorum in Archivo
palatii haberi. quod palatii archivum alibi publicum [b] vocat. De teſtamentis ita ſcribit
Florentinus [c], unum teſtamentum pluribus exemplis fieri poſſe, idque interdum eſſe ne-
ceſſarium, ſi fortè navigaturus ſit teſtator, &c. Ita Perpetuus Turonenſis Epiſcopus B
duplex manu ſua ſcripſit, quorum unum apud Dalmatium, alterum apud Dedola-
num depoſuit. Lege ejuſdem Ludovici Auguſti diploma [d] de reſtitutione monaſtici
Ordinis in cœnobio Dionyſiano.

tom. 1. col. 521. V. ejuſdem Miſcell. tom. 3. p. 169.
a ibid. col. 572.
b ibid. col. 562.
c Florent. leg. 24. D. Qui teſtamenta.
d Conc. Gall. tom. 2. p. 558. & 557.

Viguit ille Paricularum uſus ad id uſque tempus, quo Indentatæ chartæ invaleſcere
cœperunt. Cùm enim animadverterent chartas pariculas facilè vitiari poſſe; nec niſi
ægrè quis legitimum præferret exemplum diſcerni poſſet in minutioribus cauſis,
ubi exemplar in archivis publicis non ſervabatur; in id demum conventum eſt, ut
in una membrana ejuſdem inſtrumenti duo exempla deſcriberentur: & inter utrum-
que litteræ quædam majuſculæ, quæ in duas partes per medium diviſæ, (hinc chartæ C
diviſæ) quamdam formam dentium in utroque exemplo præferebant, unde & inden-
tatis [e] nomen acceſſit. Id autem fiebat ad vitandam (ut dixi) falſitatem. Ubi enim lis
de pacto ſeu ſcripto emergebat, ambæ membranæ conferebantur; & ſi litteræ illæ
ſic diviſæ invicem reſponderent, vel non, de illarum veritate ſeu falſitate conſtabat.
Chirographa verò paſſim dicebantur illæ chartæ, unde ſæpius in illo duorum exem-
plorum intervallo, in quo ſectio fiebat, majoribus litteris ſcribebant, CYROGRAPHUM,
qualia exſtant permulta in archivis noſtris Gallicanis. Sic ex autographo cœnobii
ſancti Michaëlis in pago Verodunenſi compoſitio de advocatia Condati ita reno-
vata, & dupliciter reſcripta eſt, ut duabus chartis per Cyrographum interſectis, altera à Mo- D
nachis, altera ab Advocato conſervetur: ut ſi fortè aliquando eos diſſentire contigerit, ad
cartas, velut ad normam juſtitiæ recurratur; & qui deviare voluerit, corrigatur. Quidam ta-
men aliquando exprimebant litteras alphabeti, (unde dictæ quandoque chartæ per
Alphabetum diviſæ: ut litterarum duo paria per Alphabetum diviſa laudantur in Appendice
Baluziana ad Concilia Narbonenſia [f].) Alii AVE MARIA, alii alia verba pro cu-
juſque arbitrio. Denique erant indenturæ illæ non modo bipartitæ, ſed & tripartitæ,
aliquando ſepties partitæ, (ut illa Henrici VII Anglorum Regis de Capella ejus
regia VVeſtmonaſterienſi apud Spelmannum) immo & uſque undecies, pro partium
& contrahentium numero. Quin etiam aliquando ex duplici latere deſcriptæ erant ac E
ſecatæ litteræ. quale in archivo ſancti Remigii apud Remos exſtat Chirographum
Galteri Abbatis Orienſis, & Gerardi Abbatis de Moncellis anno M C LXXXVI. Iis
porrò Chirographis, ut rectè notat erudititiſſimus Cangius, ita ſigilla apponebantur,
ut ſigillum unius partis Chirographi, quæ penes alterum è contrahentibus remanebat,
ſolum appenderetur, & è diverſo.

e V. Cangii gloſſar. voce Chirographũ & Indentura.
f Append. p. 89.

De origine ejuſmodi chartarum ſcribit Spelmannus, ſe non reperiſſe ante Hen-
rici tertii Anglorum Regis ætatem, qui anno M CC XVI regnare cœpit. At ſæculo
nono jam in uſu fuiſſe apud Anglos intelligitur ex Ingulfo [g]; ubi Egelricus, Tur-
ketuli Abbatis domus proviſor, juſſus eſt poſt ipſius obitum de theſauris & jocalibus F
ejus per indenturam conventui Croïland[illegible]ſi reſpondere. Apud Gallos nullum inveni
chirographum ante illud Gaufridi Belvacenſis Epiſcopi, anno M C VI datum Abbatiæ
Compendienſi pro altari de Venitta. Habes inter ſpecimina hîc noſtra Chirographum
Ludovici VII Regis. Gaufredus Voſienſis [h] meminit chartæ de pacto per Alphabetum
ſcriptæ, & partitæ ſub Ludovico VI. quarum una apud ſanctum Martialem ſervata eſt,
alia apud Gaucelinum de Petra-Bufferia. Quod ſupereſt, chirographa illa ſeu chartæ
indentatæ nonnumquam diverſis fiebant idiomatis. Teſtis charta cujuſdam Algari
Anglorum Comitis, qui Remenſi ſancti Remigii cœnobio Lapleïam in gratiam filii

g Ingulf. fol. 504. verſo, ad ann. 975. mendosè in editis. 675.
h Labbe biblioth. nova tom. 2 pag. 303.

A ſui ibidem ſepulti conceſſit confecto ſcripto, quod *in duabus chartis habetur diviſum, quarum unam Anglicâ linguâ ſcriptam idem Comes Algarus ſecum retinuit; aliam vero latinè dictatam ſancto Remigio devotus tranſmiſit*, ut legi in chartario minori Remigiano. Id contigit ſub annum M LX, Edvvardo Rege, qui cum Edgitha Regina huic donationi conſenſit, & ſubſcripſit. Unum Gallicum apud Corbeiam inveni pro hallis conditum anno M CCC XLIV. quo recentius nullum reperire mihi licuit. Hactenus de Chirographis, variiſque litterarum generibus.

VIII. Omnes iſtiuſmodi chartæ in archivis eccleſiæ ſeu monaſterii concluſæ erant. *Archiva univerſalis Eccleſiæ* memorat ſancta Radegundis in ſuo teſtamento, B *archiva Monaſterii* Jonas Abbas in libello de vita ſancti Johannis Abbatis Reomaënſis; & Giſlemarus monachus in actis ſancti Droctovei Abbatis num. 2. *Geſta publica ſcrinia* Romanæ eccleſiæ, & *regalia* Gregorius Magnus[a]. quamquam *geſta publica* paſſim dicuntur[b] quælibet publica inſtrumenta: quoniam coram Magiſtratibus, quæ publicæ erant perſonæ, conficiebantur. Gregorius verò Turonenſis vocat *tomos chartarum*, *Regeſta*, *ſcrinia*, in lib. X cap. XIX. Hinc Auguſtinus in epiſtola olim CLXII, nunc XLIII. *Non chartis veteribus, non archivis publicis, non geſtis forenſibus aut eccleſiaſticis agimus, &c.* Erant ergo Archiva eccleſiæ Romanæ, in quibus aſſervabantur Conſtitutiones Pontificum, maximè contra hæreticos, quas in eccleſiæ archivo reponi C juſſit Siricius, teſte Anaſtaſio. Romanæ eccleſiæ *chartarium* vocat Hieronymus in lib. II adverſus Rufinum. *Si à me fictam*, inquit, *epiſtolam ſuſpicaris, cur eam in Romanæ eccleſiæ Chartario non requiris?* In Concilio Carthaginenſi[c] præſcribitur, *ut matricula & archivus Numidiæ apud primam Sedem ſit, & in metropoli, id eſt Conſtantina. Volumen chartarum*[d] dicitur in alia Synodo Carthaginenſi. Erant & Archiva regalia ſeu publica Regum ac Principum, tum eccleſiarum ac monaſteriorum. In primis publica inſtrumenta, quæ magis ſollemnia erant, reponebantur: in ſecundis ac tertiis illa quæ ad eccleſias ſeu monaſteria pertinebant. Privata porrò inſtrumenta apud privatos homines ſervabantur: quando verò penes Tabelliones, inferius diſcutiendum D erit. In illa autem archiva non facilis, etiam domeſticis, tribuebatur ingreſſus. Hinc Hariulfus ad Centulenſes ſuos ait in eorum gratiam ſcripſiſſe ſe hiſtoriam ex archivis Centulenſibus decerptam,

Quam puto vos latuiſſe diu, nec veſtra tenêre
Condita ſecretis armaria clavibus arcet.

In quibuſdam tamen eccleſiis Archiva patebant ad acta & inſtrumenta conficienda. Sic binas legi litteras, unas Manaſſæ ſecundi Remenſis Archiepiſcopi pro cœnobio ſancti Remigii, alias Rainoldi pro ſancti Theoderici, datas *in Archivo pontificali*.

E IX. Ne verò ex archivis autographa ſæpius efferre neceſſe eſſet, inventi ſunt libri duo, qui autographorum vice fungerentur. Primus fuit codex chartaceus (Chartularium ſeu Chartarium vocant) in quem diplomata aliæque chartæ ex ordine integræ referebantur; aliquando in rotulum redactæ: quales ſunt rotuli eccleſiæ Albienſis, quos nobis exhibuit clariſſimus Abbas de Campis, ejuſdem eccleſiæ Canonicus. Alius liber cenſualis, *polyptychus* dictus, qui eccleſiæ ſeu monaſterii prædia annuoſque cenſus ſummatim exhiberet. Id genus habemus veterrimum librum cenſualem Irminonis Abbatis cœnobii ſancti Germani à Pratis, item polyptychum Foſſatenſem in appendice ad nova Capitularia, alioſque, quos inter inſignis eſt Remigianus, qui F modò eſt in Bibliotheca illuſtriſſimi Mauricii Tellerii Archiepiſcopi Remenſis. De polyptychis agit codex Theodoſianus, quo nomine rationes publicas deſignat. Polyptycha antiquiora mihi videntur chartaceis libris ſeu chartulariis, ex quibus nullum inveni conditum ante ſæculum X.

Eo enim ſæculo labente Folquinus Sithienſis Monachus chartas cœnobii ſui in unum corpus redegit, variiſque in modum Chronici obſervationibus diſtinxit ad temporum illuſtrationem, quales in ultimo libro nonnullas ex his referemus cum inſignioribus Folquini inſtrumentis. Collectio ejus conſtat capitulis LXXXI. quibus ſubjunguntur capitula undecim de eleemoſynis. Omnibus præmittitur præfatiuncula

[a] Greg. M. lib. II. epiſt. 8.
[b] Notitia Imperii Orient. cap. 14.
[c] Conc. Carth. c. 86. apud Dionyſium.
[d] Spicil. tom. 6. pag. 5.

Folquini, cujus hæc verba notanda ſunt. *Hunc tantummodo codicem de membranulis in unius libri cumulavimus corpus: ut ſi forſan quis iſtius loci poſſeſſionum inveſtigandarum fuerit avidus, ad hunc recurrat. Ibi numerum & nomina invenire poterit quantocius ſub prætitulatione annorum dominicæ Nativitatis, vel tunc temporis cujuſlibet Regis aptè conjunctum, pro ut noſtræ erat poſſibilitatis.* Hanc collectionem Simon Monachus Lamberto Abbate proſecutus eſt. Ea verò religione Folquinus vetera tractavit monumenta, ut annos illos dominicæ Nativitatis ipſis litteris, ubi deerant, non inſeruerit, ſed præmiſerit, ne ea interpolaſſe videretur. Quod ab aliis ſecus factum nullo malo dolo, ſed tantùm animo juvandi lectores, non bene ipſis vertit: dum nonnulli illos falſi commiſſi inſimularunt. Verùm, meo quidem judicio, cenſura illa ſeverior eſt: nec propter chronologicos characteres, temerè forſan adhibitos, rejici debent incunctanter vetera inſtrumenta, ſi nulla alia vitii cauſa ſubſit. Neque verò propter leves ejuſmodi mendas exſibilanda ſunt chartaria quæque, ex quibus quantum adjumenti hiſtoricis rebus accedat, periti norunt. At vitioſa ſunt in eis permulta. Sed haud pauciora optimæ ſunt notæ, qualia ſunt (ut plurima prætercam non ſatis nota) Caſaurienſe, & Brivatenſe, quæ ab eruditis noſtratibus teruntur in dies. Itaque huc opus eſt diligenti ac ſtudioſo lectore, qui collectoris fidem ac genium probet, rimetur, & exploret: ut ſicubi eum manifeſtè erraſſe deprehenderit, minùs fidat: ſi non appareat manifeſtus error, ne temerè diffidat. Id enim exigit æquitas & bona fides. Non quemquam ſcrupuloſiùs moveant levia numerorum errata, quæ ab exemplis, maximè ſi per diverſas manus ad nos pervenerint, vix abeſſe poſſunt. Sed ſi qua in illis ab hiſtoriæ, quæ ad eorum pertinet tempus, veritate abhorrent; ſi formulæ uſu tunc receptæ deſiderentur; ſi tituli, dignitates, aliaque id genus vocabula per id tempus inuſitata in illis occurrunt; hæc legitimæ cenſuræ materia eſt. Hiſtoriam temporis dico: nam de factis longè ante conditi inſtrumenti tempus elapſis error ſi quis irrepſerit, non continuò de illius falſitate pronuntiandum eſt, ut alibi ampliùs exponemus: cùm in præteritis, ac longè remotis labi humanum ſit ac proclive.

Antiquiores chartariis ſunt autographorum ſcripturæ exemplatæ, qualem unam memorat VVicardi Abbatis epiſtola ad Frotharium Tullenſem Epiſcopum, quæ inter Frotharianas duodecima eſt. *Mittimus dignationi veſtræ donationem illarum rerum exemplatam, pariter cum ipſa & Domni Imperatoris exemplationis chartam, &c.* Sed de his exemplis ſermo recurret in ſubſequenti capite VII.

X. Antequam hinc diſcedam, quædam notare juvat de teſtamentis Abbatum Abbatiſſarumve, quæ olim in uſu erant. Teſtamenti nomine (ut jam dixi) veteres quodlibet contractûs genus intelligebant. Unde lex Ripuariorum [a] *teſtamentum venditionis* appellat. At quocumque ſenſu teſtamenti vocabulum accipias, mirari ſubit quo jure Abbates ſeu Abbatiſſæ, etiam pietate inſignes, teſtamenta condere ſinebantur, qualia ſunt Aredii Attanenſis, VVidradi Flaviniacenſis, Fulradi Dionyſiani, Anſegiſi Fontanellenſis Abbatum: tum Radegundis ex Regina Monachæ, Faræ Eboriacenſis, & Adelæ Palatiolenſis Abbatiſſarum. Si quondam ejuſmodi perſonis id licuiſſe dicas; occurrit Gregorii Magni auctoritas, qui ingreſſis Monaſterium nullam ſupereſſe denuò teſtandi licentiam aſſerit, uti prohibent non ſolum Imperatoriæ leges, ſed & Regulæ ſancti Benedicti aliorumque, qui quodvis peculium monachis interdicunt. quod etiam de Abbatibus intelligendum, uti probat Gregorius ipſe, qui Probo Abbati ea tantùm ratione teſtamentum condere permittit, quòd ex improviſo ad monaſterii regimen raptus ſit, factuſque monachus Gregorio procurante.

Verùm uniformis & eadem ubique non ſervabatur ea de re diſciplina. In aliis enim locis, aliiſque temporibus id licere viſum eſt, quod alii exiſtimarunt nefas. Magiſter in Regula ſua adeò non putavit Abbatis teſtamentum monaſticæ profeſſioni repugnare, ut rem quaſi receptam agnoſcat, cùm præſcribit in cap. 89, *ut Breves donationum factos à Fratribus tempore mortis ſuæ Abbas inſerat teſtamento ſuo.* In ejus facti excuſationem adduci poteſt codicis Theodoſiani [b] auctoritas, ex quo etiam monachos teſtabiles fuiſſe intelligitur. Deinde qui teſtamenta condebant Abbates,

a *Ripuar. tit. 59. l. 1.*

b *Cod. Theodoſ. lib 5. tit. 3. & Not. Gothofredi.*

Margin letters: A (line 1), B (line "inſimularunt. Verùm…"), C (line "manifeſtus error…"), D (line "Antiquiores chartariis…"), E (line "quo jure Abbates…"), F (line "improviſo ad monaſterii…").

A Abbates, aut pecuniarias dumtaxat eleemoſynas legabant ; aut ſi prædia, de iis
ante ingreſſum Monaſterii donationem faciebant, quam donationem poſtmodum
ſollemni ſcripto confirmabant. Prioris generis eſt teſtamentum Anſegiſi, qui Galli-
canis monaſteriis & eccleſiis pecuniarias eleemoſynas legavit, ut pro ſe mortuo
orationes funderent. Poſterioris eſt teſtamentum ſanctæ Radegundis, quæ ſtatim
à monaſticæ vitæ profeſſione, quidquid poſſidebat, in pias donationes & eleemoſy-
nas impendit: ſed tamen ſub extremam vitæ periodum epiſtolâ Gallicanis Epiſco-
pis directâ has donationes ratas eſſe voluit. Idem obſervavi in teſtamento ſancti
Aredii Abbatis, vulgato in tomo ſecundo veterum Analectorum. Quod dixi de bo-
B norum omnium abdicatione per Radegundem factâ, manifeſtum eſt ex ſubjectis
ipſius verbis. *Cuique* (nempe Abbatiſſæ) *formam apoſtolicam obſervantes tam ego, quàm
ſorores de ſubſtantia terrena, quam poſſidere videbamur, factis chartis tradidimus, metu
Ananiæ & Saphyræ, in Monaſterio poſitæ, nihil proprium aſſervantes.* Et tamen paullo
ante obitum teſtamentum condidit, in quo Epiſcopos obteſtatur per omnia divi-
na, ut nullum in donationes à ſe ſuiſque ſororibus factas invadere ſinant. Ubi vides
hocce teſtamento Radegundem non primùm herili dominio ſtatuiſſe de rebus ſuis,
ſed ſtatutum jam factum confirmaſſe. Hujus ſententiæ luculentum præbet teſti-
monium Gregorius Magnus in epiſtola v lib. xi, in qua ſanctus Pontifex Deodato
C Monacho donationem, ante ſuſceptum monachatum verbo factam, ſcriptis con-
ſignari ac roborari permittit. quod alibi alii monachi Abbateſve abſque pontificia
auctoritate factitabant. In exemplum adduci poteſt Regulæ ſancti Aureliani caput
XLVII. in quo legitur, ut *qui minoris ætatis ſunt, aut vivis parentibus in monaſterio
ingrediuntur, chartas tunc facere compellantur, quando ætate probati fuerint, aut res parentum
in poteſtate habuerint.*

Non defuêre tamen iiſdem temporibus Abbates & Abbatiſſæ, qui ejuſmodi teſta-
menta in malum exemplum traxêre. In his occurrit Sirica, monaſterii ſanctorum
Gavini atque Luxorii Abbatiſſa, quæ *poſtquam regendi ſuſcepit officium, condito teſtamento
D legata quibuſdam reliquit.* Id cùm ad Gregorium Magnum detuliſſet Gavinia, quæ
Siricæ in ejuſdem loci regimine ſucceſſerat, Gregorius hac de re ſcripſit [a] ad Janua- [a] *Greg. lib. 7*
rium Caralitanum Epiſcopum, ad quem hujus parthenonis cura pertinebat, cauſa- *epiſt. 7 Ind. 2.*
tus inſuper memoratam Abbatiſſam Siricam *uſque ad diem obitûs indui ſe monachica
veſte noluiſſe ; ſed in veſtibus, quibus loci illius utuntur Preſbyteræ, permanſiſſe.* quod
utrumque ſanctiſſimus Pontifex magnopere improbat. Hoc in loco non ab re erit
obſervare, in veteri membrana ejus epiſtolæ fragmentum continente, quam An-
tonius Vion Herovallius, vir, ſi quis alius, de republica litteraria bene meritus,
mihi communicavit, pro *preſbyteræ*, reperiri ſcriptum *plebeiæ*. quæ lectio meo qui-
E dem judicio præferenda eſt : ut ſit ſenſus, Siricam plebeio amictu, quali utebantur
tur loci illius laicæ mulieres, indutam fuiſſe. Illud verò in hac Gregorii definitio-
ne notatu dignum occurrit, quòd Gregorius adhibitis ad hujus rei diſcuſſionem
conſiliariis & Romanæ civitatis doctis viris ſtatuerit, ut quamvis Sirica teſtamen-
tum in cujuſdam xenodochii gratiam feciſſet, poſſeſſio diſtracta monaſterio reſti-
tueretur. nempe *quia ingredientibus monaſterium convertendi gratiâ, ulteriùs nulla ſit te-
ſtandi licentia : ſed res eorum ejuſdem monaſterii juris fiant, ſicut aperta legis definitione de-
cretum eſt.* Abbatum tamen exemplum etiam monachi ſecuti ſunt Gregorii ævo,
ut probat ejus epiſtola [b] ad Petrum Siciliæ ſubdiaconum, his verbis. *Fauſtinum* [b] *Greg. M. lib. 9*
F *defenſorem Johannes monachus quidam moriens in ſex uncias heredem dimiſit. cui hoc quidem* *epiſt. 42.*
quod dimiſſum eſt trade : ſed conteſtare eum, ut hoc facere ulteriùs non præſumat. Non fa-
cilè hoc factum cum alio Siricæ Abbatiſſæ, cujus teſtamentum reſcinditur, conci-
liari poteſt : maximè cùm xenodochio pars legati à Sirica tradita fuiſſet, hîc à
Johanne Fauſtino Defenſori. Sed hanc fortaſſe diſpenſationem idcirco admiſit
Gregorius, quòd Fauſtinus Defenſor hanc meruiſſet prærogativam propter auxi-
lium monaſterio impenſum. Revixit ſubſequentibus ſæculis, maximè x & xiv,
hæc teſtandi licentia, tametſi civili legum auctoritate prohibente. His extra ordi-
nem breviter dictis, ad propoſitum redeo.

A

CAPUT III.

I. *De antiquitate diplomatum & chartarum pro eccleſiis & monaſteriis.* II. *Papebrochii ſententia oppoſita.* III, IV, V, & VI. *Refutatur.* VII. *Privilegia monaſteriis à Gregorio Magno conceſſa.* VIII. *etiam Sanctimonialibus.* IX. *Turonenſe vindicatur.* X. *Exemplum apud Anglos.* XI. *In his agitur de ſpiritali exemtione.* XII. *Exempla apud Græcos.* B

I. DE regulis veterum diplomatum dicturus, ab eorum antiquitate exordium
duco[a]. nam ſi ea recentiorum eſſe temporum conſtaret, quæcumque illud
tempus anteverterent, pro falſis incunctanter habenda eſſe conſequeretur. In con-
trarium verò res cadat neceſſe eſt, ſi de eorum antiquitate indubitatam habeamus
(ut certè habemus) auctoritatem. Sæviente in Chriſtianos tyrannorum procella,
quibuſdam in locis Chriſtiani quædam habebant *ad jus corporis eorum, id eſt eccle-
ſiarum, non hominum ſingulorum pertinentia*, ut habet Licinii Imperatoris Edictum
apud Lactantium[b] in libello de perſecutione. Id de bonis immobilibus intelligen- C
dum eſſe probat canon XXXIV Concilii Ancyrani, illa tempeſtate celebrati, in
quo ſancitum eſt, ut *de his quæ pertinent ad eccleſiam, quæcumque, cùm non eſſet Epiſ-
copus, Preſbyteri vendiderunt, reſciſſo contractu, ad jura eccleſiaſtica revocentur.* quod de
contractu ſcripto intelligere par eſt. Attamen fidelium ſtipendiis & erogationibus
paſſim alebantur Eccleſiæ miniſtri: qui parta dein pace prædia & latifundia in
ſubſidium accepêre. Id ſæcularium vitio & inhumanitate factum conqueritur Jo-
hannes Chryſoſtomus homilia LXXXVI in Matthæum. Cum verò orbis pæne uni-
verſus jure Romano regeretur; ejuſdem etiam legibus, quæ poſſeſſiones cujuſque
publicis inſtrumentis conſignari ac firmari præcipiunt, Eccleſiam paruiſſe colligi- D
mus; idque probat lex Ripuariorum.

Ejus rei præclarum nobis exemplum ſuppeditat Gregorius Nazianzenus in ſuo
ipſius teſtamento, in quo emtionem fundi Canotalorum Amphilochio Epiſcopo
ab ſe factam ait contineri ἐν τοῖς χαρτίοις ἡμῶν, id eſt in chartis eccleſiæ ſuæ. Grego-
rio ſuffragatur Auguſtinus in ſermone ſecundo de communi vita Clericorum, qui
apud veteres liber ſecundus de moribus Clericorum[c] inſcribitur: ubi ſub finem hæc
leguntur. *Locus etiam ipſe, ubi monaſterium conſtitutum eſt à memorato honorabili filio
meo Eleuſinio, ipſi preſbytero Barnabæ donatus eſt: [qui] antequam ordinaretur Preſbyter,
in ipſo loco monaſterium inſtituit. Sed tamen quia nomine ipſius donatus erat locus, mutavit* E
INSTRUMENTA, *ut nomine monaſterii poſſideatur.* Itaque Barnabas preſbyter locum illum
ab Eleuſinio dono acceperat, ſcriptis hac de re inſtrumentis, quæ poſtmodum
monaſterii nomine mutata ſunt. Idem in epiſtola[d] ad Glorium & alios: *Non char-
tis veteribus, non archivis publicis, non geſtis forenſibus aut eccleſiaſticis agimus.* His adde
locum ex ejuſdem ſermone XXXVI ſupplementi Vigneriani. Eadem eſt Symmachi
Papæ ſententia, qui in Concilio Romano[e] ſub finem ſæculi quinti, Epiſcopos
potius eccleſiarum defenſores, quàm *cuſtodes chartarum* eſſe debere teſtatur. Et Con-
cilium Agathenſe anno D VI clericis eccleſiæ *documenta*, quibus ejus poſſeſſio fir-
matur, aut ſupprimentibus, aut adverſariis tradentibus, illati damni reſtitutionem F
& communionis privationem infligit cap. XXVI. eademque pœna afficit eos, qui in
damno eccleſiæ *inſtrumenta* ejus, impiè ſollicitatis traditoribus, ſuſceperint. Eadem
inſtrumenta etiam in monaſteriis principio uſitata fuiſſe docet nos Auguſtinus in
ſermone ſuperiùs laudato, ubi inſtrumenta monaſterii nomine confecta memorat.
Accedit Gregorius Magnus, qui in epiſtola ad Deſiderium Epiſcopum[f] agit de *char-
tis* eccleſiæ Cadurcinæ, & in alia ad Johannem Abbatem[g], de monaſterio ſcri-
bens, *authenticam chartulam & exemplaria chartarum* exigit ad cauſæ cujuſdam diſcuſſio-
nem: ubi etam Stephanum *Chartularium*, id eſt cuſtodem chartarum laudat. Præ-

a *V. Jerem. cap.* 32. *v.* 10.

b *Baluz. Miſcell. tom.* 2 *pag.* 43.

c *Spicil. tom.* 6. *pag.* 22.

d *Auguſt. epiſt.* 43. *nova edit. num.* 25.

e *C.* 16. *quæſt.* 1. *c.* 57.

f *Greg. M. lib.* 7. *epiſt.* 17. *Ind.* 2.

g *id. lib.* 2. *epiſt.* 3. *Ind.* 11.

A tereà in epiſtola ad Marinianum Antiſtitem Ravennatem [a] chartarum monaſterii a *id. lib.* 7 *epiſt.*
Claſſitani meminit non ſemel. Ad hæc in alia [b] Neapolitani quidam monachi 18 *Ind.* 1. b *lib.* 8 *epiſt.* 39.
Adeodato Abbati *chartas omnes monaſterii* ſui tradidiſſe perhibentur.

II. Hæc cùm ita ſint, mirari ſubit Papebrochium in Propylæo ſuo [c] Johanni c *num.* 125.
Mareshamo ſubſcripſiſſe, dicenti cautè intuendas iſtiuſmodi chartas, quæ fidem «
habent eo minorem, quo majorem præferunt antiquitatem. donationes olim abſ- «
que ſcripto conferri ſolitas apud Angloſaxones; adeoque ex Beda non conſtare, «
ſcripturam adhuc illius ætate in transferendis prædiis, aut concedendis privilegiis «
uſurpatam fuiſſe. Addit vir doctus, eum fuiſſe communiorem uſum: neque ex Gre- «
B gorio Turonenſi ſcripturam itidem apud Francos in his rebus uſurpatam fuiſſe. Et «
quidem in toto Franciæ regno nullam ejuſmodi chartam ſinceram ac genuinam re- «
periri ante regnum primi Dagoberti; pauciſſimas autem ſub illo ac poſt illum uſque «
ad ſecundæ ſtirpis Reges ſcriptas haberi, quæ vel autographæ dici poſſint, vel ex «
autographis fideliter deſumtæ [d]. Eodem modo ratiocinandum & de privilegiis apo- « d *num.* 127.
ſtolicis, quibus ab Epiſcoporum juriſdictione exemta monaſteria, & ſub immedia- «
tam ſedis Romanæ protectionem ſuſcepta ſunt. Denique de Adeodati Papæ privi- «
legio pro Martiniano cœnobio, deque aliis aliorum Pontificum pro Dionyſiano, «
atque aliis porro omnibus tempore primæ ſtirpis regiæ editis, illud omnino tenen- «
C dum eſſe, tanto minus adhibendum eis fidei, quanto plus præ ſe ferunt antiquita- «
tis. Ad hæc in præcedentibus præmiſerat [e], ejuſmodi privilegiorum à Romanis pon- « e *num.* 105.
tificibus petendorum, ſeptimo ac precedentibus ſæculis omnibus nullum uſum fuiſſe, «
nihilque tale ex Gregorianarum epiſtolarum ampliſſimis voluminibus apparere. «

III. Ego verò privilegia monaſteriis ſeu eccleſiis ſæculo VII, immo & præce-
denti, à Romano Pontifice conceſſa fuiſſe contendo. Deinde conſtare tum ex Beda,
tum ex aliis ſcripturam in transferendis prædiis eodem ævo uſurpatam apud An-
gloſaxones. Denique apud Gallos à Chlodoveo magno, primo Chriſtiano Franco-
rum Rege, ad ejus poſteros nullum ferè exſtitiſſe Francorum Regem, à quo diplo-
D mata in gratiam monaſteriorum condita non fuerint; idque ex Gregorio Turonenſi
de primis Regibus conſtare.

Ad primum quod attinet, paullo minus antiqua ſunt monaſteriorum privilegia,
quàm monaſteria ipſa, initio quidem anguſtioribus contenta limitibus, ſed proce-
dente tempore ſubinde ampliata. Quædam ab Epiſcopi temporali dumtaxat pote-
ſtate ac jure circadarum, quædam etiam ab ſpiritali (ut vocant) ejus regimine mo-
nachos eximebant. Has exemtiones *ob quietem monachorum & Epiſcoporum tyrannidem*
indultas fuiſſe, duriori vocabulo ſcribit Richardus Cantuarienſis Epiſcopus in epi-
ſtola LXIX apud Petrum Bleſenſem. Unum ex antiquioribus eſt privilegium Liri-
E nenſi monaſterio confirmatum in ſynodo Arelatenſi anno CCCC LV congregatâ:
quo quidem privilegio ſtatuitur, *ut clerici ejus monaſterii ad ordinationem Epiſcopi de-
bita ſubjectione reſpiciant; laica verò omnis monaſterii congregatio ad ſolam ac liberam
Abbatis proprii, quem ſibi ipſa elegerit, ordinationem diſpoſitionemque pertineat: neque ex ea
ſibi Epiſcopus quidquam vindicare præſumat.*

IV. Annis poſt ſeptuaginta, id eſt anno D XXV, coacta eſt ſynodus Carthagi-
nenſis, præſidente Bonifacio Epiſcopo, in qua Petrus Abbas monaſterii in Byza-
cena provincia conſtituti, cœnobium ſuum à jure ejuſdem ſedis Epiſcopi abſolu-
tum, & ſoli Carthaginenſi Primati ſubditum eſſe affirmavit [f], adductis exemplis f *Spicil. tom.* 6
F multis, non ſolùm Lirinenſis, ſed etiam aliorum in Africa monaſteriorum: quæ *pag.* 2 *& ſeqq.*
prætermiſſâ diœceſani Epiſcopi ſubjectione, ad Primatem ſeu Metropolitanum,
alioſve Epiſcopos pertinebant. Idem in alia ſynodo Carthaginenſi anni D XXXV
ſtatutum eſt [g] de aliis etiam monaſteriis occaſione Ruſpenſis, ita ut *monaſteria ple-* g *ibid. pag.* 16.
*niſſima libertate perfruerentur, ſervatis limitibus Conciliorum in hæc dumtaxat, ut quando-
cumque voluerint ſibi clericos ordinare, vel oratoria in monaſteriis dedicare; Epiſcopus, in cu-
jus plebe vel civitate locus monaſterii conſiſtit, ipſe hujus muneris gratiam compleat, ſalva
libertate monachorum, nihil ſibi in eis præter hanc ordinationem vindicans.* Hæc, inquam, h *Vita S. Fulgentii, num.* 40 *apud Bolland. tom.* 1.
occaſione Ruſpenſis cœnobii, quod ſanctus Fulgentius [h] *in agello* Poſthumiani,

nobiliſſimi & chriſtianiſſimi viri, *non longè ab eccleſia* ſua conſtruxerat. Iſtic frequens A erat ſanctiſſimus Epiſcopus [a]. *Sed ne videretur Abbatis Felicis adventu ſuo minuere poteſtatem, imperandi monachis omnem ſibi ademit voluntarie facultatem.* Id *per ſcripturam etiam firmavit, nihil ſe in illo monaſterio proprium vindicare; nec* pro poteſtate, ſed pro caritate inter *monachos habitare.* Ideo *obicem contradictionis in hac ſcriptura ſucceſſoribus ſuis oppoſuit; ne quod ſervi Dei ſimplices præjudicium poſtea paterentur.* Inſignis locus.

a ibid. num. 64 & 65.

Propagatus eſt uſus iſte in alia Galliæ atque Italiæ monaſteria, ut fidem faciunt privilegia non pauca, quæ monaſteriis ſæculo VI & ſequentibus conceſſa ſunt, primùm quidem ab Epiſcopis, tum lapſu temporis à Romanis Pontificibus confirmata. Non enim omnia tunc temporis monaſteria, quæ ejuſmodi privilegiis gaudebant, B Romanæ ſedi attribuebantur; ſed à proprii Epiſcopi jure abſoluta regebantur à propriis Abbatibus: & ſi quid Abbates ipſi in monaſteriorum regimine graviùs deliquiſſent; vel Metropolitani, vel provincialium ſynodorum, quæ tunc quotannis celebrabantur, cenſuræ ac correctioni ſubjacebant, nullis litteris à Romano Pontifice, niſi poſt longa tempora, impetratis. Si verò Abbates monachorum ſuorum lapſus per ſe ipſi emendare non ſufficerent; vicinos tunc Abbates ejuſdem propoſiti conſortes convocabant, ut multa documenta [b] probant, in primis ſynodus Carthaginenſis anni D XXXV [c]. *Si qua verò contentio*, nimirum de electione Abbatis, (idem de aliis dicendum) *quod non optamus, exorta fuerit, ut iſta Abbatum aliorum* C *conſilio ſive judicio finiatur.* In his tamen monaſteriis nonnullæ erant, quæ non ſolùm ab Epiſcopis diœceſanis ea privilegia obtinebant, ſed etiam à Romanis Pontificibus: quorum ſincera hac de re diplomata habemus, aut certè indubitata de his diplomatibus teſtimonia.

b Vide chartam Agirardi Epiſ. Carnutenſ. in lib. ult.

c Spicil. tom. 6 pag. 16.

Quin etiam Regum nonnumquam in confirmandis hiſce immunitatibus accedebat auctoritas. Unde ſanctus Germanus Pariſiorum Epiſcopus, qui *privilegium immunitatis* pro ſuburbano ſanctæ Crucis monaſterio *manu propria* deſcripſiſſe perhibetur à Giſlemaro ſæculi IX monacho, *Regis Chlotharii auctoritate, Epiſcoporum, vel nobilium virorum*, qui ejus eccleſiæ *dedicationi interfuerant, ſtipulatione corroborari ſtuduit*, D ut refert idem auctor in libello de vita ſancti Droctovei Abbatis [d], ubi ſuum ipſius nomen acroſticho exprimit in principio.

d Sæc. 1 Bened. pag. 256.

V. Singulare hoc in argumento exemplum habemus in cœnobio Caſaurienſi ſeu Piſcarienſi, quod Ludovicus II Imperator anno Domini DCCC LIV in Pinnenſi diœceſi condidit, & ab Epiſcopi ditione abſolutum eſſe voluit. Anno dein DCCCC LI, cùm Johannes Pinnenſis Antiſtes Caſaurienſes monachos de ſuo privilegio interpellaſſet; Eldericus Abbas confugit ad Aldebertum Italiæ Regem. Epiſcopo adeſſe, & ſuum ſcriptum proferre juſſo, nec proferente, edicto ſuo præcepit Rex [e], *ut nullus Pontifex aliquam conſuetudinem vel functionem de ipſa abbatia exigeret; & ipſam in* E *ſtatu ſuo liberam permanere juſſit, ſicuti præfatus Imperator præcepti ſui paginâ permanere conceſſerat.* Denique anno M XLIX Abbas Dominicus à Leone Papa IX hujus privilegii confirmationem impetravit, de quo hæc ſubdit ejuſdem cœnobii Chronographus [f]. *Iſte fuit primus Abbas Piſcarienſis cœnobii, qui impetravit privilegium à Romanis pontificibus. quod anteceſſores ſui vel habere non potuerunt, vel duxerunt pro minimo.* Quo in facto illud ſingulare eſt, quòd in Italia uſque ad id tempus viguerit privilegium Caſaurienſe, citra pontificiam auctoritatem.

e Chron. Caſaur. lib. 1 pag. 403 Spicil. tom. 5.

f ibid. lib. 2 pag. 453.

VI. Et quandoquidem in Italia verſamur, à Bobienſi monaſterio demonſtrandum aggredior, privilegia immunitatis monaſteriis à Romano Pontifice jam inde F à ſæculo VII indulta fuiſſe. Ut enim Theodori Papæ privilegium hoc loco diſſimulem, manifeſta eſt hac de re auctoritas Jonæ monachi Bobienſis in actis ſancti Bertulfi ejuſdem loci Abbatis, qui Bertulfus à Dertonenſi Epiſcopo de immunitate ſua exagitatus, & ad Ariowaldi Langobardorum Regis judicium provocatus eſt. Sed cùm Rex, tametſi Arianus, non ſuum eſſe diceret Sacerdotum cauſas diſcernere; cum regio ſupplemento prædictus Abbas acceſſit ad Honorium Papam: qui examinatâ Bertulfi causâ, ipſi *præbuit optatum munus; privilegia ſedis apoſtolicæ largitus eſt, quatenus nullus Epiſcoporum in præfato cœnobio quolibet jure dominari conaretur.* Hunc

A verò eſſe iſtius privilegii ſenſum patet ex libro de miraculis ſancti Columbani ſub initio ſæculi decimi ſcripto [a], in cujus capite XXIII fusè commemorantur ea, quæ pertinent ad ejus loci privilegia, in his, quod cuiquam Epiſcopo nulla ſit licentia, ſub obtentu reprehenſionis, aliquam in monaſterio oſtendere poteſtatem; ſed ejus capiti, id eſt ſedi apoſtolicæ. Deinde eadem privilegia *contradicunt etiam Præſulibus, maximéque ſanctæ Terdonenſis eccleſiæ atque Placentinæ, quæ viciniores eſſe videntur, ut nullus umquam prædictum monaſterium, vel quæ ad ipſum pertinent, à ſancta ſede apoſtolica ſubtrahere, & ſuæ diœceſi ſubjugare appetat: ſed & libertate ſecundum conceſſionem apoſtolicam, nullique ſubjectum, niſi ſanctæ ſedi apoſtolicæ.* Hæc aliaque continebantur in privilegiis Honorii, Theodori, Martini, Sergii, Gregorii, Zachariæ, & aliorum, ut
B teſtatur prædictus anonymus: cujus teſtimonio nihil ſignantius afferri poteſt, maximè cùm ejus tempore authentica hæc privilegia coram Hugone Rege lecta, approbata, & recognita ſint.

a Sæc. 2 Bened. pag. 50.

VII. At nulla, inquis, ſimilia exempla in ſancti Gregorii Papæ epiſtolis legere licet. Immo verò prorſus conſimilia. An non conſimile erat privilegium, quod Vigilius Papa Childeberti Regis rogatu, monaſterio Arelatenſi ab eo condito indulſit, à Gregorio Magno laudatum [b], confirmatumque? An diſſimile erat aliud privilegium, quod Gregorius ipſe Luminoſo Abbati monaſterii ſancti Thomæ de
C Arimino conceſſit [c], Caſtorio Epiſcopo ejuſque ſucceſſoribus *illa videlicet juriſdictione relicta, ut in defuncti Abbatis locum alium, quem dignum communis conſenſus congregationis elegerit, debeat ordinare.* Et in alia ad eumdem Caſtorium epiſtola [d] ita ſtatuit, ut Caſtorius ejuſque ſucceſſores, adeoque Ariminenſis *eccleſia ſuo tantummodo jure ſit contenta*, nempe ordinandi Abbatem electum, *& monaſterium illud nulli ulterius aliqua ratione generali canonicæve juriſdictioni deſerviat.* Hunc verò, quem intendimus, earum epiſtolarum eſſe ſenſum exiſtimavit eruditus Cardinalis Antonius Carafa, qui in Indice à ſe concinnato in Gregorii epiſtolas ita rem exprimit in articulo de Regularibus. *Privilegium à juriſdictione Epiſcopi omnino eximit, præterquàm in Abbatis or-*
D *dinatione.* ſubnotatque duas, quas mox commêmoravimus, epiſtolas. Ejuſdem generis ſunt privilegia, quæ idem Gregorius [e] tum *eccleſiæ ſancti Martini in ſuburbano Auguſtoduni*, tum *monaſterio ancillarum Dei, necnon & xenodochio* in eadem urbe à Brunechilde Regina conſtructis largitus eſt.

b Greg. lib. 7 epiſt. 116 Ind. 2.
c ibid. lib. 4 epiſt. 21.
d ibid. epiſt. 43.
e lib. 11 epiſt. 10 & ſeqq.

Spuria, inquis, ſunt hujuſmodi privilegia, ut quæ dirarum imprecationes excommunicationeſque, à Gregorii mente prorſus alienas, contineant. At ſi ſpuria, quo pacto unum ex iſtis *Senatori Preſbytero & Abbati* inſcriptum reperitur, teſtante Petro de Guſſanvilla, noviſſimæ Gregorii operum editionis auctore, in omnibus mſſ. etiam Romanis? Certè invenitur in codice Remigiani apud Remos cœnobii
E pervetuſto, qui ſcilicet ad minus ab annis octingentis exaratus eſt. Et Frodoardus [f] meminit alterius privilegii, conceſſi ad inſtar ejus, quod pro xenodochio Æduenſi Senatori Abbati Gregorius impertivit. Quid quod epiſtolæ ad Luponem fit mentio tum in vita ſancti Hugonis monachi Auguſtodunenſis, ab annis ferè ſeptingentis ſcripta; tum in libro Canonum Abbonis [g] Floriacenſis Abbatis à me edito in veterum Analectorum tomo ſecundo.

f Frodoard. hiſt. lib. 3 cap. 27.
g Albon. can. cap. 17.

Quod de imprecationibus prædictis epiſtolis annexis opponitur, an tanti ſit, ut iſtæ epiſtolæ pro ſubdititiis habendæ ſint, inferiùs [h] expendendum. Sed fac eas imprecationes à Gregorii mente eſſe alienas. certè reliquus epiſtolarum contextus
F omnino Gregorii genium ſapit. Quid ergo prohibet epiſtolas dici genuinas ac ſinceras, imprecationes verò adjectitias? quamquam in omnibus codicibus, etiam iis quos Frodoardus legerat, inveniuntur. Ad ſummum, ut tres illæ ſpuriæ ſint, privilegia his tribus locis à Gregorio rogatu Brunechildis impertita fuiſſe conſtat ex alia germana & nulli ſuſpecta Gregorii epiſtola, quæ eſt libri XI epiſtola VIII, ubi Pontifex tria hæc privilegia diſertè commemorat. Et illa quidem haud dubiè non alia ſunt ab editis, uti colligere licet ex his ejus epiſtolæ verbis. *Sed ne fortaſſe ab eorum locorum Præpoſitis eadem decreta noſtro quoque tempore ſupprimantur, pro eo quod eis quædam interdicta eſſe noſcuntur; hæc eadem conſtitutio geſtis eſt publicis inſerenda, &c.*

h lib. 2 cap. 9.

Atqui in prædictis privilegiis decernitur, *ut nullus eorum qui eidem xenodochio atque monaſterio Abbas aut Preſbyter in poſterum fuerit ordinatus, ad Epiſcopatus officium quacumque obreptione ſit auſus accedere, ne res xenodochii vel monaſterii iniqua erogatione conſumens, &c.* ad quod interdictum reſpicere videtur Gregorius in epiſtola ſuperiori, quæ proinde his privilegiis auctoritatem conciliat. A

VIII. Sed quis putet, inquis, Sanctimoniales per Gregorium Magnum ab Epiſcopi poteſtate exemtas fuiſſe, nullo præeunte exemplo? At præceſſerat exemplum Cæſarii Epiſcopi Arelatenſis, qui *per Sacram ſanctiſſimi Papæ urbis Romæ* monachas cœnobii Arelatenſis ab ſe constructi *à ſubjectione* Epiſcopi abſolvi curaverat, ut legitur in ejus Regulæ [a] recapitulatione. Poſt Gregorium Magnum ejuſdem generis ſunt privilegia duo, alterum quod Johannes Papa IV parthenoni beatæ Mariæ & ſanctæ Columbæ, rogante Chlodoveo II, conceſſit, à me erutum [b] ex veterrimo codice Thuaneo, in quo redactum eſt in privilegii formam: alterum Adeodati Papæ pro Turonico ſancti Martini cœnobio, quod integrum exſtat apud Sirmundum in Conciliorum Galliæ tomo primo. B

[a] *Cæſar. Recapit. num.* XIV.

[b] *Append.* 1 *part. ſæcul.* 4. *Bened. Pag.* 747.

IX. Hoc privilegium extrema parte mutilum apud Baronium legit Papebrochius, qui ex eo fragmento novitiam privilegii fictionem deprehendiſſe ſibi viſus eſt, quòd idemtidem *religioſi Abbatis* in eo fiat mentio: ratus [c] id ſcriptum ex uſu poſtremorum temporum, quibus res monaſtica tantum diſpendii accepit per Abbates ſæculares. At pace eruditiſſimi viri una hæc *religioſi Abbatis* vocula non ſufficit ad elevandam ejus privilegii veritatem: cùm *religioſi* nomen non cum Abbatis, ſed cum Presbyteri nomine appoſitum ſit à Pontifice, *religioſus Preſbyter & Abbas*, quo forſan à ſæculari presbytero diſcernatur. ſic Gregorii Papæ II epiſtola quædam [d] Bonifacio *religioſo Preſbytero* directa eſt. Immo ſi referatur ad Abbatis vocabulum, adſcriptum eſt honoris causâ, non quatenus ſæculari opponitur, ſed quatenus Abbatem pium, ac religioſis officiis deditum ſignificat, cum ad modum, quo Biſcopus Wiremuthenſis Abbas à Beda *religioſus Chriſti famulus* appellatur initio libri primi [e] de ipſius vita. Illud verò maximè ad rem facit, quod Carolus Magnus in diplomate à nobis hîc edito pro Novalicienſibus, *religioſos monachos* Giſlarannum & Agabertum vocat: & Victor Papa III initio libri tertii de miraculis ſancti Benedicti, meminit *religioſorum monachorum.* Non ergo vox illa ſæcularibus opponitur, (quis enim dixerit monachos ſæculares?) ſed pios & religioſiores: quo ſenſu Abbati Martiniano à Pontifice tribuitur. Ut in pauca rem conferam, iſtud Adeodati Papæ privilegium non modò redolet ejus ſæculi gravitatem, ſed etiam auctoritatem habet à litteris Ibonis Turonenſis à me [f] nuper editis ex codice Thuaneo pervetuſto, in quo ad privilegii formam redactæ ſunt ante annos octingentos: omnino conformes exemplo, quod ex archivo Martiniano accepimus. In his enim litteris, quas omni ex parte ſinceras eſſe vel ſola earum lectio perſuadere poſſit, laudatur Adeodati Papæ privilegium, de quo in præſenti diſſerimus. C D E

[c] *Propyl. num.* 5, 127.

[d] *Sæcul.* 3 *part.* 2 *pag.* 54.

[e] *Sec.* 2 *p.* 1002.

[f] *Sec.* 4 *parte* 1 *pag.* 745.

X. Mitto alia privilegia ſub prima Francorum Regum ſtirpe aliis Galliæ cœnobiis conceſſa, ut Lutrenſe de quo anonymus ſæculi x ſcriptor in libello de vita ſancti Deicoli Abbatis: mitto etiam Fuldenſe, quod ſanctus Bonifacius Epiſcopus à Zacharia Pontifice impetravit. Venio ad Anglo-ſaxones, apud quos Benedictus, cognomento Biſcopus, detulit epiſtolam privilegii *à venerabili Papa Agathone cum licentia, conſenſu, deſiderio, & hortatu Ecgfridi Regis accepta, qua monaſterium quod fecit, ab omni prorſus extrinſeca irruptione tutum perpetuo redderetur ac liberum.* Eodem tempore Wilfridus ſimilia privilegia pro Ripenſi monaſterio à Romano Pontifice Agathone [g] impetravit. F

[g] *Sec.* 4. *Bened. part.* 1 *pag.* 765 *&* 711.

XI. Dicet aliquis, in illis privilegiis non concedi immunitatem à ſpiritali jure Epiſcoporum, ſed à temporali. Audio. ſed hoc in loco agendum mihi incumbit de antiquitate privilegiorum, quæ monachis à Romanis Pontificibus conceſſa ſunt, tam eorum quæ ad res temporales, quàm illorum, quæ ad juriſdictionem ſpiritalem pertinent. Deinde fortaſſe aſſeri poſſet, exemtionem à jure ſpiritali Epiſcoporum conſecutam fuiſſe ex temporali immunitate, tamquam effectum à ſua radice. quod

A alibi, ſi res ferat, Deo dante expendemus. Sanè *Imperialia* apud Græcos *monaſteria nulli Archiepiſcoporum vel Epiſcoporum dominio ſubjecta erant*, ut docet Innocentius III apud Boſquetum [a]. Præterea privilegium Bobienſi monaſterio ab Honorio conceſſum eò ſpectat, *ut nullus Epiſcoporum in præfato cœnobio quolibet jure dominari conaretur.* Ergo Epiſcopo Dertonenſi quodlibet jus in eum locum Pontifex detraxit, ac proinde etiam ſpiritale. Et certè eo tendebat Dertonenſis Epiſcopi conſilium, ut *ſubjectum ſibi præfatum Abbatem cum cœnobii ſupplemento faceret.* Non ergo tantùm res temporales, ſed etiam perſonas, atque ipſum Abbatem ſibi ſubjicere animo deſtinaverat. Ariowaldus hac de re ab Epiſcopo ſollicitatus, petiit ut *probaret, utrum cœnobia procul ab* B *urbibus, ita epiſcopali debeant miniſtrare dominio?* Deinde causâ ſuâ cadit Epiſcopus apud Honorium Papam. Itaque hic exemit ab Epiſcopi Dertonenſis jure, non ſolùm Bobienſis cœnobii res temporales; ſed ipſummet Abbatem, quem ſubjectum ſibi facere Epiſcopus intendebat. Ad hæc privilegium à Vigilio conceſſum monaſterio Arelatenſi (quod etiam de aliis in Brunechildis gratiam à Gregorio ſcriptis dicendum eſt) ejus erat generis, ut non ſolùm regiam, ſed etiam pontificiam auctoritatem exigeret. Atqui exemtio à jure temporali Epiſcopi pertinebat ad Childebertum Regem, qui ſanè Vigilium Papam non adiiſſet privilegii gratiâ, niſi monaſterium Arelatenſe à juriſdictione Epiſcopi eximere voluiſſet. niſi ſi id ipſum pro monaſte- C rio Arelatenſi à Pontifice Romano poſtulavit, quod ipſe obtinuit à Patribus Concilii [b] Aurelianenſis quinti pro xenodochio Lugdunenſi, in cujus res ac poſſeſſiones nihil Lugdunenſi Antiſtiti licere voluit. Sed perſpicua eſt etiam hanc in rem ſancti Cæſarii Recapitulatio [c] de parthenone Arelatenſi, in qua ſanctimoniales obteſtatur, ut ſi quocumque tempore quælibet Abbatiſſa pro qualibet conditione *ſubjectionem Pontificis hujus civitatis* habere voluerit; Deo inſpirante cum gravitate & reverentia ipſi reſiſtant, & hoc fieri nulla ratione permittant: ſed ſecundum *Sacram ſanctiſſimi Papæ urbis Romæ*, ſe munire in omnibus ſtudeant.

a *Innoc. lib.* 1 *epiſt.* 39 *Regeſt.* 13.

b *Conc. Aurel.* 5 *cap.* 15.

c *Cæſar. Recap. num.* XIV.

XII. Hunc locum mirificè illuſtrat Georgii monachi libellus inſignis de vita D ſancti [d] Theodori Siceotæ, qui anno DCXIII è vivis exceſſit. *Eo tempore*, inquit Georgius ejus diſcipulus, *pius Imperator Mauricius, & beatus Patriarcha Cyriacus, & Principes litteris ſuis ſanctum Chriſti ſervum Conſtantinopolim accerſierunt, ut eis benediceret. Quam ob rem cùm eo ſe contuliſſet, & beatiſſimum Patriarcham Cyriacum, & Imperatorem atque Senatum conſalutaſſet, eiſque benedixiſſet, apud eos commoratus eſt. Magno autem eum ſtudio & honore Imperator & Auguſta & omnes familiares complexi ſunt; & monaſteriis ejus immunitates tributæ, illudque conceſſum, ut nulli alii epiſcopatui ſubjecta eſſent, ſed ſanctiſſimæ tantùm & magnæ eccleſiæ apoſtolicæ regiæ ipſius civitatis, ita providente Deo, & ſancto martyre Georgio opitulante, propter benevolentiam in eos, qui in illis dege-* E *bant & ſacrificabant.* Quod ſi in Orientis monaſteriis id obtinebat, proximè ut Patriarchæ ſubjicerentur: cur non etiam apud Occidentales id conceſſum protopatriarchæ Romano? Id autem adeò verum eſt, ut ipſi Romano Pontifici quædam apud CP. monaſteria olim ſubjecta fuerint ante ſchiſma Photianum. Id intelligitur ex Johannis Papæ VIII epiſtola [e] ad Baſilium Macedonem Imperatorem, cui inter alia gratias agit, *quòd monaſterium ſancti Sergii, intra veſtram*, inquit, *regiam urbem conſtitutum, quod ſancta Romana eccleſia jure proprio quondam retinuit; divina inſpiratione repleti, pro honore principis Apoſtolorum noſtro præſulatui reddidiſtis.* Quis neget ante illa tempora id factum in Occidente, quod Orientales ipſi religioni habebant in Pon- F tificem Romanum? Sed hæc ſatis de privilegiis ſub ſtirpe Merovingica per Epiſcopos conceſſis: de aliis dicere ſuperſedeo, quandoquidem ea vir doctus non revocat in dubium.

d *Theodori Siceotæ vita, tom.* 3 *April. Bolland. pag.* 49 *num.* 71.

e *Johan. VIII epiſt.* 251.

 A

CAPUT IV.

I. Probatur antiquitas regiorum diplomatum à ſæculo quinto. II. *Maximè apud Francos à Chlodoveo Magno.* III. *Gregorii Turonenſis hac de re ſilentium perperam objectum.* IV. *Idem ritus etiam apud Anglos.* V. *Item apud Hiſpanicos Reges.* VI. *Et Italicos.*

B

I. JAm verò ad ſecundam partem, quam ſuperiùs pollicitus ſum, nimirum antiquitatem regiorum diplomatum, demonſtrandam, unus ſufficere poſſet Marculfus monachus, qui varias chartarum regiarum formulas in libro primo propoſuit, eas ſcilicet quæ illo ævo receptæ erant. Vivebat autem Marculfus ſæculo VII. Unde conſequens eſt, ante id tempus diplomata regia in uſu fuiſſe apud Francos. Id autem tam multis, tamque manifeſtis exemplis oſtendi poteſt, ut haud ſatis ſciam, an ſit ullus Chriſtianiſſimorum Regum à Chlodoveo primo ad ejus poſteros omnes, de quo certas & indubitatas litteras non habeamus.

Sed antequam de his dicere incipio, prætermittere non poſſum diploma Chilperici C Burgundiæ Regis pro Jurenſibus ſancti Lupicini monachis jam inde à ſæculo quinto conceſſum, quod laudat Gregorius Turonenſis de vitis Patrum cap. I. *Rex*, inquit, *dedit eis præceptionem, ut annis ſingulis trecentos modios tritici, eodemque numero menſuras vini accipiant, & centum aureos ad comparanda Fratrum indumenta, quod uſque nunc à fiſci ditionibus capere referuntur.* Quid clarius? en donario Regis *præceptione*, id eſt regiis litteris, firmata, & quidem ex teſtimonio Gregorii Turonenſis, cujus ſilentium nobis obtrudebatur. Verùm longè plura inferiùs ex eodem adducemus. Interim veniamus ad Francorum Reges.

II. Atque ut à Chlodoveo Magno exordiar, unum ab eo præceptum pro cœnobio D Miciacenſi conditum eſt, teſtante Bertoldo monacho in libello de vita ſancti Maximini Abbatis, quem Jonæ Aurelianenſi Epiſcopo nuncupavit. In eo quippe libello Euſpicius à Chlodoveo duo prædia obtinuiſſe perhibetur[a], atque ut *regio dono perpes maneret memoria, chartæ mandatum eſt ſub nomine Regis ac beati Maximini, &c.* Ex Spicilegii tomo V hîc repræſentamus ipſummet Chlodovei diploma, quod omni ex parte ſincerum nemo non agnoſcet, qui bona fide illud expendere volet.

a Sæc. 1 Bened. pag. 593.

Præcepta Regum Francorum pro cœnobio Reomaënſi Jonas Abbas in libro de miraculis ſancti Johannis ejus loci conditoris & Abbatis ante annos mille laudavit E his verbis. *Quanto jam honore ac veneratione Regum Francorum atque nobilium fulciretur virorum, ambigit nemo, qui beneficia à prædictis Regibus præſtita per præcepta chartarum, quæ uſque nunc in publicis archivis prædicti condita ſunt monaſterii, relegere cupit.* Chlodovei Magni præceptum Perardus ex ipſo (ut cenſuit) autographo poſt Petrum Roverium vulgavit cum diplomate Chlotharii primi pro eodem cœnobio. Chlodovei litteras nonnulli inſimulant falſi. Id hoc loco diſcutere non eſt neceſſe; ſufficitque in præſens ſcopo noſtro, Johanni Abbati, qui regnantibus Chlodovei Magni filiis vivere deſiit, conceſſa fuiſſe à Regibus Francorum præcepta, quæ Jonas Abbas ante annos mille præ oculis habuit. F

His adjungi poſſunt litteræ tum Theoderici Auſtraſiorum Regis, Chlodovei Magni filii, à quo ſanctus Fridolinus Abbas[b] inſulam Seckingenſem in perpetuum ſibi ſuiſque poſteris poſſidendam accepit *per chartam ſuæ manûs obſtipatione firmatam*, ut ex antiquiori auctore Baltherus ſæculi IX monachus refert in libro primo de vita ipſius Fridolini: tum Childeberti Regis, qui ſancto Marculfo locum Nantum traditurus, *accerſito ſcriptore jubet ſcribi ſuper dominium, quod vir* ſanctus petiverat, regale teſtamentum: & poſtea idem Rex *teſtamentum de his omnibus, pro quibus vir Domini petiverat, prædiorum donationibus fieri juſſit, atque illud præſente Regina Ultrogode, ceteriſque*

b Bolland. tom. 1 Martii, pag. 438.

A *que ſuis Optimatibus omnibus atteſtantibus, auctoritatis ſuæ anulo ſignavit*, ut tradit vetus auctor[a], qui ante ſæculum X vixit. Aliud Childeberti Regis præceptum pro cœnobio Aniſolenſi exſtat in Miſcellaneis Labbeanis, laudatum ante annos octingentos in actis Aldrici Epiſcopi Cenomannenſis[b].

Childeberto ſupervixit Chlotharius ejus frater: qui cum ſancti Medardi Epiſcopi corpus Sueſſionas transferret, facta ex medietate fiſci Croviaci traditione, *accito Commentarienſe juſſit conſcribi tomum anulo proprio roborandum, ut ſancti viri corpus humi defixum inde efferre poſſet.* Cumque nec ſic res ad votum cederet, *reaccerſito Commentarienſe, factaque more ſollemni donatione, fiſcum cum omni integritate conſcriptum, ac im-* B *preſſione proprii anuli ſignatum delegavit ſancto perennibus ſæculis poſſidendum*[c]. Hæc vetus ſcriptor litteris mandavit Caroli Calvi principatu.

His accedit Frodoardi auctoritas, in cujus hiſtoria hæc verba legimus de Mapinio Epiſcopo Remenſi[d]. *Hujus quoque temporibus Suavegotta Regina Remenſi eccleſiæ tertiam partem villæ Viriziaci per teſtamenti paginam delegaſſe reperitur. quam partem ipſe quoque præſul Theudechildi præfatæ Reginæ filiæ uſufructuario per precariam ſalvo eccleſiæ jure conceſſit.* Et infra. *Quæ ſcilicet Theudechildis Regina poſtmodum nonnulla per teſtamenti ſui auctoritatem tempore domni Ægidii Remenſi contulit eccleſiæ prædia.*

Erat Suavegotta (ut perhibent) Theodorici Chlodovei Magni filii, Auſtraſiorum C Regis conjux, quæ cùm unà cum filia Theudechilde eccleſiæ Remenſi prædia ſcriptis teſtamentis ſeu inſtrumentis tradiderit, ejuſmodi donationes tum ſcripto fieri ſolitas inde compertum eſt. Idem etiam de Childeberto primo, Chilperico item primo & Chlothario ſecundo probant acta[e] Aldrici Epiſcopi Cenomannenſis: ubi iſtorum Regum præcepta coram Ludovico Pio exhibita fuiſſe memorantur ab auctore æquali. Porro horum ſcriptorum teſtimonia refutare non poteſt Papebrochius, cum vixerint longè ante ſæculum XI, quo quidem tempore falſa diplomata vulgari cœpiſſe opinatur.

III. Opponit eruditus vir Gregorii Turonenſis Epiſcopi ſilentium, ex quo ſcri- D pturam apud Francos in transferendis prædiis concedendiſve privilegiis uſurpatam fuiſſe conſtanter negat. Ego verò auctore Gregorio id ſecus accidiſſe conſtanter affirmo, & verò probare in promtu eſt. Gregorius quippe in hiſtoria ſua[f] tradit, Chilpericum *teſtamenta quæ in eccleſiis conſcripta erant, plerumque diſrupiſſe, ipſaſque patris ſui præceptiones*, id eſt diplomata, quibus Chlotharius ejus pater donationes eccleſiis factas confirmaverat, atque ratas eſſe præceperat. Apud eumdem auctorem[g] invenio Anaſtaſium Presbyterum *per chartas glorioſæ memoriæ Chrothildis Reginæ* proprietatem aliquam poſſediſſe, ejuſque confirmationem *acceptis à Rege præceptionibus* impetraſſe. De privatis donationibus exſtat inſignis ejuſdem Gregorii locus in E lib. VI cap. XLV, quem locum inferiùs adducam. Interim alter de Regum litteris locus nobis ſuppetit ex eodem Gregorio, referente[h] ſanctæ Radegundis epiſtolam Gallicanis Epiſcopis inſcriptam, in qua Regina piiſſima non ſolùm tam ſe, quàm ſorores ſuas *de ſubſtantia terrena quæ poſſidere videbantur, factis chartis monaſterio ſuo tradidiſſe* teſtatur: ſed etiam adducit *auctoritates præcellentiſſimorum domnorum Regum Chariberti, Guntchramni, Chilperici, & Sigeberti, à quibus donationes ab ſe factas cum ſacramenti interpoſitione & ſuarum manuum ſubſcriptionibus confirmari obtinuerit.* Ex quo manifeſtè intelligitur, regias hac de re litteras emanaſſe, quas prædicti Reges manuum ſuarum ſubſcriptionibus roboraverint. His adjunge diploma Chlotharii II F pro Divionenſi ſancti Benigni cœnobio, editum apud Petardum[i]. Agmen claudet hoc loco Leidradus Epiſcopus Lugdunenſis, qui *priſcorum Regum Franciæ decreta* pro cœnobio Inſulæ Barbaræ *fieri* juſſit, hoc eſt novis conditis litteris renovari diplomata, quæ à priſcis Francorum Regibus ante Caroli principatum ævumque ejuſdem loci monachis impertita fuerant.

Hactenus omnium fermè Regum à Chlodoveo primo ad Dagobertum diplomata protuli. De Dagoberto ejuſque poſteris non eſt quod ulterior inquiſitio fiat: ſi quidem ab ejus principatu regiorum diplomatum uſum invaluiſſe vir doctus non diffitetur. An verò pauciſſima (uti ipſe opinatur[k]) ſub Dagoberto & poſt illum

a Sæc. I Bened. pag. 130 & 133.
b Miſcell. Baluz. tom. 3 pag. 117.
c Spicil. tom. 8 pag. 404.
d Frod. lib. 2 cap. 1.
e Miſcell. Baluz. tom. 3 pag. 117.
f Greg. Tur. lib. 6 cap. ult.
g id. lib. 8 cap. 12
h id. lib. 9 cap. 42.
i Perard. Burgund. monum. pag. 6.
k num. 125.

» uſque ad ſecundæ ſtirpis Reges, quæ vel autographa dici poſſint, vel ex autogra- A
» phis fideliter deſumta reperiri poſſint, inferius diſcutiendum.

IV. Neque verò tantum apud Gallos obtinebat hic ritus, ſed etiam apud Angloſaxones: quæ gens abſque ſcripto donationes conferre non ſolebat, ſaltem à ſæculo ſeptimo, contra quàm ex Bedæ ſilentio colligere ſibi viſus eſt Mareshamus à Papebrochio laudatus. Hanc opinationem nullo alio potiori refellam, quàm Bedæ ipſius teſtimonio, qui in epiſtola ad Ecgbertum agens de quibuſdam pſeudomonachis, ſeu potiùs ſæcularibus viris, qui immunitatum obtentu monachos ſe ferebant, & monaſteria conſtruebant, ita ſcribit. *At alii graviore adhuc flagitio, cùm ſint ipſi laici, & nullius vitæ regularis vel uſu exercitii amore præditi, datâ Regibus* B *pecuniâ, emunt ſibi ſub prætextu conſtruendorum monaſteriorum territoria, in quibus ſuæ liberius vacent libidini; & hæc inſuper in jus hereditarium regalibus edictis faciunt adſcribi; ipſas quoque litteras privilegiorum ſuorum, quaſi veraciter Deo dignas, Pontificum, Abbatum, & Poteſtatum ſæculi obtinent ſubſcriptione confirmari.* Regalia ejuſmodi edicta ac privilegia Pontificum haud dubiè flagitabant pſeudomonachi illi ex veteri ac communi uſu aliorum monachorum, qui conſimilibus diplomatis rebus ſuis conſulere ſolebant. Certè Bonifacius Martyr & Epiſcopus in epiſtola XIX increpat Ethilwaldum Merciorum Regem, quòd *multa privilegia eccleſiarum & monaſteriorum fregiſſet.* quod de privilegiis ſcriptis intelligere par eſt, uti & ſubſequentia, cum addit, C *privilegia eccleſiarum in regno Anglorum* à ſua per Gregorii diſcipulos converſione, *inviolata & intemerata permanſiſſe uſque ad tempora Ceolredi Regis Merciorum, & Oſredi Regis Deirorum & Berniciorum.* Tale fuit diploma Withredi Regis editum in ſynodo Becanceldenſi anni DCXCIV, quo diplomate ſancit non eſſe licitum cuiquàm uſurpare, *quod antea fuerat Domino conceſſum, & cruce Chriſti*, id eſt ſigno crucis, *firmatum atque dedicatum.* Egregiè verò falluntur, qui hoc diploma aliorum exemplum eſſe putant ex poſtremis Withredi verbis, quibus præcipit hoc ſcriptum irrefragabile haberi, ſervarique Doroberniæ in eccleſia ſancti Salvatoris *ad exemplum omnium eccleſiarum atque defenſionem, quæ in Anglia habentur.* His enim verbis id unum D intendit, ut ob cautelam exemplar iſtius privilegii ſervetur in metropolitana eccleſia, ubi illud conſulere poſſint Anglicanæ eccleſiæ, in quarum gratiam conditum eſt. quod à Ludovico Pio eamdem ob cauſam factum ſuperùs[a] advertimus.

Eumdem diplomatum uſum ante Withredi tempus adſtruit ſynodus Landavenſis anno DCLX convocata, in qua Rex Mouricus dedit quatuor villas eccleſiæ Landavenſi: cujus donationis *de clericis & de laicis teſtes* in iſtius ſynodi actis referuntur, ut in publicis authenticiſque litteris adhiberi ſolent. Idem præſtitiſſe Guidneorthus in aliis ejuſdem ſynodi actis perhibetur. Quid quòd Johannes Bollandus[b] in commentario ad vitam ſancti Teliavi Landavenſis Epiſcopi ex Uſſerio refert, eam E eccleſiam iſto Pontifice dignitate, privilegio, eccleſiis ac territoriis creviſſe, à Regibus & Principibus Britanniæ conceſſis, *teſtantibus legitimis viris.* Quin etiam privilegium memorat ſancto Teliavo ejuſque ſucceſſoribus datum ab iiſdem Regibus apoſtolica auctoritate confirmatum. quæ ſanè omnia ſcripturæ uſum in ejuſmodi rebus palam adſtruunt. Id ne aliquis negare perget? Occurrit Godwinus[c] Landavenſis; qui donationis ejuſdem loci Epiſcopo Lunapaeio ſæculo VI factæ ipſiſſima (ut ipſe ait) verba refert. Si is mos fuit apud Landavenſes in Wallia non dubium, quin ad alias itidem illius inſulæ eccleſias pertinuerit.

V. Non præteream Hiſpanicos Veſigothorum reges, ex quibus Leovigildus, F *quàmlibet Arianus, tamen ut ſe Nuncti Abbatis precibus Domino commendaret, eidem viro auctoritate conſcripta de quodam præcipuo loco fiſci direxit, ut alimenta aut indumenta exinde cum ſuis fratribus haberet*, referente Paulo Diacono, in libello de vitis Patrum Emeritenſium[d]. Id contigit ſub finem ſæculi VI, quo proinde regiæ iſtiuſmodi litteræ apud Hiſpanos Reges in morem venerant.

VI. Quid memorem Italicos Reges? ex quibus *Aripertus*[e] *Rex Langobardorum donationem patrimonii Alpium Cottiarum, quæ quondam ad jus pertinuerant apoſtolicæ ſedis, ſed à Langobardis multo tempore fuerant ablatæ, reſtituit, & hanc donationem aureis*

a cap. 2 num. VII.

b Bolland. tom. 2 Februar. pag. 307.

c Godevvin. in Epiſc. Landav. pag. 622.

d Paul. Diac. Emerit. de vit. Pat. cap. 3.

e Paul. Diac. de geſt. Langob. lib. 6 cap. 28.

A *exaratam litteris Romam direxit*, ut ex Paulo Warnefridi accepimus. Alia ſuperiorum Italiæ Regum, puta Agilulfi, Ariovaldi, & aliorum exempla exſtant in Bullarii Caſinenſis tomo I; alia item in Italia ſacra apud Ughellum: & fragmentum diplomatis Theudelindæ Reginæ apud Baronium[a]. Sed his omnibus præit diploma Alboini Regis, qui *ut erat largiſſimus*, Felici Epiſcopo Tarviſiano *omnes ſuæ eccleſiæ facultates poſtulanti conceſſit*, & *per ſuum Pragmaticum*, inquit Paulus[b] mox laudatus poſtulata firmavit ſub annum D LXXII.

Tanta nubes teſtimoniorum & exemplorum manifeſtè (ni fallor) demonſtrat, regiorum diplomatum uſum non ſolùm apud Francos & Anglos, ſed etiam apud B Hiſpanos atque Italos nihilominus, quàm poſtremis temporibus viguiſſe. De Græcis unum omnium inſtar erit diploma, quod Porphyrio[c] Gazenſi Epiſcopo Eudoxia, Theodoſii junioris mater, in ſollemni filii baptiſmo concedi juſſit, quo *privilegia ſanctæ eccleſiæ & Chriſtianis* indulta ſunt. Nam acceptâ ſupplici Porphyrii chartâ, accerſito Quæſtori dixit: *Accipe hanc chartam, & convenienter ei quod in ea continetur, divinum reſcriptum manda litteris:* ſtatimque perfectum fuit *divinum reſcriptum & ſubſcriptum.* Hîc venit in mentem aliud factum Cabadis Perſarum Regis, qui Jacobi Syri virtute commotus, non ſolùm homines, qui in eo Perſico bello captivi fuerant, in libertatem miſit: ſed Jacob *inſuper ſyngrapham pignoris loco ac tutelæ dedit*, teſte C Procopio[d]. Sed & ante iſtud tempus Abbas Ammonathas, cùm Præſes à monachis, ſicut à ſæcularibus, capitalem exigeret penſionem, *Sacram* ab Imperatore obſignatam obtinuit; & pergens Alexandriam curavit *ſubſcribi eam per Magiſtratus*, ut ex græcis monumentis[e] eruditiſſimi Johannis Baptiſtæ Cotelerii diſcimus.

a *Baron. ad ann.* 616.

b *Paul. Diac. lib.* 2 *cap.* 12.

c *S. Porphyrii vita, tom.* 3 *Februar. Bolland. pag.* 653 *&* 654.

d *Procop. de bello Perſico, lib.* 1.

e *Monum. græc. pag.* 402.

CAPUT V.

D I. *Antiquitas chartarum privatarum demonſtrata ex Marculfo aliiſque.* II. *ex Regulis ſæculi ſexti & ſeptimi.* III. *An & quando ſine ſcripto donationes factæ.* IV. *Qui ritus apud Germanos.* V. *item apud Italos.*

I. RESTAT agendum de privatis donationibus, quas eodem tempore ſollemni more fuiſſe receptas, præter veteres Ripuariorum, aliorumque leges, probat in primis liber Marculfi ſecundus, *pagenſes formulas* complectens; tum legis Romanæ ſeu codicis Theodoſiani edicta, quæ in pleriſque Galliarum provinciis, maximè Transligerianis, ſervabantur: ad hæc varia hujus temporis exempla, quæ E ad nos uſque pervenerunt. Inſigne eſt hanc in rem teſtamentum[f] Perpetui Turonenſis Epiſcopi, quo nullum ferè illuſtrius hoc in genere antiquitatis monumentum. (ſi Gregorii Nazianzeni item teſtamentum excipias) inveniri poteſt. Huic reſpondet alterum ſancti Remigii Remorum Pontificis itidem teſtamentum ab Hincmaro, Frodoardo aliiſque relatum; aliud item Aredii Attanenſis, à Gregorio Turonenſi laudatum, quod in tomo ſecundo veterum Analectorum[g] prodiit in lucem. Denique teſtamentum Mummoli *munitum ſubſcriptionibus ac ſigillis* ab eodem Gregorio laudatur[h] in lib. de gloria Martyrum. Accedunt alia loca ex eodem auctore, ex quibus duo potiora ſeligam, quorum unum eſt in lib. VI cap. F XLV. ubi cùm Chilpericus Rex filiam ſuam Ingundem Recaredo Veſigothorum Regi deſponſatam in Hiſpaniam mittere vellet, *familias multas de domis fiſcalibus*, ut regiam virginem comitarentur, coegiſſe perhibetur. *Multi verò meliores natu*, inquit Gregorius, qui *vi compellebantur abire, teſtamenta condiderunt, reſque ſuas eccleſiis deputantes, atque petentes, ut cum in Hiſpanias puella introiſſet, ſtatim teſtamenta illa, tanquam ſi jam eſſent ſepulti, reſerarentur.* Alterum locum ſuppeditat idem Gregorius in capite ſequenti, quo in loco Chilpericus *teſtamenta quæ in eccleſiis conſcripta erant, ipſaſque patris ſui præceptiones* diſrupiſſe memoratur. Non prætermeam ſynodum Lugdunenſem anni D LXVII, ſtatuentem cap. II, ut *teſtamenta* eccleſiaſticorum homi-

f *Spicil. tom.* 5 *pag.* 105.

g *Analect. tom.* 2 *pag.* 48.

h *Greg. Tur. lib.* 1 *cap.* 31.

num vel *donationes*, *aut quæcumque inſtrumenta omni ſtabilitate ſubſiſtant.* quod totidem verbis Concilium Pariſienſe anni DC XV decernit cap. X. A

Dicet forſan aliquis, hìc tantùm agi de teſtamentis, quæ tum quidem erant uſitata: non verò de privatis donationibus inter vivos factis, quæ nondum invaluerant. At prӕterquam quod de utriſque par ratio eſt; Marculfus monachus varias etiam poſterioris generis chartas ſeu formulas adducit ante ſuum, hoc eſt ſeptimum ſæculum, receptas: & argumenta atque exempla, quæ mox adducturus ſum, privatas ejuſmodi donationes liquido demonſtrant. Ad hæc teſtamenti nomine Gregorius in altero teſtimonio eas haud dubiè comprehendit, uti poſt eum Agobardus in libro de diſpenſatione cap. XV*, ubi conqueritur, quòd *non ſolùm poſſeſſiones eccleſiæ, ſed ipſæ etiam eccleſiæ cum poſſeſſionibus venumdantur.* Tum ſubdit. *Nec de illis quàm maximè audemus dicere, quorum proavi aut abavi conſtruxerunt eccleſias, ac ditaverunt, & teſtamentis ſcriptis atque firmatis nullos ſe habituros heredes, niſi eccleſiam & rectores ejus, denuntiaverunt, &c.* Hæc ille. Porro non teſtamentum, ſed inſtrumentum inter vivos fuit *libellus* ſeu charta donationis Syagriæ matronæ Lugdunenſis, quæ ſancto Domitiano monacho & eremitæ degenti in agro Lugdunenſi ſub imperium Juliani Apoſtatæ, vineam quamdam tradidiſſe perhibetur apud Gononem in libro ſecundo [a] de vitis Patrum Occidentis. Nam *convocato Notario ac teſtibus* continuò factus eſt *libellus*, ita continens *Dominis magnificis ſervis Dei Domitiano & ſociis ejus eremitis Latinus & Syagria. Propterea quia Dei ſervi excelſi eſtis, ideo concedimus vobis jure proprietario res proprias noſtras, quæ ſunt in pagis inclytæ Lugdunenſis urbis Galliæ, & ex parte Bellicenſis caſtri, hoc eſt vineam unam ſupra villam quæ dicitur Deſerta, &c.* Sic veterrimus auctor, qui integrum indubiè inſtrumentum præ oculis habebat. Ex quo intelligitur, ſæculo IV donationes ſcripto eccleſiis in Gallia factas fuiſſe. B C

a Gonon. pag. 216 col. 2.

II. Verùm hunc locum maximè illuſtrant donationes à ſæculo VI monaſteriis fieri ſolitæ, in quarum teſtimonium primo venit Regulæ ſancti Benedicti caput LVIII, ubi de ſuſcipiendo monacho novitio agens vir ſanctus, *res ſi quas habet*, inquit, *aut eroget prius pauperibus, aut facta ſollemniter donatione conferat monaſterio.* Et capite ſequenti, ubi de filiis nobilium qui offeruntur, præcipitur, ut ſi quid eorum parentes in eleemoſynam offerre voluerint, *faciant ex rebus quas dare volunt monaſterio donationem, reſervato ſibi (ſi ita voluerint) uſufructuario.* Ubi *donationis ſollemnis* nomine ſine dubio intelligitur ea quæ fit ſcriptis publicis & authenticis litteris, quemadmodum diſertè probat Regula ſancti Aureliani Epiſcopi Arelatenſis, cujus hæc verba ſunt in cap. XLVII. *Qui verò minoris ætatis ſunt, aut vivis parentibus in monaſterio ingrediuntur; chartas tunc facere compellantur, quando ætate prolati fuerint, aut res parentum in poteſtate habuerint.* Ubi vides, chartas exigi ad ſollemnem illam donationem, de qua agit ſanctus Benedictus, cujus æqualis fuit Aurelianus. Id porro Regula Magiſtri diſertè confirmat [b], ubi candidati monachi profeſſionem deſcribens ait. *Poſt hæc verba, ſi cum rebus ſuis introierit, tunc ille Brevis vel donatio rerum ſuarum Deo vel monaſterio facta ipſius donatoris manu ſuper altare ponatur, &c.* Quo in loco *Brevis* nomine ſignificatur ſollemne inſtrumentum de donatione facta. Eodèm referuntur ſequentia ejuſdem capitis verba. *Breves verò donationum, factos à Fratribus, tempore mortis ſuæ Abbas, in quod uſibus monaſterii expenſis reſtituerit, teſtamento ſuo inſerat, &c.* Denique idem Magiſter alibi [c] recenſens varia rerum monaſticarum reconditoria, memorat *arcam cum diverſis codicibus, membranis, & chartis monaſterii.* quæ arca ſecundum quoſdam poſtea archivo nomenclaturam dedit, quam alii rectiùs deducunt à voce græca ἀρχεῖον. De earumdem donationum inſtrumentis teſtimonium præbent vetera monaſteriorum Chronica, quæ plurima eorum primordialia monumenta aut ex integro, aut ex parte repræſentant. Idem etiam atteſtatur ſancta Radegundis, quæ in ſuo teſtamento non ſemel laudato chartas donationum tam ſuo, quam ſororum ſuarum nomine Pictavenſi ſanctæ Crucis parthenoni inſcriptas commemorat. Hoc in genere prætermittere non poſſum litteras Anſemundi ejuſque conjugis Anſleubanæ de conditione parthenonis ſancti Andreæ D E F

b Regul. Mag. cap. 89.

c ibid. cap. 17.

A apud Viennam Allobrogum, in gratiam Remilæ, cognomento Eugeniæ, eorum
filiæ, facta *anno VIIII regnante domno* LOTHARIO *Rege.* quod de Chlothario primo,
non de Lothario intelligendum eſſe conſtat ex chartario Viennenſi. In eo enim
refertur diploma Ludovici Auguſti Bernardo Epiſcopo conceſſum, quo prædictum
cœnobium eccleſiæ Viennenſi confirmat, uti *Præcepta priorum Regum*, *Theuderici
ſcilicet & Guntranni*, illud eidem eccleſiæ tradiderant. Ex quo neceſſario conſequi-
tur, iſtum parthenonem exſtitiſſe ante Guntramnum, & ad Chlotharii Magni tem-
pus ejus originem referendam. Anſemundi litteræ hîc exhibentur in ultimo libro.
III. Non diffiteor tamen per illa ſuccedentiaque tempora donationes aliaſque
B ejus generis actiones civiles abſque ſcripto aliquando fieri ſolitas: maximè ubi ſol-
lemnis quædam actio de facta donatione proteſtabatur. Hujus rei argumentum
nobis præbet Gregorius Magnus, qui ab Adeodato monacho rogatus, ut dona-
tionem ab eo ante ſuſceptum monachatum verbo factam ſcriptis conſignari per-
mitteret; ejus petitioni annuit, hæc præfatus[a]. *Ipſa quoque donatio* (nempe ſolo
verbo facta) *licet poſſit jure ſubſiſtere, præcipuè in hoc quod ab illis tribuitur, qui cum pom-
pis ſuis ſæculum relinquentes, ad Dei ſe eligunt conferre ſervitium.* Cujuſmodi multa
fuêre exempla præcipuè ſæculo XI: quo tempore qui monachum profitebantur,
cœnobio prædia ſine ſcripto non rarò conferebant: ſed tamen ob cautionem po-
C ſterorum ævo illo inventæ ſunt notitiæ privatæ, quæ rei geſtæ hiſtoriam ac teſtes
exprimerent: de quibus notitiis jam aliàs actum eſt, iterumque ſuo loco inferiùs
agendum[b]. Certè apud Angloſaxones *conferebantur primo multa prædia nudo verbo,
abſque ſcripto vel charta, tantum cum Domini gladio, vel galea, vel cornu, vel cratera;
& plurima tenementa cum calcari, cum ſtrigili, cum arcu, & nonnulla cum ſagitta. Sed
hæc initio regni ſui*, id eſt ſæculo V, *poſterioribus annis immutatus eſt iſte modus.* teſtante
Ingulfo in hiſtoria Crulandenſi, maximè à tempore reſtitutæ religionis ex dictis.
Perſeveravit diu ritus iſte apud Danos, quibus donationes per *ſcottationem* facere
mos erat, etiam tempore Innocentii III[c]. Forma autem hæc erat, ut *in ejuſmodi
D donationibus modicum terræ in manu acciperent, vel in extremitate pallii, quod manu Præ-
lati eccleſiæ ſuſtineretur, aut ſuper altare ponendum ſub teſtimonio videntium & audientium
ſub dicta forma, quæ Scotatio vulgariter appellatur*, à voce germanica *Scot*, quæ vecti-
gal, tributumve ſignificat. Apud Francos item aliquando ſine ſcripto fiebant ec-
cleſiis nonnullæ donationes, ut teſtatur Rajambaldus Arelatenſis Antiſtes in mſſ.
ſuis[d] litteris de inſtauratione & dedicatione eccleſiæ ſancti Cæſarii Arelatenſis.

a *Greg. lib.* II *epiſt.* 5.

b *lib.* 3 *cap.* 4.

c *Innoc. III lib.* 1 *epiſt.* 428 *V. notas Alteſſerræ in Decretal. Innoc. lib.* 1 *tit.* 4 *c.* 2.

d *Fragm. mſſ. Stephanotii noſtri, tom.* 10 *pag.* 289.

IV. Etſi verò hæc ita ſint, vigebat tamen paſſim ſollemnium inſtrumentorum
uſus, quæ à pleriſque, ut præmiſſum eſt, in ejuſmodi donationibus adhibebantur.
Certè in legibus Alamannorum[e], quas à Theodorico Rege, Chlodovei Magni
E filio, primùm inſtitutas fuiſſe conſtat, qui res ſuas eccleſiæ tradere aut *in beneficium*
aliquid ab eccleſia accipere voluerit, id ut *per chartam* faciat, præcipitur. Et in le-
gibus Ripuariorum de manumittendis ſervis idem ſtatuitur. qua de re lege ſis Va-
diani[f] librum ſecundum de collegiis monaſteriiſque Germaniæ.

e *Leges Alaman. capp.* 1 & 2.

f *Vadian. tom.* 3 *Goldaſt. pag.* 77 & *ſeqq.*

V. Apud Italos præ ceteris inſignis & antiqua eſt charta donationis Cornutianæ
eccleſiæ ſub Leone Magno factæ Auguſto quartùm & Probiano V. C. Coſſ. id eſt
anno Chriſti CCCC LXXI. quam chartam in libro ſexto referemus. Eodem tempore
apud Conſtantinopolim Euphemia nobilis[g] femina Matronæ Pergenſi locum ex-
ſtruendo cœnobio conceſſit, ejuſque *donum litteris inſinuatum* legitur. Denique Juſti-
F no imperante Hildevara quædam bona nonnulla cuidam eccleſiæ tradidit Maximo
V. C. Conſule: cujus fragmentum Briſſonius refert[h], & paullo poſt chartam[i] ple-
nariæ ſecuritatis, ſcriptam, imperante Juſtiniano, P. C. Baſilii anno XXIII.

g *Surius* 8 *Novemb. cap.* 31.

h *Briſſon. de formul. lib.* 6 *pag.* 622 & 623.

i *ibid.* 646 & 647.

Hactenus varia Pontificum Romanorum privilegia, diplomata regia, privataſ-
que donationum chartas retuli, aut certè indubitata de eiſdem inſtrumentis teſti-
monia, quæ eorum uſum à ſæculo VI paſſim invaluiſſe adeo luculenter, (ſi quid
judico) demonſtrant, ut nemini in poſterum hac de re dubitare liceat. Quod ſupereſt,
oculata ejus rei argumenta exhibebunt inciſa in ære priſcorum Regum aliorumque
autographa, quæ ad calcem hujuſce libelli ſubjiciemus.

A

CAPUT VI.

I. Veris falſa permiſta fere omnia. II. Papebrochii ſententia de primis falſarum chartarum auctoribus. III. Refellitur. IV. Vindicatur religio monachorum ſæculi undecimi. V. Objecta expenduntur. VI. Nullus ſtatus immunis ab ea labe.

B

I. DEmonſtratâ genuinorum inſtrumentorum antiquitate, conſequenter de falſorum origine dicendum eſt, quæ ad verorum ætatem propiùs accedit. Quippe ubi primùm, ſerenatis rebus, à tyrannorum vexationibus eccleſiæ reſpirare conceſſum eſt; jam tum demum ubique terrarum vero Deo templa ædificata, templiſque attributæ ſunt ampliſſimæ facultates, quæ alendis eorum miniſtris ſufficerent. Hinc confecta donationum inſtrumenta, quibus in poſterum ſarta tecta poſſeſſio ſervaretur. Idem contigit in monaſteriis ab ipſorum conditione: in quibus ſimul accrevêre temporalia bona, ſimul etiam poſſeſſionum monumenta condita ſunt in poſterorum fidem & poſſidentium præſidium, teſte in primis Auguſtino C cum aliis, quorum teſtimonia ſuperiùs adducta ſunt.

Verùm quod in veterum libris ac ſcriptis, quod in publica moneta, aliiſque paſſim rebus; idem etiam accidit in diplomatis: in quibus corrupta quædam, aut interpolata, nonnulla etiam temeraria fraude conficta ſunt. Nullum ſanctius ævum quàm naſcentis eccleſiæ. Et tamen quanta falſorum ſcriptorum monſtra, ementitis Apoſtolorum, aliorumque virorum illuſtrium nominibus perſonata, pepererit ætas illa, inter alia docet Gelaſii Papæ cenſura, qui apocryphas falſaſque ſcripturas à veris accuratè diſcrevit. Huic catalogo multos alios libros, quà ſuppoſiticios, quà corruptos, ſuperaddere poſſemus, ut ſancti Athanaſii epiſtolam ad Epictetum D Corinthiorum Epiſcopum, *ab inimicis veritatis* (ut loquitur ſanctus Cyrillus Alexandrinus[a]) ita *depravatam*, ut in una Alexandrina eccleſia integra iſtius epiſtolæ exemplaria tunc reperirentur. Idem flagitium in libris aliorum Patrum à Severianis commiſſum eſt, teſte Anaſtaſio Sinaita[b]: Idem in litteris Nicolai Papæ I & Johan. VIII. à Photio, qui falſas etiam Nicolai nomine ſubornavit, ſicut apud Baronium[c] ex Niceta, aliiſque animadverſum eſt. Sed inſtituto noſtro magis affine eſt facinus cujuſdam ſervi Stiliconis Comitis, qui *falſas litteras tribunatûs facere compertus eſt*, referente Paulino in ſancti Ambroſii vita. At ſicuti neque omnes libros ſacros, neque genuina Patrum opera, neque monetas denique omnes rejicimus, propterea quòd in E nonnullis impoſturæ & vitia quædam retecta ſunt: ita nihilo minus vera diplomata ob quorumdam depravationes rejicere nefas eſt.

a *Cyrill. Alexand. epiſt. ad Acacium, pag.* 120.
b *Anaſtaſ. Sin. pag.* 93 *&* 199.
c *Baron. ad an.* 862, 879.

II. Quo tempore in orbem litterarium ſubjerit falſorum diplomatum labes;
,, quoſve auctores habuerit; hîc in anteceſſum diſcutere juvat. Id undecimo æræ
,, Chriſtianæ ſæculo & ſequentibus, dum univerſalis eccleſiæ pacem tot undique ſchiſ-
,, mata ſeditioneſque turbarent, vigeretque morum corruptela, obtinuiſſe putat Pa-
,, pebrochius[d], atque ejuſmodi flagitium refundit præcipue in monachos, qui cùm
,, viderent, inquit, à poteſtatibus ſæcularibus undique accidi immunitates & poſſeſ-
,, ſiones ſuas, non magno crimini ſibi ducebant, pro ipſis tuendis fingere, quæ in F
,, nullius ceſſura præjudicium, ſolùm videbantur conductura tuendæ æquitati. Ad-
,, dit[e] tamen poſtea etiam mali exempli licentiam ad Clericos pertinuiſſe.

d *Papebroc. num.* 103.
e *num.* 104.

III. Verùm pace eruditiſſimi viri longè ante iſtud tempus obtinuit hæc licentia, quæ, ut mendacium veritati, ſic veris diplomatis eſt coæva. Quippe id evincunt antiquæ leges, quæ varias falſariis pœnas decernunt, qualis eſt in primis lex Ripuariorum[f] à Theodorico Rege Chlodovei Magni filio condita, quæ Cancellario *falſati teſtimonii* auctori pollicem dextrum abſcindi præcipit, Ei verò qui teſtamentum Regis abſque alio teſtimonio falſum proclamaverit, vitæ compoſitione

f *Rip. tit.* 59 *l.* 8.

A pœnam irrogat [a]: ad eum ferè modum, quo lex Cornelia [b], à Lucio Cornelio Sulla Dictatore & Conſule longè ante promulgata ſanciverat, ut qui nomine Prætoris litteras falſas reddidiſſet, edictumque falſum propoſuiſſet, de ejus capite quæreretur. Sæculo nono Lotharius Auguſtus chartæ adulteratori manum itidem amputari ſtatuit, & oſtenſori ipſius chartæ rerum amiſſionem cum multa imponit. Et id quidem more Romano. Nam apud Suetonium in Claudio [c], proclamat quidam, *præcidendas falſario manus*. Cùm autem paullo pòſt falſariorum multitudo magis ac magis graſſaretur; Otto Imperator ſancivit [d], ut non tantùm (quod vetus mos ferebat) charta illa, quæ ab adverſario falſa eſſe dicebatur, tactis ſacroſanctis evan- B geliis vera probaretur; ſed etiam ut ille qui falſam chartam dixiſſet, duello rem comprobaret. Ex his legibus manifeſtum eſt, jam diu ante ſæculum XI falſa diplomata, chartaſque adulterinas ſparſas fuiſſe in vulgus; idque diſertè adſtruunt varia falſariorum exempla, quæ ante id tempus apud vetuſtos auctores legimus.

a *tit. 60 l. 6.*
b *Long. lib. 2. tit. 55 l. 33.*
c *Sueton. in Claud. num. 15.*
d *Longob. lib. 2 tit. 55 l. 34.*

Nam ut ne quid de falſo (uti etiam Baronius [e] fatetur) edicto ſub nomine Conſtantini Magni vulgato loquar; ut diſſimulem Ægidii Remenſis Epiſcopi factum inſigne apud Gregorium Turonenſem [f], Arigiſo Beneventanorum Duce, id eſt poſt medium ſæculum VIII, Godefridus quidam Notarius [g] *propter multas chartulas falſas* bonorum proſcriptione multatus eſt. Sæculo inſequente Ragamfridus, Remenſis C eccleſiæ Diaconus, in Concilio II Sueſſionenſi anno DCCCLIII accuſatus eſt à Carolo Calvo, *quòd præcepta falſa regio nomine compilaſſet*, ut in iſtius Concilii cap. VI legitur. Aliud item ejuſmodi factum refertur in ejuſdem Concilii actione quinta. Eodem tempore apud Italos adeo invaluerat hæc labes, ut conventus Ticinenſis falſis, quæ circumferebantur, litteris reſciſſis, legitimas condi ipſo anno præceperit cap. V. *De chartis, quæ à quibuſdam perſonis falſæ appellantur, conſtituimus, ut, ſi Notarius ſuperfuerit, & teſtes, qui eam veram & idoneam faciant; & ſi teſtes mortui fuerint, cum duodecim juratoribus veram & idoneam eam faciant.* Leves in iis chartis defectus admiſſos fuiſſe oportet, qui tam moderata animadverſione caſtigati ſint. Ne- D que expers hujus mali etiam Gallia fuit, teſtante Nicolai Papæ I epiſtola LXII, in qua monachos ſancti Carileſi, quos Cenomannenſis Epiſcopus ſollicitaverat, à jure Epiſcopali eximit, cauſatus falſas in eos prolatas litteras, hæc inter alia effatus. *Nec violenter aut callidè mali quidquam aut perturbationis moliatur in illos* (Epiſcopus) *ſicut audivimus quoſdam facere voluiſſe, quaſi inſcriptiones quaſdam monſtrantes, quibus monaſterium ſuæ civitati poſſeſſionis jure ſubditum fieri conati ſunt; quas conſtat omnino falſas fuiſſe.* Eodem Nicolao Pontifice Johannes Ravennæ Archiepiſcopus teſte Anaſtaſio, *cautiones & indiculos, qui ſoliti ſunt ab Archiepiſcopis Ravennatibus in ſcrinio fieri, more Felicis deceſſoris ſui falſavit; & quædam barbara ſcripta, quædam verò* E *falſa compoſuit.*

e *Baron. an. 324.*
f *Greg. Tur. lib. 9 cap. 19.*
g *Ital. ſacr. tom. 8 col. 579.*

Hîc longè ante ſæculum XI falſa diplomata legimus, quæ monachos non habent auctores, quibus proinde injuriâ malæ artis origo & initia imputantur. Neque valet etiam ratio, quæ huic peſti occaſionem ſæculo XI præbuiſſe aſſeritur, nimirum corruptela morum, à ſchiſmatibus invecta. Vix enim ullum tempus, quo apud monachos majorem viguiſſe religionem invenias. Eo quippe ſæculo ineunte floruit Guillelmus Abbas Divionenſis piiſſimus, qui monaſteria ampliùs duodecim ad meliora inſtituta revocavit. Ejuſdem æqualis & operis conſors Richardus Abbas Virdunenſis, Belgicæ primæ redivivum obſervantiæ monaſticæ ſplendorem cum F ſociis & commilitonibus ſuis reſtituit. Et Cluniacenſem Ordinem in rigida obſervatione ſervarunt per id tempus Odilo & Hugo Abbates ſanctiſſimi, quorum regimine Cluniacenſium religio mirum eſt quantum effloruerit. Quid memorem Herluinum Beccenſium, Brunonem Cartuſienſium, Johannem Gualbertum Vallumbroſanorum, Romualdum Camaldulenſium, Stephanum Grandimontenſium, monachorum auctores? ex quorum ſodalitiis tot ſanctorum piorumque hominum examina proceſsêre, nullum ut ſæculum ſanctiſſimis monachis feraciùs vix umquam extitiſſe haud temerè aſſerueris, nullum ferè à fallendi libidine magis alienum.

Erit fortaſſe qui huc in monachos trahat factum Andreæ Græculi monachi [h],

h *Greg. M. lib. 9 epiſt. 69.*

Romæ ad ſanctum Paulum incluſi, qui litteras ab Euſebio Theſſalonicenſium Epiſco- A
po per Theodorum lectorem apud ſe depoſitas vitiavit, ſermoneſque Gregorio Ma-
gno inſcriptos ſuppoſuit. Verùm iſtud factum non magis pertinet ad argumentum
de quo agimus, quàm id quod patratum eſt in cauſa Prætextati Rotomagenſium
Epiſcopi, coram Epiſcopis Synodi Pariſienſis, in qua prolatus *liber Canonum, cui*
erat quaternio novus adnexus, uti Gregorius [a] Turonenſis Epiſcopus, teſtis oculatus,
memoriæ prodidit: aut factum Leonis Iconomachi, qui epiſtolas, ſub Johannis
Damaſceni [b] nomine confictas, fabricari juſſit. Ex totis ergo quatuor aut quin-
que ante undecimum ſæculis, quibus falſorum diplomatum licentia viguit, vix
ullum exemplum reperias, quod Monachis imputari poſſit. B

IV. Neque porro adeo lippi atque oculis capti erant ſæculi XI homines, ut ſup-
poſiticias pro veris chartas eis paſſim imponere atque approbare impunè licuerit.
Certè ſi qua tunc temporis à falſariis nonnullis (quod enim tempus non ferat nebu-
lones ſuos?) producta ſunt, continuò fere auctorum fraus deprehenſa eſt. Id probat
in primis Concilium Santonenſe in cauſa Turonenſis Archiepiſcopi, ſuper ſubje-
ctione Dolenſis Epiſcopatûs Gregorio Papa VII procurante coactum: in quo cùm
Dolenſis eccleſia nullum ad ſuæ defenſionis præſidium Apoſtolicæ Sedis privile-
gium adduxiſſet; ſed tantum quaſdam litteras ſub nomine Hadriani Papæ confi-
ctas, *quas P. Clericus Dolenſis antiſtitis, ipſo audiente ac tacente, in regeſto Romanæ eccle-* C
ſiæ ſe mentitus fuerat reperiſſe; idem antiſtes falſatas eſſe in verſiculo, in quo de donatione
pallii fiebat mentio recognovit; Innocentio [c] III referente. Eodem tempore idem Gre-
gorius Papa Dordonenſium monachorum privilegium, Alexandri Summi Pontifi-
cis *nomine titulatum*, ſibique oblatum, *ratum non eſſe manifeſtis deprehendit indiciis, cor-*
ruptione videlicet latinitatis, nec non & diverſitate canonicæ auctoritatis. [d] Quapropter ab
ejus confirmatione temperavit, donec plenior acceſſiſſet fides.

Hæc quidem exempla pertinent ad ſæculum XI, probantque per id tempus non
defuiſſe falſatores; ſed alios longe ante iſtud ævum extitiſſe conſtat ex dictis. At
neque video, quo pacto exempla modò relata, uti nec ſuperiora, à monachis ad D
clericos promanaſſe dici poſſint citra contumeliam. Adeone abſque ullo veterum
teſtimonio id in totius ordinis monaſtici probrum affirmare licet? Næ illa tam atrox
accuſatio non caret præcipiti cenſura. Fuerint ſanè ſæculo XI falſatores apud mo-
nachos, uti fuiſſe apud clericos patet. Cur potius à monachis ad clericos derivata
ſit mali exempli hæc labes? Forſan oppoſitum ex ſuperioribus inferre liceret, ſi
hanc calumniam in alios regerere eſſet animus. Sed abſit, ut ſacrum ordinem cle-
ricorum hac infamiæ nota inuram, cujus ſplendorem uti proprium tueri velim. Ita-
que faceſſant ejuſmodi conviciorum genera, à Chriſtianorum moribus prorſus alie-
na. Fuerunt falſatores apud omnes, quia malis permiſta ubique in mundo bona om- E
nia. Fuiſſe etiam ſæculo XI, uti apud clericos, ſic & apud monachos non diffiteor,
quales ſunt illi de quibus merito conqueſtus eſt Baronius. Utroſque damno, utroſ-
que igni & aqua interdicendos cenſeo, utriſque voveo malam mentem; qualem
pœnam Leo Papa IX [e] divinitus inflixit Giberto cuidam, qui *apoſtolicæ ſedis Can-*
cellarium, ut ſibi furtivas litteras, & apoſtolico ſigillo ſignatas, ad ſuum Epiſcopum defe-
rendas tribueret, pretio ſubornare tentaverat. Innocentius [f] III falſarios perpetuo
carceri addixit.

V. Jam verò quod de privilegio per Walaricenſes monachos ſuppoſito in vita
ſancti Godefridi Ambianenſis Epiſcopi circumfertur, fabellæ potiùs habet ſpeciem, F
quàm veræ hiſtoriæ. Quale eſt enim illud quod legitur, Walaricenſes monachos
in Concilium Remenſe prodire, & privilegium ſuum coram proferre juſſos, expo-
ſuiſſe falſum exemplar ex tempore fabricatum, cujus recentem ſcripturam Godefridus
pallio ſuo leviter abſterſerit? Fungos ac ſtolidos fuiſſe oportet homines, qui de im-
munitate ſua ſæpius diuque ſollicitati, de privilegio tum primùm fabricando, cùm
ſubeundum fuerit extremum cauſæ diſcrimen, cogitare cœperint. Illud potius,
quòd confictum videatur iſtud Remenſe ſub Manaſſe ſecundo Concilium, uti de-
monſtrat Quatremarius [g] noſter, nec diffitetur Marlotus, [h] quòd nulla hujus facti
mentio

a *Gregor. Turon. lib. 5. cap. 18.*
b *Vita S. Johan. Damaſc. cap. 12.*
c *Innoc. III lib. 2. epiſt. 79.*
d *Greg. VII lib. 1 epiſt. 35.*
e *Victor. III lib. 3 de mirac. S. Bened. cap. 2.*
f *Innoc. III apud Boſquet. lib. 4 epiſt. 10.*
g *Quatremar. de falſitate Concilii Rem.*
h *Marlot. Metrop.*

A mentio in alia quam habemus vita Godefridi Epiſcopi Ambianenſis: denique quòd Alexander III Walaricenſium privilegia paullo pòſt confirmavit, eos potiùs damnaturus, ſi de falſitate conficti privilegii convicti fuiſſent.

Rem. tom. 1 pag. 246. V. Acherii Notas ad Guibertum.

Gravior mihi videtur accuſatio Petri Bleſenſis in epiſtola LXVIII, nomine Richardi Cantuarienſis Antiſtitis ad Alexandrum Papam III ſcripta, in qua non ſolùm Malmesburienſium monachorum, qui cum Sarisberienſi Epiſcopo de ſua immunitate diſceptabant, falſas eſſe litteras dicit, propterea quòd in filo & bulla vitioſæ viderentur, ſtilumque Romanæ eccleſiæ minimè redolerent: ſed etiam *falſariorum præſtigioſam malitiam ita in Epiſcoporum contumeliam ſe armaſſe* conqueritur, *ut* B *falſitas in omnium ferè monaſteriorum exemtione prævaleat; niſi in deciſionibus & examinationibus faciendis judex veritatis exactor diſtrictiſſimus intercedat.* At quidquid ſit de ejus epiſtolæ auctore, qui genium omnino verſatilem habuit, & pro ſuo aliorumque affectu modò in illam, modò in iſtam partem ſtilum nonnumquam inflectebat; ſanè ille ipſe Cantuarienſis Epiſcopus offenſo erat in monachos animo, tum quia ſuburbanum ſancti Auguſtini monaſterium Romanus Pontifex ab ipſius jure exemerat, cujus rei querelas apud Alexandrum in hac epiſtola deponit: tum quia Malmesburienſis Abbas ab ejuſdem Metropolitani judicio ad ſedem Romanam appellaverat. Quapropter expendant velim æquitatis ſtudioſi, an præmiſſæ epiſtolæ C criminatio ab adverſario ſine teſte, ſine argumento profecta, generatim & indefinitè ſit admittenda. Expendant, inquam, num accuſatio hæc ſit ex genere illius, quæ Stephano Tornacenſi Epiſcopo objecta eſt à civibus ſuis. Nam cùm in negotio quodam regias ipſe litteras [a] contra eos in cauſæ ſuæ patrocinium protuliſſet; illi *Regis litteras de falſo arguerunt, dicentes, eas nec regio mandato eſſe conceptas, nec ſigillo regio conſignatas.* An ideo nocens Stephanus, qui eas à Rege obtinuerat [b]? At quàm ab ejuſmodi fraudibus eſſet alienus, ex alia ejuſdem ad Guillelmum Remenſem Archiepiſcopum epiſtola [c] intelligimus. *De mandato*, inquit, *veſtro falſarios quoſdam cautela & arte, non potentiâ, ad confitendum induximus, promiſſa impunitate,* D *quantum licebit, uni eorum, qui adulterinæ bullæ ſuperiorem & inferiorem molam nobis in Capitulo reſtituit.... Volumen etiam pugillare nobis reddidit, in quo plures litteræ ſub apoſtolico nomine continentur.* Perfidus ille *cujuſdam Preſbyteri, qui falſas litteras vendebat, ſocius erat, & partem infauſti pretii quandoque recipiebat.*

a Steph. Tornac. epiſt. 245 nova edit.
b ibid. epiſt. 245.
c epiſt. 214.

VI. His omnibus accedit, quòd Urbanus III [d] ſcribit de quibuſdam Clericis, qui ſigillum Philippi Francorum Regis falſaverunt; & quod de quadam Domicella commemorat Nangiaci chronici Continuator [e] ad annum M CCC XXXI. Eo quippe anno comprehenſa eſt quædam Domicella, quæ falſis litteris in gratiam Roberti de Atrebato adverſus Burgundiæ Ducem confictis, falſitatem ab ſe factam *recognovit,* E *& modum faciendi ac placandi ſigillum coram Rege oſtendit*; ob idque flammis tradita eſt. Alia ejus generis exempla referre liceret, unum Alfonſi Cocarelli eodem mortis genere ob ſimilia flagitia famoſi: alterum pædotribæ cujuſdam apud Venetos, de quibus Allatius [f] in animadverſionibus ad monumenta Etruſca; tertium Franciſci de Roſeriis, quem uti falſorum diplomatum ſubornatorem meritò Senatus Pariſienſis capitali ſententia damnavit ſub Henrico III. qui tum pro inſita animi lenitate, tum Reginæ matris cariſſimæ precibus victus, falſatori audaciſſimo crimen & vitam indulſit, ut inter alios Beſlius refert [g]. His adde quod à Roco Pirro memoratur de quodam Græco [h] Antiſtite, qui ut Meſſanenſium gratiam iniF ret, ſpem injecit reperiundi autographi epiſtolæ beatæ Virginis ad Meſſanenſes hebraïce conſcripti. quod in membrana confictum cùm ſub lateribus certo in loco abſcondiſſet; viri quidam religioſi tandem ejus detexerunt impoſturam.

d Decret. lib. 5 tit. 20 cap. 3.
e Spicil. tom. XI pag. 751.
f Allat. num. LXXVII.
g Beſly de orig. Hugonis Regis Ital. pag. 68.
h Sicil. ſac. lib. 1 pag. 247.

Ex his omnibus intelligitur, quàm iniqua ſit eorum cenſura, qui falſorum diplomatum crimen in monachos, quaſi primos ſoloſve refundunt auctores: cùm in omnibus ordinibus, uti mendacium, hæc labes obtinuerit; nec ullum ſit hominum genus, à quo tam multa, quàm à monachis, ſinceræ antiquitatis monumenta pura illibataque acceperimus. Adeo ut hiſtoriæ ea pars, quæ vetuſtis chartis inſtrumentiſque continetur, manca, ſterilis, ac prope nulla eſſet, niſi ex archivis

monaſteriorum peteretur. Contigit verò, ut quoniam ſervandorum ejuſmodi monumentorum cura major reſedit penes monachos; ſi qua diplomatibus legitimis ſpuria intermiſta ſunt, ea cum reliquis ad poſteros uſque pervenerint. quod apud alios negligentiores ſecus accidit, qui falſa cum authenticis amiſerunt. Falſo etiam à nonnullis iſtud crimen rejicitur in ſolos clericos ac monachos: cùm ex ſuperioribus conſtet, Notarios, ſcribas, & pædotribas ſæculares, immo etiam feminas in illud facinus incidiſſe. His adde quod de adulteratis Offæ Regis litteris ac ſigillo habet Matthæus[a] Pariſius in Offæ vita. A

a *Matth. Pariſ. in vita Offæ pag. 5.*

B

CAPUT VII.

I. *Veterum inſtrumentorum varia fortuna.* II. *Tres cauſæ autographorum corruptionis, prima ex caducitate: renovatio eorumdem.* III. *Duobus modis facta.* IV. *Per quos.* V. *Exempla eodem tempore cum autographis facta.* VI. *Secunda cauſa corruptionis ex jactura. Hinc generalia privilegia.* VII. *Quid Alamannis hac de re ſtatutum.* VIII. *Tertia cauſa ex dolo malo.* IX. *Tres item cauſæ corruptorum exemplorum.* X. *Ut de his judicandum.* C

I. NOn minus varia eſt diplomatum publicarumque ſcripturarum, quàm veterum codicum ſors & conditio: nec multo plura tempus edax rerum, quàm hominum incuria & iniquitas devoravit. Præclarè Optatus[b] Milevitanus. *Non minùs videmus negligentiam frequenter operari, quàm neceſſitas operata eſt. Nam ſi membranæ aut libris, quibus ſcriptura legitima continetur, in totum fides debet illæſa ſervari; quaſi non damnantur aliqui negligentes.* Et infra. *Alter undis tradidit, alter roſoribus beſtiis dereliquit, alius ſtillicidio corrumpenda neglexit, alter metu mortis territus homo homini dedit.* Aliam cauſam affert Hincmarus[c] de amiſſione chartarum & librorum eccleſiæ Remenſis, D nempe inopiam, quæ ex Milonis pſeudepiſcopi intruſione conſecuta eſt: *cujus infelici tempore de iſta Remenſi eccleſia non ſolùm pretioſa quæque ablata fuerunt; ſed & eccleſiæ atque domus religioſorum deſtructæ, & res ab Epiſcopo fuere diviſæ. Illi quoque pauci qui erant reſidui clerici, negotio victum quærebant; & denarios quos mercimonio conquirebant, in chartis & librorum foliis interdum ligabant.*[d] Verùm, ut in propoſito conſiſtamus argumento, diplomatis vetuſtiſque inſtrumentis non alia magis funeſta labes, quàm fraus & depravatio falſatorum, quæ maximè ex prædictis cauſis occaſionem & originem accipit. Cùm enim amiſſis bonorum titulis viderent homines periclitari facultates ſuas; ad refringenda juſtæ poſſeſſionis inſtrumenta intenderunt animum, E ut aliorum hominum bonis alienis inhiantium fraudem hac arte repellerent. Sed quemadmodum inſtrumenta alia ſunt primaria ſeu (ut vocant) originalia, alia ex primariis & originalibus tranſcripta: ſic alias atque alias utrorumque corruptionis cauſas interceſſiſſe conſtat.

b *Optat. lib. 7. circ. med.*

c *Hincm. præf. in vitam S. Remigii.*

d *Lege dirum facinus Gaidulſi pſeudabbatis, qui chartas Glannafolienſes partim cremavit, partim in Ligerim conjecit, in Sæc. 4 Bened. parte 2 pag. 169.*

II. Originalia tribus omnino ex cauſis adulterata fuiſſe puto. Prima eſt ob caducitatem veterum autographorum, quæ cùm lacera eſſent, aut ſcripturæ fugientis; ad eorum imitationem alia efficta ſunt, imprudenti an temeraria quorumdam ſimplicitate vel audacia. Qui recti amantiores tenacioreſque erant, à ſummis Pontificibus, Epiſcopis, Regibus & Magiſtratibus vera recognoſci exemplaria, & vel ad eorum normam alia condi poſtulabant, vel integra ſecundis litteris inſeri, quas vulgato nomine *Vidimus* appellabant. Utrumque morem, id eſt tam eorum qui privata, quàm qui publica auctoritate renovabant, indicat Carolus Magnus in diplomate, quo Abbonis Patricii teſtamentum pro Novalicienſi monaſterio recognoſcit. Ait enim Frodino Abbate procurante, *religioſos monachos, Giſlarannum ſcilicet & Agabertum,* ipſum teſtamentum ſuis detuliſſe obtutibus ad relegendum. *Sed quia ſæpiſſime,* inquit, *per Placita Comitum, per diverſos pagos, neceſſitate cogente, ipſum ad relegendum detulerunt; jam ex parte valde dirutum eſſe videbatur. Et ideo quia* PER SE NON F

A FUERUNT AUSI *ipſum teſtamentum* RENOVARE, *petierunt celſitudini noſtræ, ut per noſtram juſſionem denuo fuiſſet renovatum. Nos autem conſiderantes eorum neceſſitatem & mercedis noſtræ augmentum; juſsimus per fideles Notarios noſtros infra palatium ipſum teſtamentum renovare.* Ex quibus intelligitur, aliquos *per ſe* renovaſſe privilegia ſua, uti & alios regia auctoritate. Nec fortaſſe illo ævo (quæ illorum temporum ſimplicitas erat) id crimini ducebatur. Simili enim more hoc uſu venit maximè ſæculo XI, ut cùm quis aliquam donationem monaſteriis faceret, privata per monachos conderetur notitia, quæ rei geſtæ narrationem exhiberet ad poſterorum documentum & cautelam, (uti inferiùs ſuo loco dicemus in lib. III cap. IV) ſine ullo alio B publico inſtrumento. In eum igitur modum vetera inſtrumenta à privatis hominibus citra falſi crimen fuiſſe renovata veri ſimile eſt: ſed quia hæc renovatio ſubleſtæ erat auctoritatis, alii ad Principes & Magiſtratus ejus rei gratia adire ſatius ac tutius ducebant.

III. Hæc autem renovatio, ut mox dicebam, duobus modis fieri ſolebat. Aut enim novum condebatur inſtrumentum, in quo prioris fiebat mentio, & confirmatio: aut primarium illud poſterioribus illis litteris integrum inſerebatur, conteſtante Principe ſeu Magiſtratu, ſe vidiſſe ac inſpexiſſe tale privilegium, in hæc verba, &c. quæ renovatio ob eam cauſam *Vidimus* etiam nunc appellari conſuevit. C Hic verò modus alio recentior eſt, nec ante Carolum Magnum inductus, quod ipſe inſinuat in prælaudato diplomate pro Novalicienſis inſtrumenti renovatione. Nam rationem reddens renovati ab ſe & reſcripti per Notarios ſuos teſtamenti; *Non enim*, inquit, *ex conſuetudine anteriorum Regum hoc facere decrevimus: ſed ſolummodo propter neceſſitatem & mercedis augmentum tranſſcribere præcipimus.* Si id non factum eſt *ex conſuetudine anteriorum Regum*; novus iſte ritus fuit, qui poſtmodum ſub tertia ſtirpe abiit in morem. Nam pauciſſima admodum reſcriptorum ejuſmodi inſtrumentorum exempla reperias ante ſæculum XII, quo ſæculo ac ſubſequentibus frequentari cœpit. Formulæ verò tantiſper variæ pro variis ſæculis obtinuerunt, & duæ D nonnumquam pluresve recognitiones in uno eodemque inſtrumento inveniuntur. In ea claſſe eſt privilegium pro eccleſia ſancti Juliani Brivatenſi, quod à Ludovico VII recenſitum denuo ſanctus Ludovicus recognoſcit ſub hac forma, [a] quæ varium utriuſque ſæculi in his recognitionibus ritum exhibet. *Ludovicus Dei gratia Francorum Rex, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Notum facimus, quod nos litteras inclytæ recordationis Ludovici quondam Regis Francorum proavi noſtri vidimus in hæc verba. In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis amen. Ego Ludovicus Dei gratia Rex Francorum & Dux Aquitanorum. Hoc eſt præceptum Caroli glorioſiſsimi Regis ad munificentiam B. Juliani ſub tempore venerabilis Frotharii Archiepiſcopi. Si petitionibus ſervorum Dei, &c.* Quæ E ſunt prima verba diplomatis Caroli Calvi, quod his litteris recognoſcitur. Ejuſdem generis eſt recenſio diplomatis Henrici I, quod primùm recognitum eſt per Philippum IV, cognomento Pulcrum, dein per Officialem Caſæ-Dei anno MCCCLXXXI, uti apparet ex autographo, cujus copiam nobis fecit V. C. Antonius Herovallius. Verùm prior ille recognoſcendi modus antiquior, & uſitatior ſub prima & ſecunda ſtirpe Regum noſtrorum, atque etiam ſub initio tertiæ. Ejus exempla in ultimo libro referentur cum Novalicienſi illo, cujus modò meminimus. Interim obſervamus, Rogerium Siciliæ Regem anno Chriſti MCXLV præcepiſſe [b] *omnia Sigilla*, id eſt diplomata, *eccleſiarum & aliorum fidelium regni ſui* hoc modo *renovari, & ea palam* F *monſtrari, ut ſint confirmata*, inquit, *ſub magnitudine regni noſtri.*

IV. Quod attinet ad eos, quibus privilegia renovandi legitima poteſtas competebat; præter Reges & Magiſtratus, ſummis Pontificibus, Epiſcopis, eorumque Officialibus, ac tandem Notariis publicis id etiam tributum eſt. Romani quippe Pontifices non ſolùm privilegia à præceſſoribus ſuis indulta recognoſcebant, qualia nonnulla in ultimo libro adducemus; ſed etiam Regum & Imperatorum diplomata litteris ſuis ex integro inſerta nonnumquam renovabant. Huc ſpectat epiſtola quædam Stephani Tornacenſis [c] Epiſcopi ad quemdam Prælatum eccleſiæ Romanæ. *Interim importunus obſecro, ut privilegium noſtrum, cujus reſcriptum, ſigillo domini Remenſis*

a *Spicil. tom.* 10. *pag.* 649.

b *Sicil. ſac. lib.* 4 *pag.* 91.

c *Steph. Tornac. epiſt.* 129 *novæ edit.*

ſignatum, dominus B. Subdiaconus habet, per vos, vel per eumdem B. nobis, ſi placet, renovare faciatis. Sic Marinus Papa [a] Tiburtinæ eccleſiæ *Collectiones & brevia vetuſtate conſumta* renovavit poſtulante Hucberto Epiſcopo; ſic Alexander Papa III diploma Friderici I [b] Imperatoris pro cœnobio ſancti Remigii de Advocato Marſnenſis Præpoſituræ confirmavit, ſuiſque litteris integrum inſeruit, datum anno M C LII. Ad hæc Willelmus Remorum Antiſtes eodem fere tempore Henrici deceſſoris ſui pro ſancto Remigio litteras eodem modo recognoſcit. Quin etiam Abbates aliquando id præſtitere: quos inter Bernardus Abbas Boni-Radii litteras Comitiſſæ Nivernenſis ſe vidiſſe teſtatur [c] ſigillo ſuo appoſito, eas referens integras anno M CC LXIX; & Officialis Remenſis anno M CCC XLVIII Lotharii Regis diploma pro Remenſi cœnobio ſancti Theoderici ſe vidiſſe teſtatur, integrumque repræſentat: quod de Officiali Caſæ-Dei ſuperiùs obſervavimus. Alia exempla prætereo, quæ fere cuivis obvia ſunt. Sæculo XIV frequens ejuſmodi recognitio facta eſt per Notarios publicos & apoſtolicos, quæ *tranſſumta* ſeu *tranſſcripta* appellari ſolent. In his invenio inſtrumentum treugæ, pacis, & amicitiæ factæ & firmatæ inter Aboyahram Sachariam Tunicii & Sancium Majoricarum Reges, ex Arabico tranſlatum per Bernardum de Pulcro-Vicino Notarium publicum, anno ab Incarnatione MCCC XII. cui duo homines pro teſtibus ſubſcribunt, unus Presbyter, alter laicus. In alio tranſſcripto inſtrumento Jacobi Regis Aragonum ſubſcribit Pontius Epiſcopus Majoricenſis anno M CC LXXXI cum Petro Mercerii Notario & tranſlatore. In his porro recognitionibus nonnumquam à Notariis admittebantur errata quædam, quæ in autographis non exſtabant: ſive id contingeret ex imperitia ſcribæ veterem ſcripturam non bene callentis, ſive ex negligentia aut oculorum lapſu. quale erratum deprehendi in litteris Henrici Archiepiſcopi Remenſis à ſucceſſore ſuo relatis. Nam cùm in originali Henrici legatur, *actum ſollempniter anno Verbi incarnati* M C LXVII. itemque in charta Henrici Trecenſium Comitis & Petri Abbatis Remigiani de eadem re; Willelmus in authentico ſuo, ubi præmiſſas Henrici Archiepiſcopi litteras reddit, ſcripſit integrè, *Actum ſollempniter anno Verbi incarnati milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto.* Quò minùs mirandum videri debet, ſi in exempla, quæ à privatis librariis facta ſunt, irrepſerint mendæ annorum, indictionis, & aliorum characterum.

V. Ad eum renovandi modum accedunt (quæ tamen maximè diſtinguendæ ſunt) veterum inſtrumentorum (ut vocant) copiæ, quæ eodem, quo ipſa originalia, tempore confectæ, ab iis non facilè ſecerni poſſunt. Cùm enim ii, ad quos primaria illa inſtrumenta pertinebant, intelligerent, autographa ipſa, ſi *ad placita Comitum per diverſos pagos* (ut ſuperiùs loquitur Carolus Magnus) paſſim deferrentur, non diu duratura: per Notarios ac Cancellarios ſuos condi curabant eorum exempla, quæ originalium ſcripturam, ut pote eodem tempore facta, proximè imitabantur. Id quod præcipuè tum accidebat, cùm autographorum ſubſcriptiones eadem manu factæ, ſolo ſigni crucis diſcrimine diverſæ erant. Tunc enim faciliùs erat Notario eamdem ſcripturæ formam reddere. Id verò multoties experti ſumus in perluſtrandis archivis, exempla hæc ab autographis vix diſcerni poſſe, niſi attentiùs utraque examinentur. Exemplo ſit Fulradi Abbatis teſtamentum autographum, quod in archivo Dionyſiano aſſervatur, unà cum ejus tranſſcripto pervetuſto pæne conſimili. quod tamen ſtudioſus ac diligens inquiſitor ab autographo tandem diſcernet.

Sed ne gratis id dixiſſe videar; ejus rei luculentum eſt teſtimonium in epiſtola Wicardi [d] Abbatis ad Frotharium Tullenſem Epiſcopum: qui cùm inſtrumenta quædam tum à privatis hominibus, tum à Ludovico Auguſto obtinuiſſet: *Mittimus*, inquit *dignationi veſtræ donationem illarum rerum exemplatam, pariter cum ipſa & Domni Imperatoris exemplationis chartam, quam noſtro monaſterio de teloneo ... fecit: emunitatem etiam ſimiliter exemplatam.* Ejuſmodi exempla in uſu apud veteres erant maximè in teſtamentis. Quippe teſtamentum Auguſti *duobus codicibus* ſcriptum fuiſſe Suetonius [e] tradit: & Tiberius [f] *teſtamentum duplex ante biennium fecerat, alterum ſuâ,*

a *Ital. ſac. tom.* 5 *col.* 1537.

b *V. Marlot. tom.* 2 *Metrop. Rem. pag.* 364.

c *Autographum penes V. C. Ant. Herovallium.*

d *Frothar. epiſt.* 12.

e *Sueton. in Octavio num.* 101.

f *Id in Tiber. num. ult.*

A *alterum liberti manu, ſed eodem exemplo.* Ex Chriſtianis idem accidit in teſtamento
Perpetui Epiſcopi Turonenſis[a]. Unde Dagobertus Rex primus teſtamentum ſuum
quatuor exemplis ſcriptum condi præcepit, quorum unum Lugduni, alterum Pariſiis,
tertium Mettis adſervari curavit, referente Aimoino[b]. Huc ſpectat illud Floren-
tini[c]: *Unum teſtamentum pluribus exemplis conſignare quis poteſt; idque interdum neceſſa-
rium eſt.* Quidni etiam in aliis inſtrumentis? Adi Briſſonium de formulis[d]. Hæc
obſervatio non levis eſt momenti ad vindicandam bonam fidem majorum noſtro-
rum, qui in his autographis ita exſcribendis fucum facere poſteris in animo haud
habuerunt. Quamquam duplicia ejuſdem rei primaria inſtrumenta aliquando repe-
B rias, ut certè in Dionyſiano archivo invenio duo exemplaria diplomatis Philippi
primi Francorum Regis, quod à Dubleto[e] editum eſt. Sed paricula ſunt illa inſtru-
menta, de quibus actum eſt in capite ſecundo. Hæc de prima cauſa, nempe de
veterum chartarum renovatione, quæ confictis inſtrumentis occaſionem ac mate-
riam præbuit.

VI. Alia confingendorum originalium cauſa fuit, ad ſupplendam veterum ja-
cturam ex bellis, incendiis, aliiſque modis. At qui rectiùs ſe gerebant, à Principi-
bus Epiſcopiſve privilegia chartaſque ſuas reſarciri flagitabant, petito generali pri-
vilegio, in quo eccleſiæ aut monaſterii generatim confirmabantur poſſeſſiones om-
C nes, aut omnium poſſeſſionum juriumque accurata fiebat enumeratio. Id genus
privilegii à patribus Sueſſionenſis Concilii Bernardus Abbas pro ſuo Sollemniacenſi
cœnobio impetravit anno DCCCLXVI, *quoniam Nortmannorum crudelitate graſſante
priora inſtrumenta incendio fuerant concremata.* Qui autem ejuſmodi reſtitutiones privi-
legiorum à Rege poſtulabant, primùm quidem à *pagenſibus* ſeu popularibus ſuis te-
ſtimonium de incendio ſuborto & jactura conſequente, ſeu *chartulam relationis*
(quæ dicebatur *Apennis*) obtinebant, eamque deferebant ad Regem: qui habita
combuſtorum inſtrumentorum ratione, omnes læſæ perſonæ poſſeſſiones edicto
ſuo roboraret. Utrarumque litterarum formulas habemus tum apud Marculfum[f],
D tum in codice legum antiquarum num. CIV & ſequentibus. Poſterioris generis
exemplum inſigne exſtat in Chronico Beſuenſi, ubi Sichelmus Dûx Burgundiæ,
ſcriptis ad Optimates Palatinos litteris teſtatur, Beſuenſis cœnobii chartas à malis
hominibus fuiſſe direptas. Quapropter Waldalenus Abbas à Chlothario Rege,
Chlodovei junioris filio, præceptum obtinuit, quo eidem monaſterio omnes poſ-
ſeſſiones vindicantur. Ejuſdem rei inſigne exemplum habemus Caroli Calvi pro
cœnobio Curbionenſi[g], cujus Abbas Frodoinus cùm chartas de rebus ſuis *quaſdam
crematas, quaſdam perditas, quaſdam* etiam *ablatas* deploraret; à Carolo Rege impe-
travit *panchartam*, qua bona cœnobii omnia explicantur & confirmantur. Aliud
E exemplum Carolomanni vide ſis pro eccleſia Aurelianenſi in appendice eruditiſſimi
Baluzii ad Concilia Narbonenſia[h], & alibi alia.

VII. Aliam inière viam nonnulli, cùm chartæ incendio aliove caſu amiſſæ
erant. Nam leges Alamannorum capite ſecundo præcipiunt, *ut ſi quis de rebus eccle-
ſiæ traditis chartam feciſſet, ſi illa charta arſerit, aut perdita fuerit, quam ille homo fecit;
tunc dicat illi heredi cum teſtibus nominatis quinque (ipſe ſit ſextus) in ipſa eccleſia jurare,
quod pater ejus nec chartam feciſſet, nec ad illa ſancta loca dediſſet. Et ſi hoc præſumpſerit
facere, illas res poſſideat.* quod intelligendum, ubi legitima præſcriptione non erat fir-
mata poſſeſſio. Poſtea cùm impunè juraretur, hic ritus ſublatus eſt legibus Lango-
F bardorum.

VIII. Tertia denique cauſa alios vertit ad ſubornanda diplomata falſa, ex qui-
bus blandienti falſitati ac injuſtitiæ robur & ſubſidium accerſerent. quod quidem
hominum genus rei publicæ longè nocentius fuit, quàm duorum antecedentium.
Hi quippe non juſtitiam, ſed ad ſummum veritatem ac ſinceritatem lædunt: illi
verò, tamquam peſtes exitiales, ad omnem penitus injuſtitiam, ac nefaria quæque
facinora ſternunt viam. Unde meritò in ejuſmodi ſcelera ſævitum eſt, nimirum
aliquando proſcriptione bonorum, aliquando pollicis, immo dextræ abſciſſione,
aliquando etiam vivicomburio, uti leges & exempla in ſuperiori capite allata probant.

a *Spicil. tom.* 5 *pag.* 108.

b *Aimoin. lib.* 4 *de geſtis Franc. cap.* 30.

c *Florentin. Leg.* unum. D. Qui teſt. facere poſſunt.

d *Briſſon. pag.* 557.

e *Doublet. pag.* 837.

f *Marculf. lib.* 1 *cap.* 31 *&* 34 *& formul.* 46.

g *Sæcul.* 4. *parte* 2 *pag.* 252.

h *Append. Conc. Narb. pag.* 171.

IX. Ad exempla ex originalibus tranſſumta quod attinet, eorum interpolatio A
etiam ex triplici capite proceſſiſſe videtur. Primum ex imprudentia & levitate librariorum, qui nonnulla exemplaris vocabula aut omiſerunt, aut perperam immutarunt, ſeu vitio prælegentis aut dictantis, ſeu imperitiâ ipſius ſcriptoris aut typographi. Alterum ex temeritate ſciolorum itidem exſcriptorum, qui exemplaris verba quædam non capientes, aut alia pro illis ſubſtituerunt, aut gloſſemata falſa adjecerunt. Qualia in exſcriptis diplomatis errata prope infinita occurrunt.

Utriuſque generis exempla exſtant in optimæ notæ diplomate Caroli Calvi pro enumeratione bonorum Parthenonis Sueſſionenſis beatæ Mariæ, in quo epocha vitio librariorum corrupta eſt, & temeritate eorumdem in ſubſcriptionibus, ubi B
legebatur *Adelardus Abbas*, adjectum eſt *Corbeienſium*: cùm Adelardus iſte Abbas fuerit Vedaſtinus aut Martinianus apud Turonos, non verò Corbeienſis, qui longè antè vivere deſierat. Prioris item generis eſt erratum illud, quòd commiſit Dubletus aut ejus typographus in diplomate, quod Carolus Magnus in gratiam Fulradi monachis Dionyſianis conceſſit XVI Kal. Octobris, *anno* XIV *&* VIII regni ſui. Ubi pro *anno* XIV malè in editis legitur *anno* XXII. quam quidem mendam ex lectione autographi deprehendi & correxi. Poſterioris generis ſunt duo quæ habentur apud Ingulfum in hiſtoria Crulandenſi, ubi *monachorum nigrorum* fit mentio: quam vocem, *nigrorum*, additam indubitanter exiſtimo, non ab ipſo quidem Ingulfo, C
ut veri ſimile eſt, cujus tempore necdum recepta fuiſſe videtur, ſed ab recentiori quodam monacho.

Denique tertia interpolatorum inſtrumentorum cauſa nata eſt ex ſtudio juvandi poſteros, adhibitis annis Incarnationis, indictione, aliquando etiam concurrente & epacta. Cùm enim primis æræ Chriſtianæ ſæculis apud Gallos computandi modus in chartis à Regum principatu iniri ſoleret; nec quo quæque Chriſti anno condita eſſet, poſteri facilè intelligent: ea demum ratio quoſdam exſcriptores impulit, ut diplomatis Regum primæ ac ſecundæ ſtirpis, aliarumque ejus temporis perſonarum, annos Incarnationis aliaque adjicerent. Id contigit tum in teſtamento Leodebodi D
Abbatis pro monaſterio Floriacenſi apud Helgaldum, atque in alio ſancti Leodegarii Æduenſis Epiſcopi, cujus teſtamenti fit mentio in ſinceris litteris Johannis Papæ VIII: tum in duobus diplomatis Carolomanni Regis in Metropoli Saliſburgenſi [a], in quibus poſt *Amen*, id eſt poſt finem diplomatum, additi ſunt anni Incarnationis, nullo dolo malo. Huic etiam interpolationi maximè occaſionem dedit librorum chartaceorum uſus, in quibus inſtrumenta cujuſque eccleſiæ aut monaſterii ſecundum ſeriem temporum ordinata ſunt; ob idque vetuſtioribus litteris adjecti anni Incarnationis ad ſeriem iſtam demonſtrandam. Peritiores tamen iſtorum chartariorum auctores priſcis diplomatibus quidquam addere ducebant religioni, E
ſatis eſſe rati, ſi chartarum ordinem brevi commentatione, quæ tempus earum, id eſt annum Incarnationis, & aliquando indictionem, exprimeret, ipſi connecterent. Et hanc quidem rationem tenuit Folquinus monachus in chartario Sithienſi, quod procedente ſæculo X in ordinem ab ipſo redactum eſt.

a *Metrop. Saliſb. tom. 3 pag. 61.*

X. In illis verò minutis interpolationibus maximè locum habere debet Manuëlis Comneni æquitas, Novellâ ſuâ [b] ſancientis, „ ut eccleſiarum & monaſteriorum „ immobilia intacta ſint à manu fiſci, etiamſi fortaſſe ea poſſideant ſine ullo titulo, „ vel ex titulo quidem, ſed qui malè ſe habet, vel eſt fortaſſe falsò confictus. Sed maximè audiendus hac de re Innocentius III in epiſtola ad monachos Farfenſes, F
qui cùm in controverſia inter ipſos & Epiſcopum Sabinenſem ſuper eccleſia ſancti Viti objeciſſent Theodoſii Epiſcopi permutationem, in cujus *tranſſcripto, quo Procurator utebatur, appoſitum fuerat* SABINENSE *per vitium falſitatis*; ita ſancivit Pontifex [c]. *Licet nimis exceſſerit, qui tranſſcriptum illius inſtrumenti falſavit: quia tamen delictum perſonæ in damnum eccleſiæ redundare non debet; ac non ſolùm ante ſententiam, verùm etiam poſt objici poteſt exceptio falſitatis, cùm falſorum inſtrumentorum prætextu lata ſententia, uſque ad* XX *annorum ſpatium valeat retractari veritate comperta: nolumus, ut per id monaſterio veſtro præjudicium generetur.* Nempe unum leve erratum in re non gravi

b *Leunclav. de jure græcolat. pag. 157.*

c *Innoc. III. apud Alteſerr. pag. 321.*

A unius exempli valori obeſſe non debet, prout amplius oſtendemus in lib. III cap. VI.

CAPUT VIII.

I. *Varia materia olim ad ſcribendum.* II. *Membranæ à corio diſcrimen: duplex membrana in uno privilegio.* III. *Diplomata in pellibus piſcium ſcripta.* IV. *Papebrochii opinio de chartis, quæ in cortice ſcriptæ dicuntur.* B V. *Corticis diſcrimen à charta Ægyptiaca.* VI. *Hujus uſus diu viguit poſt Chriſtum natum, contra Papebrochium.* VII. *Probatur ex vita ſancti Augendi.* VIII. *Ex Gregorio Turonenſi.* IX. *Ex Venantio Fortunato.* X. *Ex vita S. Amandi, Fridegodo & Petro Venerabili.* XI. *Ex libris nobis relictis, Petaviano, & Narbonenſi, in papyro Ægyptiaca ſcriptis.* XII. *Ex variis tabulariis.* XIII. *Etiam cathedralium eccleſiarum & aliarum.* XIV. *Hujus chartæ uſus ad ſæculum undecimum.* XV. *Scripturæ in plumbo.* XVI. *Item in charta noſtra vulgari, & cottonea.*

C

I. CUm jam de diplomatum, aliorumque inſtrumentorum antiquitate, deque falſorum origine conſtet; ad alia verorum à falſis diſcrimina veniendum eſt. Quapropter à diplomatum antiquitate progredior ad eorum materiam; inquiſiturus qualis fuerit materia, in qua, & ex qua illa ſcripta ſunt ab annis mille & trecentis: quo ex tempore veterum inſtrumentorum, quæ ad res maximè eccleſiaſticas pertinent, antiquitas ſuperiùs definita eſt. Mirum verò eſt, quàm varia ac multiplex apud antiquos fuerit materia [a], in qua olim excepta ſcriptura eſt. nempe ſaxa & lateres, arborum florumque folia, libri item arborum, hoc eſt corticis D tunicæ interiores; tabellæ ligneæ, cerei citreique pugillares, libri elephantini ſeu pugillares ex ebore, plumbeæ lamellæ, lintea volumina, papyrus Ægyptiaca, denique membranæ, & charta noſtra vulgaris. Ad hæc etiam in corio piſcium atque ſerpentium inteſtinis ſcriptitatum fuiſſe auctores ſunt Cedrenus & Puricellus, ut inferiùs exponemus. Fuit qui *in dorſo teſtitudinis* ſuum ipſius ac ſocii ſui naufragium ſcripſit, apud Johannem Moſchum [b]. Et milites aliquando teſtamenta ſua *in pulvere* deſcribebant in procinctu pugnæ. Præclara eſt hanc in rem Conſtantini Auguſti [c] conſtitutio in gratiam militum in expeditione degentium, quibus concedit, *ut quo modo poſſint ac velint, teſtentur.* tum ſubdit: *Si quid in vagina aut clypeo litteris ſan-* E *guine ſuo rutilantibus adnotaverint, aut in pulvere inſcripſerint gladio, ſub ipſo tempore, quo in prælio vitæ ſortem derelinquunt; hujuſmodi voluntatem ſtabilem eſſe oportet.* Vocabantur ejuſmodi teſtamenta *in procinctu facta*, apud Briſſonium [d].

a *Vide Hermannum Hugonis de primar. ſcribendi orig. & Alexand. ab Alex. genial. dier. lib. 2 cap. 30.*

b *Prat. ſpirit. c. 12.*

c *Cod. Juſtin. lib. 6 tit. 21 l. 25.*

d *Briſſon. de formul. lib. 7 pag. 652.*

Ex his omnibus materiis quinque tantùm in quæſtionem hîc venire poſſunt: nempe charta membranacea ſeu coriacea; corticea ex ligno & papyro Ægyptiaca; plumbea; & noſtra communis. Nam chartæ nomine olim veniebat, quidquid codicibus aut excipiendæ ſcripturæ aptum eſſet, ut viri docti obſervarunt. quæ appellatio etiam traducta eſt ad diplomata, quæ à charta, materiâ videlicet ſuâ, chartæ dictæ ſunt.

F II. De membranis (quæ inventæ ante chartas papyraceas ſeu Ægyptiacas, ut rectè notarunt Dalecampius, Guilandinus in notis Plinianis, & Pancirollus) nulla controverſia eſſe poteſt; cum pleraque diplomata ceteraque inſtrumenta, quæ ad nos uſque pervenerunt, in membranis exarata ſint. Διφθέρας appellabant veteres & *Pergamenum*, propterea quod iſtud Ptolemæo Rege Pergami repertum fuiſſe cum Varrone & Plinio exiſtimarunt. Sed Varronem refellit Guilandinus [e] auctoritate Herodoti, ex quo intelligimus Ionas uſos olim fuiſſe pellibus pro chartis, longè ante Ptolemæum. Hæſit tamen membranis Pergameni nomen, de quo Tatto monachus in epiſtola ad Otkerum ſeu Otkarium Epiſcopum Maguntiacenſem, quæ

e *Guiland. memb. VI in Plin.*

eſt CXIV inter Bonifacianas. *Mittite mihi de pergameno bono ad unum lectionarium ſcri-* A
bendum, & ad unum Miſſalem Gregorianum. Eſt ipſe Tatto monachus Augienſis, cu-
jus exſtat epiſtola ad Sancti-Gallenſes, in appendice prima noſtri Sæculi quarti.
Differre verò membranas à corio docet Allatius in eruditis animadverſionibus ad
fragmenta Etruſca num. LXIII. Membrana ſiquidem ex ovina pelle pilis abraſis,
vel calce aut aliâ temperaturâ amiſſis; & interiore parte, qua carnem operit, in
ſubtiliſſima folia tenuata eſt. Corium uti eſt ab animalibus extractum, cum mole
illa fungoſa, pilis tantùm detractis, ea parte qua pilos excuſſit, litteras accipit.
Hæc fere Allatius, qui volumina ex corio in Italiæ, Germaniæ ac Græciæ Biblio-
thecis ab ſe viſa teſtatur: & Petrarcha in coriacea veſte aliquando ſcribebat. Hanc B
porro membranarum à corio diſtinctionem confirmat Ulpianus[a], aſſerens librorum
appellatione *contineri omnia volumina, ſive in charta, ſive in membrana ſint. Sed etſi in
philyra & in tilia, ut nonnulli faciunt, aut in quo alio corio, idem erit dicendum. Quid ſi
in codicibus ſint membraneis, ſeu chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ, vel ce-
ratis tabellis, &c.* ubi membranam à corio manifeſtè diſtinguit. At rarus (ſi tamen
ullus) corii uſus eſt in ſcribendis diplomatis.

a *Ulpian. l. 52 de legat. 3.*

De inſtrumentis in membrana exaratis duo inſuper obſervanda ſunt. Primum,
aliquando unum idemque inſtrumentum duabus conſtare membranis ſimul con-
ſutis: qualis eſt bulla Johannis Papæ XIII pro Remenſi ſancti Remigii cœnobio, C
quæ, licèt non multum prolixa, in duabus ſcripta eſt membranis, membraneo vin-
culo per medium ſimul conjunctis. Alterum eſt, paucas admodum, ſed tamen ali-
quas reperiri chartas opiſthographas, id eſt quæ ſcripturam præferant in poſteriori
ſeu averſa parte: adeoque chartas ferè omnes tantæ eſſe capacitatis, ut in adverſa
totum ſcripturæ contextum contineant. Unde fit, ut quædam inſtrumenta in lon-
gum volumen diducta ſint & convoluta, de quibus in ſequenti capite diſſeremus.
Ab hoc numero excipienda ſunt teſtamenta, quæ pluribus vulgo conſtabant pa-
gellis, quarum primas antiqui *ceras ſuperiores & ſummas*; ſecundas *inferiores, ſecun-
das, noviſſimas, imas & extremas* appellabant, ut Salmaſius obſervat[b]. Excipienda D
ſunt etiam pauca veterum inſtrumenta, quæ opiſthographa vidi in nonnullis
archivis.

b *Salmaſ. de modo uſur. pag. 460 & ſeqq.*

III. Ad membranæ qualitatem accedunt piſcium pelles, in quibus ſcripta fuiſſe
diplomata quædam Puricellus conteſtatur. Is in libro de Ambroſianæ Mediolanen-
ſis eccleſiæ monumentis[c], agens de diplomate Hugonis & Lotharii Italiæ Regum,
ait ejus *archetypum aureis eſſe litteris conſcriptum*, & quidem *in corio piſcis.* quod quidem
numquam ſibi venturum fuiſſe in mentem confitetur, *niſi jam pridem alii, quo tem-
pore qualitas membranæ characteriſque diſcerni faciliùs poterat, eamdem rem à ſemetipſis ob-
ſervatam memoriæ prodidiſſent.* Quippe *duo nobis*, inquit, *præterea ſuppetunt archetypi* E
*ejus exemplaria, ex eo poſtmodum tranſſcripta, & auctoritate publica rite recognita, & com-
probata: in quibus litteras illas eſſe aureas, & in corio piſcis exaratas affirmatur.* Unum
Mediolani anno Domini M CCC XXII coram Cathelollo de Medicis Vicario ge-
nerali: alterum ſexto inde anno in burgo Caſalis ſancti Evaſii coram Henrico de
ſancto Stephano confectum. Tum ſubdit Puricellus. *Hac igitur membranæ characte-
riſque qualitate, à nobis ejuſmodi exemplarium monitu fortè animadverſa, diligenter arche-
typum illud contulimus cum aliis Imperatorum Regumve diplomatibus apud nos authenticis,
& hactenus in medium productis: eaque pariter viſa nobis fuerunt in corio piſcis, & aureis
litteris conſcripta; perinde ac ſi hac ipſa prærogativa conſcribi ea olim honoris gratiâ ſolerent.* F
Hucuſque Puricellus. Et fortaſſe non deſunt alibi etiam ejuſmodi piſcium mem-
branæ, quas ab ovinis curioſus indagator facilè diſcernet. Certè nonnullas vidimus,
quæ ad illas potiùs, quam ad ovinas accedere videntur. Ceterum ne quis dubitet
de hoc corii piſcini uſu in ſcribendis vetuſtis inſtrumentis; occurrit illud, quod
apud Cedrenum[d] legimus, nempe Baſiliſco Imperatore ortum fuiſſe Conſtanti-
nopoli incendium, quod baſilicam devoravit, in qua fuit bibliotheca, librorum
millia CXX continens: quos inter erat etiam *draconis inteſtinum*, τοῦ δράκοντος ἔντερον
pedes CXX *longum, cui Homeri poëmata, Ilias & Ulyſſea, aureis litteris fuerant inſcripta*,
cum

c *Puricell. pag. 282 & 283.*

d *Cedren. pag. 286 edit. Baſil.*

A *cum hiſtoria rerum ab Heroibus geſtarum.* Et id piſcinis illis membranis ſanè auctoritatem conciliat.

IV. De corticibus ex ligno ſeu ex papyro Ægyptiaca jam nobis oritur difficultas, an ad ſcribenda aliquando diplomata adhibiti ſint. Negat Papebrochius [a] occaſione diplomatum corticeorum cœnobii Dionyſiani, quæ ille ſuppoſiticia vel hoc nomine exiſtimat; ratus *corticum uſum tam eſſe antiquum; ut quandonam deſierit, omnem hominum memoriam fugiat: nullis ferè ejuſmodi ſcripturæ reliquiis perennantibus, poſtquàm agninas atque ovinas pelles in membranam diſſcindere uſus docuit, quæ & complicari & convolvi, & in grandes compingi codices tam commodè poſſunt, ut totis* XVIII *ſæculis nulla* B *ferè ad ſcribendum alia materia adhibita ſit.* Tum ſubdit. *Quis autem dubitat multas hujuſmodi arboreas ſcripturas alibi quoque inveniendas eſſe, multam earumdem apud ſcriptores ipſos mentionem, ſi octavo ſæculo tam fuiſſet ordinarium in cortice ſcribere; ut etiam Pontifices in tali materia ſuas expedirent bullas?* Ex his verbis intelligimus eam viri docti eſſe mentem, unum membranarum uſum in ſcribendis diplomatis obtinuiſſe à Chriſto nato; falſaque vel hoc nomine eſſe Dionyſiani archivi diplomata, quòd in cortice exarata dicantur. Age, rem expendamus, & teſtimonia veterum hac de re conſulamus.

a *num.* 118.

V. Plerique recentiorum, qui de corticeis ſcriptis locuti ſunt, corticem confundunt cum papyro Ægyptiaca, quæ quidem corticis ſpeciem habet. In ea claſſe ſunt C Briſſonius, Dubletus, Petrus Franciſcus Chiffletius, Jacobus Brolius, & alii bene multi. At quoddam inter cortices ſimpliciter dictos ac papyrum Ægyptiacam intereſſe diſcrimen facilè demonſtrari poteſt. Cortex ſeu philyra, qualis in ſcripturæ uſum olim adhibebatur, erat membrana tenuiſſima, inter lignum & exteriorem corticem arboris interjecta. Papyracea charta ex membranis papyri, herbæ Niloticæ, confecta erat. Papyri confectionem docet Allatius num. LXVI. *Ex papyri;* inquit, *philyris aut exciſis, & ſimul vinctis tamquam ſtamine & ſtatumine compaginabatur, quemadmodum & tela fit ex pluribus filis. Extendebantur enim papyri philyræ in aliqua tabula; hinc obliniebantur glutino; ſi in Ægypto texebantur, aqua Nili turbida; ſi Romæ vel aliis* D *partibus texebantur, pollinis flore fervente aquâ temperato, minimo aceti adſperſu. Deinceps aliæ philyræ tranſverſæ ſuperponebantur ad modum cratis: tandem malleo tenuata, glutino percurrebatur, iterumque conſtricta erugabatur, atque extendebatur malleo: in hoc à tela diverſa, quòd in ea fila implicarentur, & mutuo amplexu veluti nodo conſtringerentur: in papyro verò ſtamen ſuper ſtatumen extenderetur. philyris enim rectis philyræ ſuperimponebantur adverſæ.* Hactenus ille, quæ conſentanea ſunt his, quæ fuſiùs docet Salmaſius in Vopiſcum, poſſuntque commentarii vice eſſe his Plinii verbis, ſingulari libello à Melchiore Guilandino luculenter explicatis, quæ ſic habent [b]. *Texuntur omnes tabulæ madentes Nili aquâ. Turbidus liquor vim* [c] *glutini præbet, cum primo ſupina tabu-* E *lâ ſcheda adlinitur, longitudine papyri quæ potuit eſſe, ſegminibus utrimque amputatis. Tranſverſa poſtea crates* [d] *peragitur: premuntur deinde prelis & ſiccantur ſole* [e], *atque inter ſe plagulæ junguntur.* Erat ergo charta corticea ex ligni membrana tenuiori: papyracea ex pelliculis herbæ Ægyptiacæ, quæ ad Nilum plurima oritur. Et hæc ipſa papyrus etiam corticis nomine comprehendi poteſt, cum ex cortice papyri fiat, ſed modo longè operoſiori, quàm corticea ex ligno charta. Varias chartæ papyraceæ ſpecies diſtinguit Plinius [f] Hieraticam, quæ & Auguſta & Livia dicta; Fannianam, Amphitheatricam, Saiticam: quibus Claudia acceſſit omnium optima, tum ob firmitatem, quòd tribus phyliris conſtet, aliæ tantùm duabus: tum ob magnitudinem F ſeu latitudinem, quæ tredecim digitorum fuit: cùm hieratica undecim, fanniana decem, amphitheatrica novem fuerit; ſaïtica mallei, quo tundebatur, diametrum non adæquaret.

b *Plin. lib.* 13 *cap.* 12.
c *Guiland.* vicem.
d *Guiland.* cute.
e *Guiland.* ſutæ plagulæ atque
f *Plin. lib.* 13 *cap. eod.*

VI. His præmiſſis veniendum eſt ad cardinem rei, probandumque ejuſmodi chartam Ægyptiacam diu poſt Chriſtum natum perſeveraſſe, adhibitamque in diplomatibus antiquis. Poſt Chriſtum, vixit Dioſcorides [g], Plinio ferè æqualis, cujus hæc verba ſunt ex græco: *Papyrus nota eſt omnibus, ex qua charta conficitur*, κατασκευάζεται. Hæc charta, ſi jam tum deſiiſſet, dixiſſet, *conficiebatur*, non conficitur. Utroque poſterior Ulpianus [h], *Tabulas teſtamenti*, inquit, *accipere debemus omnem materiæ figu-*

g *Dioſcor. lib.* 1 *cap.* 116.
h *Vlpian. in L. de bon. poſſeſ. ſec. tab.*

ram. Sive igitur tabulæ ſint ligneæ, ſive CHARTÆ, *ſive membranæ ſint, vel ſi corio alicujus* A
animalis, tabulæ rectè dicentur. Planior eſt Herodiani [a] auctoritas de Commodo Impe-
ratore, qui ſumto in manus libello, *quales de philyra tenuiſſimi*, γραμματίων ἐκ φιλύρας,
atque in utramque partem replicabiles ſunt, conſcripſit in eo, quoſcumque illa nocte in-
terficere deſtinaverat. Eumdem uſum pro ſubſequentibus temporibus adſtruit Hie-
ronymi epiſtola ad Chromatium, Jovinum, & Euſebium, ubi conquerens de rara
epiſtolarum miſſione: *chartam*, inquit, *defuiſſe non puto, Ægypto miniſtrante commer-
cia: & ſi alicubi Ptolemæus maria clauſiſſet; tamen Rex Attalus membranas à Pergamo
miſerat, ut penuria chartæ pellibus penſaretur. Unde & Pergamenarum nomen ad hunc uſ-
que diem, tradente ſibi invicem poſteritate, ſervatum eſt.* Promiſcuus ergo erat etiam Hie- B
ronymi ævo uſus chartæ Ægyptiacæ, quæ ſimpliciter *chartæ* nomine hîc deſignatur.
Caſſiodorus Senator ejuſdem chartæ uſum tam luculenter oſtendit, ut nemo magis.
Locus eſt in libri XI epiſtola XXXVIII, ubi hujus chartæ materiam ait ſumtam eſſe
ex *Nilotica ſilva ſine ramis, ſine frondibus, virgultis molliore, herbis duriore.* Ejus com-
poſitionem etiam ita adumbrat. *junctura ſine rimis, continuitas de minutiis, viſcera nivea
virentium herbarum, ſcripturabilis facies, quæ nigredinem ſuſcipit ad decorem &c.* Denique
ejus uſum præfert corticibus, quòd ſcriptura in illis *repugnante duritia corticis vix po-
terat expediri.* At papyracea charta *tergo niveo aperit eloquentibus campum, copioſa ſem-
per aſſiſtit; & quo fuit habilis, in ſe revoluta colligitur.* Ex quibus manifeſtum eſt, Caſ- C
ſiodori tempore in hac charta fuiſſe ſcriptitatum.

VII. Feſtivum videri poſſit, ſi huc teſtimonium accerſam ex ipſius dæmonis ver-
bis, immo verò ab auctore gravi, ſed anonymo, qui libellum de vita ſancti Au-
gendi Eugendive Abbatis ſcripſit procedente ſæculo ſexto. Nam eo referente cùm
puella quædam à dæmone obſeſſa exorciſmorum ſcripta cervicibus nexa circum-
ferret: *Tu mihi*, inquit diabolus, *Alexandrina, ſi placet, chartarum onera exarata impo-
nas; numquam tamen ex obtento vaſculo poteris propulſare, dummodo ſolius Eugendi Ju-
renſis monachi ex hoc non afferas juſſionem.* Quis non videt, hîc agi de chartarum ge-
nere uſuali & obvio; & Alexandrinam hanc chartam non aliam eſſe ab Ægyptia- D
ca, quæ proinde adhuc in uſu erat in Gallia ſæculo ſexto?

VIII. At quis credat, inquis, Gallos tunc uſos fuiſſe ejuſmodi charta ex Ægypto
huc allata? aut quis hujus commercii per ea tempora meminit? Nempe Gregorius
Turonenſis, ex quo diſcimus negotiatores identidem ex Ægypto in Galliam, com-
meaſſe. Siquidem Hoſpitius apud urbem Nicenſem in Provincia Recluſus, *in die-
bus Quadrageſimæ de radicibus herbarum ægyptiacarum, quibus eremitæ utuntur, exhibentibus
ſibi negotiatoribus alebatur*, ut Gregorius habet in hiſtoria ſua [b]. Sed quid hæc ad pa-
pyrum? Certè ſi radices herbarum ex Ægypto in Galliam, quidni etiam papyrus
advehi poterat? Et re quidem vera advectam fuiſſe conſtat ex eodem auctore, qui E
litteris Felicis Namnetenſis Epiſcopi ad ſe non ſine convitio ſcriptis, ita reſpondit [c].
*O ſi te habuiſſet Maſſilia ſacerdotem! numquam naves oleum, aut reliquas ſpecies detuliſſent,
niſi tantùm chartam, quo majorem opportunitatem ſcribendi ad bonos infamandos haberes.*
Tum ſubdit: *ſed paupertas finem imponit verboſitati, immenſæ enim erat cupiditatis atque
jactantiæ.* Eo in loco Gregorius Felicem notat, quòd cùm villam Turonicæ eccle-
ſiæ concupiiſſet, Gregorius autem noluiſſet dare, in ipſum opprobria mille evo-
muit. Hinc eſt, quòd is Felici reſcribens, ipſi petulantiam exprobrat; aitque, ſi
eum habuiſſet Maſſilia Epiſcopum, futurum fuiſſe, ut vix mercatores ipſi feciſſent
ſatis convehendis chartis, quibus opprobria ſua committeret. Hunc locum ſi con- F
feras cum ſuperiori, haud dubiè eoſdem ipſos mercatores deſignari intelliges, qui
& radices herbarum ex Ægypto, & chartam indidem, nempe ex papyro confe-
ctam, attulerint; ejuſque uſum in Gallia nondum obſoleviſſe per id tempus.

IX. Gregorio adjungendus eſt ejus æqualis Venantius Fortunatus, cujus teſti-
monio idem uſus diſertè adſtruitur. Is enim in carmine ad Flavum conqueritur,
quòd nulla ejus amicitiæ ſigna illius manu relata dudum acceperit. Poſtea infit.

An tibi charta parum peregrinâ merce rotatur?
Non amor extorquet quod neque tempus habet?

[a] *Herodian. lib.* 1 *ſub fin.*

[b] *Greg. Tur. lib.* 6 *cap.* 6.

[c] *id. lib.* 5 *cap.* 5.

A *Scribere quò poſſis, diſcingat faſcia fagum,*
Cortice dicta legi ſit mihi dulce tui.

Et poſt pauca.

Barbara fraxineis pingatur runa tabellis,
Quodque papyrus agit, virgula plana valet.
Pagina vel redeat per ſcripta dolatile chartâ.
Quod relegi poterit, fructus amantis erit.

His verſibus, Fortunatus Flavum hortatur ad ſcribendum, ſive in charta papyracea, ſeu in fagi cortice fraxineiſve tabellis, ſeu denique in dolatile charta: ex quibus
B unum obſolevisse innuit chartæ dolatilis uſum. quæ charta *ex dedolatis ligno codicillis* confecta erat teſte Hieronymo in epiſtola ad Nicæam. Aliæ proinde materiæ uſque ad Fortunati tempus erant in uſu.

X. Ægyptiacæ papyri uſus etiam perſeveravit ſæculo VII, teſtante Milone Elnonenſi ſæculi IX monacho, qui in ſupplemento ad vitam ſancti Amandi teſtatur, Martinum Papam Amando ſynodi Romanæ direxiſſe *exemplar in papyreis ſchedis.* quo nomine chartam papyraceam intelligit, quæ nudo papyri nomine apud veteres deſignari ſolet.

Accedit Fridegodus ſæculi X Poëta, qui in carmine de rebus geſtis ſancti Wil-
C fridi ſenioris, Epiſcopi Eboracenſis, ipſum Româ reducem bullatas in cortice chartas detuliſſe refert [a] his verbis,

Bullatas offert ſignato cortice chartas.

Denique librorum corticeorum uſum ad ſuum uſque ſæculum perſeveraſſe tradit Petrus Mauricius, Venerabilis Abbas Cluniacenſis, in tractatu contra Judæos. *Legit*, inquit [b] Judæus, *Deus in cælis librum Talmuth. ſed cujuſmodi librum? ſi talem, quales quotidie in uſu legendi habemus, utique ex pellibus arietum, hircorum vel vitulorum, ſive ex biblis vel juncis orientalium paludum; aut certè ex raſuris veterum pannorum, ſeu ex qualibet alia fortè viliore materia compactos, & pennis avium vel calamis paluſtrium*
D *locorum qualibet tinctura infectis deſcriptos.* Itaque tempore Petri Venerabilis, id eſt, ſæculo XII, paſſim legebantur libri in charta ex papyro Ægyptia, aliave confecta à Chriſto nato exarati; ſi non ipſe corticum uſus in ſcribendo ad Petrum uſque propagatus.

XI. Et quidem ad nos uſque pervenerunt libri non pauci in papyraceo cortice ſcripti: in quibus unus eſt penes nos libellus octo continens folia, in quibus veteris ac detritæ ſcripturæ nonnulla veſtigia ſuperſunt. Sed fortè hæc antiquiora videbuntur, quàm ut propoſito noſtro ſuffragari poſſint: ad alia proinde exempla veniendum eſt, quæ integram hactenus ſcripturam repræſentant.

E Primum occurrit Petavianæ Bibliothecæ volumen in folio minori, varios ſancti Auguſtini ſermones complectens, novem quaternionibus conſtans: in quo integra etiam nunc ſcriptura perdurat. Sic autem compactus eſt liber, ut papyraceis foliis membranea intermiſta ſint, ita ut primus quaternio intra bina folia membranea contineat unum papyraceum: ſecundus quinque papyracea, tertius quatuor intra duo folia itidem membranea: quartus ſeptem papyracea geminis membraneis incluſa: & ſic pro portione de ceteris.

Alterum eſt exemplar quod quondam fuit eccleſiæ Narbonenſis; nunc verò penes illuſtriſſimam dominam de Phimarcone aſſervatur. Continet hic codex quaſ-
F dam Auguſtini epiſtolas, tractatus item ac ſermones nonnullos; conſtatque ſeptem quinquennionibus, à quibus alii avulſi ac diſtracti ſunt. Quilibet quinquennio continet unum folium membraneum, & quatuor papyraceos ſeu corticeos, membraneo incluſos; habentque ſingula folia in altum pollices ſexdecim, in latum novem aut decem: omnia numero tria & ſexaginta, quindecim videlicet membranea, corticea verò quadraginta & octo. Quodlibet folium ex duobus corticibus, iiſque tenuiſſimis, ita compactum eſt, ut unus cum alio tranſverſim conglutinatus componatur. Denique ſcriptura ex veteri Romana & nova conflata eſt, id eſt ex litteris majoribus pleriſque, & quibuſdam minoribus. quod argumento eſt codicem iſtum ſæculo circiter ſeptimo

[a] Sæc. 3. Bened. part. 2 pag. 183.

[b] Biblioth. Clun. col. 1069, 1070.

fuiſſe exaratum. De hoc codice verò id obſervavit noſter Petrus Buiſſonius, cujus relatu id accepi, corticis ſcripturam longè ſaniorem eſſe membranea. quæ ratio impulit nonnullos, ut ad rei firmitatem membranis cortices præferrent: ſed corticibus conſervandis ac ſuſtentandis membranas ſupponerent. Ex codice Petaviano, curavimus delineari ſcripturæ ſpecimen, quod inferiùs in ære inciſum exhibituri ſumus. Ejuſdem generis fuiſſe non dubito codices illos *chartaceos*, de quibus ſæpiſſime fit mentio in actione X Concilii VI cum diſcrimine *membranaceorum*. A

Ex his autem codicibus aliiſque ſimilibus, qui in bibliothecis hactenus latuêre, conciliatur auctoritas diplomatibus in Dionyſiano cœnobio adſervatis, quorum unum Dagoberti primi, itemque alia duo vel tria Chlodovei ejus filii, unum item Nicolai Papæ primi, ceteris omiſſis hîc repræſentamus. B

XII. Si vera ſunt, inquis, hæc Dionyſiana diplomata, cur non alibi conſimilia reperiuntur? Immò verò alibi etiam reperiuntur. Sed etſi nulla præter Dionyſiana ſupereſſent, illud eſſet in cauſa, quia paucis monaſteriis, quamtumvis antiquis, inviolata ſervata ſunt archiva: ex quorum diſtractione tanta rei publicæ litterariæ jactura provenit, ut rara admodum inveniantur autographa à primæ ſtirpis Francicæ Regibus, aut iis æqualibus Pontificibus indulta, quæ non bellorum incendiorum, aliorumque caſuum tempeſtas devoraverit.

At eò non eſt redacta cauſa noſtra, ut ex ſolis Dionyſianis corticibus pendeat. Quippe in Divionenſi ſancti Benigni monaſterio aſſervantur Pontificiæ bullæ duæ, in cortice ſcriptæ; quarum una eſt Johannis Papæ V, altera Sergii I. quos inter Pontifices unus Cono medius labente ſæculo ſeptimo interceſſit. Earum verò bullarum philyræ duæ eodem prorſus modo, quo in aliis, connexæ, filum exhibent ejuſdem penitus magnitudinis, quam poſtea tabella ærea demonſtrabit. Porro has bullas, cùm earum materia evaneſcentibus etiam pleriſque litteris, ad caducitatem vergeret, ſodales noſtri Benigniani, agente R. P. Joſepho Seguino, tum ejus loci Priore, à Senatu Divionenſi recognoſci, approbari, ac in integrum reſtitui poſtularunt. Hinc ſupplici libello Senatui porrecto, demandata eſt hæc cura clariſſimo & eruditiſſimo viro Filiberto de Marra, ejuſdem Senatus Conſiliario, duobus peritis Cauſidicis adjunctis, nempe Jacobo Auguſto de Chevannis, & Ludovico Malliaco: qui de ambarum litterarum veritate certiores facti, eam eſſe cenſuêre illarum materiam, quæ à Plinio charta ſaïtica dicitur ex papyro Ægyptiaca conſtans. Ita, inquam, cenſuêre conſultiſſimi arbitri, quorum unanimi ſententia duæ iſtæ bullæ recognitæ ſunt, pro authenticis & veris autographis habitæ & approbatæ anno M DC LXIII, die XII Januarii. quo tempore publicum hac de re inſtrumentum Senatûs auctoritate ſancitum eſt. Ambo hæc diplomata tabellæ duæ inferiùs exhibebunt. C D E

Præter hæc, duo item exſtant in archivo Corbeienſi privilegia in papyraceo cortice ſcripta, unùm Benedicti Papæ tertii, alterum Nicolai primi, utrumque editum, illud quidem in Spicilegii tomo ſexto [a], hoc verò in Conciliorum Galliæ tomo ſecundo [b]. Duo etiam exhibet eruditus vir Petrus Franciſcus Chiffletius [c] in hiſtoriæ Trenorchienſis Probationibus, nempe Johannis VIII, quæ *ex autographis in philyra* deſumſit. De Benedicti & Nicolai diplomatibus agemus in capite ſequenti, eorumque ſpecimina ſuo loco exhibebimus.

a *Spicil. tom.* 6 *pag.* 397.
b *Conc. Gall. tom.* 2 *pag.* 217.
c *Hiſt. de Tournus, pag.* 219 & 213.

XIII. Audio hîc inſuſurrantem aliquem: Quid nobis ſola monaſteriorum privilegia obtrudis? da vel unum ex aliis archivis acceptum, quod in cortice ſcriptum ſit. Neque enim hanc ſolis monachis prærogativam fuiſſe conceſſam credibile eſt. Profer ergo vel unum ex aliis eccleſiis, ut monaſticis id genus inſtrumentis certior adhibeatur fides. Bene. conditionem accipio, & fideijuſſorem pro me adhibeo Leonem Allatium, virum (ſi quis alius) ſuo tempore eruditum, ſincerum & accuratum, qui plura ſuis oculis vidit. Verba ejus huc adſcribo ex animadverſionibus ſæpe laudatis, num. XL. *Vidi ipſe in papyreis voluminibus inſtrumenta variarum donationum ac privilegiorum deſcripta, quæ modo in Bibliotheca Vaticana ſervantur, & inter ea unum* III *non. Januarii poſt conſulatum ſexies Paulini junioris, qui eſt annus Domini* F

A CCCC XC IX *; *& aliud donationis factæ eidem eccleſiæ Ravennatenſi duorum feudorum tempore Paſchalis primi Papæ : ac aliud cujuſdam donationis factæ eidem eccleſiæ anno* XV *Heraclii Auguſti : nec non fragmentum epiſtolæ Agnelli Epiſcopi Ravennæ, gratias agentis auguſtiſſimo Principi Juſtiniano juniori Auguſto ob collata beneficia in civitatem Ravennam, qui Agnellus vivebat anno* D LVIII. *Nec multum ab his neque tempore, neque argumento, neque ſcriptione diverſi exemplum ſe vidiſſe antiquitatis & linguarum peritiſſimus Lucas Holſtenius aſſeverat. quod improbo ſanè labore, & poſtquam inquirendo litterarum formas, expiſcandoque ex ingenio characterum figuras non paucas horas contriviſſet, tandem poſteris cunctis ſuccedentibus.... in characteres noſtros tranſmiſit.* Ecce inſtrumenta bene multa * immo D XL.
B in papyro Ægyptiaca ex ipſis Romanæ eccleſiæ ſcriniis prolata, & quidem edita non in gratiam monachorum, ſed aliarum eccleſiarum ac perſonarum: quæ inſtrumenta in dubium nemo revocare poſſit. Vis adhuc & alios teſtes? affero Rubeum in hiſtoria Ravennate, ubi privilegium pontificatu Paſchalis primi conceſſum, illud ipſum (ut puto) quod ab Allatio mox laudatum eſt, in medium adducit: affero & Barnabam Briſſonium [a] qui ex regiæ Bibliothecæ adytis fragmentum *veluti plenariæ ſecuritatis inſtrumenti in cortice conſcripti* profert. Vidit autographum illud (ut mihi conteſtatus eſt) clariſſimus vir Iſmaël Bullialdus : ſed neſcio quo caſu vel ſubtractum, vel amiſſum, modò reperiri non poteſt. His adde Julii Cæ- a *Briſſon. de formul. pag.* 646 *& ſeqq.*
C ſaris teſtamentum in cortice ſcriptum, quod ſuperiori ſæculo in regia Fontis-Bliaudi bibliotheca ſervabatur, teſte Petro Hamone, ex quo ejus ſcripturæ ſpecimen alibi referemus. Adde item alia Hadriani I, Johannis VIII, Marini, Agapiti II, Victoris II, diplomata variis eccleſiis conceſſa, quæ in papyro Ægyptiaca exarata fuiſſe docent Innocentii III aliorumque Pontificum litteræ, quibus auctoritas reſtituitur deficientibus autographis, ut mox exponemus.

Ex his omnibus manifeſtum eſt papyrei corticis uſum longè poſt Chriſtum natum obtinuiſſe in Europa, maximè in Gallia & Italia: Id enim apertè probant veterum ſcriptorum teſtimonia, libri corticei ad nos uſque perducti, atque indu-
D bitata diplomata, quæ in ejuſmodi charta primum excepta ſunt. Immeritò proinde Dionyſiana diplomata falſi poſtulantur hoc nomine, quòd in cortice ſcripta referantur. Eſto verò non omnia quæ hanc præferunt auctoritatis ſpeciem, eſſe immunia à falſitate, atque adeo ab eruditorum judicio & cenſura: at neque vel ex hoc ſolo materiæ capite rejicienda, quin immo pro ſinceris & authenticis (niſi fraus aliunde conſtet) habenda eſſe, ſatis ſuperque (ni fallor) demonſtratum eſt.

XIV. Quo ergo tempore, dicat aliquis, deſiit Ægyptiacæ papyri uſus? Et id ſanè accuratè definire in promtu non eſt. Eum ad ſæculum uſque nonum perſeveraſſe liquet ex ſuperioribus, ubi corticea in papyro diplomata tum ex Allatio, tum
E ex aliis retulimus. Sed etiam ultra id tempus hunc uſum obtinuiſſe mihi videtur ex variis Romanorum Pontificum privilegiis *in papyro* conſcriptis, quo nomine papyrum Ægyptiacam ſignificari mihi perſuaſum eſt. In primis Innocentius III [b] Nonantulani monaſterii tria privilegia *per dilectum* ſibi *Henricum, S. R. E. Scriniarium juſſit fideliter exemplari, qui ea quæ de ipſis ſcriptis papyriis, ex quadam parte præ nimia vetuſtate conſumtis colligere potuit, in publicam formam redigere procuravit.* Hæc autem privilegia erant Hadriani I, Johannis VIII, & Marini Pontificum: qui proinde ejuſmodi papyriis uſi ſunt in concedendis privilegiis. Idem etiam conſtat de aliis pro parthenone Gandersheimenſi, cujus privilegia idem Innocentius [c] reno- b *Innoc. III. apud Boſquet. pag* 593 *& ſeq.*
F vat, *quaſi jam nimia vetuſtate conſumta, cùm fuerint, non in pergameno, ſed in papyro conſcripta.* Aliud privilegium eſt Agapiti Papæ, nimirum ſecundi, qui anno DCCCC XLVI eccleſiæ Romanæ præeſſe cœpit in annos novem. Denique aliud eſt Victoris, ſecundi an tertii; at potiùs, meo quidem judicio, ſecundi. nam tertius paucis menſibus vixit in pontificatu. Victor autem ſecundus anno M LIV conſecratus eſt. Utrumque verò privilegium, cum ex materiæ fluxu caducum eſſet, renovavit medio ſæculo XIII Pontifex Romanus, ut legi in veteri collectione Pontificiorum diplomatum, quam ex Carnutenſi Bibliotheca mihi communicavit vir numquam ſatis laudatus Antonius Herovallius, litteratis omnibus vel ipſo nomine clariſſi- c *id. apud Alteſerram, pag.* 370.

mus. In ea autem collectione non exprimuntur paſſim nomina Pontificum qui- A
bus diplomata tribuuntur; ſed tamen hæc diplomata ſeu reſcripta ſæculum XIII
non excedunt. Atque, ut ad rem veniam, Agapiti privilegium renovatur hoc
modo. *Privilegium bonæ memoriæ Agapiti Papæ prædeceſſoris noſtri fecimus inſpici di-
ligenter, cujus tenor talis eſt. Agapitus &c. Nos igitur tenorem ejuſdem privilegii,
quaſi jam nimia vetuſtate conſumti, cùm fuerit, non in pergameno, ſed in* PAPYRO
*conſcriptum, reſcribi fecimus, & tranſſcripto hujuſmodi bullam noſtram apponi. Volentes ex
hoc novum jus monaſterio non acquiri prædicto, ſed antiquum, ſi quod habet, ſolummodo
conſervari.* Victoris autem privilegium in eadem collectione recognitum eſt his ver-
bis. *Sanè cùm privilegium bonæ memoriæ Vict. Papæ prædeceſſoris noſtri* IN PAPYRO B
*conſcriptum nobis oſtenſum innovari propter vetuſtatis diſpendium poſtulares, ita quod eam-
dem firmitatem cum exemplari habeat exemplatum; nos ne propter nimiam ejus vetuſtatem jus
eccleſiæ tuæ contingeret deperire, tam eodem privilegio & bulla ejus, quàm publico inſtrumen-
to, quod etiam planè tenorem illius continens, veluti fideliter ſumtum ex ipſo exhibitum fidem
fecit, diligenter inſpectis, de conſilio fratrum noſtrorum privilegium ipſum duximus innovan-
dum, parem auctoritatem innovato cum originali privilegio tribuentes, quod eſt tale.* VICT.
Epiſcopus &c. uſque in finem. Decernimus ergo &c. Itaque hæc duo privilegia, quæ
ſæculo X & ſequenti conceſſa ſunt, ſcripta erant *in papyro*, ut teſtatur Pontifex Ro-
manus medio ſæculo XIII, quo tempore papyri nomen non (ut hodie) ſignifica- C
bat chartam noſtram vulgarem, ſed corticeam ex papyro Ægyptiaca, ut conſtat
ex gloſſariis & ſcriptoribus ejus temporis. Unde conſequens eſt, chartam Ægyptia-
cam uſque ad ſæculum XI aliquando fuiſſe uſitatam.

At ſi diploma Victoris II ſæculo XI exarati jam carie vitioſum erat ſæculo XIII,
quî fieri poteſt, inquis, ut in nonnullis monaſteriis hactenus ſerventur privilegia ab
annis mille & ampliùs conceſſa in ejuſmodi papyro? Primùm hæc difficultas ſpecia-
tim monaſteria non attinet. Siquidem aliarum etiam eccleſiarum privilegia corti-
cea in ſcriniis Bibliotecæ Vaticanæ aſſervantur, teſte Allatio. Deinde id contigit ex
majori cura eorum, qui in conſervandis originalibus ſuis diligentiores fuêre. De- D
nique id paſſim contigit ex eo; quòd cortici papyraceo ſuppoſitæ ſunt membra-
næ, quæ papyro firmitatem præſtant. quemadmodum in mſſ. corticeis quaternio-
nes ſeu terniones ex foliis membraneis & corticeis incluſis compacti ſunt, quò diu-
turnior eſſet codicum uſus. Immo libri purè ex papyro Ægyptiaca confecti pluri-
bus ſæculis duraverunt, quales Plinius[a] ex Caſſio Hemina memorat Numæ libros,
in arca inventos poſt annos D XXXV. & ex Mutiano Conſule cartam à Troja ſcri-
ptam, annis fere nongentis ante Alexandrum Magnum: cujus tempore chartam
fuiſſe inventam Varro perperam exiſtimavit. Sed tandem ut rem abſolvam, ex di-
ctis manifeſtum eſt papyracei corticis uſum in diplomatibus perveniſſe ad ſæculum E
uſque undecimum apud Europæos: qui uſus etiam in litteris hactenus perſeverat in
America, & forſan etiam in nonnullis Orientis partibus, ut ex epiſtola nuper ex
Huronum regione accepta intellexi. Sed longiùs evectus ſum: ad alia pergo.

XV. Scribebant etiam veteres in plumbo & in ære, ut ſexcentis argumentis
conſtat, præcipuè verò Judicum leges & ſancita. Unde Apollinaris Sidonius[b]. *Illud
ſanè*, inquit, *velut Atticas leges, ita in ære credite inciſum.* An autem etiam à Chriſto
nato diplomata in plumbo aut in ære exarata ſint, mihi non liquet. Exſtat qui-
dem in Italiæ ſacræ tomo IV [c] Liutprandi Longobardorum Regis diploma *in tabula*
(uti Ughellus aſſerit) *plumbea*: & aliud Leonis Papæ III. [d] itemque Caroli Magni *in* F
pagina ærea. At ſanè poſterius iſtud maximè ſuſpectum habeo: de priori nihil occur-
rit, quod ejus valori legitimè opponi poſſit. Nero *plumbeam chartam* ſupinus pecto-
re ſuſtinuiſſe dicitur apud Suetonium. Porro *plumbea* dicta eſt charta, ob laminæ
malleis tenuatæ & extenſæ cum charta ſimilitudinem. Quamquam alio ſenſu apud
Anaſtaſium in Gregorio III dicta eſt charta plumbea, quæ eo loco nihil aliud eſt,
quàm quadratum ſcutulum cooperiendis ædibus accommodatum.

XVI. De charta noſtra ſeu papyro vulgari, quæ ex veterum linteorum reliquiis
contritis ac maceratis conficitur, non eſt quòd longum ſermonem inſtituamus:

a *Plin. lib.* 13 *cap.* 11.
b *Sidon. lib.* 5 *epiſt.* 4.
c *Ital. ſacr. tom.* 4 *col.* 478.
d *tom.* 1 *col* 65.

A quandoquidem vix ulla publica inſtrumenta, quæ qualiſcumque momenti ſint, in
ea conſignari ſoleant. tametſi ejus uſus ab annis ampliùs quingentis invaluit, ut ex
Petri Venerabilis loco ſuperiùs relato obſervavit eruditiſſimus vir Hadrianus Valeſius,
in notis ad Panegyricum Berengarii Auguſti. Quo verò tempore incœperit, nemo
hactenus definire auſus eſt. Sunt qui libros *linteos*, de quibus Titus-Livius aliique ſcriptores rerum Romanarum, eoſdem exiſtiment cum charta noſtra vulgari. Sed hanc ſententiam egregiè refellit poſt Guilandinum Allatius num. LXX.
Nam *lintei* dicebantur, quòd in telam *linteam* deſcripti eſſent, quales hodie à pictoribus adhibentur: at charta noſtra recentior ex linteorum quiſquiliis contritis con-
B ficitur. Incertum porro exiſtimat Allatius num. LXIII, quo tempore incœperit;
fallitúrque Melchior Incofer, qui ejus uſum non ante unum abhinc ſæculum præceſſiſſe exiſtimavit. Id enim perſpicuè refellit Petri Venerabilis teſtimonium, ut
jam dixi, & codices non pauci ab annis ferè quadringentis manu deſcripti in charta lintea. Nam Petrus Venerabilis in tractatu contra Judæos memorat libros
ſuo tempore lectos, qui *ex raſuris veterum pannorum compacti* erant. Quod ſine dubio de linea charta intelligendum eſt. Etſi porro diplomata & inſtrumenta ferè
nulla, quæ quanticumque momenti eſſent, ſcripta ſint in charta noſtra vulgari;
ejus tamen uſus in epiſtolis aliquando adhibitus eſt, ut docet Joinvillei epiſtola ad
C ſanctum Ludovicum in ejuſmodi charta exarata, quam Antonius Herovallius mihi
cum multis aliis communicavit.

Potior eſt in diplomatis uſus chartæ ex goſſipio ſeu cottone, ut fidem facit *charta cuttunea* in pergamenum à Rogerio Siciliæ Rege renovata, *quam fecerat Simon
frater & mater ejus*, apud Rochum Pirrum in Sicilia ſacra[a]. a *Sicil. ſac. lib.* 4 *pag.* 91.

Hic multa dicenda occurrunt de ceratis tabellis & pugillaribus, libris elephantinis ſeu eboreis, de palimpſeſto ſeu charta deletili, quales ſunt tabellæ noſtræ deletiles, de charta holographa & opiſtographa, de chartaceis voluminibus & corticibus. ſed plura dicere meditantem intercipit condicti operis meditatus ſcopus:
D quandoquidem hæc nihil, aut certè parum ad diplomatum notitiam conferunt.
Adi ſi lubet Allatii animadverſiones, & Salmaſii Notas in Vopiſcum, ubi obſer- «
vat; ſchedas illas, quibus extemporalia ſcripta & nondum emendata adlineban- «
tur, & in averſa parte, hoc eſt in tergo ſcribi & exarari ſolebant, opiſthographas «
dictas: quæ ſcripta poſtea emendata ex ſchedis transferebantur in mundam chartam, «
& quæ ab una tantùm parte ſcribebatur. nam libri emendati & mundè ſcripti in ter- «
go ſcribi minimè conſueverant, niſi qui nimiùm longi ſcilicet eſſent, & extra mo- «
dum protraherentur. «

E

CAPUT IX.

I. *Chartæ magnitudinis inſignioris, Rotuli annui, perpetui, chartacei.* II. *Chartæ majores ex membranis.* III. *Longè majores ex papyro Ægyptiaca.* IV. *Idem uſus in epiſtolis: ubi S. Auguſtini epiſtola ad Peregrinum illuſtratur.* V. *Cur opiſtographæ non erant veterum epiſtolæ: an & quæ patentes, quæ clauſæ.*

F I. AD hoc argumentum pertinet tractatio de quibuſdam monumentis, in longa volumina diductis, quorum complura tam in membrana, quàm in cortice hactenus ſuperſunt.

Inter ejuſmodi monumenta primum tribuo locum rotulis, in quibus mortuorum nomina deſcripta erant. Hi verò duplices, alii annui, alii perpetui. In annuis recenſebantur nomina perſonarum cujuſque cœnobii ſeu eccleſiæ, eo anno defunctarum, quarum indices quotannis ad monaſteria ejuſdem ſocietatis deferebantur ad imploranda ſuffragia; ſimulque ut illarum nomina Necrologiis alienis inſcriberentur pro conditionibus initæ ſocietatis. Ejus exemplum habes apud Hariul-

a Spicil. tom. 4 pag. 499.

ſum in Chronico Centulenſi [a] occaſione Hhuodulphi Abbatis. Alii erant rotuli A
perpetui, qui in quolibet cœnobio deſtinati erant excipiendis mortuorum actis,
ſi quid laudabile in vita egiſſent. Utrique conſtabant membranis in longum
porrectis, maximè perpetui, in quibus aliæ aliis membranæ (ubi res exige-
bat) adſuebantur, quantum ſatis erat capiendis duorum vel trium ſæculorum
nominibus & geſtis mortuorum, quorum nuda fermè nomina in Necrologiis
adſcripta erant. Perpetui illi rotuli in publico aliquo cœnobii loco, paſſim in
Capitulo, proſtabant convoluti in ligneo ſuſpendiculo verſatili, ut facilè
membranea iſthæc volumina convolvi & explicari poſſent. Tales cernere licet
rotulos duos in Capitulo illuſtris Parthenonis Calenſis, agri Pariſienſis. Præter hos B
alii erant rotuli cenſuum, ſervorumque cœnobialium: ex quibus unum vidi Cor-
beienſem, qui pluribus ulnis conſtat. Alii item rotuli chartarii, litteras & inſtru-
menta cujuſvis eccleſiæ continentes, quales vidimus Albienſis eccleſiæ penes cla-
riſſimum Abbatem de Campis deſcriptos ab annis ferme ſexcentis.

II. His obiter explicatis, veniendum eſt ad vetera inſtrumenta, quæ pro inſigni
ſua longitudine ſingularem exigunt obſervationem. Membranea nulla vidi inſoli-
tæ magnitudinis; & ſi qua erant, duabus vel pluribus conſtabant membranis ſimul
conſutis: qualis eſt bulla Johannis Papæ XIII pro Remenſi ſancti Remigii cœno-
bio, duabus (ut jam dixi) compoſita membranis, membraneo vinculo ſimul alliga- C
tis. Alia ferè inſtrumenta membranea ultra pellium menſuram non extenduntur:
tametſi nulla ferè ſunt apud antiquos opiſtographa.

III. Longè plura occurrunt ex cortice ſeu ex papyro Ægyptiaca inuſitatæ
longitudinis, propterea quòd cùm charta ex papyro Ægyptiaca facilè in immen-
ſum, non ſecus ac tela, produci poſſet ab artifice, faciliùs etiam inde longiora vo-
lumina condebantur. Et id forſan in cauſa eſt, cur tam diu illius chartæ uſus poſt
inventas membranas perſeveravit. nam membranæ longè ante Chriſtum natum in-
ventæ ſunt: & charta Ægyptiaca uſque ad ſæculum Chriſti decimum ex dictis uſi-
tata fuit. Inter ampliora illa monumenta occurrit imprimis *charta* [b] *de conventio-* D
nibus ſancti Innocentis Epiſcopi Cenomannenſis, *& ſancti Carileſi* MIRÆ MAGNI-
TUDINIS, *& à quindecim Epiſcopis firmata* ſub Childeberto primo Francorum Re-
ge. Alia eſt charta plenariæ ſecuritatis apud Briſſonium, in cortice conſcripta, atque
nuper aſſervata in regiæ bibliothecæ adytis: quam chartam non parum amplam
fuiſſe oportuit, quandoquidem ipſe ejus contextus, tametſi mutilus, ſatis prolixus
eſt. Aliud item olim exſtabat in regio ſcrinio apud Fontem-Blaudi, teſtamentum
Julii Cæſaris litteris Langobardicis in cortice complectens, latum uno pede, lon-
gum quinque & dimidio, ut nobis teſtatum reliquit Petrus Hamo, de quo non ſe-
mel jam actum eſt. Quartum eſt Chlodovei junioris diploma pro cœnobio ſancti E
Dionyſii, quod inferiùs cum tota ſua magnitudine inter ſpecimina relatum habes.
Ex pontificiis unum vidi Corbeienſe Nicolai I, latitudine duorum pedum, altitu-
dine novem: ſed longè amplius Benedicti tertii, cujus latitudo par quidem, ſed
altitudo porrigitur ad pedes unum & viginti. quo nullum aliud prolixius vidi.
Petrus Franciſcus Chiffletius, vir doctus, in ſuo Trenorchio [c] aliud exhibet ex au-
tographo in philyra, *longo pedes circiter* XII, *lato duos.*

b *Acta Aldrici Epiſc. Cenoman.* tom. 3 *Miſcell. Baluzii*, pag. 127.

c *Tournus* p. 219.

IV. Sed ne quis id in re diplomatica factum miretur, eumdem etiam morem
in vulgaribus epiſtolis paſſim obtinuiſſe conſtat, cum ſcilicet illæ prolixiores erant.
Neque enim in averſa parte ſcribere ſolebant veteres, maximè quando ad illuſtrio- F
res perſonas litteræ illæ dirigebantur. Hæc obſervatio aliquam (ut puto) lucem
afferet cuidam epiſtolæ ſancti Auguſtini [d] ad Peregrinum Epiſcopum, ſatis quidem
obſcuræ, quam huc referre juvat. *Ad honorabilem fratrem noſtrum Maximum litteras
dedimus, credentes eum gratanter eas ſuſcepturum. Utrùm tamen aliquid profecerimus,
proxima occaſione, quam reperire potueris, dignare reſcribere. Sciat ſanè prolixas epiſtolas
ad familiariſſimos noſtros, non ſolùm laicos, verùm etiam Epiſcopos, ſic, quomodo iſta
ſcripta eſt, ad eos ſcribere nos ſolere: ut & citò ſcribantur, & charta teneatur commodiùs,
cùm leguntur: ne fortè iſtum morem noſtrum neſciens, factam ſibi arbitretur injuriam.*

d *Auguſt. epiſt.* 171 *novæ edit. al.* 220.

Auguſtinus

A Auguſtinus itaque *prolixas epiſtolas* aliter ſcribebat, quàm alii. Modum illum ipſe non
explicat. ſed cùm ait, ideo id ab ſe fieri, *ut & citò ſcribantur, & charta teneatur
commodiùs, cùm leguntur;* ſatis indicat, illas ab ſe ſcribi in minoribus membranis
aut chartis. At quia epiſtolæ ejuſmodi prolixiores erant; in plures pagellas, tam in
adverſa quàm averſa parte exaratas, ab eo producebantur. quod cùm alii ſecus acti-
tarent, quibus opiſthographas chartas pro epiſtolis dirigere mos non erat; vir ſan-
ctus factum excuſat. Hunc Auguſtini morem primus induxiſſe videtur Julius Cæ-
ſar, de quo ita Suetonius [a]. *Epiſtolæ quoque ejus ad Senatum exſtant, quas primùm*
videtur ad paginas & formam memorialis libelli convertiſſe: cùm antea Coſſ. & Duces
B *nonniſi tranſverſâ chartâ ſcriptas mitterent.* Et hoc forſan Julii inventum ſecuti ſunt
plerique, cùm ad inferiores aut æquales ſcriberent: at ubi ad ſuperiores, priſtinum
uſum retinebant. Julium ſine ullo perſonarum diſcrimine in ſuis *ad familiariſſimos*
epiſtolis ſectabatur Auguſtinus, etiam cùm ad Epiſcopos litteras daret prolixas:
idque uſurpaverat in epiſtola ad Maximum, cujus ideo offenſam verebatur.

V. Alia etiam erat cauſa, cur opiſthographæ non erant inſignium perſonarum
epiſtolæ, nempe quia ſigillum iſtis, non ſecus atque diplomatis, apponebatur ad
vitandam falſatorum fraudem. Huic autem incommodo non occurritur, niſi in
eo folio, quo ſcriptura continetur, appoſitum ſit ſigillum. Nam ſigillum illud
C non (prout modò) poſt complicatam epiſtolam dorſo imprimebatur ad eam obſi-
gnandam & claudendam, ſed in ima parte ſcripturæ affixum erat, aut certè appen-
ſum. Complures vidi inferioris ætatis hominum epiſtolas cum appenſis ſigillis,
quales penes me habeo unam Philippi primi Francorum Regis ad Bernardum Ma-
joris-Monaſterii Abbatem, alias Ivonis Carnutenſis Epiſcopi ad Adelam Comi-
tiſſam, E.... Britanniæ Comitis ad R.... Majoris-Monaſterii, itemque Hamelini
Cenomannenſis Epiſcopi ad A.... Tironienſem Abbates: in quibus litteris etſi
deſiderentur ſigilla, ſuperſunt tamen ligulæ membraneæ, ex quibus illa depende-
bant, præterquam in epiſtola Britanniæ Comitis, in qua ſigillum appendebat ex
D ima membrana diviſa in caudam, quam vocant Cancellariæ miniſtri. Sed alias pa-
tentes fuiſſe puto, alias clauſas epiſtolas; hiſque obſignandis ſigillum, anulumve
fuiſſe appoſitum, non illis. Cujuſmodi fuerit epiſtola Choſrois Perſarum Regis ad
perdendum Sarbarazam Ducem, non ſatis liquet ex Theophane [b]: quo ex auctore
diſcimus, Sarbarazam Choſroi in ſuſpicionem veniſſe, quaſi Romanorum partibus
propenſior eſſet. Quare cùm hic in expugnanda Calchedone unà cum Cardarega
collega ſuo laboraret, Choſroem per litteras Cardaregæ mandaſſe, uti Sarbarazam
tolleret è medio. Verùm litteris per Romanorum exploratores interceptis, Hera-
clium Imperatorem, Heraclii filium accerſiſſe Sarbarazam, qui adulteratis Choſ-
E rois litteris, ſibi occidi juſſo quadringentos alios adjunxit ſatrapas, & Tribunos
ac Centuriones, quaſi certiſſimæ morti devotos; ſigilloque bellè impoſito, καὶ ἐπι-
θεὶς εὐφυῶς τὴν σφραγῖδα, Duces & ipſum Cardaregam convocavit, & lecta epiſtola
ſic adulterata eorum animos à Choſroe penitus abalienavit, Calchedonis impugna-
tione relicta. Si clauſæ epiſtolæ ſigillum fuiſſet appoſitum, non facilè denuo ap-
tari potuiſſet. At ſigillum obſignandæ epiſtolæ adhibitum nobis indicat Grego-
rius Papa II, in epiſtola ad Leonem Iſaurum Imperatorem. *Cùm litteræ tuæ, & non
alienæ, ſigillis imperatoriis obſignatæ eſſent, ac accuratæ intus ſubſcriptiones per cinnabarim
propria manu tua, ut mos eſt Imperatoribus ſubſcriberè, &c.* Et paullo ante in Conci-
F lio VI adverſus Monotheletas, oblatus eſt codicillus Patrum teſtimoniorum à parte
apoſtolicæ ſedis antiquæ Romæ, qui & *ſub ſigillis* conſiſtebat. *Et prolatus eſt hujuſ-
modi codicillus ſigillatus. Et poſtquam diſſigillatus fuiſſet, &c.* Complures vidimus Re-
gum ac magnatum epiſtolas ſigillis obſignatas à tempore ſancti Ludovici Francorum
Regis, quas nobis exhibuit vir juvandis ſtudiis totus natus Antonius Vion Hero-
vallius. Sed dum de prolixis diplomatibus diſſerere inſtituimus, longiùs abduxit nos
digreſſio de epiſtolis, quæ tamen ſcopo noſtro haud penitus inutilis & aliena viſa
eſt.

a *Sueton. in Julio num.* 56.

b *Theophan. Chronol. pag.* 269.

 A

CAPUT X.

I. *Variæ materiæ, ex quibus ſcripta diplomata.* II. *Atramentum.* III. *Rûbrica ſeu minium.* IV. *quo uſi paſſim Imperatores Orientis.* V. *An etiam Francici.* VI. *Liquor aureus & argenteus.* VII. *An & quæ diplomata ex eis ſcripta.* B

I. EXplicatâ materiâ, in qua vetera inſtrumenta exarata ſunt, jam ad eam, ex qua ſcripta ſunt, materiam venio, quæ tantùm quadruplex diſtingui poteſt, nempe atramentum, rubrica, aureus, vel argenteus liquor. Quod quidem intellexerim de his, quæ in charta Ægyptiaca, vel in membranis deſcribebantur. nam quæ in ære, plumbo, cera, aliiſve ſimilibus materiis exarata ſunt, ſtilo ſolo imprimebantur. *Stilus ſcribit in cera*, Hieronymus [a] ait, *calamus vel in charta, vel in membranis, aut in quacumque materia, quæ apta eſt ad ſcribendum.* Milites *gladio* aliquando in ſignandis teſtamentis uſos fuiſſe, & *litteris ſanguine ſuo rutilantibus* quandoque ea inſcripſiſſe ſuperiùs [b] vidimus ex codice Juſtiniano. C

II. De atramento, quod paſſim in ſcribendis diplomatis adhibitum eſt, non eſt quòd prolixum commentarium faciam, aut diverſos conficiendi atramenti modos exponam. quandoquidem hoc argumentum jam pertractarunt alii, Allatius in Animadverſionibus [c] poſt Plinium [d], & Petrus Marca Caneparius in ſuo libro de Atramentis, Londini impreſſo. His, inquam, non immoror; neque indicia trado quibus genuinum atramentum vetus ab ementitio diſtinguatur. Hæc enim pendent ex prudenti & maturo peritorum judicio, qui fuliginoſum artificium bellè ſecernere ſcient ab atramentis veteribus: quæ nonnumquam dilutiora, facilè degenerant in ſubflavum & languidum colorem. D

III. Atramento non rarò conjungitur rubricæ uſus in pingendis librorum veterum titulis. Unde Apollinaris Sidonius [e] in epiſtola ad Ferreolum. *Si amicitiæ noſtræ potiùs affinitatiſque, quàm perſonæ tuæ tempus, ordinem, ſtatum cogitaremus; jure vobis in hoc opere, quantulumcumque eſt, priſtinæ titulorum rubricæ, prima ſermonum officia dedicarentur.* Et longè ante eum Ovidius [f].

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Hunc in pingendis titulis morem adſtruunt antiquiores etiam libri, qualis penes nos eſt collectio Conciliorum ſæculo VI exarata, cujus tituli rubricâ diſtinguuntur. Accidit autem plerumque, ut cùm miniati illi tituli codicibus jam deſcriptis ſecunda manu adhiberentur; incuriâ librariorum omiſſi ſint, vacuo ſpatio relicto; E aut certè inconcinnè ſcripti, ac diſpoſiti ob ſpatium malè commenſuratum. Sed hæc pertinent ad codices antiquos: nunc an rubrica etiam in ſcribendis diplomatibus obtinuerit, expendendum eſt.

IV. Hanc verò in ſubſcribendis litteris ſuis jam pridem uſurparunt Imperatores Orientis: ut patet de Theodoſio juniore, cui ſi quis chartam offerret, is rubris in ea litteris nomen ſuum ſubſcribebat, teſtante Conſtantino Manaſſe [g]. Unde Nicetas ἐρυθροδιανουμένην βασίλειον γραφὴν, id eſt purpuream imperialem ſcripturam appellat: & alibi ſanctiones Imperatorum γραφαῖς καὶ βαφαῖς, ſubſcriptione ac minio muniri ſolere F teſtatur. Purpureum hunc liquorem alii cum Plinio [h] ex muricis ſanguine, alii ex arboris ſucco expreſſum dicunt. In priori ſententia verſatur Nicetas, qui ob id purpuram κόχλης αἷμα, muricis ſanguinem vocat. Hoc minium, vulgo *Cinnabaris* dictum, Imperatoribus ſolis reſervatum eſt edicto Leonis Auguſti [i], prohibentis, *ſacra reſcripta alio colore, quàm purpureo luſtrari, coctique muricis & triti conchylii ardore ſignari*; & ejus ſacri encauſti confectionem privatis interdicentis. Hoc privilegium tamen Imperatores in filios Imperii conſortes, & in generos ſuos extendebant. Immo Iſaacius Angelus Auguſtus Theodoro Caſtamonitæ avunculo ſuo, cui ſum-

a *Hieron. epiſt.* 140.

b *ſupra cap.* 9 *num.* 1.

c *Allat. in monum. Etruſ. num.* 79.

d *Plin. lib.* 35 *cap.* 6.

e *Sidon. lib.* 7 *epiſt.* 12.

f *Ovid. lib.* 1 *Triſt. eleg.* 1.

g *Conſtantin. Manaſſ. in Breviario, pag.* 55.

h *Plin. lib.* 9 *cap.* 36.

i *Cod. Juſt. lib.* 1 *tit.* 23 *l.* 6.

A mam rerum commiſerat, non ſolùm *purpureas phaleras & ſimile pallium in equitando;*
ſed etiam, *eumdem colorem in ſubſcribendis publicis libellis & litteris conceſſit*, teſte Ni-
ceta [a] Choniate. Imperatores verò rubricâ illâ in epiſtolis & diplomatibus nomina ſua — a Nicet. in Iſaacio
pingebant, aliquando integra, aliquando contracta in monogrammatum formam, — lib. 3 num. 5.
ad ſæculum uſque tertium-decimum, quo nomina epiſtolis quidem ſolito more,
non diplomatibus appoſuere, in quibus menſem & indictionem rubeis litteris exara-
re ſat habebant. Porro qui nomina ſua ſuperiori more ſcribebant, ſæpius adjicie-
bant tres cruces ex minio. quod de Conſtantino Palæologo tradit Phranzes [b], de — b Phranzes lib. 3
ejus connubio cum filia Regis Iberiæ agens. *Fit bulla aurea, cui manu ſua ſubſcribit* — cap. 4.
B Conſtantinus. *Vocatur in conſpectum Imperatoris qui mecum*, ait Phranzes, *ex Iberia*
legatus advenerat: & Imperator manu ſua eo vidente tres cruces cinnabari in fronte bullæ
ad confirmationem pro conſuetudine exprimit, bullamque auream legato in manus tradit. Tres
ejuſmodi cruces ad monogrammata Germaniæ Imperatorum appoſitas non ſemel
advertimus, ſed vulgari noſtro atramento: cujus rei exempla exſtant in Metropoli — c Metrop. Saliſb.
Saliſburgenſi [c]. Lege Caroli Freſnii eruditiſſimas Notas in Alexiadem [d]. — tom. 1 pag. 472. &c.

V. Neque tamen ſoli Græcorum Imperatores, ſed etiam ex Carolinis noſtris non- — d Nota in Alexiad.
nulli hac rubricâ uſi ſunt. Exemplo eſt Caroli Calvi de conditu Abbatiæ Compendien- — pag. 253.
ſis inſigne diploma, non ſolùm aureâ bullâ, ſed etiam rubeis litteris munitum,
C cujus ſpecimen in ære inciſum ſuo loco hîc exhibemus. In eo ſiquidem Caroli tum
Imperatoris monogramma, & nomen Cancellarii minio depicta ſunt. At ſingularis
eſt Cancellarii ſubſcribendi modus. nam poſtquam Imperatoris ſolito more appo-
ſitum eſt monogramma, ſed rubeo charactere, ita ſubſcribit Notarius: AUDACHER
NOTARIUS AD VICEM GAUZLINI RECOGNOVIT ET SUBSCRIPSIT. tum Gauz-
linus ipſe ſuper ipſam Notarii ſubſciptionem nomen ſuum rubricâ depingit, GOZ-
LINUS. Hæc autem in ærea tabula ita exprimi curavimus, ut quæ minio ſcripta ſunt
ſolidiori charactere, lineolis vacuis diſtinguerentur. Certè Carolus Calvus Impera-
tor nonnumquam græcas ſectabatur glorias: adeò ut modò Francico, modò Græ-
D canico habitu uteretur. quod utrumque in Concilio Pontigonenſi anno DCCC
LXXVI affectavit, ut tradunt Annales Bertiniani; & ex eis Aimoïnus. An impera-
toriâ illâ rubricâ poſt Carolum uſi ſint alii Occidentis Imperatores, nondum ob-
ſervare licuit, tametſi varia eorum diplomata cum aurea bulla pendente viſa ſunt.
Verùm præter Imperatores, etiam Principes & Archiepiſcopi Capuani eodem mi-
nio ſua diplomata ſubſcribebant, ut Cangius ex Camillo Peregrino [e] & Michaële — e Peregrin. hiſt.
Monacho [f] obſervat. De cetero apud Gallos noſtrates nullum vidimus inſtrumen- — Benevent. tom. 1 pag 232.
tum rubricatum præter chartam Galteri militis de Vienna pro cœnobio ſancti Re- — f Michael in Sanct.
migii apud Remos, data anno MCLXXXIV, incipiente ab his verbis, *Notum ſit* — cap. pag. 649.
E &c. cujus prima littera N minio ſcripta eſt.

VI. A rubrica progredimur ad liquorem aureum & argenteum, quo utroque antiqui
uſi ſunt in ſcribendo. Id atteſtatur in multis Hieronymi præfatio in Job. *Habeant*
qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoque deſcriptos, vel uncia-
libus (ut vulgo aiunt) litteris onera magis exarata quàm codices: dummodo mihi meiſque
permittant pauperes habere ſchedulas, & non tam pulcros codices quàm emendatos. & in
epiſtola ad Euſtochium: *Inficiuntur membranæ colore purpureo: aurum liqueſcit in litte-*
ras. Chartam coccineam vocat ſanctus Ephræm in Parænesi 47. ubi Monachos huic
operi vacaſſe tradit. *Chartam coccineam operaris? coriarios cogita. Crocatam & croceam*
F appellat Anaſtaſius in verſione Concilii VI, actione X. Ideo autem purpura infi-
ciebantur membranæ, ut auri argentique color in eis eſſet illuſtrior. Sed hic ſcri-
bendi modus Principibus & magnatibus peculiaris erat, nec tamen promiſcuè ab
iſtis uſurpatus. Unde Theonas [g] Lucianum Præpoſitum cubicularium monet, *ut* — g Theon. tom. 12
ſcribi in purpureis membranis & litteris aureis totos codices, niſi ſpecialiter Princeps deman- — Spicil. pag. 549.
daverit, non affectet. Hæc ferè prærogativa ſacrorum librorum erat, quos pro reve-
rentia litteris aureis, argenteiſve deſcribi curabant, ut indicat ſancti Bonifacii Epiſ-
copi & martyris epiſtola 28 ad Eadburgam Abbatiſſam, his verbis: *Sic & adhuc de-*
precor, ut mihi cum auro conſcribas epiſtolas domini mei Petri apoſtoli, ad honorem & re-

verentiam ſanctarum ſcripturarum ante oculos carnalium in prædicando. Talis eſt liber A
Evangeliorum aureis litteris conſtans, quem Ludovicus Pius Sueſſionico ſancti Medardi monaſterio conceſſit: qualem etiam unum habemus in bibliotheca ſancti Germani à Pratis: ubi præ omnibus egregium eſt pſalterium (quod ſancti Germani Pariſiorum Epiſcopi fuiſſe tradunt) in membrana purpurea, aureis, argenteiſque characteribus Romanis exaratum, ex quo unum ſpecimen incidi curavimus. Conſimilis eſt Evangeliorum liber in majori eccleſia beatæ Mariæ apud Remos, itemque alius penes illuſtriſſimum Harlæum cauſarum fiſci ſupremum Cognitorem. Denique Evrardus Comes teſtamento legat Berengario filio ſuo, *pſalterium cum auro ſcriptum, & Adalardo lectionarium de epiſtolis & evangeliis* itidem *cum auro ſcriptum.* Quin B
etiam Principes nonnumquam uſuales preces ſuas eodem modo ſcribi curabant. qualis eſt precum Caroli Calvi eximius liber, qui modò aſſervatur in celeberrima bibliotheca Colbertina: aliuſque non valde diſſimilis ejuſdem Regis libellus in membrana litteris aureis exaratus, qui olim fuit Parthenonis Tigurini, nunc Cæſareæ bibliothecæ. Editus eſt hic libellus[a] Ingolſtadii per Felicianum Epiſcopum Scalenſem: qui obſeruat Ratiſponæ item ſervari in ſacrario ſancti Emmerammi librum evangeliorum litteris aureis ſcriptum, à Carolo Calvo profectum. His adde aureum codicem litteris Gothicis exaratum, quem Junius publicavit. Antiquiſſimum porro eſſe hunc uſum, ſcilicet ſcribendi aureo & argenteo liquore, colligitur inſuper tum ex C
eo quod Eleazarus Princeps Sacerdotum per LXXII Interpretes ſacros libros ad Ptolemæum Philaldelphum in membranis tenuiſſimis aureis litteris ſcriptos miſiſſe perhibetur[b]: tum ex Matthæi Pariſii libro de geſtis Abbatum ſancti Albani, ubi obſervat, Eadmaro Abbate nono artifices dum conſtruendæ baſilicæ darent operam, & *abſcondita terræ rimarentur; in medio civitatis antiquæ*, nempe Verolamii, *cujuſdam magni palatii fundamenta diruiſſe*, & inveniſſe in cujuſdam muri concavo, *quaſi armariolo, cum quibuſdam minoribus libris & rotulis cujuſdam codicis ignotum volumen, quod parum fuit ex tam longæva mora demolitum: cujus nec littera, nec idioma alicui tunc invento cognitum præ antiquitate fuerit: tametſi venuſtæ formæ, & manifeſtæ litteræ erat.* D
quarum epigrammata & tituli aureis litteris fulſerunt redimiti. Aſſeres querni, ligamina ſerica, priſtinam in magna parte fortitudinem & decorem retinuerunt. Addit Matthæus, inventum tandem ſenem jam decrepitum, litteris bene eruditum, nomine Unwonam, qui *legit diſtinctè & apertè ſcripta libri prænominati*, & *ſimiliter quæ in aliis codicibus. Erat enim littera, qualis ſcribi ſolebat tempore, quo cives VVarlameceſtram inhabitabant; & idioma antiquorum Britonum, quo tunc temporis utebantur*, præter hiſtoriam de vita ſancti Albani latinè ſcriptam. Lege quæ ſuperiùs[c] diximus de verſibus Homeri *litteris aureis* ſcriptis in inteſtino ſerpentis, & paralipomena vitæ ſancti Wilfridi Epiſcopi Eboracenſis auctore Eddio in Appendice Sæculi noſtri quarti[d]: ubi Wilfridus quatuor Evangelia *de auro puriſſimo in membranis de purpura coloratis*, necnon & bibliothecam, id eſt codicem bibliorum, ſimiliter ſcribi & compaginari præcepit. Recentiorum temporum eſt apud ſanctum Dionyſium egregius codex græcus operum ſancti Dionyſii cum ſcholiis ſancti Maximi ex dono Manuelis Palæologi, totus aureus in membranis puriſſimis: ſed antiquior ibidem liber Evangeliorum argenteus in purpureis. E

VII. Redeo ad diplomata, ex quibus nonnulla ex auro ſcripta ſunt. In his invenio diploma Ariperti Langobardorum Regis, qui donationem patrimonii Alpium Cottiarum *aureis exaratam litteris* Romam direxit, teſtante Paulo Warnefridi[e] in hiſtoria Langobardorum. Ejuſdem quoque generis diploma ab Eadgaro Anglorum Rege aureis characteribus conceſſum legitur in Monaſtico Anglicano[f]. Puricellus[g] in libro de Ambroſianæ Mediolanenſis baſilicæ monumentis teſtatur, archetypum diplomatis Hugonis & Lotharii Regum *aureis litteris conſcriptum eſſe*, aliaque aliorum[h] Regum & Imperatorum *in corio piſcis, & aureis litteris conſcripta* in ejuſdem Baſilicæ archivo etiam nunc aſſervari. Sed & Rogerius Guiſcardus, Calabriæ Princeps, de transferenda Militum (quæ Calabriæ civitas) ſede Epiſcopali à Tauriana & Bibona, bullam inſtitutionis donationiſque Gregorio VII Pontifice edidit, quam F

a *Ingolſtad. edit. an.* 1585.

b *Joſeph. lib.* 12 *cap.* 2.

c *cap.* 8 *num.* 3.

d *Sæc.* 4. *part.* 2. *pag.* 552.

e *Paul de geſt. Lang. lib.* 6 *c.* 28.

f *Monaſt. Anglic. tom.* 1 *pag.* 211.

g *Puricell. pag.* 282.

h *pag.* 283.

A *aureum Sigillum* dicunt, characteribus Græcis conſcriptum, & latinè redditum à Ni-
colao Alamanno, Vaticanæ bibliothecæ olim præfecto. Exſtat in Italiæ ſacræ tomo
primo [a]. Sed hoc, aliaque id genus monumenta, *aurea* dicuntur, non ob ſcripturam
auream, ſed ob chryſobulum ſeu bullam auream ipſis appendentem, ut alibi dice-
mus [b]. De argenteis litteris nihil legere memini, quod ad rem diplomaticam faciat.
Nec iſtuc etiam refert, quod Draconis leges ſanguine non atramento ſcriptas fuiſſe
obſervat ſuſpiciendæ memoriæ Henricus Valeſius [c] in Euſebium. De ſanguine Chri-
ſti ad ſubſcribendum adhibito lege caput XXII libri ſequentis.

a *Ital. ſac. tom. 1. col. 1022.*
b *inf. lib. 2 cap. 16.*
c *Valeſ. in Euſeb. pag. 217.*

B

CAPUT XI.

I. *Scripturarum veterum varia genera.* II. *Diviſio adæquata.* III. *Gallorum priſca ſcriptura.* IV. *Romanæ ſcripturæ duæ ſpecies vulgares, pura & ſemigothica.* V. *Tertia minuta aſſeritur.* VI. *Tironis notæ compendioſæ.* VII. *Runica ſcriptura.* VIII. *Langobardica.* IX. *Francogallica ſeu Merovingica.* X. *Carolina.* XI. *An eadem ſcriptura in chartis & mſſ.* XII. *Quanam uſitata apud Francos ſub prima ſtirpe in diplomatis.* C XIII. *Quæ ſub Carolina & Capevingica.* XIV. *Item in mſſ.* XV. *Interpunctiones an & quando uſitatæ.* XVI. *Germanorum & Angloſaxonum ſcriptura.* XVII. *Bullarum pontificiarum.* XVIII. *Tironis notæ an receptæ in chartis.* XIX. *De punctis in litteris* i *&* y, *ac ſyllaba* &c. *inter vocabula.*

I. ANte inventam ſcripturam, *primi per figuras animalium Ægyptii ſenſus mentis
effinxiſſe* dicuntur [c], *& litterarum ſemet inventores perhibent. Inde Phœnicas,
quia mari præpollebant, intuliſſe Græciæ, gloriamque adeptos, tamquam repererint, quæ ac-*
D *ceperant.* Quidquid ſit de hoc Cornelii Taciti loco, varia ſubinde fuerunt apud ve-
teres Latinos ſcripturæ genera, variæque ſpecies ac formæ. Alius quippe ſcribendi
modus obtinuit apud Romanos, alius apud alias nationes. Pro hac nationum di-
verſitate totidem ferè ſcribendi modos enumerare licet, immo uniuſcujuſque natio-
nis varios pro temporum varietate. Quatuor ſcripturarum genera enumerari ſolent,
Romana vetus, Gothica, Angloſaxonica, & Langobardica. Sed adæquata non
eſt ea diviſio, cùm ad illa genera omnes ſcripturarum ſpecies, quæ in vetuſtis
libris ac monumentis nobis reliquæ ſunt, revocari non poſſint. Varios earum
modos effingi curavit ſuperiori ſæculo Johannes Baptiſta Palatinus Romanus, nem-
E pe Cancellareſcam Romanam, itemque mercatoriam Romanam, Florentinam,
aliaſque, ſcripturam bullarum apoſtolicarum, litteram Neapolitanam, rognoſam
(quam vocat,) inciſam, Notareſcam, Franciſcam, Hiſpanicam, Longobardicam,
Flamandicam, Teutonicam ſeu Tudiſcam, aliaſque fere arbitrarias. Conſimiles
exprimi curavit eodem tempore quidam Venetus. Verùm hæc fere omnia ſcriptu-
rarum genera recentiorum ſunt temporum, non antiquiorum, de quibus hîc inqui-
rimus. Hoc conſilium ſuſceperat regnante in Gallia Carolo IX Petrus Hamon,
regii cubiculi Notarius, qui ex variis bibliothecis & archivis varia ſcripturarum ſpe-
cimina peritiſſimè expreſſit, ut in Præfatione expoſuimus. At opus ſuum imperfe-
F ctum, neſcio quo caſu, reliquit, & pauca Latinorum alphabeta & ſpecimina de-
pinxit, quæ nec in publicos uſus venerunt. Rem exſecutus dicitur Jacobus Bona-
ventura Hepburnus [d], qui tabulam Romæ anno M DC XVI cum privilegio ſummi
Pontificis & ſuperiorum facultate à Philippo Thomaſio in ære ſculpi & excudi cu-
ravit ſub hoc titulo: *Virga aurea, ſeptuaginta duobus encomiis B. V. Mariæ cælata,
auctore F. Jacobo Bonaventura Hepburno Scoto.: in qua ſeptuaginta duo diverſiſſimorum
characterum continentur alphabeta, totidem emblematis decorata.* Hanc tabulam mihi vi-
dere non licuit: ſed ſi quid ex Wormio, apud quem hæc legi, intelligo, Orienta-
lium partim, partim Latinorum recentiorum ſunt ejuſmodi alphabeta. Integrum

c *Tacit. Annal. lib. 11 num. 14.*
d *VVormius de litteratura Runica, cap. 6. pag. 47.*

proinde reſtat de antiquis argumentum, quod rudi licet minerva explicare nobis incumbit. A

II. Ex præmiſſis omnibus ſcripturæ generibus, ad propoſitum noſtrum pertinent quatuor dumtaxat priores ſpecies, nempe Romana vetus, Gothica, Langobardica, & Saxonica. Romana illa obtinuit aureis ſæculis apud Romanos, & Italos, viguitque ad ſæculum v. quo tempore cùm Gothi Italiam ſub jugum ſuum adduxiſſent, etiam Gothicis litteris Romanas aliquantiſper vitiarunt. Tum ſæculo VI Langobardis in Italiam effuſis, ſucceſſit Langobardica ſcriptura ad communem uſum. Romana illa ſic corrupta in libris deſcribendis aliquandiu viguit, nempe ad ſæculum VIII. nam poſt id tempus Romana ad ſolos ferme librorum titulos reſervata B eſt, exceptis nonnullis libris ad pompam deſcriptis in gratiam principum perſonarum. Sic ergo Langobardica obtinuit apud Italos ad ſæculum XII. quo ex tempore in politiorem illum modum ſenſim deducta eſt, quo nunc eſt Romana recentior. Hæc apud Italos.

III. Gothicâ uſi ſunt in Hiſpania Veſigothi: Saxonicâ Britanni ſeu Angloſaxones. At quo genere Galli, Germani, & alii populi Septemtrionales? Gallis ſcripturæ genus proprium ante Francorum adventum fuiſſe conſtat, ſicut idioma. Sed ex illis temporibus nulla nobis relicta ſunt monumenta, præter nonnullos titulos ſepulcrales, ex quibus priſcum Gallorum alphabetum eruere tentavit Boterovius in C ſuo libro de re monetaria. Hoc alphabetum, quodcumque illud eſt, ſuo loco exhibebimus. Poſt Francorum in Gallias acceſſum Galli duplici ſcripturæ genere uſi videntur, altero Romano, quale in pleriſque vetuſtioribus codicibus reperitur: altero minutiori in diplomatibus & quibuſdam libris conſcribendis, quod uniforme ubique in diplomatis & chartis ſub Merovingica ſtirpe fuiſſe obſervavimus. Hanc ſcripturam *Francogallicam* ſeu *Merovingicam* appellare licet, quæ *barbara* jam dudum ob litterarum aſperitatem ac difficultatem dicta eſt. Hæc paullatim politior evaſit Carolinis temporibus, quibus duæ maximè ſcripturæ ſpecies apud noſtrates obtinuerunt: una ad Italicæ noſtræ formam accedens, qualis in diplomatibus Caroli M. D nonnullis, omnibus Ludovici Pii & Caroli Calvi deprehenditur: quæ ob id *Carolina* appellari poteſt. altera, in libris deſcribendis & ſynodicis litteris adhiberi ſolita, quæ à minutæ Romanæ forma paullùm recedit. Hæc de Gallis. Apud Danos verò *Runica* ſcriptura invaluit, diſtincta à Gothica illa, quam Ulfilas Gothorum Epiſcopus adinveniſſe memoratur. tametſi Runica dicta eſt Gothica, propterea quod Getæ ſeu Gothi eâ uterentur ante & poſt Ulfilanas. Denique Germanos Gothicis primùm aſſueviſſe litteris veri ſimile eſt: deinde iiſdem illis, quibus Francos noſtrates uſos fuiſſe diximus, donec tandem Teudiſcam ſeu Teutonicam ſibi propriam inſuper invenerunt. Aliter ſentit noſter Genebrardus, qui ad annum Chriſti CCCC XXVIII hæc E memoriæ prodidit. *Diſciplinarum capaces cùm non eſſent Germani, ab octingentis annis dumtaxat, id eſt à Carolo M. ut ipſimet affirmant, ſuam linguam cœperunt litteris exſcribere, & cum Chriſtiana religione muſas excipere, ut non ſit quærendum, quibus hoc tempore tum ibi litteris uterentur. Litterarum ſecreta, inquit Tacitus, viri & feminæ pariter illic ignorant.* Hanc Genebrardi ſententiam rejicit Olaus Wormius in libro de Runica litteratura [a], cujus litteraturæ apud Danos uſitatæ monumenta haud pauca, quæ ſexcentis ferme annis ante Caroli M. tempora litteris patriis, hoc eſt Runicis, ſunt exarata, refert. Sed tamen Genebrardi conjecturam firmat Otfridus monachus, qui in præfatione ad Evangeliorum verſionem Theotiſcam, *Lingua hæc*, ait, *veluti agreſtis* E *habetur, dum à propriis nec ſcriptura, nec arte aliqua ullis eſt temporibus expolita.* Ita ille ante annos octingentos. Sed hæc facilè conciliari poſſunt, ſi dixeris, Germanos ante Bonifacii Epiſcopi & martyris Carolique Magni ætatem, plus armis dediſſe operam, quàm litteris ac ſtudiis. tametſi nonnulla ante id tempus ediderunt monumenta litteraria, qualia ſunt Danica à Wormio relata, ſed maximè argenteus codex Evangeliorum quondam cœnobii Werthinenſis, Gothicis litteris ante annos mille exaratus, quem Franciſcus Junius protulit in lucem. Hæc breviter ob oculos poſita, nunc paullo accuratiùs per partes explicanda ſunt.

[a] *Worm. cap.* 20

A IV. A Romana incipiendum, quæ duplex erat: una conſtabat litteris majuſcu-
lis, quæ *unciales*, (quoniam unciâ, id eſt pedis duodecima parte, conſtabant) item
cubitales, *grandes*, *quadratæ* ab antiquis appellatæ ſunt. Alia conſtabat, minoribus
litteris, licet ejuſdem eſſent formæ cum uncialibus, ſed non ejuſdem magnitudinis.
Hinc *minutæ* litteræ apud veteres dictæ, immo (ut quibuſdam placet) *minutiſſimæ* &
rotundæ, quæ ſcilicet ob celeriorem ſcriptionem non tanta arte, nec tanta mole con-
formatæ erant. Hanc Romanæ ſcripturæ differentiam colligo ex ſancti Hieronymi
præfatione in Job, ubi unciales litteras opponit iis, quas ipſe in ſchedis ſuis con-
ſcribendis adhibebat. Verba ejus ita habent. *Habeant qui volunt veteres libros, vel in*
B *membranis purpureis auro argentoque deſcriptos, vel uncialibus (ut vulgo aiunt) litteris one-*
ra magis exarata quàm codices: dummodo mihi meiſque permittant pauperes habere ſchedu-
las, & non tam pulcros codices, quàm emendatos. Erant ergo Hieronymi ſchedulæ,
non auro argentoque illuſtratæ: non uncialibus exaratæ litteris, ſed minoribus Ro-
manis, ejuſdem tamen formæ cum uncialibus. Certè definitam fuiſſe uncialium quan-
titatem apertè indicat Lupus Abbas Ferrarienſis in epiſtola v ad Eginhardum. *Præ-*
terea ſcriptor regius Bertcaudus dicitur antiquarum litterarum dumtaxat * *earum quæ maximæ* * *id eſt* videlicet
ſunt, & unciales à quibuſdam vocari exiſtimantur, habere menſuram deſcriptam. Itaque ſi
penes vos eſt, mittite mihi eam per hunc quæſo pictorem cùm redierit, ſchedulâ tamen diligentiſſimè
C *munitâ.* Ex his duo inferre licet: primum, uncialium certam fuiſſe menſuram certum-
que modum, id eſt unius unciæ contra Allatium[a], qui *unciales*, *cubitales*, *grandes*, *qua-* a *Allat. in antiq.*
dratas, ſynonymis verbis dictas putat, quantumvis minutæ eſſent. Alterum unciales *Etruſc. pag.* 58.
ejuſmodi litteras Carolinis temporibus minùs uſitatas fuiſſe, cùm eas *antiquas* vo-
cet Lupus, earumque menſuram ignoraverit. Ceterum operoſa hæc uncialium lit-
terarum ſcriptura non erat uſui paſſim, ſed tantùm in inſcriptionibus libriſque
deſcriptis ad pompam, quorum plerique adverſa dumtaxat, non averſa parte exa-
rati erant. At minuta Romana vetus adhibebatur communiter ad deſcribendos co-
dices, quales hactenus multos præ manibus habemus, ex quibus ſpecimina ſuo loco
D proferenda ſunt. Tale erat (ut puto) volumen illud *maximum & admirabile veteris*
& novi Teſtamenti, litteris majuſculis exaratum, quod Pius II Pontifex cupidè vidit[b] in b *Gobelin. com-*
monaſterio ſancti Salvatoris à Rothari ædificato, quod in Abbatia opido agri Se- *ment. de Pio II.*
nenſis exſtat. Hæc duo ſcripturæ genera viguerunt maximè apud Romanos uſque *lib.* 9 *init.*
ad quintum Chriſti ſæculum. Sanè qui nobis ante annos mille relicti ſunt veteres
libri, ſecundam ſcripturæ formam (quæ uncialis vulgo, ſed perperam dicitur) paſ-
ſim repræſentant, ſæculo VIII pæne obſoleta. In titulis tamen ſcribendis ſubinde
adhibita eſt, aliquando etiam uncialis, tametſi à veteri paullulum diverſa. Priſcam
illam tantiſper immutavit Claudius, qui *novas litterarum formas addidit*, nempe *tres*
E *litteras, quæ uſui imperitante eo, poſt obliteratæ* ſunt, auctore Cornelio Tacito[c]. Dein- c *Tacit. lib.* 11
de littera P quæ inſtar Γ græci efformari conſuerat, retorto ductu ad morem *num.* 13 & 14.
noſtrum effiicta eſt. tum ex Gothorum alphabeto quædam litteræ, poſtquam Gothi
in Italiam aliaſque Romanæ ditionis regiones effuſi ſunt, in Romanum commi-
grarunt vice aliarum. Hæ litteræ ſunt A, E, G, H & U quadratum: quibus adde
P & Q, quæ in corrupto illo Romano charactere infra aliarum ordinem deſcende-
re ſolent.

V. Sed præter illa duo Romanæ ſcripturæ genera videtur aliud tertium in uſu,
ſaltem inclinante imperio, fuiſſe, nempe minuta ſcriptura diverſæ non ſolùm magni-
F tudinis, ſed etiam formæ ab unciali, qualis erat ea, quæ hominum forenſium erat.
Id facilè mihi in animum inducit tum compendioſa ſcribendi ratio, quam homi-
nes ſectari ſolent: tum teſtamentum Julii, Cæſaris minutis hiſce litteris ſcriptum, an
tranſſcriptum, cujus fragmentum Petrus Hamon, Caroli IX ſcriba mox laudatus, ex
corticeo inſtrumento Bibliothecæ regiæ delineavit, noſque inter ſpecimina noſtra
referemus. Et quidem ſæculo V ac VI, quibus ſæculis Romana majuſcula ſecundæ
ſpeciei uſitata erat in libris, minutiſſimæ litteræ in ſcribendis publicis inſtrumen-
tis receptæ erant, ut ex Merovingicis noſtris aliiſque intelligitur. Adde clauſulam ab
incerto quodam libris Hilarii de Trinitate ſubjunctam in codice eccleſiæ Vaticanæ,

quæ clauſula minutiſſimis litteris ſcripta eſt *anno* XIV *Traſamundi Regis*, id eſt anno A
Chriſti D X. Simile apud Romanos obtinuiſſe minutiſſimæ ſcripturæ genus veri
a Plin. lib. 7 c. 21. ſimile eſt, qualem ſcilicet *minutiſſimam* vocat Plautus in Bacchide, Cicero apud Pli-
nium [a], Seneca in epiſtola XCV. Sic Evagrius Ponti *eleganter ſcribebat celerem characte-*
b Pallad. cap. 86. *rem*, teſte Palladio [b]. quod quamquam de Græco dictum, ſanè in Romanum etiam
pari ratione derivari poteſt. Eo characteris genere ſcriptam fuiſſe exiſtimo Caligulæ
c Sueton. in Calig. num. 41. legem, referente Suetonio [c], *minutiſſimis litteris, & anguſtiſſimo loco, uti ne cui deſcribe-
re liceret.*

VI. Litteris Romanis ſubjicere licet Notas illas compendioſas, quas Tiro Cice-
ronis libertus excogitaſſe perhibetur. Earum indicem habet Gruterus in fine volu- B
minis inſcriptionum, qualem habet vetus codex, qui nunc eſt Bibliothecæ Illuſtriſ-
ſimi Johannis Baptiſtæ Colberti, antea Thuaneæ. Exſtat etiam apud nos liber pſal-
morum antiquus his notis deſcriptus: exſtant & alibi nonnulli ejuſdem ſcripturæ,
de qua hæc dicta ſufficiunt.

VII. Jam venio ad antiquiſſimum genus Runicæ ſcripturæ, quam commenta-
riis ſuis fusè explicavit Olaus Wormius tum in Faſtis Danicis, tum in Monu-
mentis item Danicis, ſed maximè in libro de Danica litteratura, Hafniæ edito an-
d VVorm. cap. 1. no M DC XXXVI. Hoc in libro rectè docet [d], Danos earum litterarum eſſe inven-
tores, quas ſic dictas exiſtimat à *Rynner* voce priſca & nativa, ſulcos ſignificante, C
quos cùm elementorum ductus lapidibus & cautibus inciſi æmulentur, non in-
» commoda, ſed eleganti metaphora eò vocem tranſtulerunt Dani, ac litteras ſuas
» *Runer* vocarunt, eum ad modum quo Romani exarandi vocabulo uſi ſunt ad ſigni-
» ficandam ſcripturam. Runicas verò litteras præterea nuncupari myſticas & occul-
» tas, tum quòd ab aliarum gentium litteris mirâ diſcrepant inſolentiâ: tum quòd
» in occultis ſuis ſcientiis, putà magicis & præſtigiatoriis, (quibus Borealis illa mundi
» pars præ ceteris pollet & polluta eſt) hujuſmodi characteres maximè claruêre. Deni-
e Ibid. cap. 4. » que dictas etiam Gothicas [e], quoniam à Gothis uſitatæ ante Ulfilanas. De Runicis
f Fortunat. lib. 8 epigr. 18. litteris loquitur Venantius Fortunatus [f]. D

Barbara fraxineis pingatur Runa tabellis:
Quodque papyrus agit, virgula plana valet.

Dani quippe lignis non tantùm fagineis, ſed & fraxineis, immo oſſibus & cor-
nibus epiſtolas ſuas mandare ſolebant. De his litteris intelligendus eſt Rabanus in
libello de inventione linguarum. *Litteras*, inquit, *quas utuntur Marcomanni, quos
nos Nordmannos vocamus, infrà ſcriptas habemus, à quibus originem qui Theodiſcam lin-
guam loquuntur, trahunt, cum quibus carmina ſua incantationeſque ac divinationes ſignifi-
care procurant, qui adhuc paganis ritibus involvuntur.* Ex his Runicis quatuor illas lit-
g Greg. Tur. lib. 5 c. 45 & Aimoin. l. 3 cap. 41 teras: quas Chilpericus Francorum Rex vulgaribus addidit [g], acceptas fuiſſe Wor- E
h VVorm. de literat. Runica cap. 9. mius [h] cenſet contra Gerardum Voſſium in libro nono de Grammatica, qui ex Ai-
moïno haſce litteras, ſcilicet Ω, Θ, Φ, X, ex Græcis mutuatas aſſerit. Sed eas ab Ai-
moïno corruptè ſcriptas Wormius contendit ex Gregorio Turonenſi.

Qui Gothicas litteras cum Runicis (quæ & Gothicæ à gente aliquando appellatæ)
penitus confundunt, facilè revincuntur ab Olao Wormio, qui monumenta Runica
vulgavit à primis Chriſti ſæculis lapidibus inſculpta, longè ante Ulfilam Gotho-
rum Epiſcopum Arianum, quem circa tempora Valentiniani & Valentis Impe-
i Socrat. lib. 4 c. 33 ratorum vixiſſe teſtantur Socrates [i] Scholaſticus, Sozomenus [k], aliique. Hoc porro
k Sozom. lib. 6 cap. 37. diſcrimen ob oculos poſuerunt Olaus Wormius & Franciſcus Junius: quorum ille F
Runicam litteraturam diſertè explicavit: hic Gothicum alphabetum cum Runico
contulit in præfatione ad codicem argenteum, in quo liber Evangeliorum Gothi-
cis litteris argenteis deſcriptus eſt. Hujus codicis fragmentum antea expreſſerat Ja-
l Grut. inſcript. pag. CXLVI. nus Gruterus [l] vir ſummus; idemque in egregio illo inſcriptionum opere peregrina
m pag. CXLII. quædam elementa exhibuit [m] ex æneis tabulis octo Eugubii in Umbria repertis: qua-
rum una litteris (ut ipſi viſum eſt) Græcis inverſis, linguâque (ut quidam autu-
mant) Æolicâ; reliquæ verò litteris quidem latinis, ſed linguâ (ut putatur) Etruſ-
câ conſcriptæ ſunt.

VIII.

A VIII. Verùm hæ longè minus ad inſtitutum noſtrum pertinent, quàm ſcripturæ
Francogallica & Langobardica, de quibus modò agendum eſt. nam Saxonicæ, quæ
Gothicæ affinis, jam ſatis explicata notitia eſt apud Junium & Abrahamum Whelo-
cum, qui Abrahamus nobis Bedæ hiſtoriam ſaxonicè ab Alfredo redditam, è re-
gione latinæ verſionis exhibuit. Jam verò in diſtinguendis Langobardicis elementis
diu multumque me hæſiſſe fateor, quoniam auctores, qui de his certa tradiderint, non
inveniebam. Occurrebat quidem Gerſonis locus de hoc ſcripturæ genere[a]: *Littera
ſit legibilis, ſit punctuata, ſit purgata, qualis eſt Lombardorum, non involvens ſe tractibus ſu-
perfluis &c.* Sed id ab eo dictum exiſtimo de ſcriptura tunc temporis apud Lombar-
B dos uſitata, quæ ad Italicam noſtram accedebat, non ad veterem illam Langobar-
dicam, quæ non ita *legibilis eſt aut purgata.* adeo ut Gregorii VII diploma, Langobar-
dicis litteris ſcriptum pro cœnobio ſancti Michaëlis in Piceno, Vincentius Borghi-
mius *latinis characteribus legibile reddiderit* Camaldulenſibus, referente Auguſtino mo-
nacho[b] in hiſtoria Camaldulenſi. His ambagibus nonnihil lucis afferebat Salma-
ſius[c] qui locum Varronis emendat, in quo legitur *inceptis rebus* pro *incertis :* cujus
emendationis hanc reddit rationem, quòd p *&* r *in charactere, quem vocant Longo-
bardicum, quo plerique libri veterum ſcripti reperiuntur, ſcripturâ planè affines ſint.* Verùm
id etiam in Saxonico animadvertere licet. Scioppius etiam in libro de re critica ve-
C teres libros charactere paſſim Langobardico ſcriptos eſſe exiſtimat. Sed tandem hu-
juſce characteris formam didicimus tum ex bullis apoſtolicis antiquorum Romano-
rum Pontificum, tum ex ſententia Eminentiſſimi Cardinalis Caſanatæ, qui me ab
hac inquiſitione relevavit, ſubmiſſâ chartâ Leonis Archiepiſcopi Ravennatis in
exemplum characteris Langobardici, de quo ſollicitus eram. Acceſſit etiam Johan-
nis Palatini ſpecimen veteris ſcripturæ Langobardicæ, quæ aliquanto quidem aliis
diſſimilis eſt, quoniam hæc ſcriptura formæ paullo diverſæ fuit pro temporum di-
verſitate, immo pro ſcriptorum conditione. Alia quippe hominum forenſium, alia
litteratorum paſſim ſcriptura, tametſi unius generis. Id ſpecimina noſtra probant.
D Perſeveravit hoc ſcripturæ genus apud Italos ad ſæculum XII, ut patet tum ex bul-
la Paſchalis II Dionyſianis monachis conceſſa, tum ex Bibliotheca Caſinenſi, in
qua opuſcula Guaiferii charactere Langobardico ab annis circiter ſexcentis exara-
ta habentur, teſte Johanne Baptiſta Maro[d] & Ughello[e].

IX. Jam tandem veniendum eſt ad noſtram Francogallicam, quæ varia fuit,
ut apud alias nationes, pro ratione temporum. Qualis ſub triplici Regum noſtro-
rum ſtirpe fuerit, rectiùs docent ſpecimina, quàm verba. In diplomatis Merovin-
gicis uniformis ubique ſervatur, omnino conſimilis ei, quæ exſtat in mſ. codice
noſtro pervetuſto Hieronymi & Gennadii de ſcriptoribus eccleſiaſticis. Ex eo co-
E dice expreſſimus ſpecimen unum, ſimulque alterum ex mſ. hiſtoria Gregorii Tu-
ronenſis, qui quondam fuit bibliothecæ Corbeienſis, modò venerabilis viri Clau-
dii Jolii Cantoris eccleſiæ Pariſienſis, à quo illam commodato accepimus. Hunc
codicem vidit, ac cum editis contulit vir diligentiſſimus Hadrianus Valeſius, qui de
eo ita præfatur in tomum ſecundum rerum Francicarum. *Hic Corbeienſis codex unà
cum præfatione nomen auctoris ac titulum operis præfert : verùm ſi initia librorum excipias,
litteris planè Barbaricis mediocriſque magnitudinis ſcriptus eſt, ita inter ſe connexis, & per
quædam notarum compendia pluribus expreſſis, fere ut lectori ſit divinandum.* Nec mirum,
ſi viro doctiſſimo tam inſolens viſa eſt iſtius ſcripturæ forma: cùm Monachus ano-
F nymus, qui chronicon ſancti Michaëlis[d] agri Virdunenſis ſcripſit ſæculo XI, fa-
teatur, Wlfoaldi Comitis, ejus loci conditoris (qui ſub poſtremis Merovingicis
Regibus vixit) teſtamenta ita jam tum *vetuſtate confecta* fuiſſe, ut *vix niſi reſcriptorum
adminiculo legi non potuerint*. Idem ſæculo X conteſtatus eſt vetus auctor Gallus, in
libello de geſtis ſancti Beregiſi Abbatis[e] Andaginenſis, ubi ejuſmodi ſcripturam
barbaricam vocat, quæ pro difficultate vix legi queat. Nam agens de charta dona-
tionis, Andaginenſi eccleſiæ factæ Theoderico Rege, inſit : *Cùm ergo hanc diſcu-
terem, & pro difficultate barbaricæ ſcripturæ non facilè penetrarem ; adverti tandem in ulti-
mo, quod ipſa proponebat, in quinto anno Theodorici Regis editam fuiſſe.* Quo minùs mi-

a *Gerſon. de laude ſcript. conſid.* 9.

b *Auguſtin. Florentin lib.* 2 *part poſt. cap.* 9.

c *Salmaſ. de modo uſur. pag.* 699.

d *Marus in cap.* 29 *Petri Diac. de vir. illuſt. Caſin.*

e *Ital. ſac. tom.* 7 *col.* 1372.

f *Analect. tom.* 2 *pag.* 38.

g *Sæc.* 4 *Bened. part.* 1 *pag.* 294.

randum, ſi nobis qui longiùs ab illis temporibus diſtamus, difficilis & barbarica hæc ſcriptura videatur, quæ Merovingicis familiaris fuit. In pervetuſtis tamen illis codicibus, qui hoc Merovingico charactere ſcripti erant, tituli librorum & primi aliquando verſus Romanis litteris ſemigothicis tunc exarati erant, uti inſcriptiones ſigillorum ac nummorum: immo etiam libri aliquando integri hiſce Romanis litteris ſcripti ſunt. Neſcio an hoc characterum genere exaratæ fuerint Plinii junioris epiſtolæ in illo codice, de quo agit Aldus Manutius in epiſtola ad Aloiſium Senatorem Venetum: qui in Galliam legatus, inde in Italiam reportavit Plinii epiſtolas *in membrana ſcriptas, atque adeò diverſis à noſtris characteribus, ut niſi quis diu aſſueverit, non queat legere.* A B

X. Prima ſtirpe exſtincta Carolus Magnus litteras expolire cœpit, aut certè jam tantiſper expolitum ſcripturæ genus à Merovingicum in elegantiorem formam commutavit. quæ principio nonnihil Merovingici characteris habebat intermiſtum; at ſubinde politior effecta, in eam tandem formam evaſit, quæ hactenus minuti Romani characteris nomen retinet. Hanc tamen ſcripturæ formam, non Franci à Romanis, qui Langobardicis paſſim elementis tunc utebantur, ſed à Francis Romani accepiſſe videntur. Aliud item ſcripturæ genus, ad Italicum prope accedens, Carolinis illis temporibus in uſu fuit, maximè in diplomatis à Ludovico Pio, ut mox exponemus, cum initialibus litteris oblongis, quæ apud Merovingicos jam receptæ, ſub Ludovico Pio longiores & politiores effectæ ſunt. Denique Carolini Reges Romanum characterem majorem in priſtinam illam aureæ ætatis formam proximè revocarunt. Harum omnium, de quibus hactenus dictum eſt, ſcripturarum alphabeta & ſpecimina ſuo loco exhibebimus. C

XI. His expoſitis inquirendum eſt, qualem ſcripturæ modum in ſcribendis diplomatibus paſſim adhibuerint Franci Merovingici; qualem deinde Carolovingi, ac qualem demum Capevingi ſupra annos quadringentos: tum de aliis Latinorum nationibus idem inveſtigandum.

Scriptura diplomatum non ſemper æſtimanda eſt ex ſcriptura veterum librorum. Unum quippe ſcripturæ genus, & quidem ſatis uniforme, in ſcribendis diplomatis & inſtrumentis adhibitum eſt, nempe Francogallica ſeu Merovingica (ſic appello) ſcriptura, ut ex variis ſæculi ſeptimi autographis intelligimus. At in vetuſtis ejus ætatis libris ſæpiùs Romana major occurrit, quàm illa Merovingica, quæ tamen in nonnullis codicibus deprehenditur. Talis eſt codex Corbeienſis Hieronymi & Gennadii libros de ſcriptoribus eccleſiaſticis; talis etiam codex Jolianus, priores Gregorianæ hiſtoriæ libros ſex complectens. Temporibus item conſequentibus ferè ſemper aliqua interceſſit diverſitas inter ſcripturam amanuenſium vulgarium, & hominum forenſium, ſeu Notariorum publicorum, præterquàm in litteris ſeu chartis ſynodicis ſub ſecunda ſtirpe editis, quæ minuto Romano charactere in libris tunc uſitato exaratæ ſunt. Unde ad dandam veterum ſcripturarum notionem, utriuſque generis, id eſt chartarum ac librorum, ſpecimina per ſingulas ætates diſpoſita repræſentare viſum eſt, ut ad hoc argumentum illuſtrandum, quidquid in nobis erit, conferamus. D E

XII. In diplomatibus Regum primæ ſtirpis verſus primus litteris initialibus non ita preſſim coacervatis & in longum diductis deſcribi ſolet, ac in ſecunda ſtirpe. Hic autem verſus continet ferè nudum Regis nomen cum vulgato elogio in hunc modum: CHLODOVIUS REX FRANCORUM VIR INLUSTER. quæ verba paſſim non pertingunt ad finem membranæ ſeu lineæ, cujus ſpatium vacuum plerumque relinquitur. In diplomate tamen quodam Theoderici Regis, Chlodovei filii, tota quanta eſt membranæ longitudo litteris ejuſmodi initialibus deſcribitur: & in Placitis non raro primus verſus integrè abſolvitur litteris ſenſim imminutis. Poſt inſcriptionem ſubſequitur diplomatis tenor minutioribus litteris Francogallicis uſque ad finem contextus: dein litteris majuſculis Rex ſubſcribit, & è regione Cancellarius; aut certè ſub eo, ſi membrana ſit anguſtior. Attamen non raro ſolus ſubſcribit Referendarius, aut Cancellarius, ſeu Notarius in rebus minoris momenti, ut in F

A litteris commutationum, & minorum cauſarum Placitis. Papebrochius ſancti Maximini diplomatis Dagobertini auctoritate adductus exiſtimat [a], majores litteras (quas uncial es vocat) initio diplomatum ac fine in prima ſtirpe non fuiſſe in uſu, ſicut in ſecunda. At pauca invenias Merovingica monumenta, quorum primus verſus & ſubſcriptio regia exarata non ſit majoribus litteris. Unum tamen in archivo Dionyſiano inveni Childeberti Regis, cujus inſcriptio iiſdem litteris, quibus contextus, conſtat. Cetera majuſculas præferunt in principio ac in ſubſcriptione Regis atque Cancellarii. Inter omnes majoribus litteris nomina ſua ſcribunt Theodericus Chlodovei ſecundi filius, ac Childebertus tertius, ut ſpecimina noſtra pro-
B bant. Cancellarii nomini ac ſigno poſt aliquod intervallum adjicitur regium ſigillum, Regis præferens imaginem non in latus converſam, uti mos fuit ſecundæ ſtirpis Imperatorum ac Regum; ſed rectam aut ſupinam, cum circulari epigraphe ſeu inſcriptione Romanis characteribus expreſſa, quæ ſolum Regis nomen continet hoc modo: ✠ CHILDEBERTUS REX FRANCORUM. Denique in fine, videlicet in infima marginis ora, minutioribus, ut in contextu, litteris adjiciuntur chronologicæ notæ, & loci deſignatio in quo diploma ſcriptum eſt. quod totam membranæ latitudinem adæquare ſolet, vocabulis ac ſyllabis plerumque ob id diſparatis. Carolo M. ſed maximè Ludovico Pio imperante, initiales litteræ ductiles &
C magis oblongæ invectæ ſunt, totam membranæ longitudinem adæquantes: eodemque ſcripturæ genere, ſed non ita oblongo pinguntur, nomina Regis & Cancellarii in ſubſcriptione, præterquam in paucis, ut Hirminmaris Notarii ſpecimen docet.

XIII. Regnante Carolo Magno ſcriptura Francogallica uſualis paullatim (ut mox dicebam) immutari cœpit, & in politiorem modum evadere primùm ſub Carolo M. dein ſub Ludovico Pio, ac demum ſub Carolo Calvo promiſcuè adhibita eſt Romana minutior, & Carolina quædam, quæ ad Italicam noſtram quodam modo accedit: illa quidem in eccleſiaſticis chartis atque libris à principatu Ludovici Auguſti: hæc verò in regiis etiam diplomatis ſub Carolo Calvo uſque ad Carolum Simpli-
D cem: poſt quem illâ Carolinâ ſenſim obſoleſcente, ſervata eſt Romana, ſi tamen Romana dici poteſt, utpote longis ductibus ſæpiùs fœdata, ut in littera *o* aliiſque, maximè ſub Lothario Rege. Ineunte Capetiorum principatu paullatim reſtitui cœpit, retentis tamen ſinuoſis & oblongis litterarum ductibus, qui in libris mſſ. non ita frequentes occurrunt. Idem ferè ſcripturæ modus viguit in diplomatis ad S. Ludovicum, in quo conſiſtimus. Etſi verò ſub primis Carolinæ ſtirpis Regibus contextus diplomatum Francogallicis litteris exaratus ſit: alio tamen paſſim charactere, inſtar Romani minutioris; aliquando majore, ut in diplomate Odonis Dionyſiano, ſcripta eſt *Data*, id eſt chronologica nota, in membranæ margine inferiori.
E Ceterum in Cancellaria (quod maximè obſervandum) uniformis fermè ſcriptura pro tempore ſervatur, id eſt in Regum diplomatibus; ſecus in chartis privatis, quæ à plebeiis Notariis ſcriptæ ſunt.

XIV. In libris deſcribendis non defuit etiam ſua ſcripturæ mutatio. nam uſque ad ſæculi VI finem, immo ad medium ſeptimum, apud Francos veteris ſcripturæ Romanæ perennavit uſus; tum quæ in diplomatis per id tempus obtinuerat Francogallica, in artem etiam librariam propagata eſt. Poſt hæc paullatim (ut fit) invectus eſt novæ ſcripturæ Romanæ modus, quo uſi ſunt librarii plerique, tametſi uſque ad Caroli Calvi principatum ſcriptura Francogallica ab aliis nonnullis ſer-
F vata eſt, Langobardica à paucis, ut patet ex ſubſcriptionibus ſynodi Sueſſionicæ, quas inferiùs exhibebimus. In nonnullis tamen codicibus ad pompam ſcriptis adhibita eſt ſcriptura illa Romana major: qualis exſtat in præclaro libello precum Caroli Calvi, aureis litteris majoribus exarato, qui modò ſervatur in Bibliotheca Colbertina.

XV. In ſcribendis verò tum diplomatibus, tum libris, poſt auream Latinorum ætatem, qui ſingula vocabula ſingulis punctis diſtinguebant; nulla ferè verborum diſtinctio à Notariis facta eſt uſque ad Carolum Magnum, qui procurante Alcuino punctorum diſtinctiones vel ſubdiſtinctiones reſtituit. Hoc in negotio Princeps

a *Propyl. num.* 41.

piiſſimus adhibuit Paulum Warnefridi & Alcuinum Diaconos peritiſſimos, in quibus ille homilias per annum legi ſolitas, & aliquot Auguſtini epiſtolas; hìc verò librum, qui Comes appellatur, interpunctionibus illuſtrarunt. Interpunctionum tamen ille uſus ſeriùs in diplomatibus obtinuit: in libris verò ita obſervatum eſt ab annis ferè octingentis, ut interpunctio in inferiori parte extremi vocabuli, virgulam; in mediâ duo puncta; in ſuperiori punctum ſeu ſenſum finitum deſignaret, aliquando tria puncta. Quæ ſanè diſtinctio apud accuratos amanuenſes obtinuit, ſecus apud rudes. Lege ſis Allatii animadverſiones [a] ad fragmenta Etruſca. Ante Carolum M. Hieronymus quidem tranſlationem ſuam biblicam propter ſimplicitatem fratrum colis & commatibus ordinavit, ut teſtatur Caſſiodorus [b], & Hieronymus ipſe in præfatione ad Eſaiæ verſionem. Sed qualis fuerit illa diſtinctio, & an fuerit obſervata ab aliis, non liquet. Certe neque aureis temporibus verborum accurata illa ex punctis diſtinctio ab omnibus fiebat. ſiquidem Octavius Auguſtus, ut ex ejus chirographo obſervavit Suetonius [c], *non dividebat verba, nec ab extrema parte verſuum abundantes litteras in alterum transferebat, ſed ibidem ſtatim ſubjiciebat, circumducebatque.* quod poſtremum noſtrates in ſcribendis epiſtolis non raro faciunt.

A

B

XVI. Apud Germanos & Alamannos eadem ſcripturæ forma temporibus Carolinis ſubſequentibuſque ſervabatur, atque apud Francos, quippe qui eodem imperio continebantur. Hanc ſcripturæ formam exhibent diplomata, quorum nonnulla hìc exhibebimus. Tremula porrò ſcriptura, in majoribus ſaltem litteris, invecta eſt imperantibus Ottonibus, ſæculo x.

C

Apud Angloſaxones verò Saxonica ſcriptura viguit uſque ad Guillelmi Conquæſtoris principatum, quo tempore factum eſt, ut *modus ſcribendi Anglicus omitteretur, & modus Gallicus in chartis & in libris omnibus admitteretur,* teſtante Ingulfo in hiſtoria Crulandenſi.

XVII. Denique in litteris Pontificiis primus verſus litteris majoribus aliquando ſcriptus eſt ante annos mille, ut patet ex bullis duabus Benigniano cœnobio conceſſis, quarum una eſt Johannis V, altera Sergii I. In bulla Johannis tota inſcriptio litteris majuſculis ad ternos uſque verſus producta eſt: contextus ipſe conſtat litteris ferè Langobardicis, ſeu ſemilangobardicis, quæ ex Langobardicis & minutiſſimis ferme Romanis permiſtim conſtant.

D

XVIII. Ad hoc etiam argumentum pertinent compendioſæ illæ Tironis notæ, quibus loquentem ſcribendi celeritate veteres adæquabant. Nam in pleriſque primæ ac ſecundæ ſtirpis regiis diplomatibus Cancellarii ſeu Notarii ad teſſeram chirographariam varias notas adjungere ſolent, quales etiam exſtant in privatorum chartis nonnullis, ut in principio ac fine chartæ Rotberti Comitis pro eccleſia ſancti Martini Turonenſi. De his notis intelligendus eſt Apollinaris Sidonius [d], qui de Riochato *antiſtite ac monacho* Britanno agens, à quo Fauſti libros quoſdam raptim deſcribendos acceperat: *Tribuit & quoddam*, inquit, *dictare celeranti ſcribarum ſequacitas ſaltuoſa compendium, qui comprehendebant ſignis, quod litteris non tenebant.* Hic eſt ſine dubio Riochatus, cujus memoria celebratur in veterrimis Litaniis anglicanis, quas in tomo ſecundo veterum Analectorum [e] edidimus. Ceterum notas illas Tironianas ante annos quingentos explicavit Petrus Diaconus, monachus Caſinenſis: cujus liber hac de re typis mandatus eſt, antequam Gruterus eaſdem notas proferret in lucem. Earum ſpecimen, alphabetico ordine digeſtum, ex Pſalterio noſtro Germanenſi ſuo loco poſtea exhibebimus. Alio notarum genere uſus eſt Octavius Auguſtus, qui [f] *quoties per notas ſcripſit,* b *pro* a, c *pro* b, *ac deinceps eadem ratione ſequentes litteras poſuit: pro* z *autem duplex* a a.

E

F

XIX. Hìc locus poſtulare videbatur, ut de orthographia ſermonem inſtitueremus. Verùm quoniam frequenter orthographia ad ſtilum accedit, eam in librum ſequentem commodiùs remittemus. Sed antequam hinc pedem moveam, nonnihil obſervare juvat de litteris *i* & *y*, quarum illa in vetuſtis monumentis nuſquam cum puncto præfixo: hæc verò frequenter cum puncto in medio, immo aliquando cum ſingulis punctis in utroque apice adſcriptis (quamquam aliquando etiam ſine ullo

[a] *Allat. num.* XLVII *& ſeqq.*

[b] *Caſſiod. de divin. lect. cap.* 12.

[c] *Sueton. in Oct. num.* 87.

[d] *Sidon. lib.* 9. *epiſt.* 9.

[e] *Analect. tom.* 2. *pag.* 669.

[f] *Sueton. in Octav. num.* 88.

A punƈto) occurrit. Porro minutæ litteræ i accentus acutus ſuperponi cœpit ſæculo
XIII, ut patet ex variis ejus ævi mſſ. quorum unum eſt Henrici Juſtelli, continens
verſionem gallicam bibliorum duobus tomis, anno M CCXCIV exaratam. Perſevera-
vit iſte uſus, non tamen ubique ſemper, ad finem ſæculi XV. quo tempore idem fe-
rè accentus etiam litteræ *u*, more Belgis etiam nunc uſitato, adhibitus eſt. Ceterum
ab eodem ſæculo ineunte littera *i* punƈto (quod nos modò retinemus) inſigniri cœ-
pit. Ita obſervare licet in mſſ. libris de imitatione Chriſti, Mellicenſi anni M CCCC
XXI, Germanenſi noſtro anni M CCCC LX, Saltzburgenſi anni M CCCC LXIII. cùm in
autographo Kempenſi anni M CCCC XLI accentus ſuperponantur. Neſcio an aliquod
B ſit operæ pretium adnotare, ſyllabam, *&*, uno duƈtu ſcriptam, non raro in vetuſtis
mſſ. & inſtrumentis ante annos quingentos non modò ſolitariè, ſed etiam intra
ipſa vocabula reperiri, ut in *r&in&*. at hunc uſum deſiiſſe ſæculo XII. Et quidem
id ita habetur in voce *&iam*, nempe in charta Arnulfi Comitis de eccleſia ſanƈtæ
Walburgis apud Chiſneium pro cœnobio Mettenſi ſanƈti Arnulfi, quæ charta da-
ta eſt *anno Incarnationis Domini* M C XCVII. In eadem charta obſervare licet litteras
duplices w ſimul inſertas in vocabulis *Ludowicus* & *Walburgis*, ſecus atque in ſæ-
culo nono, ubi diſtinƈtè exprimuntur. Ad hæc litteram *u* modò quadratam, modò
accuminatam eſſe hoc modo v, etiam intra vocabula, ſed nulla habita ratione con-
C ſonantis aut vocalis. Sed hæc de ſcripturis ac de primo libro diƈta ſufficiant.

 A

DE B

RE DIPLOMATICA

LIBER SECUNDUS,

Cujus argumentum eſt diplomatum ſtilus, ſubſcriptiones, ſigilla, & notæ chronologicæ. C

CAPUT PRIMUM.

I. *Stili barbaries in diplomatibus, à nonnullis perperam correcta.* II. *Triplex ejus cauſa: prima, ruditas ſæculi & imperitia Notariorum.* III. *Secunda, uſus communis, ſeu formulæ.* IV. *Tertia Notariorum affectatio.* V. *Alius alio tempore uſus.* VI. *Quarta cauſa oritur ex orthographia.* VII. *Non* D *tamen omnis vitioſa, quæ à noſtra diſſentit.* VIII. *Exempla quædam vitioſæ orthographiæ.* IX. *Ex variis cauſis.* X. *Ut ſanata.* XI. *Orthographia vitioſa ſtilum magis afficiens.* XII. *Lituræ & additiones in chartis ut probatæ.* XIII. *Chartarum Gallicarum origo.*

I. VT ſuus unicuique arti idiotiſmus conſtat: ſic etiam rei diplomaticæ ineſt proprius loquendi modus, qui magis ex uſu pendet, quàm ex Grammaticæ regulis. E Sunt quos ſalebroſus ejuſmodi ſtilus offendit, quem dum ad genii ſui captum emendare conantur, idem ferè committunt, atque illi, qui in prato floribus ſponte naſcentibus conſperſo, decuſſis agreſtibus floſculis, ocellos, tuberoſas, aliaque id genus in fictilibus vaſis ſubſtituerent. Plus enim delectat nativa illa rerum varietas, quàm affectata in loco peregrino elegantia. Et quidem omnibus ſanum ſapientibus vetera inſtrumenta cum ſuis nævis ampliùs præferre videntur non ſolùm fidei & auctoritatis, ſed etiam reconditi ſenſus: quem ſanè detrahunt, & ad alienum ſæpe detorquent, quicumque obſoleta vocabula novis & politioribus imperitè aut (quod citra cujuſquam injuriam dictum velim) temerè commutant. Id univerſim in re litteraria contigiſſe advertens è multis Bonaventura Wlcanius[a], conqueritur exſtitiſſe hac F

Vulcan. in Apul.

„ tempeſtate nonnullos, qui juvenili potiùs ingenii confidentia, quàm ſingulari quadam eruditione fulti, hoc ſtudii genus aggreſſi, incredibile dictu eſt, quantâ licentiâ, quamque indignis modis in veterum auctorum ſcripta ſævierunt: dum paſſim pro ſua libidine vocabula vel in ſpeciem corrupta, vel alioqui parum ab ipſis

A intellecta protervè rejiciunt, atque nudâ plerumque conjecturâ, quæque nulla co- ‹‹ dicis mſ. auctoritate nitatur; caſca quædam & jam inde ab Evandro petita voca- ‹‹ bula ſubſtituunt. Hæc dixerim occaſione eorum, qui vetera diplomata ob ſtili bar- ‹‹ bariem lectu indigna exiſtimant, ne dicam fide, quam in vetuſtis illis ruderibus reſidere indignum putant. quæ perſuaſio ut ex ſtudioſorum animis evellatur, inconditi ejuſmodi ſtili origo inveſtiganda eſt.

II. Stili barbaries ex triplici maximè capite proceſſit: nempe ex ruditate ſæculi & ex imperitia Notariorum: ex communi uſu ſeu formulis uſitatis: denique ex Notariorum affectatione. Quippe cùm Romani Galliam, Hiſpaniam, aliaſque natio- B nes ſubegiſſent; eiſdem etiam Romanæ linguæ uſum impoſuêre, quæ ſubinde variis earum gentium idiotiſmis corrupta eſt. Unde apud Gallos & Hiſpanos, qui legibus Romanis parebant, ſenſim invaluit vulgaris illa Romana lingua, eaque duplex: una uſitata apud homines litteratos, quæ ad latinam magis accedebat, tametſi variis mendis ac vitiis fœdata: alia vulgaris apud plebeios & ruſticos, quæ propterea apud noſtrates *ruſtica* dicta, *Gallica*, ſeu *VVallonica* aliquando. Non rarò tamen etiam prior donatur *ruſtici ſermonis* vocabulo; & quidem facilè ab ipſis plebeiis & ruſticis capiebatur. De poſteriori interpretandus eſt Gerardus in vita ſancti Adalhardi Abbatis, *qui ſi vulgari*, inquit, *id eſt Romanâ linguâ, loqueretur, omnium alia-* C *rum putaretur inſcius: ſi verò Teutonicâ, enitebat perfectiùs: ſi Latinâ, in nulla omnino abſolutius.* Teutonica hæc, abſolutè *barbara*, aliquando dicta, eadem eſt cum Teotiſca, de qua ſtatuitur in Concilio Turonenſi tertio [a], ut Epiſcopi habeant homilias *ruſtica Romanâ linguâ aut Theotiſcâ dictatas.* Hoc argumentum ſcitè pertractavit vir multigenæ eruditionis Carolus Freſnius in præfatione ad Gloſſarium, ubi varios inclinatæ latinitatis ſtatus accuratè exponit. Vigebat porrò illa barbaries ab ipſis Gothorum temporibus per has Europæas plagas, adeo ut ante Caroli Magni principatum, in Galliæ regionibus, *etiam inter ſummos Pontifices vix aliquis negligentia præpediente reperiretur, qui urbanitate eloquii ſynodales ſaltem valeret venuſtè exſolvere definitiones*, ut D teſtatur anonymus ſcriptor ineditus de miraculis ſancti Florentii. Idem in Hiſpania profligati ſermonis ſtatus: ubi, teſtante Alvaro [b], Chriſtiani poſthabitis ſcripturis ſanctis, earumque interpretibus, Arabum Chaldæorumque libris evolvendis incumbentes, *legem ſuam neſciebant, & linguam propriam non advertebant latinam, ita ut ex omni Chriſti collegio vix inveniretur unus in milleno hominum genere, qui ſalutatorias fratri poſſet rationabiliter dirigere litteras.* Denique in Anglia *ante Dunſtanum Sacerdotum nullus epiſtolam latinè ſcribere aut interpretari poterat*, ut ſcribit Ælfricus [c]. tametſi Ælfredus Rex jam huic rei ante Dunſtanum ſedulam navarat operam. Non mirum proinde, ſi vetuſta illorum diplomata tot ſcateant barbariſmis, cùm illa non ela- E borato ſermone, ſed *uſuali* (ut vocat Sidonius) ſcriberentur, id eſt ſemilatino, quem in uſu apud litteratos fuiſſe modò obſervabam.

a Conc. Turon. an. 813 cap. 17.

b Alvar. in Indiculo luminoſo.

c Ælfricus in Præf. ad gramm. ſaxon.

Sidon. lib. 3 epiſt. 10.

III. Ad eum corrupti ſermonis modum conditæ ſunt formulæ actorum publicorum, quales ſunt Marculfi, & Marculfianis ſubjectæ tum ab V. Cl. Hieronymo Bignonio, tum ab eruditiſſimo Stephano Baluzio: quales ſunt formulæ apud Goldaſtum in tomo ſecundo rerum Alamannicarum; quales denique Traditiones Fuldenſes, & aliæ id genus. Dubitavit primùm Bignonius, utrum Marculfo, an potiùs ſcriptori vitia ejuſmodi adſcriberet: ſed ita ipſum ſcripſiſſe poſtea comperit ex reliquis ejus ævi monumentis. Quin etiam longè plura in Marculfo vitia poſt Bigno- F nium deprehendit Baluzius, qui Marculfi formulas cum ſuis nævis in integrum reſtituit. Ejus generis eſt fragmentum vetuſti plenariæ ſecuritatis inſtrumenti in cortice conſcripti, quod ex regiæ bibliothecæ ſcriniis Briſſonius, bona fide, quo jure, qua conditione, cum ſuis nævis & vitiis protulit, non ignarus multa illic à malo latinitatis auctore comparata. *Sed me profectò*, ait ille, *è vetuſtatis parietinis egeſta, qualiacumque ea ſint, rudera delectant.* Fuiſſe quidem alias formulas per ea tempora non ita rudes & impolitas haud infitior, quæ ſcilicet à magnis viris editæ ſunt. Eo in genere principem locum obtinere debent Caſſiodori Senatoris formulæ variæ, quarum elegantiam & ſublimitatem ſermonis dubito an ullæ aliæ veteres aſſe-

quantur. Notariorum quippe imperitia id effecit, ut vix latina eſſent vetera inſtru- A
menta.

IV. Idem etiam præſtitit haud raro barbari & inculti ſermonis affectatio. Certè Grammaticæ regulas non penitùs ignorabat Gregorius Turonenſis Epiſcopus, qui ſæpius *pro maſculinis feminina, pro femininis neutra, & pro neutris maſculina commutabat*, ut ipſe agnoſcit initio libri primi de gloria Confeſſorum, idemque *pro ablativis accuſativa, & rurſum pro accuſativis ablativa*. His vitiis ſi barbara ex ruſtico ſermone accerſita vocabula addas; impolitum prorſus ſermonem habebis, qualis in diplomatibus deprehenditur. Eadem neglecti ſtili affectatione Iſo ſancti-Gallenſis monachus, vir alioqui bonis litteris pro tempore inſtructus, uſus eſt in ea formula[a], quam B
Goldaſtus publici juris ejus nomine fecit. Et certè cùm acta publica in gratiam vulgi conderentur, ea vulgari ſermone exprimere par erat, ut ab omnibus caperentur. Rectè ad hunc locum Vadianus[b]. *Non poteſt negari barbaries, atque ea quidem craſſiſſima, quam redolent* chartæ. *Quæ quidem imperitiane ſæculorum, an ſtudio magis ac veluti datâ operâ, accidiſſe putandum ſit, non facilè dixerim. Rudia fuêre ſæcula, rudes noſtratium ac prope elegantiæ omnis expertes animi. Sed videri poteſt propiùs ea ſæcula intuentibus, aliquid tributum vulgo & plebi fuiſſe, latinas litteras utcumque noſcenti; nec niſi conſulto ineptitum à ſcribis, ut tot modis barbari & aſperi videri voluerint*. Hæc ille.

a Goldaſt. rerum Alaman. tom. 2 pag. 40.

b Vadian. apud Goldaſt. rer. Alaman. tom. 3, pag. 46.

V. Non ergo propter barbariſmos aut ſolœciſmos ſuſpecta debent eſſe priſca C
inſtrumenta; immo vitia hæc ex ipſis antiquitatis fontibus procedere cenſenda ſunt, niſi aliunde comperta ſit falſitas. Scio quid Gregorius VII[c] dicat in epiſtola ad Fratres monaſterii beatæ Mariæ Dordonenſis, in qua quoddam privilegium nomine Alexandri ſecundi titulatum rejicit duabus ex cauſis, *corruptione videlicet latinitatis, necnon & diverſitate canonicæ auctoritatis*. Verùm corruptio latinitatis attendi poteſt ex diverſa temporum ac perſonarum ratione. Quæ enim ſæculo VII in uſu erat latinitas, hanc veluti barbaram reſpuiſſent ſæculi XI homines, ut pote à ſæculi ſui genio & elocutione penitùs alienam. Alius quippe atque alius in diverſis ſæculis obtinet ſermonis uſus. Sic qui modò ritu Carolinorum temporum ſcriberet auctor, uti bar- D
barus ac ſemilatinus haberetur. Sanè quanta fuerit ſæculo ſeptimo apud Romanos bonarum litterarum inſcitia, patet ex epiſtola quam Agatho Papa tam nomine ſuo, quàm Patrum Synodi Romanæ ſcripſit occaſione Concilii in Trullo contra Monotheletas: qua in epiſtola ſæculi ſui ignorantiam luget, eamque refundit in diverſarum gentium furorem, qui *nunc confligendo, nunc diſcurrendo, nunc rapiendo*, ſtudiis vacare non ſinebant eccleſiaſticos homines, *quibus*, inquit, *de labore corporis victus eſt*. Itaque non mirum, ſi per ea tempora corruptio latini ſermonis apud Romanos, uti apud alios invaluit: tametſi minùs apud Romanos Pontifices, quibus ſemper ſumma cura fuit viros peritiſſimos undequaque accerſere. E

c Greg. VII lib. 1 epiſt. 35.

VI. Non parum etiam ad diplomatum barbariem confert vitioſa Notariorum orthographia, quæ non minùs ſcriptorum imperitiæ ſervit, quàm tempori. Id verò inclinata jam latinitate adeò non mirum, ut etiam aureis illis eloquentiæ temporibus inſuper habitæ ſint rectæ ſcribendi rationis leges. Nam Octavius Auguſtus, referente Suetonio[d], *orthographiam, id eſt formulam rationemque ſcribendi, à grammaticis inſtitutam non adeo cuſtodiit; ac videtur eorum ſequi potiùs opinionem, qui perinde ſcribendum ac loquamur exiſtiment. Nam quod ſæpe non litteras modò, ſed ſyllabas aut permutat, aut præterit; communis hominum error eſt. Nec id ego notarem*, ſubdit Suetonius, *niſi mihi mirum videretur, tradidiſſe aliquos, legato eum conſulari ſucceſſorem dediſſe, ut rudi & indocto*, F
cujus manu IXI *pro* ipſi *ſcriptum animadverterit*. Cùm autem in ſcribendis diplomatibus recti ſermonis ratio nulla ferè haberetur; neque item de recto ſcribendi modo admodum ſolliciti fuerunt Notarii. Unde Carolus Magnus in Capitulari anni DCCC V rem animadverſione dignam exiſtimavit, ſtatuitque *de ſcribis quod vitioſè non ſcribant, & ut unuſquiſque Epiſcopus, & Abba, & ſinguli Comites ſuum Notarium habeant*.

d Sueton in Octavio num. 88.

VII. Neque tamen quæcumque ab recentiori ſcribendi ratione diſcrepant in publicis inſtrumentis, ea incunctanter vitioſè ſcripta cenſeri debent. Nam frequentes

litterarum

A litterarum commutationes apud veteres Latinos paſſim in uſu erant, quæ noſtra ætate plurimùm barbariem ſaperent. Quis enim modò ferat id quod apud Quintilianum [a] legimus? Here, *nunc e littera terminamus: at veterum Comicorum adhuc libris invenio*, Heri ad me venit. *Quid? non Cato Cenſorius*, dicam *&* faciam, dicem *&* faciem *ſcripſit?* Sibe & quaſe *ſcriptum in multorum libris eſt.* Idem auctor alio in loco tradit [b], veteres quoſdam in concurſu conſonantium aſperiorum ſubtraxiſſe *ſ* litteram, quoties ultima eſſet, aliaque conſonante ſuſciperetur. unde uſitatum *pomeridiem*, & illa Cenſorii Catonis *die hanc*, æque *m* littera in *e* mollita. *Quæ in veteribus libris reperta*, inquit, *mutare imperiti ſolent: & dum librariorum inſcitiam inſectari volunt, ſuam confi-*
B *tentur.* Idem plerumque evenit in re diplomatica. Quis enim impune ferat, *nus* pro *nos*; *reſedirimus* pro *reſideremus*; *monaſthirie* pro *monaſterii*; *ficit* pro *fecit*; *alote* pro *alode*; *omnis* pro *omnes*; *urdenatio* pro *ordinatio*; *ſingoli* pro *ſinguli*; & alia id genus ſexcenta, quæ paſſim in diplomatis occurrunt? Et tamen hæc probaſſet, aut certè toleraſſet aurea illa ætas latinitatis, quæ nos delicatuli in veteribus chartis vix ferimus. *Verùm orthographia quoque conſuetudini ſervit: ideoque ſæpe mutata eſt* [c].

> a Quintil. Inſtit. lib. 1 c. 7.
> b id. lib. 9 c. ult.
> c id. lib. 1. cap. 7.

Idem cenſendum de littera H aſpirata, quibuſdam vocabulis appoſitâ præter communem uſum, ut in *holus*, *honus*, *honuſtum*, *heremus*, & aliis id genus: cùm è contrario in aliis, ubi res poſcebat, omittatur, ut in *caracter*, &c. Priorem illum modum appro-
C bat A. Gellius, ubi ait, veteres H litteram inſeruiſſe *pleriſque vocibus verborum firmandis roborandiſque, ut ſonus earum eſſet virilior vegetiorque*: poſteriorem Quintilianus. *Parciſſimè*, inquit, *ea veteres uſi, etiam in vocalibus, cum* œdos hircoſque *dicebant.* De hoc argumento legendus ex antiquis Caſſiodorus Senator de Orthographia; ex recentioribus Petrus Ciaconius de columna roſtrata, ubi varias apud veteres litterarum commutationes, additiones, & ſubtractiones obſervat: ſed in primis vir numquam ſine laude memorandus, Jacobus Sirmundus in elegantiſſima explanatione antiquæ inſcriptionis, qua L. Scipionis Barbati F. expreſſum eſt elogium.

VIII. Non negaverim tamen reſidere in illis inſtrumentis orthographiæ næ-
D vos non paucos, qui vel ex dictantis, vel ex ſcribentis vitio proceſſerunt. Id aliquando contingit omiſſione litteræ geminatæ, ut *bonorum eorum*, pro *bonorum meorum*, *hereditate ſuas* pro *hereditates ſuas*. aliquando ex vocabuli ſimilitudine, ut *Romana* legi alicubi pro *Remana*; & contra *Remenſis* pro *Romenſis*. aliquando litteræ tranſpoſitione, ut *ſpallentium* ſæpe in veteribus libris pro *pſallentium*: immo aliquando ſyllabæ detractione, quale eſt *ſtoria* pro *hiſtoria*; *Spalis*, pro *Hiſpalis*; *Spania* pro *Hiſpania* etiam apud Græcos, & in Pauli ad Romanos epiſtola: nonnumquam verò litteræ redundantis adjectione, ut *Pſalernum* legi ſæpe apud recentiores librarios pro *Salernum.* Mitto *temptare*, *dompnus*, aliaque id genus permulta, ubi littera *p* redundat. Ex hoc
E ſcriptorum vitio Hieronymus infinita errata deprehendit in verſione LXX interpretum, uti ipſe conqueritur in epiſtola ad Domnionem.

IX. In tranſcribendis autem vetuſtiſſimis diplomatibus ſæpius peccatur, multiſque modis, tum perperam disjungendo litteras quæ conjungendæ, & conjungendo quæ disjungendæ: quo in genere me non ſemel allucinatum fuiſſe fateor. Cum enim in diplomate quodam autographo Chlodovei Regis tertii pro cœnobio Dionyſiano legere debuiſſem *ad baſileca*; reddidi *Abbas Ileca*, veniali quidem, ſed tamen haud contemnendo errore, ſiquidem Abbas *Ileca* fruſtra quærebatur, qui re vera numquam exſtitit. Item in alia ejuſdem Regis charta, legi, *ipſum unde borone*, pro
F *ipſo mundeborone.* Qua quidem in re eo faciliùs peccatur, quòd in vetuſtis illis diplomatis præter litterarum commutationes, nulla fit verborum diſtinctio: ſed verſus ab uno latere membranæ ad aliud continua & interrupta litterarum ſerie decurrit. Peccatur etiam tranſcribendo perſæpe fallente oculorum jactu, tum in vocabulis, tum in numericis notis. Unde ſæpe reperias pro VIIII ſuppoſitum VIII, pro XIIII XIII, pro XVIIII XVIII &c. Denique exſcriptores aliquando ſyllabam integram detraxerunt, non ſatis capientes veterum compendioſam ſcribendi rationem, quâ litteram aliquam majuſculam, immo plures aliquando ponebant, quæ innuerent eas à lectore prorſum vel retro repeti debere: quo nihil in Pandectis Florentinis ſæpius

occurrere viri docti obſervarunt. Vulgatum *TerentI* pro *Terentii*: at non ita vulga- A
tum *LemurES reformant* pro *Lemures ſe reformant*, retro geminando poſtremas *Le-*
murES majuſculas litteras duas. ſic in mſ. Symmacho, QUIDDICIT, quod eſt, *quid*
didicit. contra verò recta legendum in Symmacho item mſ. *Sa TEmporis*, pro *ſat te*
temporis. Lege Sciopium de arte Critica; & Gruteri caput XIX Indicis ſeu conſpectûs
inſcriptionum. Illud inſuper admonendum, librarios, qui codicibus exſcribendis
dabant operam, ubi de alicujus vocabuli ambigua lectione dubitabant, duo voca-
bula pro uno ſuppoſuiſſe, lectionem genuinam lectori divinationi permittentes.
quale eſt *De notis*, *Devotis*, & alia, ubi alterutrum redundat. Atque ut ne lecto-
rem fallerent incautum, ſæpius particulam *vel* interponebant, qua innuerent, al- B
terutrum eſſe legendum.

X. Ad ſanandas porro notariorum ſeu librariorum mendas, adhibita aliquando
litura, aliquando ſuper lineam adjectio litteræ, ſyllabæ, aut vocabuli, cùm horum
aliquid omiſſum fuiſſet. In veteribus libris paucas invenimus lituras in litteris re-
dundantibus, quas librarii expungendas deſignabant punctis ſubſtitutis; cujus rei
exempla paſſim occurrunt. At litura non raro uſi ſunt temerarii quidam interpola-
tores, quo diplomatis authentici aut verba aut notas chronologicas non capien-
tes, pro recta lectione inſanam ſuffecerunt. Hoc facinus neſcio quis commiſit in
pluribus Lotharii Imperatoris authenticis litteris, pro monaſterio Dionyſiano: in qui- C
bus ejus imperii characteres temerè viriati ſunt ſcriptura recentiori ac minime fuca-
ta. Et in autographo Philippi I pro Milidunenſi ſancti Petri Monaſterio, ubi an-
nus regni ejus XXXVIIII cum anno Incarnationis M LXXXXVIII componebatur,
deleta eſt ex annis Incarnationis ultima nota X jam inde ab annis minimum cen-
tum, ut patet ex diplomatis inſcriptione opiſthographa.

In his autem lituris nemo æquitatis amans exiſtimaverit, autographorum valo-
ri & auctoritati officere interpolatoris ejuſmodi temeritatem. Sanè ita rem judicavit
Innocentius III, qui propter paucarum litterarum raſuram in loco non ſuſpecto,
reſcriptum non probari falſum ſancivit his verbis. *Verùm litteras ipſas, quæ redargutæ* D
fuerant falſitatis, diligentiùs intuentes, nullum in eis falſitatis ſignum vel ſuſpicionis inveni-
mus, niſi paucarum litterarum raſuras, quæ nequaquam ſapientis animum in dubitationem
vertere debuerunt, &c. Et poſt eum Honorius III eccleſiæ Bobienſis [a] privilegia *par-*
tim malitioſè abraſa nihilo minùs confirmat, decernitque, *ut propter illas raſuras nullo*
umquam tempore reprobentur.

XI. Ex his generalibus principiis ad ſingularia quædam deſcendere juvat, quæ
magis ad rem diplomaticam pertinent. Et primo quidem obſervanda venit ortho-
graphia, quæ ad ſcripturam referri quidem poterat, ſed rectiùs ad ſtilum. Quis
enim hoc neſcit, *alios barbariſmos ſcribendo fieri, alios loquendo? quia quod malè ſcribi-* E
tur, malè etiam dici neceſſe eſt, ait Quintilianus [b]. Orthographiæ autem vitia ſeu
diverſæ rationes fiunt *adjectione, detractione, immutatione, tranſmutatione.* Adjectio-
ne paſſim in ſecundæ ſtirpis Francicæ diplomatis ſcriptum legitur *HLudowicus*,
HLotharius, *Pippinus*, & in primæ *Chlothacarius*. Immo aliquando littera *u* ter repe-
titur in nominibus propriis *HLudowuicus*, ex more Theotiſco. *Hujus enim linguæ*,
inquit Otfridus Monachus, *barbaries, ut eſt inculta & indiſciplinabilis, ſic etiam propter*
litterarum aut congeriem, aut incognitam ſonoritatem difficilis. Nam interdum tria UUU,
*ut puto * quærit ſono; priores duo conſonantes, ut mihi videtur, tertio vocali ſono manente.*
Ad eumdem quoque modum Notarii ſub utraque ſtirpe frequentiùs ſcribunt *aeccle-* F
ſia, cum diphthongo, uti & *Praeſbyter.* Sed in diphthongo *æ* ſcribenda illud ani-
madvertendum, vix umquam aliàs poſitam reperiri, quàm duabus vocalibus *ae* divi-
ſis, non in unam collatis. Id ante me obſervavit Hermannus Conringius [c] in cen-
ſura diplomatis Ludoviciani, de qua fuſiùs agendum in libro tertio. *Illa*, inquit,
diphthongi figura neutiquam ævo Ludovici Germanici fuit in uſu, ſed multo poſt demum
cœpit. Teſtantur id liquido illius tempeſtatis, quæ ſuperant, & tabulæ, & libri ſcripti quam
plures. Etenim perfrequenter quidem à ſcribis & librariis omiſſa eſt diphthongi nota, & ſim-
plex vocalis E *illius loco adhibita: quandocumque tamen diphthongi habita in ſcribendo fuit*

a *Ital. ſac. tom.* 4 *col.* 1301.

b *Quintil. lib.* 1 *cap.* 5.

c *Conring. pag.* 316.

A *ratio, ſolet illa exprimi per diverſas litteras* ae, *numquam autem per æ aut Æ, litteris in unum quaſi conflatis.* Quod ait Coringius id *numquam* reperiri, non poſſum admittere de ſcripis libris. Nam in Pſalterio mſ. ſanctæ Salabergæ ante annos mille exaratum, cujus ſpecimen damus, reperi alicubi diphthongum *ę* ſimplicem in illo pſalmi 47 verſu *Lętetur:* & Rabani liber de cruce, (ut alios omittam) Corbeiæ in Gallia ſervatus, frequentes habet ejuſmodi diphthongos, ut probat ſpecimen à nobis editum. In diplomatibus primæ ſaltem ac ſecundæ ſtirpis fateor me nihil dum ſimile obſervaſſe, præterquam in paucis, velut in uno Caroli Simplicis pro Abbatia Compendienſi cum hac nota *ę*, quæ aliquando in prima ſyllaba vocis occurrit B poſt primas litteras, non initio aut in fine, ut in *Pręceptum.*

Adjectioni contraria eſt detractio, quæ præcipuè chartis accidit in verbis, in quorum medio *i* vocalis geminanda eſſet. Nam pro *rejicit, projicit, ejicit*, & ſimilibus, ferè ſemper legimus *reicit, proicit, eicit.* Idem accidit in *eleemoſyna* aliiſque, in quibus *e* nuſquam prope geminant notarii. Contra in mſſ. non paucis legitur *objicibus* pro *obicibus*, & ſimilia multa. Immutatio frequens eſt *e* pro *i* & vice verſa, itemque *u* pro *o*. quæ immutatio etiam familiaris fuit apud veteres Romanos: necnon etiam *t* pro *d*, in vocibus *haut, aput, ſet.* Huc ſpectat Ambroſii Moralis[a] obſervatio in Eulogium. *Tam in his duobus exemplaribus, quàm in aliis pervetuſtis libris* C *Moçarabum Chriſtianorum litteris deſcriptis, quos mihi videre huc uſque contigit,* f *pro* u *&* u *pro* f *ſemper cernitur appoſitum. Itaque hîc* referentia, *non* reverentia *fuit ſcriptum; & ſemper* provanus, *non* profanus. Denique transmutatio non ita frequens eſt in autographis inſtrumentis, quàm in mſſ. codicibus, in quibus ſæpius occurrunt litteræ tranſmutatæ vitio ſcribentis ex prælegente. Quamquam etiam ſimilia errata in chartis ſubinde offenduntur, quale eſt illud in autographo Henrici Trecenſium Comitis de Curte-auſorum, *Courtiſeux*, pro cœnobio ſancti Remigii apud Remos. *Datum anno ab Inc. Domini* M CLIII, *Ludovico* RENANTE, SANXONE *Remorum Archiepiſcopo exiſtente.* & *Auctum* pro *Actum* in quodam præcepto Ludovici VI pro ſancto Dio-D nyſio. *Inditione* pro *Indictione* non raro. *Fociacenſis* pro *Foſſatenſis*, in charta primaria Annæ Reginæ, Henrici I Francorum Regis relictæ, quæ charta eſt penes R. P. Chiffletium.

XII. Secundo animadvertendum eſt lituras nonnumquam reperiri in ſinceris autographis, & verba inter lineas adjecta primariâ manu: ut in Placito Childeberti tertii dato Compendii, quo in Placito ſuper lineam voces omiſſæ in ſex aut ſeptem locis additæ ſunt. Lituræ etiam quædam exſtant in exemplari Lotharii Regis pro Tullenſi cœnobio ſancti Apri. Qui religioſiùs ſe gerebant, ſi quando lituras adhibere, aut vocabula addere cogebantur in chartis & diplomatibus, ea ratihabebant, E maximè quæ aliquanti erant momenti, ut in teſtamento non ſolùm Abbonis Patricii hîc edito, ſed etiam Bertchramni Epiſcopi Cenomannenſis apud Corvaiſerium, ubi hæc legimus. *Si quæ lituræ, ſi quæ caraxaturæ, ſi quæ litteræ adjectæ ſunt vel detractæ; ego feci, fierive juſſi, dum meam mihi ſæpius prælego voluntatem, & omnia per ſingula recognoſco vel emendo.* Alii ſignantiùs ſingulas litteras ſeu additiones, ne qua fraus obreperet, exprimebant. Hinc in charta Ingelardi Abbatis Centulenſis[b], cùm Hucbertus Miles pro ſe unoque herede ſuo de terra quadam paciſceretur; *quia de nomine heredis necdum certus erat, poſtulavit duorum annorum inducias: quia ad ipſius* heredis *nomen ſcribendum vacua relinquebatur membranula, (ut vocabitur ſiquidem....)* F *ne fortè diſſimilitudine litterarum ſubſcribatur cartulæ falſitas.* Plura ejuſmodi ſpatia pro nominibus propriis vacua reperimus in primariis inſtrumentis, ut in charta compoſitionis inter Monachos Dionyſianos & Robertum Abbatem Virgiliacenſem, nomen Prioris ſancti Dionyſii non exprimitur, tametſi in propria perſona loquitur, *Ego.... Prior.* Illud inſuper admonendum, nonnumquam abbreviata fuiſſe nomina propria, primâ duntaxat litterâ expreſsâ: quæ malè aliquando à librariis reddita, magnam in rebus confuſionem parere ſolent. Id contigit paſſim in titulis & inſtructionibus epiſtolarum, ut obſervatum in Stephani Tornacenſis epiſtolis XVII & XXXIV noviſſimæ editionis eruditi Caroli Molineti.

a *Morales in Eulogii vitam p.* 193.

b *Spicileg. tom.* 4 *pag.* 540.

XIII. Sed, quod tertio loco adnotare juvat, majoris forſan videbitur momenti, A
nempe quo tempore inſtrumenta publica gallico noſtro idiomate primùm confici
cœperint. Ego verò nullum inveni antiquius inſtrumento Ludovici VI Francorum
Regis pro civibus Bellovacenſibus anno M C XXII. quod ſanè bonæ notæ videtur,
apud Oiſellum [a] : qui & aliud gallicum refert [b] Odonis ſecundi Bellovacenſis,
actum anno M C XLVII. Niſi dicas, monumenta hæc latinè primum condita, dein-
de gallicè reddita fuiſſe. Verùm his auctoritatem addit charta gallica Drogonis Am-
bianenſis domini *de Vinacourt*, edita anno ab Inc. Domini M C LXXXIII. cujus frag-
mentum refertur in Gloſſario Cangiano [c]. Exſtat etiam Petri Meldenſis Epiſcopi
monumentum gallicè ſcriptum de matrimonio domini Caſtellionenſis inter pro- B
bationes Hiſtoriæ ejus familiæ apud Cheſnium [d], ſub anno M CC XXXVI. ibidem-
que leguntur aliæ Hugonis Caſtellionenſis eodem anno datæ. Alias itidem id
generis legi in archivo Eligiano apud Noviomum, ſcilicet Johannis de *Betencourt*,
anno M CC LI, & Johannis *Friſon* eodem anno: denique in Chartario [e] Burgundiæ
Ducum diploma gallicum Philippi tertii anni M CC LXVII. & in Compendienſi ta-
bulario aliud Philippi VI Regis anni M CCC XXXVIII. Huc ſpectat quod ſcri-
bit Olivarius de Wræo Brugenſis in libro de ſigillis Comitum Flandriæ, ubi obſer-
vat, chartas gallicas incœpiſſe ſub principatu ſancti Ludovici, cujus nullas tamen
gallicas vidit, ſed Philippi ejus filii alias latinas, alias gallicas. At ſi legitima ſunt C
(ut quidem exiſtimo) inſtrumenta, quæ ex ſæculo XII protulimus; ante ſanctum
Ludovicum inſtrumenta gallicè ſcribi cœpta ſunt, tametſi rariùs, & quidem in rebus
minoris momenti. Nec mirum ſi apud noſtrates id erat in uſu, quando inſtrumentum
anno M CC XV gallicè condidit apud Anglos Johannes Rex, editum in Spicile-
gii tomo XII [f]. Redeo ad Gallos noſtrates. Exſtat in Chartario Ducum Burgundiæ
unum Anſerici domini Montis-regalis, gallicè ſcriptum anno M CC LV in hæc ver-
ba. *Ge Anſeric Sires de Monreal, fais ſavoir à tous ces qui verront ces lettres, que je ay
rendu Hugon de Bourgogne mon chaſtel de Monreal ſans nul ſi*, id eſt abſque ulla condi-
tione. Jam inde à temporibus ſancti Ludovici cœpit frequentari, etiam à Regi- D
bus, ritus ſcribendi gallicè ejuſmodi monumenta, non tamen ſemper, niſi à princi-
patu Ludovici XII & Franciſci primi: quorum tempore ut forenſia inſtrumenta vulgari
noſtro idiomate conderentur, [g] duplici edicto ſancitum eſt, altero anni M D XII.
altero anni M D XXXIX. Quod dixi de antiquitate chartarum gallicarum, denuo
probatur ex authenticis litteris gallicis Helvidis [h] Abbatiſſæ Sueſſionenſis, anni
M CC VI. quæ mihi pæne exciderent.

a *Memoires du Beauvoiſis p.* 256.
b *Ibid. pag.* 273.
c *Gloſſar. du Cange tom.* 1 *col.* 203 *a*
d *Hiſt. de Chatillon pag.* 45.
e *fol.* VIII XX IX
f *pag.* 573.
g *Remarq. de droit de Maurice Bernard.*
h *Hiſtoire de N. D. de Soiſſons pag.* 166.

CAPUT II. E

I. *Stilus diplomatum in quibus conſiſtat.* II. *Pontificiæ litteræ incipiunt ab inſcriptione ſine invocatione.* III. *An & quando nomen ſuum præponant, aut poſtponant Romani Pontifices.* IV. *Quibus titulis uſi.* V. *Quando* ſervus ſervorum Dei *apud ipſos primùm obtinuit.* VI. *Eodem titulo alii etiam uſi.* VII. *Quibus nominibus Papæ affecerint Reges Francorum.* VIII. *Quos titulos adhibuerint Epiſcopi.* IX. *Hi dicti* ſummi Pontifices, Principes, Reges, *itidemque Abbates.* X. *Quando* apoſtolicæ ſedis gratia *ſe primùm dixerint Epiſcopos.* XI. *Quibus titulis uſi ſcribendo ad* F
Papam. XII. *Item ſcribendo ad Epiſcopos.* XIII. Archiepiſcopi *nomen quando ſumſerint Metropolitani, Epiſcopis nonnullis conceſſum.* XIV. Præſulis *nomen etiam, Abbatibus, ac Regibus conceſſum; Abbates dicti* Antiſtites & Prælati. XV. Fratris *nomine Epiſcopi à monachis compellati: Cardinales abſolutè* Fratres *dicti, Reges à Regibus.* XVI. *Diaconi ab Epiſcopis* Condiaconi. XVII. *Synodicæ litteræ Epiſcoporum à notis chronicis incipiunt.* XVIII. *Item privatæ eorumdem.* XIX. *Garnerii*

A *obſervationes ex Diurno Romano.* XX. *Salutatio Pontificum in bullis ac brevibus reſcriptis.*

I. DE ſtilo diplomatum qui nullis ferè, aut certè vagis admodum ſubjectus eſt legibus, certas tradere regulas, res infinitæ fuerit diſquiſitionis. Sed tamen ex variorum diplomatum comparatione quaſdam eruere licet obſervationes, quæ ad certiora quædam capita revocari poſſunt. Primo in vetuſtis illis inſtrumentis expendenda eſt Dei (ſi qua ſit) invocatio, *In nomine Dei*, &c. *In nomine Patris* &c. Deinde inſcriptio, *Chlodoveus Rex Francorum, vir inluſter, viris apoſtolicis &c.* Tertio
B numerus pluralis pro ſingulari, laus ſui ipſius, modi compellatorii, ac vocabula ſingularia. Quarto enumeratio bonorum. Quinto varii imprecationum modi. Hæc ferè ſunt capita, de quibus certi aliquid ſtatuere poſſumus ad diſcrimen verorum diplomatum à falſis. Cetera quæ ad characteres chronologicos, ſubſcriptiones, teſtes, ſigilla, & alia id genus pertinent, poſtea diſcutiemus.

II. Priſcorum Pontificum reſcripta vetereſque bullæ, nullam niſi pauca admodum, præferunt invocationem, ſed ſtatim ab inſcriptione incipiunt. Unum tamen lego Paſchalis II in Chronico cœnobii ſanctæ Sophiæ apud Beneventum cum hoc exordio [a]: *In nomine domini Dei Salvatoris noſtri J. C. domini æterni, Paſchalis Epiſcopus ſer-* a *Ital. ſac. tom.* 8 *col.* 683.
C *vus ſervorum Dei.* Aliud item ibi lego Gelaſii [b] hoc modo. *In nomine Domini Gela-* b *ibid. col.* 685.
ſius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Tertium Calliſti ſecundi hoc modo [c]: *In nomine* c *ibid. col.* 771.
Domini omnipotentis noſtri J. C. & in nomine ſanctiſſimæ & ind. Trin. Calliſtus Epiſcopus &c. Alia, quotquot vidimus tam autographa, quàm exempla invocatione carent. An fortè tribus prædictis adjecta eſt ab exſcriptore? Sanè illam conſtat ſaltem pauciſſimis apponi. In inſcriptione advertenda ſunt nomen tituli Pontificis ſcribentis; itemque nomen & tituli perſonæ, cui inſcriptæ ſunt litteræ; & ordo inſcribentis ad illam perſonam.

III. Romani Pontifices ante ſæculum nonum nomen ſuum aliquando præponunt, aliquando poſtponunt iis, quibus litteras ſuas dirigunt, ut patet ex epiſtolis
D Siricii, Leonis Magni, & aliorum. Et quidem Leo Magnus erga Epiſcopos promiſcuum ejuſmodi uſum ſequitur: ſed tamen Theodoſio juniori Imperatori, itemque Pulcheriæ Auguſtæ ſcribens (ſi non fallunt editi libri) nomen ſuum præponere ſolet. Id tamen citra affectationem ab eo factum inde perſpicuum eſt, quòd Archimandritis Conſtantinopolis nomen ſuum ſubjicit in epiſtola XXVIII novæ editionis, ab erudito Queſnelio adornatæ. Gregorius Magnus, & poſt eum ſæculi ſeptimi Pontifices plerique, nomina ſua etiam mediæ conditionis hominibus ſupponunt, ut patet ex Gregorii aliorumque epiſtolis apud Bedam. nam Gregorii litteræ in Regiſtro carent inſcriptionibus genuinis. Sæculo octavo Pontifices Leonis Ma-
E gni exemplum imitantur. Quippe Gregorius ſecundus Carolo Duci Francorum, cognomento Martello, & optimatibus Turingiæ ſe ipſe poſtponit: præponit verò Epiſcopis Gallicanis, Clero item Gallicano, Bonifacio Preſbytero, tum univerſo populo Turingorum atque Altſaxonum. Gregorius tertius utrumque promiſcuè uſurpat, & poſt eum Zacharias. Paulus & Hadrianus I hunc morem in primis obſervarunt, ut Epiſcopis ſcribentes nomen ſuum anteponerent. Teſtes hac de re litteræ codicis Carolini. At nemo Pontificum Romanorum poſt Leonem Magnum Regibus nomen ſuum præpoſuiſſe mihi videtur ante ipſummet Paulum, qui Pippi-
F no Francorum Regi litteras direxit cum hac inſcriptione: *Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, præcellentiſſimo filio Pippino Regi Francorum*, ut legitur in epiſtola XII codicis Carolini. Veterem uſum retinuêre Hadrianus, aliique Pontifices uſque ad Nicolaum primum, qui nomen ſuum prætulit Regum, ad quos ſcribebat, nominibus. quod alii Pontifices poſt eum in morem induxerunt.

IV. Iidem Pontifices dignitatis ſuæ titulum litteris ſuis adſcribunt variis modis, aliquando penitus reticent, ut ſanctus Leo in quibuſdam epiſtolis, Zacharias Papa in epiſtola ad Bonifacium, & alii. At ſanctus Leo paſſim honoris titulum apponit nunc *Epiſcopus*, tum *Epiſcopus Romæ*, ſeu *urbis Romæ*, modò *Papa*, & *Papa eccleſiæ catholicæ*

al. XII. * *urbis Romæ*, quæ verba præfert epiſtola XXVI * ad Theodoſium Auguſtum. Eoſdem A
titulos ſubſequentes Pontifices, alioſque inſuper adhibuerunt. Sic nonnulli *Præſules* apud Perardum [a] : Zacharias *divinâ gratiâ præditus apoſtolicæ ſedis Pontifex*, *ſervus autem ſervorum Dei* in epiſtola encyclica ad Epiſcopos Gallicanos : quidam denique *univerſalis* ſeu *catholicæ eccleſiæ Pontifices* ſeu *Epiſcopi* dicuntur. Hunc quidem titulum Johanni Conſtantinopolitano Epiſcopo abrogari voluit Gregorius Magnus ; nec ipſemet uſurpare affectavit, ratus id præjudicare aliorum Epiſcoporum dignitati, eoque tendere, ut unus cenſeretur Eccleſiæ Epiſcopus, ceteri quaſi illius vicarii. at ſubſequentes Romani Pontifices hoc nomine uſi ſunt ad deſignandam ſuæ ſedis præeminentiam : aut certè eo ſenſu, quo Leo Magnus in præcitata ad Theodo- B
ſium epiſtola *Papam eccleſiæ catholicæ urbis Romæ* ſe nominat, id eſt eccleſiæ Romanæ, quæ catholica eſt : & quidem longè potiori jure quàm Armenii & quidam Aſiatici Primates, qui propter diœceſis ſuæ amplitudinem ſe *Catholicos* appellari volebant.

a *Bourgogne p.* 172 *&* 173.

V. Inter Romanos Pontifices Gregorius Magnus ſedulò ſubſcribit *ſervus ſervorum Dei.* quod primus uſurpaſſe dicitur apud Johannem diaconum in ejus Vita [b], ut Johannis Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui ſe Oecumenicum jactitabat, thraſonicam oſtentationem & faſtum exemplo ſuo reprimeret. Ex quo intelligimus, homiliam in Dominicam XXI poſt Pentecoſten, quæ homilia Euſebio Emiſſeno tri- C
buitur, eſſe auctoris poſterioris, ſiquidem in ea hæc leguntur. *Romanus Epiſcopus, Epiſcoporum omnium maximus, Servum ſervorum Dei in ſuis epiſtolis ſe eſſe ſcribit.* Et quidem ante Gregorium Fulgentius epiſtolam quintam ita inſcribit. *Domino ſancto fratri & compreſbytero Eugippio Fulgentius ſervorum Chriſti famulus.* At primus ex Pontificibus Romanis Gregorius ferè perpetuò hunc modeſtiæ titulum aſſumſit, tametſi epiſtolam Ethelberto Anglorum Regi inſcribit *Gregorius Epiſcopus* apud Bedam [c] : & ſynodo Romanæ anno DXCV habitæ ſubſcribit *Gregorius ſanctæ, catholicæ atque apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ*, ſupple *Epiſcopus.* Gregorii tamen exemplum ſecuti ſunt plerique Romani Pontifices ejus ſucceſſores, ut ſe ſervos ſervorum Dei dicere ſo- D
liti ſint, non tamen omnes. nam aliquandò *Præſulis*, aliquando *Papæ* (ut jam dixi) titulos cum aliis aſſumſerunt : quidam nudo ſuo nomine contenti, ut Zacharias, à dignitatis ſuæ mentione nonnumquam abſtinuerunt. Mihi verò ſuſpectum eſt Sergii ſecundi privilegium pro eccleſia Aſtenſi in Italiæ [d] tomo IV. ubi *Sergius* VENERABILIS *ſervus ſervorum Dei* inſcribitur. Modò in bullis Romanus Pontifex hunc titulum *ſervus ſervorum Dei* ſemper, in Brevibus *Papæ* nomen adhibet.

b *lib.* 2 *cap.* 1.
c *Beda lib.* 1 *cap.* 32.
d *Ital. ſac. tom.* 4 *col.* 483.

VI. Nec dubitarunt Epiſcopi haud pauci ſe dicere ſervos ſervorum Dei, immo etiam Reges ac Principes, ut in ſuo Gloſſario obſervavit vir multæ eruditionis Carolus Freſnius. Quo minus mirandum eſt, Monachos, qui modeſtiam profiteri E
debent, hunc etiam titulum uſurpaſſe, ut Bonifacius Preſbyter ac Monachus, poſtea Moguntinus Epiſcopus, in epiſtola ad Gregorium ſecundum; & Ratramnus initio libri de anima ad Odonem Epiſcopum Bellovacenſem. Sed ante Gregorium Magnum eumdem titulum aſſumſit Auguſtinus eccleſiæ doctor maximus tum in epiſtola ad Vitalem [e] Carthaginenſem, tum in alia ad Probam [f].

e *Auguſt. epiſt.* 217 *novæ edit.*
f *id. epiſt.* 130.

VII. Jam verò quibus titulis Romani Antiſtites pro variis temporibus & ordinibus affecerint eos, quibus reſcripta direxêre, immenſum fuerit hîc exponere. Id tantùm obſervo, Francorum Reges ab ipſis olim ſolitos appellari *excellentiſſimos*, *præcellentiſſimos*, & *Chriſtianiſſimos.* quo nomine Zacharias Pippinum Regem ſalutat in F
epiſtola V codicis Carolini. Verùm *Chriſtianiſſimi* vocabulum Ludovico XI ejuſque ſucceſſoribus primus ſingulari prærogativa aſſeruit anno M CCCC LXIX Paulus II. ut conſtat ex actis legationis ad eumdem Pontificem directæ in cauſa Epiſcopi Virdunenſis : quorum actorum fragmentum referemus in libro ſexto. Ad hæc Nicolaus I eoſdem Francorum Reges *glorioſos* & *glorioſiſſimos* vocare amat. Omnes verò appellant *filios* Reges, in his Gregorius Magnus Adilbertum [g] Anglorum Regem: *Et ideo, glorioſe fili* &c. quod etiam Epiſcopis ſæculo VI in uſu erat, ut probant Aureliani Arelatenſis Epiſcopi ad Teudebertum Regem, Deſiderii Cadurcenſis ad

g *Greg. M. lib.* 5 *epiſt.* 60. *V. epiſt.* 59.

A Sigebertum & Dagobertum epiſtolæ apud Cheſnium [a]. Huc ſpectat id quod Innocen-
tius III [b] ſcribit, ad Atinatenſem Epiſcopum, nempe *apoſtolicæ ſedis conſuetudinem in ſuis*
litteris hanc tenere, ut Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, fratres; ceteros autem Reges,
Principes, vel cujuſcumque ordinis, filios, in noſtris litteris appellemus. Sed illud non in-
ſuper habendum, quod Matthæus Albanenſis Epiſcopus, & apoſtolicæ ſedis Le-
gatus, *cariſſimum filium noſtrum* Ludovicum Regem, cognomento Groſſum, vocat
in Chartario ſancti Martini de Campis.

VIII. Ad Epiſcopos quod attinet, variis titulis uſi ſunt in litteris ſuis. Qui ele-
cti erant, ſed nondum ordinati, dicebantur *vocati* Epiſcopi, in Ordine Romano,
B & in formula XII apud Sirmundum in tomo ſecundo Conciliorum Galliæ: *Ego*
Adalbertus vocatus Epiſcopus Morinenſis. Hinc in catalogo mſ. Epiſcoporum Namne-
tenſium hæc leguntur poſt Salapium: *Agatheus vocatus, ſed non Epiſcopus.* & poſt
Robertum: *Amito vocatus, ſed non Epiſcopus.* Ordinati verò ſe *humiles* ſeu *indignos*
Epiſcopos, *etſi peccatores*, Epiſcopos; non raro *peccatores*, ſuppreſſo Epiſcopi nomi-
ne appellabant: cujus poſterioris generis exempla multa exſtant apud Cheſnium in
tomo I. *Procuratoris* nomen quidam Epiſcopi uſurpant, ut Guido Ambianenſis, *Præ-*
ſul & Procurator reipublicæ Ambianenſis; itemque Guarinus aliique apud Cangium [c] Go-
defridus Ambianorum Epiſcopus in Chartario Prioratus Lehonienſis ſic incipit:
C *Frater Godefridus gratia Dei Ambianenſis Epiſcopus.* ubi ſe *Fratrem* dicit ritu monaſtico,
cujus inſtituti particeps ante Epiſcopatum fuerat. Sic legitur in eodem Chartario, *Ego*
Frater Henricus Abbas de Monte ſancti Quintini. Etſi verò in litteris quæ ad Epiſcopos
dirigebantur, *Papæ* vocabulo donabantur olim; nullus tamen hunc titulum ſibi
tribuit præter Romanum Pontificem, qui eo nomine tamquam ſibi proprio uſus eſt
jam inde à Leonis Magni temporibus. Sub hæc Ennodius Ticinenſis Papæ nomen
uni Romano Pontifici, tamquam proprium & peculiare, primus (ut Sirmundo [d] vi-
ſum eſt) aſſeruit. Nam cùm Epiſcopos omnes Papas ceteri ferè qui ejus ævo proximi
fuerunt, appellare ſoleant; ipſe perpetuo diſcrimine Antiſtites reliquarum eccleſiarum
D *Epiſcopos* vocat; *Papam* ſolum Romanum Pontificem, ſive cum illi ſcribit, ſive cum
de illo apud alios agit. Eodem diſcrimine uſus eſt Caſſiodorus: & Charibertus Fran-
corum Rex anno DLXII, *ſedis apoſtolicæ* nomine ſolam ſedem Romanam deſigna-
ri cenſuit, ac unum ejus Antiſtitem *Papæ* appellatione dignum eſſe, ut ex reſtituto
Gregorii Turonenſis loco rectè infert eruditiſſimus Hadrianus Valeſius in Præfa-
tione [e] ad tomum ſecundum rerum Francicarum. Secus tamen accidit apud alios
etiam poſteriores auctores: qui Papæ vocabulum Epiſcopis non raro tribuerunt,
rariùs tamen à ſæculo octavo uſque ad tempora Gregorii VII, qui in ſynodo Ro-
mana primus, ut à Baronio Cardinale obſervatum eſt, edixit, ut *Papæ* nomen unius
E ſit in orbe Chriſtiano. Id Arnaldo Arvernenſi Epiſcopo adhuc conceſſum lego
anno DCCCCXXIV in Spicilegii tomo XI [f]. & inter Orientalis eccleſiæ Præſules
poſtremis ſaltem ſæculis ſolus Patriarcha Alexandrinus *Papæ* nomen ſibi ſumit tum
in privatis, tum in publicis litteris ſeu Conciliorum ſubſcriptionibus. Quamquam
Papæ denominatio apud illos Hieromonachis & plebanis ſeu parœciarum recto-
ribus communis eſt, ut patet ex variis eorum ſubſcriptionibus, quæ in noviſſima ſy-
nodi [g] Jeroſolymitanæ editione habentur. Lege quæ de *Papæ* vocabulo adnotavit
eruditus Baluzius in notis ad epiſtolam LXXXI Lupi Abbatis.

IX. Ineunte ſæculo XI Archiepiſcopis abrogari cœpit *ſummi Sacerdotis* nomen,
F quod ante id tempus nonnumquam eis concedebatur. tametſi eodem ferè tempore
Wido Remorum Antiſtes *ſummus Præſul* & *ſummus Pontifex* vocatur in epiſtola Dro-
gonis Tarwennenſis Epiſcopi de elevando corpore ſancti Bertini. Quin etiam Fro-
tharius Nemauſenſis Epiſcopus *ſummus Pontifex* appellatur in Chartario Albienſi.
Verùm etſi hæc nomina, cùm Papæ, tum ſummi Pontificis, aliis à Romano
Pontifice tribuerentur: nullus tamen ea præter illum, ut dixi, ſibi arrogavit. Olim
quidam Epiſcopus ſuperbiæ notatus eſt, quòd ſe *cuſtodem & paſtorem Bremenſis gre-*
gis diceret, apud Adamum Bremenſem cap. XVI, & in Concilio Carthaginenſi III
ſtatuitur cap. XXVI. ut Epiſcopus primæ ſedis non appelletur *Princeps Sacerdotum aut*

a *Hiſt. Franc. apud Cheſn. tom.* I *pag.* 857, 876 *& ſeqq.*
b *Decret. l.* 5 *tit.* 20 *cap.* 6.
c *Cang. Gloſſar. voce* Procurator.
d *Sirm. in not. ad Ennod. lib.* 4 *epiſt.* 1.
e *Præf. pag.* XVI.
f *Spicil. tom.* 11 *pag.* 285 *& Append. capitul. col.* 1531.
g *Synod. Jeroſol. pag.* 351.

ſummus Sacerdos, aut aliquid hujuſmodi, ſed tantùm primæ ſedis Epiſcopus. Huic decreto A
conſonat Capitulare XXV Hadriani Papæ I. *Nullus Archiepiſcoporum*, inquit, *niſi qui*
primas ſedes tenent, appelletur Primas aut Princeps Sacerdotum, aut ſummus Sacerdos, vel
aliquid hujuſmodi: ſed tantùm ille qui in metropoli ſedet, aut Metropolitanus, aut Archiepiſ-
copus vocetur. Quamquam Epiſcopi dicti ſunt *Principes* apud Hibernos, ut patet ex
collectione Hibernenſium canonum apud Acherium noſtrum [a]: aliquando *Reges* [b]:
immo etiam Abbates *Principes* monaſteriorum ab Orſieſio in Concordia Regula-
tum [c], & in dicta collectione Hibernenſi [d]. *Si quis commendaverit animam ſuam &*
corpus, & omnia quæ habet Deo & Principi, id eſt Abbati ſancto; denique apud Adema-
rum monachum [e] ad annum DCCC XLVIII. Nomen tantùm obſervo. Scio enim B
ambiguam eſſe vocis acceptionem, hicque denotare dumtaxat primum ſeu præfe-
ctum aliis: & *Regis* nomine ſignificari Rectorem.

[a] Spicil. tom. 9 pag. 25 & ſeq.
[b] ibid. pag. 44.
[c] Concord. Regul. p. 167 & 170.
[d] Spicil. tom. 9 pag. 12 cap. 6.
[e] Labbe tom. 2 Biblioth. novæ p. 161.

X. Redeo ad Epiſcopos, qui non ſolùm *divinâ miſeratione*, ſeu *divinæ pietatis*
gratia largiente, ſimilibuſque modis, ſed etiam *apoſtolicæ ſedis gratiâ* Epiſcopos dudum
ſe ferebant. In his primum invenio Eberhardum Bambergenſem Epiſcopum, qui
in litteris ad Eugenium III ſe dicit Epiſcopum *divina & apoſtolica miſeratione*, apud
Gretſerum de vita ſancti Willibaldi. Aliud profert exemplum eruditiſſimus Freſnius
in ſuo Gloſſario, nempe Johannis Lingonenſis anno M CCC XXVIII Epiſcopum
Dei & apoſtolicæ ſedis gratia ſe profitentis. Addo Johannem Namnetenſem, qui in C
ſynodo Namnetenſi, quam legi in mſ. codice V. Cl. Emerici Bigotii, eumdem ti-
tulum ſumit anno M CCC LXXXIX. Et ante eum Theodoricus Mettenſis Antiſtes in
litteris Gallicis anni M CCC LXXXI. Denique Radulfus ejuſdem Sedis Epiſcopus anno
M CCCC in litteris ſuis item gallicis, utriſque ineditis. Ante omnes rem attigit Goffri-
dus [f] Vindocinenſis, Epiſcopum Carnutenſem monens, ne brachia erigat contra
apoſtolicæ ſedis benignitatem, *quæ vos*, inquit, *& nos creavit, non noſtris meritis,*
ſed ſuâ gratiâ.

[f] Goffrid. lib. 2 epiſt. 27.

XI. Ex his ad varias inſcriptionum ſpecies, quibus olim in litteris ſuis uſi ſunt
Epiſcopi, ſi deſcendamus, res in infinitum abierit. Scribendo Romano Pontifici, D
cum aliquando *Patrem patrum* [g], aliquando *ſanctiſſimum & beatiſſimum Patrem & Con-*
ſacerdotem, aliquando *beatiſſimum & Deo amabiliſſimum Patrem*, ut Flavianus ſanctum
Leonem; aliquando *ſanctiſſimum & beatiſſimum Romanorum Archiepiſcopum*, quæ inſcri-
ptio eſt epiſtolæ ſynodi Calchedonenſis ad eumdem; aliquando *univerſalem Papam*
(quod elogium Johanni VI tribuit Wilfridus [h] Eboracenſis, maximè ſæculo nono
receptum) ſalutarunt. Magnifica eſt Theotmari Archiepiſcopi [i] Saltzburgenſis inſ-
criptio ad Johannem VIII. *Summo Pontifici & univerſali Papæ, non unius urbis, ſed to-*
tius orbis, domino Johanni Romanæ ſedis gubernatori magnifico. At Romanum Pontifi-
cem nulli, aut pauci admodum Epiſcopi poſt ſæculum quintum *fratrem* vocare auſi E
ſunt præter Epiſcopos Gallicanos in epiſtola ad Gregorium IV, qui eos ob id gravi-
ter reprehendit his verbis. *Romano Pontifici ſcribentes contrariis eum in præfatione nomi-*
nibus appellaſtis, fratrem videlicet & Papam: dum congruentiùs eſſet ſolam ei paternam re-
verentiam exhibere. Lege librum tertium Franciſci Bernardini Ferrarii [k] de antiquis
epiſtolis.

[g] V. Cangii Gloſſar. in hac voce.
[h] Sæc. 4 Bened. part. 1 pag. 707.
[i] Metrop. Salisb. tom. 1 p. 44.
[k] Lib. 3 cap. 1.

XII. Verùm in epiſtolis, quas Epiſcopis dirigunt Epiſcopi, ex iis titulis qui Romano
Pontifici tribuuntur, exceptus eſt ferè nullus, qui Epiſcopis non ſit conceſſus. Nam
Domni & domini ſancti, beatiſſimi & ſanctiſſimi dicti ſunt, *reverentiſſimi & ſanctiſſimi*
Coëpiſcopi fratres & confratres etiam à Nicolao Papa I, aliiſque ejuſdem ævi Ponti- F
ficibus Romanis, & *apoſtolica ſede* ſeu *apoſtolicæ ſedis dignitate colendi*, atque *apoſtolici*,
& *Vicarii Chriſti* uſque ad ſæculum XIII. quo Papa *Vicarius Chriſti* peculiari nomi-
ne affectus eſt: cùm antea *Petri Vicarius* diceretur; nec aliud ipſe nomen, quo ſignan-
tiùs diſtingueretur ab aliis Epiſcopis, antea affectaret. Lege quæ hac de re adnota-
vimus ad librum primum de miraculis ſancti Adalhardi [l]: quibus adde Stephani
Tornacenſis epiſtolam C XXI novæ editionis ad Urbanum III, qui *Vicarius Petri*
appellatur, uti paullo ante Eugenius III ab Anſelmo Havelbergenſi Epiſcopo [m].
Certè Bernardus Abbas Clarævallenſis ſanctiſſimus, Anſelmi æqualis, Abbatem
Chriſti

[l] Sæc. 4 part. 1 p. 362.
[m] Spicil. tom. 13 pag. 217.

A *Chriſti Vicarium* dicit in epiſtola LIX. Incunte ſæculo XIII abrogatus eſt ritus iſte, ut patet ex Innocentio III, cujus hæc verba ſunt in epiſtola ad Epiſcopum Faventinum[a]. *Quamvis ſimus Apoſtolorum Principis ſucceſſores; non tamen ejus aut alicujus Apoſtoli, vel hominis, ſed ipſius ſumus Vicarii Jeſu-Chriſti.* Sed neque mirum hunc titulum olim Epiſcopis fuiſſe conceſſum, cùm eoſdem etiam compellatorios titulos *ſanctitatis, beatitudinis, coronæ, apoſtolicæ coronæ*, quibus donati ſunt Pontifices Romani, olim obtinuerint, uti exponemus in capite ſexto. Denique Apollinaris Sidonius[b] in quadam epiſtola ſanctum Lupum Tricaſſinum Antiſtitem vocat *Patrem Patrum*, & *Epiſcopum Epiſcoporum.*

B XIII. Porro etſi *Archiepiſcopi* nomen jam inde à ſæculo IV receptum apud Orientales, ad Occidentaleſque tranſierit ſæculo V, ſæpiuſque legatur apud Francos ſæculo VI, ſemel quidem in Concilio Matiſconenſi, itemque in epiſtola Floriani[c] ad Nicetium Trevirenſem; & in teſtamento S. Cæſarii uſque quater; pauciſſimos tamen invenias, qui hoc vocabulum ſibi tribuerint ante ſæculum IX. Concilio Pariſienſi anno DCCC XLVI ſubſcribunt Hincmarus *ſanctæ metropolis eccleſiæ Remorum Epiſcopus*, Guntbaldus Rotomagenſis, & Wenilo Senonenſis eodem modo. Anno DCCC LIX epiſtolam ad Wenilonem Senonenſem dirigunt Patres Synodi apud Saponarias, Remigius *Lugdunenſium metropolitanus*, Rodulfus *Biturigum metropolitanus*, & alii, iiſdemque nominibus epiſtolam ad Epiſcopos Brittonum. Anno ſe-

C quenti in Concilio Tuſiacenſi ſubſcribentes Archiepiſcopi, numero duodecim, ſe *Epiſcopos* tantùm dicunt. At in duplici charta ſynodali Epiſcoporum, altera pro reſtitutione Monachorum apud ſanctum Dionyſium ſub Ludovico Pio, altera pro diviſione bonorum, ſubſcribunt, in prima quidem *Aldricus eccleſiæ Senonicæ Archiepiſcopus*, in ſecunda verò idem Aldricus, Ebbo, & Otgarius cum titulo *Archiepiſcopi*, ut in Actis hîc ſubjectis legere licet. Poſtea in Concilio Vermerienſi anni DCCC LIII epiſtolam quæ ſecundo capite refertur, Chuonrado inſcribunt Wenilo *Archiepiſcopus*, Paulus *Archiepiſcopus*: & in Synodo Sueſſionenſi anni DCCC LXVI me-

D tropolitani omnes præter Hincmarum, ſubſcribunt Archiepiſcopi: qui tamen Hincmarus in Synodo Duſiacenſi, quæ anno DCCC LXXI celebrata eſt, unà cum aliis metropolitanis ſeptem & Adventio Mettenſi Præſule, Archiepiſcopi nomen uſurpavit, ut conſtat ex diplomate in Hiſtoria Parthenonis B. Mariæ[d] apud Sueſſiones relato: in Pontigonenſi verò Synodo anni DCCC LXXVI quatuor, itemque omnes biennio pòſt in Concilio Tricaſſino Archiepiſcopi ſunt dicti. Poſtea res in morem vertit, ut tamen metropolitani nonnumquam ſe Epiſcopos dicerent. Denique Epiſcopis quibuſdam conceſſum eſt Archiepiſcopi nomen, ut ex Mettenſibus Urbicio, Chrodegango, Angelramno, Drogoni, Adventio & Waloni. Quidam id factum exiſtimant pro-

E pter uſum pallii. Verùm pallium accepit Syagrius Æduenſis Epiſcopus, nec ob id Archiepiſcopus dictus eſt: & pallium non legitur conceſſum Urbicio ejus civitatis Epiſcopo, qui tamen *primus omnium ipſius urbis Archiepiſcopus* nominatur in Hiſtoria Epiſcoporum Mettenſium apud Acherium[e] noſtrum, & in indice, qui Pauli Diaconi libro de iiſdem Epiſcopis ſubjectus eſt, in Wala deſinens. Vellem tamen antiquius hac de re proferri teſtimonium in re tam nova. In charta quadam pro cœnobio ſancti Deodati in Voſago, Numerianus Trevirenſis Antiſtes ſe ipſe inſcribit *Archiepiſcopum*, forſan ſcribarum vitio.

XIV. Pæne prætericram *Præſulis* nomen, quod non modò Papæ & Epiſcopis,

F ſed etiam Abbatibus, immo & Regibus conceſſum legimus. De Abbatibus habemus in primis Jonæ monachi Bobienſis teſtimonium in actis Euſtaſii Abbatis de Agilo Abbate, *qui modò*, inquit, *Reſbacenſi cœnobio Præſul exſiſtit*: de Rege verò Teudeberto id etiam patet ex epiſtola Aureliani Epiſcopi ad ipſum, quæ eſt apud Cheſnium X[f]. *Cogita ſemper, ſacratiſſime Præſul, diem judicii.* Præterea Abbates dicuntur Antiſtites, apud Sidonium[g] Abraham *Antiſtes*: & in epiſtola Benedicti Papæ III Aimoïnus *Antiſtes* monaſterii ſancti Mauricii. *Prælati* inſuper appellantur in Concilio Sueſſionenſi ſecundo[h], & in Tullenſi apud Saponarias cap. XII. eademque ratione Abbatiſſæ *Prælatæ* in Concilio Aquiſgranenſi ſecundo[i]. Immo in charta qua-

a Innoc. III lib. 1 epiſt. 326.

b Sidon. lib. 6 epiſt. 1.

c Cheſn. tom. 1 pag. 852.

d Hiſtor. B. Mariæ Sueſſ. pag. 434.

e Spicil. tom. 6 p. 649.

f Cheſn. tom. 1 pag. 858.

g Sidon. lib. 7 epiſt. 17.

h Conc. Sueſſ. capp. 5. 6. & 11.

i Conc. Aquiſgr. 2 part. 2 c. 2. § 13 & 14.

dam de Harevilla pro monaſterio ſancti Michaëlis in agro Virdunenſi, laudantur A
Stephanus Epiſcopus & Abbas, & Halevincus *Prælatus.* qui Halevincus ſubſcribit
Præpoſitus, anno IV regnante HLudovico filio Arnulfi. Denique Udalricus *Pontifex*
cœnobii ſancti Benigni apud Divionem nominatur in Spicilegii tomo I[a]. Nimirum
qui præſunt, qui antiſtant, & ob dignitatem aliis præferuntur; Præſules, & Antiſti-
tes, & Prælati poſſunt appellari. Has minutias fuſiùs perſequor, conſilium ſecurus
Quintiliani. *Nos inſtitutionem profeſſi, non ſolùm ſcientibus iſta, ſed etiam diſcentibus tradi-
mus: ideoque paullo pluribus verbis debet haberi venia.*

XV. Hìc unum addo de *fratris* nomine, quo Epiſcopos monachi & Abbates
nonnulli quandoque compellaſſe referuntur. Neque id obſervare veniret in men- B
tem, niſi illuſtriſſimus Cardinalis Baronius vulgatam ſancti P. Benedicti ad Bea-
tum Remigium Remorum Antiſtitem epiſtolam (quam neque ego genuinam exi-
ſtimo) hac ratione rejeciſſet, quòd Benedictus in ea Remigium *fratrem* appellat.
Verùm eodem vocabulo Friardus monachus recluſuſque erga Felicem Namneten-
ſem Epiſcopum uſus eſt, teſte Gregorio Turonenſi[b]: & Alcuinus Levita Ædilhar-
dum Dorobernenſem antiſtitem itidem *ſanctum fratrem* & *chariſſimum fratrem* vocat in
epiſtola XXVIII. & epiſtolam CVIII *fratri & filio cariſſimo ſperato Epiſcopo* inſcribit, quem-
admodum Rabanus Abbas Freculfum Lexovienſem Epiſcopum ſalutat *fratrem* in epi-
ſtolis præfixis commentariis in Geneſim & in Leviticum. Sed ante hos omnes Hie- C
ronymus Alypium *fratrem* dicit[c]. Et quandoquidem de *fratris* vocabulo ſermo inci-
dit, non ab re erit obſervare, Cardinales ſæculo XII abſolutè dictos *Fratres*, ut pa-
tet tum ex vita ſancti Bernardi Abbatis Claræ vallenſis, tum ex Chronico [d]Andren-
ſi, ubi Petrus Abbas *tam dominum Papam, quàm Fratres ex more viſitaſſe* memoratur.
Sed & Reges ſe ſe dicunt *Fratres*, etiamſi conſanguinei non ſint, ut viri docti ob-
ſervârunt. Ejus rei exempla occurrunt in libris ſacris[e], & in aliis, maximè in Lactan-
tii libro de fine perſecutorum, quem magno reipublicæ litterariæ fructu V. Cl. Ste-
phanus Baluzius eruit ex mſ. codice Bibliothecæ Colbertinæ, qui antea fuit Biblio-
thecæ monaſterii Moiſacenſis, olim Ordinis ſancti Benedicti. D

XVI. Præterea Epiſcopi nonnulli ad Diaconos ſcribentes, eos olim appellavê-
re [f] *Condiaconos*, quidquid contra ſentiat auctor quæſtionum in vetus ac novum
Teſtamentum apud Auguſtinum. In his Auguſtinus jam Epiſcopus *ſancto Fratri &
Condiacono Cæleſtino* inſcribit epiſtolam XCII novæ editionis.

XVII. Ad Epiſcopos ſpectant litteræ, quæ in Synodis haud paucis pro variis eccle-
ſiis, monaſteriiſve conditæ ſunt, quæ plurimùm incipiunt ab anno Incarnationis jam
inde à ſæculo VIII, uti & acta ipſa Conciliorum: cui notæ præponitur aliquando in-
vocatio. Sic acta Synodi Liptinenſis hoc habent exordium. *In nomine Domini noſtri
Jeſu Chriſti, ego Karlomannus Dux & Princeps Francorum anno ab Incarnatione Domi-* E
ni DCC XLVII, XI *Kal. Maii* &c. Paullo aliter Synodus Romana ſub Zacharia ab
eadem invocatione incipit, ſed annos computat ab annis Imperatoris & indictio-
ne. Verùm Synodica (ut dixi) diplomata paſſim incipiunt ab anno Incarnatio-
nis, ut Piſtenſe pro Turonenſi ſancti Martini baſilica, tum aliud Piſtenſe ſeu potiùs
Sueſſionenſe pro monaſterio ſancti Dionyſii anno DCCC LXII in Spicilegii tomo
VI [g]. & in Dubleto [h]: itemque Sueſſionenſe pro eodem ejuſdem anni apud ipſum
Dubletum[i]; & alia hìc in ſpeciminibus ſcripturarum, ut Piſtenſe pro Autiſiodo-
renſi ſancti Germani monaſterio, anni DCCC LXIV. quibus adde Cabilonenſe pro
Beſuenſi anni DCCC LXXXVI in tomo I Spicilegii. Alia exempla occurrunt in Spici- F
legii tomo 3 [k] apud Acherium, apud Perardum in Burgundicis monumentis [l], in
Miſcellaneis Labbeanis[m], in hiſtoria Tornutienſi Chiffletii [n], in appendice Capi-
tularium Baluziana [o]: in Italiæ [p] ſacræ tomo 2, in hiſtoria [q] Parthenonis beatæ Ma-
riæ Sueſſionenſis, in Geſtis Aldrici Epiſcopi Cenomannenſis [r] apud V. Cl. Stepha-
num Baluzium, cum prævia invocatione, & alia alibi.

XVIII. Aliquando etiam unius Epiſcopi litteræ eodem modo incipiunt ab In-
carnatione, ut Jonæ Æduenſis in Spicilegio [s], Epiſcoporum Italiæ apud Ughel-
lum [t], Johannis Pinnenſis Epiſcopi in appendice [u] Capitularium Baluziana. Et

a *Spicileg. tom.* 1 *pag.* 401.

b *Greg. Turon. de vita Patrum c.* 10.

c *Hieron. lib.* 1 *epiſt.* 22.

d *Chron. Andr. to.* 10 *Spicil. pag.* 481.

e *Reg. lib.* 3 *c.* 9 *Greg. Tur. lib.* 2 *c.* 35 *Cang. in Annam Comn. Le Cointe ad ann.* 507 *n.* 5 *&c.*

f *V. Thomaſſin de diſciplina part.* 1 *lib.* 1 *& Marculf. lib.* 1. *form.* 9.

g *Spicil. tom.* 6 *pag.* 376.

h *Doublet p.* 459.

i *ibid. p.* 792.

k *Spicil. tom.* 3. *p.* 267.

l *Perard. p.* 50. 55. 59. 81.

m *Labbe p.* 465.

n *Tournu p.* 215 *&* 249.

o *Capitul. Appen. num* c. XXXI.

p *Ital. ſac. tom.* 2 *col.* 13.

q *Hiſt. de N. D. de Soiſſons p.* 432.

r *Baluz. tom.* 3 *Miſcell. p.* 132 *&* 146.

s *Spicil tom.* 8 *p.* 142 *& tom.* 12. *p.* 135.

t *Ital. ſac. tom.* 8 *col.* 698 *& ſeqq.*

u *Append. Capitul. col.* 1541.

A hæc quidem ſæculo nono. Nam ante illud tempus non raro incipiebant ab invocatione & chronologicis notis tunc uſurpari ſolitis, aut certè à chronologicis notis ſine invocatione, aut vice verſa. Perpetuus Turonenſis Epiſcopus ſæculo V. *In nomine Jeſu Chriſti Amen. Ego Perpetuus peccator* &c. in Spicilegii tomo I. Domnolus Cenomannenſis ſæculo VI. *Anno* XX *domini noſtri Chilperici glorioſiſſimi Regis, pridie nonas Septemb. Ego Domnolus in Chriſti nomine Epiſcopus* &c. in tomo 3 Miſcellaneorum Baluzianorum. Sæculo VII Teſtamentum Bertchramni itidem Cenomannenſis apud Corvaiſerium. *In nomine Domini J. C. & Spiritus-ſancti, ſub die* VI *Kal April. anno* XXII *regnantis glorioſiſſimi domini Chlotarii Regis, Bertramnus, etſi indignus peccator, Epiſcopus*
B &c. Hadoindi item Cenomannenſis teſtamentum apud eumdem Corvaiſerium & Briſſonium [a]. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti & Spiritus-ſancti,* VIII *Id. Febr. in anno* V *regnante glorioſiſſimo Chlodoveo Rege ego Hadoindus,* &c. Eodem ſæculo charta Palladii Autiſſiodorenſis hîc edita: *Anno* VIII *regni domini Dagoberti Regis Indict.* VII, *in nomine Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus-ſancti, Palladius, quamvis peccator* &c. Eadem ratione multæ Epiſcoporum litteræ ab annis Chriſti incipiunt in Siciliæ ſacræ libris primo [b] ac tertio [c]. Paullo aliter habet Eligii Noviomagenſis charta pro cœnobio Sollemniacenſi: *In nomine Patris* &c. *Ego Elegius ſervus ſervorum omnium Chriſti dominæ ſacroſanctæ eccleſiæ* &c. Sed hæc charta ad modum epiſtolæ concepta eſt, uti
C & aliæ plures, quæ paſſim abſolutè incipiunt ab inſcriptione: *Domino ſancto, ac venerabili baſilicæ,* & aliis ſimilibus. Verùm tam variæ ac multiformes ſunt Epiſcoporum ſingulorum litteræ, ut eas certis regulis comprehendere non liceat. Prorſus inuſitatum eſt chartæ Hugonis Veſontionenſis exordium à tribus verſibus in Hiſtoria Tornutienſi [d]. At ſynodicæ Epiſcoporum litteræ magis regulares ſunt, paſſimque incipiunt (ut mox notabam) à chronologicis notis, & quidem ab anno Incarnationis jam inde à medio ſæculo VIII uſque ad XI, quo ejuſmodi litterarum uſus obſoleſcere cœpit. Quædam tamen invenio diplomata ſynodica per illa tempora, quæ non ab anno Incarnationis incipiunt, quale eſt Piſtenſe pro ſancto Dionyſio,
D quod hîc in ſpecimen damus. Inter minutias refero, quòd Epiſcoporum litteræ quandoque in fronte præferunt labarum, aut ſignum crucis, aut chriſmon ſeu monogramma Chriſti, uti obſervat Syntagmatum auctor, editus in libro ſexto; & ex recentioribus Franciſcus Bernardinus Ferrarius in libro tertio [e] de antiquis epiſtolis: ubi advertit ex Martino Cruſio in libro quarto Turco-Græciæ, Calliſti metropolitæ Rhodii epiſtolas XVI & XVII ad CP. Patriarcham, nullam aliam habere inſcriptionem quàm tres cruces, ex more ejus ſedis Metropolitarum: quoſdam item alios cum chriſmo apponere A & Ω. quod in Adefonſi Hiſpaniæ Regis diplomate, cujus & ſpecimen damus, obſervare licet.

E XIX. Opportunè ad hunc locum ſe ſe offert liber Diurnus Romanorum Pontificum, qui poſtquam hæc tractaveram, in lucem emiſſus eſt ab eruditiſſimo Johanne Garnerio Societatis Jeſu. In eo quippe libro referuntur formulæ, quas in inſcribendis litteris adhibebant Romani Pontifices, atque etiam Epiſcopi & eccleſiæ ſcribendo ad ipſum. In his formula prima inſcribitur, *indiculum ſcribendæ epiſtolæ.* Et in qualibet quidem tria Garnerius obſervanda monet, nempe ſuperſcriptionem, ſubſcriptionem, & compellationem: primam verò & ſecundam haberi in Diurno, non tertiam. Ad caput primum de Indiculo ſcribendæ epiſtolæ Diſſertationem condit de ordine, quem Romani Pontifices olim ſervarunt in inſcribendis epiſtolis
F ſuis. Id autem pro comperto affert, litteras pontificias ita aliquando inſcriptas fuiſſe, «
ut nomen ſuum Pontifex poſtponeret nomini illius ad quem ſcriberet. Ejus rei ori- «
ginem ignotam quidem, ſed ad ſæculum nonum perſeveraſſe, attamen ſub finem «
quarti ſæculi quintique initium utriuſque modi inſcriptiones fuiſſe uſitatas: verùm «
à Leone Magno, qui anno CCCC XL Pontificatum iniit, uſque ad Johannem VIII, «
qui anno DCCC LXXII ſedere cœpit, unicum morem invaluiſſe, poſtponendi nem- «
pe nominis Pontificis. Neque quidquam contra effici ex regeſtis Leonis, Gregorii- «
que: propterea quòd à collectoribus neglectæ ſint ſolemnes epiſtolarum inſcriptio- «
nes ac ſubſcriptiones. Quam ob rem vir doctus ex pontificiis epiſtolis, quæ primarias «

[a] *Briſſon. de form. lib. 7 pag. 771*
[b] *Sicil. ſac. lib. 1 pag. 324.*
[c] *lib. 3 pag. 281 & 282.*
[d] *Tournu p. 354*
[e] *Bernard. Ferrar. lib. 3 cap. 2.*

inſcriptiones retinuerunt, traditionem inſtituit à ſæculo quarto ad nonum, id eſt A
à Damaſo ad Gregorium IV. in quibus conſtans eſt ordo ſupponendi Pontificii
» nominis. Addit inſuper Gregorium VII induxiſſe in morem, qui poſtea obtinuit,
» ut *ſalutem & apoſtolicam benedictionem* iis impertiretur, quibus litteras daret. tum
affert quædam aliorum exempla ſcribentium ad Romanum Pontificem, Imperatorum, Patriarcharum, Primatum, Epiſcoporum, & Conciliorum Oecumenicorum:
ex quibus nomina ſua præferunt Imperatores excepto Marciano: ſubjiciunt Patriarchæ, Primates, & Epiſcopi: præponunt verò Oecumenicæ Synodi, prima, quarta,
& ſexta: non tamen Synodus Africana univerſalis. Notanda eſt in Diurno[a] decreti
de electo Epiſcopo iſthæc inſcriptio: *Domino ſancto, merito Apoſtolico, & divina benedictione decorato, ill. Papæ Patrum, ſummæ ſedis Præſuli* &c, tum promiſſio Fidei Epiſcopi: *Promitto* [b] *ego ... domino meo ſanctiſſimo & ter beatiſſimo ill. ſummo Pontifici ſeu univerſali Papæ, & per vos ſanctæ veſtræ catholicæ eccleſiæ & apoſtolicæ ſedi.* Ubi obſervat Garnerius, Gregorium Magnum vocem *univerſalis* paullo aliter, quàm qui uterentur, interpretatum eſſe. Neque enim, inquit, illi volebant, quod opinatus videtur Gregorius, unicum eſſe totius eccleſiæ Patriarcham, unumque Epiſcopum,
» quem univerſalem dicerent: ſed quod Romanus Papa poteſtatem haberet, nullis,
» ut alii Patriarchæ, finibus definitam. Hactenus vir eruditus.

B

[a] Diurn. pag. 54.

[b] ibid. pag. 58.

XX. His addo Pontifices Romanos ab exeunte ſæculo XI duplici in litteris initiali formula uſos fuiſſe, altera in bullis (quas vocant) & ſollemnioribus litteris, *in perpetuum*, poſt inſcriptionem: alterâ in brevibus epiſtolis, ſeu reſcriptis, *ſalutem & apoſtolicam benedictionem.* C

CAPUT III.

I. *De formulis Regum Francorum in prima ſtirpe Papebrochii ſententia.* D
II. & III. *Refellitur.* IV. *Cur* Illuſtres *dicti Francorum Reges, & alii.* V. *Quo tempore* Chriſtianiſſimi. VI. *Formulæ initiales Carolingorum, Pippini, addito,* gratia Dei Rex. VII. *Caroli Magni Regis.* VIII. *Ejuſdem Imperatoris.* IX. Patricius *cur dictus.* X. *Obſervatio de ejus formulis diplomatum.* XI. *Capitularium ipſius formulæ diverſæ.* XII. *Nomen à littera* C *non* K *vulgo incipiens.* XIII. *Ludovici Pii formulæ.* XIV. *Caroli Calvi.* XV. *Ludovici Balbi.* XVI. *Carolomanni.* XVII. *Caroli Simplicis.* XVIII. *Ludovici Tranſmarini.* XIX. *Lotharii.* XX. *Hugonis.* XXI. *Rotberti.* XXII. *Henrici.* XXIII. *Philippi primi.* XXIV. *Ludovici Groſſi.* E
XXV. *Ludovici Junioris.* XXVI. *Philippi Auguſti.* XXVII. *Ludovici octavi.* XXVIII. *Sancti Ludovici.* XXIX & *Reginarum.*

I. A Pontificiis diplomatis ad regalia progredimur, exordio à Francicis Regibus petito: de quibus inveſtigandum, quas formulas initiales in litteris ſuis adhibuerint. Hîc nihil magis decretorium afferri poteſt, quàm quod Propylæi Bollandiani auctor aſſerit num. 28. *Quod attinet ad formulam inſtrumentorum publicorum,* IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS *ſcribendorum; ea non* F
modò non obtinuit ſub primæ ſtirpis Regibus, ſed neque ſub Carolo Magno cœpit. IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS-SANCTI *ſcripta ſunt, quotquot uſpiam exſtant ante Carolum indubitata diplomata. Si qua aliter inchoata oſtenduntur, fidem non faciunt, utpote aliis quoque indiciis ſuam falſitatem prodentia.*

II. Nemo qui hæc legit, in animum induxerit, quidquam hac regula certius afferi poſſe, quæ tam confidenter ab erudito viro pronuntiata eſt. Sed neſcio an aliquid in toto ejus Propylæo reperiri poſſit, quod potiori jure revocari queat in dubium, quàm ejus aſſertionis pars poſterior. Nullum enim in tota prima ſtirpe indu-

A bitatum diploma invenio, quod ab hac invocatione exordium ducat: ſed quotquot vidi genuina, abſolutè ſic incipiunt: *Chlodoveus Rex Francorum vir inluſter*; aut conſimili modo.

Primum ejus rei exemplum deſumo ex libro legis Salicæ, in quo refertur donatio Childeberti Regis ſub hac formula: *Childebertus Rex Francorum vir inluſter*. & ante eum Chlodoveus ejus pater pro cœnobio Miciacenſi: *Chlodoveus Rex Francorum vir inluſter*. quod diploma ſinceriſſimum hîc recuſum eſt ex Spicilegii tomo V. In Appendice Marculfi formula XXX, *Ille Rex Francorum vir inluſter*, uti & ſequens, ac XXXVIII. Vidimus originalia primæ ſtirpis inſtrumenta haud minùs triginta, in quibus eadem formula inſcriptionis abſque invocatione legitur, ut in
B ſubſequentibus diplomatis quilibet obſervare poterit. Perſeveravit hic ritus uſque ad Pippinum Regem, cujus privilegium pro cœnobio Fuldenſi hoc habet initium apud Othlonum: *Pippinus Rex Francorum vir inluſter, &c.* Eumdem morem retinuit Carolus Magnus, ſed addita aliquando (ſicut & Pippinus) invocatione, uti inferiùs dicemus. Ex his conjicio, in duobus diplomatis Sigeberti Auſtraſiæ Regis, Dagoberti filii, apud Gretſerum [a], invocationem ab ſcriptoribus temerè adjectam fuiſſe. *In Dei nomine Sigebertus Rex Francorum vir illuſtris*. Et, *In nomine Domini Dei & Salvatoris N. J. C. Sigibertus, &c.* nam cetera bonæ notæ eſſe hæc videntur.

[a] Gretſer. de Divis Bamberg. pag. 530.

C III. Et hæc quidem mihi conſtant de regiis diplomatibus primæ ſtirpis: nam regiarum epiſtolarum paullo diverſa eſt ratio. ſiquidem Merovingici Reges in ſuis epiſtolis aut ſimpliciter Reges ſe dicunt, aut Reges Francorum, ſuppreſſo *illuſtris* titulo. Certè Chlodoveus primus litteras poſt bellum Gothicum ad Epiſcopos datas ita inſcribit: *Dominis ſanctis & apoſtolica ſede digniſſimis Epiſcopis Chlodovechus Rex*. Eodem modo uſi ſunt Childebertus ſecundus & Brunechildis ejus mater apud Cheſnium in epiſtolis XXV & ſequentibus, ſive cùm Mauricio, ſive cùm Epiſcopis ſcribunt, nomen ſuum paſſim poſtponentes. quod etiam obſervat Sigebertus in epiſtolis LXXI & LXXIX. At ubi præponunt, (quod quidem erga inferioris
D ordinis homines præſtant) addunt *Rex Francorum*, ut patet ex epiſtolis XXXI, XXXIII & ſequentibus, ubi inſcriptio ſic habet: *Childebertus Rex Francorum viro glorioſo Honorato Apocriſiario*, & ſic in aliis. Aliquando tamen, etiam præpoſito nomine, ſolum Regis titulum apponunt edictis: ut, *Childebertus Rex Caëoldo Patri & Euphibio Abbati*, in Spicilegii tomo XII [b]. In ſumma quando Reges Merovingici (quod etiam de Pippino & Carolo M. dicendum) diplomata ſua Optimatibus vel Epiſcopis inſcribebant, titulum *viri illuſtris* ſæpe omittebant. Ita Dagobertus in ſpecimine noſtro: *Dagoberchtus Rex Francorum viris inluſtribus, &c.* quæ formula etiam ab ejus poſteris uſurpatur aliquando, maximè in Placitis. Ut hîc, *Theuderi-*
E *cus Rex Francorum viris inluſtribus, Audoberctho &c.* item, *Chilperichus Rex Francorum viris inluſtribus, &c.* Theodoricus Calenſis in diplomate pro Murbacenſi monaſterio: *Theodoricus viris apoſtolicis Patribus, &c.* Sed tamen aliquando, etiam cùm Epiſcopis vel Optimatibus diplomata ſua dirigebant, ſolitum inluſtris viri titulum retinuerunt.

[b] Spicil. tom 12. pag. 103

IV. Cur verò *inluſtris* ſeu *illuſtris* titulum in diplomatibus primæ ſtirpis Reges paſſim adhibuerint, illud in cauſa videtur, ut auctoritatem ac pondus decretis ſuis adderent mentione ſuæ dignitatis. Illuſtratus quippe inter honoratorum gradus tres, *illuſtrium, clariſſimorum, ſpectabilium*, potior ac magis præcipuus erat: adeò ut
F Imperatoribus ipſis etiam tribueretur. Unde Theodebertus Auſtraſiorum Rex, eo nomine primus, Juſtinianum in epiſtolis ſuis ita ſalutat: *Domino* ILLUSTRI, *inclito ac triumphatori ſemper Auguſto, Juſtiniano Imperatori, Theodebertus Rex*, apud Cheſnium epiſtola XVIII. & in duabus ſequentibus, *Domino illuſtri & præcellentiſſimo domino & Patri, &c.* Hic titulus maximè deferebatur Præfectis prætorio, Præfectis urbi, Quæſtoribus, Magiſtris militum, &c. indeque ad Reges Francorum eam dignitatem tranſiiſſe cenſet V. Cl. Carolus Freſnius [c], quòd Chlodoveus acceptis ab Anaſtaſio Imperatore Conſularis dignitatis codicillis, *illuſtris* titulum, qui Conſulibus ceteriſque ſummis Magiſtratibus competebat, tamquam Conſul & Imperii Officia-

[c] Freſn. gloſſar. tom. 2. in add.

lis adſcripſerit. quod honori Reges tum ducebant, ut ex epiſtola Sigiſmundi ad A
Anaſtaſium obſervat idem Freſnius in diſſertatione XXIII ad Joinvilleum. Paucos
tamen invenias poſt Carolum Magnum, qui hunc titulum aſſumſerint, Francorum
Reges. tametſi Romani Pontifices [a] uſque ad Pium II, eis non rarò, itidemque aliis
Regibus in epiſtolarum titulis tribuerunt.

a *Innoc. III. apud Chesn. tom. 5 pag. 706. & ſeqq. & Pius II in epiſt. 385 & alii paſſim.*

Neque verò Majoresdomus hoc idem elogium, etiam tum, cùm Regibus pla-
cebat, ſibi arrogare dubitarunt exemplo Regum, ut vel ſic omnia regio nomine
agere viderentur. Hoc quippe titulo gaudebant Ebroinus, & alii poſt eum omnes, ut
ex actis à nobis hîc editis conſtat. Quin etiam Comitibus idem titulus ſub Merovin-
gica ſtirpe tribuebatur, cùm ab aliis, tum ab ipſis Regibus. Id probat in primis Mar- B
culfus [c]. *Ille Rex Francorum viro illuſtri illo Comiti.* niſi fortè quis legendum pu-
tet, ut in formula XXXI Appendicis ad eumdem Marculfum, *Ille Rex Francorum
vir inluſter illo Comite.* Sed cùm in formula XXX ejuſdem Appendicis Rex Franco-
rum *magnificum* & *fratrem* Comitem appellet; non eſt quod miremur, ſi alibi à Re-
gibus Comites vocentur *illuſtres*. Certè in appendice prædicta ita habent formulæ
V & VI. *Ante illuſtre illo viro illo Comite.* Quin etiam quidam alii, præter Majoreſ-
domus, hunc titulum ſibi tribuerunt, ex actis Chrothildis & Vandemiris, infrà. Poſtea
verò quàm Carolus Magnus adeptus Imperium, illuſtris nomen inſuper habuit; alii-
que ejus exemplo Imperatores ac Reges Francorum: tum demum Abbatibus præci- C
puis attributus eſt titulus ille, qui ferè ſæcularis antea habitus fuerat. Invenimus ta-
men in appendice Marculfi formulas [d] duas, in quibus *inluſtris* Abbatiſſa dicitur,
forſitan ob claros natales, quemadmodum Chrothildis matrona in ſuis litteris hîc
editis. Et fortaſſis eodem ævo idem elogium aliquando tributum eſt illuſtrioribus
Abbatibus, unde ſæculo nono *illuſtris Abbas Rabanus* apud Lupum [d] Abbatem: &
Agobardus epiſtolam ſuam inſcripſit *Dominis & ſanctiſſimis, beatiſſimis, viris illuſtri-
bus, Hilduino ſacri Palatii Antiſtiti, & Walæ Abbati.* Nova collectio Formularum Balu-
ziana: *Domino venerabile inluſtrique ſagaciſſimo, ſed inluſtriore ſanctitate & gratia Dei
pollente, & ſacerdotale apice ſublimato.* quod de Epiſcopo dictum exiſtimo. Proce- D
dente tempore *illuſtriſſimi* dicti ſunt Epiſcopi & Romanæ Eccleſiæ Cardinales. Ve-
,, rùm ſub Urbano VIII, ut notavit Allatius [e], cùm *illuſtriſſimi* titulus, qui Cardina-
,, lium proprius erat, communicatus aliis minùs dignis vileſceret; proviſum fuit, ut
,, in poſterum Cardinales, exceptis Regibus, *eminentiſſimi* titulo inſignirentur. Car-
,, dinales verò Principes, ut dignitatem tutarentur ſuam, voluere inter Reges cen-
,, ſeri; neglectoque *eminentiæ titulo*, *altitudinis* retinuerunt. Sic paullatim degeneravit
illuſtriſſimi, nedum *illuſtris* vocabulum, quo nullum ferè quondam illuſtrius erat,
maximè apud Francorum Reges: quos cùm alii paſſim *excellentiſſimos & præcellen-
tiſſimos*, dein *Chriſtianiſſimos* [f], (qui titulus eis maximè à Pippini principatu tribui cœ- E
pit) alii *Reges Regum* [g] appellarent; ipſi unum *inluſtris* nomen ceteris præferebant.

b *Marcul. f. lib. 1. num. XXXIX.*

c *Append. form. XL & LI.*

d *Lup. epiſt. 5.*

e *Allat. de conſenſu utriuſque eccleſ. lib. 1. cap. 5 num. XV.*

f *V. codicem Carolin. epiſt. 5, 46, & 55. Ioh. Sarisb. epiſt. 167.*

g *Cang. in Alexiad. pag. 452.*

V. Quo tempore Pontifices Romani in ſuarum epiſtolarum inſcriptionibus *Chriſtia-
niſſimi* titulum Regibus Francorum ſollemni lege probaverint, non ſatis hactenus
fuit obſervatum. Id verò nos docent acta legationis anno M CCCC LXIX initæ ab
illuſtriſſimo viro Guillelmo Monaſteriolenſi domino ad Paulum Papam II juſſu
Ludovici XI Francorum Regis: ex quibus actis intelligimus, Pontificem relatis
Regi ampliſſimis gratiis, honorificentiſſimè de Regibus Francorum, ac de eorum
eximiis in ſedem apoſtolicam officiis peroraſſe; atque ſignificaſſe æquum ſibi vi-
deri, ut Rex Francorum in poſterum convenienti honoris vocabulo, & quidem F
ſingulari ac ſibi proprio, inſigniretur, id eſt *Chriſtianiſſimi*, quo jam ipſe Pontifex
uti cœperat, & porro uſurum ſe deinceps pollicitus eſt. quod alii poſt eum Ponti-
fices etiam præſtiterunt. Ejus facti monumentum habes in fine libri ſexti. Invidio-
ſa fuit aliis honorifica hæc appellatio, quam Alexander VI gentis ſuæ Regibus Hiſ-
panis præ *Catholici* nomine contuliſſet, niſi illam Francorum Regum merita præri-
puiſſent à Paulo II. Quamquam etiam ante Paulum hoc nomen in Francicis Regi-
bus *hereditarium* agnoverat Pius II in epiſtola CCCLXXXV ad Carolum VII, ut in libro
V ad tabellam XXII fuſiùs exponemus. Et quidem communi ſenſim conſenſu

A jam ante annos nongentos (ut mox dicebam) hoc elogium Pippino conceſſum eſt, aliiſque ſubſequentibus : ſed non ſingulari , ut poſtea , prærogativa. Ex his inferre licet, quantum à veteri Merovingorum diplomatum more abhorreat exordium privilegii editi nomine Dagoberti pro Trevir nſi ſancti Maximini cœnobio : quod tamen privilegium pro genuinorum primæ ſtirpis diplomatum ſpecimine & exemplari proponitur ab erudito viro , ſub hac formula. *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus-ſancti. Omnium Chriſtianorum noverit induſtria, qualiter ego Dagobertus Rex potentiſſimus, &c.* Ad cujus exemplum ſi cetera exigantur , decretionem Childeberti , & alia permulta optimæ notæ diplomata rejicere neceſſe eſt , ut unicum hoc Da-
B gobertinum vindicemus. Si tamen pro genuino habendum ſit, ejus forma ſingularis dicenda eſt: bona , legitima & uſitata ceterorum. De aliis Dagobertini hujus diplomatis nævis , aut certè ſuſpicionis indiciis inferiùs agendum in libro tertio.

VI. Ineunte regnum ſecunda ſtirpe , initiales diplomatum formulæ paullulum immutatæ ſunt , nec uniformis eorum ratio ſervata, ut in prima ſtirpe : ſed unicuique Regi , aut una , aut plures formulæ pro diverſo rerum ſtatu ſive dignitatis incremento in uſu fuerunt.

Pippinus ſiquidem etſi veterem præcedentium Regum inſcriptionem ut plurimum retinuerit ; quandoque tamen addidit, *gratiâ Dei*, propterea quòd extraordi-
C nario modo pervenerat ad regnum. Præmittunt etiam aliqua edita ejus diplomata invocationenm, neſcio an vitio librariorum. Quæ omnia ut clariùs ex ordine exponantur , ea diplomata quæ condidit jam Rex , ab iis quæ Majordomus ſcripſit , diſtinguere juvat. Unum vidi Pippini Majoriſdomûs autographum, quod à Dubleto [a] editum incipit à brevi præfatione , *Summa cura & maxima ſollicitudo , &c.* tum *a Doublet p. 692.*
continuatur hoc modo. *Igitur inluſter vir Pippinus Majoremdomus , &c.* Simili modo Placitum ejus hîc editum : *Cum reſediſſet inluſter vir Pippinus Majoremdomus , &c.* Paullo diverſa eſt formula præcepti pro eccleſia Matiſconenſi. *In Dei nomine Pippinus Majordomus.* quod præceptum ſincerum videtur. Apud Severtium , qui illud
D edidit primus , legebatur *Majoremdomus maximus :* cujus loco eruditus Cointius reponit *Majordomus.* fortè legendum erat, *Majordomus vir inluſter.* quæ verba in autographis ita breviata exſtant , ut vix niſi à peritis legi poſſint. Sequuntur apud Dubletum Pippini Regis diplomata ſeptem , quorum duo prima ſervant priſcum morem , *Pippinus Rex Francorum vir inluſter.* tertium pro vitioſo habeo , tum propter nomen Conſtramni Abbatis , tum propter appoſitam indictionem , aliaque errata. Quartum cum ſexto & ſeptimo ejuſdem eſt formæ cum aliis duobus. Quintum addit *gratiâ Dei.* Hæc omnia præter tertium (cujus ne quidem apographum reperimus) etiam nunc autographa exſtant in archivo Dionyſiano. Hæc verò ad-
E ditio , *gratiâ Dei* , quin genuina ſit, dubitari non poteſt , quandoquidem eam in ſincera Pippini epiſtola, quæ inter Bonifacianas eſt ordine XCVI, legimus in hunc modum. *Pippinus gratia Dei Rex Francorum vir illuſtris, domino ſancto patri Lullo , &c.* Hæc tamen additiuncula perpetua non fuit , ut patet ex præmiſſis , & ex duobus aliis Pippini Regis diplomatibus, quæ ad calcem hujus commentarii proferemus in lucem ex autographis. Plura exſtant alia Pippini Regis inſtrumenta, quorum unum datum eſt anno II regni ejus pro Martiniana Trajecti ad Rhenum eccleſia apud Cointium , cum veteri inſcriptione , *Pippinus Rex Francorum vir inluſter.* Alterum eſt apud eumdem Cointium pro eccleſia Trevirenſi: *In nomine Dei æterni & Salva-*
F *toris noſtri Ieſu Chriſti, Pippinus divina ordinante providentia Rex Francorum,* quo in privilegio, cùm interpolatione non careat addita præter morem indictio ; mihi etiam mendoſa videtur invocationis & inſcriptionis forma, tametſi contextûs valori nihil opponendum occurrit. Ejuſdem generis eſt invocatio cùm indictione in privilegio , quod exſtat in appendice capitularium numero XIII. cùm in alio legatur : *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Pippinus divina ordinante providentia Rex.* Quidquid ſit , certa ſunt , ſi cetera adſint , quæ veterem ſervant inſcriptionem , *Pippinus Rex Francorum vir inluſter ;* certa item quæ addunt, *gratia Dei.* Quæ aliomodo efferuntur , aut invocationem præmittunt ; ut non ſtatim reſpuenda, ſic

examine indigent. Certè quotquot vidimus Pippini Regis diplomata autographa, A
nullam invocationem præferunt.

VII. A priſco etiam ritu non receſſit Carolus Magnus, qui patris exemplum
imitatus, additamento *gratia Dei* fere perpetuò uſus eſt. In ejus diplomatibus tria
conſideranda ſunt tempora. Primum ab inito regno Francorum ad regnum Langobardicum, ab anno DCC LXVIII ad DCC LXXIV excurrente. Alterum ab eodem
anno ad annum DCCC, quo coronatus eſt Imperator. Tertium inde ad finem vitæ.
Primo illo tempore hanc formulam adhibuit. *Carolus gratia Dei Rex Francorum vir
inluſter.* qualem etiam uſurpavit Carolomannus [a] ejus frater. Secundo intervallo hac
formula uſus eſt: *Carolus gratiâ Dei Rex Francorum & Langobardorum ac Patricius* B
Romanorum, addendo ſæpiſſimè, *vir inluſter.* Tertio, *In nomine Patris & Filii &
Spiritus-ſancti, Carolus ſereniſſimus Auguſtus, à Deo coronatus magnus & pacificus Imperator, Romanorum gubernans imperium, qui &* (aliis *quin &*) *per miſericordiam Dei Rex
Francorum & Langobardorum*, in quibuſdam tamen litteris invocatione ſuppreſſa,
neſcio an ſcribarum oſcitantiâ. Hanc verò invocationem, etiam ante initum imperium, profert in diplomate, quod exſtat in Appendice Capitularium [b] Baluziana
ſub hac formula: *In nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti Karolus ſereniſſimus gratiâ Dei Rex Francorum & Langobardorum, ac Patricius Romanorum.* Et ſi inſolita eſt
invocatio, & vox *ſereniſſimus* in inſcriptione; validum tamen eſt iſtud Præceptum: C
& fortaſſe ſcriba de ſuo invocationem addidit, ut in multis aliis accidit, ſive ex imitatione aliorum, ſeu ex vana interpretatione quorumdam calami ductuum, qui initio
veterum diplomatum apponi ſolent. Ut ut ſit, certiora ſunt quæ hanc habent formulam; *Carolus gratiâ Dei Rex Francorum & Langobardorum ac Patricius Romanorum.* addito
ſæpiſſimè, *vir inluſter:* qualia exſtant apud Dubletum, & in Italia ſacra [c], atque alibi paſſim. Formula hæc confirmatur ex tribus epiſtolis, quas Carolus Magnus ſub
hoc titulo ſcripſit ad Leonem Papam III, ad Offam Merciorum Regem, & Baugulfum Abbatem. Interpolata, aut falſa ſunt diplomata Caroli apud Dubletum tria,
unum pag. 722. *In nomine Dei ſummi* &c, ubi fit mentio de Lotharingiæ Duce. alia duo D
pag. 725 & 727. quorum falſitas vel ex ſubſcriptionibus perſpicua eſt. Vitioſiſſimum
eſt quod pro eccleſia Taurinenſi adducitur in Italiæ ſacræ [d] tomo IV ſub hoc exordio.
In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Karolus Magnus, divina illuſtrante clementia honore regni & Romanorum Patricius prædignus &c. Vitioſum item Trevirenſe, quod
ex Browero refert Cointius anno DCCLXXIV. *In nomine Domini Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Carolus divina ordinante providentia Rex Francorum.* Mendoſum
denique Bremenſe, quod Adamus refert in lib. 1. *In nomine Domini & Salvatoris noſtri
Jeſu-Chriſti Carolus divina ordinante providentia Rex.* ubi Incarnationis annus & Indictio adduntur: invocatio & inſcriptio confictæ ſunt ad modum Ludovici Pii & E
Lotharii. Legitimum porro illud eſt quod à particula cauſali (ſicut alia non pauca) poſt ſolitam formulam incipit apud Puricellum [e]: *Carolus gratiâ Dei Rex Francorum & Longobardorum atque Patricius Romanorum. Illud namque ad æternam beatitudinem* &c.

VIII. Quod attinet ad diplomata, quæ Carolus condidit jam Imperator, conſtat
eam formulam, quam mox retuli, *In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Carolus ſereniſſimus Auguſtus, à Deo coronatus magnus & pacificus Imperator, Romanorum gubernans imperium, qui & per miſericordiam Dei Rex Francorum & Langobordorum*, eſſe veram & genuinam. Hanc enim iiſdem omnino verbis exhibent non ſolùm ſincera F
ejus diplomata, qualia ſunt tam ea quæ hîc exhibemus in libro ſexto, quàm alibi [f]
edita: ſed etiam encyclica epiſtola ad Archiepiſcopos miſſa, quâ rationem ab eis
de baptiſmo exigit, edita in Analectorum tomo 1 [g]. ubi pro *quidem miſericordia*,
legendum eſt, *qui & miſericordia.* Hæc porro formula originem ſumſit ex ſolemni
acclamatione, quæ Carolo Magno ipſo coronationis die facta eſt in hunc modum.
Karolo Auguſto à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria, ut habent Francorum Annales Eginhardo auctore. qui & addunt. *Poſt quas laudes
à Pontifice, more antiquorum Principum adoratus eſt, ac deinde omiſſo Patricii nomine Imperator*

&

a *Vide hic duo ejus diplomata.*

b *Capitul. tom. 2 col.* 1400.

c *Ital. ſac. tom.* 4 *col.* 104 & *tom.* 5 *col.* 1562 & *ſeqq.*

d *tom.* 4 *col.* 1427

e *Puricell. pag.* 43.

f *Franc. allen pag.* 298. *Metrop. Saliſb. to.* 2 *pag.* 9. *Monum. Paderborn. nova edit. pag.* 325.

g *Analect. tom.* 1 *pag.* 21.

A & *Auguſtus appellatus eſt.* Idem tradunt alii Francorum Annales.

IX. Eam Patricii dignitatem Pippino, ejuſque filiis Carolo & Carolomanno contulerat Stephanus Papa IV, eoque nomine ipſos compellare ſoliti ſunt Romani Pontifices uſque ad Leonem III. Sed tamen nullum ex his tribus, Pippino ſcilicet ejuſque duobus filiis, hoc titulo uſos invenio niſi Carolum, qui nec ſtatim ab exordio Francici regni ſui, ſed ab inito Langobardorum principatu Patricium ſe dixit in ſuis litteris, quæ omnes ante id tempus hanc præferunt inſcriptionem: *Carolus gratiâ Dei Rex Francorum vir inluſter*, nulla Patriciatûs mentione facta. Cujus rei hanc ſubeſſe cauſam exiſtimo, quòd honorarius dumtaxat ſine re titulus Pippino ejuſque B filiis primum à Stephano conceſſus eſt: deinde res ipſa Carolo anno DCC LXXIV, cùm Rex Langobardorum ſalutatus, præfecturam Urbis & circumjacentium regionum (quæ ipſamet eſt Patricii dignitas, ut Freſnius in Gloſſario rectè probat) ab Hadriano accepit. Hinc eſt, quòd Gratianus [a] eo anno *Patriciatûs dignitatem* Carolo ab Hadriano conceſſam memorat: & Hadrianus ipſe in epiſtola ad Bertherium Viennenſem Epiſcopum, quæ ineunte anno DCC LXXV ſcripta eſt, data dicitur [b] *Kal. Januarii, imperante piiſſimo Auguſto Conſtantino, & à Deo coronato piiſſimo Rege Carolo, anno primo* PATRICIATUS *ejus.* Duo quidem alia ejuſdem rei exempla leguntur in diplomatis ejuſdem Caroli pro Pariſiacenſi noſtro ſancti Germani cœnobio; quorum unum tum in Aimoïno noſtro mſ. tum in Guillelmi Parvi editione [c] ſic deſinit: *roborare. Data* VI *Kal. Aprilis anno* XI *regni noſtri, & quinto Patriciatus noſtri. Actum Hariſtalio in palatio, redintegratum verò Parrhiſiis.* Sed hunc locum ex ipſo autographo ſic reſtituit Jacobus Brolius: *roborare. Sigillum* (lege *Signum*) *Caroli glorioſiſſimi Regis. Optatus ad vicem Radonis recognovit. Data* VI *Kal. Aprilis, anno* XI *regni noſtri & quinto. Actum* &c. tametſi Brolius, qui duas duplicis Caroli regni epochas haud callebat; ſupplendam cenſet vocem *Patriciatus*, quæ exſtat in Aimoïno noſtro mſ. & in editis apud Guillelmum Parvi. Lapſus eſt opinione vir doctus, ſed religioſior fuit Guillelmo, nihil addendo in autographo; cui D re vera nihil addendum erat. Neque enim in eo mentio eſt *Patriciatus*, aut verò debet eſſe: & expungenda ſunt verba iſta, *redintegratum verò Parrhiſiis*: quæ Aimoïni interpolator de ſuo temere ſupplevit. Idem dicendum de altero diplomate, in cujus autographo abeſt vox *Patriciatus.* Hæc attendant, qui vel inſtrumenta vetera edunt; caveantque, ne pro veris ſomnia ſua ingerant: vel qui de illis monumentis judicium ferunt, ne propter unam voculam, quæ forſan à librariis perperam adjecta fuerit, de illorum falſitate pronuntient. Ab illis religionem, ab his æquitatem poſco. Nihil ergo ex iſto loco confici poteſt pro epocha Patriciatus, cùm conſtet vocem hanc in autographis noſtris deſiderari, & verò abeſſe debere.

a Diſt. 63 c. 23.
b Hugo Flavin. in Chron. to. 1 Labbe pag. 109.
c Aimoin. lib. 5 cap. 1.

E De Patriciatus honore egregius eſt locus in epiſtola [d] Hadriani Papæ ad Carolum Magnum, à quo Arichiſus Dux *honorem Patriciatus* petiiſſe memoratur unà cum Ducatu Neapolitano, promiſſo facto de tonſura & veſtibus ſuſcipiendis more Græcorum. *Hæc audiens Imperator emiſit illi ſuos legatos ad Patricium eum conſtituendum, ferentes ſecum veſtes auro textas, ſimul & ſpatam, vel pectinem; & forcipes, ſicut illi prædictus Arichiſus indui & tonderi pollicitus fuerat.* Ceterum Patricii titulum Carolus Imperium aſſecutus omiſit, ut ex Eginhardi aliorumque Annalibus ſuperiùs notabam. Duo tamen loca invenio, in quibus Carolus jam Imperator Patricii nomine afficitur, nempe in binis chartis Willelmi Comitis pro cœnobio Gellonenſi, quæ in prima Be- F nedictini Sæculi quarti parte [e] editæ ſunt. In prima quippe hæc legitur clauſula. *Facta eſt hæc donatio* XVIIII *Kal. Januarii fr.* I *anno* XXXIIII *regnante domno noſtro Carolo Rege Francorum & Longobardorum ac Patricio Romanorum, & anno quarto Chriſto propitio imperii ejus.* Ubi hæ notæ, *fr* I, quibus *feria* I ſignificari mihi videbatur, forſan nihil aliud deſignant, quàm *feliciter.* Alia clauſula ſic habet: *Facta donatione* XVIII *Kal. Ianuarii anno* XXXIIII *regnante domno noſtro Carolo Rege Francorum & Longobardorum ac Patricio Romanorum, & anno* IIII *Chriſto propitio imperii ejus.* Ex quo intelligitur, Carolo Magno imperanti aliquando Patricii titulum fuiſſe attributum à quibuſdam è vulgo Notariorum, qui Cancellariæ ſtilum non bene callebant. Certè

d Sirmund. tom. 2 Conc. Gall. p. 125.
e pag. 89.

Carolus ipſe hunc titulum prætermiſit in ſuis diplomatibus imperatoriis, uti & Ludovicus Pius: cujus tamen Patriciatûs annus quartus memoratur in litteris [a] Eugenii II pro Bernardo Archiepiſcopo Viennenſi. Sed forſan legendum, *poſt Conſulatum ejus*, ut ſuo loco dicemus [b].

X. Quæ hactenus de variis Caroli Magni diplomatum formulis initialibus dixi, non ita decretorio modo aſſumi velim, quaſi ex tripode pronuntiata: cùm inuſitatas aliquando formulas Notarii uſurpare potuerint, qualis eſt hæc Alcuini ſalutatio in epiſtola VII ad Carolum Magnum. *Domino excellentiſſimo, & in omni Chriſti honore devotiſſimo Carolo Regi Germaniæ, Galliæ, atque Italiæ* &c. quam inſcriptionem nemo non ſuſpectam haberet, ſi profecta eſſet ab alio auctore. At quæ de Caroli aliorumque diplomatis ſcribimus, hæc tamquam certiora & magis uſitata habenda ſunt.

XI. Verùm obſervandum eſt, magis fixas ac regulares fuiſſe Caroli Magni diplomatum formulas, quàm ejus epiſtolarum atque Capitularium. Horum enim varia eſt inſcriptio, ut ſubjecta exempla docent, edita à Carolo Imperatore, tribus primis exceptis. Capitula ſelecta anni DCCC apud Sirmundum [c]: *Carolus gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum ac Patricius Romanorum.* & infra: [d] *Karolus gratia Dei Rex, Regnique Francorum rector & devotus ſanctæ eccleſiæ defenſor atque adjutor in omnibus.* Edictum dominicum [e]: *Karolus gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum ac Patricius Romanorum, dilectis Comitibus* &c. Capitulare [f] de addendis ad legem Langobardorum anno DCCC I. *Karolus divino nutu coronatus, Romanorum regens imperium, ſereniſſimus Auguſtus, omnibus Ducibus* &c. Epiſtola [g] ejuſdem ad congregationem ſancti Martini: *In nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti, Karolus* & reliqua. Capitulare [h] anni DCCC VI. *In nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti, Imperator Cæſar Karolus Rex Francorum invictiſſimus, & Romani rector imperii, pius, felix ac triumphator ſemper Auguſtus, omnibus fidelibus* &c. Breviarium [i] diviſionis theſaurorum ejuſdem: *In nomine domini Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus-ſancti, incipit deſcripitio atque diviſio, quæ facta eſt à glorioſiſſimo atque piiſſimo domino Karolo Imperatore.* Capitulare ſecundum [k] anni DCCC XIII. *Karolus ſereniſſimus Imperator Auguſtus à Deo coronatus, magnus & pacificus, cum Epiſcopis* &c. Epiſtola [l] ejuſdem ad Pippinum Italiæ Regem: *Karolus ſereniſſimus Auguſtus à Deo coronatus, magnus, pacificus Imperator, Romanorum gubernans imperium, ac per miſericordiam Dei Rex Francorum & Langobardorum, dilectiſſimo filio* &c. Hæc formula proximè accedit ad diplomaticam Caroli Magni Imperatoris, cui præmitti ſolet invocatio, *In nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti* uti ſuperiùs adnotabam. Poſteriorem hanc eſſe genuinam demonſtrant diplomata hîc à nobis edita, non ſolùm ex Gallicanis archivis, ſed etiam ex Germanicis: qualé eſt illud, quod eruditiſſimus noſter Adolfus Overhamus ex tabulario Corbeiæ novæ in Saxonia mihi tranſmiſit. Præceptum pro Hiſpanis [m], qui in regnum Caroli confugerant: *In nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti Carolus ſereniſſimus Auguſtus à Deo coronatus, magnus, pacificus Imperator, Romanorum gubernans imperium, qui & per miſericordiam Dei Rex Francorum & Langobardorum.* Eodem modo habet diploma pro cœnobio Altahenſi apud Bajoarios in Metropoli [n] Saliſburgenſi. Singulare eſt Præceptum de ſcholis græcis & latinis inſtituendis in eccleſia Oſnabrugenſi, datum anno DCCC IV, erudito Carolo Cointio [o] non unam ob cauſam ſuſpectum: quod in ſecunda editione Monumentorum Paderbornenſium nuper ex ipſo (ut putant) autographo vulgatum eſt ſub hac inſolita formula initiali: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus Imperator Auguſtus, Romanum gubernans Imperium, qui & Rex Francorum & Langobardorum, necnon modò dominator & Saxonum.* Cur verò tantopere diſcrepent Capitularium formulæ tum à ſe ipſis, tum à formulis diplomatum; hæ verò magis fixæ ſint ac uniformes: illud in cauſa eſſe puto, quòd Capitularium ſcriptores erant Epiſcopi vel Abbates, qui præſentes aderant conventui, in quo hæc Capitularia condebantur: diplomata autem & præcepta ab iiſdem Cancellariis & Notariis edita, vulgarem ſequerentur ſtilum Cancellariæ, ſub unoquoque Principe ab exordio inſtitutum.

XII. Neque illud animadverſione indignum, quòd in omnibus quæ hactenus

a *Sæc. 4 Bened. part. 2 p. 567.*
b *infra cap. 25.*
c *Sirmund. tom. 2 Conc. Gal. 230.*
d *ibid. pag. 235.*
e *Baluz. tom. 1 capitul. col. 329.*
f *ibid. col. 345.*
g *ibid. col. 415.*
h *ibid. col. 439.*
i *col. 487.*
k *col. 505.*
l *col. 461.*
m *col. 499.*
n *Metrop. Saliſb. tom. 2 p. 9.*
o *Coint. tom. 6 Annal. pag. 825 & ſeqq.*
p *Monum. Paderborn. p. 325.*

A viderimus diplomatibus Caroli Magni autographis, (vidimus* autem permulta) nomen Caroli à littera C ubique, ante initum ab ipſo Imperium inchoatur initio cujuſque diplomatis, & in ſubſcriptione, quæ monogrammati adſcribitur. at monogramma ipſum littera K conſtat. Duo tantùm vidi Caroli jam Imperatoris autographa, in quibus ejus nomen à littera K incipit. Unum eſt Corbeiæ Saxonicæ, imperii anno XIII, quod accuratè effingi, mihique ſubmitti curavit celſiſſimus Princeps Ferdinandus Epiſcopus Paderbornenſis ac Monaſterienſis, vel ſuo nomine ſatis laudatus: alterum eſt archivi ſancti Dionyſii, quod eſt Placitum Aquiſgrani datum anno imperii X. Prioris ſpecimen habes ſuo loco. In monetis ejuſdem Caroli non ita
B ſibi conſtant monetarii, aliis, C aliis K præferentibus. Aſt in diplomatibus (ut dicebam) ante acceptum imperium conditis, nullum inveni, quod non à littera C incipiat. tametſi monogramma litteram K præfert. Cur autem ab imperio quædam ejus diplomata à littera K incipiant; inde forſan accidit, quòd accepta hac dignitate hunc characterem prætulerit. Verùm in litteris Caroli Calvi & aliorum Regum & Imperatorum ejuſdem nominis, perpetua & conſtans eſt littera K tum in inſcriptione, tum in ſubſcriptione & monogrammate. Scio ab hac regula recedere vulgata diplomata Caroli Magni non pauca, quæ à littera K inchoant Caroli nomen in ſua inſcriptione: ſed viderint ſcriptores, qui illa ex autographis eruerunt, an accuratè
C primum hoc elementum exſcripſerint. Idem dicendum de nomine *Langobardorum*, cujus ſecundam litteram per *a* conſtanter efferunt autographa, non per *o*, ut paſſim in editis. Parva ſunt hæc: ſed in magno Principe nihil negligendum.

XIII. Carolum ordine excipit Ludovicus Pius, cujus quinque ſtatus diſtinguendi ſunt. Quippe fuit is primùm Aquitaniæ Rex vivente patre, tum eo mortuo Imperator ſolus, dein cum Lothario, ſed poſtmodum ab eo diviſus; ac demum poſt exauctorationem in thronum reſtitutus. Rex Aquitaniæ factus, hac uſus eſt formula: *In nomine noſtri Jeſu Chriſti, Ludovicus divina ordinante providentia Rex ſereniſſimus Aquitaniæ*. qualis habetur in Actorum noſtrorum tomo V [a] pro cœnobio Gellonen-
D ſi. Alia formula ſine invocatione invenitur in Capitularium appendice, num. XXI. *Ludovicus gratia Dei Rex Aquitanorum.* Hæc accedit ad formulam Pippini & Caroli Magni, qui ſe *gratia Dei* Reges ferebant. Idem poſt Caroli patris obitum Imperator uniformi ritu in diplomatis uſus eſt, ſic exordiri ſolitus: *In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, HLudowicus divina ordinante* ſeu *propitiante providentia*, aliquando *clementia* [b], *Imperator Auguſtus*, litteram *H* nomini ſuo ubique præponendo cum *w* duplici in medio. Hæc formula infinitis exemplis conſtat, quæ in appendice Capitularium, Hiſtoria Trenorchienſi, Miſcellaneis Labbeanis, in hiſtoria Dionyſiana apud Dubletum, & alibi conſulere licet. Item in Metropoli Sa-
E liſburgenſi [c] Ludovici Pii diplomata duo bonæ notæ inveniuntur ſub iiſdem formulis, quibus tamen nonnemo inſeruit notam numericam I, poſt *HLudovicus*. Conſule etiam Monumenta Paderbornenſia [d] celſiſſimi Principis Ferdinandi Epiſcopi Paderbornenſis & Monaſterienſis. Eumdem modum ſervavit cum Lothario filio: *In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti HLudowicus & HLotharius divina ordinante providentia Imperatores Auguſti*, quales habentur in libris mox commemoratis, in Spicilegii tomo VIII, [e] in Monumentis Paderbornenſibus [f] atque alibi paſſim. Unde Lotharius in reſponſione ad capitulum tertium [g] querelarum Ludovici Auguſti ait, ſe conſortem totius Imperii à patre conſtitutum, *in omni poteſtate & hono-*
F *re, in omni conſcriptione & nomiſmate.* & Agobardus in flebili epiſtola ad Ludovicum: *In proceſſu quoque temporis*, inquit, *quotieſcumque aut quocumque imperiales litteræ mitterentur, amborum Imperatorum nomina continebant: poſtea verò mutatâ voluntate convulſa ſunt ſtatuta, & de litteris nomen omiſſum eſt.* Id contigit ſub annum DCCC XXIX, cùm à patre diſceſſionem fecit Lotharius. Tunc enim Ludovicus ſolum nomen ſuum, uti antè, litteris ſuis inſcripſit. Immo verò ante illud tempus, etiam cùm Ludovicus & Lotharius conjunctiſſimi erant, aliquando Lotharii nomen in litteris Ludovici omiſſum eſt. Teſtes litteræ duæ in Appendice Capitularium num. LXI & LXII. quarum una datæ ſunt III *Id. Sept. anno* X *imperii domni HLudowici*, id eſt anno DCCC XXIII. quo

* *Vide Specimina.*

a *Sæc.* 4 *Bened. part.* 1. *p.* 90.

b *Annales Cointii tom.* 7 *p.* 669.

c *Metrop. Saliſb. tom.* 1 *pag.* 10.

d *Monum. Paderborn. p.* 130 & 131.

e *Spicil. tom* 8 *pag.* 138.

f *Monum. Paderbor. pag.* 113.

g *VVala vita lib.* 1 *cap.* 16.

anno Paſchalis Papa Lotharium paterni imperii conſortem iterum dixerat; alteræ A
anno XII *imperii*. Tertiæ ejuſdem formæ litteræ exſtant in Spicilegii tomo XII, datæ
eodem anno. Denique anno DCCC XXXV, cùm poſt exauctorationem anno præ-
cedenti factam reſtitutus fuiſſet in thronum Ludovicus, primam item diplomatum
initialem formam retinuit, niſi quod non voce *ordinante*, ſeu *propitiante* uſus eſt; ſed
REPROPITIANTE: propterea quòd Deum iterum propitium expertus eſſet in reſtitu-
tione, quem primæ evectionis auctorem agnoſcebat. Hanc autem obſervationem,
quæ nova forſan videbitur nonnullis, probare juvat variis exemplis, quorum unum
eſt in Burgundicis monumentis apud Perardum [a]; ſecundum in Miſcellaneis Lab-
beanis [b], tertium in hiſtoria Trenorchienſi [c], quartum ibidem [d], ſextum in Spicile- B
gii tomo ſecundo [e], præter alia inedita, ex quibus aliqua hîc ſubjiciemus. Sed
nullibi tot & tam indubitata habentur, cum hac ſollemni voce *repropitiante*, quàm
apud V. Cl. Stephanum Baluzium [f] in geſtis Aldrici Epiſcopi Cenomannenſis, ubi
leguntur ejus formæ diplomata omnino octodecim. A ſuperioribus formulis di-
verſæ ſunt litteræ, quibus Ludovicus Auguſtus donationes à Pippino & Carolo M.
eccleſiæ Romanæ factas confirmat, augetque. *In nomine Dei omnipotentis Patris &*
Filii & Spiritus ſancti, Ego Ludovicus Imperator Auguſtus ſtatuo. In his enim inſolita
eſt non ſolùm invocatio, ſed etiam verba hæc, *Ego Ludovicus Imperator.* Verùm
hæ litteræ receptum Cancellariæ ſtilum non ſequuntur, fortaſſe quòd extraordi- C
nario modo ſcriptæ ſunt, ut in re tanti momenti. Sed ſunt qui opponant electio-
nes ſubſequentium Romanorum Pontificum nihilo minùs factas in præſentia Miſ-
ſorum Imperialium, & cum conſenſu Principum, contra prætenſum privilegium
harum litterarum. Verùm has defendunt alii auctoritate Leonis Marſicani in Chro-
nico Caſinenſi, Ivonis & Gratiani in Decreto: quibus adſtipulatur cum Baronio
& Gretſero, harum literarum adverſus Molineum patrono, Carolus Cointius [g] in
Annalium tomo ſeptimo.

a *Perard. pag.* 19.
b *Miſcell. Labbe pag.* 460.
c *Tournu. pag.* 194.
d *ibid. pag.* 262.
e *Spicil. tom.* 2 *pag.* 138.
f *Baluz. tom.* 3 *Miſcell. à pag.* 34.
g *Coint. ad an.* 817 *num.* 6 *& ſeqq.*

XIV. A Ludovico Pio ad Carolum Calvum ejus filium veniendum eſt, cujus
tempora in præſenti diſtinguenda ſunt duo: unum regni ab anno DCCC XL, alte- D
rum imperii ab anno DCCC LXXVI. Is ante imperium adhibuit hanc formulam ini-
tialem: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus gratia Dei Rex.* cujus multa
exſtant exempla in monumentis Burgundicis apud Perardum, in hiſtoria Trenor-
chienſi, & aliis paſſim, apud Dubletum, in Spicilegiis & in Capitularium noviſſi-
ma editione. Poſt acceptum imperium Carolus hanc formulam immutavit in hunc
modum: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus ejuſdem Dei omnipotentis*
miſericordia Imperator Auguſtus, apud Perardum [h] & Dubletum [i] in Spicilegii tomo
ſexto [k], in editis hîc noſtris, apud Puricellum [l], & alibi. Hinc Carolo Calvo duo
vindicanda ſunt diplomata, quæ ex nominis communione tribuuntur Carolo Ma- E
gno: unum eſt in hiſtoria Trenorchienſi pag. 190. alterum in Appendice ad Con-
cilia Galliæ Narbonenſis num. I. Hanc enim, quam mox retuli inſcriptionem
exhibent, à Caroli Magni formula longè diverſam. Deinde in Trenorchienſi ſub-
ſcribit *Audacher Notarius ad vicem Gozleni*: ex quibus hic Cancellarius, ille Goz-
leni Notarius fuit. Eadem obſervatio applicanda eſt alteri diplomati, quod *Auda-*
ctus Notarius ad vicem Gardini recognoviſſe dicitur, ubi legendum indubiè, *Auda-*
cher ad vicem Gozlini. A Carolo Calvo ſubſequentes Imperatores acceperunt for-
mulam: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis*, ut videbimus in capite ſequenti.

h *Perard. pag.* 154.
i *Doublet. pag.* 807.
k *Spicil. tom.* 6 *pag.* 408.
l *Puricell. pag.* 123.

XV. Ludovici Balbi litteræ hoc initio affectæ ſunt: *In nomine Dei æterni &* F
Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti, Hludowicus miſericordia Dei Rex, apud Chiffletium in hi-
ſtoria Trenorchienſi, Baluzium in appendice Capitularium, & in Miſcellaneis
Labbeanis: ubi alia charta refertur Ludovico Balbo attributa ſub hoc exordio: *In*
nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Ludovicus ſuperni Regis præordinante clementia
Rex Francorum. Sed prima formula communior eſt, ex qua diploma quod Ludo-
vico Pio tribuitur apud Dubletum [m], Ludovico Balbo aſſerendum eſt. Etſi enim
paullo aliter efferatur, nimirum ſic, *In nomine Domini noſtri Ieſu-Chriſti & Salvato-*
ris Dei æterni; illud tamen Ludovici Balbi eſſe conſtat ex Wlfardo Notario, qui

m *Doublet. p.* 730.

A aliis Ludovici Balbi litteris ad vicem Gozlini ſubſcripſiſſe reperitur. Et forſan po-
ſtremi hujus diplomatis invocatio ita verbis poſtpoſitis corrigenda eſt : *In nomine
Domini Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti , &c.* quam formulam probant
ſpecimina & acta inferiùs exhibenda , & ejus litteræ in chronico Centulenſi [a].

XVI. Ludovicus, Balbi filius, paucas admodum litteras edidiſſe invenitur; plu-
res Carlomannus ejus frater , aliquando more paterno : *In nomine Dei æterni &
Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, Karlomannus gratia Dei Rex* , ut in appendice Capitula-
rium num. CXVI & CXVII, in appendice ad Concilia eccleſiæ Narbonenſis num. II,
& tomo VIII Spicilegii pag. 352 & 148. ubi pro *Adjutoris* lege *Salvatoris.* aliquando
B ſub hac forma: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis , Karlomannus gratia Dei Rex*,
in Capitularium appendice num. CXV. quo in loco *Ærbertus* notarius eſt *Norbertus*,
qui aliis duobus ſubſcripſit.

XVII. Carolum Craſſum remitto in caput ſequens, ubi de Imperatoribus agen-
dum. Caroli Simplicis formula eſt : *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis*, *Karo-
lus divina propitiante clementia Rex* , ut in tomo VI Spicilegii [b] & in appendice ad
Concilia Galliæ Narbonenſis [c] : aut *gratia Dei Rex*, ut in duplici originali inſtru-
mento Germanenſi , & apud Dubletum [d]. Sub hoc Principe Regis nomen & au-
ctoritatem uſurparunt Odo & Rodulfus ſeu Radulfus , ob idque varia diplomata
C nomine ſuo condiderunt , ſed nulla fermè conſtanti formula uſi. Odo quippe ſic
litteras quandoque orditur in Capitularium tomo ſecundo [e]: *In nomine ſanctæ & indi-
viduæ Trinitatis , Odo clementia Dei Rex.* Verùm apud Dubletum [f], & in Spicilegii
tomo VIII [g]: *In nomine Domini Dei æterni & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti , Odo miſeri-
cordia Dei Rex.* ſeu *In nomine Dei ſummi & æterni Regis, Odo gratia Dei Rex* , in
appendice Capitularium [h]. Alias [i] , *In nomine Domini & Salvatoris N. J. C. Odo
divina ordinante clementia Rex.* ſeu denique, *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis,
Odo gratia Dei Rex* , hîc. Rodulfus verò hunc prope ritum ſecutus eſt. *In nomine
ſanctæ & individuæ Trinitatis, Radulfus divina propitiante clementia Rex Francorum , vir
D inluſter* , in charta hîc edita : ubi priſcum *viri inluſtris* titulum revocavit. Eadem
formula , omiſſo *vir inluſter* , reperitur hîc, in Capitularium appendice [k], & apud
Beſlium [l] de Comitibus Pictavorum. Aliàs, *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis,
omnipotentis Dei miſericordia Rodulfus Rex Francorum* , in Miſcellaneis Labbeanis [m].
tum, *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Rodulfus miſericordia Dei Rex*, in hiſto-
ria Trenorchienſi [n] : ac denique, *In nomine Dei & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti Ro-
dulfus divina ordinante providentia Rex* , in iiſdem Miſcellaneis Labbeanis [o].

XVIII. Non magis conſtans eſt Ludovici Tranſmarini formula. Tria ejus
diplomata invenio ſub hoc initio ; *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Ludovi-
E cus divina propitiante clementia Rex Francorum* , unum in hiſtoria Trenorchienſi [p],
& duo in Bibliotheca Cluniacenſi [q] : *divina propitiante miſericordia* , ibidem [r] , & in
hiſtoria Arvernenſi [s]. Alibi, *divina annuente gratia Francorum Rex*, in appendice Ca-
pitularium [t]. Tertium legitur ſub hac formula in Miſcellaneis Labbeanis [u] ; *In no-
mine ſanctæ & individuæ Trinitatis , Ludovicus Pacificus , Auguſtus & invictus gratia
Dei Rex.* In Bibliotheca Cluniacenſi [x] aliud item reperitur ita incipiens : *In nomine
Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti, Ludovicus divina ordinante providentia Rex.*

XIX. Lotharius Ludovici patris invocationem retinuit tomo VIII Spicilegii [y],
in Bibliotheca Cluniacenſi [z], & Miſcellaneis Labbeanis [aa]: *In nomine ſanctæ & indi-
F viduæ Trinitatis , Lotharius gratia Dei Rex.* at in alio diplomate pro eccleſia Pari-
ſienſi ita incipit in iiſdem Miſcellaneis Labbeanis [bb] ; *Lotharius genitor genituſque Lu-
dovicus.* qui Ludovicus , ſecundæ ſtirpis poſtremus Rex , vivente patre conſors re-
gni factus eſt, ut vel inde conſtat. Apud Marlotum [cc] poſt invocationem : *Lotharius
divina propitiante*, ſeu *annuente clementia Francorum Rex.* Alias Lotharii & patris ejus
Ludovici formulas habes in Speciminibus noſtris.

XX. Nunc de Regibus tertiæ ſtirpis agendum eſt : ſed ferè tam varia ſunt eorum
diplomatum exordia , quàm varia diplomata ipſa. Quædam in ſpecimen referre
ſatis fuerit. Hugo in autographo Laudunenſi, cujus ſpecimen & exemplum hîc da-

a *Spicil. tom.* 4 *pag.* 505.
b *Spicil. tom.* 6 *pag.* 411.
c *pag.* 74.
d *Doublet. pag.* 811.
e *Capitul. tom.* 2 *col.* 1518
f *Doublet. p.* 210.
g *Spicil. tom.* 8 *pag.* 354.
h *Append. col.* 1515.
i *ibid. col.* 1519.
k *col.* 1536.
l *Beſly. pag.* 238.
m *Labbe pag.* 526.
n *Tournu. pag.* 275.
o *Labbe. pag.* 517.
p *Tournu. pag.* 277.
q *Bibl. Clun. col.* 275 277.
r *col.* 278.
s *Auvergne. pag.* 16 & 17.
t *Append. col.* 1537.
u *Labbe pag.* 532.
x *Bibl. Clun. col.* 275.
y *Spicil. tom.* 8 *pag.* 357.
z *Bibl. Clun. col.* 313.
aa *Labbe pag.* 536.
bb 538.
cc *Metrop. Rem. tom.* 1 *pag.* 584 & *tom.* 2 *pag.* 10 & 19.

* Labbe pag. 547. mus, & apud Labbeum in Miſcellaneis * ſic præfatur. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Hugo gratia Dei Rex.* & proximè ante illud: *Hugo mediatoris Dei & hominum propitiante miſericordia Francorum Rex.* ubi ſupplenda videtur invocatio, quæ ita præmittitur in hiſtoria Trenorchienſi [a]: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Hu-* A
a Tournu p. 289. *go divina præordinante clementia Rex.* Attamen in diplomate quod Eremburgi Sueſſionenſis beatæ Mariæ Parthenonis Abbatiſſæ conceſſit Hugo Capetus, adoptato
b Hiſtor. B. Mariæ Sueſſ. p. 435. jam in regni conſortionem Rotberto filio, ita legitur [b]: *Omnipotentis Dei diſponente gratia, Hugo, & glorioſiſſimus filius ſuus Robertus Francorum Reges* &c. Et ex Chartario ſancti Germani apud Autiſiodorum infra: *In nomine ſanctæ atque individuæ Trinitatis, Hugo atque Robertus gratia Dei Reges inclyti* &c. B

XXI. Rotberti ipſius mira eſt copia & varietas in præfatione diplomatum, quibus paſſim præmittitur, uti ab ejus patre, Trinitatis invocatio. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis divina favente clementia, Rotbertus Francorum Rex clementiſſimus,*
c Perard. p. 170. apud Perardum [c]. ſive; *divina providente clementia Francorum Rex* [d], ſeu *gratia Dei Rex,*
d id. p. 178. aut *divina ordinante clementia Rex*; & *Rex Francorum ſemper Auguſtus*; denique *Regis*
e Doublet p. 827. *Regum nutu Rex*, apud Dubletum [e]. Ad hæc in Miſcellaneis Labbeanis [f]: *In nomi-*
f Labbe p. 550. *ne ſanctæ & individuæ Trinitatis, Rotbertus divina providente clementia Francorum Rex.* & in duplici autographo ſancti Martini de Campis, *divina propitiante clementia Rex.* Nec prætermittendum hoc in loco ejuſdem Rotberti diploma pro cœnobio Fructuarienſi ſub hoc exordio. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, ego Robertus* C
g In Biblioth. Sebuſ. p. 175. *gratia Dei Francorum Rex*, apud Guichenonem in Bibliotheca Sebuſiana [g]. Ubi obſervandum, nuſquam hactenus in regiorum diplomatum exordiis legi (ſi tamen ſanus eſt hic locus) pronomen *Ego*, quod deinde Henricus Rex induxit in morem.

XXII. Henricus, Rotberti filius ac ſucceſſor, itidem à ſancta Trinitate initium ducit. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus divina præordinante clementia Rex*
h Tournu p. 212. *Francorum*, in Hiſtoria Trenorchienſi [h]. ſeu *divina favente clementia Rex*, in Biblio-
i Bibl. Clun. col. 1526. theca Cluniacenſi [i]. In Hiſtoria Parthenonis B. Mariæ [k] apud Sueſſionem ita inci-
k Hiſt. de N. D. Soiſſons pag. 436. pit: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, ego Henricus gratia Dei Francorum Rex.* D
In hujus diplomatis inſcriptione uſus eſt pronomine *Ego*, uti & in pleriſque aliis. quæ formula ſi non ab ipſo traxit originem, (nam Rotberti diploma unum hoc pronomine præfixo inſignitum modò retulimus:) certè morem hunc ab eodem Henrico in ſequentes Reges profluxiſſe pro comperto habemus. At prorſus ſingularis eſt ejuſdem Henrici charta pro Pariſienſi ſancti Martini à Campis eccleſia, ita incipiens. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Glorioſæ matris eccleſiæ filii noverint* &c. & poſt multa prologi more adducta ſequitur. *Igitur hæc & hujuſmodi, ego Heinricus Dei gratia Rex Francorum &c.* quæ formula ſuperioribus Francorum Regibus prorſus incognita, ſed ab Henrico primùm invecta, proximis ejus ſucceſſoribus quatuor accepta fuit, qui multis in diplomatibus poſt invocationem hanc ſimilemve præfationem adhibent ante nomen ſuum, ut ex ſubjectis exemplis conſtabit. Quamquam aliquando pro veteri more de ſe pluraliter proloquuntur, quod ſæpius in contextu actitant: & ejuſmodi præfationibus reſectis, morem priſcum retinent, ut Henricus in diplomate pro Caſa Dei, cujus invocatio Henrico inſolita eſt, incipitque ab his verbis: *In nomine Domini Dei æterni & Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti, Heinricus Dei gratia Francorum Rex. Si regia ſollicitudo* &c. Exſtat apud Baluzium in appen- E
l pag. 156. dice ad Lupum. Denique in Spicilegii tomo VIII [l] unum habetur ſub hoc initio: *In Chriſti nomine, ego Hainricus gratia Dei Francorum Rex. Notum volo fieri* &c. F

XXIII. Philippus Trinitatis invocationem retinet: ſed aliquando perſonarum nomina addit. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, videlicet Patris & Filii &*
m Martiniana p. 10. *Spiritus-ſancti Amen. Ego Philippus gratia Dei Francorum Rex*, apud Dubletum [m],
n Doublet p. 834. item in Martiniana hiſtoria [n] & in Bibliotheca Cluniacenſi [o], ubi alia charta exſtat
o Bibl. Clun. col. 527. ejuſdem: *In nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti, Ego Philippus Rex Francorum.* ubique *ego* nomine ſingulari, paterno ritu contra veterum morem. Non tamen ubique ſibi conſtans eſt Philippus in deſignandis divinarum perſonarum nominibus, nam in triplici inſtrumento, Martinianæ apud Pariſios eccleſiæ conceſſo, hæc

A dumtaxat invocatio : *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis*, quam excipit præfatio
ſat prolixa ante Regis nomen in tribus diplomatis. at in alio poſt invocationem
ſanctiſſimæ Trinitatis proximè ſequuntur hæc verba : *Ego Philippus gratia Dei Fran-*
corum Rex omnibus tam præſentibus quàm & futuris. Duo iſtius modi habentur, ſed
ſine pronomine *ego* apud Dubletum[a] : *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Phi-*
lippus Dei gratia Francorum Rex præſentibus & futuris in perpetuum. a *Doublet pag.* 835 & 837.

XXIV. Ludovici Groſſi diplomata non unum invocationis modum præferunt.
Nam alia Philippi ejus patris uſitatiorem modum ita retinent apud Dubletum[b] & b *idem pag.* 841 &
in Chartario ſancti Martini de Campis : *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis* 843.
B *Patris & Filii & Spiritus-ſancti. Amen. Ego Ludovicus Dei gratia Francorum Rex.*
alia ſic. *In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti Amen. Ego igitur Ludovicus Dei*
gratia Rex Francorum apud eumdem Dubletum. In præcitato Chartario poſt invo-
cationem trium ſanctiſſimæ Trinitatis perſonarum adhibetur præfatio, quam ſe-
quuntur hæc verba : *Hac igitur ratione, ſpe & devotione, Ego Dei gratia Francorum*
Rex Ludovicus &c. Sex ejuſdem chartarii diplomata, itemque aliud pro Sueſſionen-
ſi Parthenone ſic incipiunt : *In nomine ſanctæ & individuæ Trininitatis, ego Ludovicus*
Dei gratia Francorum Rex. quatuor verò, *In Chriſti nomine, ego Ludovicus Dei diſpenſante*
miſericordia in Regem Francorum ſublimatus. Præterea apud Dubletum nonnulla ſic ſe-
C runt : *In nomine Domini, ego Ludovicus* &c. quamquam alia invocatione carent apud
eumdem, & in Miſcellaneis Labbeanis. Denique exſtant apud Dubletum litteræ com-
muni Ludovici & Philippi ejus filii nomine ſcriptæ : *In nomine Dei & Salvatoris*
noſtri Ieſu Chriſti Ludovicus & Philippus filius ejus divina ordinante providentia Reges
Francorum. quod animadverſione dignum eſt : quandoquidem in multis aliis ejuſ-
dem Ludovici diplomatibus nomen ac ſubſcriptio Ludovici junioris ejus filii in Re-
gem coronati legitur ſub finem ; ſed nullum præterea quod utriuſque nomen ini-
tio præferat vidiſſe me recolo. Exſtat apud Dubletum[c] diploma Ludovici VI ſine c *ibid.* 846.
invocatione, quæ legitur hoc modo in originali : *In nomine Patris & Filii & Spiri-*
D *tus-ſancti Amen. Ludovicus Philippi Regis filius Dei gratia Rex Francorum.* Hic inter pri-
mos ſe patris ſui filium dicit in titulo diplomatis ſui : quod quandonam ab Impera-
toribus factum ſit, in ſequenti capite expendemus. Aſt aliud[d] ejuſdem Regis inci- d *pag.* 848.
pit abſolutè etiam in autographo : *Ludovicus Dei gratia Rex Francorum, omnibus Ar-*
chiepiſcopis &c.

XXV. Pleraſque Ludovici VI formulas imitatur Ludovicus VII, cognomento
Junior, apud Perardum & Dubletum, in chartario ſancti Martini de Campis &
in Hiſtoriæ Parthenonis beatæ Mariæ Sueſſionenſis : additque titulum, *Dux Aqui-*
tanorum, in variis diplomatis, ſed non in omnibus, quæ ante datum Alienoræ li-
E bellum repudii conceſſit. Nec plurali numero *Nos* de ſe loquitur, ſed *Ego* quod à
patre & avo accepit. Singularis eſt ejuſdem Ludovici à patre deſignati Regis char-
ta pro cœnobio Compendienſi hîc edita : *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis,*
Ludovicus Regius filius, Dei gratia Francorum Rex deſignatus. Unde in ſigillo ejus ro-
tundo habetur hæc inſcriptio : *Sigillum Ludovici deſignati Regis.* quale ſigillum Lu-
dovicus ejus pater vivente genitore ſuo habuit. Sed magis ſingularis eſt formula ejus
initialis in diplomate de libertate electionum in provincia Burdigalenſi, quod in-
tegrum habetur in Camera[e] Computorum, ſub his verbis : *In nomine* &c. *Ego Lu-* e *Regiſt.* Qui es in
dovicus Junior, Magni Ludovici filius, Dei gratia Rex Francorum & Dux Aquitano- cælis *pag.* 221 &
F *rum* &c. Hoc autem diploma conditum eſt vivente ejus patre, anno M C XXXVII, 223.
regni ejus IV.

XXVI. Philippi Auguſti diplomata in Spicilegii tomo VII inducunt *Franciæ*
nomen pro vulgato *Francorum. Philippus Dei gratia Rex Franciæ.* Itidemque aliud
Giſnenſe[f] apud Cheſnium. At in Bibliotheca Cluniacenſi legitur aliud hoc modo; f *Guiſnes p.* 264.
In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Philippus Dei gratia Francorum Rex. quæ
etiam formula in chartario ſancti Martini de Campis, & apud Dubletum adhibe-
tur. In Notitia quidem Epiſcopi Belvacenſis[g] Rotbertus dicitur Rex *Franciæ*. At qui g *Montmorency p.*
ſe ipſe in ſuis litteris Regem *Franciæ* dixerit, nullum invenio ante Philippum Au- 12.
guſtum.

XXVII. Ludovicus VIII hanc formulam præfert. *In nomine ſanctæ & individuæ* A *Trinitatis Amen, Ludovicus Dei gratia Francorum Rex. Noverint univerſi, &c.*

XXVIII. Sanctus Ludovicus tria diplomata ſic inchoat in Miſcellaneis Labbeanis: *Ludovicus Dei gratia Francorum Rex:* & in plurali numero de ſe loqui ſolet pro veteri more. Ita etiam in ſpecimine noſtro: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Ludovicus Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus, quod nos, &c.*

XXIX. Nunc agendum eſſet de litteris Reginarum Franciæ: ſed exempla hîc nos deficiunt, nec invenimus niſi tria diplomata, unum Gerbergæ Reginæ Ludovici Tranſmarini conjugis pro parthenone beatæ Mariæ Sueſſionenſi, hîc editum, ſub hoc initio. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Gerberga gratia Dei Francorum* B *Regina.* Alterum Annæ Henrici I relictæ de villa Unello pro cœnobio Foſſatenſi, incipiens ab ab his verbis, ſi bene recolo, abſque invocatione: *Notum ſit quod ego A. Dei gratia Francorum Regina, &c.* Tertium Adelæ uxoris Ludovici VII, pro Sueſſionenſi parthenone beatæ Mariæ vulgatum à noſtro Michaële Germano in hiſtoria ejus monaſterii. *A. Dei gratia Francorum Regina, & Willelmus eadem gratia Remenſis Archiepiſcopus.* ſecundum ejuſdem Adelæ Reginæ ſub eadem forma repræſentat chartarium ſancti Martini de Campis ſuperiùs laudatum. Tertium accedit ex Appendice Baluziana ad Concilia Galliæ Narbonenſis[a], quod eſt Blancæ Reginæ, matris ſancti Ludovici, in hæc verba: *Blancha Dei gratia Franciæ Regina, univerſis* C *præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Notum facimus, &c.* Tantum eſt.

a Append. pag. 151

CAPUT IV.

I. *Formulæ initiales Imperatorum;* Imperatoris *nomen pro Rege.* II. Regis *pro Imperatore.* III. *Lotharii Imp. formulæ. an ab eo* Lotharii regnum *dictum.* IV. *Ludovici ſecundi Imperatoris formulæ.* V. *Caroli Craſſi.* D VI. *Aliorum Imperatorum.* VII. *Regum, Pippini Aquitaniæ.* VIII. *Ludovici Germaniæ.* IX. *Carolomanni Bajoariæ.* X. *Caroli Provinciæ.* XI. *Itemque Boſonis & Ludovici.* XII. *Italiæ Regum.* XIII. *Siciliæ.* XIV. *Angliæ.* XV. *Et Hiſpaniæ.*

I. TAnta eſt hujus argumenti amplitudo, ut in varia illud capita diſtinguere neceſſe ſit, quò major dictis lux & ordo accedat. Ad Imperatores venio qui Carolo Magno & Ludovico Pio ſucceſsêre, quos hîc rejicere viſum eſt, ut continuam Regum Francorum ſeriem exponeremus. Sed prius quàm de formulis E Imperatoriis agamus, notare juverit, Imperatoris nomen aliquando Regibus tribui, & Imperatoribus Regum. quod ne gratis dixiſſe credar, res exemplis confirmanda eſt. nam hæc obſervatio nonnullius momenti eſt ad eas litteras vindicandas, in quibus Regis & Imperatoris vocabula confunduntur, quales inveniuntur non paucæ apud Hiſpanos.

Imperatoris nomen Regi tribuitur in excerptis Egberti Eboracenſis cap. VII[b]. *Ut cuncti Sacerdotes precibus aſſiduis pro vita & imperio domini Imperatoris, & filiorum & filiarum ſalute orent.* Cùm enim decretum iſtud pro Anglia conditum ſit ab ipſo Egberto, non ab ullo canone derivatum; id de Regibus Anglorum interpretari F par eſt. Conſimili ritu Ædgarus Rex[c] in conſtitutione ſe *Anglorum Baſileum, Imperatorem ac dominum* dicit. Varia ejuſdem acceptionis exempla adducere licet ex libro Lactantii de perſecutione cap. XIX; ubi Diocletianus *veteranus Rex* appellatur: ex actis ſanctæ Othiliæ Virginis & Abbatiſſæ ſtatim ab initio[d]: vitæ ſancti Fridolini Abbatis apud Bollandum[e]: ex Petro Damiani in opuſculo XLVII cap. ultimo. Et quidem in diplomatibus apud Francos Imperatoris nomen Regi conceſſum eſt, ut apud Perardum[f] charta Bettonis Epiſcopi Lingonenſis data dicitur *in anno* XXIII *regnante domno noſtro Karolo Imperatore.* Nempe annus XXIII regni Caroli Magni convenit

b Spelman. Conc. pag. 259.

c ibid. pag. 432.

d Sæc. 3. Bened. part. 2 pag. 488.

e Martii. tom. 1 pag. 438 num. 30.

f Perard. pag. 47.

A convenit cum anno DCC XCI, quo necdum Imperator erat ſalutatus.

II. Ex adverſo Carolus jam Imperator *Regis* nomine donatur in canone ſecundo Concilii Arelatenſis, anno DCCC XIII celebrati, tametſi in præfatione Concilii dicitur Imperator. Canonis lemma hoc eſt: *Ut omnes pro Rege ac liberis ejus Deum orent.* & contextus: *Ut pro excellentiſſimo atque glorioſiſſimo domino noſtro Carolo Rege ... Miſſarum ſollemnia .... exſolvere decrevimus.* Eadem ratione Eginhardus in lib. IV de miraculis ſanctorum Marcellini & Petri *Drogonem* REGIS, id eſt Imperatoris, *cubicularium* vocat: & paſſim eo in ſcripto Eginhardus Ludovicum Pium Regem appellat. Eodem modo *Regis* nomen ſumitur in libro primo de vita ſancti Odonis Abbatis, ubi de Euticio agitur.
B Hinc eſt, quòd non raro etiam Imperatrices dicuntur *Reginæ.* Sic apud eumdem Eginhardum in libro ſecundo: *Obtulit & Regina*, id eſt Judith Imperatrix, *cingulum ſuum ex auro & gemmis factum.* Ludovicus Pius in diplomate pro cœnobio Anianenſi confirmat locum qui dicitur Arauria[a], *ſicut olim à bonæ memoriæ Ermengarde Regina prædicto monaſterio traditum eſt.* Huc ſpectat nota chronologica donationis factæ cœnobio ſancti Galli apud Goldaſtum, data XLI *anno imperii Karoli Cæſaris, die dominico, III Id. Febr.* ubi Goldaſtus hæc obſervat. *Ne quem moretur aut ſuſpectum teneat annus quadrageſimus primus imperii Caroli, quem hæc charta ponit: cùm annis ipſum non pluribus quatuordecim imperaſſe conſtet. Sciendum*
C *eſt enim, ſcriptores rerum & temporum Caroli nonnumquam & regni & imperii annos confundere ſolere; & jam regni, jam imperii nomine complecti. quod & vivente Carolo factum eſſe præſens charta, quæ ſexto anno ante exceſſum ejus ſcripta eſt, confirmat.* Hæc ille. Quamquam (ut ingenuè loquar) ſingularis eſt hæc nota chronologica, optima ſanè, cùm dies III Id. Febr. incidat in Dominicam anno DCCC IX, qui Caroli regnantis annus XLI erat. Magis vulgare eſt *regni* nomen ad deſignandos imperii & regni annos in confuſo. Talis eſt charta Hruadperti, & alia Folgeri in Traditionum Fuldenſium libro primo[b], datæ *anno* XLIII. *regni Karoli glorioſiſſimi Regis Francorum*, id eſt anno DCCC XI, qui ejus imperii undecimus erat. Alia
D Theodardi in libro ſecundo[c], condita *anno* XLII *regni domni Caroli Regis Francorum.* Aliæ[d] item duæ datæ *anno* XXXVIII in eodem libro. Porro in his libris litteræ plures leguntur datæ anno ſecundo imperii *Hludovici glorioſi Regis, &c.* ubi *Regis* nomen pro Imperatore accipitur. Quid quod Willelmi Septimaniæ Comitis litteræ[e] conſignantur *anno* XXXIIII *regnante domno noſtro Carolo Rege Francorum & Longobardorum ac Patricio Romanorum, & anno quarto Chriſto propitio imperii ejus.* His præmiſſis ad formulas initiales, quibus Imperatores poſt Carolum Magnum & Ludovicum Pium uſi ſunt, accedo.

a *Sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 223.*

b *Trad. Fuld. pag. 459 & 479.*

c *ibid. pag. 515.*

d *pag. 458. 461.*

e *Sæc. 4. Bened. part. 1 pag. 89 & 90.*

III. Poſtea quàm Lotharius Imperium obtinuit ſolus, rata fuit in ejus diplo-
E matibus hæc formula: *In nomine Domini noſtri Jeſu-Chriſti Dei æterni, Hlotharius divina ordinante providentia Imperator Auguſtus.* Id probant tria diplomata apud Chifletium in hiſtoria Trenorchienſi[f]; quatuor apud Dubletum[g], duo in Italiæ ſacræ tomo IV[h], unum in Spicilegii tomo VII[i], & aliud in tomo VIII[k], ſeptem in tomo XII[l]. denique (ut alia mittam) unum in appendice Capitularium num. LIII. Ab hoc Lothario (quod hîc obiter obſervare licet) dictum eſſe *Lotharii regnum* ſententia eſt Reginonis, Annaliſtæ Mettenſis, Sigeberti & quorumdam aliorum Annaliſtarum. Repugnant quidam viri docti, maluntque ejus appellationem referre ad Lotharium Regem, Lotharii Auguſti filium: tum quia *regnum Lotharii Regis*
F dicitur in Capitulis Caroli Calvi, non Lotharii Imperatoris: tum quia cùm Lotharius regnum Langobardorum, vetus regnum Burgundiæ ferè totum, atque Auſtriam poſſederit; tria illa regna, magis quàm unum ex illis, regnum Lotharii cognominari debuiſſet. Rem explicare videtur Hadrianus Papa II, qui mortuo Lothario Rege varias ſcripſit epiſtolas, ut regnum ejus Ludovico Imperatori, Lotharii fratri cederet. Prima inſcripta eſt omnibus *Primatibus & glorioſis Comitibus, conſiſtentibus in regno domini Hlotharii quondam Magni Imperatoris, & genitoris domini Hludovici Imperatoris.* Si hoc cognomen regni Lotharii ab Lothario Rege derivatum eſt; quid hîc attinebat mentionem facere de regno *Lotharii quondam Imperatoris*, cùm procli-

f *Tournu pag. 264 & ſeqq.*

g *Doublet. pag. 741 & ſeqq.*

h *Ital. ſacr. tom. 4 col. 113, 114.*

i *Spicil. tom. 7 pag. 184.*

k *tom. 8. pag. 141*

l *tom. 12 pag. 107. & ſeqq.*

vius fuiſſet loqui de regno Lotharii recens defuncti, de cujus regno lis erat? Neque ſolùm in hac epiſtola Hadrianus hoc loquendi modo uſus eſt: ſed etiam in epiſtola ad Carolum Calvum, cum objurgat, quòd *regnum quondam Lotharii Imperatoris* invaderet: & in alia ad proceres Francorum, conqueritur, quòd idem Carolus *regnum quondam Hlotharii Imperatoris*, quod jure divino Imperatori domino Hludovico debebatur, *ſpretis juramentis* invaſiſſet: ac demum in epiſtola ſequenti Ludovicum Regem Germaniæ laudat, quòd, velut Carolus alterius regni jura, *Hlotharii quondam ſcilicet Imperatoris*, nec invaſit, nec concupivit. An non rectius fuiſſet dicere *regnum Lotharii Regis*, ſi ab eo nomen traxiſſet? Cur ergo, inquis, dicitur Lotharii regnum ea pars, quæ Lothario Auguſto competebat? aut cur epiſtolæ duæ ipſius Hadriani Papæ, una ad Comites Galliæ, altera ad Epiſcopos, inſcribuntur Comitibus, & Epiſcopis *in regno Caroli & in regno quondam Hlotarii Regis conſtitutis*, in ſuperioribus? Ad hæc in Annalibus Bertinianis, qui per id tempus ſcripti ſunt, regnum Lotharii dici à Lothario Rege conſtat ex iis quæ referuntur ad annum DCCC LXX, ubi Carolus Hadriani Legatos ſuſcepiſſe memoratur, *terribiliter interdicentes ei regnum quondam Lotharii, quod fratri ſuo*, id eſt Lotharii Regis, *Imperatori debebatur.* Certè Hadrianus ipſe in epiſtola ad Comites & primores regni Caroli eos admonet, ut Carolum revocent ab invaſione eorum quæ Ludovico Auguſto competebant, id eſt quæ erant, *in regno glorioſæ memoriæ Hlotharii quondam Regis germani ſui.* Ex quibus intelligimus, regnum Lotharii ſtatim ab obitu Lotharii Regis aliquando ſic dictum à Lothario Auguſto, aliquando à Lothario Rege, appellatione deſumta à nomine poſſeſſoris: quæ appellatio accidentaria ſubinde in propriam tranſiit, aliis ejus originem ad Lotharium Auguſtum, aliis ad Lotharium Regem poſtea referentibus, quæ ad utrumque referenda erat.

IV. Lothario Auguſto in imperium ſuccedens Ludovicus ejus filius, eo nomine ſecundus, patris formulam in litteris ſuis retinuit, ut probant ſex ejus diplomata in Spicilegii [a] tomo V, unum item in Capitularium appendice num. LXXXIII. in quibus omnibus hoc initium legitur: *In nomine Domini Jeſu-Chriſti Dei æterni, HLudovicus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus.* Attamen inſtrumentum Capitularium LXXXII incipit ab his verbis: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, HLudovicus* &c. Ad hæc in Italiæ [b] tomo IV & aliis exſtant diplomata ejus non pauca, ubi poſt hæc verba, *Imperator Auguſtus*, additur, *invictiſſimi domini Imperatoris Lotharii filius*, neſcio an ex additione ſcribarum, qui exempla ex autographis tranſſcripſerunt. Quamquam Carolus ejus frater in diplomatibus ſuis eodem additamento uſus eſt, ut inferiùs videbimus.

a Spicil. tom. 5 pag. 369 & ſeqq.

b Ital. Sac. tom. 4 col. 788.

V. Poſt Carolum Calvum Ludovici ſucceſſorem, cujus Caroli formulas in ſuperiori capite retulimus, ex ordine venit Carolus Craſſus, cujus formulas initiales reperio diverſas, at ſemper cum invocatione ſanctæ & individuæ Trinitatis à Carolo Calvo accepta, & in ſubſequentes Imperatores tranſmiſſa. Communior eſt hæc formula initialis. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Karolus divina favente gratia Imperator Auguſtus*, in Spicilegii tomo VII [c], in Italiæ ſacræ [d] tomo IV variis in locis, ubi pro *gratia* legitur *clementia*, & apud Sirmundum in Conciliorum Galliæ tomo tertio [e]. Hanc formulam inito poſt mortem Carolomanni Italiæ regno, ante acceptum Imperium adhibuerat in Miſcellaneis Labbeanis [f] ex Marquardo Frehero: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Carolus divina favente gratia Rex Francorum & Germanorum.* Eadem legitur ſuppreſſis duobus poſtremis verbis, apud Puricellum [g] non ſemel: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus divina favente clementia Rex.* At in appendice Capitularium num. C XIX habetur iſta: *In nomine Domini Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti, Karolus divina propitiante clementia Imperator Auguſtus.* In Monumentis Paderbornenſibus [h] legitur, *favente gratiâ sereniſſimus Imperator Auguſtus.* Exſtat in Metropoli Saliſburgenſi [i] diploma Carolo Calvo perperam attributum, quod eſt Caroli Craſſi, ſub hoc initio: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Carolus divina favente clementia Imperator Auguſtus.* ubi poſt *Carolus* malè inſeritur *Calvus.* Id patet non ſolùm ex invocatione, ſed etiam ex notis

c Spicil. tom. 7. p. 185.
d Ital. Sac. tom. 4 col. 595, 596, 790, 1165.
e Conc. Gal. tom. 3 pag. 521.
f Labbe pag.
g Puricell. pag. 225 & 230
h Monum. Paderborn. pag. 263.
i Metrop. Saliſb. tom. 2 pag. 18.

A chronologicis, *anno ab Incarnatione Domini* DCCC LXXXIII *Ind.* I, *anno imperii Caroli Imperatoris* III.

VI. Caroli Craſſi formulam item imitati ſunt ſubſequentes Imperatores, quantum ex editis eorum diplomatibus mihi colligere licuit. Arnulfus Imperator apud Gretſerum [a] de Divis Bambergenſibus: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Arnulfus divina favente clementia Imperator Auguſtus.* Zuentiboldus, *miſericordia Dei Rex*, & in Monumentis Paderbornenſibus [b]. Henricus Auceps: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex*, apud Meibomium [c] poſt Witichindum, & in Monumentis Paderbornenſibus [d]. Otto I: *In no-*
B *mine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Otto divina favente clementia Imperator Auguſtus*, apud Papebrochium in Propylæo. Otto II. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Otto divina favente clementia*; ſeu *divina opitulante clementia Rex*, in pluribus litteris apud Meibomium. Otto III in Monumentis Paderbornenſibus [e], *ſuperna favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus*, Henricus II in novem diplomatibus apud Gretſerum de Divis Bambergenſibus [f]: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex.* & poſt coronationem, *Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus.* Ita Henrici, Friderici, & alii Imperatores omnes, aut ferè omnes. Illud inſuper animadvertendum, Ottones, Henricos, & Fridericos in more habuiſſe,
C ut quo quiſque ordine eſſet, ſecundus, tertius, quartuſve; in ſubſcriptione deſignaret. At qui id initio diplomatis expreſſerint, paucos invenias ante ſæculum XIII, ut patet ex Metropoli [g] Salisburgenſi, ubi hæc leguntur: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Amen, Fridericus ſecundus divina favente clementia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus & Rex Siciliæ.* Idem in conſequentibus. Et filius ejus: [h] *Conradus divi Auguſti Imperatoris Friderici ſecundi filius, Dei gratia Romanorum in Regem electus ſemper Auguſtus, & heres regni Jeruſalem.*

VII. Redeo ad alios Reges, in primis ad Ludovici Pii filios, Pippinum Aquitaniæ, & Ludovicum Germaniæ Reges: ex quibus Pippinus ſic exorditur in Spicilegii
D tomo XII. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Pippinus gratia Dei Rex Aquitanorum.* In hiſtoria Trenorchienſi & in Appendice Capitularium idem initium, ſed prætermiſſa invocatione. Aſt in autographo Conchenſi, cujus ſpecimen & exemplum referimus; omiſſa item invocatione: *Pippinus ordinante divinæ majeſtatis gratia Aquitanorum Rex.* uti & in alio diplomate, quod hîc damus, & apud Perardum [i].

VIII. Ludovicus Germaniæ Rex: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, HLudovicus divina favente gratia Rex*, in Parte prima [k] Sæculi IV Benedictini, & apud Dubletum [l], cujus autographi ſpecimen in ære incidi curavimus. Alia hujuſmodi exempla ſuppeditat Metropolis [m] Salisburgenſis, in quorum nonnullis additur, *Rex*
E *Bajoariorum.* Quædam [n] ſic habent: *In nomine Domini noſtri Jeſu-Chriſti Dei omnipotentis, Ludovicus divina favente gratia Rex Bajoariorum:* alia, *divina gratia largiente:* ſed unum ex his [o] mendoſum videtur.

IX. Carolomannus Ludovici filius, & Bajoariorum Rex, patriam formulam imitatus eſt: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Carolomannus divina auxiliante clementia Rex.* qualia duo ejus diplomata habentur in Metropoli [p] Salisburgenſi. Hinc Carolomanno Bajoariæ Regi, non Pippini Regis fratri, tribuendum eſt diploma, quod exſtat apud Ughellum [q] pro cœnobio ſancti Zenonis, (ſed interpolatum his verbis, *pro anima Pippini avi & Caroli Martelli patris mei.*) Id conſtat tum ex Re-
F gis nomine, (neque enim Carolomannus Pippini frater umquam Rex fuit) tum ex formula ipſamet alterius Carolomanni Bajoariæ Regis, quæ in illo Zenoniano inſtrumento legitur: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Karolomannus divina favente gratia Rex.* tum ex Notarii ſubſcriptione, quæ ſic habet: *Mandavin. Not. ad vicem Theot. Maiſ. rog.* ubi legendum *Madalwinus Notarius ad vicem Theotmari recognovi*; ut in Metropoli Salisburgenſi [r]. Denique id confirmatur ex notis chronologicis privilegii Zenoniani: *Datum* II *Non. Octob. anno* III *regni Karolimanni sereniſſimi Regis in Bajoaria, & in Italia* V, *Ind.* XII. ſic enim chronicos characteres adſcribit Carolomannus Rex in loco mox laudato. Ex hac obſervatione colligitur

a *Gretſer. pag.* 520.
b *Monum. Paderborn. p.* 45.
c *Meibom. p.* 116.
d *Monum. Pader. pag.* 224.
e *Monum. Paderborn. pag.* 235.
f *Gretſer. pag.* 65 *& ſeqq.*
g *Metrop. Salisb. tom.* 1 *p.* 380 *& ſeqq.*
h *ibid. pag.* 228.
i *Perard. p.* 24.
k *Sæc.* 4 *P.* 1. *p.* 526.
l *Doublet p.* 784.
m *Metrop. tom.* 1 *p.* 317 *& tom.* 2 *p.* 11, 12, 13 *& ſeqq.*
n *tom.* 1 *p.* 224 *&* 225 *& tom.* 2 *p.* 12.
o *tom.* 1 *p.* 224.
p *tom.* 3 *p.* 60 *&* 61.
q *Ital. Sac. tom.* 5 *col.* 590
r *Metrop. tom.* 3 *pag.* 61.

tempus conditi cœnobii Zenoniani apud Veronam : quod ad principatum Caro- A lomanni Pippini fratris referendum perperam exiſtimant ex illo diplomate interpolato , & malè intellecto.

X. Carolus filius Lotharii primi Imperatoris , idemque Provinciæ Rex , eamdem formulam initialem adhibet atque pater : *In nomine Domini noſtri Jeſu-Chriſti, Dei æterni, Carolus divina ordinante providentia Rex* , addito , *piiſſimi quondam Lotharii Auguſti & inclyti filius.* qualia exſtant diplomata quatuor in Spicilegii tomo XII [a], & duo in appendice Capitularium. Sed tria ſunt in eodem Spicilegii tomo [b] Carolo tributa ſub diverſa formula , ſcilicet , *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Carolus gratia Dei Rex.* quæ pertinet ad Carolum Calvum , cui hæc diplomata B aſſignanda videntur. Aliam adhibet Carolus Provinciæ Rex apud Guichenonem [c]: *In nomine omnipotentis Dei & Salvatoris N. J. C. Carolus divinæ providentiæ clementia Rex.* Ejuſdem etiam Caroli eſt diploma , quod alii Carolo Magno , Johannes à Boſco [d] tribuit Calvo , pro eccleſia Viennenſi.

a Spicil. tom. 12 pag. 120 & ſeqq. & pag. 125.
b pag. 124, 126. 127.
c Hiſt. de Provence tom. 1 pag. 719.
d Vienna antiq. pag. 55.

XI. Boſo Provinciæ Rex : *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis , Boſo miſericordia Dei Rex*, apud Guichenonem [e]. & Ludovicus Imperator ejus filius [f]: *In nomine Dei æterni & Salvatoris N. J. C. Hludovicus divina ordinante clementia Imperator Auguſtus.* Hic ſupplendum , *In nomine Domini Dei, &c.* quæ eſt ipſamet formula diplomatis , quod Franciſcus Nouguierius in hiſtoria eccleſiæ Avenionenſis Ludovico C Pio perperam tribuit, ſed Ludovico Boſonis filio vindicat Honoratus Bouchius in hiſtoria Provinciæ , & poſt eum Carolus Cointius. Id confirmatur ex ſubſcriptione Notarii : *Gernerius Notarius ad vicem Alexandri Archicancellarii recognovi.* Alexander is erat Archiepiſcopus Viennenſis poſt annum DCCCC.

e Guichenon. Prov. tom. 1 pag. 766.
f ibid. tom. 1 p. 781.

XII. De Italiæ Regibus non poteſt certa ferri ſententia , propter varietatem formularum , quæ variis in locis , maximè in Italia ſacra occurrunt. Primates in Calabria aliquando incipiebant à ſigno crucis & ſubſcriptione , apud Paulum Æmilium Sanctorium in hiſtoria Carbonenſis monaſterii. ✠ *Signum manus Alexandri* D *domini terræ Claromontis. In nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti, Ego igitur, &c.* pro ſæculo XII. Item aliæ litteræ : ✠ *Signum manus meæ Hugonis de Claromonte.* ✠ *Signum manus meæ Gimargæ conjugis ſuæ. Scientes nos , &c.* Et ne Langobardorum Reges omnino intactos dimittamus , notandum eſt , illis maxime placuiſſe *excellentiſſimi* titulum , ut patet ex Edictis , quæ pro nova legum inſtitutione ediderunt. Rotharis anno DC XLIII. *Ego in Dei nomine Rotharis Rex , vir excellentiſſimus , ſeptimus-decimus Rex gentis Langobardorum , anno regni mei Deo propitio octavo , &c.* Liutprandus anno DCC XIII *robuſtiſſimum deceſſorem noſtrum atque eminentiſſimum Rotharim Regem* vocat , & de ſeipſo hæc habet. *Ego in Dei omnipotentis nomine Liutprand, excellentiſſimus , Chriſtianus & catholicus Deo dilectæ gentis Langobardorum Rex , &c.* E Ratchiſus anno DCC XLVI. *Ego divino auxilio fretus Ratchis præcellentiſſimus & eximius Princeps, &c.* Denique Aiſtulfus anno DCC LVI. *Ego Aiſtulfus præcellentiſſimus , catholicus Langobardorum Rex , &c.* Ad has formulas accedunt varia diplomata in Italia ſacra : in cujus tomo VIII plurima exſtant optimæ notæ, ſcilicet in Chronico [g] ſanctæ Sophiæ , quæ ceterorum norma cenſeri poſſunt. Poſt Langobardicos Reges Italiam tenuerunt tùm Imperatores , de quorum formulis jam actum eſt , tum Reges , qui ab invocatione ſanctæ & individuæ Trinitatis incipere amant, & in inſcriptione , *divina favente clementia Rex* , addito quandoque *Romanorum.* Henricus Rex , addit *humilis* , apud Puricellum [h]: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis , Henricus* F *divina favente clementia humilis Romanorum Rex.* Attamen Berengarius ſic habet [i]; *In nomine Domini noſtri Jeſu-Chriſti Dei æterni , Berengarius gratia Dei Rex.*

g Ital. ſac. tom. 8 col. 561 & ſeqq.
h Puricell. pag. 534.
i id pag. 266.

XIII. Non minùs ambiguæ ſunt formulæ apud Siciliæ Reges. Rogerii Regis diplomata aliquando incipiunt ab invocatione & anno Incarnationis hunc in modum. *In nomine Dei æterni & Salvatoris N. J. C. anno Incarnationis ejuſdem* M C XXXIII *Ind.* II , *ego Rogerius, &c.* apud Rocchum Pirrum in Sicilia ſacra [k] , latinæ verſionis ex græco. Aliquando ſic [l]: *Rogerius in Chriſto Deo fidelis & potens Rex , &c.* Alio modo [m]: *In nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti. Sicut radius ſolis . . . . in menſe*

k Sicil. lib. 3 pag. 392.
l ibid pag. 295.
m pag. 295.

A *Maii*, VII *Ind. ſedente me Rogerio magno Rege, &c.* Denique aliquando more aliorum Regum, ut Rogerius Rex, Comitis Rogerii filius[a]. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, amen. Rogerius Dei gratia Siciliæ, Calabriæ, & Apuliæ Rex. Regiæ liberalitatis, &c.* Alii ſive Epiſcopi, ſeu Optimates, non raro ab invocatione & anno Incarnationis exordium ducebant[b]: aliquando ab orbe condito[c].

a *pag.* 502.
b *pag.* 390, 391 485 633, *&c.*
c *lib.* 4 *pag.* 67.

XIV. Ad Anglorum Reges quod attinet, inconſtantes ſunt etiam eorum formulæ initiales, pleræque heteroclitæ. Quædam incipiunt ab his verbis. *Regnante in perpetuum Domino noſtro Jeſu-Chriſto, ac cuncta mundi jura juſto moderamine regenti, ego Offa Rex Merciorum, &c.* in Monaſtico[d] Anglicano. quæ fere formula eſt Con-
B cilii Cloveshovienſis, & Kenulfi Regis, cujus diploma ſic incipit ibidem[e]. *Regnante in perpetuum omnipotente Deo & Domino noſtro Jeſu-Chriſto, Ego Kenulfus Rex Merciorum.* quod diploma recognitum eſt ab anonymo Rege. Anno DCC XVI, *Ethelbaldus divina diſpenſatione Rex Merciorum, omnibus catholicæ Fidei cultoribus ſalutem perpetuam*, apud Ingulfum[f]. Item anno DCC XCIII, *Offa Rex Merciorum omnibus per univerſum regnum Merciæ philochriſtis ſalutem perpetuam*, apud eumdem Ingulfum[g], qui alias aliorum Regum formulas refert, in quibus Reges Merciorum paſſim præferunt *ſalutem.* Ita Kenulfus[h], & Witlaſius[i], ita Bertulfus[k], cujus hæc formula. *Bertulfus Rex Merciorum venerabili patri domino Siwardo Abbati Croylandiæ,*
C *omnibuſque fratribus ſuis monachis ejuſdem monaſterii, præſentibus & futuris, ſalutem in Domino ſempiternam.* Succeſſor ejus[l]: *Beorredus largiente Dei gratia Rex Merciorum omnibus provinciis & populis earum univerſam Merciam inhabitantibus, & Fidem catholicam conſervantibus, ſalutem ſempiternam in Domino noſtro Jeſu-Chriſto.* Denique Edredus Rex[m]: *Pax in ſummæ Trinitatis nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti amen: Ego Edredus Rex terrenus ſub imperiali potentia Regis ſæculorum æternique Principis magnæ Brittanniæ gerens imperium, univerſis Chriſtianis, tam & præſentibus, quàm poſteris, ſalutis beneficium in auctore ſalutis.* Hæc ex Ingulfo idcirco refero, quod hæc diplomata præ ceteris indubitata videantur. Sed quid magis inſolitum legi poteſt, quàm
D ſancti Eduardi Regis & Confeſſoris hoc exordium? *In onomate ſummi Kyrios omnia jura regnorum gubernantis*[n], *&c.* A Labaro incipiunt diplomata Ethelredi Regis anno M IV, Canuti Regis, & Willelmi Conquæſtoris, in Monaſtico Anglicano[o]: quod etiam uſurpavit Wlſtanus Epiſcopus Wigornienſis.

d *Monaſt. Angl. tom.* 1 *pag.* 28.
e *pag.* 101.
f *Ingulf. fol.* 484 *verſo.*
g *id. fol.* 486.
h *ibid. verſo.*
i *fol.* 487.
k 488 *verſo.*
l *fol.* 491 *verſo.*
m *fol* 497.
n *V. Doublet. pag.* 831.
o *Monaſt. Anglic. tom.* 1 *pag.* 218, 258, 265, 276, 288, *&* 126.

XV. Supereſt agendum de Hiſpaniæ Regibus, quorum pauca diplomata omni ex parte ſincera nobis reliquit Maurorum infeſtatio. Exſtat apud Dubletum[p] charta Adefonſi ſub hoc initio: *In nomine Domini amen. Sicut in omni contractu*, &c. *Quapropter ego Adefonſus Dei gratia totius Hiſpaniæ Imperator, &c.* cujus diplomatis ſpecimen ex autographo damus. Alia quatuor apud Yepezium[q] incipiunt ab hac
E formula: *In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti ab utroque procedentis*, &c. Denique alia exſtat in hæc verba: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, & beatæ Mariæ.* Hæc in ſpecimen ſufficiant.

p *Doublet pag.* 891
q *Yepez tom.* 4 *ſcript.* 19 *tom.* 5 *ſcript.* 3, 4, *&* 14.

CAPUT V.

F I. *Privatorum formulæ initiales variæ pro Notariorum genio.* II. *Apud Francos.* III. *Alamannos.* IV. *Germanos,* V. *& Italos.* VI. *Formulæ pro ſingulis locis fere uniformes.*

I. SI publicorum inſtrumentorum ſollemnes formulas habuiſſent veteres, non eſſet nobis hac de re magnopere ſatagendum. Nunc autem adeo ex Notariorum genio & arbitrio pendebant omnia, ut nullis fere legibus aut vulgaribus formulis tenerentur. Edidit quidem Marculfus monachus Formularum libros duos, ſed quos ex variis actis in communem formam redegerat, nulla publica auctoritate receptos. Ineſt tamen in veteribus inſtrumentis neſcio quis genuinus chara-

ĉter, quem faciliùs animo ſentiunt litterati homines, quàm verbis exprimunt. Et A
in regalibus quidem litteris major ſervata eſt ſtili æqualitas, ut ex dictis patet,
quàm in privatis, de quibus hîc agendum nobis incumbit.

II. Hæc inſtrumenta paſſim incipiunt ab invocatione, aliquando ab inſcriptione;
non raro etiam abſque invocatione & inſcriptione à particula cauſativa ſeu
illativa; aliquando ab anno.

Apud Marculfum has invenio invocationes pro Francis: *In Dei nomine. In nomine Domini. Ego in Dei nomine*, in Notitiis poſt Marculfum. Ab inſcriptione inſtar
epiſtolæ: *Domino ſancto ill. Epiſcopus, &c. Domino fratri illi ille. Domino verè ſancto
atque ſedula oſtenſione, patentibus virtutum miraculis, Chriſti remuneratione fulgenti oratorio ac cellulæ, &c.* A particula cauſativa ſeu illativa: *Oportet enim*, in formula prima variorum. *Quidquid enim*, in lib II cap. VII, & XIV apud Marculfum. *Ideoque
placuit*, in lib. II cap. XXIV. tametſi ſubintelligenda videtur inſcriptio in lib. I cap.
II & cap. XIII. Denique ab anno ſic: *Regnante in perpetuum Domino noſtro Jeſu-Chriſto. anno illo regnante illo Rege, ſub die illo, ego ille*, apud Marculfum in lib. II
cap. XVII, & in formulis veteribus lib. I cap. XI, & in appendice Baluziana. *In
nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti, &c.* teſtamenta ſancti Eligii [a] & Ingoaræ [b]
in Actis Benedictinis. Teſtamentum item ſancti Aredii Abbatis [c] ab eadem invocatione incipit & à chronologicis notis. Aldegardis nobilis femina in Chartario C
Celſinianenſi mſ. cujus copia à viro cl Boucheto nobis facta eſt. *Ego enim in Dei nomine, Dominicus, &c.* Item, *Sacroſanctæ Dei eccleſiæ, quæ vocatur Celſinanias, &c.*
paſſim. Ex magnatibus notanda eſt charta Hugonis Magni apud Beſlium [d] in
libro de Comitibus Pictavenſibus. *In nomine ſummi & æterni Salvatoris Domini noſtri
Jeſu Chriſti, Hugo excellentiſſimus Francorum Dux & Marchio, &c.* Aliam ejuſdem
ſub alia formula, vide ſis apud eumdem Beſlium [e].

III. Apud Goldaſtum per ſæculum octavum & nonum apud Alamannos: *In
Dei nomine: In Chriſti nomine: In nomine Domini noſtri Jeſu-Chriſti: In nomine Domini
Dei æterni: In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis: In nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti: In nomine Dei ſummi, Ego itaque in Dei nomine, &c.* Inſcriptio: *Sacroſancto monaſterio ſancti Galli, Domino ſacroſanctæ baſilicæ, &c.* Particula cauſativa ſeu D
illativa: *In Dei igitur nomine: Chriſti enim*, ſeu *igitur favente clementia, &c.* Hæc ex
Goldaſto in tomo ſecundo rerum Alamannicarum.

IV. Quæ formulæ apud Germanos maximè obtinuerint, colligitur ex libris
tribus Traditionum Fuldenſium optimæ notæ, quorum duo primi libri ſæculum
nonum vix excedunt. Uſitatior eſt formula: *Ego in Dei nomine, Ego itaque in Dei
nomine.* Exſtat pag. 478 charta incipiens ab anno ſic. *Anno dominicæ Inc.* DCCC
XXXVIII *Ind.* I, *&c.* Alia pag. 541. *Anno dominicæ Inc.* DCCC XXV *Ind.* III, *&c.* E
Item aliæ pag. 744 & 745. Minùs uſitata eſt hæc pag. 542. *In nomine ſanctæ Trinitatis, & ſancti Petri, & ſancti Stephani Protomartyris.* Precariæ (non raro etiam
chartæ donationum) in epiſtolæ formam redactæ ſunt, tam apud Francos, quàm
apud Germanos, & Alamannos, ut, *Sacroſancto monaſterio*, ſeu, *Sacroſanctæ baſilicæ, quæ eſt conſtructa in honore, &c. Domino ſancto, ac venerabili baſilicæ, &c.* quæ
formulæ paſſim reperiuntur apud Goldaſtum in tomo ſecundo ac tertio rerum
Alamannicarum, in Traditionibus Fuldenſibus, apud Perardum in Burgundicis
monumentis, & in actis Aldrici Epiſcopi Cenomannenſis, qualis eſt hæc [f]: *Domino venerabili eccleſiæ Cenomanicæ clero Domnolus Epiſcopus.* quæ eſt charta traditio- F
nis, ſequens verò precariæ [g]: *Domino ſancto ac venerabili baſilicæ ſanctorum Gervaſii
& Protaſii, &c.* Alias ejuſdem formæ in ſubſequentibus [h] habes.

V. Non hinc pedem antè movere licet, quàm aliquid ſimiliter de privatorum
formulis in Italia uſitatis obſervavero. In multis exemplis quæ habentur in Chronico, ſive potius chartario Beneventani monaſterii ſanctæ Sophiæ pervetuſti, uſitata eſt hæc formula [i]: *In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti offero* &c. *concedo*, ſeu *concedimus* &c. *Nos Pandolfus* &c. Quidam in invocatione, *Domini æterni* [k].
Alii inſuper [l]: *& in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* Alii denique ſic: [m] *In no-*

a *Sac. 2 Bened. pag.* 1091.
b *Sacul. 3 Bened. part. 2 pag.* 616.
c *Analect. tom. 2 pag.* 48.
d *Beſly pag.* 241.
e *pag.* 239.
f *Baluz. Miſcell. tom. 3 pag.* 18.
g *ibid. pag.* 154.
h *pag.* 158 *& ſeqq.*
i *Ital. ſac. tom* 8 *col.* 583 *& ſeqq.*
k *col.* 699, *&c.*
l *col.* 702 *& ſeqq.*
m *col.* 583.

A *mine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti ejuſque ſanctiſſimæ genitricis* &c. Huc per-
tinet illa Anſelmi Epiſcopi Mediolanenſis apud Puricellum [a]: *In nomine ſanctæ ſem-* a *Puricell. pag.* 481
piternæque & individuæ Trinitatis & ſancti Sepulcri Domini noſtri Jeſu-Chriſti. Nonnulli
poſt invocationem ordiuntur à chronologicis notis, id eſt, ab annis ſive Chriſti,
ſive Principum ſuorum. Exempla paſſim occurrunt in litteris Epiſcoporum [b] atque b *Ital. Sac. tom.* 8
etiam Ducum [c]. Hæc autem initiandi ratio paſſim occurrit in egregio Chronico *col.* 698 *& ſeqq.*
ſeu chartario Caſaurienſi mſ. ex quo exempla quædam occurrunt in eodem Chro- c *col.* 711. 713 *&c.*
nico, quod pridem typis vulgatum eſt in Spicilegii tomo V. In Chartario mſ. occur-
rit primo loco: *In Dei nomine regnantibus Dominis noſtris Karolo & Pipino filio ejus piiſ-*
B *ſimis Regibus Francorum & Longobardorum, ſed & Patriciis Romanorum, anno regni eorum
in Italia Deo propitio* XII *&* V. *Sed & temporibus Dompni Ildeprandi Ducis Spoletinorum, anno
Ducatus ejus* XII, *menſe Junio, per Indict.* VIII. *Ideo conſtat me Peſſido vendidiſſe* &c. &
folio ſecundo: *In Dei nomine ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti anno* DCCCC
LXXVI, *imperante Dompno Ottone divina providentia Imperatore Auguſto, anno imperii ejus
Deo propitio* VIIII, *menſe Mad. Ind.* IIII. *Ideo conſtat me* &c. Exempla ſunt ejuſmodi
ſexcenta. Unicum ex his inſuper afferam, quod legitur in ejuſdem Chartarii parte
prima. *In Dei nomine ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu-Chriſti anno* DCCCC XCV *menſe
Junio, Indict.* XIII. *Idcirco ego Tranſarico Saligo, filio quondam Racteri ex natione Fran-*
C *corum, bona & ſpontanea mea voluntate ſecundum meam Saligam legem, per feſtucam &
andelaginem ſuper cultellum & guaſonem, & per hanc chartulam vendidi & tradidi Siſenando
Saligo* &c. ubi *Saligi* nomine intelligitur homo, qui lege Salica vivit. Paullo aliis ver-
bis conceptus eſt libellus dotis ibidem, oratione converſa ad ſponſam. *In Dei no-
mine, dulciſſima ſponſa mea Helegrina, ego enim Folradus filius quondam Eriperti ex gene-
re Francorum, & modò habitator ſum in pago Pinnenſi. Dum non eſt incognitum, qua-
liter per voluntatem Dei, vel parentum quondam tuorum te deſponſavi* &c. De Italis ha-
ctenus.

VI. Hæc omnia dum apud me reputo, venit in mentem, quibuſque eccleſiis ac mona-
D ſteriis, quæ ſuos habebant Notarios, Cancellarioſve, ſuas fuiſſe precariarum, præſtaria-
rum, donationum & venditionum formulas communes & uſitatas: & quas primi cujuſ-
que loci Cancellarii induxerant, eas alii ſubinde imitarentur. In quibuſdam tamen re-
bus ubique receptæ erant formulæ uniformes, ut in monaſteriis noſtris de oblatio-
ne puerorum, quæ ſollemnibus verbis eadem ubique fiebat. Ejus formulas noſter
Acherius in Notis ad Lanfrancum [d] refert ex mſ. codice Remigiano, omnino ſimi- d *Nota in Lanfr. pag.* 363.
les illi, quam Smaragdus habet in commentario ſuper Regulam [e] ſancti Benedicti. e *Smaragd. in c.* 39 *Reg. S. Bened.*

E

CAPUT VI.

I. *Numerus pluralis pro ſingulari in prima perſona.* II. *A Merovingicis Re-
gibus uſitatus, contra Papebrochium.* III. *etiam à privatis.* IV. *Laus ſui
ipſius in veteribus chartis.* V. *Tituli compellatorii Regum, Reginarum,
eorumque liberorum.* VI. *Majeſtatis titulus Papæ, Archiepiſcopis, aliiſque
nonnullis tributus.* VII. *Papæ & Epiſcoporum tituli compellatorii &
honorifici.* VIII. *Regum Francorum elogia quædam.*

F

I. AB initialibus diplomatum formulis progredior ad ſtilum contextûs, in quo
primum venit examinandum id, quod vir doctus aſſerit in Propylæi ſui
num. 34. ſcilicet *Regem Dagobertum* in San-Maximiano diplomate, *de ſeipſo nonniſi
in numero ſingulari loqui: nec ullum*, inquit, *hactenus diploma reperi ſatis ſincerum, quod
perſuadeat antiquiorem aliquem Regem Francorum, vel ipſummet Dagobertum, aut filios
ejus, Sigibertum & Chlodoveum, plurali numero uſos fuiſſe in diplomatis ſcribendis, adeo ut
ea loquendi forma credi poſſit primum ſuum initium ſub Dagoberti nepotibus habuiſſe: ſi ta-
men ſatis certa ſunt etiam illa inſtrumenta, quæ ſub eorum habentur nominibus.* Hæc eruditi

viri ſententia : à qua penitùs recedere me compellunt indubitatæ litteræ, quæ cùm A ante, tum poſt Dagobertum à Regibus noſtris plurali numero editæ ſunt : atque ob eam etiam rationem ſuſpectum habere licet ſancti Maximini diploma ab ipſo tantopere venditatum, quòd Dagobertus in eo de ſe loquatur numero ſingulari.

II. Quippe Chlodoveus Magnus, tum in epiſtolis, tum in diplomatibus ſuis, pluralem ſibi numerum tribuit, exemplo Imperatorum aliorumque Regum, eo ſuperiorum, aut ipſi æqualium : quos inter Oſtrogothorum Reges hunc loquendi modum apud Caſſiodorum perpetuo affectaſſe inveniuntur. Nec ab regio illo more deſcivit (ut mox dicebam) Clodoveus Magnus in epiſtolis ſuis, quarum omnium inſtar eſt illa, quam ad Epiſcopos poſt bellum Gothicum ſcripſit, in qua plurali ſemper numero B de ſe loquitur, *ingrederemur*, *præcepimus*, *in pace noſtra*, *populus noſter*, excepto quod in fine habet, *Orate pro me*. Eamdem formam ſervavit in diplomatibus, ut probat Mitiacenſe, quod in ſpicilegii tomo V vulgatum eſt, in quo Chlodoveus utitur his verbis, *concedimus*, *tradimus*, *præbemus*. tametſi ſicuti ſuperior epiſtola, pronomine ſingulari hoc diploma ita concluditur : *Ita fiat ut ego Chlodoveus volui.* Ejus veſtigiis inſtitêre Theodericus, Childebertus, & Sigibertus Reges in vulgatis eorum epiſtolis : in quibus idem procul dubio loquendi modus, atque in diplomatibus ſervatus eſt ; idque à poſteris obſervatum uſque ad tempora Henrici primi Francorum Regis, qui pronomen *ego* (quod Carlovingi penitùs abjecerant) & ſingularem numerum C reduxit in morem, & poſt eum Philippus, tum uterque Ludovicus VI & VII, ut in ſuperiori capite III obſervabam. Conſtantem pluralis numeri uſum abunde confirmant ſincera Merovingicæ ſtirpis diplomata, ad calcem hujuſce operis exſcribenda : quibus adjungere licet edictum Childeberti tertii Francorum Regis (ut hìc omittam non ſemel memoratam Decretionem[a] Childeberti primi ſuo & optimatum nomine pluraliter ſcriptam) in confirmationem Ephibii Abbatis Teſtamenti : quo in edicto[b] Childebertus ita de ſe loquitur. CHILDEBERTUS *Rex Caeoldo Patri... Edictum noſtrum... ſuperſcripſimus. noſtra autoritate.. fiſco noſtro.. noſtram gloriam.. à nobis conceſſo. Hoc Edictum ego Childebertus regno meo in anno tertio conſtitutum roboravi.* Ex D quibus omnibus intelligimus, Reges primæ ſtirpis pronomine *Ego* uſos aliquando, ſed dumtaxat in ſubſcriptione nominis, quod in diplomatibus Merovingorum ſolus adhibuiſſe videtur Chlodoveus Magnus. Nam Theodericus Chlodovei II filius qui in ſubſcriptione à ceterorum more recedit, hoc quidem pacto ſubſcribit. *In Chriſti nomine Theudericus Rex ſubſcripſi* : at pronomen *ego* neutiquam præmittit, nec ullus (quem ſciam) Carlovingorum ; pauci Capetiorum ante Henricum Regem, qui ſingularem numerum & cum prænomine *ego* paſſim in ſe tranſtulit. Inter Carlovingos tamen intruſos invenitur Radulfus ſeu Rodulfus Rex, qui in litteris[c] pro cœnobio Bleſenſi anno DCCCCXXIV datis ita incipit : *Ego Radulfus Rex cæleſtibus dictis ad-* E *monitus* &c. cujus rei quædam exempla forſan in Carlovingis alia reperies. Ad hæc Carolomannus, Caroli Magni frater, in diplomate pro ſancto Dionyſio, cum plurali modo de ſe ſemper loquatur, habet tamen, *bonæ memoriæ genitore meo.* Et Carolus Magnus in litteris ſuis, quas ex chartario ſancti Michaëlis agri Virdunenſis huc retulimus, *circa genitorem meum & circa me.*

III. Jam verò in chartis hominum privatorum regnantibus Meroveadis pluralis numerus pro ſingulari nonnumquam adhibetur, veluti in regiis. Sic in teſtamento ſuo Aredius Abbas Attanenſis, regnante Sigiberto I, cùm poſt invocationem orſus ſit à pronomine *Ego*, in conſequentibus plurali numero perpetuò de ſe loquitur, F præterquàm in ſubſcriptione, *Ego Aredius* &c. Sic etiam Ephibius itidem Abbas teſtamentum ſuum ita inchoat : *Ego Ephibius teſtamentum de rebus meis trado* ; perſequitur verò in hunc modum : *Tradimus quæ à domino noſtro glorioſo Childeberto pro ſervitio noſtro adquiſivimus.. confecimus.. ſororis noſtræ.. teſtamento noſtro inſeruimus.* Contra ſoror ejus Rufina in litteris donationis ſemper abſtinet à plurali. Miſta eſt ex ſingulari & plurali numero in eodem commate formula Cauſoini apud Goldaſtum[d] in hunc modum. *Nos verò Cauſoinus conſtat me dare* &c. tum infrà : *Et ſi quis (quod non credimus) aliquis aliquando heredis meus* &c. Pertinet quidem hæc charta ad ſæculum octavum,

a *Apud Bignon. in lib. legis Salicæ p. 83. & in nova Capitul. edit.*
b *Spicil. tom* 12 *pag.* 101.
c *Sæc.* 4 *Bened. part.* 2 *p.* 246.
d *Gold. tom.* 2 *rerum Alam. p.* 48. *& tom.* 3 *p.* 65.

[library stamp]

A octavum: ſed ejus formula tanto mihi viſa eſt dignior obſervatu, quanto inuſitatior. Mitto alium morem inducendi numerum pluralem pro ſingulari ſecundæ perſonæ; qui mos etſi à ſæculo V receptus eſt, ut patet ex Ennodii aliorumque ſubſequentium epiſtolis, putà Aviti ad Chlodoveum Magnum, Aureliani ad Theodebertum & Caſſiodori [a] formulis; raro tamen in diplomatibus veteribuſque chartis (ſi tamen umquam) adhibitus eſt.

a *Caſſiod. lib.* 4 *epiſt.* 1 *&c.*

§. IV. Longè inſolentior nonnullis videatur hic loquendi modus, quo chartarum auctores ſe ipſos immodicè laudant. Willelmus Partenacenſis in charta pro cœnobio Angeriacenſi apud Beſlium [b] de Comitibus Pictavorum: *Hic igitur ego Willelmus,*
B *generoſitatis maximæ ditatus* &c. Exſtant hujus generis exempla non pauca, etiam de Epiſcopis, in chartario Brivatenſi, ubi hæc legimus. *Pontius divina annuente gratia Comes eximius Gaballitanenſis telluris, necne Forenſis patriæ, vita & moribus præclarus, ingenio excellentiſſimus* &c. Idem de ſe teſtatur Stephanus Claromontenſis Epiſcopus, *Præſul eximius, vita & moribus præclarus.* Quo minùs mirandum eſt, Adalardum, ejuſdem ſedis Pontificem, mentionem facere *ſerenitatis* ſuæ, quem titulum Imperatores ac Reges ſat habuerant ſibi tribuiſſe: hic verò, *adierunt ſerenitatem noſtram,* inquit in charta, quam *opuſculum* ſingulari nomine appellat. Præter hunc Gauzlinus Tullenſis Epiſcopus anno DCCCC XXXVI in charta pro cœnobio ſancti Apri eo-
C dem vocabulo uſus eſt, *ſerenitati noſtræ,* ex archivo ſancti Apri. Hos loquendi modos in notarios imperitos, qui quod hominem de ſe loquentem deceret, non caperent, facilè rejicerem; niſi conſimiles in magnis piiſque viris auſus animadverterem. Nam & ſanctus Audoënus initio libri ſecundi de vita ſancti Eligii, ſe & Eligium *ſanctos viros* dicit: & Willibaldus Epiſcopus æque ſanctus, ſe & Lullum *bonæ induſtriæ viros*: & Anaſtaſius in ſcholiis ad Synodum octavam, ſe primum inter Miſſos Ludovici Imperatoris nominat his verbis: *Anaſtaſius Deo amabilis Bibliothecarius.* His adde aliud exemplum ex tomo I Analectorum, ubi Gerardus Abbas in prologo ad Vitam ſancti Romani Epiſcopi, quam Hugoni Rotomagenſi Ar-
D chiepiſcopo nuncupat, non ſolum nomen ſuum Hugoni præponit, ſed etiam ſe *venerabilem* [c] Patrem cœnobitarum appellat. Sic ferebat illorum temporum uſus, qui nec modeſtiæ repugnare credebatur in piis viris & Epiſcopis, tametſi hi paſſim ſe *humiles* ac *peccatores* dicebant in litteris ſuis. Immo nonnumquam alii elogii vice *humiles* dicebant Epiſcopos: quo ſenſu Iſaac ſanctæ Gratianopolitanæ eccleſiæ *humilis* [d] *Epiſcopus* dicitur in ſerie Viennenſium & Gratianopolitanorum Antiſtitum. Ceterum non ſolùm in inſcriptionibus, ſed & in ſubſcriptionibus frequentes ſunt ejuſmodi tituli honorifici, quibus utuntur Reges atque adeo Imperatores. *Signum Caroli glorioſiſſimi Regis. Signum Ottonis invictiſſimi Imperatoris* &c. Sed præ ceteris magni-
E fica eſt Rogerii Siciliæ Regis ſubſcriptio in Sicilia Sacra [e]: *Rogerius in Chriſto Deo bene fidelis, potens Rex, & Chriſtianorum adjutor.*

b *Beſly p.* 395.

c *Analect. tom.* 1 *p.* 107, 110 *& ſeqq.*

d *ibid. pag.* 104.

e *Sicil. lib.* 4 *p.* 14.

V. Huic argumento affine eſt aliud de titulis compellatoriis, qui in veteribus inſtrumentis occurrere ſolent. Reges primæ ac ſecundæ ſtirpis apud Francos utebantur vocabulis *celſitudinis, ſerenitatis,* & ſimilibus, cùm ſermonem de ſe ipſi inſtituebant: alii eos *excellentiæ, magnitudinis, gloriæ,* aliiſque ſimilibus nominibus paſſim compellabant. Iidem uxores ſuas *Reginas* vocabant, ut Childebertus tertius in diplomate inferiùs edendo, *præcellentiſſima Regina noſtra Chrothildis.* Hoc vocabulo ſæpiſſime utuntur mediæ ætatis ſcriptores. Eddius Stephanus in libro de vita ſancti Wil-
F fridi Epiſcopi Eboracenſis [f] *Reginam Regis Oſwin.* & poſtea, [g] *Regis Egfridi Regina,* id eſt uxor, itemque alibi apud eumdem. Eodem etiam titulo donabantur Regum filii ac filiæ, eumque ſibi ipſæ tribuebant. Unde Chrodieldis Sanctimonialis cœnobii ſanctæ crucis apud Pictavos, teſte Gregorio [h] Turonenſi Epiſcopo, dixit ad eos, qui ſibi vim inferebant: *Nolite ſuper me, quæſo, vim inferre, quæ ſum Regina, filia Regis.* Et filium Regis Marculfus *Regem* vocat in lemmate capitis [i] pro *nativitate Regis.* Et quidem *Dominorum* nomine comprehendebantur Imperatorum filii ac uxores, uti eruditus Garnerius ad librum Diurnum [k] obſervavit. Quapropter *Domnicellus* à Marculfo [l] appellatur Regis filius recens natus: in cujus nativitate *de unaquaque*

f *S[...]* 4 *Bened. part.* 1 *pag.* 677.

g *pag.* 689.

h *Greg. Tur. lib.* 10 *c.* 15. *V. Gloſſar. Cangii in* Regina.

i *Marculf. lib.* 1 *c.* 39 *& nota Bignonii.*

k *Diurn. pag.* 15.

l *Marculf. lib.* 2 *c.* 52 *V. lib.* 1 *c.* 39.

villa fiſcali tres homines ex ſervientibus , ex utroque ſexu , à ſervitio laxabantur. Quin A
mariti uxores ſuas, etiam in actis publicis, *dominas* appellitabant, ut eruditus Ægi-
dius Menagius [a] obſervat. Ad hæc Reges ipſi epiſtolas aut præcepta Optimatibus
ſuis dirigentes, eos *magnitudinis*, *ſollertiæ*, *prudentiæ*, *ſollicitudinis*, *induſtriæ & utili-
tatis* vocabulis cohoneſtabant, apud Marculfum, & alios.

VI. *Majeſtatis* compellatio Romano Pontifici, Archiepiſcopis, Regibus, ac
Principibus olim communis fuit: ſed rariùs ante ſæculum XI. Hugo Sueſſionenſis
Epiſcopus, & Petrus Abbas ſancti Remigii apud Remos in epiſtola ſua mſ. ad
Alexandrum III pro Novienſibus monachis inquiunt: *Majeſtatis veſtræ mandatum
debita veneratione ſuſcepimus.* Stephanus Tornacenſis [b] in epiſtola ad Lucium III. B
Majeſtas veſtra, &c. Eodem honoris titulo non modò Alexandrum III Papam
ſæpius [c], ſed etiam Hugonem Rotomagenſem [d] Archiepiſcopum afficit Arnulfus
Lexovienſis: *Litteras veſtræ majeſtatis accepimus.* Hunc titulum vix umquam Epiſco-
pis, nedum inferioris ordinis Clericis tributum invenio. Hinc colligo, epiſtolam
CCLXXVIII Stephani Tornacenſis inſcribendam eſſe Archiepiſcopo, non *Archidiaco-
no*, Burdegalenſi. Eum ſiquidem alloquens ſemel & iterum utitur vocabulo *maje-
ſtatis*, ſemel item *magnitudinis.* Mirum eſt verò Hilarum Papam in epiſtola tertia ad
Leontium Arelatenſem Pontificem ſic loqui de ejus provincia, *quæ ad monarchiam*,
inquit, *tuam pertinet.* quo minùs mirari ſubit, Gregorium Turonenſem [e] etiam C
monarchiæ vocabulum tribuere Lupicino Abbati. Denique *majeſtatis* etiam titulo
non ſolum Reges donati ſunt, ut Carolus Calvus à Johanne [f] VIII, Philippus
Francorum Rex primus ab Ivone [g]: ſed etiam eumdem titulum Hugo Campaniæ
Comes anno M C XIV uſurpavit in litteris, quibus cœnobio ſancti Remigii res
quaſdam concedit in Curte-Auſorum *: quas litteras *majeſtatis* (ait) *noſtræ ſigillo
conſignari feci.* Immo etiam eumdem ipſum titulum ſibi arrogavit Bruno Lingonen-
ſis Epiſcopus apud Perardum [h]: qui Bruno licet in inſcriptione dicatur *humilis Præ-
ſul*, tamen in contextu ait, *noſtram adiens majeſtatem*, &c.

VII. Nullum verò honoris vocabulum ſummo Pontifici prioribus eccleſiæ D
ſæculis tributum invenio, quod aliis Epiſcopis non fuerit conceſſum. Nam *ſan-
ctitatis*, *beatitudinis*, *coronæ*, *apoſtolicæ coronæ*, aliaque elogia obtinuerunt olim Epiſ-
copi, ab ipſis etiam Pontificibus Romanis: quos inter Hilarus Papa [i] Leontium
Arelatenſem *ſanctitatis* nomine compellat, uti & Johannes VIII [k] tres Archiepiſ-
copos: qui etiam Ottramno Vienneſi *ſanctimoniæ* laudem adſcribit, etiamſi ejus
audaciam & temeritatem arguit. Quin etiam eodem elogio donati ſunt Abbates uſ-
que ad ſancti Bernardi Abbatis ætatem [l], immo & Reges. Unde Attota Preſby-
ter in epiſtola reclamatoria ad Ludovicum Pium, quæ eſt I poſt Frotharianas:
Modò peto ſanctitatem veſtram, &c. & Stephanus Tornacenſis [m] in epiſtola ad Belam E
Hungariæ Regem: *Valeat ſanctitas veſtra, &c.* Quid quod *ſanctiſſimi* [n] dicti ſunt ab
Epiſcopis, etiam catholicis, Principes tum profani, tum hæretici? Fuit qui quon-
dam Johannem Papam VIII *nobilitatis* titulo proſecutus eſt, Lambertus Comes.
Factum indignè tulit [o] Pontifex, ratus id *ſæcularibus viris*, non ſuæ dignitati con-
venire; cenſuitque Lambertum hac in re minime ſibi devotum exſtitiſſe, ut qui
tam vilibus verbis & inconvenientibus ſermonibus [p] ſcripſiſſet. Non magis *ſæculare* vi-
detur *excellentiæ* vocabulum, quod tamen ſummis Pontificibus non adeo diſplicuiſſe
invenio. Eo quippe Hadrianum affecit Carolus Magnus in epiſtola apud Cheſ-
nium [q], eumdemque Alcuinus [r]; Leonem tertium Kenulfus Rex Merciorum apud F
Willelmum Malmesburienſem [s]; Paſchalem ſecundum Ivo [t] Epiſcopus Carnuten-
ſis. Neque propterea putes, *excellentiæ* titulum *nobilitatis* vocabulo potiorem & illu-
ſtriorem fuiſſe. Nam uterque Francorum Regibus tributus eſt à Pontificibus Ro-
manis, ut conſtat ex codice Carolino: cujus epiſtola XLII *Dominis nobiliſſimis atque
excellentiſſimis filiis Carolo & Carolomanno Regibus Francorum* à Paulo Papa inſcripta
eſt. & Caroli Magni filii ſat habuerunt, ſe *nobiliſſimos* dicere hîc in charta Giſe-
læ. Ex poſterioribus *nobiliſſimo B. Hungariæ Regi* inſcripta eſt in novæ editionis
epiſtola XXXIV Stephani Tornacenſis. Hæc extra propoſitum eſſe ne quis exiſti-

a *Menag. amœnitat. juris civil. cap.* 25.

b *Steph. Torn. ep.* 90 *novæ edit.*

c *Arnulf. Lexov. epiſt.* 25, 51, 55.

d *id. epiſt.* 15.

e *Greg. Tur. de vitis PP. cap.* 1.

f *Ioh. VIII epiſt.* 8.

g *Ivo epiſt.* 253.

* *Courtiſeux.*

h *Perard. pag.* 67.

i *Hilar. epiſt.* 1. *ad Leont.*

k *Ioh. VIII epiſt.* 163 *&* 192.

l *Bernard. epiſt.* 32 *& Stephan. Torn. epiſt.* 219 *novæ edit.*

m *idem Stephan. epiſt.* 34.

n *Vide Alemanni notas in Procop. pag.* 73 *&* 113.

o *Ioh. VIII ep.* 73.

p *Vide obſervationes ad ſpecimen Giſlæ infra in lib.* 5.

q *Cheſn. tom.* [illegible] *epiſt.* 22.

r *Alcuin. epiſt.* 53.

s *VVill. Mal. fol.* 16.

t *Ivo epiſt.* 109.

A met, memini aliquod privilegium falſi poſtulatum fuiſſe in cauſa forenſi, propterea quòd *excellentiæ* nomen Papæ aſſignatum fuiſſet. Eumdem nihilo minùs *excellentiæ* titulum Leutherico Senonum Antiſtiti tribuit Fulbertus Carnutenſis Epiſcopus [a], eumdemque ſanctus Bernardus Ricuino [b] Tullenſi; & *celſitudinis* Guilenco [c] Lingonenſi; ſed longè ante eum Montanus Toletanus Antiſtes Turibio viro religioſo. Denique *eminentiæ* nomine à Gregorio [d] Magno compellati ſunt Italiæ Epiſcopi non ſemel. Neque illud prætermittendum, quòd Eutyches Abbas dictus eſt *Papas* in Concilio [e] Calchedonenſi, (quamquam hoc nomine affectos fuiſſe etiam Clericos probat Gloſſarium Cangianum) & *Pater* Monachus in Vita Theodori [f] Siceotæ. Quo ſenſu apud Græ-
B cos Monachi ſeniores dicuntur *Abbates*. Adhæc *Domnus* in quadam epiſtola vocatus eſt Dalmatius Archimandrita CP. tempore Concilii Epheſini: & Ennodius Stephanum Abbatem *dominum* [g] appellat [h].

VIII. Redeo ad Francorum Reges, ex quibus Rotbertus *ſanctus Pater* compellatur à Fulberto [i] Epiſcopo Carnutenſi; idemque *Theoſophus* dicitur in charta [k] Willelmi Aquitaniæ Ducis pro cœnobio Burgulienſi: Philippus I & Ludovicus VI in nonnullis chartis & litteris *Venerabiles* dicti ſunt, ſeu *venerandi*. Hinc in Philippi diplomate hìc edito pro cœnobio Milidunenſi: *Signum Philippi venerandi Regis*. In Necrologio Argentolienſi prid. Idus Julii fit mentio de *anniverſario Venerabilis Philippi Francorum Regis*. Notitia de
C pænitentia Manaſſæ Comitis Regiteſtenſis his notis afficitur in archivo ſancti Remigii apud Remos: *Actum Remis & recitatum in generali Concilio, quod ibidem domnus Cono venerabilis Præneſtinæ urbis Epiſcopus celebravit anno incarnati Verbi* M C X V, *Ind.* VIII, *regnante Venerabili Rege Francorum Ludovico* &c. Eadem clauſula, *regnante venerabili Rege Francorum Ludovico*, legitur tum in litteris, quibus Rainaldus Remenſis Archiepiſcopus Guiterium Comitem Regiteſtenſem ab excommunicatione abſolvit, ex eodem archivo: tum in aliis, quas idem Rainaldus pro monachis Silvæ-majoris dedit anno M C XXVIII de altari *Day*. Mitto Reges Francorum Carlovingos nonnumquam dici *ſeniores* [l], id eſt dominos: quo nomine etiam inferiores domini appellantur, immo & Abbates, ſenio-
D res monaſteriorum, & mariti [m].

[a] *Fulbert. epiſt.* 55.
[b] *S. Bernard. epiſt.* 63.
[c] *epiſt.* 60
[d] *Greg. M. lib.* 2 *epiſt.* 28 *Ind.* 11.
[e] *Conc. Labbe tom.* 4 *pag.* 222.
[f] *Bolland. April. tom.* 3 *num.* 14. *Vide Sac.* 4 *Bened. part.* 1 *pag.* 47.
[g] *Ennod. lib.* 5 *epiſt.* 12.
[h] *V. Cangii Gloſſ. de tit. compellat. & ſuprà lib.* 2 *cap.* 2.
[i] *Fulbert. epiſt.* 87 *vide Dungali epiſt. ad Carol. M. Spicil. to.* 10. *p.* 157
[k] *Beſly pag.* 268.
[l] *Vide Manuale Duodana paſſim.*
[m] *V. Cangii gloſſar.*

CAPUT VII.

I. *Vocabula in chartis ſingularia.* II. *Cognominum ratio & origo.* III. *Sæculo undecimo apud Francos uſitatiora.* IV. *Unde accepta.* V. *Epiſcoporum, clericorum, monachorum, & feminarum olim rara.* VI. *Familiarum nomina quo tempore ad poſteros traduci cœpta.* VII. *Nomina an ſemper impoſita à baptiſ-*
E *mo, an Sanctorum.* VIII. *Non modo uniformi ſcripta.* IX. *Urbium ac locorum nomina ut flexa.* X. *Numerus rotundus pro accurato.* XI. *Enumeratio bonorum in chartis apud Francos uſitata ſub prima ſtirpe.*

I. SEd & *ſeniores* dicuntur eccleſiæ atque baſilicæ: at intereſt ſcire quid his nominibus importetur. *Seniores eccleſiæ* paſſim appellantur cathedrales; monaſticæ verò *ſeniores baſilicæ*. In Actis ſanctæ Balthildis [n] Reginæ, *per ſeniores baſilicas ſanctorum domni Dionyſii, & domni Germani, & domni Medardi, &c.* Sanctus Leutfredus Abbas [o] tranſlatus dicitur *in ſeniorem baſilicam, quæ ædificata eſt in honorem vivificæ crucis*. Frequens eſt *eccleſiæ*
F & *baſilicæ* mentio vetuſtis in chartis; *templi* rarior, ſaltem ſub prima & ſecunda ſtirpe, immo ſub initium tertiæ; tametſi apud auctores hæc vox promiſcuè uſurpatur. Hoc tamen vocabulum reperio in quibuſdam [p] litteris tum Theoderici Calenſis, tum Ludovici Pii, atque Frotharii Epiſcopi Tullenſis, & Caroli Craſſi Imperatoris. *Divi* nomen ad Sanctum deſignandum nuſquam reperio, ſive in diplomatibus, ſeu in vetuſtis auctoribus Chriſtianis. Reperimus tamen nonnumquam *avum* aut *patrem noſtrum divæ memoriæ*, cùm Reges de majoribus ſuis loquuntur. Sic Carolus Calvus in autographo pro conditione Abbatiæ Compendienſis [q]: *Divæ recordationis Imperator, avus ſcilicet noſter Karolus.* ſic eccleſia Remenſis in litteris ſuis de electione Arnulfi poſt mortem Adalberonis

[n] *Sæcul.* 2 *Bened. pag.* 780 *num.* 9.
[o] *Sæc.* 3 *part.* 1. *pag.* 591.
[p] *Vide hic chartam* 114 *lib.* 6 *& Notas.*
[q] *Exſtat hic in lib.* 5 *ad tab.* 31.

Archiepiſcopi[a]: *Divæ memoriæ patre noſtro Adalberone ſenſus corporeos relinquente, &c.* Jam A
Domni vocabulum non tantùm Abbatibus & monachis, ſed etiam Romanis Pontifici-
bus ac Regibus, immo & Sanctis tribuebatur ſub Meroveadis & Carlovingis: quo tem-
pore *pagus* vix, aut ne vix quidem in vetuſtis inſtrumentis ſumitur pro vico aut villa, ſed
pro civitate agroque circumpoſito, ac pro regione & tractu: (qua de re legenda Ha-
driani Valeſii [b] erudita Præfatio in Notitiam Galliarum.) neque *caſtrum* pro arce ſeu
æde cujuſcumque nobilis, ſed pro opido munito & urbe. *Manſus* pro villa ſeu fundo
coloni, *maſſa* apud Italos; *manſio* pro domo ſeu familia. *Miles* pro nobili paſſim: *Coepiſ-
copi* aliquando pro Chorepiſcopis: *Conſul* pro Comite, ſæculo præſertim x & x i. *Caſa*
pro monaſterio, præcipuè ſub Meroveadis, unde *Caſa-Dei*: *Monaſterium* pro quacum- B
que eccleſia, etiam cathedrali aliquando: *Cœnobium* rariſſimè [c] de alio quàm de mona-
ſterio monachorum & monacharum. Denique *fundare* eccleſiam ſeu monaſterium di-
cuntur etiam ii, qui inſtaurant, aut maximè augent: cujus rei argumenta exſtant in
vetuſtis monumentis [d].

a *Marlot. tom.* 2 *Metrop. Rem. pag.* 59.

b *Valeſii Præfat. in Notit. pag.* IX *& ſeqq. ubi* pagos majores, minores, & minimos *diſtinguit.*

c *V. hic lib.* 6 *chartam* 127.

d *Sæc.* 3. *Bened. part.* 1 *pag.* 404 *& Sæc.* 4 *part.* 1 *pag.* 209.

II. Hîc non ab re erit obſervare, quo tempore cognomina obtinuerint apud Francos
noſtrates: (nam & id ad ſtilum diplomatum attinet) & undenam peti atque imponi ab
illis nomina ſolerent. Opportunè autem hoc loco ſuccurrit animadverſio triplex V. Cl.
Jacobi Sirmundi in Notis ad Sidonii epiſtolam, & ad Ennodium. Prima eſt, Romanis
ſtante re publica proprium id nomen fuiſſe quod primum. Altera, poſterioris ætatis ho- C
minibus contrà proprium fuiſſe quod ultimum. Tertia, tum proprium hoc nomen, tum
cetera, interdum quidem aliunde pro arbitrio, ut plurimum verò à propinquis deducta
fuiſſe, quæ & cognomina, & prænomina dicebantur. Sed quarta obſervatio maximè ad
rem noſtram facit, nempe poſtremis temporibus, non certa & ſtata, ut olim, generis ac
familiæ vocabula in uſu fuiſſe, quæ & fratribus communia eſſent, & ad poſteros tranſi-
rent: ſed omnia mox cum occaſu rei publicæ mutari ſenſim ac labi cœpiſſe. & quam-
quam initio antiqui moris aliqua hæſerint veſtigia in gentilitiis nominibus, quæ à non-
nullis familiis retinebantur; poſtmodum tamen hoc ipſum neglectum fuiſſe. adeo ut
nullum tandem familiæ, nullum gentis certum nomen fuerit; filii etiam à patribus & D
fratribus inter ſe omnibus ſæpe nominibus diſcreparint. Hæc apud Romanos, atque
etiam apud Gallos, qui Romanis legibus vivebant, Transligeritanos, jam inde ab ineun-
te Francorum principatu, quibus Gallis id proprium cuique nomen, quod poſtremum
erat. Unde Georgio Florentii Gregorio peculiare erat Gregorii nomen; C. Sollio A-
pollinari Sidonio, Sidonii vocabulum. Apud Francos Neuſtraſios unum paſſim no-
men obtinebat: ſed tandem viris inſignioribus & litteratis aliud nomen adſciticium
aliquando acceſſit, ſæculo nono maximè & octavo. Unde Carolo Magno, Davidis;
Alcuino, Flacci Albini; Rabano, Mauri; Radberto, Paſchaſii; Adalhardo, Antonii &
Auguſtini; Walæ, Arſenii & Hieremiæ; Riculfo, Damœtæ; alia aliis cognomina indita E
ſunt. Qui ſic duo habebant nomina, alterutrum ut plurimùm, non duo ſimul uſurpa-
bant, ut in Carolo M. Alcuino; Adalhardo, Wala, Riculfo, aliiſque advertere licet.
qui verò utrumque conjungebant, aliquando præponebant adventicium, ut Paſcha-
ſius Radbertus, aliquando poſtponebant, ut Rabanus Maurus.

III. Tandem ſub finem ſæculi x, ſed maximè ſæculo xi ineunte, cognominum
uſus frequentari cœpit, eorumque origo proceſſit variis ex cauſis. Quandoque ab arte
eorum, quibus imponebantur. ut, *Petrus Piſtor*, *Rotbertus Coquus*, &c. Aliquando ab
eventu quodam, quo modo longè ante id tempus nepoti Auſonii [e] tributum nomen
Paſtori, ——————— *quia fiſtula primum* F

Paſtorale melos concinuit genito.

Nonnumquam à ſcommate, dicterio, ſeu faceto dicto. unde *Richardus Inſanus*, *Guillelmus
Baſtardus*, quod cognomen ipſe Willelmus Conquæſtor aſſumit in epiſtola ad Alanum
Britanniæ Comitem, *Ego Willelmus, cognomento Baſtardus*: Ad hæc derivata ſunt cogno-
menta à patre, vel expreſſo filii nomine, ut, *Gradulfus filius Iſembardi*, in Chartario Ca-
ſtridunenſi; vel ſuppreſſo in hunc modum, *Paulus Warnefridi*, qui Diaconus & monachus
Caſinenſis fuit regnante Carolo M. Hinc orta ſunt cognomina vernaculè deſinentia in
ſon, qualia ſunt *Wiliamſon*, id eſt Willelmi filius; *Jacqueſſon*, Jacobi; *Colleſſon*, Nicolai;

e *Auſon. in Parentalib. epiſt.* 12.

A *Pierſon*, Petri; *Jeanſon*, Johannis, & his ſimilia. Ex eodem capite prænobiles familiæ apud
Anglos cenſentur, *Fitzjean, Fitzgerad, Fitzpierre, Fitzhaimon.* Quidam à matre id traxe-
runt, quemadmodum in Chartario Dunenſi legitur, *Paganus filius Mariæ*, & in alio S.
Martini à Campis, *Herluinus filius matris ſuæ*; itemque in charta pro cœnobio S. Remigii
apud Remos, *Petrus filius matris ſuæ.* forſan quòd iſti inter nothos haberentur, ignoto
patre. Denique, ut alia prætermittam, cognomina non rarò deſumta ſunt ex loco, urbe,
ac regione. Hinc *Herbertus Britto, Rainbaldus de Calniaco, Thomas de Marla.* Sic nobiles
plerique à loco dominii ſui cognomentum acceperunt. unde familiæ Codiciacenſis,
Torinnenſis, Cheriſiacenſis, & aliæ perilluſtres. In chartario Uſerchenſi apud Lemovi-
B ces legitur ejuſmodi cognomentum duplex, à patre ſimul & loco dominii acceptum,
ubi *Geraldus Petri de Noalas*, id eſt filius Petri de Noalas, *dedit Deo & ſancto Petro pro
anima patris ſui ac matris ſuæ partem ſuam de terra de Molnat in parrochia S. Vincentiani, &
quicquid in eam requirere poſſet juſtè aut injuſtè, vel aliquis per ipſum; & abſolvit fevales ſuos
ut dent ſancto Petro. Hoc donum fecit in manu domni Gauberti Abbatis cum libro*, ſub annum
M XCIX. Ubi habes cognomen duplex, unum à Petro Geraldi patre; alterum, *à
Noalas*, qui locus eſt in pago Lemovicenſi, unde nomen traxit illuſtriſſima familia
de Noaliis. Hunc verò locum eò lubentiùs refero, quòd formulam contineat pro-
poſito noſtro convenientem, in eo quod Geraldus dat quicquid *in ea parrochia requi-*
C *rere poſſet juſtè aut injuſtè.* cujus formulæ alia etiam alibi exempla reperire licet.

IV. Itaque ex his omnibus, aliiſque capitibus orta ſunt varia familiarum nomina,
quæ primo incerta cùm fuiſſent, poſtmodum fixa & propria eſſe cœperunt. Scomma-
tica, ſeu joculatoria nobilium nomina quidam corrupta putant, depravatis prædio-
rum vocabulis, à quibus illa originem ducebant. At certum eſt, permulta, ſaltem
promiſcui vulgi, atque etiam nobilium quorumdam, ab origine ex dicteriis impo-
ſita fuiſſe. qualia ſunt in optimæ notæ Chartario Dunenſi Majoris-monaſterii,
ſcripto ante annos quingentos: *Odo Mala-muſca, Rotbertus Muletus, Rainaldus Ba-
ſtardus, Conſtantinus Joculator, Vivianus Nimium-habens-frumentum, Bernardus Mala-*
D *parola, Raherius Tineoſus, Guarinus Sine-barba, Guarinus Rabiardus, Archemboldus Fo-
liolus, Guarnerius-Oculus canis, Archembaldus Pejor-lupo, Odardus de Paliardo, Petrus
Maliloquus, Rotbertus Flagellum, Hubertus Minat-bovem*, &c. Sed præ his illuſtres
fuerunt *Fulco Rufus, Goffridus Griſagonella*, Comites Andegavenſes, aliique non mi-
noris dignitatis. Qui à prædiis cognomina deducebant, aliquando varia pro tem-
pore & prædiorum varietate cognomina ſibi adſcribebant: in quibus Drogo ex fa-
milia Bovenſi, qui ſub Rotberto & Henrico Regibus vixit, interdum *Bovenſis*, in-
terdum de *Papyriaco*: Ingelramnus ejus filius, promiſcuè *Bothvenſis, Codiciacenſis*, &
de Fara: Thomas denique Ingelramni filius, *de Fara*, vel *de Feria, Codiciacenſis, de*
E *Marna*, ſeu *de Marla* cognominabantur, ut Cangius obſervavit ex Cheſnio.

V. Hæc cognomina rarò imponebantur Epiſcopis, clericis, monachis, & femi-
nis: forſan quòd illorum dignitas & tituli eſſent cognomenti loco ad eos deſignan-
dos; neque ſcommatica vocabula decerent ſacri Ordinis miniſtros; nec dignitatum
ſæcularium nomina, quæ à prædiis deducta erant, eis convenirent. Nam feminæ
conjugatæ non alio paſſim quàm mariti ſui titulo gloriabantur. Invenio tamen
quoſdam ex clericis & monachis cognomine affectos ſæculo XI deſinente in eodem
Chartario Dunenſi, Uſerchenſi, & alibi.

VI. Eodem ſæculo ineunte [a] rara erant ejuſmodi cognomina, ut patet ex chartis
F regnante Rotberto editis: poſtea verò ſub Henrico & Philippo Regibus trita res eſſe
cœpit. tametſi pauca per id tempus ad poſteros traducebantur: quod ſæculo XIII uſi-
tatius fuit. In charta quadam ſæculi XI, qua Herveus Grivellus monachis ſancti
Martini quaſdam res concedit, nominantur ejus fratres, *Raginaldus* abſque cogno-
mento, & *Hugo Morellus.* quod cognomen penitùs à Grivello diverſum eſt. At in
eodem chartario inveniuntur plures *Borelli, Bocherii, de Canta-merula, Pagani, Deſ-
reati, de Garlanda*, quæ familiarum cognomina eſſe conſtat. Porro hæc cognomina
in chartis, maximè in ſubſcriptionibus, non continuo ac recto ordine poſt nomen,
ſed ſupra inter lineas adſcribi ſolebant: unde & *Supra-nomina* dicta volunt viri

a *Vide Cheſnium in Hiſtoria Montmorenciaca lib. 2. cap. 1.*

a V. Cangii Gloſſar. ad Supranomen.

docti [a], quæ vox reperitur in chartariis maximè Italicis; tranſiitque ad noſtrum galli- A
cum idioma, vulgo *ſurnom*. Niſi id ita dictum mavelis, quod ſupra primarium nomen accederent, quaſi ſecundaria.

VII. Nunc inquirendum ſupereſt, quo ritu, quove tempore nomina vel cognomina ipſa imponerentur. Et quidem non rarò id fiebat olim ante baptiſmum. Cùm enim adultis ſæpius conferretur hoc ſacramentum, nomina ante illud cuique aſſignare oportebat pro conditione neceſſitudinis humanæ. Id de Chlothario II inſinuat Gregorius Epiſcopus Turonenſis initio libri octavi, ubi ait, Guntchramnum Pariſios invitatum veniſſe, ut ex ſacro fonte exciperet Chilperici filium, *quem jam Chlotharium vocitabat*. Sed huic obſtare videtur alter ejuſdem Gregorii locus [b], B

b Greg. Tur. lib. 10 cap. 28.

ſcribentis, Guntchramnum ad lavacrum ſanctum acceſſiſſe, & obtuliſſe puerum ad baptizandum, *quem excipiens*, ſubdit Gregorius, *Chlotharium vocitari voluit*. Verùm Gregorius cum ſe ipſo commodè conciliari poteſt, dicendo Guntchramnum mox ut ad ſuſcipiendum puerum invitatus eſt, apud ſe ſuoſque parvulum deſignato nomine Chlotharium anticipato vocaſſe, ſed tamen in baptiſmo ſollemniter ei nomen indidiſſe. Aſt aliter, ut mox dicebam, non rarò fiebat adverſus eos, qui adulti baptiſmum ſuſcipiebant. Poſtea verò cùm Eccleſiæ præeuntibus decretis, à Carolo Magno [c] prohibitum fuiſſet, ne infantium baptiſmus ultra annum differretur; nomina in baptiſmo impoſita ſunt. Inſignis hac de re locus eſt in Manuali [d] Duodanæ, C

c Capitul. 18 pro Saxonib.
d Sæc. 4 part. 1. pag. 751.

conjugis Bernardi Septimaniæ Ducis, quæ de filio ſuo ſecundo-genito, à patre in Aquitaniam ante baptiſmum abducto agens, eum Willelmo primogenito commendat his verbis: *Fratremque tuum parvulum, cujus modò inſcia ſum nominis, cùm baptiſmatis in Chriſto* * *acceperit gratiam, inſinuare, nutrire, amare, ac de bono in melius provocare non pigeas*. Sic Caroli M. filium [e] *cùm per baptiſmi ſacramentum renaſci contigiſſet, Ludovicum vocitari patri placuit*. In Chartario quodam ſancti Martini de Campis [f] hæc lego ad annum MXCVI. *Vir quidam egregius & Miles ſtrenuus, Paganus, appellatus à baptiſmate Walterius; & uxor ejus à baptiſmate Hodierna, Comitiſſa nuncupata* &c. *Pagani* nomen iis tribuebatur, quibus certis ex cauſis differebatur baptiſmus; in familiæ D

* forte addendum, non.
e Vita Ludovici Pii tom. 2 Cheſn. pag. 287. c
f Charta xviii.

nomen quibuſdam converſum, quales apud Meldos alibique multi vocantur *Payen*. Priori modo hîc ſumi videtur nomen Paganus, quemadmodum etiam in aliis ejuſdem Chartarii inſtrumentis, ut, *Paganus Hericio à fonte baptiſmatis nomen Udo* [g]. in aliis [h], *Adam, cognomento Paganus*. & alibi [i], *Giſlebertus, cognomento Paganus*, &c. Ex his ſaltem *Hericio* nomen habuit ab ipſa nativitate: cui à baptiſmate aliud nomen acceſſit, nempe Udoni. Ex quo intelligitur, nomina Sanctorum non ſemper fuiſſe impoſita in baptiſmo; immo paſſim ea, quæ nullis Sanctis competunt, Francica, Teutonica, & Gallica, qualis eſt *Gaſto de Brajaco*, quem lego poſtremum in Chartario Dunenſi. In verſione Arabica Concilii Nicæni præſcriptum legitur canone E

g Charta xlvii.
h Charta lxxiii.
i Charta lxxxiiii.

XX, *ut imponantur nomina Chriſtianorum ſecundum Scripturam in baptiſmo*. ſed hæc verſio eruditis pro authentica non habetur. Quod de Philippi nomine dicit Magiſter quidam in Iſagogis ſuis apud Ingulfum [k], nempe *Deum adamaſſe Chriſtianitatem regni Franciæ, id eſt Philipporum*: *cùm apud Francos nomen* PHILIPPI *frequentiſſimum habeatur in tantum, ut Rex Henricus, qui modò*, inquit, *regnat, in Francia, filium ſuum jam primogenitum Philippum fecerit appellari* &c. neſcio quo fundamento ſcripſerit: nam paucos invenimus Philippi nomine per ea tempora affectos.

k Ingulf. fol. 517 verſo.

VIII. Ceterum illud obſervare juverit, nomina propria non ſemper eodem modo fuiſſe ſcripta, etiam in uno eodemque inſtrumento. Nam præterquam quòd F
Carolus M. initio diplomatum ſuorum paſſim ſcribitur cum littera C, in monogrammatis ſemper cum littera K; Gozlinus, Caroli Calvi Cancellarius, aliquando ſubſcribit *Gauzlinus*, aliàs *Gozlinus*. quod utrumque ſimul obſervare licet in ſpecimine diplomatis pro eccleſia Compendienſi. ſic Zuenteboldus Rex dicitur *Zuentebolchus*, in quodam autographo pro Tullenſi monaſterio ſancti Apri, cùm in ſigilli inſcriptione & ubique aliàs dicatur *Zuenteboldus*. Wenilo Senonenſis Archiepiſcopus aliquando ſubſcribit *Wenilo*, quandoque *Wanilo*. Et Senonenſis aliquando ſcribitur *Sennenſis*. Guarinus Epiſcopus Ambianenſis in quadam charta ſubſcribit *Gurinus*.

A Alia ſunt id genus ſexcenta. Novum eſt, quòd in indubitato autographo Conchen-
ſi, cujus ſpecimen damus, ſæculo IX condito, *Joannes* ſine littera adſpirata ſcriptum
eſt contra veterum morem, uti & in ſigillo Johannis Papæ XIII hîc expreſſo. De no-
minibus unâ litterâ primâ compendiosè ſcriptis lege caput ultimum libri tertii.

IX. A cognominibus ad nomina urbium, aliorumque locorum progredior, quæ
nomina ſine flexu apud veteres efferri ſolent, præſertim quæ pluralis ſunt numeri,
ut *Pariſius*, *Aurelianis*, *Remis*, *Turonis*, *Andegavis*, &c. quæ flexio *Pariſius* in uſu fuit
uſque ad ſæculum XVI. Villarum ſeu locorum pluralia item vocabula accuſandi ca-
ſu ferè pronuntiantur, *Suriſnas*, *Vedrarias*, *Baſilicas*, &c. Apprime ad hunc locum
B Salmaſius[a], agens de lege C XXII apud Scævolam de verborum obligationibus, ait,
ſcriptum fuiſſe, ex ævi illius idiotiſmo: *merces Berito perferendas*, pro *Beriton.* ſic *Copto
& Ptolemaide urbes* apud Capitolinum: & in Itinerario Antonini, etiam in vetuſtiſſi-
mis codicibus, nomina urbium hoc caſu recenſita reperiri. Invenimus tamen non
rarò ſæculo IX, *Pariſii Epiſcopum*, in ipſis etiam autographis. *Pariſius* denique uſur-
patur à vetuſtis illis auctoribus, non ſolùm pro urbe, ſed pro tractu & territorio Pa-
riſienſi, uti vir multæ eruditionis Hadrianus Valeſius [b] adverſus Launoïum demon-
ſtravit. Adde ea quæ in Sæculi quarti Parte 1[c] & 2[d] obſervavimus de cœnobio ſan-
C cti Dionyſii, quod *Pariſius*, id eſt in agro Pariſienſi, locant Johannes, Abbas Met-
tenſis & Aimoïnus monachus Floriacenſis.

[a] *Salmaſ. de modo uſurar. p. 362.*

[b] *Diſcept. de Baſil. cap. 8 & 9 & Defenſ. part 2 c. 5 & 6.*

[c] *pag. 443.*

[d] *pag. 387.*

X. Occurrent præter ea in vetuſtis monumentis quædam rotundo modo ex-
preſſa de numeris, non illis quidem, quibus notæ chronicæ cujuſque inſtrumenti ſi-
gnantur, ſed in aliis, quæ in contextûs tenorem & narrationem cadunt. Exemplo
eſt locus in ſecunda Profeſſione fidei Pontificia Diurni Romani, in qua Pontifex
confitetur tertium generale Concilium *ducentorum ſanctorum Patrum*, nempe Ephe-
ſinum: cui Patres *ducentos ſeptuaginta quatuor* interfuiſſe ex Mario Mercatore & aliis
conſtat. Non deſunt alia item loca, etiam in litteris ſacris, ubi numerus plenus po-
nitur omiſſis additamentis. Simile quid in notis chronologicis aliquando evenit,
D cùm numeri millenarii aut centenarii, aliquando utrique premuntur. v. g. cùm
pro anno M CCCC L ponitur annus M L, aut ſimpliciter L. Sed de his in notis chro-
nologicis aptius diſſeretur.

XI. Nunc expendendum eſt aliud controverſiæ caput, quod nobis ſuppeditat
Papebrochius in Propyleo ſuo [e], cùm Lupodunenſe Dagoberti primi monumentum
rejicit duas ob cauſas, nempe quòd in eo multæ occurrunt voces alienæ ab ævo Da-
gobertino: & quòd *tam minuta appendiciarum omnium enumeratio alieniſſima eſt à tan-
ta antiquitate*. Lupodunenſe diploma tueri non eſt animus. hîc tantùm excutiendam
aſſumo poſteriorem hanc infitiandi rationem, ne quis eâ regulâ abutatur ad elevan-
E dam optimorum diplomatum fidem. Quippe hanc appendiciarum minutam enu-
merationem ævo Dagobertino adeo non repugnare, ut eidem apprime conveniat,
conſtanter aſſero.

[e] *Propyl. num. 87 & 88.*

Non longe ab ævo Dagoberti aberat marculfus monachus, immo ætate tum con-
fectus erat, cùm formularum libros edidit principatu Chlodovei Regis Dagoberti
filii. Atqui in Marculfo, qui inſtrumenta non tantùm ſui temporis, ſed etiam ab
anterioribus edita in formulas redegit, minuta illa enumeratio reperitur in multis,
& primum quidem in formula XXXI libri I. *Præcipientes enim, ut quidquid ex ſucceſſio-
ne parentum .... tam in villabus, mancipiis, ædificiis, accolabus, auro, argento, ſpeciebus,
F ornamentis, mobili aut immobili, aut quodcumque in quibuſlibet rebus* &c. & formula XXXIII.
*quidquid in terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis,
aquis, aquarumve decurſibus, vel reliquis quibuſcumque beneficiis* &c. Eadem pæne for-
mula XXXV, & lib. II formulæ VI & VII. Ad hæc formula III. *Transfundimus villas
nuncupantes illas, ſitas in pago illo, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vi-
neis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, adjunctis, adjacentiis,
appendiciis, peculio utriuſque ſexus, mobilibus & immobilibus* &c. quæ ferè eadem
leguntur in formula ſequente. Quid minutius illa rerum enumeratione afferri po-
teſt? An minutior eſt illa, quam vir doctus uti ficticiam & ab ævo Dagobertino

„ alienam, impugnat? Neque tantùm, inquit in genere tradita dicitur *cum omnibus* A
„ *rebus ad illam pertinentibus*: ſed ſpecificando per *hoc eſt*, idem Dagobertus nomi-
„ naſſe fingitur, *ædificia, mancipia, vineas, terras cultas & incultas, agros, prata, cam-*
„ *pos, omne ſilvaticum in ſilvis... in undique, in intraha, in paſcuis, in materiaminibus, in*
„ *aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, quæſitis & inquirendis; item teloneum, mer-*
„ *catum, & quidquid ad fiſcum pertinebat.* Ergone ob eam enumerationem accuratam fictìcium diploma cenſeri debet? immo verò ſi nihil aliud obſtaret, vel ob id legitimum, quòd hac in re conveniat cum Marculfi formulis, aliiſque ejus ævi monumentis, quale eſt Faræ Eboriacenſis Abbatiſſæ teſtamentum, anno v Dagoberti Regis editum: quale item Widradi Abbatis teſtamentum duplex, in quo recenſio B itidem accurata legitur, facta ſub initium ſæculi octavi. Sed præ illis antiquius eſt præceptum Childeberti primi Regis pro cœnobio Aniſolenſi ſeu ſancti Carileſi, editum in Miſcellaneis Labbeanis [a], ubi agitur de *terris, domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, ſilvis, aquis, & aquarum decurſibus, farinariis, peculiis, pecuniis, mobilibus vel immobilibus, vel reliquis quibuſcumque beneficiis* ejuſdem cœnobii. Adde Aredii [b] Abbatis teſtamentùm, quod ſub Sigeberto Rege conditum eſt. Utrumque genuinum inſtrumentum: cùm & illud habeat teſtimonium ab Actis Aldrici [c] Epiſcopi Cenomannenſis; hoc à Gregorio Turonenſi [d]. Adde item formulam ſeptimam novæ formularum collectionis [e] Baluzianæ. C

a *pag.* 398.

b *Analect. tom.* 2 *pag* 51 *& ſeqq.*

c *Baluz. Miſcell. tom.* 3 *pag.* 127.

d *Greg. Tur. lib.* 10 *cap.* 29.

e *Capitul. tom.* 2 *col.* 562.

CAPUT VIII.

I. *Diplomatum imprecationes an ferendæ.* II. *Pœnarum quatuor genera in chartis apponi ſolita.* III. *Multa ſeu mulcta corporalis & pecuniaria in regiis & imperialibus.* IV. *Item in eccleſiaſticis, in quibus ſæpius occurrunt imprecationes.* V. *Earum exempla apud Græcos.* VI *&* VII. *Apud* D *Latinos formulæ earumdem ex Conciliis & legibus.* VIII. *Item exempla in teſtamentis Aredii Abbatis.* IX. *Radegundis, & Bertchramni Epiſcopi.* X. *Theudelindæ Reginæ.* XI *&* XII. *& aliorum.* XIII. *Ad hæc imprecationes Synodi Romanæ.* XIV. *Chrothildis matronæ.* XV. *Sanctorum Bonifacii & Arnulfi Epiſcoporum in ſeipſos.* XVI. *Zachariæ Papæ.* XVII. *Johannis Ravennatis.* XVIII *&* XIX. *Reges Francorum Merovingici & Carolingi rariùs utuntur imprecationibus.* XX. *An etiam Imperatores Carolinæ ſtirpis.* XXI. *&* *Capevingi Reges.* XXII. *Anglicani eis utuntur.* XXIII. *Item Hiſpanici.* XXIV. *rarò Germani.* E

I. QUod Petrus Damiani [f] in epiſtola ad Alexandrum II de anathematiſmis Decretalium ſcripſit, id etiam in diplomatum imprecationes torqueri poteſt, quæ non minùs frequentes ſunt in vetuſtis chartis, quam anathemata in Decretalibus. Hoc inter alia correctione dignum judicabat Petrus. *Duo quædam*, inquit, *apud apoſtolicam ſedem frequens uſus obtinuit, quæ ſi ſancta prudentia veſtra judicat, ut nobis videtur, omnino digna ſunt corrigi. Unum quia fere cunctis Decretalibus paginis anathema ſubjungitur, &c.* & infra: *Quam ob rem ſi ſanctæ prudentiæ veſtræ placet, hunc* F *morem de cetero à Decretalibus paginis amoveri præcipiat, & vel damni pecuniæ, vel alterius cujuſlibet ultionis calculum in earum tranſgreſſione præfigat: ne, quod aliis eſt ad tuitionis munimenta proviſum, aliis ad perniciem proveniat animarum.* Verùm quod in ejuſmodi anathematiſmis reprehendit Petrus, nimirum quòd ſæpe pro levi offenſa, aliquando etiam ignorantibus infligantur; id non cadit in diplomatum imprecationes, quæ non niſi in violatæ juſtitiæ pœnam improbis intentari ſolent. Quippe tanta eſt tamque præceps hominum in aliena, maximè in eccleſiaſtica bona, cupiditas, tanta ſanctiorum voluntatum apud pleroſque incuria, ut ab impetendis pactis donationibuſve

f *Petri Damian. lib.* 1 *epiſt.* 11. *Vide epiſt.* 61 *Alcimi Aviti & Notas Sirmundi.*

A donationibuſve revocari vix poſſint, niſi adhibeantur extrema remedia, id eſt religionis ac regum metus. Et certè has imprecationes, maximè quæ teſtamentorum infractoribus decernuntur, comprobarunt Concilia & Patres, rati nihil in humanis ſanctius eſſe debere, quàm ſupremas hominum voluntates.

II. Non tamen in ſolis imprecationibus ſiſtunt veterum inſtrumentorum diræ, quæ ad capita quatuor revocari poſſunt: nempe in multam pecuniariam ſeu corporalem; excommunicationem; judicii divini, Judæ, Dathan & Abiron, aliorumque ſortis interminationem; ac depoſitionem.

III. Multa pecuniaria quandoque ſola, quandoque cum aliis ſpiritalibus pœ-
B nis conjuncta eſt. Eam adhibuerunt cum primis Romani, tum Imperatores Orientis. Nam ejuſmodi multas uſurpatas legimus ante Chriſtum natum, non ſolùm in teſtamentis, ſed etiam in inſcriptionibus tumulorum: quales pœnas apud Gruterum videre licet in capite XVII Indicis ſeu conſpectus Inſcriptionum. Multæ illæ inferebantur in ærarium publicum & in arcam Pontificum. Quin etiam apud profanos illos vigebat imprecationum ritus. *Si quis furaverit*, ait quidam apud eumdem Gruterum [a], *proindè obligatus erit, ac ſi ſacrilegium commiſerit.* Ejuſmodi multarum uſus ad Imperatores Chriſtianos tranſmiſſus eſt: quos inter Honorius & Theodoſius Auguſti judicibus, aliiſque, qui ad conſtitutum locum die indicta non
C occurriſſent, multam decernunt in conſtitutione imperatoria ad Agricolam Præfectum Galliarum. *Sciat autem magnificentia tua, quinis auri libris judicem eſſe multandum, ternis honoratos vel curiales, qui ad conſtitutum locum intra definitum tempus venire diſtulerint.* Conſimilem etiam pœnam irrogant Marcianus pro confirmatione Synodi Calchedonenſis, Juſtinianus in Pragmatica Sanctione pro Italia, & Heraclius apud Leunclavium [b]. Apud Francorum Reges rariſſima ejus pœnæ exempla reperiuntur in diplomatibus ante Capetianos: ſed hæc paſſim ita concluduntur. *Et ut præſens auctoritas tam præſentibus, quàm futuris temporibus inviolata permaneat, manus noſtræ ſubſcriptionibus*, vel *anuli noſtri impreſſione, roborare decrevimus.* Unus inter omnes
D Chilpericus [c], *ſi quos culpabiles reperiſſet, oculos ei jubebat erui; & in præceptionibus, quas ad judices pro ſuis utilitatibus dirigebat, hæc addebat: Si quis præcepta noſtra contempſerit, oculorum evulſione multetur.* Inter Imperatores Occidentis obſervo Ludovicum ſecundum multam auri litteris ſuis non ſemel appoſuiſſe in Chronico Piſcarienſi [d]. *Quod qui præſumſerit, & hanc noſtræ auctoritatis evidentiſſimam præceptionem vel in minimo violaſſe convictus fuerit; multam triginta libras argenti probatæ monetæ publicæ ſancto ac reverendo cœnobio componere compellatur.* Alias ejuſdem Auguſti ſimiles formulas ibidem offendes. Verùm id genus multæ paſſim occurrunt in privatis chartis, quales refert Marculfus [e] in libro ſecundo. Sub Capetianis Regibus appoſita eſt
E aliquando multa in diplomatis. Sic Rotbertus Rex in Præcepto de Limogiis pro cœnobio ſancti Martini de Campis, violatoribus infligit *ter denas auri libras regali cenſuræ exſolvendas*: & in alio *viginti auri libras*. Alia ſubſequentium Regum exempla, ſed rara occurrunt, plurima poſtremorum.

IV. In eccleſiaſticis monumentis frequentius occurrunt ſpiritalium pœnarum interminationes quàm multæ: ſed tamen alicubi hæ leguntur abſque aliis pœnis, ut in Concilio Romano [f] anni M II ſub Silveſtro, in quo cœnobii Peruſini aſſeritur immunitas, ſtatuitur, *ut quicumque Peruſinæ eccleſiæ Epiſcopus hanc definitam litem renovare tentaverit, decem libras puriſſimi auri Lateranenſi palatio componat.*

F V. Quod attinet ad alias imprecationes, earum exempla inſigniora ex variis monumentis & auctoribus pro ſerie temporum referre juvat. In primis occurrit apud Græcos Gregorii Nazianzeni teſtamentum, quod deſinit in hæc verba latinè reddita. *Qui verò ipſum evertere tentaverit, rationem reddet in die judicii, & pœnam ſuſtinebit.* In donationibus quæ locis Deo ſacris apud Græcos factæ ſunt, eamdem formam fuiſſe ſervatam patet ex Johannis Antiocheni Oratione edita in monaſteriorum invaſores, quam vir cum primis eruditus Johannes Baptiſta Cotelerius [g] recens vulgavit. In ea quippe oratione Johannes Patriarcha graviter conqueritur ea, quæ ab Imperatoribus aliiſque Deo dicata aſſignataque ſunt, nempe monaſteria,

a *Grutter. pag.* M LXXVI *num.* 10.

b *Leunclav. de jure Græco-Rom. p.* 77.

c *Greg. Turon. lib.* 6 *cap.* 46.

d *Spicil. tom.* 5. *pag.* 371, 373, 380.

e *Marculf. lib.* 2 *form.* 10, 11, 13, 20.

f *Labbe Conc. tom.* 9 *col.* 1247.

g *Monum. Græc. tom.* 1 *pag.* 170.

» gerocomia, & xenonas atque poſſeſſiones ad illa pertinentes, in donum per homi- A
» nes dari hominibus: *idque cum eorum domini ſeu fundatores imprecationibus maximè hor-*
» *rendis*, ἀραῖς φρικωδεστάταις, *in ſuis conſtitutionibus eos ſubjecerint, qui illa in ſervitutem re-*
» *dacturi eſſent*. Eodem animo affecti ſunt Leo & Alexander Imperatores in Novella ſua prima[a], in qua varias proferunt exſecrationes adverſus Judices, qui ſententias præter leges ferunt, nempe ut *Deum hîc ſibi adverſantem inveniant, & cæleſtes poteſtates infeſtas: ante diem de hac præſenti vita migrent, atque etiam futuræ jacturam faciant: denique ut ſemen eorum perpetuam ignominiam ſentiat, ac panem mendicet.* Non minùs graves diras interminatur Manuel Comnenus in Novella ſua[b]. His adjungo Rogerium Comitem Siciliæ, qui in diplomate græco pro eccleſia Militenſi, eum qui Epiſco- B
po non obedierit, anathematizari jubet; & donationis ſuæ violatoribus indicit *anatema à Patre & Filio & Spiritu-ſancto, à trecentis decem & octo deiferis Patribus*, in Italiæ ſacræ tomo I[c].

[a] Leunclav. in jure Græco-Rom. tom. I pag. 103.

[b] ibid. pag. 151 & 152.

[c] Ital Sac. tom. I col. 1028.

VI. Sed noſtri potiſſimum eſt inſtituti varios, & quidem inſigniores adducere imprecationum modos, quibus uti ſunt Latini, in quibus controverſia noſtra maximè verſatur. Agmen ducent vetera Concilia, Aurelianenſe V anni DXLIV, Hiſpalenſe II anni DCXIX, & Toletanum IV anni DCXXXIII. Aurelianenſe ſiquidem in gratiam xenodochii quod Childebertus Rex Lugduni condidit, cap. XV decretum ſancivit eo pacto, ut nihil exinde Antiſtes Lugdunenſis eccleſiæ, ejuſque ſucceſſores, ad C
jus eccleſiæ ſuæ transferant, tum ſubdit. *Quod ſi quis quolibet tempore, cujuſlibet poteſtatis vel ordinis perſona, contra hanc conſtitutionem noſtram venire tentaverit, aut aliquid de conſuetudine vel facultate xenodochii ipſius abſtulerit, ut xenodochium (quod avertat Deus) eſſe deſinat, ut necator pauperum irrevocabili anathemate feriatur.* Eamdem excommunicationis pœnam monaſteriorum violatoribus, ſimulque damnationem intentat Hiſpalenſe II cap. X, ſtatuto edito, *ut cœnobia nuper condita in provincia Bætica, ſicut & illa quæ ſunt antiqua, immobili & inconcuſſa ſtabilitate maneant ſolidata. Siquis autem (quod abſit) noſtrûm*, inquiunt Patres, *vel nobis ſuccedentium Sacerdotum, quodlibet monaſterium aut vi cupiditatis ſpoliandum, aut ſimulatione aliqua fraudis convellendum vel diſſolvendum ...;* D
anathema effectus maneat à regno Dei extraneus, nec proficiat illi bonum Fidei vel operis ad ſalutem, qui tantæ & tam ſalutaris vitæ deſtruxit tramitem. Super hoc etiam univerſi Bæticæ provinciæ Epiſcopi congregati, eumdem ſacri cœtus everſorem à communione ſuſpendant; convulſumque monaſterium cum rebus ſuis reſtaurent; & quod impiè unus ſubverterit, omnes piè reforment. Denique ſolam excommunicationem impingit Toletanum IV cap. LI. *Quod ſi aliquid in monachis canonibus interdictum præſumpſerint (Epiſcopi) aut uſurpare quidpiam de monaſterii rebus tentaverint, non deerit ab illis ſententia excommunicationis, qui ſe deinceps nequaquam ſuſtulerint ab illicitis.* Sed imprecationum modos ferè omnes continet ejuſdem Concilii caput LXXV. His luculentus accedit locus ex capitulis E
Wormatiæ decretis; ubi populus inter alia Carolo Magno ſupplicat[d], ut ratæ ſint oblationes Fidelium Deo traditæ, & pœna temporali coerceatur invaſorum cupiditas. Inter alia verò in medium adducitur formula uſurpari ſolita in ſollemni cujuſque donatione. *Facit enim ſcripturam de ipſis rebus, quas Deo dare deſiderat, & ipſam ſcripturam coram altari aut ſupra tenet in manu, dicens ejuſdem loci Sacerdotibus atque cuſtodibus: Offero Deo atque dedico omnes res &c. Si quis autem eas inde (quod fieri nullatenus credo) abſtulerit; ſub pœna ſacrilegii ex hoc Domino Deo, cui eas offero atque dedico, diſtrictiſſimas reddat rationes. Ponit etiam in ea alias conjurationes, quas enumerare longum eſt.* Poſtremis hiſce verbis tacitè comprehenduntur varia imprecationum genera, quæ mox re- F
feremus. Ut autem Gallicanus populus quantum ab eo facinore abhorreret, palam conteſtaretur, hæc ſubdit. *Ut ergo omnis ſuſpicio à nobis, cunctis Sacerdotibus, & omnibus Chriſti & ſanctæ Dei Eccleſiæ Fidelibus funditus auferatur; profitemur omnes, ſtipulas dextris in manibus tenentes, eaſque propriis è manibus ejicientes, coram Deo & Angelis ejus, ac vobis cunctiſque Sacerdotibus & populis circumſtantibus, nec talia facere, nec facere volentibus conſentire, ſed magis Deo auxiliante reſiſtere.* Ad extremum poſcit à Rege, ut tales ab aliis ſegregentur, & in ergaſtulum ſub publica pænitentia redigantur. Annuit pro ſua religione Carolus[e], præcipiens, ut nullus tam ſuis, quàm futuris tem-

[d] Select. capit. tit. 2 cap. I.

[e] ibid. cap. 5.

A poribus, à ſe vel à ſucceſſoribus ſuis, *abſque conſenſu & voluntate Epiſcoporum, in quorum parochiis eſſe noſcuntur, res eccleſiarum petere, aut invadere, vel vaſtare aut quocumque ingenio alienare præſumat. Quod ſi quis fecerit, pœnis ſacrilegii ſubjaceat, & à nobis*, inquit, *atque ſucceſſoribus noſtris, noſtriſque Judicibus vel Comitibus, ſicut ſacrilegus & homicida vel fur ſacrilegus, legaliter puniatur, & ab Epiſcopis noſtris anathematizetur: ita ut mortuus etiam ſepultura & cunctis Dei eccleſiæ precibus & oblationibus careat, nec eleemoſynam ſuam quiſquam recipiat.*

VII. Iiſdem ritibus iiſdemque imprecationum formulis id ſanxit lex Alamannorum temporibus Chlotharii Regis conſtituta, in cujus capitulo primo ſtatuitur, *ut qui*
B *voluerit eccleſiæ donationem facere, per chartam de rebus ſuis ad eccleſiam ubi dare voluerit firmitatem faciat; & teſtibus ſex vel ſeptem adhibitis, coram ſacerdote qui ad eccleſiam deſervit, ſuper altare ponat, & proprietas de ipſis rebus ad ipſam eccleſiam in perpetuum permaneat.* Tum ſubjiciuntur hi imprecationum modi. *Et ſi aliqua perſona, aut ipſe qui dedit, vel aliquis de heredibus ejus, ipſas res de illa eccleſia abſtrahere voluerit, vel aliquis homo ſeu qualiſcumque perſona hoc præſumſerit facere; & effectum quem inchoavit non obtineat, & Dei judicium incurrat, & excommunicationem ſanctæ Dei Eccleſiæ, & multam quam charta continet perſolvat, & res illas ex integro reddat, & fredum in publico ſolvat, ſicut lex habet.*

VIII. Hæc ferè ſunt decreta Canonum & ſancita legum in eos qui res Deo ſacratas
C temerè invaſerint: nunc veniendum ad exempla variarum imprecationum, quibus uſi ſunt veterum inſtrumentorum conditores. In his præter jam ſuperiùs relata, non infimum eſt Aredii Abbatis Attanenſis teſtamentum [a], qui donationis ſuæ violatoribus has imprecationes infligit. *Si quis contra hoc teſtamentum noſtrum venire voluerit, aut aliud, quàm quod deliberatione noſtra illa geritur, ire tentaverit; & hîc, & in æternum per virtutes ſancti & beati Domni Martini ſit excommunicatus & anathematizatus, & veniat illi illa maledictio, quam pſalmus continet in Judam Scariotis centeſimus octavus.*

IX. Eodem tempore Radegundis in ſuo ipſius teſtamento, apud Gregorium Turonenſem [b], à Gallicanis Præſulibus poſtulat, ut ſi quis conſtitutioni ſuæ in futurum
D adverſaretur, *ita veſtram*, inquit, *ſanctitatem ſucceſſorumque veſtrorum poſt Deum pro mea ſupplicatione & Chriſti voluntate incurrat, ut ſicut prædones & ſpoliatores pauperum extra gratiam veſtram habeantur.* tum ſtatutâ in baſilica ſanctæ Dei genitricis ſepulturâ ſuâ ſubdit: *Quod ſi quis aliud inde voluerit aut fieri tentaverit, obtinente cruce Chriſti & beata Maria, divinam ultionem incurrat.*

Inter Epiſcopos Cenomannenſes Bertchramnus procedente ſæculo VII condidit teſtamentum [c], cujus infractores graviſſimis imprecationibus inſectatur. Sed ante eum Domnolus *maledictionem pro benedictione, Chriſti offenſam* imprecatur [d] in quodam privilegio pro eccleſia ſancti Vincentii; & in alio maledictiones Pſalmi CVIII.

E X. Theudelinda Langobardorum Regina, referente Paulo Warnefridi [e], baſilicam beati Johannis Baptiſtæ, quam in Modicia conſtruxerat, prædiis ditavit, ſcriptis litteris cum hac imprecatione, quæ in editione Aſcenſiana legitur. *Si quis quolibet tempore hunc teſtem voluntatis ſuæ corruperit, in judicii extremi die cum Juda traditore damnetur.*

XI. Monachus Bobienſis anonymus, qui librum de miraculis ſancti Columbani Abbatis ſcripſit procedente ſæculo X, ejus loci privilegia immunitatis coram Hugone Rege exhibita fuiſſe prodit, affertque varias comminationes in illis contentas hoc modo [f]. *Quod ſi (quod abſit) calliditate aliqua vel avaritiæ inſtigatione aliquis quidquam de prohibitis præſumſerit attentandum, vel contra illorum decreta quodammodo obvian-*
F *dum; primum ſui ordinis gradu & dignitate privetur, & ex beati Petri auctoritate, qui ligandi in cælo & in terra meruit poteſtatem, ſit excommunicatus, & à participatione Domini noſtri Jeſu Chriſti corporis & ſanguinis immunis, ac ab illorum conſortio ſecluſus, nec-non ab excellentiſſimis qui in tempore illo fuerint Regibus nihilo minus ſubmovendus: quatinus ſtatuta poſſint perpetua definitione manere, & temeratores præſentium decretorum de ſuorum temeritatibus pœnis multiplicibus ſubjacere. Fiat.*

XII. Eodem ſæculo VII, quo pleraque privilegia Bobienſibus conceſſa ſunt, Theodetrudis ſeu Theodila Dodoni Abbati Dionyſiano litteras donationis conſcripſit, anno ſcilicet XLIII Chlotharii ſecundi, in quibus donationis ſuæ violatori ita

a *Analect. tom. 2 pag. 59.*

b *Greg. Tur. lib. 9 cap. 43.*

c *Corvaiſer. in hiſt. Epiſc. Cenom.*

d *Miſcel. Baluz. tom. 3 pag. 20 & 21.*

e *Paul. Diac. de geſtis Lang. c. 22.*

f *Sæc. 2 Bened. pag. 51.*

imprecatur [a]: *ut ille maledictus in inferno inferiori, & anathema & maranatha percuſſus* A *cum Juda cruciandus deſcendat, [& ob] peccatum quod admittit, in filios & in domo ſua crudeliſſima plaga [deſæviat: ſint] leproſi pro hujus culpa [&] à Deo percuſſi, ut non ſit qui inhabitet in domo ejus, & inſuper duplicem ſatisfactionem fiſco exſolvat.*

Et ne quis ſubleſtæ fidei hanc chartam, quæ ſanè optimæ notæ eſt, cauſetur, teſtem advoco Marculfum ejus temporis monachum, qui in formulis ſuis non abſimiles imprecationum modos adducit in lib. II formulis I, II, IV & VI. Eſto formula prima in aliarum exemplum. *Si quis hanc voluntatem meam per quaſlibet adinventiones, ſeu propoſitiones, ſicut mundus cottidie artibus & ingeniis expolitur, vel repetitor,* B *convulſor etiam, aut tergiverſator exſtiterit, anathema ſit, & tam qui fecerit, quàm qui faciendo conſenſerit, anathema ſit: & ſicut Dathan & Abiron hiatu terræ abſorpti ſunt, vivens in infernum deſcendat, & cum Gieſi fraudis mercatore, & in præſenti, & in futuro ſæculo partem damnationis excipiat: & tunc veniam conſequatur, quando conſecuturus eſt & diabolus, qui ſeſe fallendo ætheria ſede dejectus, cruenta adinventione, bonis operibus ſemper obviare pervigilat. Inſuper etiam inferat ſociante quoque tam in perſecutione, quàm in exactione ſacratiſſimo fiſco, vel ſancto Epiſcopo eccleſiæ ipſius auri libras centum.*

XIII. Longè illuſtrior eſt auctoritas Synodi Romanæ in cauſa Wilfridi Epiſcopi Eboracenſis anno DC LXXIX coacta, in qua teſte Eddio [b] hæc clauſula à Patribus appoſita eſt. C *Si quis proinde contra horum ſtatutorum ſynodalium decreta auſu temerario obſiſtere tentaverit, vel non obedienter ſuſceperit, vel poſt quodlibet temporis ſpatium, qui qui ſunt vel fuerunt, infringere ea in totum vel in partes tentaverit; ex auctoritate beati Petri Apoſtolorum principis eum hac ſanctione percellendum cenſemus: ut, ſiquidem Epiſcopus eſt, qui hanc piam diſpoſitionem temerare tentaverit, ſit ab epiſcopali ordine deſtitutus, & æterni anathematis reus: ſimiliter ſi Preſbyter, aut Diaconus fuerit, vel inferioris gradus eccleſiæ: ſi verò Clericus, monachus, vel laicus cujuſlibet ditionis, vel Rex; extraneus efficiatur à corpore & ſanguine Salvatoris Domini Jeſu Chriſti; nec terribilem ejus adventum dignus appareat conſpicere.* Idem auctor referens acta ſynodi Niddenſis, ejuſdem D Wilfridi occaſione habitæ hæc ſubdit. *Si quis verò contemnens (quod abſit) neutrum ex his duobus implere noluerit; ſciat ſe, ſi Rex ſit, aut laicus, à corpore & ſanguine Domini excommunicatum: ſi verò Epiſcopus aut Preſbyter, ab omni gradu eccleſiaſticæ dignitatis degradari.*

XIV. Porro quæ in ſynodis anathemata ferebantur in decretorum temeratores, eadem vibrata leguntur in chartis ſeu privilegiis aut monaſteriorum conditionibus, quæ plerumque in generali vel provinciali Epiſcoporum atque Optimatum conventu dabantur, & ab iiſdem Præſulibus vel primariis viris ſubſcribi ſolebant. ſic Chrothildis prænobilis femina anno XVI Chlotharii Regis tertii monaſterium beatæ Mariæ de Brogariis à ſe erectum latifundiis dotat, hac clauſula appoſita. E *Si quis verò (quod futurum eſſe non credo) ſi ego ipſa, aut aliqui de heredibus vel proheredibus meis, vel qualibet oppoſita perſona contra præſentem deliberationem venire conaverit; iram ſanctæ Trinitatis incurrat, & à liminibus ſanctarum eccleſiarum excommunis appareat, & inſuper inferat cum ſocio fiſco auri libras viginti, argenti pondo quinquaginta,* ut fuſiùs docent litteræ inferiùs referendæ, quibus Epiſcopus Pariſienſis & Abbates cum aliis Optimatibus ſubſcribunt. Totidem fermè apicibus Ingoara, Ebonis Senonenſis Epiſcopi ſoror, litteras donationis Senonico ſancti Petri monaſterio factæ ratas eſſe jubet in appendice Sæculi noſtri tertii. At in ſynodicis litteris exempla ejus rei paſſim occurrunt. F

XV. Singularis quibuſdam videbitur Bonifacii Moguntini Epiſcopi in ſeipſum prolata imprecatio in ſacramento quod Gregorio II præſtitit ſub hac clauſula [c]. *Quod ſi (quod abſit) contra hujus promiſſionis meæ ſeriem aliquid facere quolibet modo ſeu ingenio vel occaſione tentavero, reus inveniar in æterno judicio, ultionem Ananiæ & Saphiræ incurram, qui vobis etiam de rebus propriis fraudem facere præſumſerim.* Quo minus mirandum eſt hæc diratum genera in alios torqueri, cum Bonifacius iiſdem ſe ipſe addixerit. Relata eſt hæc Profeſſio inter formulas Diurni Romani [d]: in quo item Romanus Pontifex [e] anathemati ſeipſe ſubjicit, *ſi quis umquam*, ait, *ſeu nos*; *ſive alius*

a Doublet. p. 654.

b Sæc. 4 Bened. part. 1 pag. 694.

c Sac. 3. Bened. part. 1 pag. 37 & alibi.

d Diur. Rom. p. 69.

e ibid. pag 43 vide pag. 31.

A aliquid præſumat contra evangelicam traditionem. At graviſſima eſt Arnulfi Remenſis[a] Archiepiſcopi imprecatio in ſeipſum, nempe in ſacramento fidelitatis facto Hugoni & Rotberto Francorum Regibus : à quo ſi deviaverit, *omnis benedictio mea*, inquit, *convertatur in maledictionem, & fiant dies mei pauci, & Epiſcopatum meum accipiat alter ; recedant à me amici mei, ſintque perpetuò inimici.*

XVI. Redeo ad Bonifacium, cui conceſſum eſt à Zacharia Pontifice privilegium pro Fuldenſi monaſterio, hac addita interminatione, *ut quicumque cujuſlibet eccleſiæ Præſul, vel quacumque dignitate prædita perſona, hanc privilegii noſtri chartam, quam auctoritate Principis Apoſtolorum firmamus, temerare tentaverit, anathema ſit ; & iram* B *Dei incurrens, à cœtu Sanctorum omnium extorris fiat : & nihilo minus præfati monaſterii dignitas à nobis indulta, perpetualiter inviolata permaneat.* Hoc privilegium eique ſubjectam clauſulam confirmavit Pippinus. *Si autem quiſpiam*, inquit, *noſtræ auctoritatis præcepto repugnare voluerit, ſententiam apoſtolicæ diſtrictionis quæ in privilegio expreſſa eſt, experiatur.*

XVII. His addere licet litteras Johannis V Epiſcopi[b] Ravennatis anni DCCXXXI, *æternam damnationem cum Juda Traditore, & anathema ſanctorum trecentorum decem & octo Patrum* imprecantis ; Bernardi & Durandi chartas ex Perardi Burgundicis monumentis[c], Wicmanni & Arnulfi Flandrenſium Comitum in Hiſtoria Ghiſnenſi[d], C aliaſque aliorum : ſed præcipuè teſtamentum Willelmi Comitis de conſtructione cœnobii Cluniacenſis : quo in teſtamento cavetur primo, *ut neque aliquis Principum ſæcularium, nec Comes quiſquam, nec Epiſcopus quilibet, nec Pontifex ſedis Romanæ invadat res ipſorum Dei ſervorum, non diſtrahat, non minuat, &c.* Secundo, *ut Pontifex apoſtolicæ ſedis alienet à conſortio ſanctæ Dei Eccleſiæ & ſempiternæ vitæ prædones & invaſores atque diſtractores harum rerum.* Tertiò, *ut ſi quis ex propinquis vel extraneis, vel ex qualibet conditione ſive poteſtate, contra hoc teſtamentum aliquam concuſſionem inferre tentaverit ; primum quidem iram omnipotentis Dei incurrat, auferatque Deus partem illius de terra viventium, & deleat nomen ejus de libro vitæ, cum Dathan & Abiron perennem* D *incurrat damnationem, ſocius Judæ proditoris effectus, ſortitus duplicem direptionem cum Heliodoro & Antiocho.* Quarto, *ut ſecundum mundialem legem centum auri libras, cogente judiciaria poteſtate, compulſus exſolvat.* Huc fere omnia rediguntur imprecationum genera, excepta depoſitionis interminatione, de qua poſtmodum agemus. Ex his omnibus conciliatur fides diris & imprecationibus in Diurno Romano[e] ſæpius adhibitis ante annos mille, quales ſunt interminationes damnationis *cum Satana ejuſque pompis & proditore Juda*, factæ à ſummis Pontificibus : quas à genio & ſpiritu ſexti ac ſeptimi ſæculi non diſcrepare ex canonum decretis aliiſque ejus ætatis exemplis ſuperiùs relatis manifeſtum eſt.

E XVIII. In antiquis diplomatibus Regum noſtrorum raræ admodum leguntur imprecationes, uti & multæ pecuniariæ : una utriſque ſufficiebat regia auctoritas. Poſtulabantur tamen aliquando à Regibus noſtris corporales pœnæ in ſubſidium ſpiritualium, cùm hæ non ſatis valerent ad coërcendas hominum pravas voluntates, ut ex Caroli Magni exemplo ſuperiùs didicimus. Huc referri poteſt epiſtola Richardi[f] Cantuarienſis ad alios Angliæ Epiſcopos, in qua exponit lugetque damnoſam eccleſiæ Anglicanæ conſuetudinem, qua *ſi Judæus aut laicorum viliſſimus occiditur, ſtatim ſupplicio mortis occiſor addicitur* : ſi Sacerdos aut Clericus, ſola *excommunicatione contenta eccleſia, materialis opem gladii non requirit.* Tum concludit. *Eccle-* F *ſia juriſdictionem ſuam priùs exerceat : & ſi illa non ſufficit, ejus imperfectum ſuppleat gladius ſæcularis.* Eum ad modum imprecationibus primùm actum eſt in donationum violatores : addita eſt etiam pecuniaria multa : ſed hanc dumtaxat comminatoriam (uti & imprecationes ſeu comminationes nonnullas) fuiſſe puto, niſi acceſſiſſet legitima Principum auctoritas. Alia ratio eſt de anathematiſmis, quos ſancti Patres in Conciliis approbarunt. Hinc Paſchaſius in libro ſecundo de Epitaphio Walæ cap. III. *Quod ſi ſecundum ſententiam Veritatis, quæcumque ligaverint iſti ſancti Pontifices ſuper terram, ligata erunt & in cælis ; timendi ſunt tot anathematiſmi ſanctorum Patrum, qui leguntur pro talibus prolati in ſacris canonibus : quoniam non minus eorum*

a *Metrop. Rem.* tom. 2 pag. 40.

b *Ravenna antica Girolami Fabri* pag. 116.

c *Perard.* pag. 31 & 32.

d *du Cheſne Guiſnes* pag. 44 & ſeqq.

e *Diurn. Rom.* pag. 120, 134, 139

f *Spicil.* tom. 8 pag. 437.

66776

viget auctoritas, quantum æſtimo, qui jam cum Deo regnant. Ex his, inquam, canonum A
anathematiſmis in pervaſores rerum Deo ſemel conſecratarum, robur & auctoritatem accipiunt diræ & imprecationes, quæ in donatorum litteris exprimi ſolent, pontificiis paſſim & epiſcopalibus diplomatis ſpeciatim confirmatæ.

XIX. Verùm, ut jam dixi, veteres Francorum Reges, maximè Merovingici & Carolingi, rariùs utuntur imprecationum ac multarum interminatione. Ex Merovingicis tamen Guntchramnus & Childebertus Reges cum Brunichilde ita loquuntur in exemplari pactionis ſuæ apud Gregorium Turonenſem[a]. *Hoc etiam huic addi placuit pactioni, ut ſi qua pars præſentia ſtatuta ſub quacumque calliditate, tempore quocumque tranſſcenderit; omnia beneficia, tam repromiſſa, quàm in præſentia conlata amittat, & illi proficiat, qui inviolabiliter omnia ſupra ſcripta ſervaverit, & ſit de ſacramentorum obligatione in omnibus abſoluta. His itaque omnibus definitis, jurant partes per Dei omnipotentis nomen, & inſeparabilem Trinitatem, vel divina omnia, ac tremendum diem judicii, ſe omnia quæ ſuperiùs ſcripta ſunt, abſque ullo dolo malo, vel fraudis ingenio inviolabiliter ſervaturos.* Et infra. *Lectis igitur pactionibus, ait Rex: Judicio Dei feriar, ſi de his quidquam tranſſcendero, quæ hîc continentur.* Ubi vides multæ genus & imprecationis etiam Regis in ſeipſum. Ex Carolingis unum invenio Ludovici Pii diploma pro cœnobio Foſſatenſi in appendice Capitularium num. LII, ubi Imperator ſtatuit, ut ſi quis ipſius præceptum violare præſumpſerit, *à liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ expulſus, & ab omnibus Epiſcopis to-* C *tius Galliæ excommunicatus, à cœtu fidelium ſit ſegregatus, & cum Caïpha & Pilato, Juda quoque traditore Domini pœnas æternas ſuſtineat, atque cum principe dæmoniorum ſedem gehennalem.* Verùm cùm hoc diploma ſit illud ipſum, quod tempore Ingelberti Abbatis ablatum, ignique crematum tradit Odo[b] Abbas in libello de Tranſlatione ſancti Mauri Abbatis; additque Ebroïno repræſentari non potuiſſe; erit forſan qui ſuſpectum habeat ſaltem his in verbis privilegium. Etſi reponi poteſt, autographum quidem amiſſum fuiſſe, non exempla genuina, ex quorum uno editio Baluziana prodiit. Sed longè potior eſt ejuſdem Ludovici Auguſti clauſula in diplomate hîc edito pro cœnobio Dionyſiano de donatione Mintriaci, his verbis concepta: *De-* D *cernimus etiam per poteſtatem Regis Regum, qui nobis quantam voluit poteſtatem miſericorditer contulit, in cujus manu corda ſunt Regum, per interminationem & obteſtationem futuri judicii, nulli licere ſucceſſorum noſtrorum, aut monaſterii ipſius rectorum, vel alii cuilibet magnæ vel parvæ perſonæ, hæc quæ à nobis pia intentione tradita, decreta & promulgata ſunt, in quoquam convellere* &c. In litteris Caroli Calvi pro cœnobio Foſſatenſi apud Beſlium[c], eædem imprecationes leguntur atque in illis Ludovici Imperatoris. Item in diplomate Odonis Regis pro eccleſia ſancti Hilarii Pictavenſi apud eumdem[d], *ſub anathemate perpetuò ſciat ſe damnandum.* Denique in alio Lotharii Regis[e] multa auri c librarum & anathema infligitur. E

XX. Ex Imperatoribus Carolinæ ſtirpis nonnulli in ſinceris diplomatibus ſuis utrumque adhibent, imprecationes ſcilicet, ac multas pecuniarias. Unum lego Lotharii Auguſti pro eccleſia Ambroſiana apud Puricellum[f], in quo hæc clauſula. *Si quis igitur hoc præceptum infringere (quod abſit) temptaverit; noſtræque diſpoſitionis emolumentum, ſicut decrevimus, manere noluerit; conatus ejus apud omnipotentem irritus maneat; cogaturque componere auri obrizi libras mille; atque à ſanctorum martyrum Gervaſii Protaſiique & confeſſoris Ambroſii juſtorumque omnium conſortio ſegregetur; & inſuper anathematis ultione perculſus, in extremi examinis die cum Juda traditore ejuſque contribulibus participetur.* Ubi utrumque expreſſum habes, nempe multam pecuniariam, & imprecationes. Has autem duobus item in locis obſervo F in privilegiis Ludovici II Imperatoris; multam verò in tribus: quæ utraque habentur in Chronico Caſaurienſi, ſcilicet in Spicilegii tomo v. Multa pecuniaria exſtat in privilegiis primo, ſecundo, & tertio, quæ tu conſule ſi lubet: imprecationes in quarto & ſexto. Hæc verba ſunt privilegii quarti. *Si quis autem hujus noſtræ inſtitutionis ... violator extiterit; ſciat ſe incurſurum iram ſanctæ & individuæ Trinitatis, atque in tremendo juſti Judicis examine cauſam nobiſcum dicturum: ac per hoc cum Juda proditore ab apoſtolico agmine cum impiis & ſacrilegis ſequeſtratus, pars illius ſit in ſtagno ignis ardentis & ſulphuris.* Eadem fere leguntur in privilegio ſexto. *Sciat ſe incurſurum iram*

a *Greg. Tur. lib. 9 cap. 20.*

b *Sæc. 4 Bened. part. 2 pag. 173 num. 14 & 16.*

c *Beſly Comit. Pict. pag. 170.*
d *ibid. pag. 201.*
e *ibid. 251.*

f *Puricell. pag. 282.*

A *ſanctæ & individuæ Trinitatis, ita ut ad ſortem beatiſſimæ reſurrectionis & aſcenſionis Domini noſtri Jeſu-Chriſti nullatenus pervenire valeat: ſed cum Juda proditore ſortem æternæ damnationis perpetualiter poſſideat.* At ſingularis mihi videtur clauſula illa, quæ habetur in diplomate Caroli Craſſi Imperatoris pro parthenone Nivernenſi, hîc edito, in quo duplex pœna proponitur, nempe capitis, aut pecuniæ. En locus. *Si qui fortè (contra) illud præſumptive agere tentaverint; aut capite puniantur, aut tantum auri pondus prætaxato ſanctiſſimo loco conferant, quo tam Abbatiſſæ, quàm reliquis ibi Deo militantibus ſatisfaciant.* Ita in Chartario eccleſiæ Nivernenſis. In pleriſque aliis ſequentium Imperatorum atque Italiæ Regum privilegiis ubi de pœna agitur, ſola pecuniaria paſſim apponitur.

B XXI. Jam verò Capetiani Francorum Reges non ſolùm multas pecuniarias in litteris ſuis adhibuerunt, ſed etiam imprecationes. Inter primos Rotbertus Rex in diplomate de Limogiis pro eccleſia ſancti Martini de Campis, cujus diplomatis autographum etiam nunc ſupereſt, ita loquitur. *Si quis autem (quod nefarium eſt dici) plenus dæmoniaca poteſtate contra hujus præcepti auctoritatem inſurgere auſus fuerit; ſeveris preſſus judiciis, ter denas auri libras regali cenſuræ cogatur exſolvere.* Hîc tantùm multa pecuniaria: ſed in præcepto Philippi primi pro eadem fit mentio de *ira omnipotentis Dei & omnium Sanctorum.* At cùm id apponatur poſt ſubſcriptionem Regis, & proximè ante ſubſcriptionem Epiſcoporum; potiùs Epiſcopis, quàm Regi tribuendum videtur. C Hoc enim ſæpiùs advertimus, Reges in ſuis diplomatibus petere ab Epiſcopis, ut præceptorum ſuorum violatoribus inferant excommunicationem. Unde Henricus primus in litteris ſuis pro cœnobio Centulenſi: *Prohibemus ergo*, inquit, *iterum atque iterum noſtro imperio & omnium Epiſcoporum interminatione, ne aliquis malefactorum* &c. Quamquam Ludovicus VI in charta pro ſervis ſancti Martini de Campis, ita de ſuo loquitur: *Regalis igitur decreti tranſgreſſor cauſam, de qua agit in perpetuum amittat, excommunicationi ſubjaceat, & cauſa ejus irrita fiat, nec pacis oſculo à Fidelibus oſculetur*, ut legi in chartario ejus loci, nulla Epiſcoporum mentione facta. Sed imprecatio eſt, non excommunicatio, ut in conſimili facto Morales ſcribit ad diploma Veremundi Regis, D de quo infra.

XXII. Apud Anglos Withredus Rex etiam imprecationibus uſus eſt non ſemel, nempe in litteris datis in Synodo Becanceldenſi anni DC XCVI. *Si quis autem Rex umquam poſt nos elevatus in regnum, aut Epiſcopus, vel Abbas, vel Comes, vel ulla poteſtas hominum contradicat huic chartulæ, aut infringere tentaverit; ſciat ſe ſequeſtratum à corpore & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſeu etiam excommunicatum, ſicut qui non habet remiſſionem neque in hoc ſæculo, neque in futuro, niſi antè emendaverit judicio Epiſcopi* &c. tum in diplomate Eabbæ Abbatiſſæ conceſſo: *Si quis (quod abſit) contra hanc chartulam à me factam, vel heredes mei contraire præſumſerint; noverint à participatione corporis & ſanguinis* E *Chriſti ſe ſegregandos hîc & in æternum.* Ad hæc Edgarus Rex itidem excommunicationem & Judæ ſortem; utrumque etiam Æthelredus imprecantur litteris ſuis, relatis in Monaſtici Anglicani[a] tomo I. Denique Richardus primus apud Radulfum de Diceto[b]: *Nos verò, quantum poteſt Rex, excommunicamus, & concedimus, quod incurrat indignationem Dei omnipotentis, quicumque contra hoc facinus venerit.*

a *Monaſt. Anglic. tom.* I *p.* 211 & 218.
b *Radulf. col.* 699.

XXIII. Ex Hiſpanicis Regibus Veremundus Rex utitur his diris, ut ſi quis contra ipſius teſtamentum *venire tentaverit, ſive ex progenie vel ſtirpe* (inquit) *noſtra, ſive etiam quilibet Comes vel Pontifex, aut quælibet poteſtas; inprimis à corpore Chriſti ſit extraneus, & amborum careat lumine oculorum, & cum Juda traditore inferno ſit damnatus.* quæ in omni-F bus fermè Regum priſcorum diplomatis ait Morales[c], apud Hiſpanos reperiuntur: idque patet ex Aldefonſi Magni epitaphio ab eodem[d] relato. Ante eos Fl. Ervigius in lege pro confirmatione Concilii XII Toletani anno DCLXXXI. *Si quis autem*, ait, *hæc inſtituta contemnat; contemptorum ſe noverit damnari ſententiâ, id eſt ut juxta voluntatem noſtræ gloriæ, & excommunicatus à cœtu noſtro reſiliat, & inſuper decimam partem rei ſuæ fiſci partibus ſociandam amittat. Quod ſi nihil habuerit facultatis, unde prædictam compoſitionem perſolvere poſſit; abſque aliquo infamio ſui quinquaginta eum oportebit ictibus verberari.* Eaſdem pœnas decernit Egica ad Concilium XVII Toletanum anni DC XCIV. Eodem ſæculo, id eſt æra DC LXXXIV, Chindaſuintus Rex in privilegio[e] pro

c *Moral in Eulog. p.* 314 & 316.
d *ibid. pag.* 330.
e *Tepez in tomo* 2 *Chron. Bened. Script.* 13. & 14.

Complutenſi monaſterio ita comminatur violatori, ut *ſit condemnatus & perpetua* A
ultione percuſſus in conſpectu Domini noſtri Jeſu Chriſti: itemque *ſit anathema maranatha,*
id eſt duplici perditione damnatus, ut etiam de hoc ſæculo, ſicut Dathan & Abiron, vivus
terræ continuo abſorbeatur lacu; & tartareas pœnas cum Juda Chriſti proditore perenni per-
ferat cruciatu. Addit Rex multam pecuniariam his verbis. *Inſuper inferat parti meæ*
partique veſtræ ipſum monaſterium duplicatum vel triplicatum.

XXIV. Denique apud Germanos in uſu erat præcipuè multa pecuniaria, ut
patet ex tribus libris Traditionum Fuldenſium, quos Piſtorius typis vulgavit: in
quibus paucas admodum imprecationes invenias. Supereſt ut hîc agamus de impre-
catione depoſitionis, quam in caput ſequens reſervamus. B

CAPUT IX.

I. *Privilegii Æduenſis imprecationes expenduntur.* II *&* III. *Oppoſitæ de*
eis eruditorum ſententiæ. IV. *Sententia media.* V, VI *&* VII. *Admiſſa*
imprecatione depoſitionis quid afferri poſſit pro Gregorio M. VIII. *Unde*
hæc imprecatio deſumta. IX. *Quæ mens hac in re Gregorio fuiſſet.* C

I. IN Auguſtodunenſis xenodochii privilegio, quod Senatori Preſbytero & Ab-
bati à Gregorio Magno conceſſum traditur, duæ inveniuntur formulæ im-
precationum. Prima eſt ejuſmodi. *Statuentes nullum Regum, nullum Antiſtitum,*
nullum quacumque præditum dignitate, vel quemquam alium, de his quæ xenodochio à ſu-
praſcriptis præcellentiſſimis filiis noſtris Regibus jam donata ſunt, vel in futuro à quibuslibet
aliis de proprio fuerint jure collata, ſub cujuſlibet cauſæ occaſionisve ſpecie minuere, vel au-
ferre, ſive ſuis uſibus applicare, vel aliis quaſi piis cauſis, pro ſuæ avaritiæ occaſione poſſe
concedere: ſed cuncta quæ ibi oblata ſunt, vel offerri contigerit, tam à te, quàm ab eis qui D
in tuo officio locoque ſucceſſerint, perenni tempore illibata, & ſine inquietudine aliqua volu-
mus poſſideri. Ab hac formula in eo diverſa eſt altera, quòd pœnas, & quidem gra-
viſſimas, addit his verbis. *Si quis verò Regum, Sacerdotum, Judicum, perſonarumque*
ſæcularium hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam venire tentaverit; pote-
ſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exſiſtere de perpetrata ini-
quitate cognoſcat. Et niſi vel ea quæ ab eo male ablata ſunt, reſtituerit; vel dignâ pœniten-
tiâ illicitè acta defleverit; à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Redem-
ptoris Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in æterno examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

II. De his duabus formulis alii alia ſentiunt. Quidam eas ſuppoſiticias, & à E
Gregorii mente prorſus alienas; ipſamque epiſtolam duaſque ſequentes ejuſdem
formæ, aut ſpurias, aut certè hoc loco interpolatas eſſe contendunt. Horum ante-
ſignanus eſt Johannes Launoïus variis in locis, maximè in Aſſertione [a] inquiſitio-
nis in ſancti Medardi privilegium, ubi Auguſtodunenſe multis oppugnat. I quòd
illud cum beati Gregorii doctrina & inſtitutionibus, quæ ejuſmodi exemtiones non
probant, ſtare non poſſit. II quòd ex duabus præmiſſis formulis, uni pœna nulla
ſubjicitur, alteri graviſſima. III quòd ad Abbatis ejus xenodochii judicium ſex
præter Auguſtodunenſem exigantur Epiſcopi. IV quòd in Reges, nedum in Sacer-
dotes & Judices, depoſitio proferatur: quod ducentis poſt Gregorium annis atten- F
tari cœpit.

[a] *Joh. Laun. Aſſert. cap.* 10.

III. Oppoſitam verò ſententiam confirmant in primis mſſ. codices, etiam Ro-
mani, teſtante Petro de Guſſanvilla, in quibus habetur hoc privilegium. Certè in
Remigiani cœnobii apud Remos exemplari, quod præfert annos facilè octingen-
tos, integrum reperitur. Deinde laudatur in vita ſancti Hugonis monachi Æduen-
ſis ſæculo X ſcripta: quo tempore Frodoardus in Hiſtoriæ Remenſis lib. III cap. XXVII
meminit alterius privilegii, quod Hincmarus petente Carolo Calvo in gratiam
Oriniacenſis parthenonis compoſuit, *non ſuis verbis, ſed ſicut beatus Gregorius de quodam*
monaſterio

A *monaſterio à quadam Regina ædificato ipſa petente dictaverat, & ipſe quoque dictavit,*
repetens maledictionis intentationem, quam domnus idem Gregorius contra præſumtorem illius
monaſterii jaculatus ſit. Ex quo intelligitur, hoc privilegium cum ſuis imprecationi-
bus exſtitiſſe in codicibus mſſ. regnante Carolo Calvo. Præterea hanc clauſulam
refert Gregorius VII in lib. VIII epiſtola XXI. Denique ex alia indubitata Gregorii
Magni epiſtola, quæ eſt libri undecimi epiſtola VIII, conſtat privilegia pro cœno-
biis Æduenſibus rogatu Brunechildis ab ipſo edita fuiſſe, in quibus Præpoſitis eo-
rum locorum quædam interdicta erant, quæ quidem in vulgatis privilegiis inve-
niuntur, nempe ut *nullus eorum qui eidem xenodochio atque monaſterio Abbas aut Preſby-*
B *ter fuerit ordinatus, ad Epiſcopatus officium quacumque obreptione ſit auſus accedere.*

IV. Hæc quibuſdam graviora videntur iis, quæ ex adverſo proferuntur ad hu-
jus privilegii ſeu imprecationum ejus elevandam fidem. Quapropter Dadinus Alte-
ſerra juris ac rei litterariæ peritiſſimus, iſtius privilegii auctoritatem hoc tempore
tueri non cunctatus eſt. Sed ſunt qui privilegium legitimum eſſe conſentiunt: at
depoſitionis comminationem Gregorio Magno convenire diffitentur, ſed ab aliquo
interpolatore intruſam eſſe contendunt. Id ſi ita eſt, factum oportet ante ſæcu-
lum nonum, quo ſæculo mſſ. codices hanc imprecationem continebant, ut ex
Remigiano inter alios conſtat.

C V. Verum age videamus, quid admiſſa illa imprecatione, quaſi à Gregorio ipſo
profecta; quid, inquam, ejus epiſtolæ impugnatoribus reſponderi queat, ſalvâ
utrique poteſtati reverentiâ. Primum opponunt Gregorii genium ab his immode-
ratis vocibus ac ſenſibus alienum. Verùm id fortaſſe facili negotio dilui poteſt,
attentis circumſtantiis perſonarum, quæ virum prudentem lenius aut ſeverius agere
ſuadent. Privilegium à Gregorio expetebant Childebertus Rex & Brunechildis Re-
gina ad reprimendam futurorum in Æduenſe xenodochium rapacitatem. Res po-
ſtulabat, ut quàm fortiſſimis aſſereretur modis, regia id exigente majeſtate. Hinc
Gregorius, tametſi moderatione eximia præditus, ſeveriores imprecationum mo-
D dos adhibuit, quæ non tam eſſent decreta latæ ſententiæ, quàm verba commina-
toria [a]. Sic Patres Concilii Aurelianenſis IV, petente Childeberto Rege, xenodo-
chii Lugdunenſis rebus cavent eo pacto, ut *ſi quis quolibet tempore, cujuſlibet poteſta-*
tis vel ordinis perſona ſecus attentaverit, *ut necator pauperum irrevocabili anathemate*
feriatur. Ubi vides nullum fieri diſcrimen perſonarum, ſed omnes cujuſlibet pote-
ſtatis iiſdem diris addictas: nempe quia Childeberti precibus ea ſeveritas deberetur.

VI. Et quidem Gregorius Magnus eamdem rationem habuit in edictis ſuis, ut
aliquando mollius, aliquando ſeverius in prævaricatores pronuntiaret. Quippe in
epiſtola ad Bonifacium Defenſorem, ita privilegia Defenſorum ſancit [b], ut *nec à*
E *quoquam Pontificum in totum, partemve qualibet occaſione convellantur vel mutentur. Nam*
nimis eſt aſperum, inquit, *& præcipuè bonis Sacerdotum moribus inimicum, ut quemquam*
quacumque rationis excuſatione, & quæ bene ſunt ordinata reſcindere, & exemplo ſuo do-
cere, ceteros ſua quandoque poſt ſe conſtituta diſſolvere. Non receſſit ab hac lenitate
Gregorius in privilegio [c] quod Reſpectæ Maſſilienſi Abbatiſſæ conceſſit. At in
litteris Candido Abbati monaſterii ſancti Andreæ ad Clivum Scauri directis, qui-
bus concordiam inter ipſum & Maurentium militiæ magiſtrum confirmat, paullo
duriùs agit in ejus pacti violatores his verbis [d]. *Cui rei ſi quis (quod non credimus)*
contrariam afferre quoquo modo tentaverit voluntatem; ille quidem reum ſe ante Deum eſſe
F *noverit, qui nititur ea quæ utiliter ſunt finita reſcindere. nam eidem deciſioni tranſactioni-*
que nihil ſe derogare cognoſcat. Nempe carius erat ſancto Pontifici hoc cœnobium,
in paternis ædibus ab ſe inſtitutum: ob idque reatum divinæ offenſæ ei commina-
tur, qui tranſacti fœderis conditiones violaturus eſſet. Unde non mirum, ſi im-
precationes multiplicaverit in gratiam Brunechildis & Childeberti Regis, qui re-
bus xenodochii Æduenſis ſeverioribus modis conſultum volebant.

VII. Neque verò ab eorum temporum moribus adeo aliena videtur depoſi-
tionis comminatio. Primò Gregoriano illo ævo excommunicationis imprecatio
vibrata eſt ſæculo VI in homines *cujuſcumque poteſtatis* in Concilio Aurelianenſi IV,

O

a *Thomaſſin Diſcipline part.* 2 *p.* 120 *num.* 3.

b *Greg lib.* 7 *epiſt.* 17 *Indict.* 1.

c *lib.* 6 *epiſt.* 12.

d *lib.* 7 *epiſt.* 13 *Indict.* 1.

& ſæculo inſequente in Niddenſi apud Anglos etiam in Reges, ut in ſuperiori A capite vidimus ex vita ſancti Wilfridi [a]. Quin etiam Withredus, & ipſe Anglorum Rex, eamdem excommunicationis pœnam [b] etiam Regibus interminatur. Deinde in Synodo Romana, quam in cauſa Wilfridi habitam diximus, depoſitio etiam Epiſcopis [c] intentata eſt. Ad hæc in privilegio Belvacenſis eccleſiæ, ab Epiſcopis quatuor provinciarum (ut loquitur Hincmarus Remorum Antiſtes [d]) conſenſu domni Caroli Imperatoris defuncti confirmato, hæc continentur apprime ad hunc locum. *Si quis Regum, Sacerdotum & Judicum, atque ſæcularium perſonarum hanc conſtitutionis paginam cognoſcens, contra eam venire tentaverit; poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque divino judicio ſe exſiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, &c.* Multa B alia ejuſmodi imprecationis, ſcilicet depoſitionis, exempla occurrunt in monumentis ſubſequentium temporum.

a Sæc. 4 Bened. part. 1 pag. 716.
b Spelman. Conc. tom 1 pag. 192.
c Sæc. 4 Bened. part. 1 pag. 694.
d Hincm. Opuſc. 46.

VIII. Sed unde, inquis, hæc comminatoria formula procedere potuit? nempe ex uſu pſalmi CVIII, in quo omnia ferè imprecationum genera, quæ ſuperiùs retulimus, aut verbis ipſis, aut conſimili ſententia reperiuntur. Et certè ab hoc pſalmo, tamquam ab exemplari, hunc imprecationum modum profluxiſſe intelligimus ex teſtamento Aredii Abbatis Attanenſis, in quo hæc verba: *Sit excommunicatus & anathematizatus, & veniat illi illa maledictio, quam pſalmus continet in Judam Scariotis centeſimus octavus.* Hic autem verſus de Juda Scariote manifeſtam continet depoſi- C tionis comminationem: *Et epiſcopatum ejus accipiat alter.*

IX. Ergone Gregorius Magnus eouſque progreſſus eſt, ut depoſitionis pœnam in ipſos etiam Reges intentare porro auſus ſit? Hæc quidem in Gregorium VII ejuſque ſucceſſores Pontifices Romanos cadere poſſint: at in Gregorio, tantæ moderationis viro, locum habuiſſe quis ferat? Et quidem ſi ſuis moribus ac innatæ manſuetudini relictus eſſet Gregorius Magnus, nullus dubitat, quin à tam gravi comminatione abſtinuiſſet. at dandum erat aliquid regiæ auctoritati, quæ ſeveriores Eccleſiæ pœnas in donationis ſuæ violatores exigebat: dandum aliquid Pontificum ſuperiorum exemplo, nempe Aurelianenſium Patrum, qui in ſimili cauſa D anathema in cujuſcumque dignitatis perſonas rogatu Childeberti primi protulerant.

Neque verò propterea exiſtimandum eſt eam fuiſſe Gregorii mentem, ut deturbandi Reges poteſtas reſideret penes Pontifices Romanos. Formula hæc comminatoria eſt, non ſententia decretoria, eodem prorſus modo intelligenda, quo aliæ complures, nempe ut chartarum violatores intereant morte Antiochi, conſumti à vermibus, &c. quas qui proferebant, longè aberant ab ea perſuaſione, id ex ſuis litteris conſequendum fore. An non comminatoria eſt ſancti Bonifacii in ſeipſum imprecatio, qua ſibi reatum in æterno judicio & ultionem Ananiæ & Saphyræ devovet, ſi profeſſionem ab ſe editam aliquo pacto uſpiam violaret? Scimus & apud E priſcos Romanos fuiſſe leges diras ac minaces; ſed in hoc ipſum tantummodo latas, qualis illa fertur è duodecim tabulis de diſſecando corpore debitoris: cujus ideo nullum exſtat exemplum, quòd non in uſum, ſed ad terrorem eſſet prodita. Idem de Gregorii edicto dictum puta. Hunc locum egregiè illuſtrat Concilium Aragonenſe [e] Ranimiro Rege præſente habitum, cujus decreta interminatione concludit firmatque Rex ipſe in hunc modum: *Quicumque futurorum Regum, ſucceſſorum noſtrorum, tranſgredientes & deviantes ab hoc regali ſimul & pontificali decreto, tentaverit diſſolvere hanc ſcripturam; in præſenti ſæculo omnipotens Deus, qui eſt juſtus Judex & Regum Rex, diſſolvat & dividat regalem honorem & potentiam regni eorum; detque illud ſe dili-* F *gentibus & timentibus, & noſtra decreta ſervantibus: & in futuro ſeparati à conſortio omnium Chriſtianorum, interpellante pro eis beato Johanne Baptiſta cum omnibus Sanctis, participentur in ſocietate cum Dathan & Abiron & Juda traditore in inferno inferiori, luentes pœnas perpetui incendii ſine fine per æterna ſæcula, amen.* Hæc ſæculo XI ante Gregorium VII, qui ejuſmodi formulis primus uſus eſt, non jam ad ſolam comminationem imprecationemque, ſed ad ipſam Imperatorum abjectionem. Sed hac in re maximè laudanda eſt eximia moderatio noſtri temporis Pontificum Romanorum.

e Conc. Labbe tom. IX col. 1173.

A

CAPUT X.

I. Formula exprimens ſubſcriptionem & ſigillationem regiorum diplomatum apud Francos, qualis ſub Merovingis. II & III. *Sub Carolingis.* IV. *Et ſub Capetianis.* V. *Diverſitas unde.* VI. *Imperatores quando* ſigilli *nomine uſi.* VII. *Quo modo ſubſcripſerint Reges Merovingici.* VIII. *Carolingi.* IX. *Et Capetiadæ.* X. *Monogrammatibus quis primus ex eis uſus.*
B XI. *in moneta.* XII. *Monogrammatum diverſa forma.* XIII. *Quid in eo ſignificat* y *græcum.* XIV. *Quis primus Romanorum Pontificum monogrammate uſus.*

I. JAm tandem devenimus ad extremam diplomatum periodum, qua ſubjecta
Regum ſubſcriptio & ſigillatio exprimitur. Variæ fuerunt pro variis temporibus
hæ formulæ.

Quippe Merovingici Francorum Reges hac ferè clauſula uſi ſunt: *manus noſtræ*
C *ſubſcriptione*, vel potiùs *ſubſcriptionibus infra roborare*, ſeu *confirmare decrevimus*, *ſtuduimus*,
apud Marculfum in lib. 1 formula II & III. *ſubtus eam propria manu decrevimus roborare*
formula XXIV. Eadem clauſula paſſim obſervatur in vetuſtis Merovingicorum, quæ
infra exhibemus, inſtrumentis. At pauca (ſi non fallor) indubitata invenias eorum
Regum monumenta, quæ *anuli*, *ſigillive* mentionem faciant, tametſi Regum
effigies chartis appoſitæ ſunt.

II. Utrumque verò, id eſt ſubſcriptionis & anuli mentionem, in litteris ſuis
exprimere ſolent Carolovingi, præterquam in placitis & minoris momenti diplomatibus,
quibus cùm Reges paſſim non ſubſcriberent, ſed ſolus Cancellarius aut
D Notarius; nullam regiæ ſubſcriptionis, at plerumque regii anuli aut ſigilli mentionem
tum faciebant. In aliis majoris momenti diplomatibus utrumque (ut dixi)
exprimere mos erat in hunc fere modum: *manu noſtra*, ſeu *propria ſubter firmavimus*,
aut *ſubter eam decrevimus adſignare* vel *adſignari*, & *de anulo noſtro ſubter ſigillare*, (quo
verbo *ſigillare* uſi ſunt etiam Carolus [a] Magnus & Ludovicus [b] Pius) ſeu *anuli noſtri* — a *Metrop. Salisb. tom. 2. pag. 11.*
impreſſione adſignari juſſimus. Interpolatum eſt in nonnullis diploma [c] Ludovicii Pii — b *Ital. ſac. tom. 5 col. 603.*
pro Virodunenſi ſancti Michaëlis monaſterio, primò quòd in inſcriptione dicitur,
non ſolum *Imperator ſemper Auguſtus*, ſed etiam *Francorum Rex*. deinde quòd in notis — c *Analect. tom. 2 pag. 414.*
chronologicis legitur, *octavo regni domini Ludovici imperantis in Francia, & imperii*
E *ejus anno ſecundo.* non enim priùs in Francia regnare, quàm imperare cœpit. tertio
(ut ad propoſitum redeam) quod in fine contextûs hæc clauſula adhibetur,
manu noſtra propria ſubter firmavimus, & bullarum noſtrarum impreſſionibus inſigniri fecimus.
Nam poſt *firmavimus* aut quid ſimile, aliàs hanc fere adhibet formulam Ludovicus,
de anulo noſtro juſſimus ſigillari. Ad ſuperiorem tamen modum Carolus Calvus
utitur his verbis, *bullis noſtris juſſimus inſigniri*, apud Dubletum [d], & Chiffletium in hiſtoria — d *Doublet pag. 807.*
Trenorchienſi [e]: ubi Philippi I litteræ hac itidem clauſula præditæ ſunt. De eadem — e *Tournu pag. 216.*
formula Ludovici ſecundi Imperatoris inferiùs agemus. Aliquando tamen ſolius
ſubſcriptionis fit mentio in diplomatibus Regum noſtrorum, *propriæ manus adnota-*
F *tione ſtuduimus adumbrare*, aut ſimili modo, tametſi apponeretur regium ſigillum.
aliquando ſolius anuli, ut patet ex variis quæ inferiùs adducenda ſunt monumentis,
quod maximè obtinebat in tractoriis & confirmationibus commutationum, &
Placitis, quibus Rex aliquando quidem, ſed rariùs ſubſcribebat. Ita eſt in autographo
Caroli Calvi pro cœnobio Caziacenſi, in quo ſolius *anuli* appoſiti fit mentio.
Denique è multis pauca inveni regia diplomata, in quibus neque ſubſcriptionis,
neque anuli appoſita ſit mentio, ubi tamen Rex ſubſcribit, & ſigillum ejus
appoſitum eſt. Tale eſt diploma Carolomanni Regis, Caroli Magni fratris, hîc
editum: quod regiam ſubſcriptionem & obſignationem nullatenus exprimit. Eam-

dem ac uniformem hanc normam ſecuti ſunt ſecundæ ſtirpis Francicæ Reges om- A
nes, aut pæne omnes, & quidem in exprimenda ſigillatione. Sic Carolus Simplex,
de anulo noſtro ſigillari juſſimus, hîc; *noſtro præcepimus anulo inſigniri*, in Miſcellaneis
Labbeanis[a]; *anuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus*, in hiſtoria Trenorchienſi[b]: ubi
eadem formula uſus eſt etiam Rodulfus Rex[c]; & poſt eum Lotharius ejuſdem Caroli
Simplicis nepos, in Spicilegii tomo VIII[d].

III. In his omnibus rariſſima eſt *ſigilli* mentio in exprimenda clauſula ſigillatio-
nis, tametſi in contextu diplomatis aliquando occurrit, ut in diplomate Caroli Cal-
vi pro cœnobio Curbionenſi[e]. Exſtant nihilo minus quædam poſteriorum ſecun-
dæ ſtirpis Regum monumenta, in quibus *ſigilli* regii mentio in clauſula adhibetur. B
Ejus generis eſt diploma Caroli Simplicis pro monaſterio ſancti Theoderici prope
Remos, & Lotharii ejus nepotis, cujus hæc clauſula in autographo ſancti Vincen-
tii apud Laudunum, atque etiam in Remigiano, quod exſtat in Metropolis Remen-
ſis tomo ſecundo[f]: *de ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.*

IV. Id in morem tranſtulêre Capetiani, qui neſcio an poſt Rotbertum *anuli*, cer-
tè aliquando *bullæ* aut *bullarum*, pro more veterum Regum, ſæpius *ſigilli* vocabulo uſi
ſunt. Primus ex his Hugo rem probat in hiſtoria Trenorchienſi[g], *ſigillo noſtro inſigniri
juſſimus.* & in litteris pro Laudunenſi ſancti Vincentii cœnobio, *ſigilli noſtri impreſſione.*
Hugonem Rotbertus apud Dubletum, Henricus, aliique ſubſequentes hac in re imita- C
ti ſunt, non tamen ſemper, ut patet cum ex aliorum, tum ex Philippi I exemplo &
verbis, *bullis noſtris ſubinſigniri juſſimus*, in Hiſtoria Trenorchienſi[h], in qua alia de
ſigillo Henrici ac Philippi exempla occurrunt, uti & alibi paſſim. Non tamen adeo
conſtanter *ſigilli* nomen expreſsêre Hugo & Rotbertus primi Capetianæ ſtirpis Re-
ges, ut etiam aliquando anuli vocem non adhibuerint ad deſignandam ſigilli im-
preſſionem. quod patet ex Hiſtoria Sueſſionici beatæ Mariæ Parthenonis[i], ubi hæc
verba, *& anuli noſtri impreſſione ſignavimus.* At frequentior *ſigilli* mentio in eorum di-
plomatis occurrit.

V. Hæc autem mutatio inde originem cœpiſſe videtur, quod cùm ad anuli ſi- D
gilaris modum conformatæ eſſent primùm diplomaticæ Regum effigies, immo
fortaſſe anulis ipſis exprimerentur; hinc mos obtinuit, ut *anuli* mentio in diploma-
tis paſſim recepta eſſet. Sed cùm ſubinde icones illæ ad eam magnitudinem accre-
viſſent, quæ in tertiæ ſtirpis diplomatibus cernitur; relicto anuli nomine invecta
eſt *ſigilli* appellatio.

VI. Et quidem exemplo Imperatorum, apud quos hæc mutatio primùm inole-
vit, Carolovingi *anuli* nomine uſi ſunt, ſcilicet Carolus Magnus, Ludovicus Pius,
Lotharius, Ludovicus ſecundus: qui Ludovicus *bullæ* vocabulum ſæpius uſurpavit in
Spicilegii[k] tomo V. *Ex bulla noſtra juſſimus annotari*: tum, *noſtræque bullæ impreſſione*; E
ad hæc, *bullis noſtris roborari.* Idem *anuli* ſeu *bullæ* uſus perſeveravit ad Ottonem pri-
mum Imperatorem, qui *ſigilli* appellatione identidem uſus eſt ex eodem Spicilegii[l]
tomo V. Sed ante eum Carolus Craſſus in Monumentis Paderbornenſibus[m]. Mos iſte
ad ſubſequentes Imperatores promanavit. Ex his ſuſpectum redditur (quod mendo-
ſum eſt aliis capitibus) diploma Lotharii I Imperatoris in tomo IV Italiæ Sacræ[n],
ubi legitur *ſigillo noſtro plumbeo*, aliaque id genus, quæ vocem *Sigilli* (præterquam in
corpore diplomatis) adhibent ante Carolum Craſſum, cujus hæc verba ſunt in mox
laudatis Monumentis: *Sigillo noſtro aſſignari juſſimus*, ad annum DCCCLXXXVII. Eodem
fermè tempore Ludovicus Germaniæ Rex pro eccleſia Friſingenſi[o] ſic loquitur: *manu* F
noſtra illud firmavimus, & ſigillo noſtro conſigniri juſſimus, anno DCCCCVI. & Arnolfus
Dux Bajoariorum[p], pro eadem eccleſia biennio poſt, *ſigilli noſtri impreſſione.*

VII. Jam ordo poſtulat, ut ex clauſula diplomatum, quæ ſubſcriptionem & ſi-
gillationem exprimit, deſcendamus ad ipſas ſubſcriptiones, quæ in vetuſtis inſtrumen-
tis Regum noſtrorum notas chronologicas ſemper antecedunt. Hic autem ritus, ut
cetera alia, pro temporum varietate varius fuit. Primæ ſtirpis Reges hunc fermè mo-
dum adhibuerunt, ut propria manu nomen ſuum ſubſcriberent, addito ſigno, in va-
rias aliquando figuras diſtincto, aliquando figuram crucis præferente, ut *Chlodovcus*

a *Labbe pag.* 498.
b *Tournu pag.* 274.
c *ibid. pag.* 277.
d *Spicil. tom* 8 *pag.* 360.
e *Sec.* 4 *Bened. part.* 2. *pag.* 252.
f *Metrop. Rem. tom.* 2 *pag.* 11.
g *Tournu pag.* 289.
h *ibid. pag.* 325.
i *Hiſtor. B. Mariæ Suſſ pag.* 436.
k *Spicil. tom.* 5 *pag.* 370, 384, 388.
l *ibid. pag.* 407, 410, 414.
m *Monum. Paderborn. pag.* 265.
n *Ital. Sac. tom.* 4 *col.* 1334.
o *Metrop. Saliſb. tom.* 1 *pag.* 128.
p *ibid. pag.* 131.

A *Rex*, *Childebertus Rex* &c. Plerique addebant *ſubſcripſi*, quod vel totis litteris, vel tribus prioribus, vel certè ſola littera *ſ* cum ſigno continuato exprimebant. Unus inter omnes Theodericus, Clodovei ſecundi filius, peculiarem modum adhibuit, præmiſſo crucis ſigno, ✠ IN CHRISTI NOMINE THEUDERICUS REX SUBSCRIPSI. quem modum perpetuo in diplomatis ſuis retinuit, præterquam in Placitis, Tractoriis, confirmationibus commutationum, aliiſque minoris momenti regiis litteris, quibus (ut jam dixi, hicque repetere juvat) non Reges paſſim, ſed Notarius Cancellariuſve ſubſcribere ſolebant. Sed ante eum Chlotharius ſecundus Edicto[a] anni DC XV conſimili modo ſubſcripſit: *Chlotacharius in Christi nomine Rex hanc definitionem*
B *ſubſcripſi.* ubi Cancellarii ſignum ante regium perperam ponitur in editis.

VIII. Carolingi Reges, ut in ceteris paſſim, ſic & in modo ſubſcribendi ab aliis Merovingicis deſcivêre. Pippini hæc formula erat. *Signum* ✠ *Pippini glorioſiſſimi Regis*, ſeu (quod idem eſt) *Signum* ✠ *Pippino glorioſiſſimo Rege*, interpoſito ſigno crucis inter *ſignum* & *Pippini* nomen. Solum crucis ſignum manu Principis expreſſum erat, cetera Cancellarius ſeu Notarius adſcribebat. Carolus Magnus patrium morem ſervavit. *Signum Caroli glorioſiſſimi Regis.* Idem præſtitit Carolomannus ejus frater. At poſt acceptum Imperium Carolus adhibuit, *Signum Caroli ſereniſſimi Imperatoris*, ſeu *Auguſti*, interpoſito monogrammate inter voces *ſignum* & *Caroli*. Ludovico Pio ea-
C dem formula, aliquando *piiſſimi Auguſti*, apud Perardum[b]. In diplomate ejuſdem Ludovici & Lotharii[c] pro Corbeïa nova: *Signum Hlutovvici ſereniſſimi Imperatoris*, tum, *Signum Hlotharii glorioſiſſimi Auguſti*. Carolo Calvo etiam pæne eadem formula, aliiſque ſubſequentibus ſtirpis Carolinæ, excepto quod qui erant ſolum regia dignitate præditi, inſcribebantur *glorioſiſſimi Regis* titulo: qui etiam Imperatoria, *glorioſiſſimi & ſereniſſimi ſemper Auguſti* nomen præferebant: quale exſtat Caroli Calvi Imperatoris diploma apud Perardum[d], & alios. Invenio tamen quaſdam Caroli Calvi & Craſſi litteras, quibus hoc modo nomen ſuum apponunt. *Signum Karoli glorioſiſſimi Imperatoris Auguſti.* Carolus quidem Calvus apud Perardum[e]: Craſſus in Miſcellaneis Labbeanis[f]
D & apud eumdem Perardum[g]. Ottones, Henrici, aliique hoc ferè modo ſubſcripſere: *Signum Domni Ottonis Imperatoris invictiſſimi Auguſti* &c. *Signum Domni Henrici tertii Regis invictiſſimi*, interpoſito poſt nomen ſuum monogrammate. Lotharius Rex Francorum, Ludovici Tranſmarini filius, ſolito more ſubſcribit apud Marlotum[h]: *Signum Domni Lotharii glorioſiſſimi Regis*, niſi quod *Domni* vocabulum proprio nomini præponit, (quod etiam præſtat Ludovicus ejus pater in Miſcellaneis Labbeanis[i]:) ſed in alio diplomate ita ſubſcribit: *Signum Lotharii bonæ indolis glorioſiſſimi Regis.* Hoc diploma exſtat tum in libro Donationum piarum[k], tum in Notitia eccleſiarum Belgii apud Miræum. Simili modo Gerbergæ Reginæ litteris ſubſcribit Carolus Princeps:
E *Signum juvenis magnæ indolis Caroli*, apud Marlotum[l].

IX. Poſtremo Capetii haud minùs, quàm Carolingici, genio ſuo tribuerunt in mutando ſubſcribendi ritu, qui pro Regibus ſingulis, immo pro ſingulis ferè cujuſque Regis ſubſcriptionibus diverſus fuit. Hugo his modis variavit. *Signum domni Hugonis glorioſiſſimi Regis Francorum, qui hoc præceptum fieri juſſit, fidelibuſque ſuis firmare præcepit. Signum Hugonis glorioſiſſimi Regis anno ſecundo regnante Hugone Rege*, in Miſcellaneis Labbeanis[m]. Rotbertus ejus filius: *Signum Rotberti Regis inclyti.* aliàs ſimpliciter, *Signum Rotberti Regis.* tum *Regis Franc. glorioſiſſimi*, in iiſdem Miſcellaneis[n]: & apud Perardum[o]: *Signum Rotberti glorioſiſſimi Regis Francorum*, ſicut etiam apud Duble-
F tum. Henrici litteræ variis itidem ſubſcriptionis formulis præditæ ſunt. *Signum Henrici Francorum Regis.* aliàs *Henrici Regis* ſimpliciter. quod etiam de Philippo, eorumque ſucceſſoribus animadvertere licet. Illud verò maximè obſervatione dignum, quòd Capetii à Rotberto Rege, ſed maximè à Philippo I in ſubſcriptionibus, aliquando ſolum ſignum crucis cum ſigillo ſuo apponunt, abſque monogrammate & ſolitâ formulâ, *Signum Philippi* P &c. (ut in Bibliotheca Cluniacenſi[q]: ✠ *Hoc Signum Regis Philippi regnantis ſua manu ſcriptum anno ab Inc. Domini* MLXXVI) aliquando hæc verba, *Signum Philippi*, cum ſola cruce, (ut in diplomate Remigiano apud Marlotum relato, cujus autographum inſpexi.) aliquando monogramma ſolum abſ-

a *Capitul. Baluz. tom. 1 col. 24.*
b *Perard. monum. Burgund. pag. 25.*
c *Monum. Paderborn. pag. 114.*
d *Perard. pag. 160.*
e *pag. 155.*
f *Labbe Miſcellan. pag. 489.*
g *Perard pag. 160.*
h *Metrop. Rem. tom. 1 pag. 603.*
i *Labbe pag. 533.*
k *Miræi Donat. pag. 147. Notitia pag. 106.*
l *Metrop. Rem. tom. 1 pag. 607.*
m *Labbe pag. 547 & 548.*
n *ibid pag. 551 & 552.*
o *Perard. p. 179.*
p *Metrop. Rem. tom. 2 pag. 182.*
q *Biblioth. Clun. col. 527.*

que ſigno crucis & aliis: qualis eſt ſubſcriptio Rotberti Regis in diplomate pro ſan- A
cti Petri cœnobio Catalaunenſi, itemque Heinrici Regis. aliquando denique præter monogramma, etiam ſignum crucis & ſolitam formulam adhibent, uti probant exempla, quæ in ſpecimen ſuo loco adducemus. At in monogrammate ſignove crucis collocando cum ſecundæ ſtirpis Regibus non conveniunt. Cùm enim Carolingi inter *ſignum* & nomen ſuum proprium monogramma apponerent; Capetii illud rejecerunt in poſtrema verba. Nam Rotbertus illud apponit poſt verbum *Regis Francorum*, ſubjiciendo vocem, *glorioſiſſimi*: & Philippus I poſt *ſereniſſimi*, apponit ſignum crucis ſub monogrammate, in hac ſubſcriptione, quam inferiùs expreſſimus: *Signum* B
Philippi ſereniſſimi ac glorioſiſſimi Francorum Regis. Ubi verò nomen ſignumve ſuum haud apponunt, ſolum monogramma adhibent, aliàs ſolum ſignum crucis. Priorem hunc modum ſecuti ſunt Reges à Ludovico Groſſo, quibus ſatis fuit monogramma ſuum apponere abſque ulla alia regii nominis ſubſcriptione. Omnes denique ſubſcribunt ante Datam (quam vocant) Merovingici, Carolingi, & Capetiani ad Ludovicum Groſſum, Philippus I aliquando poſt Datam.

X. Quis autem primus è Francorum Regibus monogrammatis uſum in regia diplomata invexerit, quæſtio eſt inter eruditos, qui monogrammatis vocabulo nomen compendio deſcriptum ac certis litterarum implexionibus concinnatum intelligunt. Ea erat nota & character, ut cùm littera unica eſſe videretur, omnes tamen nominis C
litteras exprimeret. Si monogrammatum antiquitatem attendamus, hæc ante Francorum monarchiam in uſu fuiſſe ex Plutarcho & Symmacho conſtat. Expreſſa ſunt primùm in numiſmatibus, quale eſt Marciani Imperatoris apud Octavium Stradam [a], Placidi Valentiniani in Familiis Byzantinis eruditiſſimi Cangii, aliaque nonnulla. Hæc præceſſerat cæleſti indicio monogramma Chriſti Domini in labaris Conſtantini Magni, qui referente Lactantio [b], *commonitus eſt in quiete, ut cæleſte Signum Dei notaret in ſcutis, atque ita prælium committeret Fecit ut juſſus eſt, & tranſverſa* X *littera ſummo capite circumflexo Chriſtum in ſcutis notat*. Ad hæc monogrammata depicta ſunt in parietibus ad imagines, velis, aliiſque rebus ſacris, ut ex Rabano diſcimus. A D
rebus ſacris ad litteras & diplomata tranſlatus eſt iſte uſus. Nam in Synodo VI exhibitæ ſunt actione XII duæ chartæ, habentes *ſigillum ex cera* cum monogrammate Imperatoris, ἐκτυποῦντα μονόγραμμον Κωνςαντίνου δεσπότου. Erant ergo monogrammata tum uſitata in ſacris Imperatorum. An etiam apud Francorum Reges? Boterovius [c] exhibet nomiſma Theoderici Regis cum ejus monogrammate. Pauci tamen ex Merovingicis eo uſi ſunt in diplomatis, nec alii, ut puto, quàm qui præ imperitia nomen ſuum ſcribere non valebant. Hos inter cenſendi ſunt Chlodovei duo, ſecundus, ac tertius; amborumque matres, Baltechildis & Chrodechildis Reginæ, ut in libro quinto ad tabellam XVIII oſtendemus. Alii à monogrammatis abſtinuerunt, ut Dago- E
berti I, ejuſque nepotis Theodorici; item Childeberti tertii & Chilperici ſecundi ſpecimina probant. Primus perpetuum monogrammatis uſum ac morem in regia diplomata induxit Carolus M. quem morem ceteri ad Philippum tertium Francorum Reges retinuêre, itidemque Imperatores Occidentis ad Carolum IV. Proferuntur tamen Francorum Regum monogrammata [d] à Chlodoveo primo ad Philippum IV. At poſt ſanctum Ludovicum nullum vidimus in variis Philippi III aut IV, quæ inſpeximus, autographis monogramma. Verùm quia duo eorum monogrammata ex tabulario regio profert eruditus Cangius in Gloſſario; fortaſſe alicubi authentica F
exſtant, quæ nobis cernere non licuit. Mirari porro ſubit, in omnibus, quæ quidem inſpexerimus, Ludovici Groſſi autographis nullum, niſi unicum, à nobis repertum monogramma fuiſſe: ſed aliquando ſolum Regis nomen Cancellarii manu appoſitum: aliquando cum ſigno crucis à Rege facto, ut in Bibliotheca Cluniacenſi [e].

XI. De Caroli Magni monogrammate loquitur ſcriptor tranſlationis ſancti Sebaſtiani, ubi Ludovicus Pius *calicem cum patena, patris ſui Magni Caroli monogrammate inſignita*, ſancto Medardo tradidiſſe memoratur. Carolus Calvus in Edicto Piſtenſi capite XI præſcribit, *ut in denariis novæ noſtræ monetæ ex una parte nomen noſtrum habeatur in gyro, & in medio nominis noſtri monogramma*. Ad quem locum eximius Jacobus

a *Strada p.* 249.
b *Lactant de mort. perſecut. cap.* 44.
c *Boterov. pag.* 313.
d *V. Cangii Gloſſar.*
e *Biblioth. Clun. col.* 531.

A Sirmundus exiſtimat, Carolum Calvum inſtituiſſe è Regibus noſtris primum, ut monogramma ſuis nummis imprimeretur. Verùm morem hunc antiquiorem eſſe diſcimus ex Boterovio, qui Theodorici Regis monogramma refert : & Erkempertus [a] docet, Carolum Magnum Beneventanis Ducem Grimoaldum conceſſiſſe eo pacto, *ut Langobardorum mentum tonderi faceret ; chartas quoque nummoſque nominis ſui characteribus ſuperſcribi ſemper juberet.* Et Paſchaſius [b] in Epitaphio Arſenii ſeu Walæ ſcribit, Lotharium à Ludovico Pio conſortem imperii conſtitutum fuiſſe *in omni poteſtate & honore, in omni conſcriptione & nomiſmate.* At hæc de inſcriptione nominis explicari poſſunt abſque monogrammate : nec Theodorici monogramma evin-
B cit, ullum fuiſſe ante Carolum Calvum de imprimendo nummis regio monogrammate præceptum. quod unum Sirmundus voluit.

XII. Qui monogrammatis in diplomatibus uſum primus invexit Carolus Magnus, id ita concinnari curavit, ut ſignum crucis, quo ſuperiores Francorum Reges in litteris ſuis uſi fuerant, repræſentaret. Idem etiam exprimere ſtuduerunt plerique ejus ſucceſſores, quantum varia nominum ac litterarum diſpoſitio patiebatur. Alii quadratam figuram prætulerunt, ut Ludovici ; Ottones, Henrici, aliique præter Carolos Imperatores : quorum monogrammata, uti & ſigilla pleraque, in æs inciſa exhibet Zylleſius in Defenſione ſancti Maximini. Pippinus II Aquitaniæ Rex
C *monogramma* ſuum vocat in privilegio Calmilienſi ſeu ſancti Theofredi. *Characterem nominis* ſui appellabant Philippus I ejuſque poſteri. qui Philippus in diplomate Dionyſianis monachis rogatu Adelæ conceſſo, cujus ectypum ex autographo hîc damus: *noſtrum character impreſſimus.* Ludovicus VI [c], *noſtri nominis karactere & ſigillo ſignari & corroborari præcepimus.* Ludovicus VII apud Perardum, *ſigilli noſtri auctoritate muniri, noſtrique nominis ſubter inſcripto karactere.* Ludovicus Imperator, filius Boſonis, *nomine imperiali ſubter ſignavimus.* Aliquos tamen invenias, qui in diplomatibus loquuntur de nominis ſui charactere, nec ullum tamen apponunt monogramma, ut Ludovicus VI in autographo vulgato apud Dubletum [d]. quod etiam in charta Er-
D berti Catalaunenſis Epiſcopi pro ſancto Remigio deprehendi.

XIII. Sed illud animadverſione non indignum, quod quæ in crucis formam concinnata ſunt monogrammata, in medio præferunt acuminatam quadram, (vulgo *loſange*) & in ipſa quadra ſpeciem græcæ litteræ *Y* [e], in aliquibus in modum *V* conformatæ, plerumque cum puncto de more ſuperpoſito, ut advertere licet in monogrammatis Caroli Magni, Calvi, itemque Simplicis, atque etiam Rotberti, Henrici, & Philippi I. Inſuper littera hæc in pleriſque diplomatibus alia manu, & quidem regiâ, expreſſa eſt. Quò reſpicit vulgata illa formula in diplomatibus Carolinis : *manu propria ſubter firmavimus, & anuli* &c. Quid verò myſterii hæc continet ?
E an hoc Pythagoræ ſymbolum affectarunt Reges noſtri ? an hæc littera cum ſuperiori cuſpidatæ quadræ parte compoſita ſignat *Ya*, quod non recentioribus modò Germanis, Armoricis & Anglis, ſed etiam antiquis *ita* ſignificat ? Unde Adelſtanus Anglorum Rex in ſua charta initio ſæculi XII. *Homines ſunt credendi per ſuum* Ya *& per ſuum* Na. An, inquam, Carolus, qui Theudiſcè aliquando loqui amabat, ut rata ſibi diplomata hoc compendio conteſtaretur, id uſurpavit ? Divinet melius qui poteſt. Ne tamen huic conjecturæ nimiſquam fidam, illud facit, quod in litteris Synodi Sueſſionenſis pro ſancto Dionyſio quidam Epiſcopi ſolum *Y* græcum ſubſcriptioni ſuæ præmittunt, ut patet ex ſpecimine hîc excuſo. Et Carolus Calvus in diplo-
F mate authentico pro cœnobio ſancti Arnulfi, quod apud Madaurum in Hiſtoria Mettenſi editum eſt pag. 269, ſigno ſuo præmittit quatuor Y græca, aliud ſub alio, cum ſingulis punctis ſuprapoſitis. Sed & ſub prima ſtirpe Wlfolaïcus Cancellarius in diplomate Childeberti tertii pro ſancto Dionyſio, ſubſcribit cum prævio Y græco, quod inſtar ſigni crucis cenſeri debet, fortaſſis à filii nomine, Υἱός.

XIV. Venio ad ſummos Pontifices, quorum vetera monogrammata referuntur, puta Hadriani I, Leonis III, Paſchalis I, & Nicolai item I, atque Xyſti III, apud Nicolaum Alemannum de Lateranenſibus Parietinis cap. III [f]. ſed quæ ex ædibus ſacris producta ſunt, non ex pontificiis diplomatibus. Sanè nullum vidi in bullis

a *Erkemperti epitome pag.* 22.

b *Sæc.* 4 *Bened. part.* 1 *pag.* 515.

c *Doublet pag.* 845.

d *ibid.*

e *Vide Tournu pag.* 203, 211, 216, 223, 280 & *Specimina noſtra.*

f *V. Cangii Gloſſar. tom.* 2 *col.* 665.

monogramma pontificium ante Leonem IX. qui præter circulum, in quo nomen proprium cum dicto ſeu ſententia ſua expreſſit, (Petri & Pauli nomina addiderunt alii, auctore, opinor, Urbano II) *Bene valete* in monogramma redegit primus, quod alii diſtinctis litteris exprimebant, ut ex noſtris ſpeciminibus aliiſque intelligitur: in quibus ubi eſt monogramma, nuſquam nomina Pontificum, ſed *Bene valete* monogrammate expreſſa ſunt. Ad hæc Epiſcopi quidam uſi ſunt monogrammatis in ſubſcribendo, ut inferiùs ſuo loco videbimus.

CAPUT XI.

I. *Cancellariorum ſubſcriptio in regiis litteris.* II. *Referendarii qui.* III. *Plures apud Francos.* IV. *Cancellariorum officium.* V. *item Notariorum.* VI. *atque Archicapellanorum.* VII. *Quo ritu ſubſcripſerint Cancellarii ſub prima ſtirpe Francica.* VIII. *item ſub ſecunda.* IX. *à Carolo Calvo.* X. *Archicancellarii quo tempore dicti Archicapellani.* XI. *Ritus ſubſcribendi ſub tertia ſtirpe.* XII. *item apud Imperatores.* XIII. *Archicapellanus an dictus aliquando Archiepiſcopus.* XIV. *Plures palatii Comites & recognitores regiarum tabularum, contra Conringium.*

I. POſt Francorum Reges primus è regione Referendarius ſeu Cancellarius, Archicapellanus, aut Notarius diplomatibus antiquitus ſubſcribere ſolebat, ſi membranæ capacitas pateretur: ſin minùs, paullum infra Regis ſubſcriptionem. Hoc maximè ſervatum ſub ſecunda ſtirpe, cujus Cancellarii ferè ſemper paullo infra Regem ſubſcribunt, ut in Speciminibus noſtris advertere licet.

II. Referendarii in Imperio Orientali ii erant, qui preces ſupplicum referebant Principi, teſtante Procopio in Anecdotis. Huc ſpectat Commentator Notitiæ Imperii in cap. XCVII. *Qui ſcrinium diſpoſitionum tractabant, Referendarii vocabantur. Hi ſupplicum deſideria aut Judicum conſultationes Principi inſinuabant, & reſponſa data conſulentibus mittebant, quæ Mandata dicebantur. Hi pauci erant initio: poſtmodum à Juſtiniano octodecim; poſtea ad octo redacti. Principum reſponſa quæ ſuper litibus emanabant, Diſpoſitiones vocabantur. Expoſitio verò quam Principi faciebant Referendarii, Relatio appellabatur. Referendariis præfectus erat Comes. Referendarii Spectabiles vocabantur.* Ad eorum formam primæ ſtirpis Francicæ Reges Referendarium inſtituerunt. Penes eum anuli ſeu ſigilli regii cuſtodia erat. Ex his unus fuit *Sigo Referendarius, qui anulum Regis Sigeberti tenuerat*, auctore Gregorio Turonenſi[a]. Audoënus etiam, qui & Dado, referente Aimoïno[b], *Referendarius fuit Regis Dagoberti, qui Referendarius ideo dictus eſt, quòd ad eum univerſæ publicæ deferrentur conſcriptiones, ipſeque eas anulo Regis ſive ſigillo ſibi commiſſo muniret ſeu firmaret.* Hinc Bonitus Arvernorum Epiſcopus, *anulo ex manu Regis accepto, Referendarii officium adeptus* dicitur in ipſius vita[c]. Referendarius item conditor regalium præceptorum erat, qualis Anſbertus poſtea Rotomagenſis Antiſtes, qui fuit[d] *conditor regalium privilegiorum, & gerulus anuli regalis, quo eadem ſignabantur privilegia.*

III. Sed quoniam ex Placito Chlodovei tertii à me nuper edito, hicque denuo recuſo, plures fuiſſe Referendarios conſtat; (in eo quippe poſt Optimates, Comites, Grafiones & Domeſticos, recenſentur Referendarii *Wlfolaicus*, *Aiglus*, *Chrodeberchtus & Waldramnus*; poſt quos *Seneſcalci & Comes palatii*) idem de Referendariis cenſendum eſt ac de Cancellariis & Notariis ſub prima ſtirpe: qui cùm plures eſſent, unus ceteris præpoſitus erat primicerius ſeu primus Referendariorum, Referendarius abſolutè dictus. Is curam anuli regalis gerebat, Regiſque diplomata Cancellariis dictabat, iiſque ſubſcribebat, aut alii ejus vice. Talis fuit Maurontus Dagoberto Rege, dictus[e] *nobilis regiæ bullæ vel ſigilli bajulus.* Principes Beneventani ſæculo VIII Referendarium habebant, qui ſcribenda diplomata Notario dictabat,

[a] *Greg. Turon. lib.* 5 *cap.* 3 *Vide lib.* 3 *de mirac. ſancti Martini cap.* 17.
[b] *Aimoin. lib.* 4 *cap.* 41.
[c] *Sæc.* 3. *Bened. part.* 1 *pag.* 90.
[d] *Sæc.* 2. *pag.* 1050.
[e] *Spicil. tom.* 4 *pag.* 428.

A ex Italiæ ſacræ [a] tomo VIII. *Dictavi ego Paulus Notarius necnon & Referendarius tibi Conſtantino Notario curiæ noſtræ Beneventanæ*, &c. Referendarios verò diplomatis ſubſcripſiſſe conſtat. Nam Audoënus, qui Dagoberti Referendarius fuiſſe, ejuſque anulum geſtaſſe perhibetur in actis ſancti Agili Abbatis, quædam Dagoberti præcepta ſubſcripſiſſe invenitur hoc modo: DADO OPTULIT. Verumtamen in Placito mox laudato Chlodovei tertii, cùm plures nominentur Referendarii, nullus ex his ſubſcribit, ſed Actaldus, qui neque Comes palatii erat. nempe quòd minoris momenti regiis litteris unus è Cancellariis ſeu Notariis nomen ſuum apponebat. Et quidem Referendarii diplomatibus (ut mox notabam) ſubſcribebant, teſte Gre-
B gorio Turonenſi [b]. Cùm enim Ægidius Remorum Antiſtes à Childeberto Rege accuſaretur, quòd poſſeſſionum fiſcalium prædia invaſiſſet; eas à Rege obtinuiſſe ſe per chartas reſpondit. Prolatas in publicum Rex haud agnoſcit. *Requiſitus Otho qui tunc Referendarius fuerat, cujus ibi ſubſcriptio meditata tenebatur, adfuit: negat ſe ſubſcripſiſſe. Conficta enim erat manus ejus in hujus præceptionis ſcripto.* Habebant & Reginæ Referendarios ſuos. Urſicinus quippe Referendarius Ultrogothæ Reginæ, & Bobolenus Fredegundis laudantur apud eumdem Gregorium [c]. Hodie Magiſtri libellorum ſupplicum, uti obſervat Bignonius, funguntur officio Referendariorum, quorum indicem exhibet Cangii Gloſſarium. Referendarii tamen etiam nunc ap-
C pellantur, qui res ad ſummum Cancellarium referunt.

IV. Cancellarii officium à Referendarii munere diverſum erat tempore Caſſiodori, ut ex ejus formulis intelligimus. Cancellarius quippe miniſterii nomen erat, à cancellis dictus, quòd ad Secretarii cancellos adeſſent Cancellarii, ad turbam videlicet ſubmovendam & tumultum compeſcendum: & ne promiſcuè cuivis in Secretarium ingredi volenti poteſtas eſſet, quemadmodum rectè exponit Gothofredus ad Codicem Theodoſianum [d]. Aliud erat Referendarii munus, quod ita deſcribit Caſſiodorus [e]. *Per eum nobis cauſarum ordines exponuntur: per eum interpellantium vota agnoſcimus, & ipſis reſponſa reddimus.* Procopius [f] in hiſtoria arcana. *Referen-*
D *dariis vix erat locus opportunus ſupplicum libellos Cæſari miniſtrandi, nedum preces exponendi, ut moris eſt, vel ſuam de ſupplice ſententiam aperiendi.* De Cancellario verò Caſſiodorus [g]. *Per te*, inquit, *præſentandus agnoſcat; per te noſtris auribus deſiderium ſupplicis innoteſcat: juſſa noſtra ſine venalitatis ſtudio expedias, ut noſtram poſſis commendare juſtitiam.* Eodem fere tempore apud Gallos Cancellarii in hoc differebant à Referendariis, quòd Referendarii majoris momenti diplomata dictarent, Regique offerrent, ac ſubſcriberent: Cancellarii ea ſcriberent, & in ſcriniis regiis reponerent adſervarentque; ac pleraſque regias litteras minoris momenti ipſi conderent, ac nomine ſuo roborarent. Hinc Carolus Calvus in Capitulari [h] anni DCCCLIV apud
E Silvacum, præcipit, ut Miſſi dominici *Capitula avi & patris*, inquit, *noſtri de ſcrinio noſtro vel à Cancellario noſtro accipiant.* Et in Conſtitutione facta Cariſiaci anno DCCCLXI. *Præterea neceſſarium duximus, ut commendationem noſtram ex hoc ſcribere rogaremus, quæ ex more in noſtro palatio apud Cancellarium noſtrum retineatur, & inde ad Miſſos noſtros dirigatur.* Idem regia Præcepta Regis nomine populo annuntiabat ex Capitularibus [i]. *Et tunc juſſit Gauzlenum Cancellarium, ut hæc ſequentia in populum recitaret.* Archicapellano, teſte Hincmaro Remenſi [k] *ſociabatur ſummus Cancellarius, qui à ſecretis olim appellabatur: erantque illi ſubjecti prudentes & intelligentes ac fideles viri, qui præcepta regia abſque immoderata cupiditatis venalitate ſubſcriberent, & ſecreta illis fideliter*
F *cuſtodirent.* In Capitulari apud Olonam cap. XXIV ſtatuitur, *ut nullus Cancellarius pro ullo judicato aut ſcripto aliquid amplius accipere audeat, niſi dimidiam libram argenti de majoribus ſcriptis: de minoribus autem infra dimidiam libram.* Et quidem hæc ſub ſecunda ſtirpe. nam ſub prima Referendarii *privilegia ſignabant* ex actis ſancti Ansberti jam laudatis, id eſt potiora ſaltem acta Regum noſtrorum: Cancellarii verò ea conſervabant, & minoris momenti diplomata, id eſt Placita aliaque id genus, conficiebant ſubſcribebantque. Sanè plures tum fuiſſe Cancellarios auctor eſt Gregorius Turonenſis in lib. IV de miraculis ſancti Martini cap. XXVIII. *Nobis quoque*, inquit, *cum Rege* (Childeberto) *morantibus, Claudius quidam ex Cancellariis regalibus à febre cor-*

a *Ital. ſac. tom.* 8 *col.* 589, 608, 609, 610, &c.
b *Greg. Tur. lib.* 10 *cap.* 19.
c *lib.* 5 *cap.* 43 & *lib.* 8 *cap.* 32.
d *Cod. Theod. lib.* 1 *tit.* 12.
e *Caſſiod. lib.* 6 *epiſt.* 17.
f *Procop. pag.* 65.
g *Caſſiod. lib.* 11 *epiſt.* 6.
h *Capit. Carol. Calv. tit.* 14 *cap.* 11.
i *tit.* 55 *poſt cap.* 32.
k *Hincm. epiſt.* 14 *cap.* 16.

a Spicil. tom. 8 pag. 404.

ripitur. Iidem apud quoſdam auctores dicuntur *Commentarienſes* [a]. immo & *Quæſtores*, *Apocriſiarii* & *Signatores*, ut poſtea videbimus. Quæ ab aliis Notariis ſcripta erant diplomata, ea ſummus Cancellarius aut Referendarius recognoſcebat, ac ſubſcribebat, aut alius Notarius ad ejus vicem. quod maximè ſub ſecunda ſtirpe obtinuit. Apud Italos Rotharis vetat Edicti ſui exemplaria credi aut ſuſcipi, niſi quod per manus Anſualdi Notarii ſcriptum, aut recognitum eſt & reviſum. Tandem ſub Regum noſtrorum ſecunda ſtirpe pæne exſtinctum eſt Referendarii nomen & officium, & in Cancellariorum ſeu Notariorum ſortem migravit: qui Cancellarii aliquando Referendarii vocabulum retinuerunt. Sic in litteris Odonis Regis Arnebodus *ad vicem Ildefredi Referendarii*, id eſt Cancellarii, ſubſcripſiſſe invenitur in appendice Capitularium Baluziana, num. CXXIV. B

V. Notarii primùm ab epiſtolis & ſecretis erant, ex formula Notariorum apud Caſſiodorum in lib. VI epiſtola XVI. *Non eſt dubium ornare ſubjectos Principis ſecretum, dum nullis æſtimantur neceſſaria poſſe committi, niſi qui fuerint fide magna ſolidati... Regis conſilium ſolos decet ſcire graviſſimos. Imitari debent armaria, quæ continent monumenta chartarum: ut quando ab ipſis aliqua inſtructio quæritur, tunc loquantur: totum autem diſſimulare debent, quaſi neſciant ſcientes.* Et hoc quidem Notariorum officium fuiſſe videtur ſub prima ſtirpe regia Francorum: ſub ſecunda iidem fuere Cancellarii. Adeo ut Cancellarius ſummus ſeu Archicancellarius idem eſſet diceretur que *Protonotarius.* Hadrianus enim Papa I in epiſtola LXXXV codicis Carolini Radonem Abbatem (quem Caroli Magni ſummum Cancellarium fuiſſe certum eſt) ejuſdem Caroli *dilectiſſimum Protonotarium* vocat. Et in diplomate quodam Lotharius Imperator Hilduinum Abbatem, qui ejus Cancellarius fuit, *Archinotarium* appellat. Et quidem plures Cancellarii ſeu Notarii erant ſub Carolingis, quibus unus præerat dictus *Notarius ſummus*, nonnumquam *ſummus Cancellarius*, *Archicancellarius*, aliquando abſolutè *Notarius* & *Cancellarius*, nonnumquam *Archicapellanus.* C

VI. Archicapellanus quippe, quem ſummo Cancellario ſociatum fuiſſe Hincmarus tradit, non raro etiam Archicancellarii officium geſſit: & qui apud ſummates Capellani erant, iidem paſſim erant Cancellarii, ut eruditè docet V. Cl. Freſnius in Gloſſario. Hinc Hiterius Abbas, qui Caroli Magni diplomatis ſubſcripſit ut Cancellarius, *Capellanus & Notarius* ejuſdem Caroli dicitur apud Anaſtaſium in Hadriano I. & Angilbertus, qui ab Hadriano *Miniſter Capellæ*, idem *Manualis*, id eſt Amanuenſis, vocatur Alcuino in epiſtola LXXXIV. Nullum tamen qui regiis imperatoriiſve litteris Archicapellani nomine ſubſcripſerit, invenio ante Carlomannum Italiæ Regem, ut exempla probant inferiùs referenda. D

VII. Nunc expendere juvat varios modos, quibus Referendarii, Cancellarii, ac Notarii ſub triplici Francorum ſtirpe regiis diplomatibus ſubſcripſerunt. Et quidem ſub prima Referendarii ita ſubſcribere ſolent: DADO OBTULIT. *Droctoaldus juſſus obtulit. Aghlibertus recognovit. Wlfolaicus juſſus ſubſcripſit*, ſeu *juſſus obtulit.* Nimirum quia potiſſimum eorum officium erat ſubditorum vota referre Principi. Cancellarii minoris momenti inſtrumenta, quibus Rex nomen ſuum haud apponit, ſic ſubſignant. *Sigulfus recognovit. Aigoberchtus ad vicem Chaldeberchto juſſus recognovit. Letaldus ſubſcripſit*, vel *annuit.* Exempla hîc edita leges. Fortaſſe qui Regi litteras *juſſi* offerunt, Cancellarii ſunt, qui id præſtant juſſu ac vice Referendariorum. In illis verò ſignis implicatis & convolutis, quæ Cancellariorum ſeu Referendariorum nomini adjici ſolent, quædam notis Tironianis paſſim adſcripta ſunt; quædam etiam communibus quidem litteris, ſed lectu adeo difficilibus, ut poſt longam meditationem vix tandem eruerim hæc verba: *Bene valeat*, aliis *valeas*, ſeu *vale.* quæ verba deprehenduntur non ſolum in ſignis Cancellariorum ſub prima ſtirpe, ſed etiam ſub ſecunda, ſaltem initio, ut in duobus præceptis Pippini Regis, item alio Caroli Magni, atque alio Carolomanni ejus fratris pro ſancto Dionyſio animadverti. E F

VIII. Sub ſecunda ſtirpe Pippini Cancellarii eumdem ritum ſervarunt: qui ritus ſub Carolo Magno, Ludovico Pio, & aliis immutatus eſt. Carolo quippe

A regnante Notarii ſi quando vice Cancellariorum ſubſcribebant, hac formula utebantur: *Widolaicus ad vicem Radonis.* At ſub Ludovico Pio Notarii nomen inſuper apponere cœperunt hoc modo: *Meginarius Notarius ad vicem Fridugiſi recognovi. Hirminmaris Notarius ad vicem Fridugiſi recognovi. Glorius Notarius ad vicem Hugonis recognovi* &c. Hirminmaris Notarius is eſt, qui mendoſè *Hirmin major Notarius* dicitur in diplomate Ludovici Auguſti in Hiſtoria Trenorchienſi[a], paullo rectiùs ab aliis *Hirminmarus.*

a Tournu pag. 264.

IX. Idem ſubſcribendi mos perſæpe obtinuit ſub Carolo Calvo: ſed tamen eo Rege Notarii nonnulli addiderunt, *regiæ dignitatis Notarius*, ſeu *Cancellarius.* In primis
B *Gauzlinus regiæ dignitatis Cancellarius ad vicem Hludowici* apud Dubletum[b]. Eodem Imperatore, *Audacher Notarius ad vicem Gauzlini recognovi & ſubſcripſi*, in ſpecimine Privilegii Compendienſis. Hiſtoria Trenorchienſis[c] præmittit *ego*, in alio diplomate, quod Carolo Magno perperam tribuitur. Ibidem[d], ſub Carolo Simplice, *Gozlinus regiæ dignitatis Notarius ad vicem Herivei Archiepiſcopi ſummique Cancellarii,* itidem in autographo Compendienſi, pro eccleſia ſanctæ Walburgis. In diplomate Ludovici Tranſmarini pro ſancto Remigio, *Odilo regiæ dignitatis Notarius ad vicem Artoldi Archiepiſcopi.* Singularis eſt ſubſcriptio in litteris Lotharii Regis pro Cluniaco[e]: *Gebo* (lege *Gezo*) *humilis Quæſtor ad vicem Artoldi Archiepiſcopi ſummique Cancella-*
C *rii recognovi.* Cancellarii enim ſeu Notarii quandoque Quæſtores appellantur, ex Codice Juſtinianeo[f].

b Doublet pag. 792.
c Tournu pag. 190.
d pag. 274.
e Biblioth. Clun. col. 313.
f Cod. Juſt. lib. 1 tit. 23 n. VII in authent.

Aliquando abſolutè Cancellarios ſe ferebant Notarii, maximè apud Germanos. In litteris Caroli Craſſi: *Waldo Cancellarius ad vicem Liuthardi Archicancellarii*, in Spicilegii tomo V[g], tum in litteris Berengarii imperatoris[h]: *Johannes Epiſcopus & Cancellarius ad vicem Ardingi Epiſcopi & Archicancellarii.* quod etiam in litteris Ottonis ibidem, & in aliis mox referendis obſervare licet. Præterea nonnumquam dicebatur *Protonotarius*, qui Archicancellarius non erat, ſi tamen mendæ expers eſt diploma Lotharii Imperatoris in Appendice Capitularium num. LIII, ubi *Druclemirus Subdiaconus*
D *Protonotarius ad vicem Egilmari* ſubſcripſiſſe reperitur. nam fortaſſe legendum *atque Notarius*, uti legitur in alio ejuſdem Imperatoris tomo IV[i] Italiæ ſacræ *Druclemirus Subdiaconus atque Notarius ad vicem Egilmari.* Singularis, ſed tamen genuina eſt ſubſcriptio Giſleberti in pluribus litteris Ludovici II Imperatoris tomo V Spicilegii[k] in hunc modum: *Giſlebertus Presbyter & Notarius ex juſſu imperiali ſcripſi & ſubſcripſi*, nulla Cancellarii mentione facta.

g Spicil. tom. 5. pag. 397.
h ibid. pag. 401.
i Ital. Sac. tom. 4. col. 115.
k Spicil. tom. 5 p. 371, 373, 380, 384, 385.

X. Sub eadem ſecunda Francica ſtirpe Archicapellani dicti ſunt ſummi Cancellarii, præſertim apud Imperatores. Charta Ottonis Imperatoris anno DCCCCXL ſic clauditur apud Baldricum[l] in Chronico: *Bruno Cancellarius ad vicem Rotberti Ar-*
E *chicapellani recognovi.* Et in alio ejuſdem Ottonis ex anno DCCCCLII, pro Hincmaro Abbate ſancti Remigii apud Remos: *Oſbertus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani*: tum in diplomate Ottonis II apud Dubletum[m], *Hildiboldus Cancellarius & Epiſcopus vice Willigiſi Archicapellani.* Ante hos omnes exſtat in Spicilegii tomo V[n] diploma Carolomanni Italiæ Regis, cujus hæc ſubſcriptio: *Baldo Cancellarius Regis ad vicem Theotmari Archicapellani.* Alias vide ſis in Metropoli Salisburgenſi[o]. Apud Francorum Reges in ſinceris diplomatibus rariſſima eſt hæc formula. In litteris tamen Balduini, qui Henrici Regis Cancellarius fuit, exordium his concipitur verbis apud Hemereum in Auguſta Viromanduorum: *Ego Balduinus, in Palatio Henrici*
F *Regis Francorum Cancellarius, notum facio* &c. Sic verò finis. *S. Balduini Archicapellani, qui hoc ſcriptum fieri juſſit.* At pauciſſimos invenias, qui ſinceris diplomatibus Regum Francorum ſubſcripſerint *ad vicem Archicapellani*, tametſi Archicancellarii non pauci fuere Archicapellani, quorum indicem ex vetuſtis Actis texuit eruditiſſimus Freſnius in ſuo Gloſſario. His adde Roronem *Capellanum* laudatum in Hadriani epiſtola XC codicis Carolini: de quo item intelligenda eſt epiſtola LXXXVI, quæ *per ſororem & Bettonem* directa legitur in editis, ubi loco *ſororem* reponendum eſt *Rororem.*

l Baldric in Chron. Camerac. pag. 129.
m Doublet p. 819.
n Spicil. tom. 5 pag. 392.
o Metrop. Saliſb. tom. 1 pag. 128, 130, & ſeqq. 350, 351. & tom. 2 p. 15 &c.

XI. Redeo ad Cancellarios, quos variè pro more in tertia ſtirpe ſubſcripſiſſe

invenio. Prima varietas attendenda eſt penes ſubſcriptionis verba. *Reginaldus Notarius vice Abbonis Epiſcopi ſummique Cancellarii*, non ſemel apud Dubletum [a]. *Franco Diaconus atque Chartigraphus relegit & ſigillavit*, apud eumdem [b]. qui *Franco* ſubſequens diploma *Cancellarius ex regio præcepto recognovit atque ſubſcripſit* [c]. Singularis formula apud Cheſnium [d]: *Balduinus ſacri palatii Apocriſiarius poſtulatus recognovi & ſubſcripſi.* Nec minus ſingularis alia apud eumdem [e]: *Evrardus Monachus ſcripſit ad vicem Balduini ſignatoris.* Omnia regnante Rotberto. Ubi *ſignator* ab actu Cancellarius appellatur, propterea quòd regia diplomata ſignare, id eſt ſubſcribere & obſignare, ipſi ex officio incumbit. Eadem ex cauſa teſtes apud Salmaſium [f] appellantur *ſignatores*. Jam verò ſub Rege Philippo, *Balduinus Cancellarius ſubſcripſit*, apud Dubletum [g]: &, *ſignum Balduini Cancellarii, qui hanc chartam ſcripſit* [h]. tum, *Petrus regiæ dignitatis Cancellarius relegit & ſigillavit*, apud eumdem [i]. Ad hæc, *Giſlebertus Regis Clericus ad vicem Goſfridi Cancellarii Pariſiorum Epiſcopi relegendo ſubſcripſi*, pro Silva-majori. Poſt modum ſub Ludovico VI aliquando [k], *Stephanus Cancellarius relegendo ſubſcripſit.* aliquando [l], *Stephanus regiæ majeſtatis* (aliquando *dignitatis*) *Cancellarius relegi & ſubſcripſi.* Paſſim [m], *Data per manus* ſeu *per manum Stephani Cancellarii.* qui ritus poſtmodum in morem tranſiit. Altera varietas eſt in ordine ſubſcribentium, quibus poſtremus ſubſcribit Cancellarius in regiis litteris, quas multi Epiſcopi & Optimates ſubſignant. Tertia varietas eſt, quòd defectu Cancellarii nullus ſubſcribit Notarius, ſed hac clauſula terminatur charta: *Data vacante Cancellaria.* quod tum maximè obtinuit, cùm ſummi regni ſeu regiæ curiæ (coronæ jam vocant) Officiales, Dapifer, Buticularius, Camerarius & Conſtabularius, regia diplomata ſoli ſubſignarunt. Has formulas in ſpecimen adduximus hoc loco: alias in capite ſequenti afferemus.

XII. De Imperatorum Henricianorum Cancellariis hîc tantùm obſervo inſolitum ſubſcribendi modum Herimanni Cancellarii in diplomate Henrici IV Imperatoris pro eccleſia Virdunenſi: qui Herimannus poſt ſolitam ſubſcriptionem, ſigno ſuo de more variis calami ductibus efformato includit hæc verba, litteris partim græcis exarata: ΙΔΕΑ ΕΡΡΗΜΑΝΝΙ *Cancellarii.* De Archicancellariis & Cancellariis Imperii legendus Mallincrotus. Nec lubet prætermittere hoc loco modum ſubſcribendi non vulgarem, qui in autographo Zuentiboldi Regis pro cœnobio ſancti Michaëlis ad Moſam legitur ſub hac forma. *Ego igitur Widelgerus Notarius ad vicem Ratpoti Archicancellarii recognovi.* ubi hæc verba, *Ego igitur*, exſtant præter morem: quæ idem Widelgerus alibi prætermittit; ut in Monumentis Paderbornenſibus [n], nomen ſuum adſcribens alio modo, *Waltgerus.*

XIII. Poſtquam de regni Francici atque Imperii Cancellariis diximus, nunc quædam de Archicapellano retractare, quædam item de Comite palatii obſervare juvat. Archicapellanum ſummi Cancellarii officio per ſæculum ſaltem decimum ſub Ottonibus functum fuiſſe ex ſuperioribus conſtat. Is eo ac præcedente ſæculo dictus eſt non raro *ſacri palatii Archicapellanus*, Agobardo *ſacri palatii Antiſtes* in epiſtola ad Proceres palatii de baptiſmo Judaïcorum mancipiorum. Ea dignitate præditus fuit Hildeboldus Archiepiſcopus Colonienſis, qui in vulgata præfatione Concilii Moguntiacenſis anni DCCC XIII *ſacri palatii Archiepiſcopus* appellatur. Hermannus Conringius in cenſura diplomatis Ludoviciani [o] legendum mavult, *Archicapellanus*; contenditque contra eruditum Baluzium, ſummum Capellanum nuſquam fuiſſe dictum *ſacri palatii Archiepiſcopum*; ſaltem nullo congruo id ſibi probari teſtimonio. Fortaſſe reponendum utrumque, *Archiepiſcopus & ſacri palatii Archicapellanus*, ut alibi [p] Drogo Mettenſis appellatur. Addit Conringius [q], neque Comites palatii dictos fuiſſe *ſacri palatii* Comites ante Fredericum Ænobarbum; neque Comites *palatinos*. Utrumque falſum eſſe inde colligitur, quod apud Francos, indubiè ex Germanorum imitatione, dicebantur Comites Franciæ Palatini regnante Philippo primo. Sic in præclara Notitia pro cœnobio Caſtridunenſi, tempore Bartholomæi Abbatis Majoriſmonaſterii: *Notum pene omnibus ſatiſque manifeſtum credimus, Tetbaldum Comitem Franciæ Palatinum, loci iſtius majoris ſcilicet Monaſterii defenſorem atque patronum* &c. quæ formula edita eſt in Sæculi quarti Benedictini parte prima

a Doublet pag. 821 825.
b pag. 828.
c pag. 830.
d Vergy pag. 60.
e Montmorency p. 16 & 17.
f Salmaſ. de modo uſurar. pag. 460.
g Doublet pag. 835.
h pag. 836.
i pag. 838.
k pag. 843, 844. & 845
l pag. 849.
m pag. 846, 847.
n Monum. Paderborn. pag. 45.
o Conring. cenſ. pag. 189. & ſeqq.
p Baluz. tom. 3 Miſcell. pag. 129.
q Conring. ibib. p. 191 & ſeqq.

A ad calcem[a]. Deinde in optimæ notæ Chartario Caſaurienſi mſ. *Heribaldus Comes* SACRI PALATII ſæpius appellatur, & quidem Ludovico ſecundo imperante, id eſt trecentis annis ante Fredericum Ænobarbum. Ejus rei monumenta habes in libro VI. Hæc in tranſcurſu ſaltem attingere non eſt otioſum, quamquam iis non vacat immorari. a pag. 761.

XIV. Verumtamen probare non poſſum id, quod in eodem libro aſſerit idem auctor contra Bignonium, ſcilicet ſub prima & ſecunda Francica ſtirpe, unum fuiſſe palatii Comitem[b], qui, teſte Hincmaro, *de omnibus ſæcularibus cauſis vel judiciis* ſententiam ferebat, uti de eccleſiaſticis Capellanus. Nam ſub prima ſtirpe plures fuiſſe palatii Comites liquet ex variis Regum Placitis hîc editis. Nam in uno Chlodovei tertii anno primo *Anſoaldus*; & in alio, quod datum eſt anno regni ejus ſecundo, die quinta Maii, nominatur *Warno Comes palatii noſtri*: tum in alio dato Kal. Novembris ejuſdem anni, *Marſo Comes palatii noſtri*: & ſequenti anno prid. Nonas Martias in alio Placito *Audramnus Comes palatii noſtri*: Childeberti anno regni XV nominatur *Bertoaldus*, anno XVI *Sigofridus*; eodemque anno in una charta *Bero & Grimberthus*. Plures item erant regnantibus Carlovingis. Argumento eſt primo Aldrici Epiſcopi Cenomannenſis precaria, à clariſſimo Baluzio edita[c], cui ſubſcribunt duo palatii Comites, *Ragenarius & Ramnulfus*, ſub Ludovico Pio. Idem probat judicium Caroli Calvi apud eumdem[d], quod ſubſignant, *Fulco Vaſſus Dominicus & Comes palatii*, item *Ragenarius Vaſſus Dominicus & Comes palatii*. Denique prætermittere non licet quod idem Conringius in prædicta cenſura[e] ſcribit his verbis: *Plures uno tempore fuiſſe tum recognitores tabularum regiarum, hactenus nullum obſervavi vel leviſſimum indicium.* Plures enim ſub Meroveadis Referendarios, quibus id muneris incumbebat, exſtitiſſe ſuperiùs dictum eſt: & ſub Carlovingis idem præſtabant plures ſub uno ſummo Cancellario Notarii, ut docebit caput ſequens. Denique Comites palatii regia penes ſe ſigilla habebant, quibus utebantur in obſignandis litteris ſuis. Unde in Capitulari anni DCCCLXXVII apud Cariſiacum legitur in cap. XVII. *Adalardus Comes palatii remaneat cum eo* (filio Regis) *cum ſigillo*. niſi ſi præter ordinem Adalardo (quod veri ſimilius) ſigillum commiſſum eſt.

b ibid. pag. 127.
c Miſcell. tom. 3 pag. 171.
d ibid. pag. 130.
e Conring pag. 130.

(Margin letters B, C, D beside the paragraph above.)

CAPUT XII.

E F I. *Cancellariorum Franciæ catalogus.* II. *Sub prima ſtirpe difficilis.* III. *Sub ſecunda, & primo ſub Pippino.* IV. *Sub Carolo Magno.* V. *Sub Ludovico Pio.* VI. *Sub Carolo Calvo.* VII. *Sub Ludovico Balbo.* VIII. *Sub Ludovico & Carolomanno.* IX. *Sub Carolo Craſſo.* X. *Sub Odone, Carolo Simplice, & Rodulfo.* XI. *Sub Ludovico Tranſmarino & Lothario.* XII. *Sub Hugone & Rotberto.* XIII. *Sub Henrico quatuor palatii Officiales ſubſcribi cœperunt.* XIV. *Index eorum ſub Philippo.* XV. *Sub Ludovico Groſſo.* XVI. *Sub Ludovico Juniore.* XVII. *Sub Philippo Aug.* XVIII. *Sub Ludovico octavo.* XIX. *Sub ſancto Ludovico.* XX. *Deſinunt ſubſcribi ſub Regibus ſequentibus.*

I. QUia non parum intereſt ad notitiam verorum diplomatum, ut Cancellariorum; qui ſub unoquoque Rege hoc munus geſsêre, nomina in promtu habeantur; eorum ſeriem hîc exhibere juvat, tum ex variis auctoribus, qui de Francicis Cancellariis egerunt, tum ex obſervationibus noſtris: ut in diſtinguendis cognominum Regum litteris ſtudioſi minùs hæreant, comperto, qui qualeſve ſub ſingulis Regibus Cancellarii fuerint.

II. Hunc vero catalogum à ſecunda ſtirpe ordiri inſtituimus, quoniam Mero-

veadum Cancellarios accurratè exhibere difficillimum eſt. Ex duplici autem capite A
naſcitur ea difficultas. Primum eſt, quòd idonea nobis haud ſuppetant monumenta ad iſtum indicem inſtruendum. Nam ſi quædam Gregorii, & Fredegarii loca, atque diplomata indubitata excipias; vix ullos invenias idoneos auctores, qui de Regum Referendariis (ſic regnantibus Merovingicis ſummi Cancellarii vocabantur) teſtimonia nobis exhibeant. Alterum difficultatis caput eſt, quod etiamſi omnes Referendarios in numerato haberemus; non tamen liquet, quis ex illis princeps fuerit: cùm plures ſimul Referendarii unius Regis extiterint, ut in ſuperiori capite expoſuimus. Unde ex Gregorio Turonenſi conſtat, BAUDINUM [a] Chlotharii primi, itemque CHARIGISILUM [b]; FLAVIUM [c] Guntchramni, ac LICERIUM; B
Sigeberti SIGONEM [d] & THEUTARIUM [e]; CHARIMEREM [f], & GALLO-MAGNUM [g] Childeberti Auſtraſiorum Regis, atque etiam OTTONEM [h]; MARCUM [i] denique Chilperici Referendarios fuiſſe: ſummos Referendarios fuiſſe non conſtat, niſi fortè de Sigone, qui *anulum Regis Sigeberti tenuiſſe* memoratur. Præter Gregorium Fortunatus [k] BOSONEM, & FARAMODUM Referendarios laudat. ROTBERTUS in Actis ſancti Anſberti & ſanctæ Angadriſmæ; ROMANUS Rotomagenſis Antiſtes in propriis Chlotharii ſecundi anulum geſtaſſe dicuntur. Certius eſt quod ſcribit Fredegarius [l] de DADONE ſeu Audoëno, qui ſine dubio primus Dagoberti Referendarius fuit, uti & CHADOÏNDUS [m]. Bonitus*, dein Arvernorum Epiſcopus ſanctiſſimus, ſub C
Chlodoveo juniori *anulo ex manu Regis accepto Referendarii officium adeptus eſt*, ex ejus Vita ab auctore æquali: & ſub Chlothario tertio Ansbertus *gerulus anuli regalis*, teſtante Aigrado. Alios aliis examinandos relinquo, quorum aliquos tum ex ſpeciminibus, tum ex monumentis noſtris hîc editis eruere licet. Ceterum qui *juſſi* diploma Regi ſubſcribendum obtuliſſe dicuntur, non ſummi Referendarii, ſed eorum Notarii fuiſſe mihi videntur. nam ſupremi Cancellarii hac formula ſub Meroveadis uti ſolent: *Dado obtulit*.

III. Idem de primis ſecundæ ſtirpis regiæ Cancellariis obſervandum. quapropter EJUS, quem alii *Egium* ſeu *Eguim* vocant, qui Pippini Regis diplomata *juſſus* D
recognoſcere ſolet, non ſummus Cancellarius, ſed Notarius dicendus eſt, uti & CHRODINGUS & WIDMARUS. HITHERIUS verò Pippini Archicancellarius fuit, ut qui auctoritate ſua regias litteras recognoſcit ac ſubſcribit.

IV. Idem officium exercuit HITHERIUS (ita in autographis ſcribi ſolet) ab ineunte Caroli Magni principatu, ſaltem ad annum regni duodecimum: quo anno Wigbaldus ad vicem Hitherii duo diplomata Dionyſiana [n] recognoſcit. Nec obſtat, quod *Eterius Capellanus* dicitur ab Anaſtaſio [o] *Notarius*. Hoc enim nomine intelligitur Notarius ſummus. Notarii ſub Hitherio fuêre RADO, WIGBALDUS, GILBERTUS & OPTATUS, qui ad ejus vicem complura quiſque inſtrumenta reco- E
gnovêre, in his Rado unum pro ſancto Germano, ære hîc inciſum, anno V regni Caroli Magni.

Hitherio ſucceſſit RADO Abbas Vedaſtinus, qui Notarios habuit WIGBALDUM, OPTATUM, JACOBUM, ERKEMBALDUM, & WIDOLAÏCUM· Optatus Caroli litteras pro ſancto Germano Pariſienſi recognoſcit anno ejus regni XI, ex autographo.

Tertius Caroli Magni Cancellarius fuit prædictus ERKEMBALDUS ab anno circiter XXIX regni ejus. Notarius Erkembaldi GENESIUS. Quamquam Rado adhuc Cancellarius notatur in diplomate Oſnabrugenſi [o], quod anno imperii Carolini tertio conceſſum eſt: ſed Notarii ejus vice ſubſcribentis nomen legi primò haud F
potuit: donec tandem noſter Adolfus Overhamus, inter litteratos celſiſſimi Principis & Epiſcopi Paderbornenſis ac Monaſterienſis clariſſimus, illud aſſecutus eſt, eique nomen JACOB fuiſſe mihi conteſtatus eſt litteris ſuis ſuperiori anno ad me ſcriptis.

Quartus Caroli Magni Cancellarius cenſendus eſt HIEREMIAS, ad cujus vicem WITHERUS Corbeienſe diploma, hîc in ære inciſum, recognovit anno XIII imperii. Hieremias poſtea fuit Archiepiſcopus Senonenſis.

His BARTHOLOMÆUM accenſet in vita Caroli Monachus Ecoliſmenſis ad annum

a *Greg. Tur. lib.* 10 *cap.* 31.
b *id. de mirac. ſancti Martini lib.* 1 *cap.* 25.
c *Hiſt. lib.* 5 *c.* 45.
d *ibid. cap.* 3.
e *lib.* 9 *cap.* 33.
f *ibid. cap.* 23.
g *ibid. cap.* 38.
h *lib.* 10 *cap.* 19.
i *lib.* 5 *cap.* 29 & *lib.* 6 *cap.* 28.
k *Fortunat. lib.* 7 *epig.* & *lib.* 9 *epig.*
l *Fredeg. Chron. cap.* 78.
m *ibid.*
n *Doublet pag.* 716 & 718.
o *Anaſt. in Hadriano.*
p *Monum. Paderborn. pag.* 326 *nova edit.*

A DCC LXIX. Sunt qui AUTPERTUM Abbatem etiam Carolinis Cancellariis, EGIN-
HARDUM Notariis adjungant: neutrum ſatis valido fundamento. Autpertus quippe
antè Monachus fuit apud Vulturnum in Italia[a], quàm Carolus Rex Francorum di-
ctus eſt: nec umquam inde in Franciam demigravit. RUOTFRIDUM Abbatem Ca-
roli *Notarium* fuiſſe conſtat ex Annalibus Eginhardi ad annum DCCC IX. AMAL-
BERTUM ſuggerit diploma ſecundum Oſnabrugenſe[b], quod nonnulli ſuſpectum
habent. tametſi Ercanbaldus, ad cujus vicem Amalbertus litteras recognoviſſe
dicitur, Caroli Magni Cancellarius fuit.

V. Primus Ludovici Cancellarius[c] HELIZACAR Abbas Centulenſis & aliorum
B locorum, inter *honoratos palatii* cenſetur ab Agobardo[d]. Benedictus Anianæ Abbas
eum *amicum fideliſſimum Canonicorum*[e], id eſt ex Canonicis, vocat. Vixit poſt annum
DCCC XXVII. quo anno miſſus eſt à Ludovico cum aliis ad motus marcæ Hiſpa-
nicæ comprimendos, teſte Eginhardo. DURANDUS Diaconus, & FARAMUNDUS
ejus Notarii fuêre; quibus aliqua inſtrumenta ARNALDUM addunt.

FRIDUGISUS eodem tempore, quo Helizacar, Cancellarii officium geſſiſſe vide-
tur. Nam in chartario Anianenſi exſtat Ludovici diploma, datum anno III ejus
imperii, quod DURANDUS *Diaconus ad vicem Fridugiſi* recognovit. Sed fortaſſe in
numeros annorum irrepſit error. Certum eſt tamen Fridugiſum ante annum DCCC
C XXVII hac dignitate potitum fuiſſe. Multa quippe reperiuntur regia monumenta ab
ipſo recognita ante id tempus, quale eſt unum anno Ludovici octavo conceſſum,
cujus ſpecimen hîc damus. Alia ejuſdem anni alibi videre licet, ut in Spicilegii
tomo IV[f]. Aut ergo ſimul cum Helizacare Cancellarius fuit Fridugiſus, aut He-
lizacar ante obitum deſiit eſſe Cancellarius, cujus vice tabulas recognovit apud Pe-
rardum[g] Durandus Diaconus anno Ludovici quinto. Fridugiſus Anglus genere,
profeſſione Canonicus ſæcularis, Abbas primùm exſtitit eccleſiæ ſancti Martini poſt
Alcuinum, dein Sithienſis ab anno DCCC XX. Mortuus eſt *quarto-decimo regiminis
ſui anno*[h]. Notarii ejus DURANDUS, HIRMINMARIS, ADALULFUS, ex Speciminibus
D noſtris, & SIGIBERTUS ex Metropoli Salisburgenſi[i].

Fridugiſum excepit THEODO ſeu *Theudo*, *Teotove*, Cancellarius ab anno XVIII
Ludovici Auguſti. quo anno & ſequenti HIRMINMARIS, quem alii mendosè *Hir-
minmarum* vocant, *ad vicem Theotonis* quædam diplomata recognovit in Chartariis
Turonenſi ſancti Martini, Cenomannenſi, Dionyſiano, & Majoris-monaſterii.
MEGINARIUS alter Theodonis Notarius fuit, ex Miræo & ex Chartario cœnobii
ſanctæ Columbæ apud Senonas.

Quartus Ludovici Cancellarius fuit HUGO Abbas, ejus frater naturalis, idque
officium iniit ab anno XXII imperantis Ludovici, ex Chartariis Anianenſi, Ceno-
E mannenſi & Perardo[k]. Notarios habuit HIRMINMARIM, MEGINARIUM, GLORIUM[l],
& DANIELEM: quibus MERCHARIUM addit diploma relatum in hiſtoria Trenor-
chienſi[m], ſi tamen eo loco pro *Merchario* legendus non eſt *Meginarius*.

VI. Caroli Calvi Cancellarii duo fuerunt, LUDOVICUS Abbas ab anno regni ejus
primo ad XXVII ſeu ad annum Chriſti DCCC LXVII, quo mortem Ludovici repo-
nunt Annales Bertiniani; & GOZLENUS ejus frater deinceps. Ludovici Notarii JO-
NAS, ÆNEAS, BARTHOLOMÆUS, RAGENFREDUS, GILLEBERTUS, GAUZLENUS, &
HILDEBOLDUS. Addunt alii ADALSARIUM, & IDRICUM cum FOLCALCO.

GOZLENUS ſeu Gauzlinus, Notariis uſus eſt HILDEBOLDO, MANCIONE, ADAL-
F GARIO, GAMMONE, EBBONE, & AUDACHRO. Abbas primùm dein Epiſcopus fuit
Pariſienſis.

VII. Unus Ludovico Balbo regnante Cancellarius eſſe perſeveravit idem GOZLENUS,
cujus Notarius fuit WLFARDUS. AUDACHER item Notarius ſignatur in ejuſdem Lu-
dovici litteris ab Hariulfo[n] relatis in Chronico Centulenſi, quibus *Audacher Nota-
rius ad vicem Gauzlini* ſubſcripſit III *Kal. Januarii Indict.* XV *anno ſecundo regnante
Ludovico glorioſiſſimo Rege, Compendio Palatio*. quod ad annum DCCC LXVII revocat
Hariulfus, ratus, Ludovicum à patre fuiſſe Regem conſtitutum ante fermè triennium:
ſed an & quo fundamento, inferiùs ſuo loco videbimus.

a *Sæc.* 3 *Bened. part.* 2 *pag.* 259 *&* 262.
b *Monum. Paderborn. pag.* 328.
c *Vide ſpecimen* 1 *Ludovici.*
d *Agobard. de diſpenſ.*
e *Sæc.* 4 *Bened. part.* 1 *pag.* 217.
f *Spicil. tom.* 4 *pag.* 479.
g *Perard. pag.* 46.
h *Sæc.* 3 *Bened. part.* 1 *pag.* 122.
i *Metrop. Saliſb. tom.* 2 *pag.* 11.
k *Perard pag.* 19.
l *Append. Capitul. num.* LII.
m *Tournu pag.* 195.
n *Spicil. tom.* 4 *pag.* 505.

VIII. Carlomannus Cancellario uſus eſt WLFARDO, is verò NORBERTO Notario. A

IX. Carolus Craſſus duos habuit Cancellarios, LIUTWARDUM ſcilicet Epiſcopum Vercellenſem, & LIUTPERTUM Epiſcopum Moguntiacenſem. Horum Notarii AMALBERTUS, SEGOINUS, SALOMON. Liutpertum Archicancellarium habet diploma pro ſancto Medardo.

X. Odonis Cancellarii duo EBOLUS & GUALTERUS: Eboli Notarius TROANNUS, de quo vide Specimina noſtra: Gualteri HERVEUS. Addunt nonnullæ chartæ ADALGARIUM Archicancellarium, cujus Notarius fuerit ERNULFUS.

Caroli Simplicis primus Cancellarius fuit FULCO Archiepiſcopus Remenſis ad annum DCCCC. Notario uti ſolitus HERIVEO. B

Secundus ERNUSTUS cum BENJAMINO Notario ſignatur in charta eccleſiæ ſancti Martini apud Turonos, XVIII Kal. Julii, anno ſecundo poſt ſucceſſionem Odonis. At cùm in ſubſequentibus diplomatis Ernuſtus ſubſcribere ſolitus ſit *ad vicem Askerici*; malim ſecundo loco ponere ASKERICUM Epiſcopum Pariſienſem, cujus Notarius ERNUSTUS.

Tertius Caroli Cancellarius HERIVEUS Archiepiſcopus Remenſis: GOZLINUS Notarius.

Quarto loco adde ROGERIUM Archiepiſcopum Trevirenſem cum GOZLINO Notario, ut in Chartario Compendienſi, Narbonenſi & aliis. C

Detento in carcere Carolo, cùm Rodulfus Dux Burgundiæ thronum invaſiſſet, Cancellarios habuit primum ABBONEM Epiſcopum Sueſſionenſem cum Notariis RAINALDO, HERIBERTO, RICHARDO & ROTBERTO: tum ANSUSUM ſeu *Angeſiſum* Epiſcopum Tricaſſinenſem cum HUGONE & RAIMUNDO Notariis. Cave Rodulfum hunc confundas cum Rodulfo Rege Burgundiæ Transjuranæ, cujus Cancellarios nonnulli hîc commiſcent.

XI. Inter Ludovici Cancellarios primus venit ERICUS Epiſcopus: ſecundus HUGO Remenſis Antiſtes: tertius Artaldus ejuſdem ſedis Archiepiſcopus. Erici & Artaldi Notarii ODILO & RORICO, qui Rorico item Hugonis fuit. Vide Labbeum de Cancellariis, & diplomata hîc edita ad horum & ſequentium probationem. D

ARTALDUS item eamdem dignitatem retinuit in primordiis regni Lotharii, WIDONE & GEZONE Notariis. Artaldo in utraque dignitate, Archiepiſcopi & Cancellarii, ſucceſſit ODOLRICUS: huic etiam ADALBERO poſtremus Cancellarius ſtirpis Carolinæ. GEZO Odolrici, ADALBERO & ARNULFUS ſeu ERNULFUS Adalberonis Notarii exſtiterunt.

XII. ADALBERO Remenſis Pontifex idem Archicancellarii officium proſecutus eſt regnante Hugone cum REGINOLDO Cancellario ſeu Notario, poſtea Epiſcopo Pariſienſi. E

GERBERTUS poſt Adalberonem ſummus Cancellarius & Remenſis Archiepiſcopus cum RAINOLDO Notario, qui idem cum ſuperiore Reginoldo eſſe videtur.

ROTGERIUS tertius Cancellarius fuit ſub Hugone & Rotberto ſimul regnantibus.

Præter hunc ABBO Epiſcopus eamdem tenuit dignitatem ab ineunte Rotberti monarchia[a]. Notarius ejus REGINALDUS, aliis RAGENARDUS.

[a] *Doublet pag.* 821. & 825.

FRANCO ante acceptum Pariſiorum præſulatum Cancellarius ſummus, ſeu (ut aliis videtur) Notarius fuit, qui per Arnulfi Remenſis Archiepiſcopi cum Rotberto Rege ſimultates Cancellarii officium interim exercuerit cum Rotgerio Notario. F

ARNULFI Archicancellarii Notarius fuit BALDUINUS: qui extremis tandem Rotberti annis, ſummus Cancellarius evaſit. Sunt qui Fulberto Carnutenſi Epiſcopo eamdem dignitatem tribuant. ſed cum potiùs eccleſiæ Carnutenſis, quàm Regis Cancellarium fuiſſe exiſtimo.

XIII. Henrici Regis unus memoratur Cancellarius idem qui ſuprà BALDUINUS, cujus Notarii SIGUINUS, FULCO, & WILLELMUS.

Extremis Henrici Regis annis adſcribi regiis litteris cœperunt quatuor præcipui

A ac primarii palatii regii Officiales ſeu Miniſteriales cum Cancellario & aliis Optimatibus: Id colligo ex Henrici diplomate apud Cheſnium * relato, cui ſubſcripti ſunt (* Montmorency pag. 21.) ad annum M LX *Balduinus Cancellarius, Rainaldus Camerarius, Albericus Coneſtabularius, Willelmus Siniſchalcus, Hugo Buticularius, Rotbertus Coous.* Idem ritus invaluit regnante Philippo: at ſub principatu Ludovici Groſſi, ſubſcribentium numerus redactus eſt ad quatuor principes viros cum Cancellario, ſcilicet ad Dapiferum, qui idem cum Seneſcalco; Camerarium, Conſtabularium, & Buticularium: quos litteris etiam Annæ Reginæ Philippi I matris pro cœnobio Foſſatenſi, cum aliis adſcriptos obſervo. Idem mos perſeveravit ſub Ludovico VII & tribus ſubſequentibus Regibus; mortuo
B ſancto Ludovico ſub ejus filiis penitùs exſtinctus. His igitur Regibus à coronatione Ludovici VII diplomata confici dicebantur, *aſtantibus in palatio quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna: Signum N. Camerarii* &c. In quibuſdam tamen litteris extraordinariis ſubſcripta ſunt Epiſcoporum & Abbatum nomina, etiam ante illos miniſtros. Exempla duo hîc appono ex regiſtro Cameræ computorum. Primum eſt diploma Ludovici VI, Aquitanos Præſules à regalibus immunes declarantis ſub hac clauſula: *Actum Pariſius n palatio noſtro, anno incarnati Verbi* M C XXXVII, *regni noſtri* XXIX, *& Ludovico filio noſtro in Regem ſublimato anno* IV, *in præſentia* GAUFRIDI *venerabilis Carnotenſis Epiſcopi*, SUGERII *Abbatis ſancti Dionyſii*, GIRARDI *Abbatis Joſaphat*, ALGRINI *à*
C *ſecretis noſtris, aſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna. S.* RADULFI *Veromandorum Comitis & Dapiferi noſtri.* S. WILLERMI *Buticularii.* S. HUGONIS *Camerarii.* S. HUGONIS *Conſtabularii. Data per manum Stephani Cancellarii.* Idem confirmat Ludovicus ejus filius: *Datum Burdegalæ in palatio noſtro, anno* M CXXXVII, *regni noſtri* IV. *in præſentia Gaufridi venerabilis Carnutenſis Epiſcopi apoſtolicæ Sedis Legati, Almerici Bituricenſis Archiepiſcopi. Hugonis Turonenſis Archiepiſcopi, Gaufridi Burdegalenſis Archiepiſcopi, Heliæ Aurelianenſis Epiſcopi, Raimundi Aginnenſis Epiſcopi, Lamberti Angoliſmenſis, & Guillelmi Xantonenſis Epiſcoporum, Sugerii Abbatis ſancti Dionyſii, aſtantibus* &c. ut ſupra. Sic numquam alii per id tempus ſubſcribunt No-
D tarii vice Cancellariorum, id eſt à Ludovico VI: & ſiquidem defuiſſet Cancellarius, apponitur, *vacante Cancellaria.* Ob eas cauſas Cancellarios ex ordine ſub unoquoque Rege afferre pergemus, ſimulque quatuor primarios regii palatii Officiales.

XIV. Philippo regnante BALDUINUS [a] anno M LX Cancellarius, an idem qui ſub (a Doublet pag. 835.) Rotberto & Henrico. GERVASIUS *ad ejus vicem* litteras pro ſancto Nicaſio Remenſi recognoſcit anno M LXI [b]. Anno M LXV litteras condit pro ſancto Martino [c] de Cam- (b Labbe Elogia Regum pag. 161.) pis. Hic eſt Gervaſius Archiepiſcopus Remenſis, quem die ſuæ inunctionis anno M (c ibid. pag. 163.) LIX Philippus *Summum Cancellarium conſtituit, ſicut anteceſſores ſui anteceſſores ſuos fecerant*, ut legitur in Actis conventus Remenſis. Unde mirari ſubit, Gervaſium anno
E inſequenti ad vicem Balduini litteras recognoviſſe. An duo erant tum Cancellarii; & definitos habebant limites, ut in alterius finibus alter ad ſocii vicem aliquando ſubſcriberet?

PETRUS ſecundus Cancellarius, Abbas ſancti Germani apud Pariſios, diploma (d Montmorency pag. 23.) ſcribit anno M LXVII [d] apud Cheſnium, aliud anno M LXXI [e]. (e ibid. pag. 26.)

Poſt id tempus regia inſtrumenta conficiunt promiſcuè GOFRIDUS Pariſiorum Epiſcopus anno M LXXV [f], ad annum M XCII [g]. GUILLELMUS anno M LXXIII & M (f ibid. pag. 28.) LXXIV apud Labbeum. ROGERIUS anno M LXXIV, M LXXIX, & M LXXX apud eum- (g Charta S. Germani a Prat.) dem: (ad cujus vicem aliquando GISLEBERTUS ſubſcribit.) URSIO Silvanectenſis (h Montmorency pag. 23.)
F Epiſcopus anno M XC. denique HUBERTUS, aliis *Humbertus* ſeu *Imbertus* anno M XCI apud eumdem Labbeum: ubi AMBALDUS Vicecancellarius pro Mauſaco ſubſcribit anno M XCV. His adde Cancellarios GISLEBERTUM anno M XCV, & STEPHANUM de Garlanda anno M C VI. qui idem officium proſecutus eſt regnante Ludovico qui ſequitur.

Camerarii WALERANNUS anno M LXVII, [h] M LXXI [i], M LXXV [k]. qui & GALERANDUS anno M LXXIX [l]. poſtea WILLELMUS anno M LXXXV [m]. (i ibid. pag. 26. k ibid. pag. 28. l ibid. pag. 28 & 29. m ibid pag. 26.)

Buticularii ADELARDUS anno M LXII [n]. ENGENULFUS anno M LXVII [o]. RAINALDUS anno M LXVII [p]. WIDO anno M LXXI [q]. HERVEUS anno M LXXV [r] & M LXXIX [s]. (n ibid pag. 21. o ibid. pag. 23. p ibid pag. 24. q ibid pag. 26. r ibid pag. 28. s ibid. pag. 29.)

Dapiferi, Seneſcalci aliquando dicti, RADULFUS [t] anno M LXVII, BALDUINUS (t ibid. pag. 23.)

anno M LXIX[a]. FREDERICUS anno M LXXI & LXXV [b]. ROBERTUS anno M LXXIX[c]. A
GERVASIUS anno M LXXXIII [d], M LXXXV & ſequentibus[e].

Conſtabularii BALDRICUS anno M LXVII[f]. WALTERUS anno M LXIX[g]. ADELELMUS anno M LXXI [h]. ADAMUS anno M LXXIX [i]. THEOBALDUS anno M LXXXIII[k], M LXXXV & M LXXXVI[l].

XV. Cancellarius primus idem qui ſupra STEPHANUS de Garlanda. Sunt qui exiſtimant duos fuiſſe Ludovici hoc nomine Cancellarios, unum Bellovacenſem Epiſcopum, alterum Pariſienſem. Labbeus unum eumdemque eſſe cenſet, qui primùm Bellovacenſis Epiſcopus deſignatus, ſed non conſecratus, poſtea Pariſienſis fuit: qui quidem Cancellarii officium aliquamdiu, id eſt ab anno M C XXV inter- B
miſſum, denuo recepit anno M C XXXIII. In illo autem medio intervallo SIMONEM eo munere functum eſſe. Illud Labbei ſententiæ favere poteſt, quòd Stephanus Pariſiorum Epiſcopus Ludovici VI offenſam incurrit, ob idque rebus ſuis ſpoliatus eſt, ut ex ſancti Bernardi epiſtolis liquet. ALGRINUM Petro & Simoni Cancellarium ſubſtituunt chartæ quædam ab anno M C XXXIV.

Dapiferi regnante Ludovico fuère ANSELLVS de Garlanda [m] ad annum ferè M C XX. quo STEPHANVS in ea dignitate ei jam ſuffectus erat[n]. Nullus erat Dapifer anno M C XXIX[o]. RADULFUS Dapifer erat anno M C XXXV[p]. ANSELLVS anno ſequenti ex Chartario Tironenſi. Sequentium miniſtrorum ſeries ex iiſdem locis conſtat. C

Buticularii GISLEBERTUS anno M C XI ad annum ferè M C XXIX, quo LUDOVICUS nominatur in hiſtoria Drocenſi[q]. GUILLELMUS anno M C XXXII. GILBERTUS anno M C XXXVI.

Conſtabularius HUGO de Calvo-monte anno M C XI idem perſeveravit ad annum M C XXXVI ex hiſtoria Drocenſi & Chartario Tironenſi.

Camerarii WIDO anno M C XI. Albericus anno M C XXIX. MANASSES anno ſequenti. Hugo anno M C XXXV WIDO alter anno ſequenti.

XVI. Primus Cancellarius idem qui ſupra ALGRINUS[r], cui ſucceſſit CADURCUS anno M C XLI[ſ]. BARTHOLOMÆUS anno M C XLVII[t]. SIMON anno M C LI. Eodemque D
anno HUGO [u] Epiſcopus Sueſſionenſis. Vacavit Cancellaria annis M C LXX & M C LXXIII ex Chartariis Ferrarienſi & Pariſienſi. Alius HUGO Cancellarius legitur anno M C LXXIX in eodem Pariſienſi Chartario. NATALEM Abbatem Reſbacenſem anno M C XL his Cancellariis adjungunt, & BALDUINUM, qui cum Ludovico ad expeditionem profectus eſt. Natalem Cancellarium probat charta Ludovici VII apud Oiſellum [x] in Monumentis Bellovacenſibus.

Ludovici VII primus Dapifer Radulfus ab anno M C XXXVIII[y]. (nam anno M C XXXVII nullus [z] erat) ad ad annum M C LI. Anno M C LII Dapifer nullus [&] ſecundus THEOBALDUS Bleſenſis Comes ab anno M C LIV [aa] ad finem regni Ludovici. E

Buticularii GUILLELMUS ad annum M C LI. tum GUIDO ab eo anno, ex iiſdem monumentis.

Camerarii MATTHÆUS ad annum minimùm [bb] M C LXXIV. REGINALDUS anno M C LXXIX ex Chartario Pariſienſi.

Conſtabularii HUGO anno M C XXXVIII [cc] MATTHÆUS ab anno ſequenti ad annum M C LIX[dd]. Anno proximo nullus [ee]. RADULFUS anno M C LXIX [ff] & deinceps.

XVII. Cancellarius unus, qui Ludovici poſtremus fuit, HUGO Puteolenſis dictus, vulgò *de Puiſeaux*: poſt quem diu vacavit Cancellaria ab anno M LXXXVII, ex Chartario Ferrarienſi & Labbeo. Videtur mendum irrepſiſſe in chartam ſancti Victo- F
ris apud Pariſios, quæ data dicitur anno M C LXXXII *vacante Cancellaria*, Frater GUARINUS Hoſpitalis ſancti Johannis, dein Epiſcopus Silvanectenſis, & GUIDO *d'Athies* per ea tempora Notarii fuère.

Dapifer THEOBALDUS [gg] idem qui ſupra, adhuc anno M C XC. Dapifer nullus anno M C XCVI ex Dubleto, & annis ſubſequentibus ex eodem, & ex Chartario Pariſienſi.

Buticularius GUIDO ad annum minimum M CC XVIII ex eodem Dubleto & aliis. Nullus anno M CC XXIII, ex eodem.

a *Ibid. pag.* 24.
b *ibid p.* 26 & 28.
c *ibid.* & *pag.* 26.
d *ibid. pag.* 26.
e *ibid.*
f *ibid. pag.* 23.
g *ibid. pag.* 24.
h *ibid. pag.* 26.
i *ibid. pag.* 29.
k *ibid. pag.* 26.
l *ibid.*

m *Chron. Maurin. lib.* 2 *pag.* 363 *apud Cheſn tom.* 4 & *Doublet pag.* 843.
n *Dreux pag.* 221 *V. Doublet pag.* 853 & 854.
o *Dreux pag.* 222 *Doublet pag.* 859.
p *Dreux pag.* 224
q *ibid. pag.* 222.

r *Montmorency pag.* 42, *Doublet p.* 866.
ſ *Dreux pag.* 225, *Montmorency pag.* 44 & *ſeqq.*
t *ibid. pag.* 50.
u *ibid.* & *Doublet pag.* 877 & *ſeqq.*
x *L'Oiſel pag.* 271.
y *Doublet pag.* 866 & *ſeqq.* *Dreux p.* 225, *Montmorency* 44.
z *ibid. pag.* 42.
& *ibid. pag.* 50 & *Doublet pag.* 877.
aa *ibid. pag.* 51 & *Doublet pag.* 878 & *ſeqq.*
bb *Doublet p.* 882.
cc *Montmorency pag.* 42.
dd *ibid pag.* 51.
ee *ibid. pag.* 52. & *Dreux Broyes* 7.
ff *Doublet pag.* 881 & *ſeqq* & *Chartar. Pariſ.*

gg *Dreux pag.* 230 *Chartar. Parſ.* & *Ferrar.*

A Camerarii MATTHÆUS ad annum ſaltem M CC VII. BARTHOLOMÆUS de Roya anno M CC X & deinceps, ex iiſdem monumentis.

Conſtabularii RADULFUS, tum DROCO anno M C XCVI. poſtremus Matthæus ab anno M CC XVIII.

XVIII. Unus ſub eo Cancellarius GUARINUS qui ſupra, Silvanectenſis Epiſcopus, qui regia diplomata in archivum fixum ac ſtabile, cùm antea mobile eſſet, conjeciſſe dicitur.

Ludovico Rege Dapifer nullus, Buticularius ROTBERTUS de Corteneïo, Camerarius BARTHOLOMÆUS de Roya, Conſtabularius MATTHÆUS de Montemo-
B rentiaco [a].

XIX. Nullus ſub eo Cancellarius novus, ſed qui regia diplomata initio conficiebat, Guarinus Ludovici VIII Cancellarius, eâ *vacante Cancellaria* ſcribere dicebatur; adeoque Vicecancellarius appellandus. Eodem nomine, aut certè regii ſigilli cuſtodes cenſendi ſunt ÆGIDIUS Tyri Archiepiſcopus, RADULFUS de Pyris, & ſi qui alii.

Dapifer etiam nullus ſancto Ludovico regnante exſtitiſſe videtur ex Dubleto [b] & Chartario Pariſienſi. Buticularius JOHANNES, Camerarius ALFONSUS, Conſtabularius ÆGIDIUS.

C XX. Sub Regibus ſubſequentibus nulla horum Officialium mentio in poſterum habetur in diplomatum ſubſcriptione, quantum quidem ex eis, quæ ad noſtram notitiam pervenerunt, conjicere potuimus. Itaque poſt ſanctum Ludovicum deſiit uſus monogrammatum atque ſubſcriptionis iſtorum Officialium.

a *Montmorency pag.* 86 & 89.

b *Doublet p.* 908 & *ſeqq.*

CAPUT XIII.

D I. *Notariorum publicorum antiquitas.* II. *Notarii Epiſcoporum & Capitulorum.* III. *Item Abbatum & conventuum.* IV. *Tabelliones nulli apud Anglos.* V. *Notarii & Cancellarii Romanorum Pontificum.* VI. *& illuſtrium perſonarum.*

I. SAmuel Guicheno [c] in probationibus Hiſtoriæ Baugiacenſis refert litteras de conditu Sellionis Cartuſiæ, eaſque ſuſpectas habet ob mentionem *Notarii publici* in eis factam. quod officium nondum in uſu tum fuiſſe exiſtimat. At longè ante
E iſtud tempus, id eſt annum M C LXXXVII, Notariorum publicorum & nomen, & officium uſitatum erat. Nam prætereaquam quod in legibus Ripuariorum, aliiſque mentio fit Cancellariorum, qui Notarii erant; in teſtamento Ephibii Abbatis ſub Childeberto Rege tertio agitur de *Notario libellario publico*, & Carolus Magnus in Capitulari tertio anni DCCC III ſanxit cap. III, *ut Miſſi noſtri Scabinios, Advocatos, Notarios per ſingula loca eligant* &c. tum in Concilio Cabilonenſi anni DCCC XIII cap. XXIV, *Scripſimus Preſbyteros villicos eſſe non debere .... Cancellarios publicos eſſe.* Erant ergo tunc Cancellarii, id eſt Notarii, *publici*. Et quidem non tantùm in Gallia, ſed etiam in Italia, ut patet maximè ex hiſtoria monaſterii ſanctæ Sophiæ, quæ hiſtoria in tomo
F VIII Italiæ [d] ſacræ vulgata eſt. In ea quippe per ſæculum VIII frequens mentio eſt Notarii *Curiæ & civitatis Beneventanæ*. Tempore procedente id juris invaluit, ut *Notarius vel Tabellio ab Imperatore vel Papa, vel ab eo cui hoc ſpeciali privilegio indultum erat, ordinatus, poſſet ubique, etiam in Francia vel Anglia ſeu Hiſpania, non ſolùm in terris eis ſpecialiter ſubjectis, ſuo officio uti, & inſtrumenta conficere*, ut ſcribit Speculator [e]. Hinc crebrò acta publica à Notariis confecta dicuntur auctoritate apoſtolica & imperiali conſtitutis. Innocentius III [f] in epiſtola ad Mediolanenſem Archiepiſcopum, qui cum monachis ſancti Damaſi de Scozula judicio contendebat, Henrici Imperatoris privilegio à monachis prolato opponi teſtatur, quod ad fidem inſtruendam non

c *Hiſt. du Bugey pag.* 141.

d *Ital. ſac. tom.* 8. *col.* 730, 731, 737.

e *Speculat. de fide, inſtrum. § Reſtat, num.* 23.

f *Innoc. III lib.* 2 *epiſt.* 35. *apud Alteſerram pag.* 294.

ſufficeret, *quia nec erat* PUBLICA MANU *confectum;* nec *ſigillum habebat authenticum.* A
Redeo ad Galliam. In ſententia judiciali R. Epiſcopi Biterrenſis & Guidonis Fulcodii anno M CC LI inter Archiepiſcopum & Vicecomitem Narbonenſem pronuntiata [a], mentio fit de quodam Arnaldo, qui *Notariam teſtamentorum aliquo tempore tenuerat.* Exſtat in tomo VI Spicilegii [b] epiſtola Philippi VI Francorum Regis, Johanni Vaiſchieræ Clerico Petragoricenſi anno M CCC XXVIII inſcripta, quâ *Tabellionatûs ſeu publici Notariatûs officium* ipſi confert *in terra, quæ jure ſcripto regitur;* ſubditque formam juramenti ab eodem præſtandi, in qua notanda hæc verba: *Contractus legitimos, proceſſus, & acta judiciaria, & alia quæ de jure officii mei exercebo, in protocola ſine moroſa dilatione fideliter redigam; & poſtquam redacta fuerint, inſtrumenta* B
ſuper eis conficere malitioſè non differam: ſed partibus & aliis, quorum intererit, pro juſto & moderato ſalario... exhibebo. Ex quibus intelligitur, ante id tempus in more fuiſſe, ut Notarii & Tabelliones publici minuta (quæ vocant) inſtrumentorum exemplaria penes ſe reſervarent. Id autem obtinuiſſe ſæculo XIII veri ſimile eſt, cùm ſcilicet chartarum indentatarum uſus, qui ſæculo XII frequens erat, in deſuetudinem abire cœpit. Nam ejuſmodi chartarum uſus ad vitandam fraudem non eſſet inventus, ſi Notarii primaria ſcripta apud ſe cuſtodiſſent. Quod de ſalario habet formula ſuperior, in mentem revocat id, quod legere memini in charta Sancii Regis apud Moralem [c] in Eulogium, ubi *Valaſſius Feneſtella ex palatio Regis* chartam C
exaraſſe dicitur, *& accepiſſe pretium propter hanc ſcriptionem quinque modios tritici.* quod enorme pretium eſt. Porro Matthæus Pariſius in Henrico III obſervat, *Tabellionum uſum* in regno Angliæ tunc non fuiſſe. quod ſanè non fuiſſet obſervaturus, niſi in aliis regnis invaluiſſet iſte uſus regnante Henrico tertio apud Anglos, id eſt medio ſæculo XIII.

II. Erant Epiſcopis Abbatibuſque Notarii ſeu Cancellarii ſui; erant & illuſtribus perſonis. Exſtat hac de re Caroli Magni capitulare primum anni DCCC V, in quo ſtatuitur cap. III, *ut unuſquiſque Epiſcopus & Abba & Comites ſuum Notarium habeant.* Longè ante illud tempus ſanctus Germanus Pariſiorum Antiſtes ante ali- D
quot dies obitus ſui *vocans ad ſe Notarium ſuum, imperat in cubiculum ſupra lectulum ſuum ſcribere hoc tantummodo, ſed neſcientibus* (V KAL. JUNIAS) *omnibus quid hoc eſſet.* Erat autem dies obitus ejus futurus. Notariorum Epiſcopalium erat baculum paſtoralem gerere, teſte Meſſiano Presbytero in vita ſancti Cæſarii Epiſcopi Arelatenſis. Cum enim vir Dei Cæſarius ad quamdam pergeret eccleſiam, *Clericus cui cura erat baculum illius portare* (*quod Notariorum officium erat*) *oblitus eſt, &c.* Alii alia obibant officia, ex libro Sacramentorum Gregoriano: *Et tunc illuminantur duo cerei, quos tenent duo Notarii, &c.* Apud eumdem Gregorium occurrit ſæpe mentio *Notariorum*, & *ſcholæ Notariorum.* Epiſcoporum porro Notarii nunc Notarii, nunc E
Cancellarii nomen ſibi ſumunt. Quamquam Cancellarii Epiſcoporum ſub ſe Notarios habebant. In litteris Gerardi Tulli-leucorum Epiſcopi apud Perardum [d], datis anno DCCCC LXII. *Ego Bernierius Notarius ad vices Wizilonis Cancellarii recognovi.* Idem in aliis [e] Bertoldi ejuſdem urbis Epiſcopi. Cancellarii iſti, quemadmodum de Referendariis ſuperiùs dixi, Notariis litteras non raro dictabant. Argumento ſunt litteræ Raynardi Lingonenſis Antiſtitis, datæ Philippo I regnante, *Stephano Cancellario dictante* [f]. Et in ſubſequentibus litteris Rotberti itidem Lingonenſis Epiſcopi: *Præſul Rotbertus ſanxit, dictavit Humbertus, & ſcripſit Galo Procerus de Gibriaco.* Diſtinctus fuiſſe videtur Epiſcopi à Capituli Cancellario. In Capitulis appellaban- F
tur *Sigilliferi* & *Regiſtratores*, quibus in annum Capituli ſigilla & regiſtra committebantur, ut legi in Decretis eccleſiæ Lugdunenſis, à viro clariſſimo Herovallio communicatis. Litteræ Guillelmi Officialis Remenſis anno M CC XCV pro ſancto Nicaſio, datæ dicuntur *per Sigilliferum & Regiſtratorem.* Litteras Rocleni Epiſcopi Nivernenſis, *regnante Rotberto anno* V, ſcripſit *Tetbertus Geronta Tabellarius*, ex Chartario Nivernenſi: ubi Notarii Epiſcoporum ſæpe *Cancellarios* ſe dicunt, *à commentariis* ſemel; Johannes ſe *Tabellionem.* Vocabantur etiam quandoque *Archicancellarii.* ſic litteras Wigfridi Epiſcopi Virdunenſis pro cœnobio ſancti Michaëlis *Rainerus*

a *Append. ad Conc. Narbon. pag.* 137.
b *Spicil. tom.* 6 *pag.* 490.
c *Moral. in Euleg. pag.* 248.
d *Perard pag.* 166.
e *pag.* 169.
f *ibid. pag.* 75.

A *ad vicem Ber... Archicancellarii* recognovit. Carnutenſis eccleſiæ Cancellarii tabu-
las memorat Fulbertus Epiſcopus in epiſtola XVIII. Conſule appendicem[a] ad Con- a *Append. ad Conc. Narb. pag.* 148.
cilia eccleſiæ Narbonenſis, ubi agitur de Notario Archiepiſcopi Narbonenſis, qui
ſe *publicum* Notarium ferebat, eoque nomine teſtamenta & contractus matrimo-
niales condebat, Vicecomite reclamante. Judicum arbitraria ſententia in Archie-
piſcopi gratiam ceſſit.

III. Ad eumdem modum in monaſteriis Abbates, ut mox dicebam, habebant
Notarios, & monachorum Capitulum ſuos, qui Cancellarii nomine etiam dona-
bantur, ut patet cùm ex variis locis, tum ex hiſtoria Ghiſnenſi apud Cheſnium[b], b *Guiſnes pag.* 50.
B ubi *Rodulfus Canc llarius & omnium Monachorum ultimus* ſubſcribit litteris Arnulfi
Comitis Flandrenſis; ſed maximè id patet ex libris Traditionum Fuldenſium. Hi
etiam ſibi ſubjectos habebant Notarios. Nam in illis Traditionum libris[c], Hem- c *Tradit. Fuld. pag.* 530, 528, 516.
mo ſubſcribit *in vice Althuringi* anno DCCCXXII, & Berinhoh *in vice Hemmonis*, &
Wolfleoz *in vicem Gerolfi*. Idem obſervare licet in chartis cœnobii ſancti Galli
apud Goldaſtum; idem etiam in monaſterio ſancti Benigni apud Divionem[d], ubi d *Perard. pag.* 11.
Attaldus *ad vicem Cancellarii* litteras ſcripſit anno DCCXXVII. Cancellarius ſeu No-
tarius nonnumquam dicebatur *Amanuenſis*, in Traditionibus Fuldenſibus[e] ſub Pip- e *Trad. Fuld. pag.* 498.
pino Rege *Wolframnus Emanuenſis*. Non raro etiam appellabantur *Lectores*. *Ruodo*
C *laicus lector ſcripſi* in charta LXIX apud Goldaſtum. *Clericus & Lector* in charta
LXXVII; *Sicbrannus Lector*, & *Dodo Lector* in monaſterio ſancti Benigni apud Pe-
rardum[f] ſæculo VIII. In charta Theodetrudis ſæculo VII apud Dubletum[g]: *Ego* f *Perard. pag.* 10.
Recomarus Lector rogante & præſente ſupradicta Theodetrude hanc donationem ſcripſi. Sci- g *Doublet p.* 659.
licet ob id Lectores dicebantur, quòd eſſent ſcholis præfecti. Certè Ruodolfus
Cancellarius Fuldenſis *Scholaſticus* dicitur in Traditionibus[h] modò citatis. Lectores h *Tradit. Fuld. pag.* 514.
verò dictos eſſe monaſteriorum Scholaſticos ſeu Præceptores conſtat ex epiſtola
Alcuini inter Hibernicas, ubi Colcu *Lector* appellatur. quo nomine etiam affici-
tur à Symeone Dunelmenſi in libro de geſtis Regum Anglorum ad annum DCC
D XCIV, quo *Colcu Preſbyter & Lector* ex hac luce migraſſe memoratur. Eodem modo
Ethelwolfus in carmine de ſanctis Lindisfarnenſibus[i]: i *Sæc.* 4 *Bened. part.* 2 *pag.* 320.

> *Sederat in ſcamno Doctor Lectorque beatus*
> *Higlac.*

Eodem ſenſu Beda in epiſtola ad Egbertum: *Memini te heſterno dixiſſe anno, cùm te-
cum aliquot diebus legendi gratiâ in monaſterio tuo demorarer, &c.* Hugo Sacerdos in
charta hìc edita pro eccleſia ſancti Arnulfi memorat ejus eccleſiæ *Lectores*. Hæret
etiam nunc vocabulum apud monachos, ubi *Lectores* appellantur Philoſophiæ ac
Theologiæ profeſſores. Erant etiam in eccleſiis cathedralibus Lectores, qui legen-
E da in choro diſponebant, ex Cangii Gloſſario. At quæ retuli loca interpretanda
ſunt de Præceptoribus Cancellariis. Ad eumdem ferè modum in litteris Henrici
primi Francorum Regis legitur[k], *Seguinus Sciolus ſcripſit ad vicem Balduini regii Can-* k *Eſtiennot noſter in mſſ. antiq. diœc. Clarom. pag.* 349.
cellarii. Ceterum præter monachorum ſeu Capituli Cancellarium etiam Abbates
proprium habebant. Id probat inter alias charta Sugerii Abbatis apud Dubletum,
ubi Gregorius ejus Cancellarius ſubſcribit hoc modo: *Ego Gregorius, dòmni Sugerii
Abbatis Cancellarius, relegi & ſubſcripſi.* Id factum ob eamdem cauſam, quia ſigillum
Abbatis à conventuali diverſum fuit, ut infra demonſtrabimus.

IV. Apud Anglos, referente Matthæo Pariſio in Henrico tertio, *quoniam Ta-*
F *bellionum uſus in regno Angliæ non habetur, propter quod magis ad ſigilla authentica credi eſt
neceſſe; ut eorum copia facilius habeatur ſtatutum eſt, ut ſigillum habeant non ſolum Archie-
piſcopi & Epiſcopi, ſed etiam eorum Officiales, item Abbates, Priores, Decani, Archidia-
coni, & eorum Officiales, Decani rurales, necnon eccleſiarum cathedralium Capitula, &c.*

V. Priuſquam ad alia pergamus, hìc quædam obſervare juvat de Romanorum
Pontificum Cancellariis atque Notariis, quos pæne prætermiſeram. In bullis Pon-
tificiis ante annos quingentos adſcribebantur nomina tum Notarii ſeu Scriniarii,
tum Cancellarii. Et Notarii quidem nomen continuè poſt contextum ſequebatur
hoc modo: *Scriptum per manum* ſeu *manus N. Notarii Regionarii & Scriniarii S. R. E.*

(pro quo Paſchalis II diploma apud Perardum [a] habet, *ſacri palatii.*) appoſitis menſe & indictione. tum majoribus litteris integrè in medio intervallo ſcribebatur, *Bene valete.* ac poſtremo. *Datum* ſeu *Data* X KL. *Novemb. per manum* ſeu *per manus Anaſtaſii Bibliothecarii S. R. E.* (nam paſſim Bibliothecarius Cancellarii officio præditus erat) *imperantibus, &c.* ut in ſpeciminibus ac monumentis noſtris advertere licet. Defectu Cancellarii adſcribebatur nomen *Secundicerii* Notariorum, ut in litteris Benedicti Papæ III, hìc in æs inciſis, pro cœnobio Corbeienſi. A Leone IX paullatim mutari cœpit iſte ritus, atque unius Cancellarii nomen adſcribi poſtremo loco, cum titulo *Diaconi* ſeu *Preſbyteri Cardinalis*, aliquando etiam *Cancellarii.* Nonnulli tamen veterem morem aliquamdiu retinuerunt, ut Paſchalis II in diplomate mox laudato apud Perardum, qui aliud refert Gregorii VII [b] ad recentem ritum concinnatum. In brevibus reſcriptis neque Cancellarii, neque Notarii nomen comparet. Julius I ex Anaſtaſio conſtitutum fecit inter alia, *ut omnia monumenta in eccleſia per primicerium Notariorum confecta celebrarentur.* Notarius ſecundus dicebatur *Secundicerius & Vicecancellarius* [c], ac *Viceagens Cancellariæ* [d]: alii *Notarii* ac *Scriniarii*, aliquando *Scriptores* [e].

VI. Venio ad Cancellarios ſeu Notarios illuſtrium perſonarum, quarum Capellani plerumque hoc officio fungebantur, ut de Giſleberto Philippi Regis Clerico & Notario ſuperiùs obſervatum eſt. Unde litteras Aïmonis Comitis Gebennenſis ſcripſit *Andreas Comitis Capellanus Papa Urbano regnante*, in Bibliotheca Sebuſiana apud Guichenonem [f]. Alia ejuſmodi exempla [g] paſſim occurrunt. Attamen cautum erat in Capitularibus [h] Regum noſtrorum, *ut nullus Preſbyter chartas ſcribat, nec conductor ſui Senioris exſiſtat.* Unde apud Burchardum *Preſbyteri & Clerici chartas dominorum ſuorum ſcribere* vetantur. Porro Innocentius III [i] *Tabellionatûs* officium Preſbyteris, Diaconis, & Subdiaconis interdixit. Quidam ex illis Notariis ſolùm clerici erant, qualis fuit *Carus clericus ac Notarius atque Scriba* Landolfi Principis Beneventani, in Italiæ ſacræ [k] tomo VIII. Plerique Notariorum ſub Carolingis Diaconi erant: illuſtrium perſonarum fere clerici, ex quibus unus aliis Notariis ſuperior erat. Quare in charta quadam Philippi Flandriæ Comitis apud Cheſnium in hiſtoria Ghiſnenſi [l] ſubſcribit *Robertus Præpoſitus de Arie ſummus Notarius.* Cancellaria regia quandoque dicta eſt *Capella* [m], quòd in Capella principis ſeu Oratorio archivum & regni monumenta ſervarentur, uti hodie quoque in ſacra Capella Pariſienſi.

a *Perard pag.* 206.
b *id. pag.* 194.
c *Bullar. tom.* 1 *pag.* 80 & 96 *col.* 1.
d *ibid. p.* 66 *col.* 1.
e *ibid. pag.* 57 *col.* 1.
f *Guichenon. pag.* 106.
g *Freſnius in Gloſſ.* voce Capellani.
h *Capitul. lib.* 1 *cap.* 152.
i *Innoc. III pag.* 268 *apud Boſquet.*
k *Ital. Sac. tom.* 8, *col.* 746. *vide col.* 761 & *ſeq.*
l *Guiſnes pag.* 223.
m *Vide Cangii Gloſſar.*

CAPUT XIV.

I. *Sigillorum ſignificatio duplex, eorumque uſus.* II. *Anuli ſignatorii, ſymbolum auctoritatis.* III. *Quibus conceſſus olim eorum uſus.* IV. *Anulorum varia materia & cælatura.* V. *Francorum Reges principio eis uſi.* VI. *Anulis ſignatoriis ſucceſſerunt ſigilla, quæ varia, & variis perſonis attributa.* VII, VIII & IX. *Romanorum Pontificum ſigilla, an aliquando cerea, quando primùm plumbea.* X. *Quid in his inſculptum.* XI. *Anulus piſcatoris quando in uſu.* XII. *Aurea ſigilla Pontificum.* XIII. *Paulus cur à dextris Petri inſculptus.* XIV. *Quot modis vitiari poſſint ſigilla Pontificum.*

I. POſt Referendarios & Cancellarios, quorum officium eſt diplomata ſubſcribere, ſigilliſque munire; proximo loco agendum eſt de ſigillis, ac de variis ſigillandi modis, præſertim apud Francos olim receptis. In primis verò illud obſervare convenit, ut à bullis appenſis litteræ pontificiæ dictæ ſunt bullæ: ita ex ſigillis chartas veteres ſigilli nomine fuiſſe donatas: cujus rei exempla complura quibuſque obvia eſſe poſſunt. Immo etiam epiſtolæ eodem nomine appellatæ ſunt à Goffrido [n] Vindocinenſi Abbate in epiſtola ad Hainricum Abbatem Angeria-

n *Goffrid. Vindoc. lib.* 4 *epiſt.* 5.

A cenſem. *Fere duorum menſium*, ait, *jam præteriit ſpatium, ex quo vobis uſque Pictavim noſtrum tranſmiſi ſigillum.* Sed ad ſigilla ipſa veniamus. Sigillorum uſus inventus eſt ad faciendam fidem, & ad præſtandam rebus ſcriptiſque auctoritatem. Cùm enim ſigna manûs ductibus efformata facilè ab aliis effingi & ſupponi queant; inſculpta eſt ſigillis teſſera ſeu effigies, quæ non niſi operosè à falſariis confingi potuiſſent. Certè [a] Titus ea erat ſcribendi facilitate præditus, ut *cum amanuenſibus ſuis per ludum jocumque certaret imitari chirographa quæcumque vidiſſet, profitereturque ſæpe ſe magnum falſarium eſſe potuiſſe.* Nec tamen ſigilla ab hac etiam fraude immunia fuêre. Unde Neronis principatu *adverſus falſarios tum primùm repertum, ne tabulæ niſi pertuſæ, ac ter lino*
B *per foramina trajecto obſignarentur* [b].

a *Sueton. in Titu num.* 3.

b *Vide Salmaſ. de modo uſurar. pag.* 453 *& ſeqq.*

II. Anulis primùm uſi ſunt veteres pro ſigillis, non tantùm in argumentum fidei, ſed etiam publicæ auctoritatis. Pharao quippe cùm Joſephum Ægypto præponere induxiſſet animum [c], *tulit anulum de manu ſua, & dedit eum in manu ejus.* Signatorium hunc fuiſſe veri ſimillimum eſt. Apud Romanos Legatis ad exteras gentes profecturis anulus aureus velut inſigne muneris dabatur, hique foris aureo, domi ferreo utebantur [d]. Exiſtimem quippe Legatis, uti & Joſepho, hanc fuiſſe teſſeram publicæ auctoritatis. Hinc Ladiſlaus Ungariæ Rex in lib. I Statutorum cap. XXXII. *Si quis Regis ſigillum ſuper aliquem projiciens, & ipſe in curiam venire neglexerit, rationem perdat* &c. &
C lib. II cap. XXV. *Poſſit Judex ſigillum ſuum mittere ſuper quoſcumque, exceptis Presbyteris & clericis.* His conſentaneum eſt Colomanni Regis decretum. *Si Clericus habet cauſam cum laïco, per Judicis ſigillum laïcus cogatur: Si verò laïcus habet cauſam cum clerico, per ſigillum Epiſcopi clericus cogatur.* niſi ſi his in locis ſigilli nomine diploma vel charta ſignificatur.

c *Geneſ.* 41.

d *Alexand. ab Alex. lib.* 2 *Gen. dier. cap.* 19.

III. Romani [e] anuli uſum primùm Judicibus & equeſtri ordini conceſſêre: dein frequens & promiſcuus uſus fuit, ita ut Romani milites ſine delectu, & demum libertinæ conditionis homines, quin etiam feminæ & extrema mancipia, anulorum
D aureorum jure donarentur; eoque pacto ingenui cenſerentur.

e *idem ibid.*

IV. Anuli porrò ferrei erant, aurei, gemmati & non gemmati. Hi ἄλιθοι dicti, id eſt citra gemmam concinnati, & ἀπείχωνες, alio nomine ſolidi & infiniti ſeu indeterminati, quaſi omni carentes fine, quales etiamnunc apud Venetos. Ceterum varia fuit apud antiquos anulorum cælatura. Anulus ſignatorius Regis Perſarum imaginem Regis ſeu Cyri; Alexander ſuam, Sylla Jugurthæ ab ſe captivi abducti effigiem, Auguſtus initio principatûs ſui ſphingis, mox Alexandri, noviſſimè ſuam imaginem in anulo exhibebat [f]. Alii nominis ſui monogramma ſeu compendium prætulêre, in his Symmachus, cujus hæc verba ſunt in lib. II epiſtola XXI. *Cupio cognoſcere, an omnes obſignatas acceperis eo anulo, quo nomen meum magis intelligi, quàm legi*
E *promtum eſt.* Is autem eo utebatur *in diplomatibus libelliſque & epiſtolis ſignandis.* Alii Imperatores imaginem ſuam in anulis expreſsêre, præter Galbam, qui canem ex navi proſpectantem à majoribus delatum ad ſe uſurpavit.

f *Sueton in Octavio num.* 50.

V. Anulorum porrò uſus etiam derivatus eſt ad primos Francorum Reges, qui imaginem ſuam circumdato in orbem nomine anulis ſuis indiderunt. Exemplo eſt anulus Childerici Regis eo nomine primi, qui modò in regio ſcrinio adſervatur. Neque verò tantùm Reges, ſed etiam Epiſcopi ac nobiles Franci anulos proprios antiquitus habuêre.

VI. Anulis ſignatoriis ſucceſsêre ſigilla, quæ magnitudine anulos longè ſupe-
F rant, pleraque penſilia. Ea in cera alba, rubea, viridi, immo etiam in plumbo, auro, argento: & in cælatura expreſſæ imagines Regum, Pontificum, Principum, Militum & aliorum. Eſt & magnum & parvum ſigillum: magnum *authenticum*; parvum *ſecretum* ſeu *ſecreti* appellatum; à contra-ſigillo, quod adverſo ſigillo apponi ſolet, aliquando diſtinctum, nempe ubi æqualis eſt cum ſigillo magnitudinis. Sigilla denique erant non ſolùm Regum ac Principum, ſed etiam Pontificum, Abbatum, & Abbatiſſarum, eccleſiarum & monaſteriorum, militum, urbium & communiarum. A ſigillis (ut jam dixi) diplomata non rarò dicta *ſigilla* apud Græcos & Latinos, ut Anaſtaſio in Conſtantino *ſigillum imperiale*; Pontificum Romanorum ſigilla proprio nomine vocan-

tur *Bullæ*, quod vocabulum litteris etiam pontificiis, nedum ſigillis appoſitis, tri- A
buitur. De his agendum ſingillatim.

VII. Sigilla Pontificum, ſeu Bullas in cera primùm, deinde in plumbo expreſſas
fuiſſe communis opinio eſt. At quando plumbearum uſus incœperit, controverſum
inter eruditos. Polydorus Virgilius id refert ad tempora Stephani III, & Hadriani I;
Thomas Stubbius ad Gregorium I, Dominicus Raynaldus ad Silveſtrum. Singulo-
rum monumenta expendenda.

Polydorus [a] ait ſe perdiu quæſiviſſe, unde id manaret inſtitutum: ſed ſatis conſtat,
» inquit, Agathonem Papam in cera anulo impreſſiſſe ſigilla: verùm poſtea cùm ſum- B
» mus Pontifex multa erogaret privilegia; ut diplomata diuturniora forent, placuiſſe
» Stephano III & Hadriano I tabulas apoſtolicas plumbo obſignari; nec antiquius
» ſigillum ex plumbo reperiri opinatur. Spelmannus in Gloſſario non videt unde id
Polydoro conſtiterit. Thomas Subbius [b] Dominicanus, qui vixit ſub annum M CCC
LX, agens de controverſia, quæ inter Willelmum Cantuarienſem & Turſtinum Ebo-
racenſem Antiſtites de primatu interceſſit, tradit Cantuarienſis eccleſiæ privilegia
prolata fuiſſe in medium; cumque in eis bullæ plumbeæ deſiderarentur, dictum in-
ter alia, *forſitan eo tempore bullas non fieri.* Ab adverſariis *reſponſum eſt quoque à tempore
beati Gregorii bullas fuiſſe, & adhuc in Romana eccleſia aliqua ipſius privilegia bullata ſer-
vari.* Itaque nec privilegia illa *cum credulitate*, *nec verba eorum in gratiam ſunt recepta.* C
Addit Stubbius, Turſtinum Archiepiſcopum Eboracenſem conſilio Papæ & curiæ
oſtendiſſe ſua munimenta, primo epiſtolam beati Gregorii ad Auguſtinum, deinde
epiſtolam Honorii Papæ &c. *quæ omnia omnes noverant bullas habere.* Hæc ſub Calliſto
Papa II contigerunt anno M C XXIV.

VIII. Eodem ſæculo, & quidem anno M CLXXXI, à Richardo Cantuarienſi Epi-
ſcopo Cantuarienſibus eccleſiæ ſancti Auguſtini monachis intentata eſt lis de pri-
vilegio ejuſdem Auguſtini, quod bullâ plumbeâ munitum ab eis prætendebatur:
Richardus verò illud rejiciebat ob cauſas tres, nempe ob raſuram ſcripturæ, ac bullæ
novitatem, & bullæ plumbeæ uſum: *cùm non ſoleant ciſalpini Præſules vel Primates ſcri-* D
ptis ſuis authenticis bullas plumbeas apponere, inquit Gervaſius [c] Monachus Dorobernen-
ſis, qui anno M CC florebat. Auguſtiniani monachi repoſuêre, Auguſtinum hac in
re morem Romanum obſervaſſe, *quem tunc ſervavit Gregorius in eccleſia Romana*; im-
mo & tranſmarinis id etiam in uſu fuiſſe, ut manifeſtum fecerunt prolatâ bullâ plum-
beâ [d] Epiſcopi cujuſdam tranſmarini, quam Philippus Flandriæ Comes Abbati cœ-
nobii ſancti Auguſtini ad tuendum jus ſuum per Blondum Capellanum ſuum tranſ-
miſerat. Huc ſpectat epiſtola Petri Bleſenſis, nomine Richardi Cantuarienſis ad
Alexandrum III. Quid exinde ſecutum ſit non liquet: ſed nihilo minus Spelman-
nus perſtat in neganda hujus bullæ veritate, tum propter auctoritatem Polydori Vir- E
gilii, tum propter formam eccleſiæ recentioris artificii, & effigiem Salvatoris ne hoc
quidem tempore indecoram. Sed hæ rationes levioris ſunt momenti.

IX. Nam præterquam quod Gallicani Præſules jam inde ab annis octingentis
bullis plumbeis uſi ſunt, ut mox oſtenſuri ſumus; certè Polydori Virgilii ſenten-
tiam, qui earum originem Stephano tertio tribuit, refellit Dominicus Raynaldus [e] Bi-
bliothecæ Vaticanæ cuſtos, idque inventum ad Silveſtri I Pontificatum refert, cujus
bullam plumbeam reperiri ait in archivo Aretino; additque conſimilia aſſervari in ar-
chivo caſtri ſancti Angeli vetuſtiſſima in papyro ex frutice confecta diplomata ſummo-
rum Pontificum Leonis I, Gregorii Magni, ac Sergii. Sed erunt qui hæc diplomata exa- F
mine digna cenſeant. Mihi verò qui ea non vidi, religio eſt quidquam de his te-
merè aſſerere. Hoc tantùm addo, in duobus privilegiis Johannis IV & Sergii I, Di-
vionenſi ſancti Benigni cœnobio conceſſis, extare ſuam cuique plumbeam bullam.
Erat is promiſcuus uſus ſæculo X, teſte Liutprando Ticinenſi Diacono [f]. *Hæc dom-
num Papam nullis narrantibus feciſſe crederemus, niſi litteræ fidem admitterent, quæ plum-
bo ſignatæ ejus nominis characteres monſtrant.* De bullis plumbeis ſummorum Pontifi-
cum qui ante hæc tempora diſertè egerit, vix alium auctorem reperias, tametſi de
bulla nominis ſui frequentem faciunt mentionem, ut in epiſtola Johannis VIII ad
Monachos

[a] *Polydor. de invent. lib. 8 c. 20.*

[b] *Stubbs col. 1718. inter decem Script. Anglic.*

[c] *Gervaſ. col. 1458 ibid.*

[d] *Spelman Conc. pag. 123. & VO. Thorn. col. 1764 & ſeqq.*

[e] *apud Allat. de conſenſ. utriuſque eccleſ. lib. 1 cap. 6 num. 2.*

[f] *Liutprand. lib. 6 cap. 6.*

A monachos Pultarienſes. De plumbeis tamen bullis intelligendus mihi videtur Eddius
Stephanus in Actis ſancti Wilfridi Epiſcopi Eboracenſis [a], qui *ſcripta Apoſtolicæ ſedis* a Sæc. 4 Bened.
judicia ac totius Synodi conſenſu & ſubſcriptione oſtendiſſe dicitur *cum bullis & ſigillis.* part. 1. pag. 696.
quod metricè ſic reddit Fridegodus ſæculo x.

Solitis bullata ſigillis.

Ubi tùm ait *ſolitis*, innuit ea fuiſſe plumbea pro more ſuæ ætatis. Huc ſine dubio reſpicit Nicolai Papæ I epiſtola pro unione Bremenſis Archiepiſcopatûs cum Hammaburgenſi, quæ epiſtola *juxta morem ſanctæ eccleſiæ Romanæ bullata* dicitur. Lege quæ Anaſtaſius habet de bullis, quas idem Nicolaus *nomine ſuo titulatas* ferri juſſit in typum
B eleemoſynæ pauperibus erogandæ.

X. In pervetuſtis quas vidi Johannis V, Sergii I, Stephani III, Benedicti III, Nicolai I, & Johannis XIII plumbeis bullis (quod etiam de vetuſtiſſimis aliorum Pontificum bullis teſtatur Dominicus Raynaldus) ſolum imprimitur Pontificis nomen in antica, & in poſtica *Papæ* vocabulum. Sic apud Ciaconium exhibetur bulla Stephani VII, nempe in prima facie *Stephani*, in averſa *Papæ*, præfixo utrimque ſigno crucis. Ejuſdem formæ erat bulla plumbea in privilegio Johannis VIII pro cœnobio Trenorchienſi [b]: cujus privilegii authenticum tranſſumtum factum eſt Avenione anno MCCCXXXIV, rogatu Geraldi Trenorchienſis Abbatis, ex recognitione (b Tournu pag. 227 & 228.)
C Bertrandi Archiepiſcopi Ebredunenſis, Johannis Papæ XXII auditoris: qui teſtatus eſt ſe ipſaſmet litteras vidiſſe, *verâ bullâ plumbeâ ipſius domini Papæ in filo canabis bullatas*: in cujus bullæ antica parte legebatur, JOHANNES PP. cum cruce in medio cujuſdam circuli rotundi: & in poſtica quædam magna crux cum quibuſdam litteris præfixis. Corrigendus itaque videtur Ughelli [c] locus de ſigillo Johannis VIII pro eccleſia Papienſi, quod Papæ imaginem prætuliſſe dicitur. Primus veterem ritum Leo IX nonnihil immutavit, non quidem in bulla plumbea, ſed in BENE VALETE, quod præceſſores ejus integris litteris, ſcilicet majuſculis Romanis, inter formulas *Scripti* & *Dati* exhibebant: ipſe verò contraxit in monogramma, præmiſſo circulo majo- (c Ital. Sac. tom. 1 col. 17.)
D ri, exhibente in medio crucem cum nomine Pontificis; & in ambitu ejuſdem ſententiam ſeu dictum, *Miſericordia Domini plena eſt terra*, ut ſpecimen noſtrum docet, cum Ciaconiano conferendum.

Singularis eſt bulla Nicolai II pro cœnobio Virdunenſi ſancti Vitoni: qua in bulla nullum habetur *Scriptum per manum* &c. nullum *Bene valete*: ſed tantùm circulus manualis cum cruce, his verbis interjectis, *Signum Nicolai ſecundi Papæ*, cum ſigillo plumbeo ex coriaceo vinculo appendente. Hoc verò ſigillum præfert ex una parte effigiem ſancti Petri, de manu ſupernè efficta claves accipientis, cum hac inſcriptione, ✠ *Tibi Petre dabo claves regni cælorum*: ex altera pingitur Roma cum his ver-
E bis, *Aurea Roma*, cumque hac inſcriptione in circuitu, ✠ *Signum Nicolai Papæ*. Hæc bulla *data* eſt *Idus Aprilis per manus Petri Damiani S. R. Eccleſiæ Bibliothecarii & Cancellarii, anno Domini Nicholai Papæ ſecundi tertio, Indict.* XIII, *Romæ in baſilica ſancti Johannis ad Latheranis.*

Alii ſubinde Pontifices alia ſuperaddiderunt, quod videre licet apud Ciaconium: donec tandem Urbanus II, aliique ſimiliter poſt eum, ex una parte bullæ, URBANUS II PP. ex alia nomina ſancti Petri & ſancti Pauli cum cruce appoſuit: pro ſigno verò nomina eorumdem Apoſtolorum cum ſuo, in medio ſpatio interjecta cruce, & inſcriptione in orbem addito monogrammate, *Bene valete.* Nonnulli poſte-
F riorum Pontificum pro nominibus Apoſtolorum, eorum imagines ſeu capita expreſsêre. Denique Albertus Argentinenſis tradit, Clementem VI *cùm arma progeniei ſuæ haberent quinque roſas, contra morem anteceſſorum quinque roſas poni feciſſe in bullis* [d]. Ad hæc Paulus II in recta bullæ plumbeæ parte exhibet ſuam ipſius effigiem in throno ſedentis, Cardinalibus hinc inde partim adſtantibus, partim genuflexis: in averſa de more ſanctum Petrum & ſanctum Paulum. (d V. Cangii Gloſſar. de bullis ac ſigillis.)

XI. Nunc præter bullam plumbeam Pontifices, quam præceptis ſeu diplomatis bullatis apponunt, utuntur in Brevibus (quæ vocant) obſignandis anulo Piſcatoris. In anulo ſola Petri adeſt effigies, in eo habitu conſtituta, cùm è navicula

R

in mari piſcaretur. Brevia dicuntur, quod brevi via ſeu manu remotis omnibus A ambagibus abſolvuntur: quippe quæ à Pontifice, ut plurimùm, ſponte & abſque rei longa diſcuſſione conficiuntur. Bullæ verò ea de cauſa fiunt, ut diuturniores ſint, & illæ potiſſimum, quæ Cardinalium ſubſcriptione firmatæ, & Conſiſtoriales dicuntur. Olim tam Brevibus, quàm Bullis idem ſigillum plumbeum apponebatur: nec ſcio an multum ante annos quadringentos inventus ſit anulus Piſcatoris. De eo quidem nihil ego legi antiquius, quàm quod refert Maſſonus in Clemente IV. qui anno M CC LXIV Pontifex renuntiatus, epiſtolam ad Ægidium Groſſum conſanguineum ſuum ita concludit. *Non ſcribimus tibi, nec conſanguineis noſtris ſub bulla, ſed* SUB PISCATORIS SIGILLO, *quo Romani Pontifices in ſuis ſecretis utuntur.* Non- B dum quippe in Brevibus uſitatum erat iſtud ſigillum, ſed in litteris privatis, in quibus modò Pontifices ſymbolis gentilitiis utuntur. Certè quotquot vidimus ante id tempus minutas Pontificum litteras, quantumvis breves & exiles, ſigillum plumbeum habebant appenſum. Brevibus appoſitus eſt anulus Piſcatoris ſaltem ſæculo XV. qualia ſunt Brevia Calliſti III [a] & Pauli II [b] *ſub anulo Piſcatoris.* Anulus hic ceræ imprimitur, non plumbo, ut alia ſigilla Pontificum.

XII. Quandoque tamen Pontifices non plumbo, ſed auro litteras obſignarunt, teſte Dominico Raynaldo apud Allatium [c]. quod tamen, inquit, non obſervatur niſi in confirmatione Romani Imperatoris. unde tales litteræ ſibi nomen *aureæ* C *bullæ* vindicarunt. Verùm Spelmannus tradit, Clementis VII diplomati, quo Defenſoris Fidei titulum Henrico VIII Angliæ Regi contulit, bullam auream eſſe appenſam.

XIII. In hunc locum incidit celebris controverſia, quam ob cauſam in bullis pontificiis ſanctus Paulus à dextris, Petrus à ſiniſtris exhibeatur. Nec id recens inventum. ſiquidem in veterrimis picturis idem amborum ordo deprehenditur, ut probant non ſolùm priſcæ icones complures, ſed etiam Petrus Damiani [d], qui ea de re opuſculum edidit. Ex imaginibus in bullas derivatus eſt hic ritus, idque Urbano II Pontifice primùm obtinuiſſe ſuperiùs expoſitum eſt. Immo etiam hunc ritum D affectavit Boamundus Princeps Antiochenus [e]. Multi multa hac de re ultro citroque dixerunt. Præ ceteris hoc argumentum accuratè perſecutus eſt Allatius in libro primo [f] de conſenſione utriuſque eccleſiæ, ubi varias auctorum ſententias expendit; ac demum concludit id factum ex varia poſitione eccleſiarum, quarum aliæ primitus Occidenti, aliæ Orienti obverſæ erant. Ex hac enim diſpoſitione factum eſſe, ut quæ aditum ab Oriente habebant, altare ad Occidentem; illis pars auſtralis eſſet ſiniſtra, Aquilonaris dextra: ſed imagines Sanctorum ingredientibus obverſas contrarium tenuiſſe ordinem: nam Petri, quæ ad Auſtrum erat, effigiem fuiſſe ad dextram Pauli, cujus imago ad Aquilonem. Cum verò iſta eccleſiæ poſitio, quæ An- E tiochiæ primùm, dein Romæ ab initio inſtituta eſt, mutata fuiſſet in aliam, quæ hodie communis eſt, altari converſo ad Orientem; retentum fuiſſe eumdem nihilo minus ordinem in ſtatuendis imaginibus: ſicque Petri effigiem, quæ antea erat ad dextram Pauli, evaſiſſe ſiniſtram ob oppoſitam converſionem. Quidquid ſit de hac ſententia, quæ quidem ſubtilis eſt, exiſtimo hanc Petri & Pauli imaginum poſitionem in eccleſiis noſtris rectè conciliari & explicari poſſe ex varia converſione earum & populi aſſiſtentis. Nam ſi imagines illas ad invicem conferas; Petri effigies, quæ ad latus epiſtolæ ſeu auſtrale ſtatui ſolet, Paulo quidem ſiniſtra eſt: ſed populo aſſiſtenti dextra. Hujus verò ad populum converſionis in eo ordine F habitam fuiſſe rationem inde intelligimus, quòd in variis ſigillis, quæ litteris publicis apponi ſolent, ea apud veteres habita eſt ratio, ut qui dignitate præeminet, in medio; qui alter ab eo eſt, in extremo ſigillum habeat; tertius initio chartæ, unde ſcriptura ducit initium: propterea quòd legentibus ſeu intuentibus dexter eſt qui extremum chartæ occupat latus, ſiniſtrum qui aliud. Qui oppoſitum ſervant ordinem, ſigilla non ad intuentes, ſed ad invicem comparant. Idem dicendum de Petro & Paulo in bullis pontificiis, qui in numiſmatis & in picturis nonnullis diverſum ordinem ſervant. Sanè ubi primum Paulum cum Petro in lit-

a *Spicil. tom.* 4 *pag.* 392.
b *ibid. pag.* 418.
c *Allat. de conſenſ. utriuſque Eccleſiæ lib.* 1 *cap.* 6 *num.* 2.
d *Petr. Dam. Opuſc.* 35.
e *Ital. ſac. tom.* 4 *col.* 1215.
f *Allat. lib.* 1 *cap.* 6 *num.* 1 *& ſeqq.*

A teris ſuis memorarunt Pontifices, (quod ab Agathone primùm cœpiſſe putat Allatius[a]) ſemper Petrus ante Paulum nominatus eſt: & in ſcribendis eorum nominibus, quæ tum plumbeis bullis, tùm ſignis apponi ſolent, numquam Paulus ante Petrum ſcriptus eſt. ut immerito Heterodoxi hanc Petri & Pauli in picturis ac bullis poſitionem detorqueant contra Petri prærogativam ac dignitatem. Rectè ad hunc locum Matthæus Pariſius[b]. *In bulla domini Papæ ſtat imago Pauli à dextris crucis, in medio bullæ figuratæ, & Petri à ſiniſtris... Verumtamen propter Petri Clavigeri dignitatem & cathedralem dignitatem cum prioratu vocationis, meritò à dextris crucis ejus imago collocanda videtur. Sed quia Paulus credidit in Chriſtum quem non vidit;* B *à dextris figuratur.* Sed prima ratio longè gravior eſt ſecundâ.

XIV. Priuſquam claudamus hoc caput non ab re erit hìc recenſere novem modos, quibus papales bullas falſari poſſe docet Innocentius[c] III in epiſtola ad Epiſcopum & Canonicos Mediolanenſes. *Prima ſpecies falſitatis hæc eſt, ut falſa bulla falſis litteris apponatur. Secunda, ut filum de vera bulla extrahatur ex toto, & per aliud filum immiſſum falſis litteris inſeratur. Tertia, ut filum ab ea parte, in qua charta plicatur, inciſum, cum vera bulla falſis litteris immittatur, ſub eadem plicatura cum filo ſimilis canabis reſtauratum. Quarta, cum à ſuperiori parte bullæ altera pars fili ſub plumbo reſcinditur, & per idem filum litteris falſis inſerta reducitur intra plumbum. Quinta, cùm litteris bullatis* C *& redditis, in eis aliquid per raſuram tenuem immutatur. Sexta, cùm ſcripturâ litterarum, quibus fuerat appoſita vera bulla, cum aqua vel vino univerſaliter abolitâ ſeu deletâ, eadem charta cum calce & aliis juxta conſuetum artificium dealbata de novo reſcribitur. Septima, cùm chartæ cui fuerat appoſita vera bulla, totaliter abolitæ vel abraſæ, alia ſubtiliſſima charta ejuſdem quantitatis ſcripta cum tenaciſſimo glutino conjungitur. Eos etiam à crimine falſitatis non reputamus immunes, qui contra conſtitutionem noſtram ſcienter litteras, non de noſtra vel bullatoris noſtri manu recipiunt. Illos quoque qui accedentes ad bullam falſas litteras cautè projiciunt, ut de vera bulla cum aliis ſigillentur. Sed hæ duæ ſpecies falſitatis non poſſunt facilè comprehendi, niſi vel in modo dictaminis, vel in forma ſcripturæ, vel qualitate chartæ* D *falſitas cognoſcatur. In ceteris autem diligens indagator falſitatem poterit intueri, vel in adjunctione filorum, vel in collatione bullæ, vel motione vel obtuſione, præſertim ſi bulla non ſit æqualis, ſed alicubi magis tumida, & alicubi magis depreſſa.* Ita Innocentius[d]: qui in alia epiſtola ſextam falſi ſpeciem eo modo reſtringit, ut propter paucarum litterarum raſuram, in loco non ſuſpecto, falſæ cenſeri non debeant.

Hoc in argumento non levis item eſt argumenti ejuſdem Innocentii tertii epiſtola ad Archiepiſcopum Arelatenſem, quem monet ſe mutaſſe bullarum ſuarum ſigillum: quam epiſtolam, quia nondum (quod ſciam) edita eſt, hìc ex parte deſcribere juvat. *Nuper contigit alterum bullæ noſtræ typarium, quo veneranda ſcilicet* E *Apoſtolorum Petri & Pauli capita exprimuntur, jam attritum innumeris malleationis diutinæ percuſſuris, extrema tandem ictus ſoliti paſſione confringi. Propter quod ne bullæ defectus quotidianam interrumpat apoſtolici miniſterii ſervitutem; ea ipſius bullæ parte, quæ appellationem noſtri nominis imprimit, non mutatâ, aliud typarium capitum prædictorum in bullandi uſum fecimus ſubrogari. Verùm quia illud ſculptoris manus priori non omnimoda ſimilitudine figuravit; nos providere curantes, ne neceſſaria prædictæ bullæ mutatio ex diſſimilitudinis nota quamcumque difficultatem ingerat negotiis vel perſonis; aut falſitatis aſtutia ex novæ diverſitatis ambiguo adminiculum aliquod ſurreptionis aſſumat; fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi quæ in tua provincia ſuper litteris noſtris de veri-* F *tate bullæ dubitatio fortaſſis emerſerit; tu per diligentem collationem bullæ præſentis ad illam, de qua hæſitari contigerit,... celerem dubitationi finem imponas, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota compeſcendo... Datum Peruſii* II *Id. Julii, pontificatus noſtri anno* X. Hanc epiſtolam fuiſſe puto encyclicam, quam noſter Stephanotius nobis ſuppeditavit in fragmentorum ſuorum tomo decimo inedito.

[a] *ibid. lib.* 1 *cap.* 3 *num.* 20.

[b] *Matth. Pariſ. ad ann.* 1237.

[c] *Decret. lib.* 5 *tit.* 20. *cap.* 5.

[d] *ibid. cap.* 9.

 A

CAPUT XV.

I. Epiſcoporum ſigilla. II. Diverſa à ſigillis Capitulorum. III. Sigilla Abbatum, IV. & Abbatiſſarum, V. Diverſa item à ſigillis conventuum. VI. Sigilla peculiaria monaſteriorum.

I. NOn ſolùm Romani Pontifices, ſed etiam Epiſcopi ab antiquis rétro tem- B
poribus ſigillis uſi ſunt, non tamen omnes, neque ſemper. Et primùm qui-
dem ſigillis quidvis ex arbitrio imprimebant: deinde verò nomen proprium pro-
priæque civitatis: tum ſancti eccleſiæ ſuæ Patroni; poſtea ſuam ipſorum imaginem:
ad extremum gentilitia ſuæ ſtirpis inſignia.
In primis Auguſtinus [a] epiſtolam ad Victorinum *ſignatam miſit anulo, qui exprimit fa-
ciem hominis attendentis in latus.* Apud Francos Chlodoveus Magnus in litteris ad Epiſ-
copos Gallicanos poſt bellum Gothicum ſcriptis pollicetur captivos, tum clericos,
tum laïcos relaxandos, *ſi veſtras*, inquit, *epiſtolas de anulo veſtro ſignatas ſic ad nos om-
nimodis dirigatis.* Ex his Epiſcopis unus erat Avitus Viennenſis Antiſtes, qui in epi- C
ſtola LXXVIII ab Apollinari Valentino Epiſcopo *ſignatorium* ſibi promiſſum poſcit,
eo modo fabricatum, ut *anulo ferreo & admodum tenui, velut concurrentibus in ſe delphi-
nulis concludendo, ſigilli duplicis formâ geminis cardinulis inſeratur.* tum poſt aliqua ſub-
dit. *Si quæras quid inſculpendum ſigillo: Signum monogrammatis mei per gyrum ſcripti
nominis legatur indicio.* Erat ergo monogramma in medio: nomen in circulo deſcri-
ptum. Sed omnium Epiſcoporum non eadem erat forma, ut ex Auguſtini loco mox
relato patet, ſatiſque ex ipſo Avito colligitur. Sæculo inſequente Bertchramnus
Cenomannenſis Epiſcopus in teſtamento ſuo loquitur de ſuo ipſius *characterio*, ſuæ-
que eccleſiæ, cui legat ſpadones ſeu poledros, qui *characterium ſanctæ eccleſiæ habue-* D
rint, vel meum, ait, *characterium peculiare.* Fortaſſe illud erat nomen utriuſque, Bert-
chramni ſcilicet ejuſque eccleſiæ, primis litteris deſignatum. Scriptum eſt hoc teſta-
mentum Chlotharii Regis eo nomine ſecundi, anno XXII, quod ad Chriſti annum
DC XV Carolus Cointius ex Corvaiſerio laudat. Erit fortaſſe qui dicat, *characterium*
iſtud non aliud fuiſſe à cauterio jumentorum. At in nonnullis eccleſiis ejuſmodi
cauterium pro ſigillo quondam fuit. Teſtis epiſtola [b] Innocentii III ad Gneznen-
ſem Archiepiſcopum de electione Epiſcopi Poznanienſis: quam electionem non-
nulli refutabant, propterea quòd ejus decretum *illo non fuerit ſigillo munitum, quod Ca-
pitulum conſuevit habere. Sed ad hoc pars adverſa reſpondit, quòd etſi ſigillo abſque litteris* E
*uti conſueverit Capitulum memoratum, quod non Canonicorum ſigillum, ſed potiùs jumento-
rum cauterium videbatur: habito tamen ab ipſis ante electionem de illo innovando tractatu,
poſt electionem exſtitit innovatum: & ſic electionis decretum novo ſigillo poſtea munierunt.*
Longè poſt Bertchramni tempus, id eſt anno DCCC XIII, Concilium Cabilonenſe II
præſcribit cap. XLI, ut Preſbyter ad alium migrans locum litteras habeat, *in quibus ſint
nomina Epiſcopi & civitatis plumbo munita.* Formatas appellabant à forma ſeu τύπω,
id eſt ſigillo. Concilii iſtius ritum ſecutus eſt Hincmarus Remenſis in epiſtola ad
Nicolaum Papam I, quam *bullâ ſui nominis ſigillavit*, teſtante Frodoardo [c]. Exſtat
in Conciliis [d] Synodica epiſtola Patrum Concilii Tricaſſini anno DCCC LXII ſcripta F
ad eumdem Nicolaum, quæ clauditur his verbis. *Et eorum Metropolitanorum Epiſco-
porum ſigillis hoc volumen præſtantiæ veſtræ directum ſuperſigillari nobis viſum eſt.* Ad hæc
Ratbodus Epiſcopus Trevirenſis in formata ſua apud Ivonem: *Hanc epiſtolam*,
inquit, *Græcis litteris hinc inde munire decrevimus, & anulo eccleſiæ noſtræ bullare cenſui-
mus.* Quippe quidam Epiſcopi proprio, quidam eccleſiæ ſuæ anulo ſeu ſigillo ute-
bantur. David Beneventanus Epiſcopus *anulo ſanctæ noſtræ eccleſiæ firmavimus roboran-
dum*, apud Ughellum [e] ſub Carolo Magno. Thado Mediolanenſis Antiſtes char-
tam quamdam apud Puricellum [f] propria manu confirmat, atque ſigillo beati

a *Auguſt. epiſt.* 217 *num.* 59.

b *Innoc. lib.* 2 *regeſt.* 14. *epiſt.* 88 *apud Boſquetium.*

c *Frod. lib.* 3 *c.* 17.

d *Sirmond. tom.* 3 *Conc. Gall. pag.* 358.

e *Ital. ſacr. tom.* 8 *col.* 46.

f *Puricell. pag.* 203.

A Ambroſii ad corroborandum inſigniri juſſit. Gaufredus item Andegavenſis Antiſtes anno M XCVI ſigillum eccleſiæ ſuæ adhibuit, in quo *S. Maurilius Andegavenſis Epiſcopus* inſcriptum erat, compoſitâ dextrâ in morem benedicentis, ſiniſtrâ pedum paſtorale præferente, apud Chiffletium in hiſtoria Trenorchienſi [a]. At refertur ibidem [b] ſigillum Hugonis I Veſontionenſis Pontificis, cum ipſius effigie dextrâ pedum, ſiniſtrâ librum geſtantis. & in charta Richardi Bituricenſis Archiepiſcopi Philippo I regnante legitur, *ſigillo noſtro proprio ſigillari jubemus*, apud Dubletum. quo tempore Daimbertus Senonenſis ſuam itidem imaginem in ſigillo præferebat cum hac inſcriptione, ✠ DAIMBERT⁹ DI GRA ARCHIEP. & quidem cum pedo in
B ſiniſtra benedicentis in morem compoſitus. Bartholomæus Laudunenſis anno M C XIV ſic ſubſcribit apud Dubletum [c], *impreſſione noſtræ imaginis corroboravimus.* Nicolaus Cameracenſis [d] *noſtra ſub imaginatione*, apud eumdem. Sed ante eos Walbertus Noviomagenſis ad Iſaram Epiſcopus, in litteris hîc relatis, quas pro eccleſia ſancti Eligii anno XI Rodulfi Regis dedit, ſigillum ſuum apponi juſſit in forma ovali, exhibens Pontificem ſacris veſtibus indutum, cum hac inſcriptione, SIGILL. VVALBTI NOVIOM. & TORNACENSIS EPI. Idem cenſendum eſt de autographo Didonis Epiſcopi Laudunenſis pro eccleſia ſancti Vincentii ſcripto anno DCCCC LXI. quo ex autographo pendet ejuſdem Didonis effigies: ſed inſcriptio jam ferè non com-
C paret. Qui ſigillis propriis utebantur Epiſcopi, quandoque nihilo minùs ea eccleſiæ ſuæ ſigilla appellabant, ut obſervavi in chartis Udonis & Gerardi Tullenſium Epiſcoporum pro cœnobio ſancti Manſueti: fortaſſe quòd Capitulum eo tempore, id eſt ſæculo X, proprium non haberet.

II. Itaque hæc ſigilla Epiſcoporum propria erant, diverſa utique ab illis, quæ ab Epiſcopis nonnullis adhibita modò notabam, eccleſiæ ſigillis. Hæc Capituli dicebantur, quo nomine charta quædam in Spicilegii [e] tomo XI anno M XC inſignita dicitur, non ſolùm ſigillo Philippi Epiſcopi ejus auctoris, ſed etiam ſigillo Capituli Trecenſis. Quod attinet ad ſcuta gentilitia Epiſcoporum, nullum vidimus qui ea in
D ſigillo ſuo adhibuerit, antiquiorem THOMA Belvacenſi, qui in litteris pro Compendienſi monaſterio datis anno M CC LXXXIX, in contraſigillo inſignia ſua exhibet. Wermundus de Boiſſeria Noviomenſis in charta pro ſancto Eligio ſub annum M CC LXX pro contraſigillo habet duo peda cum liliis, quod eſt hodiernum ſymbolum eccleſiæ Noviomenſis. Itaque ſub medium ſæculum XIII Epiſcopi more nobilium inſignia ſua contraſigillis apponere cœperunt, in recta ſuam ipſorum effigiem retinuêre.

III. Quod de ſigillis Epiſcoporum & Capitulorum dixi, id proportione de Abbatum & Monachorum ſigillis intelligendum eſt. Quo tempore uſus iſte cœperit,
E non facilè definierim. Eum ſaltem ab ineunte ſæculo XI obtinuiſſe conſtat. Plumbea illa bulla, quam Philippus Flandriæ Comes, anno M C LXXXI Abbati Cantuarienſi tranſmiſit ex dictis [f], quibuſdam [g] eſſe Abbatis Galli, non Epiſcopi viſa eſt. Certè Abbatis nomen in medio ſigilli ſpatio inſcriptum legitur: & in circulo, SIGILLUM SCI STEPHANI PROTOMIS. Quippe inſcriptio ſigillorum monaſterialium à patrono deſumebatur. Unde ſigillum cœnobii ſancti Benigni apud Divionem hoc dictum præferebat anno M CC XXIII apud Perardum [h], SIGILLUM SCI BENIGNI BURGUNDIONŪ APLI Sigillum Templariorum anno M C XC apud eumdem videre licet. Verùm ſigillum ſancti Bernardi Abba-
F tis [i] Clarævallenſis imaginem ipſius cum nomine præferebat. Ad hæc ſigillum argenteum monaſterio ſancti Ægidii in Gothia, cùm antea aliud haberet, tribuit Clemens Papa IV anno M CC LXVI, ex ſchedis noſtris. Nullum verò deprehendi monaſteriale ſeu Abbatiale ſigillum ante ſæculum XII. tametſi plurimas vidi litteras Abbatum ex ſæculis X & XI. In charta Abbatis & Fratrum eccleſiæ Hamenſis pro eccleſia Compendienſi ſub annum M C XII, affixum eſt ſigillum cum effigie Salvatoris, qui eſt patronus Hamenſis. Eodem modo ſe habet anno M C XIV ſigillum Adæ Abbatis ſancti Dionyſii prope Pariſios, præferens ſancti Dionyſii imaginem: & anno M C XIX ſigillum Abbatis & conventus Vermandenſis in charta

a *Tournus pag.* 338
b *ibid. pag.* 356.
c *Doublet pag.* 477
d *ibid. pag.* 492.
e *Spicil. tom.* 11 *pag.* 304.
f *cap.* 14 *ſupra num.*
g *Spelman. Conc. tom.* 1 *pag.* 123.
h *Perard. pag.* 331.
i *Bernard. epiſt.* 284.

Lamberti Epiſcopi Noviomenſis & Tornacenſis pro decimis Vermandi aliiſque. A
Iſmio Abbas Ambroniacenſis ex ſuis primus ſigillum proprium habuit ſub annum M C XL. Id colligo ex ejus charta, quâ donationem Cartuſiæ Portarum à deceſſore ſuo factam confirmans, ita habet [a] *Sed quia eadem charta*, ſcilicet antecesſoris, *minimè ſigillata eſt, eo quod ſupradictus prædeceſſor meus non haberet ſigillum; ego prædictam donationem præſentis ſcripti atteſtatione & ſigilli mei impreſſione confirmo.*

a Guichenon in Prebat. hiſt. Baugiac. pag. 223.

IV. Eodem etiam tempore Abbatiſſæ ſigillo utebantur. teſtes litteræ Adelidis Abbatiſſæ ſancti Johannis apud Laudunum, confectæ cum Willelmo Abbate ſancti Theoderici ſub annum M C XX de prato villæ Marcellæ, quibus litteris appendet ſigillum Adelidis cum ejus effigie. B At ſigillum parthenonis beatæ Mariæ Sueſſionenſis in charta Amalrici pro ſancto Criſpino anni M C LXIV, habet effigiem beatæ Mariæ dextrâ gerentis crucem, ſiniſtrâ ſceptrum in lilium deſinens. Sed hoc fortaſſe Capituli erat.

V. Etſi enim primitus ſigilla pleriſque in locis Abbati & monachorum Capitulo; itemque Abbatiſſæ & conventui communia erant: poſtea tamen utriſque propria fuerunt. In his Willelmus Abbas Dionyſianus in agro Pariſienſi proprium Abbati ſigillum in poſterum eſſe decrevit anno M C LXX. quoniam Abbates ſigillo Capituli nonnumquam abutebantur. Hugo de Perona ſeu de Malo-vicino, Abbas Corbeienſis, aliam ob cauſam, nempe ut faciliùs omnem rei gerendæ auctoritatem in ſe converteret, proprium ſibi ſigillum attribuit primus. C Unde plurima eo regente, id eſt ab anno M C LXXII ad M C LXXXV, cum monachis diſcidia promanarunt. Atque hinc factum eſt, ut non validæ ac ratæ eſſent litteræ abbatiales, quæ cum ſigillo Abbatis etiam conventuale non haberent. Prioris Claræyallenſis ſigillum, forſan conventuale, aliud erat à ſigillo ſancti Bernardi [b] ejus loci Abbatis. Idem ritus ad Abbatiſſas traductus eſt. quod accidit in puellari beatæ Mariæ apud Sueſſionas cœnobio, tempore Agnetis Abbatiſſæ, nimirum anno M CC XXXII. quo anno hæc Abbatiſſa ſigillum ſuum à conventuali diſtinctum eſſe voluit [c], quod antea commune erat, exhibens effigiem beatæ Mariæ, ut modò notabamus. D

b Bernard. epiſt. 298.

c Hiſt. B. Mariæ Sueſſ. lib. 2 cap. 4.

VI. Denique ſub medium ſæculum XIII, cùm ſymbola gentilitia in morem veniſſent; ea etiam monachi pro cœnobiis ſuis imitati ſunt. Anno M CC LXXXV datæ ſunt litteræ Officialis Corbeienſis pro clauſo ſancti Adalhardi: quibus appendet ejus ſigillum, in cujus recta exhibetur corvus ſub duabus clavibus decuſſatis, addito ſuperiùs inter utramque clavem lilio, cum hoc titulo, *Sigillum Offic. S. Petri Corb.* in poſtica, manus tenens duas claves cum ſubjecto lilio & hac inſcriptione, *Claves S. Petri.* Eodem fere tempore datæ ſunt litteræ Guidonis Abbatis ſanctæ Magdalenæ de Caſtro-duno Ordinis ſancti Auguſtini, cum ſigillo ejus loci præferente aquilam alis expanſis: quod ſigillum mihi oſtendit religioſus & eruditus Claudius Molinetus Canonicus regularis Congregationis gallicanæ. E His adde ſymbolum cœnobii ſancti Medardi, à Claudio Dormayo ex veteri moneta expreſſum initio tomi ſecundi hiſtoriæ Sueſſionenſis. De his plura inferiùs, ubi de contraſigillis Epiſcoporum & monaſteriorum.

F

A

CAPUT XVI.

*I. Regum Francorum ſigilla, hiſtoriæ utilia. II. Merovingici uſi ſunt anulis.
III. Diſcrimima inter ſigilla primæ ſtirpis & ſecundæ. IV. An barbati
fuerint Meroveadæ: argumenta pro parte affirmante. V. Alia pro ne-
gante. VI. Conciliantur. VII. Quid cenſendum de Carolinis. VIII. Sigilla
B quædam abſque Regum imaginibus, quarum varietas in prima & ſecunda
ſtirpe. IX. Sigilla pauca affixa ad lævam. X. Capetiorum qualia ſigilla.
XI. Regum filiis conceſſa propria; & regni adminiſtris. XII. Penſilia
Regum ſigilla quando primum in uſu, & contraſigilla. XIII. Appendi-
cula ſigillorum. XIV. Color ceræ varius. XV. Sigilla ex varia materia.
XVI. Aurea & argentea. XVII. Plumbea; an quædam aurea Impera-
tricum. Quid ſigillum* repercuſſum. *Plumbearum bullarum uſus apud Hiſ-
panos, & linguæ Caſtellanæ in publicis chartis. XVIII. Sigilla Reginarum.*

C

I. His breviter expoſitis, venio ad ſigilla Regum noſtrorum, quorum uſus
pro temporum lapſu etiam variavit. Sub prima & ſecunda ſtirpe ceræ al-
bæ, aliquando tantiſper rubricatæ impreſſa fuère. Sub tertia ceræ plurimum ru-
beæ, aliquando viridi à principatu Philippi II. Sub duabus primis affixa ſunt Re-
gum ſigilla: ſub tertia appenſa, ſed rariſſimè ante Ludovicum VII. Denique Ca-
rolus Magnus, aut primus, aut certè inter primos Imperatores ac Reges, aureum
ſigillum aliquando adhibuit, nonnulli Reges plumbeum, ut in conſequentibus
explicaturi ſumus.

D Sanè ad hiſtoriam Regum noſtrorum non parum conducit hæc tractatio, op-
tandumque eſſet, ut plus hodie diligentiæ adhiberetur in efformandis regiis ſigillis,
quæ pro caducitate ceræ vix annis triginta integra perſeverare poſſunt. Nam ſi
apud antiquos tanta fuiſſet materiæ fragilitas, nullam hodie Caroli Magni aut Lu-
dovici Pii, eorumque ſucceſſorum effigiem haberemus. At non tantùm ſecundæ
ſtirpis Regum, ſed etiam primæ imagines in ſigillis adeò integræ ad nos uſque
pervenerunt, ut cera ipſa ære ac plumbo paullo minus durabilis videatur. Hinc
eſt quòd tanto ſtudio viri antiquitatis periti vetuſta hæc ſigilla perquirunt, quos
inter Peireſkius, teſtante Gaſſendo[a], *commendabat vetera ſigilla, quæ coram inſpexit,* [a] *Gaſſend. lib. 2 Vita Peireſkii.*
E *ectypiſque expreſſa tulit ex archivis abbatiarum ſancti Dionyſii, ſancti Germani, ſancti
Mauri, & ceterarum, ut in quibus continerentur germanæ effigies Karoli Magni, Hludovici
Pii, Hlotharii Imperatoris, Pippini Regis Aquitaniæ, Karoli Calvi, Karoli Simplicis,
aliorumque Regum ex ſecunda ſtirpe.* Eadem & nos aliaque archiva diligenter perſcru-
tati ſumus: ex quibus Regum noſtrorum effigies hîc repræſentare viſum eſt in gra-
tiam ſtudioſorum, ſed maximè in Francorum Regum memoriam immortalem.

II. Primæ ſtirpis Reges in ſigillis imprimendis plurimùm uſi ſunt anulis, in
quibus nomen ſuum in circulo cum imagine deſcriptum exhibebant. Ejus rei illu-
ſtre habemus exemplum Childerici Regis, Chlodovei Magni patris: cujus anuli
F duo, unus aureus totus, alter ex ex ſapphiro, præferunt ejus effigiem; & quidem
aureus inſcriptionem, CHILDIRICI REGIS... Sic nummis aureis Theodebertus,
referente Procopio,[a] aliique cum Francici Reges, non Romani (ut mos eſt) Im- [b] *Procop. lib. 3 de bello gothico.*
peratoris effigiem, ſed ſuam ipſorum imaginem imprimebant. quod nefas fuerit
cuiquam Regum barbarorum. Id tamen ab Alarico Veſigothorum Rege uſurpatum
fuiſſe docet Sirmundus [c] in Notis ad Avitum. Præter illud Childerici, nullum nan- [c] *Sirmund. in Avitum epiſt. 78.*
ciſci potuimus ſubſequentium Regum ſigillum integrum uſque ad Theodericum
Regem, Chlodovei junioris filium. tametſi authentica ſuperiorum Regum inſtru-
menta vidimus, ſed in quibus ſigilla temporum lapſu comminuta erant. Nobis

verò Theoderici, aliorumque Regum Theoderico poſteriorum, non defuerunt A imagines, putà Chlodovei tertii, Childeberti itidem tertii, & Chilperici cognomento Danielis: quas Imagines unà cum juvenculi hominis (Childericum poſtremum Merovingicæ ſtirpis Regem eſſe puto) effigie ſuis locis inter ſpecimina exhibebimus. Rudia prorſus ſunt ſpecimina hæc, ſed qualia ſuppeditare nobis potuit imperita illa cælatorum ætas, nihilo tamen monetariorum, quorum numiſmata ad nos uſque pervenerunt, arte inferior, ut Boterovii ectypa conferenti perſpicuum erit. In his porro ſpeciminibus quædam obſervare juvat.

III. Primum eſt, ſigilla hæc chartæ eo modo paſſim eſſe affixa, ut ſub prima ſtirpe paullo ſupra extrema Datæ (quam vocant) verba, & ſub ſecunda poſt Gancellarii aut Referendarii nomen, (præterquam in paucis de quibus infra num. IX) chartâ B in crucis modum inciſà, & quatuor inciſuræ angulis revulſis, appoſita ſit utrimque cera, per fiſſuræ ſpatium in unam coagmentata: tum in antica parte impreſſa anuli effigies, quam Cancellarius ſigno ſuo in orbem variis notis & ſinuoſis anfractibus circumdat, ſubintellectâ nonnumquam, aut omnino ceræ ſuppoſita voce, *ſubſcripſi*. Nam poſt illa ſubſcribentis verba, *N. obtulit*, aut *recognovit*, paſſim additur, & S. quod *ſubſcripſi* ſignificat, cum variis calami tricis ac notis Tironianis. Alterum eſt, effigies Regum in ejuſmodi anulis ac ſigillis exprimi ſolere, tametſi non ſemper, ut de Childerico & Pippino inferiùs obſervabimus. Tertium, in circulo deſcribi C nomen Regis, ſecus tamen aliquando, ut in ſapphireo anulo Childerici primi Regis, & in ſequenti icone Carolomanni fratris Caroli Magni, in quibus nulla eſt inſcriptio, tametſi habetur in alia Childerici, quam dabimus ſuo loco. Ex quo exiſtimare par eſt, effigiem illam diademate redimitam, quæ exſtat in diplomate Pippini, adhuc Majoris-domus, pro cœnobio Dionyſiano, haud aliam eſſe, quàm Childerici poſtremi Regis ex Merovingicis. Quartum, in iſtis, aliiſque ſecundæ ſtirpis ſigillis nullum apponi averſum in dorſo ſigillum, præterquam in ſigillis plumbeis, de quibus infra. Quintum primæ ſtirpis regias imagines paſſim non protendi ultra collum, præter effigiem Childerici poſtremi Regis, quæ thoracata eſt, uti & effi- D gies Regum Carolinorum. Hic ritus proceſſit ex Imperatorum veterum imitatione, qui diplomatis ſuis thoracen ſuam apponi curabant. Teſtis Juſtini junioris Sacra, quam cùm accepiſſet Aretas Æthiopum Rex, κατεφίλησε τὴν σφραγῖδα τὴν ἔχουσαν τὸ στηθίδιον τοῦ βασιλέως, referente Theophane, id eſt *oſculatus eſt ſignaculum, quod habebat pectuſculum Imperatoris*, ut vertit Anaſtaſius. Hunc ergo morem imitati ſunt Carolingi. In tertia ſtirpe, Hugonis, Rotberti, & Henrici imagines dimidiato ſunt corpore: Philippi & ſequentium integro. Sextum denique ex præmiſſis ſigillis ſatis intelligi Merovingicos Reges intonſam habuiſſe comam, involitantibus utrimque in humeros capillorum cirris, anterioribus capillis à fronte diſcriminatis, ut de E illis tradit Agathias: at de eorum barba nihil ſatis conſtans confici poſſe, niſi quod Childebertus tertius (cujus effigies aliorum imaginibus ſunt tantillo meliores) & Chilpericus Daniel promiſſam ferre videntur. Quamquam eos foviſſe barbam his ferè argumentis ſuaderi poteſt.

IV Primum quidem Galli tempore Apollinaris Sidonii etiam primores, barbam alebant, ut probat exemplum Maximi Palatini, cui ad clericatum promoto *coma brevis* fuiſſe dicitur [a], *barba prolixa*. Adſtipulatur Gregorius Turonenſis [b], quo referente Leobardus, *non, ut quidam, demiſſis capillorum flagellis aut barbarum demiſſione plaudebat; ſed certo tempore capillum tondebat & barbam*. Neque verò etiam Reges ab eo F more recedebant. De Chlodoveo Magno legimus apud Aimoinum [c], cum ad Alaricum miſiſſe legatos, *ut juxta morem antiquorum barbam Chlodovei tangens, adoptivus ei fieret pater*. Dagobertus (ut ejus geſta referunt) Sadregiſilum *barbæ raſione deturpaſſe* fertur. quæ *tunc præcipua erat injuria*. Ad hæc ejuſdem Dagoberti effigies admodum antiqua in ſancti Dionyſii eccleſia prope majorem portam barbata cernitur, uti in aureis duobus numiſmatis, quæ Boterovius exhibet. Denique brevi ſaltem barba ſecundæ ſtirpis Regum labra fuiſſe inumbrata, probant eorum icones ſuo loco exhibendæ.

a Sidon. lib. 4 epiſt. 24.
b Greg. Tur. de vitis Patr. cap. 20.
c Aimoin. lib. 1 cap. 41.

V.

A V. Verùm in contrarium his reponi poteſt, primam barbam juvenibus etiam Regibus tonderi ſolitam, idque teſtari Roriconem [a] monachum. Paternus quippe Chlodovei Magni ad Alaricum Legatus ab eo *petiverat, ut in tondenda barba Chlodovei patrinus ejus efficeretur Alaricus*. quem locum ſuperiùs reddidit Aimoinus. De hac barbæ prima tonſione lege quæ dixi in præfatione prima [b] Sæculi tertii, & adde quod habet Suetonius [c] de Nerone, qui in Gymnico *barbam primam poſuit, conditamque in auream pyxidem, & pretioſiſſimis margaritis adornatam, Jovi Capitolino conſecravit.* Sed quod rem propiùs afficit, non aliter barbam geſſiſſe videntur Reges Merovingici, quàm proceres, quos aliquando barbam raſiſſe conſtat ex eodem Roricone [d]. Cùm enim B Chlodoveus *Francorum proceres apud Pariſius* ad bellum contra Alaricum facta oratione animaſſet; *dextras omnes in ſublime erigunt: & ni ſuperaſſent infideles, barbas non ampliùs eſſe radendas profitentur.* Itaque certo tempore Franci tum barbam radebant, aut certè attondebant. Unde mihi dubitare ſubit, an verum ſit quod de Sadregiſilo tradunt geſta Dagoberti, barbæ raſionem tunc injuriæ loco fuiſſe habitam. niſi id intelligas de integra ad cutem barbæ depilatione. Ad Sidonii & Gregorii loca quod attinet, Maximi Palatini exemplum extra morem fuiſſe ex Sidonii verbis ſatis intelligitur. *Ut veni*, inquit, *occurrit mihi ipſe, quem noveram anteriùs corpore erectum, greſſu expeditum, voce liberum, facie liberalem, multum ab antiquo diſſimilis inceſſu. Habitus ve-* C *rò, gradus, pudor, color, ſermo religioſus; tum coma brevis, barba prolixa* &c. Hæc inſolitum hominis ſtatum demonſtrant. Idem cenſendum de Leobardo, qui barbam radere ſtatis diebus ſolebat, non promittere, ut nonnulli tum faciebant, religionis ſpecie prolixam impexamque cæſariem ac barbam præferentes. Sanè pænitentes tunc temporis *neque capillum, neque barbam tondebant*, ut de Urſicino Cadurcenſi Epiſcopo teſtatur idem Gregorius [e]. quod argumento eſt, ceteros aliquando barbam depoſuiſſe, non tantùm promiſcui vulgi homines, ſed etiam Reges. aliàs non modeſtiæ, ſed vanæ gloriolæ fuiſſet indicium barbæ intonſæ uſus ad exemplum Regum.

VI. In hac teſtimoniorum varietate magni apud me ſunt momenti veteres Mero- D vingicorum Regum effigies ac ſtatuæ barbatæ. Nam in noſtra ſancti Germani apud Pariſios baſilica viſuntur in primis veteres Childeberti primi atque Chilperici item primi lapides ſepulcrales, qui barbam intonſam præferunt. Hos lapides non eſſe tantæ antiquitatis, ut eis incunctanter aſſentiri teneamur, facilè admitterem, niſi eis fidem præſtarent Regum primæ ſtirpis ſtatuæ quinque, ad ejuſdem baſilicæ portam majorem poſitæ haud ſeriùs (ut quidem ego ſentio) tempore Pippini Regis, ſicut periti quique judicant. His ſi addas barbatam Dagoberti primi ex Dionyſiana baſilica effigiem vetuſtiſſimam, & ſtatuas Regum primæ ſtirpis ad introitum baſilicæ Nigellenſis cœnobii æque antiquas; non dubitanter conficies, Reges Merovingi- E cos barbæ prolixiori aſſueviſſe. tametſi Francorum proceres, aliique certis temporibus barbam ponerent.

Non tamen ita barbatos fuiſſe Merovingicos Reges exiſtimem, ut incomtam prolixamque ad pectus uſque barbam aluerint. quin immo præciſos redundantes pilos, & ad honeſtam mediocritatem compoſitos fuiſſe, ita ut mentum & labra pili nonnihil inumbrarent, & decens pilorum floſculus è mento penderet. Rem finit Eginhardus initio vitæ Caroli M. ubi poſtremos Merovingicæ ſtirpis Reges ait fuiſſe *crine profuſo, barbâ ſubmiſsâ*.

VII. Idem ferè cenſendum eſt de Carolinis, quorum etſi comtior ac politior barbæ F apparatus in nonnullis iconibus appareat; labra tamen & genæ pilis decenter veſtitæ cernuntur in ſigillis quæ hîc exibemus non paucis, putà Caroli Magni, Ludovici Pii, Lotharii Imperatoris, Caroli Calvi. Unus inter omnes Carolus Simplex imberbem præbet effigiem. Illud tamen in contrarium movet, quòd in Caroli Calvi duplici effigie, quæ utraque habetur apud V. Cl. Stephanum Baluzium in Capitularium tomo ſecundo, mentum & labrum inferius pilis nudata cernuntur, ſuperiori labro decenter attonſo: ibidemque Lotharii Regis imago exſtat penitus imberbis. Denique Carolus Magnus ejuſque poſteri mentum raſiſſe videntur *ritu Romanorum*. quod etiam feciſſe dicitur Juſtinianus Imperator apud Cedrenum [f]; & ante eum gentiles

a *Rorico lib. 4 initio.*

b *Præfat. Sæc. 3 part. 1 num. 17.*

c *Sueton. in Nerone num. V. Hadr. Valeſium in Notis ad Panegyric. Berengarii pag. 191 & ſeqq.*

d *Rorico ibidem circa medium.*

e *Greg. Tur. lib. 9 cap. 20.*

f *Vide Notas Nicolai Alemanni in Procopii Anecdota pag. 18.*

Imperatores, præter unum Adrianum, qui teſte Dione primus barbam nutrire cœpit. A
Poſt Juſtinianum paſſim Græci Imperatores barbati. Sed vereor, ne hæc modum tam exilis quæſtionis exceſſerint.

VIII. Itaque hic ſit finis, modum hunc pro Regum arbitrio ſubinde variaſſe: quod etiam de ſigillis dicendum eſt. Nam cùm Francorum Reges paſſim ſigillis ſuam cujuſque effigiem exhibentibus uſi ſint; nonnulli tamen aliam nonnumquam adhibuêre, & quidem (ut puto) fortuito, cum expediendis litteris regium ſigillum non eſſet in promtu. In diplomate quippe Dionyſiano Pippini Majoriſdomus ſub Childerico poſteriore, apponitur pro ſigillo icuncula, quæ Chriſti Domini caput repræſentat, cui duo adſiſtunt Angeli poplite flexo, candelabra cum ce- B
reis manu geſtantes in obſequii ac reverentiæ formam. Item in alio Pippini Regis diplomate pro eodem ſancti Dionyſii cœnobio apponitur pro ſigillo Bacchi effigies, (cujuſmodi fere exhibetur in nummis Byzantinis & aliis) non exſtante (uti aſſolet) figura, ſed ceræ cavo impreſſa. Simili modo Carolus Magnus in ſubſignandis quibuſdam Placitis uſus eſt (an potiùs Comes aut Cancellarius) anulo ſignatorio, in quo Serapis ſeu Anubis cum modio capiti ſuperpoſito depictus erat, uti probant ectypa ſuo loco, cum præmiſſa Bacchi effigie, quam ex Pippini diplomate expreſſimus. Ejuſmodi Anubis effingitur in nummis Byzantinis, & Juliani Parabatæ. C

Aliæ genuinas Regum imagines repræſentant, & in hoc à Merovingicorum ſigillis differunt, quòd paullo majores ſunt: deinde quòd à peritioribus artificibus cælatæ: tum quòd, non exſtantes, ſed (ſi Carolomanni iconem excipias, quæ in lævam partem inclinata eſt) omnes in dextrum latus converſæ: ad hæc quod diverſas habent inſcriptiones. Merovingici quippe proprio nomini addebant ſolum titulum, *Rex Francorum.* Carolini ſuas fere quiſque habent. Carolus Magnus hanc uſurpat; *XPE protege Carolum Regem Francorum*, ſeu *Imperatorem.* Ludovicus eamdem. Lotharius præfert hunc titulum: *XPE adjuva Hlotharium Aug.* ut in ſpecimine noſtro, & in autographo pro cœnobio ſancti Manſueti Tullenſi. quod imi- D
tatus eſt Lotharius Rex ejus filius in hunc modum: *XPE adjuva Lotharium Regem*, ex autographo cœnobii ſancti Arnulfi Mettenſis. Carolus Calvus Rex: *Karolus gratia Dei Rex.* Idem Imperator: *Karolus miſericordia Dei Imperator Auguſtus.* nimirum in ſigillis cereis. nam aurea ex una parte habent, *Karolus Imp. Francor. & Romanorum.* ex alia. *Renovatio Imperii Romæ & Franc.* Ita enim legebatur in ſigillo Compendienſi. Carolus Craſſus Imperator, *Karolus Imp. Aug.* ex archivo cœnobii ſancti Manſueti Tullenſis. Ludovicus Balbus, Carolus Simplex, & alii, ut Carolus Calvus ante adeptum imperium: omnes præfixo ſigno crucis. Lotharius poſtremus Carolinorum: *Lotharius* ✠ *Rex Franc.* Arnulfus & Zuentiboldus ſolum E
Regis nomen poſt nomen ſuum apponunt. Mirabitur fortaſſe nonnemo, quòd tam diverſa ſit Caroli Calvi Regis ab ejuſdem jam Imperatoris effigie. Verùm eadem diverſitas attenditur etiam in vetuſtis numiſmatis Conſtantini Magni, aliorumque Imperatorum, quos vir eximius Carolus Freſnius exhibet in familiis Auguſtis Byzantinis: quæ diverſitas ex cælatorum imperitia partim accidit, partim ex mutatione corporis humani. Odonis Regis ſigillum, ex diplomate eccleſiæ Carnutenſis expreſſum, potiùs vetus aliquod numiſma, quàm ipſius Odonis imaginem præferre videtur.

IX. Carolinorum quas recuperare potuimus effigies ex ſigillis exhibemus, quæ F
omnia membranæ affixa ſunt ad chartæ dextrum latus, præter paucula quæ ad ſiniſtrum, ex quo ſcriptura initium ducit. Ex tota Merovingica ſtirpe nullum; ex Carolina Caroli Magni pro Dionyſiano cœnobio unum, cujus ſpecimen hìc damus, ſigillum inter Regis ac Referendarii ſignum, affixum eſt. Ludovici Germaniæ Regis, Arnulfi filii, ſigillum ad dexteram quidem adeſt in autographo cœnobii ſancti Apri Tullenſis; & quidem ſub finem contextûs diplomatis, ſupra ſubſcriptionem Notarii: at vultum habet converſum ad lævam. Ex Capetianis, Regis Ludovici Groſſi plura vidimus ad ſiniſtram partem affixa: unum in archivo

A Compendienſi, alterum in Dionyſiano, quod apud Dubletum [a] exſtat: tertium ex eodem archivo in diplomate de aula quadam Dionyſianis conceſſa, cui diplomati affixum eſt ſigillum ad ſiniſtram, etſi vacuum ſit ſpatium ad dexteram. a Doublet pag. 845.

X. In ſigillis Capetiorum magna invenitur à ceteris diſcrepantia. Primo enim longè ampliora ſunt, quàm alia præcedentium Regum, uti oſtendunt ectypa, quæ ad juſtam eorum magnitudinem imprimi curavimus. Secundo Hugonis ac Rotberti effigies dimidiato ſunt corpore, uti Lotharii poſtremi ex Carolinis: ſequentium integro ſedentium in morem. Tertio Hugo manum juſtitiæ dextrâ; Rotbertus lilium; uterque ſiniſtrâ globum: alii dextra itidem lilium, ſiniſtra ſceptrum geſtant. Quarto
B ſigilli inſcriptio his omnibus communis eſt, N. DEI GRATIA FRANCORUM REX. Hugoni, MISERICORDIA. Capetianis tamen hunc morem tradidit Lotharius poſtremus Carolinorum: cujus effigies hîc excuſa ex autographo Remigiano eſt corpore dimidiato, cum ſceptro in dextra, & baculo in ſiniſtra. Sed & in capite coronam gerit non lauream, ut ipſius majores: ſed factilem & acuminatam. Denique pallium non ab humero, ut ante, ſed à pectore fibulatum geſtat: qui mos fuit Capetianorum. Quinto Hugonis, Rotberti, & aliorum uſque ad Ludovicum VI, ſigilla membranæ paſſim affixa ſunt: Ludovici VII ejuſque ſucceſſorum pendentia. Sexto averſum ſigillum primus appoſuiſſe videtur Ludovicus VII propter Ducatum Aquitaniæ:
C quam ob cauſam equitem cataphractum in dorſo exhibet cum hac inſcriptione, ET DUX AQUITANORUM. quod averſum ſigillum repudiata uxore dimiſit. Unde in ejus autographo diplomate, quod exſtat apud Dubletum [b], pendet ſigillum rubeæ ceræ abſque averſo ſigillo, quia non erat amplius Dux Aquitanorum. Philippus Auguſtus lilium unicum in dorſo ſigilli pro contraſigillo, Ludovicus VIII aliquando unum (uti & Ludovicus IX) aliquando innumera: quem ritum ſecutus eſt Philippus tertius, qui lilia ſine numero averſo ſigillo curavit affingi; ejuſque ſucceſſores uſque ad Carolum V, qui ea in trium numerum redegit, ut conſtat tum ex quibuſdam ejus diplomatibus, tum ex epiſtola ipſi nuncupata pro verſione gallica libro-
D rum ſancti Auguſtini de civitate Dei. Primus tamen Regum noſtrorum Carolus VI ejus rei auctor vulgo aſſeritur. Averſum porro ſigillum, quod ſigillum *ſecreti* ac *ſecretum* dicebatur, aliquando etiam actis publicis defectu authentici apponebatur. Quod dixi de Ludovici VIII contraſigillo, probatur ex duplici diplomate Dionyſiano. nam in uno quod eſt anni M CC XXIII, exſtat contraſigillum reſperſum liliis, in alio anni M CC XXVII lilium unicum. b id. pag. 880.

XI. Habebant etiam Regum filii, vivente patre, ſigilla ſua, maximè poſtea quàm Reges deſignati erant. quod de Capetianis dixerim, non de Carolinis. nam in diplomate Giſalæ Caroli Magni ſororis, cui ſubſcribunt Pippinus, Carolus, &
E Ludovicus Caroli Magni filii, nullum apponitur, ne quidem ipſius Giſalæ, ſigillum. Ex tertia verò ſtirpe exhibemus hîc SIGILLUM LODOVICI DESIGNATI REGIS, id eſt Groſſi, non quidem regio more depicti, ſed inſtar equitis cataphracti, vexillum dextrâ præferentis. In Spicilegii tomo ſexto [c] habetur item Philippi VI diploma, cui appoſitum fuiſſe dicitur ſigillum, quo Philippus utebatur, *antequam regnum ad ipſum deveniſſet*. Idem de Ludovico Hutino legitur in Miſcellaneis [d] Labbeanis. Ad hæc in iiſdem Miſcellaneis [e] fit mentio de ſigillo, quod ſanctus Ludovicus Matthæo ſancti Dionyſii Abbati & Simoni Nigellenſi ad regimen regni reliquit, in cujus antica erat corona cum hac inſcriptione, S. LUDOVICI DEI GRATIA
F FRANCORUM REGIS IN PARTIBUS TRANSMARINIS AGENTIS. in poſtica contraſigillum liliis reſperſum. Conſimile mortuo patre eiſdem attribuit Philippus tertius ejus filius, qua de re plures ejuſdem Philippi exſtant epiſtolæ in Spicilegii [f] tomo ſecundo. Epiſtolæ ejus ad prædictos Matthæum & Simonem hæc verba ſunt. *Vobis eamdem, quam prius ab ipſo domino genitore noſtro poteſtatem habebatis, committimus, & volumus obſervari. In præmiſſis autem exſequendis tali ſigillo, quali juxta ipſius genitoris ordinationem hactenus uſi eſtis, ſolo nomine proprio mutato, vos uti volumus.* Inſcriptio hæc erat: ✠ S. PHILIPPI DEI GRATIA REG. FRANC. AD REGIMEN REGNI DIMISSUS. cum contraſigillo trium liliorum. Denique alia erant ſigilla regiorum filiorum ſecun-

c Spicil. tom. 6 pag. 491.
d Miſcell. Labbe pag. 228.
e ibid. 211.
f Spicil. tom. 2 p. 555, 557 & 561.

do-natorum, ſeu poſteriorum, ex quibus Rotbertus de Claromonte ſancti Ludovici A filius ſextus, lineolam tranſverſam in ſcuto regio adhibuit. Nam in quadam charta gallica anni M CC LXXXI pro ſancto Luciano, præfert in averſa parte ſymbolum Franicum, hoc eſt innumera lilia, cum lineola tranſverſa ſecundo-natorum: in alia Latina apponitur ejus effigies cum gladio, & umbone in equo inſtrato pallio liliato in antica: in poſtica contraſigillum mox dictum.

XII. Quod de penſilibus ſigillis à Ludovico VII uſitatis mox dicebamus, paullo accuratiùs inveſtigandum eſt. Ex plurimis quæ in manus noſtras pervenerunt Regum noſtrorum ſigillis, nullum vidimus penſile ante Ludovicum VI, præter diploma Annæ ſeu Agnetis Francorum Reginæ, Henrici I relictæ, quæ litteris inter ſe & Abba- B tem Foſſatenſem de Unello tranſactis ſigillum Philippi filii ſui cum lemniſco membraneo appendi curavit, ut probat autographum, quod modò eſt penes eruditum Petrum Franciſcum Chiffletium Societatis Jeſu. An alia exſtent alicubi pendula Regum Francorum ante aut circa id tempus ſigilla, mihi incompertum. An fortè quia Reginæ diploma, non chartæ affixum, ſed appenſum eſt ſigillum: Nam Epiſcoporum, aliorumque ſæculo XI ſigilla quædam pendentia erant. Eodem tempore Willelmus Anglorum Rex, cognomento Conquæſtor, *chartarum firmitates* apud Anglos, non ſigno crucis, ut antea, *ſed cerea impreſſione per uniuſcujuſque ſpeciale ſigillum ſub inſtillatione trium aut quatuor teſtium fieri curavit*, teſtante Ingulfo, idemque ſigillo penſili C uſus eſt in diplomate, quod ex autographo theſauri Cottoniani expreſſit Seldenus in notis ad Eadmerum. Cùm autem hunc morem Willelmus ad Anglos traduxerit ex Francorum imitatione; eumdem etiam ritum apud Francorum Reges, an proceres invaluiſſe veri ſimile eſt. At cur Willelmus pendente ſigillo uſus ſit, id contigiſſe videtur, non ex Regum, ſed aliorum Franciæ magnatum exemplo; aut certè eam ob cauſam, quòd averſum ſigillum eidem diplomati appoſuit. In eo enim pars antica Willelmum Nortmannorum exhibet Ducem in forma equitis cataphracti cum hac circulari inſcriptione, HOC NORMANNORUM WILLELMUM NOSCE PATRONUM. Poſtica eumdem ut Regem Anglorum cum gladio in dextra, & globo cruce inſi- D gnito, in ſiniſtra ſub hoc dicto: HOC ANGLIS REGEM SIGNO FATEARIS EUMDEM. Seldenus quidem hanc poſteriorem effigiem exhibet priori loco: ſed eam poſteriori collocandam eſſe docet inſcriptio ac vox, *eumdem*. Itaque Willelmus ideo ſigillo pendente uſus eſt, quòd averſum ſigillum adhibere voluerit. nam in affixis neque averſum ſigillum, neque contra-ſigillum uſpiam deprehendimus. Verùm, ut ſuperiùs notabamus, Francorum Reges ſeriùs uſi ſunt ſigillis appenſis. Marlotus quidem ait [a], diplomati Philippi primi pro ſancti Remigii cœnobio Remenſi appendere ejus ſigillum. Sed Marloto id obrepſiſſe conſtat ex ipſo autographo, cui ſigillum affixum eſt, non appenſum. Ex plurimis Ludovici VI ſigil- E lis duo tantùm invenimus appenſa in archivo Dionyſiano, at ſine contra-ſigillo. Unum editum eſt apud Dubletum [b]; aliud ineditum agit de Advocato Lavircinarum diœceſis Sueſſionenſis. Cetera, quæ quidem vidimus, Ludovici Groſſi ſigilla affixa ſunt: at Ludovici VII ejus filii ac ſucceſſoris omnia appenſa. Itaque Magnates & Epiſcopi nonnulli ante Francorum Reges ſigilla ſua appendebant, ut inferiùs videbimus; immo Willelmus Anglorum Rex ex dictis, & Hiſpanici Reges, quemadmodum ex Adefonſi Regis diplomate à nobis edito colligitur, cui appenſa erant ejus duorumque filiorum ſigilla. Denique Henrici III Imperatoris diploma pro ſancto Remigio de Coſta & Marſina, datum anno M XLIV, ſigillum habet affixum. F

XIII. Lemniſci ſeu appendiculæ ſigillorum conſtant aliæ filo, aliæ ſerico, quædam membraneo vinculo. Membraneus eſt lemniſcus (ut jam dixi) in diplomate Agnetis Reginæ pro cœnobio Foſſatenſi. ſerico appendi ſolent regia Francorum diplomata, aut rubeo toto, aut partim viridi, partim rubeo: quod etiam Nobiles imitantur: filo forſan inferioris conditionis perſonæ.

XIV. Diverſicolor etiam adhibita eſt cera, alba ſæpius, nonnumquam rubricata in prima & ſecunda ſtirpe: rubricata initio tertiæ uſque ad Philippum Auguſtum: ſub quo ejuſque ſucceſſoribus cera viridis non rarò adhibita eſt in diplomatibus, quæ

a *Metrop. Rem. tom. 2. pag. 182.*

b *Dublet pag. 848.*

A vulgo *Chartæ*, *Privilegia*, aut *Remiſſiones* appellantur. Litteræ *de Chartres*, inquit doctiſ- "
ſimus Cangius, eæ dicuntur, quæ ad perpetuam rei memoriam conſcribuntur, iiſ- "
que verbis ſub initium concipiuntur *præſentibus ac futuris*, in quibus confectionis dies "
non adſcribitur, ſed tantùm menſis & annus: ut innuatur rem ipſam maturo "
ac diuturno conſilio agitatam. Color autem viridis in cera rem in perpetuo vigore "
permanſuram denotat. Ceteræ verò litteræ hacce formula exarari ſolent: *Omnibus præ-* "
ſentes litteras inſpecturis. Sed hodie cerâ flavâ in Francicis Cancellariis quævis diplo- "
mata ſigillantur. Hæc ille, qui & paullo ante docuit ex Tilio, ſoli Regi flavæ uſum "
peculiari prærogativa competere: quod etiam aſſeritur in articulis Conventus San- "
B germanenſis anni M D LXXXIII. adeo ut Ludovicus XI Renatum Andegavenſem, "
Siciliæ Regem, inſigni privilegio donaſſe putaverit, conceſſo, ut ipſi & filiis ejus "
rectâ lineâ procreatis, intra Francici, atque adeo Siculi regni fines, cerâ flavâ in ſuis "
ſigillis uti liceret, diplomate dato XXVIII Januarii anni M CCCC LXVIII, & menſe "
Maio anni M CCCC LXIX. Verùm hæc recentiorum ſunt temporum. Nam ſæculo "
XIII ceræ flavæ uſum in regiis ſigillis receptum fuiſſe vix crediderim. Sunt qui exiſti-
ment, ceræ albæ uſum numquam fuiſſe receptum in ſigillis Regum noſtrorum.
at contrarium aſſerit Miramontius in libro de Cancellaria Franciæ, probantque va-
ria primæ & ſecundæ ſtirpis ſigilla albæ ceræ impreſſa, quæ in pluribus autographis
C vidimus.

XV. Nunc agendum eſt de ſigillis plumbeis, aureis & argenteis, quæ Reges
Francici & Imperatores aliquando uſurparunt. Rem probat Petrus Diaconus [a] in
Chronico Caſinenſi, ubi coram Lothario Imperatore prolata dicuntur *præcepta Impe-*
ratorum Caroli, Lodoici, Ugonis, Lotharii, Berengarii, Alberti, trium Ottonum, quinque
Henricorum & Conradi, quæ Caſinenſi monaſterio fecerant, cerâ, plumbo, aureiſque ſigillis
ſignata.

XVI. Bullas aureas ſeu Χρυσόβουλλα adhibuêre maximè Imperatores Orientis in litte-
ris ſuis ad Reges, Sultanos, & Toparchas, ut notat Codinus: putantque nonnulli
D Carolinos Imperatores Francorum Reges eorum imitatione id ſibi tribuiſſe. Verùm
obſervat Freſnius ex Cedreno, nullum Imperatorem, qui id uſurpaverit memorari
ante Theophilum Michaëlis filium: cujus tempore Ludovicum Pium ſigillis aureis
uſum fuiſſe conſtat ex Agobardo in libro de inſolentia Judæorum, Ludovicum ſic
affatus: *Oſtendunt præcepta nomine veſtro aureis ſigillis ſignata*. Sed & ante eum Carolus
Magnus, & Pippinus ejus filius, *ſigilla duo de auro in uno Præcepto*, id eſt diploma duobus
aureis ſigillis obſignatum, Farfenſi monaſterio miſiſſe dicuntur in Chronico ejus loci
apud Cheſnium [b]: ſicut Guido & Lambertus Imperatores *alia ſigilla duo de auro in alio*
Præcepto. Hæc ſunt ſigilla, quæ cum aliis cimeliis ex Farfenſi abbatia rapuiſſe dici-
E tur in mſ. fragmento ejuſdem Chronici Ildeprandus de Matenario. quod fragmen-
tum illud ipſum eſt, quod Cheſnius mutilum edidit. Sic chartas *auro bullatas* mo-
naſterio Dionyſiano Carolus Calvus indulſit ex Dubleto & Sugerio [c]; idemque Tre-
norchienſi ex Chifflerio [d], tum Compendienſi ſancti Cornelii Abbatiæ: quod po-
ſtremum ſigillum octo vel decem ducatorum fuiſſe aiunt; (nam pridem furto ſubla-
tum eſt) ac diploma cui appenſum erat, à falſi ſuſpicione immune dictum Parla-
menti decreto anni M CC LXXI, ut fidem facit Regeſtum Parlamenti Pariſienſis. Hæc
fuſiùs apud Freſnium in Gloſſario, ubi etiam mentio fit de bullis aureis Ludovici
Regis pro eccleſia Bituricenſi, Ludovici VII pro Mimatenſi, Philippi VI in litteris ad
F Leolinum Nortwalliæ Principem, & Franciſci primi pro concordia inter ipſum &
Henricum VIII Angliæ Regem. Vidimus etiam auream bullam Caroli Siciliæ Regis,
datam anno M CC LXXIV pro Abbatia omnium Sanctorum Ordinis ſancti Auguſtini
apud Andegavos, nobis oſtenſam à religioſo viro Claudio Molineto, jam antea
laudato. Sed longè amplior eſt bulla aurea Friderici ſecundi pro cœnobio ſancti Apri
Tullenſi: quæ bulla appendet ex ſerico rubeo, præfertque in antica parte effigiem
Imperatoris ſedentis in throno, duobus liliis ſupernè ornato; in dextra virgam cru-
ce inſignitam, in ſiniſtra globum cum cruce geſtantis, adjecta in orbem hac inſcri-
ptione; ✠ *Frideric' Di grā Romanor' Rex & ſemp. Auguſtus & Rex Sicilie*, in poſtica,

a *Petrus Diac. lib. 4 cap. 109.*

b *Cheſn. tom. 3 pag. 670. 671.*

c *Doublet pag. 873.*

d *Tournus pag. 510.*

urbs Roma exhibetur cum his verbis : *Aurea Roma.* & in circulo : ✠ *Roma caput* A
mundi regit orbis frena rotundi. Verùm longe plures Imperatorum Germanicorum aureas bullas legere eſt apud Cangium : ubi etiam quædam aliorum Regum ac Principum recenſentur. In collectione mſ. pontificiarum epiſtolarum refertur epiſtola Romani Pontificis Reginæ Hungariæ ſcripta : in qua fit mentio donationis eidem Reginæ factæ à viro ſuo B. illuſtri Hungariæ Rege , *prout in patentibus litteris ejuſdem Regis confectis exinde , ſuâque aureâ bullâ munitis plenius continetur.* Servatur etiam in Mettenſi beati Arnulfi cœnobio ſigillum aureum Franciſci à Lotharingia Guſiæ Ducis, ex una parte ejus effigiem equo inſidentem , ex alia inſignia gentilitia præferens, datum anno M D LII. B

Denique ex Cangio & Spelmanno Imperatores Orientis nonnumquam uſi ſunt argenteis bullis : at qui eas adhibuerint Francici Reges , nullos hactenus legimus , niſi quod in ſanctæ Genovefæ apud Pariſios penu litterario , ſanè locupletiſſimo , aſſervatur Ludovici Pii bulla argentea , in cujus parte altera cernitur ejus thorace cum inſcriptione ſolita, XPE PROTEGE LUDOVICUM IMPERATOREM. in altera nihil effictum eſt. Verùm non ſigillum , ſed ſigilli ectypum eſſe inde colligimus , quòd nulla fiſſura, per quam dependere ex charta potuerit , in eo appareat.

XVII. Quod attinet ad bullas plumbeas, hæ apud Reges noſtros, ſi aliquando, certè rariſſimè conceſſæ ſunt. Exſtat quidem in eodem cimeliarchio ſanctæ Genovefæ ſigillum plumbeum , quod Caroline Magni , an Calvi fuerit , dubitant. At bullam eſſe Caroli Craſſi conjicimus ex inſcriptione duplici, quarum altera effigiem Imperatoris laureatam ita cingit : KAROLUS IMP. AGS. altera ſic habet : RENOVATIO REGNI FRANC. quod neque ad Carolum Magnum , neque ad Calvum commodè referri poteſt , cùm ſub eis nulla regni mutatio facta ſit : ſed ad Craſſum , ad quem mortuo Carolomanno poſt varias altercationes devoluta eſt ſumma rei Francicæ poteſtas , quæ Carolo Simplici minorenni debebatur. Denique in aliis Caroli Craſſi ſigillis legitur hæc epigraphe, *Carolus Imp. Aug.* ſecus in ſigillis Caroli Magni & Calvi Imperatorum , ex dictis ſuprà[a]. Oſtenditur etiam in Bibliotheca regia [b] D bulla plumbea , in recta exprimens vultum Caroli Regis , Magni an Calvi , cum his verbis : *Gloria ſit Chriſto, Regi victoria Carlo.* & in averſa ejus monogramma cum hoc verſu : *IHU nate Dei Carolum defende potenter.* Sed neque eam ſigilli vice appenſam fuiſſe ex ulla fiſſura apparet. Vadianus in libro ſecundo apud Goldaſtum [c] teſtatur , in cœnobio ſancti Galli viſum à ſe diploma Caroli Craſſi , cum ſigillo plumbeo , in quo ipſe Imperator laureatus cernitur. Edimus hìc diploma Ottonis III Imperatoris pro Mettenſi cœnobio ſancti Felicis , modò ſancti Clementis : cui diplomati ex vinculo coriaceo appenſum eſt ſigillum plumbeum , ex una parte thoracem Ottonis Imperatoris cum redimiculo gemmeo , tribus liliis ſupernè diſtincto E exhibens, ſub hac inſcriptione : *Otto... Imperator Auguſtus.* ex alia ejuſdem effigiem thoracatam cum laureo ſerto in capite , & cum vexillo in dextra , & umbone in ſiniſtra , ſub hac epigraphe : *Imperii Romanorum.* Singularis eſt locus de *ſigillo repercuſſo* in diplomate Henrici ſecundi Imperatoris in Monumentis [d] Paderbornenſibus , ubi hæc leguntur : *& noſtro ſigillo repercuſſo inſigniri juſſimus.* quod intelligendum exiſtimo de ſigillo plumbeo bis percuſſo , id eſt in recta & averſa parte , ut de Ottonis ſigillo plumbeo modò obſervavimus. Ad hæc Honoratus *Bouche* [e] in hiſtoria Provinciæ refert plumbeum ſigillum Ugonis de Baucio , an junioris , qui vivebat anno M C L. Nec prætermittendum eſt quod habet Ughellus in Italiæ ſacræ tomo [f] F quarto de charta Boamundi Principis Antiocheni, data anno M C XC. cui ſigillum plumbeum appendebat : itemque in tomo octavo [g] ; ubi Coſmas Protopatricius & Baſilius Protonotarius Beneventani litteras ſuas dicuntur *bullâ plumbeâ bullaſſe* ſecundum conſuetudinem. In Miſcellaneis Labbeanis legitur ſigillum plumbeum Henrici Regis Cypri. Sed præ ceteris inſignis eſt bulla plumbea Gallæ Placidiæ Auguſtæ , quæ olim ex aliquo inſtrumento dependebat , ut ex fiſſura colligitur. Cernitur hæc in cimeliarchio ſanctæ Genovefæ, excuſa ab erudito Molineto in Notis ad Stephanum Tornacenſem. Denique apud Hiſpanos, ſaltem medio ſæculo XIII,

[a] num. 8.
[b] *V. Capitul. tom.* 2 *col.* 1284.
[c] *Goldaſt. tom.* 3 *rer. Alaman. p.* 75.
[d] *Monum. Paderborn. pag.* 161.
[e] *Bouche tom.* 1 *pag.* 910 *&* 912.
[f] *Ital. Sac. tom.* 4. *col.* 1215.
[g] *ibid. t.* 8 *col.* 68.

A uſitatæ fuerunt etiam bullæ plumbeæ, ſcilicet ſub Alfonſo X, cognomento Aſtrologo: cujus diploma ejuſmodi ſigillo plumbeo munitum vidiſſe ſe teſtatur Petrus Caſtellæ Rex in litteris eodem modo ſigillatis, quas refert Franciſcus de Piſa [a] in Deſcriptione urbis Toletanæ. Hic eſt Alfonſus, qui, referente eodem auctore [b], inſtrumenta publica Caſtellano idiomate conſcribi juſſit, cum anteà latinè conderentur. Suffragatur Johannes Mariana [c] in libro XIII de rebus Hiſpanicis, aliis additis, quæ huc referri merentur. *Primus*, inquit, *Hiſpaniæ Regum vendendi atque paciſcendi vulgari Hiſpanorum lingua poteſtatem conceſſit, ejus linguæ nimirum, quæ rudior erat; excolendæ locupletandæque ſtudio. Sacros Bibliorum libros in maternam linguam ver-* B *tendos curavit. Ex eo tempore in regiis diplomatibus ac publicis tabulis latina lingua, cujus antea uſus erat, deſiit uſurpari: unde pudenda litterarum ignoratio in noſtram gentem atque utrumque ordinem invaſit.* Certè ex archivo Caſæ-Dei diploma ejuſdem Alfonſi, datum æra M CC XCIII, Caſtellanâ linguâ ſcriptum accepimus, quo Alfonſi VI litteras pro eodem cœnobio editas recognoſcit. Ad ſigilla redeo.

a *Franciſc. de Piſa fol.* 55 *&* 56.
b *fol.* 188 *verſo &* 189.
c *Mariana lib.* 13 *cap.* 7.

XVIII. An Reginæ & Imperatrices apud Latinos ſigillis aureis uſæ ſint, dubitare licet ex Chronico Caſaurienſi [d], ubi venditores fundi cujuſdam *ab eadem clementiſſima Regina bullas de auro duas* accepiſſe memorantur. Reginam hanc eſſe Hermengardem Imperatricem, Ludovici II Imperatoris uxorem, (nam Imperatorum uxo- C res ex dictis [e] non rarò dicebantur *Reginæ*) conſtat ex litteris venditionis in mſ. Chartario ſeu Chronico Caſaurienſi relatis, ex quibus hujus loci interpretationem diſcimus. quippe venditores curtis ſancti Deſiderii & aliarum teſtantur ſe recepiſſe ab Hermengarde *bullas duas, & caballum unum cum una ſella argentea, totum inſimul valens ſolidos mille ducentos.* Ex quo intelligitur, has bullas pecuniæ, non ſigilli loco fuiſſe. De ſigillis Reginarum agemus in capite ſequenti.

d *Spicil. tom.* 5 *pag.* 364.
e *ſupra cap.* 6 *num.* 5.

CAPUT XVII.

D

I. *Conringii ſententia de faſcia gemmea ſigillorum Ludovicii Pii.* II. *Lauream eſſe probatur, aliorum aliquando gemmeam.* III. *Sceptrum, baculus, & manus juſtitiæ in ſigillis.* IV. *Reginarum ſigilla. Lilium regiæ poteſtatis ſymbolum.*

I. POſtquam egimus de Regum noſtrorum ſigillis, quantum ad eorum materiam & formam pertinet; nunc de eorumdem ſigillorum ornamentis, & E primum quidem de corona ſeu diademate, quod frontibus Regum imponitur, tractandum eſt. Hermannus Conringius in cenſura [f] diplomatis Ludoviciani fatetur, in duplici Ludovici Pii ſigillo ſibi noto faſciam lauream videri. Aſt verò, inquit, jam tum à Conſtantino Magno uſque Imperatores omnes, non laureo, ſed gemmeo diademate conſtanter ſunt uſi. quod utique liquidò oſtendunt eorum adhuc ſuperſtites nummi. Secutum eorum exemplum addit Chlotharium Francorum Regem, idque probat ex nummo Nicolai Peireskii; immo Teudomatum ante Faramundum, ex Boterovio. Ex quibus ita ſubinfert, non laureum eſſe, ſed gemmeum Pii Imperatoris diadema; & laureæ ſpeciem tantùm rudiori manui ſculptoris ſive F pictoris tribuendam eſſe, dum voluit exſtantes inſigni magnitudine gemmas exprimere.

f *Conring. pag.* 72 *&* 73.

II. Ego autem pro comperto habeo, in ſigillis diademata Ludovici Pii, immo Regum Carolingorum ferè omnium, eſſe laurea, non gemmea: ut intuentibus eorum autographa & ectypa noſtra, atque etiam Trenorchienſe apud Chiffletium [g], facilè conſtabit. Neque verò tam imperiti erant Carolino ævo artifices, ut pro gemmeo laureum ſertum expreſſerint. Sanè multo peritiores erant cælatoribus qui erant ſub prima ſtirpe; nec longè diſtant Caroli M. ſigilla ab illa felici ætate Romanorum. Non negaverim tamen Merovingicos & Carolidas aliàs gemmeo ſubinde dia-

g *Tournus pag.* 262 *V. Perard. pag.* 19.

demate uſos exemplo Imperatorum. tametſi neque omnes Imperatores gemmeo ſemper uſi ſunt, ſed aliquando laureo, ut patet ex numiſmatis Conſtantii Chlori, Licinii, Conſtantini, ejúſque filiorum apud clariſſimum Cangium in Familiis Byzantinis. Talis eſt corona Caroli Calvi[a] apud eruditum Baluzium in Appendice Capitularium, id eſt gemmea, cum liliis: ſed longè diverſa eſt illa, quæ proximè eam antecedit, ejuſdem Caroli effigies cum corona ſupernè clauſa, aſſiſtentibus hinc inde ſtipatoribus, quorum duo primi vittâ redimiti ſunt, utpote Principes. Utraque hæc effigies eruta eſt ex præclaro codice Bibliorum, quem Vivianus Abbas monaſterii ſancti Martini Turonenſis Carolo Calvo dono dedit: qui codex nunc aſſervatur in bibliotheca illuſtriſſimi viri Johannis Baptiſtæ Colberti. Verùm hîc agimus non de imaginibus Regum noſtrorum quibuſlibet depictis, ſed de ſigillis eorum diplomaticis; in quibus imagines Meroveadum pleræque (ut de Childerico probat ejus anulus) ſine corona ſunt, neſcio an & Pippini Regis, cujus integra ſigilla nobis videre non licuit. Certè Caroli M. Regis effigies in ſigillis, quotquot inſpeximus, coronæ ac diadematis expertes ſunt. At Carolomannus, Caroli M. frater, in charta Dionyſiana capillos gerit vittâ redimitos. Sed & Carolus M. in diplomate Corbeiæ novæ, quod anno imperii ejus XIII datum eſt, laureâ coronâ inſignitus exſtat. Itaque Carolus M. Imperator hanc uſurpaſſe videtur primus ex Carolingis; ejuſque exemplo poſteri omnes ad Lotharium ejus ſtirpis poſtremum Regem, qui coronam radiatam ſeu acuminatam gerit in autographo Remigiano, cujus ſpecimen damus. Aliorum, inquam, diademata, ſaltem pleraque, laurea eſſe contendimus: Capetianorum veras coronas, quæ in lilia deſinunt, & quidem oblonga in Hugone, Rotberto & Henrico. Operam perderem, ſi de coronis plura dicere meditarer, quando hoc argumentum egregiè perſecutus eſt Cangius in Diſſertatione XXIV ad Joinvilleum.

III. Sed quando hîc ſermo incidit de duplici illa Caroli Calvi effigie, quæ exſtat in codice Colbertino; obſervare juverit, in priori Carolum manu ſiniſtrâ geſtare baculum oblongum, ſuperiùs inſtructum globulo, inferiùs in acumen deſinentem: in poſteriori item habere in dextra ſceptrum lilio coronatum, in ſiniſtra globum, cujus anteriori parti impreſſum eſt cordis ſimulacrum cum cruce infixa. Globum ejuſmodi inſigne imperiale vocat Glaber Rodulfus ſub finem libri primi. Baculus porro iſte haud dubiè aureus erat: qualis fuit ille, quem Johannes Papa VIII eidem Carolo inter alia dona tranſmiſit[b], nimirum *ſceptrum & baculus aureus.* Aliud quippe erat ſceptrum à baculo regio, uti rectè probat non ſolùm hic locus, ſed etiam liber Sacramentorum à Menardo editus. quippe in Ordine ad coronandum Regem, non modò ſceptrum Regi porrigitur, ſed & baculus, qui formam habebat virgæ paſtoralis. Promiſcuè tamen vocatur aliquando *ſceptrum*; quale fuit *ſceptrum regale*, quod Ludovicus II Imperator tradidit cœnobio Piſcarienſi, nempe illud ipſum *quod geſtabat in dextra: ut illud Abbas portaret in ſollemnibus feſtis in loco baculi paſtoralis.* Ejus effigiem habes in Spicilegii Acheriani tomo V, ubi illud Chronicum vulgatum eſt. Ejuſmodi baculo, an ſceptro, Reges & Imperatores non ſolùm pacta feriebant, ſed etiam dignitatem ſucceſſori reſignabant: cujus rei exempla profert eximius Cangius, ubi de baculo agit. Sceptrum erat *inſigne regnantis, quo ſignificatur regula divinæ æquitatis, quæ bonos regit, & malos conterit:* baculus ſymbolum *gubernaculi*, ex codice Sacramentorum, qui olim fuit eccleſiæ Senonenſis, nunc illuſtriſſimi Harlæi ſupremi regiarum cauſarum Cognitoris. In ſigillis Carolinis nullum apparet ſceptrum, nullúſque baculus ante Lotharium poſtremum ſtirpis Carolinæ, qui coronam item primus in ſigillis adhibuiſſe videtur: in Capetianis paſſim lilium aut floſculus in dextra, ſeu globulus cum lilio, aliquando baculus: in ſiniſtra ſceptrum ſupernè liliatum. Omnes cum corona. Hugo tamen dextrâ manum juſtitiæ primus, Rotbertus florem lilii; uterque ſiniſtrâ globum habet. Sed Ludovicus X ſeu Hutinus, qui dextrâ baculum geſtat omnino conſimilem Piſcarienſi illi, de quo mox diximus; ſiniſtrâ manum juſtitiæ præfert; itidemque Philippus Longus, ejuſque ſucceſſores ad Carolum VI, qui primus ſceptrum cum manu juſtitiæ (qui ritus etiam nunc obtinet) induxiſſe videtur. Ejus rei argumento ſunt ſigilla tum à Tilio, tum à nobis, aliiſque exhibita. Apud Tilium tamen

Carolus

a *Capitul. tom. 2 col. 1277.*

b *Annales Bertin. tom. 3 Cheſn. pag. 244 a.*

A Carolus ſextus pingitur cum baculo oblongo & manu juſtitiæ: ſed apud Altinum [a] cum ſceptro loco baculi. Ex illorum æmulatione Henricus IV Angliæ Rex, qui ſe Francorum Regem falſo aſſerebat, duas manus juſtitiæ ſibi in ſigillis ſuis vindicavit pro duplicis regni inſigni, apud Altinum. Rogerius Hovedenus Richardi primi regiam pompam deſcribens [b], ait eum geſtaſſe in manu dextra ſceptrum regale, *in cujus ſummitate habebatur ſignum crucis;* & in ſiniſtra virgam auream, *in cujus ſummitate ſpecies columbæ.*

a *Figures des Monnoyes de France fol.* CV.

b *Roger. Hoveden, fol.* 420.

IV. Hic locus poſtularet, ut de Reginarum Francicarum ſigillis diplomaticis ageremus: ſed pauca admodum earum diplomata inveniuntur. In diplomate Annæ ſeu B Agnetis, Philippi primi matris, Foſſatenſibus conceſſo, exſtat ſigillum Philippi filii, non ipſius Reginæ. Unum habetur in archivo ſancti Martini à Campis inſtrumentum Adelæ Reginæ, Philippi Auguſti matris, de controverſia inter monachos ſancti Martini & homines de Fontanis, datum anno M CC IV. cui ex ſubrubeis ſericeis filis appendet oblongum ſigillum in cera viridi, exhibens effigiem ſtantis Reginæ, lilium [c] tenentis dextrâ, ſub his verbis: SIGILLUM ADELÆ REGINÆ FRANCORUM. Nempe lilium jam tum, immo longè ante, ſymbolum erat regalis poteſtatis. Unde ſceptro Regum ac coronæ ſuperimponi ſolebat, uti cernitur apud nos in C primario Fredegundis lapide ſepulcrali, cujus corona liliata eſt; & in ſceptro itidem liliato Caroli Calvi in prædictis Bibliis Viviani Abbatis. Sanè flores lilii ſignum regalis juris regnante Adela fuiſſe perſpicuum eſt ex Actis [d] Epiſcoporum Autiſſiodorenſium, ubi homines Regis, ſcilicet Philippi Auguſti, *fundo fluminis infixiſſe* dicuntur *trabeculas duas, hinc inde flores lilii ferreos in ſignum regalis dominii earum ſummitatibus imponentes.* Hæc ergo cauſa, cur Adela lilium manu geſtat. Simili modo ſummis Pontificibus flores gerere mos erat. Sic Urbanus II apud Turonos ad eccleſiam ſancti Martini deductus, Fulconi Andegavorum Comiti *florem aureum* [e], *quem in manu gerebat, donavit: quem ego,* inquit Fulco ipſe, *ob memoriam & amorem illius in Hoſanna,* D id eſt in Ramis Palmarum, *ſemper mihi meiſque ſucceſſoribus deferendum conſtitui.* Lege Maſſonum de Epiſcopis Romanis in Innocentio IV.

c *V. monetam Blancha Regina apud Cangium in Joinvilleum pag.* 365.

d *Bibl. Labbe tom.* 1 *pag.* 501.

e *Vide lib.* 1 *ſacr. cærem. de benedictione roſæ aureæ Dominica* 4 *Quadrag.*

CAPUT XVIII.

I. *Sigilla an ſignorum loco: vice tabellionum apud Anglos.* II. *Magnatum ſigilla apud Francos.* III. *An & quando omnibus communia.* IV. *Contraſigillorum origo.* V. *In nobilium ſigillis quid expreſſum.* VI. *Quid in* E *contraſigillis.* VII. *Militum ſigilla & poſtgenitorum.* VIII. *Contra-ſigillorum inſcriptiones.* IX. *Nobilium feminarum ſigilla.* X. *Sigillum alienum defectu proprii.* XI. *Communiarum & urbium ſigilla.* XII. *Sigilla chartarum indentatarum: hæc aliquando ſigni loco; & poſtea appoſita.* XIII. *Quid olim factum ſigillis amiſſis.*

I. EO argumenti copia nos adducit, ut unam eamdemque materiam in plures dividere cogamur ſectiones, ne multa in unum congerendo faſtidium ge- F neretur, aut in pauca contrahendo obſcuritas. Quocirca hîc ſeorſum de Magnatum aliorumque ſigillis agere inſtituimus, ut res in varias diſtributa claſſes magis dilucidam habeat tractationem.

Sunt qui putent ſigillorum uſum invectum eſſe ſubſcriptionum ac ſignorum loco, propterea quòd difficilior eſſet ſigilli, quàm ſigni falſatio. Et fuit quidem tempus cùm ſigilla ſignorum vicem (uti poſtea exponemus) obtinuerunt: at jam longè antè ſigillorum ritus cum ſignis conjunctus fuerat. Huic rei probandæ unus ſufficiet locus Gregorii [f] Turonenſis, quo auctore diſcimus, Mummolum Theodeberti Regis tempore ad Juſtinianum Imperatorem legatum, apud Patras ad

f *Greg. Tur. de glor. mart. lib.* 1 *cap.* 31.

extrema redactum petiiſſe *teſtamentum ſuum ſcribi , munitum ſubſcriptionibus ac ſigillis*, A *&c.* Sæculo inſequente Bertchramnus Epiſcopus Cenomannenſis ſuum ipſius teſtamentum *ſeptem virorum honeſtorum ſubſcriptionibus & ſigillis* muniri curavit. Sic ergo mos ferebat apud Gallos ſæculo VI, ut præter proprias teſtium ſubſcriptiones aliquando eorum ſigilla monumentis publicis apponerentur. Aliter ſæculis poſterioribus accidiſſe dicemus inferiùs. Apud Anglos ſigillorum jus omnibus qualiſcumque dignitatis ideo conceſſum erat, quoniam *Tabellionum uſus in eo regno non habebatur*, teſte Matthæo [b] Pariſio.

a *Matth. Pariſ. ad ann.* 1237.

II. Anulis vero ſignatoriis ſeu ſigillis ante ſæculum X imprimebant etiam magnates, quidquid animo ſuo inſidebat, quemadmodum intelligimus cùm ex multis, tùm ex teſtamento Heccardi Comitis, qui Richildi legat inter cetera *ſigillum de amatixto*, id eſt amethyſto, *ubi aquila ſculpta eſt* : & Adanæ germanæ ſuæ *ſigillum* item *de amatixto , ubi homo eſt ſculptus , qui Leonem interficit : at ſigillum de onychino*, aliudque *de berillo*, aliis tradit. Quæ ſigilla ſi fuerint ad uſum Heccardi, plura uni ſigilla nonnumquam tum competiſſe demonſtrant. Proprium habebat ſigillum ante mille & centum annos Theophilus Vicedominus [c] Adanenſis eccleſiæ apud Perſas, cognomento Pænitens, qui de abnegato Chriſto *chirographum* feciſſe memoratur, & *impoſitâ cerâ* ſignaviſſe *anulo proprio*. B

b *Bolland. tom.* 1 *Febr. pag.* 484 *n.* 4 *& pag.* 486 *num.* 13 14 *&* 15.

III. Sed ut rem accuratiùs expendamus, fatendum eſt, ſigillorum uſum, ſaltem C apud Francos, etſi ab ævo Gregorii Turonenſis in chartis receptum, non tamen omnibus ante ſæculum XI conveniſſe. Nam in multis, quæ vidimus, Magnatum primariis inſtrumentis, putà Giſelæ ſororis Caroli Magni pro cœnobio Dionyſiano, Hugonis Ducis pro eccleſia Carnutenſi, & aliorum, nullum apparet ſigilli veſtigium. At in charta quadam venditionis, Fulrado Abbati Dionyſiano factæ per Adalhardum, exſtat parvum ſigillum chartæ affixum. Ex Flandriæ Comitibus apud Olivarium de Wræo primus pingitur Arnulfus Magnus anno DCCCC LIII in ſigillo rotundo ſedens togatus capite redimito, cum gladio in dextra, ſiniſtrâ expanſâ, clypeo ſiniſtrum brachium protegente. Secundum eſt ſigillum Balduini Pii D ſub anno M LXV, galeati & ſago induti, cum gladio in dextra, & clypeo in ſiniſtra averſo, ſine calcaribus & ſtapedibus. Sequitur ſigillum Rotberti primi, dextrâ gladium tenentis, ſiniſtrâ clypeum cum Leone inſigni Comitum Flandriæ, ex charta cœnobii ſancti Petri Gandavenſis anno M LXXII datæ. Et hic primus eſt Flandriæ Comitum, qui ſymbolum gentilitium præferat. Omnium verò ſigilla chartæ affixa ſunt uſque ad Balduinum VII cognomento Securim, qui Comitatum iniit anno M CXII, nam ab eo ſigilla appendi cœperunt. Porro Philippus, dictus Alſacius, ab anno M C LXI contraſigillo uſus eſt primus. Dubitare tamen licet, an Leonis ſymbolum, quod Rotbertus primus in clypeo gerit, ſit genuinum. ſiquidem E omnium ſubſequentium clypei ſunt ſine hoc inſigni uſque ad Philippum Alſacium, qui contraſigillo ſymbolum gentilitium impreſſit vivente patre Theoderico, cùm Theodericus Flandriæ regimen ipſi commiſit anno M C LVII, Jeroſolyma profecturus. Certè nulla aut pauca ante id tempus inveniuntur inſignia nobilium, tametſi in ſigillis clypei erant in uſu, ſed nudi, quales ſunt complures tum apud Cheſnium in hiſtoria dominorum de Monte morentiaco [c], & Caſtillionenſi [d], tum apud alios [e]. Nudum quidem perſæpe eſt clypei ſpatium, ſed ſtemma gentilitium appoſitum in contraſigillo. At nullum nobilium contraſigillum invenio ante ſæculum XII. F

c *Montmorenci pag.* 40, 56.
d *Chaſtillon pag.* 26.
e *Bouche Provence pag.* 89.

IV. Primus ex Epiſcopis eo uſus videtur Hugo Rotomagenſis. nam ejus litteris pro ſancto Luciano Belvacenſi appendet ſigillum, in cujus recta eſt effigies Epiſcopi benedicentis : & in averſa protome capite nudato. His litteris ſubſcribit HUGO S. VICTORIS. Habetur in archivo ſancti Martini à Campis aliud ejuſdem Archiepiſcopi monumentum cum ſigillo, cujus antica pars eadem eſt ac ſuperior; poſtica ſeu contraſigillum exhibet bovem paſcentem. Ex Militibus non ultimus venit numerandus Hugo de Baucio, qui in plumbeo ſigillo præfert ex una parte equitem cum nudo umbone & gladio, ex alia ſolem, an ſtellam, apud Honora-

A tum *Bouche* in Hiſtoria Provinciæ[a]. Hunc autem Hugonem, ſiquidem eo nomine a *Provence tom.* 1
ſecundus fuit, anno M C L vixiſſe conſtat ex eodem auctore. *pag.* 910.

V. Denique in nobilium ſigillis effícti fere ſemper Equites : qui ſi ex militari
eſſent ordine tunicas præferebant ſuper loricis, non tamen omnes. Manaſſes enim
Ghiſnenſis Comes ſub annum M C XVII fere nudus exhibetur in hiſtoria Ghiſnen-
ſi[b], cum tiaræ ſpecie in capite, & baculo inſtar ſceptri, atque umbone averſo. Ibi- b *Guiſnes pag.* 67.
dem[c] Winemarus Caſtellanus Gandenſis anno M C X pingitur cum pallio ſupra c *pag.* 67.
ſagum. Rotbertus Burgundiæ Dux apud Perardum[d] ſtantis in modum cum ſcuto d *Perard pag.* 191.
& lancea.

B VI. In contraſigillis nobilium paſſim appoſita eorum ſymbola gentilitia. Inter
primos invenitur anno M C XLVI Ivo dominus Nigellenſis & Sueſſionenſis Comes
pro ſancti Criſpini majori eccleſia Sueſſionenſi : & anno ſequenti Johannes Comes
Augi in charta pro ſancto Luciano Leonem habet in contraſigillo. Idem eſt con-
traſigillum Philippi Comitis Viromandenſis in litteris pro cœnobio Compendienſi
datis anno M C LXXVI. Theodericus Aloſtenſis in hiſtoria Ghiſnenſi[e] contraſigillo e *Guiſnes pag.* 225.
gentilitio utitur anno M C LXIV. Ad hæc charta Radulfi Comitis Sueſſionenſis pro
Compendienſi monaſterio anno M C LXXXIII contraſigillo item gentilitio prædita
eſt. Ab eo tempore tritiſſima res eſſe cœpit, quo tempore Philippus Auguſtus con-
C traſigillo unicum lilium præferente uſus eſt primus. nam Ludovicus junior non
contraſigillum, ſed averſum ſigillum ob Ducatum Aquitaniæ adhibuit, æqualis
cum adverſo magnitudinis. Epiſcopi etiam contraſigillum tunc habuêre, Hugo
quidem Rotomagenſis ab anno M C XXXVIII, ſcilicet aliquando protomen ſuam,
aliquando bovem paſcentem ex dictis: Willelmus Remenſis anno M C LXXX &
LXXXVIII thoracem cum vitta in capite, in duabus chartis pro ſancto Theoderico:
Nevelo Sueſſionenſis anno M C LXXX pro Compendienſi abbatia agnum paſcha-
lem : alii alia ejuſmodi ſigna prætulerunt. At nullus Epiſcoporum ſymbolum gen-
tilitum aſſumſiſſe videtur ante medium ſæculum XIII, ut ſuperiùs in capite XV
D notabamus. Neque ſtatim Clerici, quamtumvis nobiles, familiæ ſuæ inſignia ſibi
tribuerunt. Teſtis Herveus de Montemorentiaco[f], Decanus Pariſienſis, qui pro f *Montmorency*
inſignibus habet monogramma nominis ſui anno M C LXXXIX. cùm conſanguinei *pag.* 62.
ejus arma gentilitia tunc præferrent.

VII. Redeo ad Milites, qui ſi minores-natu erant, tignum ſectum in parma
gentilitia gerebant jam inde ab anno M C XC, ut patet ex ſigillo Sigeri Caſtellani
Gandenſis apud Cheſnium[g] in hiſtoria Ghiſnenſi. Ex Franciæ Regum liberis poſt- g *Guiſnes pag.* 460
genitus Rotbertus Claromontenſis, ſancti Ludovici filius, (ut antea dicebam) 466.
inſigne Francicum barrâ (ut vocant) ſeu lineolâ tranſverſâ diſtinxit. Milites
E porro creabantur, id eſt militari cingulo donabantur, nobilium filii, ſub annum
ætatis vigeſimum. Fulco Andegavorum Comes anno M LX ab avunculo ſuo Gof-
frido Martello Miles factus eſt, cùm eſſet *decem & ſeptem annorum*, uti de ſe ipſe
tradit in hiſtoria Comitum Andegavenſium[h]. Tunc novi Milites ſigillum pro- h *Spicil. tom.* 10
prium habere cœperunt, cùm antea non haberent, quod variis argumentis probat *pag.* 395.
eruditus Cangius. Unde Guillelmus Virzionenſis[i] litteras cum Abbate ſancti Dio- i *Miſcell. Labbe*
nyſii confectas ſigillo avunculi ſui Archembaudi Burbonenſis primùm ſignavit, *pag.* 655.
ſigillum non habens, *cùm nondum Miles, nec uxoratus eſſet*; poſtea ſuo proprio, *cùm
jam uxoratus eſſet, ac proprium ſigillum haberet.* Ex his Cheſnius conficit, ſolos Milites
F (quos modò Equites vocamus) habuiſſe jus ſigilli penſilis. quod quidem verum
eſſe poteſt de prioribus ſæculis: ſecus de poſterioribus, nempe ſæculo XIV & ſub-
ſequentibus : quibus Armigeri, quando Milites fiebant, ſigilla ſua mutabant in
Burgundia, ex Arreſto anni M CCC LXXVI apud Tilium in capite de Militibus, ubi
Scutiferi appellantur. In Anglia ſub annum M CC XVIII, teſtante Dugdalo, *domini
qui in ſigillis more ſolito habebant Equites armatos cum gladiis, in dorſo ſigillorum arma ſua
poſuerunt de novo in ſcutis.*

VIII. Ceterum qui parvo ſigillo ſeu contraſigillo, quod *ſigillum ſecreti* paſſim
dictum, utebantur defectu majoris ſigilli ; poſtea litteris ſuis hoc apponebant,

quoniam id ſolum authenticum erat. Exempla refert Olivarius de Wræo in libro A
de ſigillis Comitum Flandriæ in Ludovico tertio. In contraſigillis verò variæ appo-
nebantur inſcriptiones, nempe *teſtimonium veri*, *clavis ſigilli*, *Deum time*, *ſecretum co-
las*, *Ave Maria gratia plena*, qualis eſt titulus in litteris Willelmi Epiſcopi Laudu-
nenſis, & alia id genus dicta, de quibus adi Cangii Gloſſarium.

IX. Habebant etiam nobiles feminæ ſigilla ſua, ſaltem à ſæculo XII. Ex primis
eſt ſigillum Emmæ Comitiſſæ Ghiſnenſis[a] ſub anno M C XX. ubi hæc ſtans depin-
gitur cum caduceo in dextra, & libro in ſiniſtra. Aliæ equis inſidentes exhibentur,
paſſim muliebri more, nonnullæ virili, ex quibus eſt Beatrix Coloniacenſis[b], & Eli-
zabet uxor Simonis Dargienſis in charta pro Britulienſi monaſterio. Pleræque autem B
in manu geſtant: Flandriæ Comitiſſæ lilium, ut Reginæ Francorum; aliæque non-
nullæ matronæ prænobiles, ut Laureta[c] filia Theoderici Comitis anno M C LI,
& Beatrix de Hoſdanio[d], uxor Sigeri Caſtellani Gandenſis. Inter Flandriæ Comi-
tiſſas prima lilium geſtat Margareta, quæ Balduino Forti nupſit. nam in majori ſi-
gillo pingitur equitans ritu feminarum cum ave in ſiniſtra: in parvo manus cum
lilio. quod lilium Johanna Comitiſſa, & alia Margareta equitantes ſiniſtra gerunt.
Johanna hæc in contraſigillo ſub annum M CC XXXVII uſa eſt prima Leonis effigie;
quod eſt ſymbolum Flandriæ Comitum: aliæ ab ineunte ſæculo XIII. Omnes inſi-
gnia mariti primùm prætulerunt: deinde verò ſua & mariti arma in ſcuto bifido aut C
quadrifido. Bifidum habet Comitiſſa Augi anno M CCC XXIV in hiſtoria Ghiſnen-
ſi[e], quadrifidum Beatrix Caſtellana de Pute anno M CCC XX[f]. Peculiare eſt ſigil-
lum Agnetis de Regio, quo ipſa, ſuuſque filius Bonifacius Caſtillionenſis ute-
bantur. nam in recta exhibetur[g] Bonifacius equo inſidens cum ave in ſiniſtra, ſub
hac ſententia, *Sigillum Agnetis dominæ de Regio*. In averſa æqualis figura, ſpatham cum
cingulo repræſentans ſub iiſdem verbis. quod erat ſymbolum gentilitium Agnetis,
domini Spatæ filiæ, ſub annum M CC XXX. Alia prætereo prænobilium feminarum
ſigilla, qualia ſunt Adelaidis Burgundiæ Duciſſæ apud Perardum[h], itidemque pala-
tinarum Campaniæ Comitiſſarum, in primis Blanchæ Trecenſium Comitiſſæ in D
variis litteris, in quibus ſtans depingitur cum ramuſculo florido in dextra pro recta,
& pro averſa ſymbolum ejus gentilitium, ab anno M CC VI.

[a] Guiſnes pag. 39.
[b] Coligny pag. 53.
[c] Guiſnes pag. 119.
[d] ibid. pag. 473.
[e] Guiſnes pag. 308.
[f] ibid. pag. 541.
[g] Provence tom. 1 pag. 918.
[h] Perard. pag. 331.

X. Qui proprium ſigillum non habebant in promtu, vel etiam qui proprii uſum
necdum habebant; plerumque alieno utebantur. Girardus Burdegalenſis Archiepiſ-
copus ſæculo XIII in litteris ineditis, quibus Androni Abbati ſanctæ Crucis eccle-
ſiam ſancti Petri de Benciaco tradit, *propria*, inquit, *manu noſtra ſubſcripſimus, & ſi-
gillo Engoliſmenſis eccleſiæ, quia nondum in Burdegalenſi eccleſia ſigillum feceramus, muniri
præcepimus*. Exemplum de Willelmo Virzionenſi domino ſuperiùs retulimus. Oliva-
rius de Wræo[i] de Balduino Montenſi Flandriæ Comite illud item obſervat, cum E
Philippi I Francorum Regis, cujus *procurator & bajulus* erat, ſigillo interdum
uſum eſſe, ut in quadam charta anni M LXV, vivente patre. Varia ejus rei exempla
occurrunt in Chartario ſancti Nigaſii de Mellento, quod illuſtriſſimus atque integer-
rimus regiarum cauſarum Cognitor Achilles Harlæus nobis liberaliter communi-
cavit. In charta anni M C XCIII, quo anno Symeon frater Roberti Villani ſuſce-
pto habitu monachali dona quædam eccleſiæ largitus eſt, ſubſcribit cum aliis teſti-
bus frater ipſius Robertus. *Et quoniam prædictus Robertus Villanus proprio ſigillo carebat,
ſigillo Amalrici Vicecomitis de Meſiaco conventionem iſtam placuit muniri*. Guillelmus *de Ajou*
item quando ſuſcepit habitum monachi, cùm aliquid de rebus ſuis tradidiſſet, *quia* F
proprio ſigillo carebat, beati martyris Nigaſii ſigillo confirmavit. Alius præterea *ſigillo Hu-
gonis de Maldeſtor tunc Regis Coneſtabularii, quia proprio carebat*, donationem ab ſe fa-
ctam confirmavit, anno M CC LXXXVIII. Ad hæc Stephanus Amaurici Regis de Icoio
chartam ſuam, anno M C XCV datam, *quia proprio ſigillo carebat, ſigillo Communiæ Mel-
lenti* roboravit. Denique in aliis duabus chartis anni M CC IV & M CC VIII, quia do-
natores proprium ſigillum non habebant, eorum vice teſtes *ſigillum ſuum* appoſue-
runt. Huc referri poteſt quod de ſigillo ſecreto ſeu privato in vicem authentici pu-
blicive legitur apud Cangium, ubi qui ſigillum authenticum non habebant, con-

[i] de Comit. Fland. gallicè pag. 6.

A traſigillum ſeu ſigillum ſecretum litteris ſuis apponebant, promittentes ſe prima quaque occaſione ſigillum ſuum authenticum appoſituros. Exempla petita ſunt ex ſæculo XIII & XIV. Nonnullos fallere poteſt ſigillum Buchardi domini de Marleto, qui chartam ſuam pro Dionyſianis ita concludit; anno M CC XXIV[a]. *Quod ut ratum & firmum permaneat in perpetuum, præſentem paginam ſigilli mei munimine roboravi. Et ne videatur ſcrupulum dubitationis continere, quod in ſuperſcriptione ſigilli mei continetur,* S. GILLUM BUCHARDI DE MONTEMORENTIACO; *proteſtatus ſum & proteſtor me hoc ſigillo tantùm uti, & numquam uſum fuiſſe alio ſigillo, in quo non fuiſſet ſuperſcriptio prædicta.* At hoc ſigillum Buchardi proprium erat. Sed quia in litteris ſuis ſe dicebat tantùm *do-*
B *minum Marleti*, etſi eſſet familiæ de Montemorenciaco, (quod cognomentum in ſigillo aſſumebat;) verebatur ne pro falſo haberetur ſigillum, cujus titulus chartæ initio non reſpondebat. Drogo Sueſſionenſis in litteris, quibus Matelinam uxorem ſuam dotat, anno M C LXX, appoſuit ex cera rubra *ſigillum ſanctorum Martyrum Gervaſii & Protaſii Sueſſionenſis matris eccleſiæ.*

a Montmorency pag. 400.

XI. Ex modò dictis intelligitur, urbium & opidorum Communias etiam propria habuiſſe, ut de Communia Mellenti mox notabam. Perardus etiam in collectione Burgundiæ monumentorum ſigillum Communiæ Belnenſis exhibet, anno M CC XXIII. quo ferè tempore Communia Valliacenſis in agro Sueſſionico ſigillo item
C uſa eſt in charta, quæ in archivo Parthenonis beatæ Mariæ apud Sueſſiones habetur. Idem cenſendum eſt de aliis Communiarum ſigillis, quæ à ſæculo XII originem habuerunt.

XII. Unum aut alterum hîc addendum ſupereſt, nempe in chartis indentatis, quæ ex una & eadem membrana in medio deſcripti alphabeti præciſa duplices fiebant, ut ſua unicuique parti charta competeret; adeoque in particulis, ſigillum unius partis adhibitum fuiſſe adverſæ partis litteris, & vice verſa *; non ambabus litteris utriuſque partis ſigillum. Deinde ſigilla jam inde à ſæculo XI non raro ſuppleviſſe ſignorum locum: ita ut Notarius teſtium nomina manu ſua deſcriberet in litteris, quas ipſi teſtes ſigillis
D ſuis roborabant. immo in diplomatibus regiis, quibus multi aderant teſtes, expreſſis eorum à Cancellario nominibus, aliquando unum Regis ſigillum vice ſignorum appoſitum fuiſſe. Ad extremum ſigilla nonnumquam aliquanto poſt datas litteras tempore appoſita fuiſſe conſtat ex hiſtoria Ghiſnenſi[b], ubi Willelmus Ghiſnenſis litteras ſuas ita concludit: *Actum anno gratiæ* M CC XVIII, *primo in die ſancti Petri ad vincula; poſtea verò ſigillo meo confirmatum & omnino conſummatum menſe Decembri.* Vide quæ de chartis imperfectis inferiùs[c] dicturi ſumus. Hæc obſervatio aliquanti eſt momenti ad faciendam fidem diplomatibus nonnullis, quæ ſigillo deſtituta ſunt. quale eſt Hugonis Regis pro Laudunenſi ſancti Vincentii monaſterio. Cùm enim aliquan-
E do nonniſi poſt confectum inſtrumentum apponeretur ſigillum; tunc factum eſt, ut occaſione deficiente chartæ remanerent ſigilli expertes, cùm in aliud atque aliud tempus ſigilli appoſitio differretur.

* Vide Notas ad chirographum Ludovici Groſſi, infrà lib. 5.

b Guiſnes pag. 203.

c infra cap. 27 num. 11.

XIII. Poſtremo quid fieret ſigillis amiſſis, aut adulteratis, aliquod operæ pretium fuerit inveſtigare. Inſignis hac de re locus eſt apud Titum Livium[d], ubi occiſo Marcello Annibal ejus anulo ſimul cum corpore potitus memoratur. *Ejus ſigni errore, ne qui dolus necteretur à Pœno metuens Criſpinus, circa civitates proximas miſerat nuncios, occiſum collegam eſſe, anuloque ejus hoſtem potitum: ne quibus litteris crederent, nomine Marcelli compoſitis.* Conſimili cautione Petronius cùm flagitia Neronis obſi-
F gnata ei miſiſſet; *fregit anulum, ne mox uſui eſſet ad facienda pericula*, inquit Tacitus[e]. Sed ut ad poſteriora tempora veniamus, ſanctus Bernardus Abbas Claræ-vallenſis adulterato ſigillo ſuo à quodam nebulone, ita ſcribit ad Eugenium Papam[f]. *Periclitati ſumus in falſis fratribus, & multæ litteræ falſatæ ſub falſato ſigillo noſtro in manus multorum exierunt; & (quod magis vereor) etiam uſque ad vos dicitur falſitas pervolaſſe. Hac neceſſitate, abjecto illo, novello quod cernitis de novo utimur, continente & imaginem noſtram & nomen. Figuram aliam tamquam ex noſtra parte jam non recipiatis, niſi fortè pro Epiſcopo Claromontis, cui ſub altero ſigillo litteras dedi, cùm nondum iſtud haberem.* Eodem ſpectat ejuſdem Bernardi epiſtola CC XCVIII de novello iſto ſigillo intercepo. Sub hæc, id

d T. Liv. lib. 27.

e Tacit. annal lib. 16 num. 19.

f Bernard. epiſt. 284.

eſt anno M CCCC IV, Johannes de Garanceriis, Regis Camerarius, amiſſum ſigil- A
lum ſuum ſcripto publico revocavit. Idemque præſtiterunt Alealmus de Burno-
nis-villa, Robertus de Ponte-Audomari, & Johannes de Betunia anno M CCCC
XII, ut ex actis Caſtellanæ curiæ Pariſienſis mihi fidem fecit vir numquam ſatis
laudatus Antonius Herovallius. His adde quæ de ſigillo Papæ comminuto ſupe-
rius dicta ſunt ad finem capitis XIV.

CAPUT XIX. B

I. *Concluſio de ſigillis : quando affixa & penſilia.* II. *Ad dextram paſſim affixa, raro ad ſiniſtram.* III. *Contraſigillorum uſus.* IV. *Orbicularia ſigilla affixa, ovalia paſſim appenſa : imagines ad dextram converſæ in affixis.* V. *Sigillorum varii colores.* VI. *Appendiculæ quales.* VII. *Sigilla inverſa.* VIII. *Ordo inter ſigilla penſilia.* IX. *Sigilla aliena veris amiſſis aut comminutis temere ſubſtituta.*

I. EX dictis manifeſtum eſt, ſigilla alia affixa, alia penſilia fuiſſe. Affixa fue- C
runt Imperatorum ac Regum Francicorum ſigilla ad ſæculum XII. ſi aurea,
argentea, ac plumbea excipias, quæ omnia litteris appendi ſolent. Primus ex Regibus
Francorum Ludovicus Groſſus ſigillo penſili uſus eſt, ſed tamen rarius : ſemper
Ludovicus VII ejus filius. Pendulæ fuerunt Pontificum bullæ plumbeæ : nec ullas
nobis videre licuit affixas ſeu cereas, aut ulla hac de re veterum teſtimonia. Pon-
tificum Romanorum exemplo ante Reges & Magnates Epiſcopi quidam ſigilla
chartis ſuis appenderunt, ut Rorico Laudunenſis anno DCCCC LXI, Wido Remen-
ſis anno M LIII, Gervaſius item Remenſis M LXIV, Ratbodus Noviomenſis M LXIX,
Manaſſes II Remenſis M XCVI. qui affixo uſus eſt anno M C IV. Alii paſſim Pon- D
tifices litteris ſuis ſæculo XI affixère ſigilla : quæ ſæculo XII appendi ab omnibus
cœperunt. Affixa tamen fuère ſigilla Bartholomæi Laudunenſis Antiſtitis anno
M C XXVI, eodemque Heinrici Epiſcopi Virdunenſis; Adæ Abbatis Dionyſiani an-
no M C XIV, Hamenſis anno M C XII. At nulla vidimus affixa poſt annum M C
LXIV. quo anno tria ſigilla affixa ſunt chartæ conventionis inter monachos Dio-
nyſianos & Robertum medicum Virgiliacenſem. Magnates item à ſæculo XII ritum
appendendi ſigilla induxerunt, forſan Græcorum Imperatorum exemplo, qui ſi-
gilla aurea diplomatibus ſuis appendebant, uti Occidentalibus maxime compertum
fuit ex ſacra expeditione ſub Urbano II. Quidam ſigilla ſua aliquando appendi, E
aliquando affigi curabant, in his Pibo Tullenſis Antiſtes affixis uſus eſt annis M
XCIV & M C XII, appenſo anno M XCVII, ex archivo ſancti Manſueti. Sigilla paſſim
affixa ſunt per ceram à tergo appoſitam, & ſigillo coagmentatam : rarius per vin-
culum membraneum membranæ adſtrictum, ut in charta Richeri Epiſcopi Vir-
dunenſis pro cœnobio ſancti Michaëlis ad Moſam, & in alia Widonis Archiepiſ-
copi Remenſis pro Moſomagenſi; ac demum in charta Roberti Medici Virgilia-
cenſis, de qua mox egimus. Priorem modum indicat Innocentius III.[a] ubi vitia-
tum ſigillum depingit hoc modo. *Rurſus cùm cera ſigilli ab interiori parte vetuſtiſſima
eſſet; cera quæ appoſita erat ab exteriori parte, quaſi ad conſervationem ſigilli, recens vide-* F
*batur. Quod cùm diligenter inveſtigatum fuiſſet; certo certiùs eſt compertum, quod ſub ve-
tuſto ſigillo charta fuerat perforata, & per glutinum novæ ceræ, quæ fuerat poſita exteriùs
quaſi ad conſervationem ſigilli, vitioſè ſit ipſi chartæ ſubjunctum.*

II. Pleraque ſigilla affixa erant ad dextram, nempe ad extremam chartæ oram,
ubi ſcriptura deſinit : quædam tamen ad ſiniſtram, quale eſt unum Ludovici VI
pro Dionyſiano cœnobio, etſi ſpatium vacuum eſt ad dextram : item alia duo, de
quibus ſupra[b] : tum aliud Hamenſis Abbatis pro Compendienſi, atque aliud Adæ
Abbatis Dionyſiani.

[a] *Innoc. III lib. 2 epiſt. 35 apud Alteſerram pag. 293.*

[b] *cap. 16 num. 9.*

A III.* Penſiles bullæ plumbeæ & aureæ ex utraque parte inſcriptæ ſunt : cerea ſi-
gilla primum ſine averſo ſigillo aut contraſigillo appenſa ab Epiſcopis, Magnati-
bus, & à Ludovico VI Francorum Rege. Primus Regum noſtrorum in poſtica ſi-
gillum aliud apoſuit Ludovicus VII ob Ducatum Aquitaniæ : ſed illud repudiata
uxore dimiſit. Philippus Auguſtus unicum lilium primus adhibuit pro contraſigillo.
Ludovicus VIII aliquando unum, aliquando innumera, aliique ad Carolum V.
Inter primos Epiſcopos Hugo Rotomagenſis contraſigillo uſus eſt ab anno M C
XXXVIII, non tamen ſymbolo gentilitio, quod Epiſcopi vix ante medium ſæcu-
lum XIII uſurparunt. Uno antè ſæculo Milites ſeu nobiles viri ejuſmodi ſymbola
B gentilitia in contraſigillis expreſſere, nobiles matronæ exeunte ſæculo XII. quo tem-
pore Abbates etiam & monachorum conventus contraſigillis uſi ſunt.

IV. Orbicularia ſunt paſſim ſigilla affixa, penſilia oblonga ſeu ovalia. In affixis
Regum ſecundæ ſtirpis facies obliquè converſæ ſunt ad ſiniſtrum latus, quædam ad
dextrum, ut imago Carolomanni Pippini Regis filii; adverſi pinguntur Lotharius,
& qui ſequuntur Capetiani Reges.

V. Cereorum ſigillorum colores varii fuêre. Albo ferè uſi ſunt primæ ac ſecundæ
ſtirpis Reges, uti & primi Capetiani: rubeo aliquando Ludovicus VII, aliquando
flavo: viridi in primis Philippus Auguſtus, aliique poſt eum, ſed non ſemper. Ru-
C beum adhibuêre quandoque Reges, Epiſcopi, Abbates, Capitula & conventus,
Clerici & Magnates, maximè in judicatis: album Matthæus Epiſcopus Albanenſis
& Willelmus Remenſis Antiſtes ſæculo XII. In litteris Richardi Abbatis Compen-
dienſis ejuſque conventus anno M C XCIX, Richardi cera alba, conventûs ſigil-
lum viridi conſtat. Viridem tamen præfert ſigillum Guidonis Abbatis ſancti Re-
migii Remenſis anno M CC IX, aliorumque tam Epiſcoporum, quàm Magnatum,
atque illuſtrium quandoque feminarum. Viridi colore à poſteris obducta ſunt ple-
raque ſigilla archivi cœnobii ſancti Manſueti Tullenſis. Denique flavus color, qui
Regibus Francorum ab uno alterove ſæculo proprius eſt, olim etiam aliis commu-
D nis fuit. nam ſubflavi eſt coloris ſigillum Wermundi Epiſcopi Noviomenſis ſæculo
XIII, omnino flavi ſigilla Petri Archiepiſcopi Tarentaſienſis, & Buchardi de Monte-
morentiaco ſæculo XII, item Beatricis Comitiſſæ Ghiſnenſis, & aliorum.

VI. Diverſi item coloris, diverſæque materiæ fuerunt appendiculæ ſigillorum.
Materia ex ſerico, corio, membrana, chordula, & filo. Sericea olim fuêre vincu-
la bullarum pontificiarum, ut in autographis Benedicti III, Nicolai I pro Corbeien-
ſi, Urbani II pro ſancti Baſoli cœnobio: cannabina etiam ab annis bene multis,
quale erat Johannis XIII pro cœnobio Trenorchienſi apud Chiffletium[a]. Sericea
non ſolùm Regum, ſed etiam Epiſcoporum, Abbatum & Capitulorum. Ex corio
E appenſa vidimus ſigilla quorumdam Regum, Epiſcoporum, Abbatum, & illuſtrium
perſonarum. Ex membrana pendet ſigillum Agnetis ſeu Annæ Reginæ, Henrici
I relictæ, pro Foſſatenſi monaſterio; Willelmi Archiepiſcopi Remenſis & Cardina-
lis pro ſancto Theoderico: itemque Petri Remenſis Archiepiſcopi, ejuſque ſuffra-
ganeorum in litteris pro canonizatione ſancti Ludovici Regis. Ad hæc ex membra-
neis vinculis pendent ſigilla quadraginta quinque Priorum, aliorumque Superio-
rum Capituli Provincialis fratrum Prædicatorum apud Cenomannos in litteris pro
eadem canonizatione ad Gregorium VIII datis anno M CC LXXV, quas vidimus in
archivo Dionyſiano. Denique ex filo pendent ſigilla non ſolùm Romanorum Pon-
F tificum, ſed etiam quorumdam Epiſcoporum, aliorumque, ut Manaſſæ ſecundi
Remenſis Archiepiſcopi pro ſancto Remigio de altari ſancti Thomæ prope Vien-
nam. Coloris porro non minor fuit varietas in ſericeis appendiculis. Quidam enim
ſerico partim viridi, partim violaceo, rubeove: alii penitus rubeo, aut viridi uſi ſunt.

VII. In ſigillis tam affixis, quàm penſilibus quædam inverſa fuêre, qualia ex-
ſtant ex Regibus noſtris nonnulla, puta unum ex prima ſtirpe in diplomate Pip-
pini Majoriſdomus ex Dionyſiano archivo: tria ex tertia, unum Philippi I in litteris
A. matris ſuæ pro cœnobio Foſſatenſi penes Chiffletium: duo Ludovici VI in archivo
ſancti Martini de Campis. Inverſa item Epiſcoporum, Waldeberti Noviomenſis pro

a *Tournu pag.* 227 *&* 228.

ſancto Eligio, Fulconis Belvacenſis pro ſancto Dionyſio, Samſonis Remenſis pro A
Corbeia, & quædam alia.

VIII. In appendendis pluribus ſigillis non unus ordo ſervatus fuit. Aliquando enim, ubi duo ſunt ſigilla, minùs digni ſigillum eſt primum, dignioris ſecundum, nempe ad dextrum chartæ marginem, ubi ſcriptura deſinit: ut in litteris Henrici Remenſis & Galteri Laudunenſis Epiſcopi pro ſancto Theoderico anno M C LXVIII, & in aliis. Eadem ratione ubi tria ſunt ſigilla, medium eſt dignioris, tertium ordine eſt ſecundæ, primum tertiæ perſonæ. Sic litteris Ivonis domini Nigellenſis, anno M C XLVI pro Sueſſionenſi monaſterio ſancti Criſpini, appendent tria ſigilla, quorum primum eſt Cononis ejus filii, ſecundum ſeu medium ipſius Ivonis, terium B Theoderici Theſaurarii Noviomenſis ejus fratris. Ex adverſo in chirographo Capituli Noviomenſis & ſancti Eligii medium eſt quidem Balduini Epiſcopi ſigillum, ſed primum Capituli Noviomenſis, tertium conventus ſancti Eligii. Eamdem ob cauſam in charta Radulfi Comitis Sueſſionenſis anni M CC I pendent duo ſigilla, primum ipſius Radulfi, ſecundum Adelaidis ejus uxoris. Denique alius eſt ordo in chirographo Odonis Epiſcopi Pariſienſis, Hugonis Abbatis Dionyſiani, & magiſtri Petri de Corbolio pro Compendienſibus: in quibus primum eſt Odonis, ſecundum Hugonis, tertium Petri. Hæc varietas pendet ex varia ſigillorum converſione ad ſeipſa, & ad intuentes. Nam ſi ea ad invicem conferas, ut medium digniorem, ſic C primum dextrum occupat latus: ſi ad intuentes, contra. Quod ſi numerando digniores cenſeas; dignior eſt qui primo loco ſigillum habet, ſecundus qui ſecundo, & ſic de ceteris.

IX. In fine admonendum eſt, in quibuſdam chartis authenticis, ex quibus primaria ſigilla amiſſa aut comminuta exciderant, alia nonnumquam ex aliis avulſa fuiſſe impoſita, ut in nonnullis inſtrumentis obſervatum eſt. Sed cùm aliquando veteratores illi ſigilli ſuppoſiti inſcriptionem legere, aut diſcernere non valerent; accidit, ut quæ erant exempli causâ, Ludovici Pii aut Caroli Calvi ſigilla, Caroli Magni diplomatibus ineptè aptata ſint. Ea res objecta eſt in cauſa mota inter Mediola- D nenſem Archiepiſcopum & monachos ſancti Donati de Scozula, tum occaſione chartæ Liuthardi Archiepiſcopi, tum diplomatis Henrici Imperatoris, apud Innocentium tertium[a]. De his objectionibus agendum in libro tertio.

a *Innoc. III lib. 2 epiſt. 35. apud Alteſerram p. 293.*

CAPUT XX.

I. *Teſtium ſubſcriptiones, quàm antiquæ.* II. *in bullis pontificiis.* III. *in Synodicis Epiſcoporum litteris,* IV. *quibus ſubſcribunt etiam abſentes, immo & poſteri.* V. *Exempla quædam ex chartis.* VI. *Alia ex ipſis actis ſynodicis.* VII. *Alia exempla ex diplomatibus ſynodicis.* VIII, IX *&* X. *Item alia.* XI. *Exempla in regiis.* XII. *Item in privatis, immo & pontificiis.* E

I. POſt Regum ſubſcriptiones & Cancellariorum, ac poſt regiorum diplomatum, aliorumque inſtrumentorum ſigillationem; nunc conſequenter de teſtium ſubſcriptionibus agendum eſt. Etſi enim plerumque teſtes ante Cancellarium ſub- F ſcribunt; tamen cùm in regiis litteris ſolus cum Rege Cancellarius, immo quandoque ſolitarius ſine Rege ſubſcribat; Cancellarii ſubſcriptionem à regia dirimere non licuit. Hac ergo tractatione abſoluta, jam propter argumenti affinitatem de teſtium ſubſcriptionibus oratio inſtituenda eſt, & quidem de teſtibus ſeu ſubſcribentibus ipſis, id eſt de eorum inter ſe ſe ordine, modo ac tempore ſubſcribendi litteris diverſi generis: deinde verò (quod ſequentis capitis argumentum erit) de eorum ſignis.

De teſtium antiquo uſu inſignis eſt locus apud Jeremiam Prophetam in capite

A XXXII à verſu X, ubi de emtione agri. *Et ſcripſi in libro, & ſignavi, & adhibui teſtes, & appendi argentum in ſtatera. Et accepi librum poſſeſſionis ſignatum, & ſtipulationes, & rata & ſigna forinſecus.* quod etiam patet ex verſu XLIII. At modus ſubſcribendi pro temporum vario ſtatu etiam variavit. Unde Allatius in Animadverſionum num. XVIII Inghiramium merito deridet, ut qui nobis pro antiquiſſimis, & ante Chriſtum natum receptis teſtium ſubſcriptionibus has formulas obtrudit: *Ego Oſmus Pavius Pontifex maximus ſubſignavi*, & alia id genus deridicula. Eſt igitur aliquod operæ pretium inquirere in diverſas diverſorum temporum ſubſcribendi formulas, diverſoſque modos, ut certius de his judicium ferri poſſit.

B II. Atque ut ab apoſtolicis ſeu pontificiis primùm litteris ducam exordium, quo tempore Romani Pontifices Epiſcoporum aut Cardinalium ſubſcriptiones in epiſtolis ſuis admiſerint, inveſtigandum eſt. In privilegiis, quæ habemus, bene multis, Gregorii I, Johannis IV, Adeodati, Johannis V, Sergii I, Zachariæ, Nicolai I, (ut de aliis ſileam) nullæ comparent ſubſcriptiones, præterquam in ſynodicis eorum litteris, quales fuére Agathonis pro Wilfrido [a] Epiſcopo Eboracenſi, quales item habemus Johannis VIII litteras, quibus cum Pontifice multi ſubſcribunt Epiſcopi: nimirum quia hæ litteræ in Synodo confectæ ſunt. Ejus generis duæ exſtant Johannis epiſtolæ apud Chiffletium in hiſtoria Trenorchienſi [b], prior data in Sy-
C nodo Trecenſi pro cœnobio Trenorchienſi: poſterior in Ravennica pro Flaviniacenſi. Sed his antiquius eſt inſtrumentum Pauli I pro Romano monaſterio ſanctorum Stephani & Silveſtri: cui inſtrumento in Synodo ſubſcribunt [c] complures Italiæ Epiſcopi ſub *humilis Epiſcopi* titulo, & poſt eos Preſbyteri & Archidiaconi Romanæ urbis Cardinales. Sed in his obſervanda eſt *ſubſcriptio trium Epiſcoporum, qui reſidui erant, ſed defectu chartæ abſque ſubſcriptione prætcrierant.* quod fortaſſe ideo notatum eſt, vel quia extra aliorum ordinem poſt preſbyteros cardinales ſubſcripſerunt, ne quis eorum dignitati detractum putet. Id verò forſan inde accidit, quòd abſentes cùm eſſent, poſtea rogati ſubſcripſerint. Poſt Johannem VIII plures habentur
D Pontificum litteræ ab Epiſcopis & Cardinalibus ſubſcriptæ tam in Synodo, qualis eſt bulla Leonis IX pro cœnobio ſancti Arnulfi Mettenſi apud Madaurum [d], quàm extra Synodum, maximè à pontificatu Urbani II. una Johannis XIII ab Ottone Imperatore aliiſque apud Ughellum [e]. Sic verò ſubſcribere ſolent Pontifex & alii. *Ego N. Catholicæ eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.* ✠ *Ego N. baſilicæ duodecim Apoſtolorum Preſbyter Cardinalis ſubſcripſi.* Et ſic de ceteris, aliquando abſque prævio ſigno crucis. De hujuſmodi ſubſcriptionibus agit Stephanus Tornacenſis in epiſtola ad quoſdam Judices; ubi ait ſe vidiſſe & legiſſe Alexandri, Lucii, Urbani, Clementis, & Cæleſtini privilegia, *omni ſollemnitate ſubnixa, & Cardinalium ſubſcriptionibus roborata.* Hæ
E modò vocantur bullæ conſiſtoriales, quibus ſolis ſubſcribunt Cardinales.

III. Synodales item Epiſcoporum litteræ pro eccleſiarum ſeu monaſteriorum privilegiis, multorum Epiſcoporum nominibus ac ſignis roboratæ ſunt jam inde ſaltem à ſæculo VII. qualia ſunt privilegia Landerici [f] Pariſienſis Epiſcopi pro cœnobio Dionyſiano, Berthefridi [g] Ambianenſis Epiſcopi pro Corbeienſi, Audomari [h] Morinenſis pro Sithienſi; Emmonis [i] pro Senonenſi ſancti Petri vivi, Agirardi Carnutenſis pro cœnobio beatæ Mariæ, de quo infrà: ut alia omittam ſæculi IX privilegia, quibus plurimi Epiſcopi ſubſcribunt.

In iſtis ſubſcriptionibus Epiſcopi, ſuppreſſo quandoque *Epiſcopi* titulo, ſolum
F *peccatoris* vocabulum uſurpant, ut in charta ſancti Eligii [k] pro Sollemniaco: & Bernardus Abbas Claræ vallenſis in epiſtola II ad Fulconem abſolutè, *frater Bernardus peccator.* Aliquando ſubſcribunt *humiles* Epiſcopi, in privilegio Pauli Papæ I apud Labbeum [l]; & in Speciminibus noſtris: aliquando *Dei gratiâ*, in his Aribertus ſæculo XI & Robaldus ſæculo XII Archiepiſcopi Mediolanenſes apud Puricellum [m]: qui Robaldus in iſtius chartæ exordio ita præfatur: *Ego Robaldus ſanctæ Mediolanenſis eccleſiæ* VENERABILIS *Archiepiſcopus.* His adde Anſelmum apud eumdem [n], qui initio *magna Dei opitulante clementia* Archiepiſcopus dicitur. Sed ante hos Petrus, ejuſdem ſedis Antiſtes regnante Carolo Magno, ſic exorditur [o]: *Petrus per Dei gratiam ſanctæ Medio-*

a *Sæc. 4 Bened. part. 1 pag.* 696.
b *Tournu pag.* 225 & 249.
c *Labbe Conc. tom.* 6 *col.* 1693.
d *Hiſt. Epiſc. Mett. pag.* 357.
e *Ital. Sac. tom.* 8 *col.* 99.
f *Sirmund. Conc. Gall. tom.* 1 *pag.* 495 & *Doublet pag.* 443.
g *Sirmund. Conc. Gall. tom.* 1 *pag.* 502.
h *Sæc.* 3 *Bened. part.* 2. *pag.* 113.
i *ibid. part.* 2 *p.* 613.
k *Sæc.* 2 *Bened. pag.* 1092.
l *Labbe Conc. tom.* 6. *col.* 1693.
m *Puricell. pag.* 372 & 692.
n *id. pag.* 481.
o *id. pag.* 18.

lanenſis eccleſiæ Archiepiſcopus, (quæ verba, *per Dei gratiam*, evertunt inofficioſam cujuſdam neoterici cenſuram, qui ob ſimilem titulum falſi inſimulaverat ſæculi XI epiſcopale inſtrumentum) ita verò ſubſcribit: *Petrus peccator & indignus Epiſcopus, &c.* Quidam ſubſignant *vocati* Epiſcopi, qui tantùm deſignati, non conſecrati erant, ut ſuperiùs expoſuimus [a]. Non tamen quiſquis eo modo ſubſcribit, propterea non conſecratus eſt dicendus, niſi id aliunde conſtet. *Vocatus* enim dici poteſt Epiſcopus, modeſtiæ causâ, eum ad modum, quo Hincmarus in privilegio Dionyſiano hic excuſo ſubſcribit, *nomine non merito Epiſcopus*, eodemque modo quidam ejus exemplo Remorum Pontifices. Certè ſanctus Bernardus Abbas in epiſtola XIV ad Honorium Papam nomen ſuum inſcribit hoc modo: *frater Bernardus vocatus Abbas.* Ex eorum Epiſcoporum deſignatorum numero neſcio an erant *Ruricus Rotomagenſis vocatus Archiepiſcopus* [b] anno DCCCLII in privilegio pro cœnobio ſancti Remigii Senonenſi; & *Liudo vocatus Epiſcopus ſanctæ Nivernenſis eccleſiæ* [c] anno DCCCLXIV pro Autiſiodorenſi ſancti Germani. qui ambo in vulgatis Galliæ Chriſtianæ indicibus non comparent. In poſteriori hocce privilegio ſubſcribit in autographo Chriſtianus hoc modo: *Chriſtianus Autiſodr. Eps egrapſi.* Conſule alias ſubſcribendi formulas in ſpeciminibus noſtris; ſimulque adverte, Epiſcopos non ſemper eamdem formulam in ſubſcribendo uſurpare: quos inter Hincmarus in ſuperiori privilegio pro cœnobio ſancti Germani Autiſiodorenſi ita habet: *Hincmarus nomine, non merito Remorum Epiſcopus, ac plebis Dei famulus ſubſcripſi.* At in Dionyſiano, *Hincmarus ſanctæ Metropolis eccleſiæ Remorum Epiſcopus.* Ubique *munere divino* ſe Epiſcopum dicit *Wanilo* Senonenſis, qui aliquando *Wenilo* ſcribitur. Et *Gauzlenus* Abbas in Piſtenſi privilegio pro ſancto Dionyſio ſubſcribit, qui *Gozlinus* in Compendienſi. Sic variant nonnumquam propriorum nominum ſubſcriptiones, aliquando & ſigna. Sed harum formularum ſatis, ſi tamen omittere licet iſtam, qua Epiſcopi ſe non raro *eccleſiæ ſuæ humiles miniſtros* [d] dicunt, aliquando *miniſtros* [e] abſque adjectivo.

a *ſuprà cap. 2 num. 8*

b *Spicil. tom. 2 pag. 587.*

c *ibid. pag. 591.*

d *Steph. Tornac. epiſt. 227, 282, &c.*

e *Ivo Carnot. epiſt. 74, 78, &c.*

IV. Sed illud in primis obſervatione dignum, quòd ſynodicis diplomatibus non ſolùm præſentes Epiſcopi ſubſcribebant, ſed etiam abſentes, immo & futuri. Unde factum eſt, ut in vetuſtis illis monumentis poſt præſentium nomina, aut certè inter finem contextûs & eorum ſubſcriptiones, amplum non raro ſit relictum ſpatium, quod abſentium & futurorum ſubſcriptiones capere poſſet. Illud autem ob eam cauſam in morem venerat, ne novas ſæpius ad privilegiorum confirmationem litteras ab Epiſcopis obtinere neceſſe eſſet; nec cunctarentur futuri Epiſcopi ea confirmare, quæ in vetuſtis monumentis ab anteceſſoribus ſuis roborata vidiſſent. Hinc fit, ut in illis ſynodicis litteris non raro Abbatum ſubſcriptiones præcedant quorumdam Epiſcoporum nomina & ſubſcriptiones: propterea quòd Abbates illi ſynodo præſentes interfuerant, proximè poſt Epiſcopos præſentes ſubſcribebant; ac proinde ante Epiſcopos abſentes ac futuros, quibus poſtmodum eædem litteræ ſubſcribendæ offerebantur. Quæ omnia ne gratis commemoraſſe videar, argumentis & exemplis comprobanda ſunt.

V. Primo inſigne eſt hanc in rem privilegium Agirardi Carnutenſis Epiſcopi, quod hic nunc primum prodit in lucem, datum anno ſecundo Childeberti junioris Francorum Regis in gratiam monaſterii beatæ Mariæ, quod mater Adeodati ejus deceſſoris intra muros urbis cujuſdam ad Ligerim condiderat. Huic enim privilegio multi ſubſcribunt Epiſcopi: poſt quorum nomina in membraneo archivi Dionyſiani originali reliquum eſt ſpatium latitudine quatuor aut quinque digitorum: & infra Chaino Abbas nomen ac ſignum ſuum apponit, quem ſequebantur alii è lacera membrana avulſi. Non aliam ob cauſam ſervatum erat vacuæ membranæ intervallum, quàm ut abſentium & ſubſequentium nomina reciperet. Formulæ quas in ſubſignando adhibent Epiſcopi hæ ſunt: AGIRARDUS *acſi peccator Epiſcopus hoc privilegium à me factum relegi & ſubſcripſi.* ANSEBERCHTUS *ſervus Jeſu Chriſti hoc privilegium rogitus ſubſcripſi.* Cetera leges infra. Paullo ante id tempus Audomarus Morinorum Epiſcopus Sithienſibus monachis privilegium conceſſit, cujus autographo præter Audomarum ſubſcripſerunt duo Morinenſes Epiſcopi Gravengerus, qui

A aliis Ravengerus, & Baginus ſeu Bainus, qui prædeceſſoris ſui Audomari litteras unus poſt alium ratas habuêre. In hoc privilegio, uti & in ſuperiori, atque adeò in pleriſque aliis, Epiſcopi ſubſcribentes locum ſedis ſuæ haud quaquam apponunt. quod etiam accidit in multis actis Conciliorum. Unde mirari ſubit, eruditum virum [d] hoc nomine interpellare Chlodovei junioris diploma pro ſancti Dionyſii cœnobio. Sed de hoc amplius, ubi ſpecimen ejus diplomatis referemus.

a *Papebroch. Propyl. num.* 124.

VI. Neque verò id contigit tantùm in privilegiis, ſed in ipſis etiam actis Conciliorum, ut conſtat ex Synodo Tuſiacenſi, anno DCCC LX celebrata, cui Epiſcopos dumtaxat quadraginta interfuiſſe probat ejus ſynodi ſupplementum vulgatum B in tomo I Analectorum [e]: tametſi octo ſupra quadraginta Epiſcopi actis Concilii apud Sirmundum editis ſubſcripſiſſe inveniuntur. quod accidit ſanè duabus ex cauſis. Prima, quòd ejuſdem ſedis Epiſcopi duo interdum ſubſcripſerunt, ſcilicet Epiſcopi Noviomenſes duo, Rainelmus & Immo ejus ſucceſſor: duo item Autiſiodorenſes, Chriſtianus & Abo. Altera, quòd ſubſcripſerunt etiam abſentes nonnulli, ad quos ejuſdem Concilii exemplar tranſmiſſum eſt. Id verò longè antea uſitatum fuiſſe docent acta Concilii tertii Pariſienſis, in quo Patres poſtulant, ut *canones hi ab Epiſcopis abſentibus, quibus oblati fuerint, ſubſcribantur*, ſicut præfert ultimi canonis inſcriptio: *quatenus*, addit canon, *in hoc quod univerſis obſervandum eſt*, C *univerſitas debeat conſentire.*

b *Analect. tom.* I *pag.* 57.

VII. Non mirum proinde, ſi utrumque evenit in ſynodicis eccleſiarum ſeu monaſteriorum privilegiis. Certè in Germiniacenſi Concilio anni DCCC XLII conceſſum eſt Curbionenſi [a] cœnobio privilegium, cui permiſtim & confusè inter Epiſcopos ſubſcribunt Archiepiſcopi atque Abbates, in his duo Epiſcopi Sagienſes, Saxobodus & Hildebrandus: quoniam ſcilicet hoc privilegium tam poſteri, quàm abſentes confirmarunt, uti poſtulaverat Synodus his verbis. *Placuit etiam domino Regi, rectumque nobis videtur, atque obſecramus Coëpiſcopos noſtros, qui modò præſentes adeſſe non poſſunt; ſed & religioſos Abbates, dum noſtræ conſtitutionis paginam legerint,* D *unam nobiſcum ineant voluntatem ac ſubſcriptionis ſententiam.* Eadem verba leguntur in litteris Synodi Siſtaricenſis [b] anno DCCC LIX. Deinde in privilegio Synodi Sueſſionenſis pro Dionyſianis monachis anno DCCC LXII ita ſancitum eſt à Patribus [c]. *Hoc autem noſtrum decretum, ſicut eſt, ut verum eſſe credatur, & firmiſſimè ab omnibus catholicæ Fidei teneatur præſentibus ac futuris, ſubſcriptionibus propriis cuncti roborare ſtuduimus; & ut idem faciant in celebrandis deinceps ſynodalibus Conciliis omnes noſtri Ordinis obſecramus.* Hinc cùm Wenilo Senonenſis Antiſtes à Sueſſionenſi Concilio tum abeſſet, Baltmundus Archidiaconus *ad ejus vicem* his litteris ſubſcripſit, relicto ſpatio pro Wenilone, qui poſtea & ipſe nomen ſuum appoſuit hoc modo. *Ego Wani-* E *lo munere divino Sennenſis Epiſcopus, priùs per Advocatum, poſtea per memetipſum ſubſcripſi.* Idem præſtitit Æneas Pariſienſis, cujus loco Otmundus Diaconus hoc privilegium firmaverat. Utriuſque ſubſcriptionis forma hæc eſt: OTMUNDUS *Diaconus ad vicem domini & patris mei* ÆNEÆ *Pariſienſis Epiſcopi ſubſcripſi. Relegens ego ipſe* ÆNEAS *Pariſii Epiſcopus ſubſcripſi.* Quin etiam eidem privilegio duo ſubſcribunt Aurelianenſes Antiſtites, Agius & Gualterus. Ad hæc Abbates ante Epiſcopos quoſdam ſubſcribunt, ut videre licet in ſpecimine inferiùs edito, quod ex ipſo archetypo expreſſimus.

c *Sac.* 4 *Bened. part.* 1 *pag.* 250.

d *ibid. pag.* 501.

e *Doublet pag.* 797 *vide Specimina noſtra.*

VIII. Exempla hæc ſufficere poſſent ad propoſitum: ſed quia res non levis eſt F momenti, unum & alterum inſuper adjicere lubet. Primum eſt Synodi Cabilonenſis privilegium pro Trenorchienſi monaſterio [d] conceſſum anno DCCC LXXV, quod privilegium non ſolùm præſentes qui erant Epiſcopi confirmant, ſed etiam *abſentium quoque Sacerdotum nec minus idoneis ſtipulationibus per Chriſtum & in Chriſto fulciri poſtulant.* Id pro eorum voto præſtitum eſſe docent ſubſcriptiones, in quibus Archiepiſcopi nonnulli poſt Epiſcopos ſubſcribunt, nempe qui abſentes erant, aut poſtea ſucceſſêre. Nam tres inter eos inveniuntur Lugdunenſes, Remigius, Aurelianus, & Guidò: Æduenſes Epiſcopi duo, Adalgarius, & Rotmundus: totidem Cabilonenſes, Gerbardus, & Ildeboldus: ac duo item Laudunenſes, Hincmarus, & Hedenulfus.

f *Tournus pag.* 216 *& ſeq.*

IX. Alterum privilegium eſt Synodi item Cabilonenſis anno DCCC LXXVII in- A
dultum Divionenſi ſancti Stephani eccleſiæ : quo in privilegio [e] item poſtulant
Patres *per Chriſtum & in Chriſto*, *ut* illud *abſentium quoque Sacerdotum idoneis ſuperſcriptionibus confirmetur.* Et primùm quidem id ratum habent præſentes Epiſcopi, numero octo, cum Mancione Preſbytero & Cancellario ſancti Mammetis, qui iſtud privilegium ſcripſit. tum is notas chronologicas ſubdit, XV *Kal. Julii Indict.* V, *anno ſecundo regnante Karolo Imperatore Auguſto in Gallia.* Poſtea ſubſcribunt multi Epiſcopi earumdem ſedium, quarum priores ſubſcripti Antiſtites fuerant.

X. Paullo diſſimile eſt Argrini Lingonenſis pro eadem ſancti Stephani eccleſia privilegium [a] anni DCCCC VII, flagitantis id ratum haberi *à caritate & munificentia* B
ſucceſſorum ſuorum. id quod exſecuti ſunt Guarnerius & Bruno, qui extra ordinem poſt notas chronologicas itidem ſubſcripſerunt. His adde Roriconis Laudunenſis Epiſcopi litteras, quarum ſpecimen edimus, anno DCCCC LXI datas, quibus ſubſcribit Adalbero Remenſis poſt decennium, cùm anno DCCCC LXXI conſecratus ſit Remorum Antiſtes. Has litteras Marlotus in tomo ſecundo Metropolis Remenſis, ſed omiſſis Epiſcoporum ſubſcriptionibus, refert [b], & multo poſt [c] chartæ de fundatione cœnobii ſancti Nicolai ſubſcriptiones adducit, in quibus poſt Elinandum ſubſcribit Rainaldus Remenſis, cui poſt Elinandum oblata fuerat. Eodem fere tempore, id eſt anno M LXXXIX, Willelmus Aquitaniæ Dux libertatem, *ſeu* C
(ut vulgariter loquar) ſalvamentum Silvæ-majoris Abbati Geraldo ejuſque monachis conceſſit, annuentibus ac ſubſcribentibus Gocelino Burdegalenſi Archiepiſcopo, aliiſque præſentibus nobilibus ac potentibus viris [e]. *Sequenti etiam anno, congregato Burdegalenſi civitate Concilio, confirmata ſunt iterum hæc à Comite ipſo, decretumque eſt ab omni Epiſcoporum, Abbatum, & Sacerdotum collegio, ut quicumque aliqua temeritate violare tentaverit, perpetuæ excommunicationis damnatione reus ſit, niſi ad congruam ſatisfactionem venerit.* His ſubſcribunt Epiſcopi & Abbates, qui Concilio præſentes erant. Hæc adeo manifeſta ſunt ad probandum id quod intendimus, nempe abſentes ac futuros Epiſcopos ſynodicis litteris poſt alios ſubſcripſiſſe, ut id in confeſſo debeat eſſe apud omnes. Certè huc calculum ſuum confert eruditus vir Petrus Franciſcus Chiffletius in hiſtoria Trenorchienſi cap. XX. atque id ſe in pluribus litteris ait obſervaſſe, quod in Cabilonenſibus anni DCCC LXXV deprehenderat. Huc laudat chartam pro cœnobio ſancti Benigni, aliamque pro ſancti Germani Autiſiodorenſi ſibi viſas ac lectas. Benignianam illam eſſe puto, qua Iſaacus Lingonenſis annuit monachis jus eligendi Abbatem ſecundum Regulam ſancti Benedicti cum interminatione excommunicationis : *cui excommunicationi Archiepiſcopi quinque, & Epiſcopi decem numero ſubſcripſerunt*, teſtante Chronographo [f] ejuſdem cœnobii : *ac deinde omnes qui poſt eum fuerunt eccleſiæ Lingonenſis Epiſcopi.* His omnibus adjici E
poteſt exemplum Milonis Epiſcopi Sueſſionenſis pro parthenone beatæ Mariæ ejuſdem civitatis : cujus loci Abbatiſſâ mortuâ, Beatrix de Martinimonte Prioriſſa ſtatuta edidit, probante Milone Epiſcopo, ac pollicente, ſe apud futuram Antiſtitam effecturum, ut ipſa ſigillum ſuum unà cum conventuali & epiſcopali illis ſtatutis apponeret. Exſtant hæ litteræ apud noſtrum Michaëlem Germanum in Probationibus Hiſtoriæ ejuſdem Parthenonis ad annum M CC LXXXII. Verùm hæc aliaque ſimilia volens prætermitto.

XI. Sed tamen temperare non poſſum, quin idem etiam in litteris regiis contigiſſe demonſtrem uno & altero exemplo. Utrumque ſuppeditat Chiffletius in F
hiſtoria Trenorchienſi [g]. Primum eſt privilegium Lotharii Regis anno ſecundo regni ejus, id eſt anno DCCCC LV, datum, cui ſubſcribit Lotharius ſolito more cum monogrammate & ſigillo membranæ affixo : ac poſt cum Emma Regina, & filius eorum Ludovicus hoc modo : *Signum* EMMÆ *Reginæ. Signum* HLUDOVICI *Regis filii eorum.* Sed utrumque alia manu, ac dilutiore atramento ſcriptum eſſe obſervat Chiffletius ; colligitque has duas ſubſcriptiones longè poſt tempus dati diplomatis fuiſſe adjectas ad confirmandum Lotharii privilegium, *more*, inquit [h], *priſcis ſæculis ſatis uſitato.* Alterum exemplum eſt in eadem hiſtoria, ſcilicet Philippi I

a Pérard pag. 51.
b ibid. pag. 55.
c Marlot tom. 2 pag. 9 & 10
d ibid pag. 176.
e Eſtiennot tom. 10 fragm. mſſ.
f Spicil. tom. 1 pag. 414.
g Tournus pag. 280.
h ibid. pag. 326.

A Francorum Regis, diploma datum anno M LXXV. cui diplomati multi ſubſcribunt
Epiſcopi, poſt eos Ludovicus Rex his verbis : *Ego Ludovicus Francorum Rex hoc præceptum laudo & confirmo.* Ubi advertit Chiffletius, Landricum Matiſcenſem Epiſcopum extra ordinem poſitum eſſe in autographo, nec videri primæ inſtrumenti confectioni interfuiſſe. at Ludovicum Regem, qui cognomento Groſſus dictus eſt,
necdum natum eſſe anno M LXXV, quo conditum eſt diploma: ac proinde multis pòſt
annis paternum privilegium ſubſcriptione ſua comprobaſſe. Ut rem finiam, in litteris Drogonis Comitis, quibus Advocati jus refundit in monachos Gemeticenſes, hæc
aponitur [a] chronologica nota. *Anno ab Incarnatione Domini* MXXX, *Indictione* [XIII] a Sæc. 3 Bened. part. 2 pag. 625.
B *regnante Rege Francorum Rotberto, anno regni ſui* XLII, *& filii ejus concorditer cum ipſo regnantis anno jam quarto Henrici.... Ego Henricus gratia Dei Francorum Rex hanc chartam à beatæ memoriæ patre meo Rotberto confirmatam regia authoritate ſimiliter confirmo.* tum ſequuntur aliæ ſubſcriptiones : quibus poſterior, tametſi ordine prima, acceſſit
Henrici Regis ſubſcriptio poſt mortem Rotberti patris ſui, ut indicant hæc verba
beatæ memoriæ, quo tamen vivente charta confecta eſt. Tertium exemplum nobis ſuppeditat Zuentiboldi Regis autographum ex archivo cœnobii ſancti Michaëlis ad Moſam, cui ſubſcripſit primùm Zuentiboldus XVIIII *Kal. Sept. anno Domini* DCCC XCV, *Ind.*
XI, regni ſui *anno primo, in vico Droſlei juxta Noviomam civitatem:* poſtea ſupra ſignum Wi-
C delgeri ejus Notarii Ludovicus Rex appoſitâ *Datâ* in ſpatio vacuo ante *Datam* Zuentiboldi, hunc in modum. *Signum domini HLudovici Sereniſſimi Regis*, cum ſolito monogrammate. tum, *Data* XVI *Kal. Sept. anno Inc. Domini* DCCCCVIII, *Ind.* XI, *anno autem regni Domni HLudowici* VIIII. *actum Franconofurt.* Singularis eſt hæc duplex *Data.*
Quartum denique ſuggerit charta Sanctii Regis [b] Aragonenſis, cui ſubſcribit cum Sanctio Petrus ejus filius, & ipſe Rex dictus, *æra ſcilicet* M CXXVIII. deinde verò *æra* M C LVIII Aldefonſus hoc modo : *Ego Aldefonſus gratiá Dei Rex Aragonenſium & Pampilonenſium, decreta genitoris mei & fratris laudo, & manu mea ſigno æra* M C LVIII. b Blanca pag. 607.

XII. His adde privatas litteras, quibus etiam abſentes poſtea ſubſcripſerunt : in his
D chartæ Guillelmi Aquitanorum Ducis pro Vindocino, quam poſtea ſubſignarunt
Patres Synodi Santonenſis apud Beſlium [c] : & chartæ Willelmi Abbatis de conditu c Beſly de Comit. Pictav. pag. 414.
cœnobii Fructuarienſis, cui chartæ *præſentes & abſentes quamplures ſubſcribere teſtes*
exorat Willelmus [d]. Immo id etiam accidit in bullis pontificiis : qualis eſt bulla Ur- d Ital. ſac. tom. 4 col. 1494.
bani II, quam vidi penes V. Cl. Stephanum Baluzium, anno M XCV data, poſtea
ab Epiſcopis in Synodo Placentina confirmata.

E

CAPUT XXI.

I. *De teſtibus & ſubſcribentibus in regiis litteris ſub Merovingis.* II *ſub Carlovingis,* III. *ſub Capevingis.* IV. *qui Procerum chartis aliquando ſubſcripſerunt* V. *Signa idiographa ut ab ipſis Regibus adhibita : quid cautum ad cavendos eorum falſatores.* VI. *Teſtes in regiis diplomatibus apud Anglos.* VII. *Formula,* Teſte me ipſo. VIII. *Modus ſubſcribendi ſub Richardo I.* IX. *Teſtes in regiis chartis apud Hiſpanos.* X *&* XI. *Teſtes in privatis.* XII. *Alii teſtes traditionis, alii inveſtituræ.* XIII. *Ordo ſubſcri-*
F *bentium.* XIV. *Notariorum ritus in ſubſcribendo.*

I. A Subſcriptionibus, regiis diplomatibus (ut mox dicebamus) adjectis, ſenſim devenimus ad teſtes, qui Regum litteras ſimul cum ipſis Regibus ſubſignarunt. Omnibus videtur præiviſſe Claudius Imperator, qui auctore Suetonio, *teſtamentum conſcripſit, ac ſignis omnium Magiſtratuum obſignavit.*

Eodem modo Carolus Magnus teſtamentum ſuum ab *Epiſcopis, Abbatibus, Comitibuſque, qui tunc præſentes eſſe* potuerunt, ſubſcribi curavit, prout legitur tum apud Eginhardum in ejus vita, tum in tomo primo Capitularium. Sed ut rem altiùs

repetamus, Chlodovei Magni diplomati pro Mitiacenſi cœnobio ſubſcripſit cum A
Rege Euſebius Epiſcopus Aurelianenſis. Chlodoveus junior anno XVI regni ſui, con-
ventu apud Clipiacum habito, præceptum edidit pro cœnobio ſancti Dionyſii, illud-
que multorum Epiſcoporum ac Procerum nominibus ſubſignari voluit. *Huic* quippe
conventui, teſtante poſt Geſta Dagoberti Aimoïno [a], qui hujus privilegii prolixam men-
tionem facit, *interfuêre propè omnes Gallicani Epiſcopi, inter quos quidam ſancti exſtite-
runt viri, quos ſancta Eccleſia dignis effert honoribus, quod ad eorum ſepulcra variis vexati
ſanentur infirmitatibus, id eſt beatus Audoënus, & ſanctus Rado frater ipſius, atque domnus
Eligius cum beato Sulpicio, necnon ſancto Eucherio.* Eam ob cauſam operæ pretium pu- B
tavimus iſtud privilegium ex autographo papyri Ægyptiacæ integrum exhibere inter
ſpecimina veterum ſcripturarum ſeu diplomatum, cum ſubſcriptionibus tantorum
virorum: in quo quidem præter ceteros eruditus Carolus Cointius [b] *nullam falſita-
tem aut interpolationem* agnoſcit. Pauca invenias alia primæ ſtirpis diplomata regia,
quibus teſtes ſubſcribant: inter quæ neſcio an numerari debeat Childerici Regis &
Imnechildis Reginæ privilegium pro cœnobio Elnonenſi, vulgatum à Miræo in Di-
plomatibus Belgicis [c], ubi pro *Imnechildis*, quæ Sigeberti Auſtraſiorum Regis relicta erat,
mendosè legitur *Bilechildis*. quæ lectio emendatur ex privilegio ſancti Amandi de Ba-
riſiaco, quod privilegium retuli ad calcem Sæculi noſtri ſecundi. In monumentis
verò hîc relatis ex Sithienſi Chartario invenies Baltechildem Reginam Theoderici Re- C
gis, & Chrodechildem Chlodovei tertii litteris ſubſcripſiſſe.

a *Aimoin. lib.* 4 *cap.* 41.
b *Coint. tom.* 3 *Annal. ad annum* 653 *num.* 36.
c *Miræus lib.* 3 *cap.* 5.

II. In ſecunda ſtirpe præter Caroli Martelli litteras, anno poſt Theodericum mor-
tuum quinto datas, quibus multi Francorum optimates ſubſcribunt in autographo
Dionyſiano [d]; Pippini Regis privilegium pro Fuldenſi monaſterio à Proceribus etiam
ſubſignatum fuiſſe docet clauſula, in qua privilegium *tam anuli* regii *impreſſione, quàm
Fidelium noſtrorum*, inquit Pippinus, *adſtipulatione ſubnixum* dicitur: tametſi neque in
epiſtolarum Bonifacianarum collectione, neque apud Othlonum, ullæ comparent
ſubſcriptiones. Huc revocanda quæ ſuperiùs diximus de ſubſcriptionibus teſtamen-
ti Caroli Magni. Iſtud præceſſit donatio ab eo facta eccleſiæ Romanæ, *quam propria* D
*manu ipſe corroborans, univerſos Epiſcopos, Abbates, Duces etiam, & Grafiones in ea adſcri-
bi fecit*, teſte Anaſtaſio [e]. Non dubito quin litteris, quas de dividendo inter filios
ſuos imperio edidit Ludovicus Pius, Francorum Proceres etiam ſuſcripſerint. id quod
ſatis innuit his verbis: *Quæ capitula propter utilitatem Imperii, & perpetuam inter eos pa-
cem confirmandam & totius Eccleſiæ tutamen, cum omnibus fidelibus noſtris conſiderare placuit,
& conſiderata conſcribere, & conſcripta propriis manibus firmare.* dicturus, opinor, *propria ma-
nu*, ſi illi, quos vocat, fideles non ſubſcripſiſſent. Ad hæc in litteris Ludovici Germa-
niæ Regis ſubſcribit cum eo Carolus ejus filius apud Dubletum [f]. Denique diploma
Lotharii Regis pro reſtitutione monachorum in cœnobio ſancti Theoderici ſignis ſuis E
confirmant tres Epiſcopi, totidemque Comites apud Marlotum [g]. quod etiam fa-
ctum in litteris ejuſdem Lotharii [h] pro cœnobio Bonævallenſi. His addi poſſet in-
ſignis Giſelæ Pippini Francorum Regis filiæ donatio, facta monaſterio ſancti Dio-
nyſii, cui poſt ipſam ſubſcribunt Carolus, Pippinus, & Ludovicus, tres Caroli Magni
filii, ut in ſubjecto diplomatis autographi ſpecimine, quod cum diplomate ipſo inferiùs
exhibebimus. In idem agmen adducendæ ſunt litteræ Caroli Craſſi tum Regis, anno
DCCCLXXX datæ pro Ambroſiano cœnobio [i] apud Mediolanum: quibus litteris
complures Epiſcopi ſubſcribunt.

d *Doublet pag.* 690.
e *Anaſtaſius in Hadriano.*
f *id. pag.* 785.
g *Metropol. Rem. tom.* 2 *pag.* 20.
h *Sæc.* 4 *Bened. part.* 2 *pag.* 506.
i *Puricell. pag.* 237.

III. In tertia ſtirpe adeo teſtium ac ſubſcriptionum variarum uſus invaluit in litte- F
ris regiis, ut paucæ admodum reperiantur à ſolis Regibus ſubſcriptæ ante exitum ſæ-
culi XIII. Sed & in his ſubſcriptionum modis accedit nonnulla varietas. Primo enim
complures Epiſcopi ac Proceres cum Rege ſubſcribere ſolent ſub Hugone, Rotberto,
Henrico & Philippo. Deinde ſub Ludovico VI ſubſcribentium numerus ad quinque
regni dignitates redigi cœpit, nempe Dapiferi, Buticularii, Camerarii, Conſtabu-
larii & Cancellarii: ita ut vacante Dapiferi aut Cancellarii dignitate ſuppleretur eo-
rum ſubſcriptio hoc modo, *Dapifero nullo, vacante Cancellaria.* quod item de aliis ob-
ſervare memini. Viguit iſte ritus ad ſanctum uſque Ludovicum. Denique ſub Phi-

A lippo tertio nulla deinceps mentio fit ejuſmodi Officialium in ſubſcriptionibus.
Itaque ſub Henrico aliquando [a], ſub Philippo I omnibus fermè regiis litteris quin-
que illorum miniſtrorum nomina appoſita ſunt à Notariis [b], ſed paſſim cum Epiſcopis
& poſt Epiſcopos, hoc modo: *Signum Hugonis Camerarii*, &c. Deinde ſub Ludo-
vico VI minui cœpit ſubſcribentium numerus, redigique ad quinque illos regni
(quos vocant) Officiarios. quod quidem maximè obtinuit ſub annum M C XXX.
Formula ſubſcribendi hæc fuit: *adſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſubtitulata
ſunt & ſigna. Signum N. Dapiferi*, &c. Denique ſub Ludovico VII aliiſque ad Phi-
lippum tertium, ſoli illi quinque Primores ſubſcribere ſoliti ſunt eodem modo:
B exceptis nonnullis diplomatibus, quibus Epiſcopi nomina ſua ad majus robur ap-
ponunt; ut in diplomate anni M C LI pro libertate monaſterii Remigiani apud Re-
mos, cui ſubſcribunt ante Officiales regios Engelbaldus Turonenſis, & Theobal-
dus Silvanectenſis Epiſcopi: tum Odo Dionyſianus & Aſcelinus Foſſatenſis Abba-
tes: poſtremo Officiarii prædicti.

IV. Neque illud hoc loco prætermittendum, quod Reges tertiæ ſtirpis non-
numquam Procerum ſuorum inſtrumentis ſubſcribere non indignum regia majeſta-
te cenſebant. Sic Philippus primus litteris Burchardi Corbolienſium Comitis anno
M LXXI ſignum ſuum apponit apud Marlotum [c]. ſic monumento Drogonis Co-
C mitis pro reſtituendo Gemeticenſibus monachis jure Advocati ſubſcribit Henricus I [d].
Alia exempla facilè diligens quiſque inveniet, qualia ſunt plurima apud Cheſnium
in hiſtoriis familiarum, Vergiacenſis, Ghiſnenſis, Drocenſis, & de Montemo-
rentiaco: item in Spicilegii tomo IV [e], aliiſque. Item in Italiæ ſacræ tomo IV [f]
litteris Willelmi Abbatis de conditione cœnobii Fructuarienſis ſubſcribit poſt
multos Epiſcopos Rotbertus Rex cum filio Hugone Rege, & Philippus I poſtre-
mus in charta Rotberti de Sabulio [g].

V. Ceterum ſub prima ſtirpe, ut dictum eſt, ſubſcriptio nominum à Regibus
propria manu fieri ſolita; ſub ſecunda, itidemque ſub tertia facta eſt Notariorum
D ſeu Cancellariorum manu, excepto ſigno idiographo cujuſque Regis, id eſt litterâ
Y in monogrammatibus pleriſque ſub Carlovingis, & Capetianis nonnumquam ad
Philippum uſque; ſeu ſigno crucis ſub iiſdem Capetianis ad Ludovicum Groſſum:
cujus poſteri rariùs idiographum ſignum diplomatibus ſuis, præterquam inſigniori-
bus, appoſuerunt, etiam poſtquam ſubſcriptionum propriarum ritus inſtauratus eſt.
quod à Johanne Rege in epiſtolis receptum fuiſſe advertimus. Regnante Ludovi-
co XI factum accidit, quod hoc loco commemorare juvat. Anno M CCCC LXXX
cùm ſignum Regis proprium à nonnullis, præſertim à Maximiliano Auſtriæ Duce
confingeretur, re ad ipſum Regem ejuſque Conſilium delatâ ſtatutum eſt, ut litte-
E ræ *de rebus fiſci*, id eſt *de donis, tranſlationibus, alienationibus, caduci exemtionibus, acce-
ptilationibus, recenſionibus, ſyngraphis* ad præfectos pecuniæ publicæ; quibus litteris
Rex propria manu tum ſubſcribere ſolebat: ſtatutum inquam eſt, ut præter ſignum
Regis hæ litteræ ab uno ex duobus ſcribis regiis etiam ſubſignarentur; itidemque
aliæ litteræ clauſæ ad varias regni perſonas. At verò litteræ ad Pontificem maxi-
mum, exteroſque Reges ac Principes, inſuper ſigillo ſecreti munirentur. Hoc
ſtatutum ſuo loco inferiùs editum nobis communicavit V. Cl. Herovallius.

VI. Apud Anglos item regia diplomata variis nominibus ac ſignis paſſim à
ſæculo VII muniri mos erat. Ejus rei teſtimonium præbet Venerabilis Beda in epiſtola
F ad Egbertum Eboracenſem Epiſcopum, agens de nonnullis laicis ſolutioris vitæ, qui
*ſub prætextu conſtruendorum monaſteriorum emebant ſibi territoria; & hæc inſuper in jus ſibi
hereditarium, regalibus edictis faciebant adſcribi; ipſas quoque litteras privilegiorum ſuorum,
quaſi veraciter Deo dignas, Pontificum, Abbatum, & Poteſtatum ſæculi obtinebant ſubſcri-
ptione confirmari.* Certè omnia ferè Anglicanorum Regum diplomata, quæ ſive in
Monaſtico Anglicano, ſive in Spelmanni Conciliis leguntur à ſæculo VII, varias
præferunt ſubſcriptiones.

VII. Lapſu temporis inventa eſt ab Anglicanis Regibus compendioſior via, ut
non aliis teſtibus, quàm teſte Rege ipſo litteras quaſdam ſuas roborarent. Hujuſce

a *V. Montmorenc. pag.* 21.
b *ibid. pag.* 23 *& ſeqq.*
c *Metrop. Rem. tom.* 2 *pag.* 167.
d *Sæc.* 3 *Bened. part.* 2 *in fine.*
e *Spicil. tom.* 4 *pag.* 584.
f *Ital. ſac. tom.* 4 *col.* 1494.
g *Spicil. tom.* 11 *pag.* 296.

ritûs originem Richardo primo antiquiorem eſſe non puto, cujus Richardi complures litteræ hac formula, *Teſte meipſo*, vel conſimili præditæ reperiuntur apud Rogerium Hovedenum. Sed illæ omnes aut epiſtolæ ſunt ad diverſas perſonas ſcriptæ, nempe ad Clementem Papam III [a], ad Alienorem Reginam ipſius Richardi matrem [b] regnique primores, & ad Epiſcopos [c] nonnullos: aut mandata ſunt exſequenda in præſens, qualia ſunt ejuſdem ſtatuta [d] illorum, qui per mare tunc ituri erant; & charta [e] de reddenda quadam villa Epiſcopo Dunelmenſi. In aliis chartis majoris momenti Richardus ipſe teſtes de more adhibet, (ut patet tum ex eodem Rogerio [f], tum ex Monaſtico Anglicano;) apponitque chronologicas notas maximè regni ſui, quas in ſuperioribus illis inſtrumentis omittit, appoſito dumtaxat menſis die. Ejuſmodi formula, *Teſte meipſo*, *teſtibus nobis ipſis*, ſeu *Teſte Rege*, propagata eſt ad Richardi ſucceſſores, Johannem, Henricum, Eduardos tres, alioſque Reges ſubſequentes, qui in recognoſcendis ſeu reſtituendis vetuſtis inſtrumentis (*Vidimus* appellant) eamdem formulam non raro adhibuerunt. At in concedendis privilegiis, aliiſque litteris quantivis momenti in poſterum valituris, ab illa abſtinere ſolent, immo permultos teſtes laudant ſub hac formula, *his teſtibus*, aut ſimili. Aliquando verò ſolum teſtem advocabant Cancellarium, ut in charta Henrici I, ſi rectè interpretor ejus clauſulam in tomo ſecundo Monaſtici Anglicani, *T. G. Cancellario*, id eſt teſte *G. Cancellario*. Nullus porro Regum Francorum hæc verba, *Teſte meipſo*, ſibi tribuit, tametſi quædam referuntur ſancti Ludovici diplomata in hunc modum deſinentia, ſed quæ vel hoc capite vitioſa aut ſuſpecta cenſeri debent: uti & privilegia inſignia Angliæ Regum, quæ nullos teſtes habent, ſed ſolo *Teſte meipſo* muniuntur. Nam ſola (ut jam dixi) mandata in præſens exſequenda, aut epiſtolæ regiæ ad quoſvis directæ, aut recognitiones veterum chartarum, tametſi paucæ, hac formula affectæ ſunt. Cetera majoris momenti monumenta teſtes præferunt bene multos. Viguit formula illa, *Teſte meipſo*, in minutioribus negotiis & epiſtolis uſque ad Henricum VI, qui *juſſus legationem mittere ad conventum Mantuanum, nomine regio & rebus quæ ibi tractandæ forent non indignam, Epiſcopos & Proceres regni præclaros deſignavit oratores: ſed nemo illorum iter ingreſſus eſt, contemſerunt omnes Regis juſſionem. Ille duos Preſbyteros modici nominis ad Pium (Papam II) tranſmiſit, qui & obedientiam offerrent; & cur legati majores non veniſſent, cauſas redderent. In litteris mandati non fuerunt de more aut teſtes nominati, aut ſubſcripti Tabelliones: ſed adnotata erat Regis manu hujuſcemodi ſubſcriptio*, HENRICUS TESTE MEIPSO; *& ſigillum regni appenſum. Contemſit Pontifex, deriſitque tanti Regis tam vilem legationem; nec ultra ad conſpectum ſuum admiſit*. Hæc ex Johanne Gobelino in libro tertio Commentariorum Pii ſecundi. Diſplicuit hæc ſubſcriptio Pontifici magis ob legatorum ignobilitatem, quàm ob verborum inſolentiam. nam ſi bona fide expendantur, tantumdem valent, atque iſta, *Ita teſtor Henricus Rex*. quæ cum ſigillo regio ſufficiebant ad mandato fidem conciliandam, maximè cùm Regis manu hæc ſcripta eſſent. Porro ante Anglicanos Reges aliquid ſimile habetur in litteris Rogerii Calabriæ Comitis, cœnobio Pactenſi conceſſis [g] anno M XCIV. quibus ita ſubſcribit apud Rocchum Pirrum. *Teſte me dante & concedente, & conjuge mea Adalayde Comitiſſa*, &c. tum in aliis [h]: *Teſte eodem Comite Rogerio & Goffrido Infante filio ſuo*. Sed inter has formulas & Anglicanam id diſcriminis eſt, quòd Anglorum Reges ſub hac formula non alios teſtes adhibeant: ſecus Rogerius in chartis mox commemoratis.

VIII. Verùm ante Richardum primum Anglorum Regem ita adhibebantur teſtes in litteris regiis, ut tamen teſtes ipſi non ſubſcriberent manu ſua, ſed tantùm commemorarentur ſub hac formula, *his teſtibus*, ſeu *his audientibus*. qui ritus à Willelmo Conquæſtore maximè invaluit. nam antea teſtes propriis manibus nomina ſua diplomatibus adſcribebant, idque poſt Willelmum aliquamdiu perſeveravit. At formulæ mox dictæ ſæculo maximè XII in uſu erant. In exemplum eſto diploma Henrici III, inter vetera monumenta hîc relatum, quo ſe ob Dapiferatûs dignitatem Regi Francorum, *ſicut Comitem Andegavenſem*, ſervire debere profitetur.

IX.

[a] *Roger. Hoved. fol.* 386.
[b] *fol.* 413.
[c] *fol.* 416 *verſo* 422. 445.
[d] *fol.* 379 *verſo*.
[e] *fol.* 380.
[f] *id. fol.* 375 & 377 *verſo*.
[g] *Sicil. ſac. lib.* 3 *pag.* 386.
[h] *ibid. pag.* 387.

A IX. De Hiſpanorum Regibus id affirmari poſſe videtur, eorum pleraque diplomata à ſæculo X teſtium ferè nominibus munita eſſe, ut apud Antonium Yepezium & alios advertere licet, atque in Bibliotheca Cluniacenſi [a], ubi aliquot Hiſpanicorum Regum litteræ ſub teſtium adſtipulatione referuntur. Præter has notatu dignæ ſunt Alfonſi Boni litteræ, quibus cœnobium ſancti Petri Burgenſe Caſæ-Dei ſubjicit ærâ M C LXXXVII. aliæ Alfonſi Nobilis pro eodem æræ M CC XVIII. tertiæ item æræ M CC XXX. Aliud Adefonſi Boni diploma inter ſpecimina exhibemus. In illis porro id obſervare licet, primo labari figuram initio cujuſque diplomatis apponi cum litteris A & Ω. Secundo ſignum crucis pro Regis ſigno adhiberi. Tertio Regem ubique di-
B ctum Imperatorem. Quarto ſingularem formulam Notarii, *Geraldus ſcripſit ſcriptor Imperatoris per manum magiſtri Hugonis Cancellarii.* Quinto denique notanda ſecundi diplomatis epocha. *Facta charta iſta Burgis, æra* M CC XVIIII, XVIII *Kal. Junii, anno* V *ex quo ſereniſſimus Rex præfatus Aldefonſus Concham cœpit, anno primo quo Infantaticum à Rege Feirando patruo ſuo recuperavit, menſe ſecundo ex quo natus eſt Burgis Rex Sancius, præfati Regis Caſtellæ filius.* Horum autem diplomatum notitiam acceptam refero noſtro Claudio Stephanotio, qui vetera monumenta indefeſſo labore mihi ſuppeditat. Apud eoſdem Hiſpanos primores ſub *Poteſtatis* nomine non raro ſubſcribunt, ut Morales in Eulogium notat [b].

C Jam verò etiam Imperatores Germanici in diplomatibus ſuis ſubſcriptiones teſtium admisêre ſaltem à ſæculo XII. Eo in numero Frederici Ænobarbi pro Cluniaco [c] datæ anno M C LIII multos præferunt teſtes: aliæ item pro cœnobio Caſæ-Dei anni M C LXXXIV, quibus ſubſcribunt Conradus Archiepiſcopus Moguntinus, Robertus Archiepiſcopus Viennenſis, aliique Epiſcopi ac Proceres in autographo, quod in eodem monaſterio adſervatur. Hæc in exemplum ſufficiant.

X. Quod attinet ad chartas hominum privatorum, nullæ fermè abſque teſtium ſubſcriptionibus conditæ ſunt, uti præcipiunt veteres leges Alamannorum & aliorum. Atqui teſtes diverſi ſunt generis, diverſoque ordine ſubſcribunt. Quippe ali-
D quando ſoli illi, quibus facta eſt donatio, in teſtes adhibentur, ut in libro primo Traditionum Fuldenſium [d] chartæ Gramanni cujuſdam ſoli Abbas Sigihardus & monachi Fuldenſes citantur in teſtes. Aliquando ſolus Cancellarius monachus ſubſcribit vice donatorum ac teſtium, ut in libro ſecundo [e]. immo neque ipſe Cancellarius, aliive teſtes aut donatores tempore Sigihardi Abbatis in libro primo [f].

XI. In ordine etiam ſubſcriptionum multa eſt varietas. Familiarior uſus eſt ejuſmodi apud veteres. *Facta hæc traditio* aut *ceſſio in monaſterio N. anno regni .... Kal. ... coram his teſtibus ... Ego N. hanc chartam traditionis ſcripſi.* Quidam tamen poſtremo loco ſic addunt chronologicas notas. *Datavi* ſeu *notavi diem* &c. Hæc formula obti-
E nuit prope eadem apud Francos, Germanos & Alamannos, ut patet ex monumentis Burgundicis apud Perardum, ex Traditionibus Fuldenſibus, & Goldaſti chartis Alamannicis.

XII. In multis tamen litteris inveniuntur teſtes ante & poſt Datam, quando poſtremo loco ponitur. quod accidit duabus ex cauſis. Prima quòd poſteriores teſtes in chartæ confirmationem adducti, cùm nullum inter primos teſtes ſpatium vacuum repeériſſent, nomina & ſigna notis chronologicis ſuppoſuerunt, ut apud Perardum [g]. Altera, quòd alii teſtes traditionis ſeu conditæ chartæ adhiberentur, alii inveſtituræ, quæ aliquanto poſt ſcriptam chartam tempore, & alio in loco nonnumquam
F fiebat. Hanc obſervationem confirmant multa exempla Traditionum Fuldenſium. Unum [h] eſt in charta cujuſdam Iſanbrahti tempore Sigihardi Abbatis, cujus hæc clauſula. *Acta eſt chartula hæc traditionis anno dominicæ Incarnationis* DCCC LXXXIX *Indict.* III *regnante Carolo piiſſimo Imperatore. Traditio autem iſta eodem anno facta eſt in Comitatu qui dicitur Gozfelda, coram his teſtibus* &c. Ex quibus verbis intelligitur, inveſtituram alio loco ac tempore factam eſſe, quàm chartam ſeu traditionem. At multo illuſtrius hanc in rem factum legimus in Traditione Reginoldi [i] cujuſdam, tempore Eigilis Abbatis. *Facta hæc traditio in conventu publico, in villa Sundheim, coram Comite & Judicibus ſuis, Popo Comes, Adalfrid, Galaman, Liutperat,* &c. *huc uſque traditionis. Nunc autem*

X

[a] Bibl. Clun. col. 1413, 1436.
[b] Morales in Eulog. p. 316. V. Cangii Gloſſar.
[c] ibid. col. 1415.
[d] Tradit. Fuld. pag. 490.
[e] ibid. pag. 500 501.
[f] ibid. pag. 490.
[g] Perard. pag. 16, 21.
[h] Trad. Fuld. pag. 491.
[i] ibid. pag. 531.

veſtitionis Liudperat, *Vadilberi* &c. *anno Domini noſtri Jeſu-Chriſti* DCCC XIX. Ubi vides utriuſque rei teſtes diſtingui, id eſt teſtes *traditionis* à teſtibus *veſtitionis:* Idem obſervatur in litteris Bernhardi [a] & Hudaburgis tempore Rabani Abbatis. *Actum in monaſterio quod nuncupatur Rora, menſe Octobri, XI Kal. Octob. anno XI regni Hludowici piiſſimi Imperatoris, coram his teſtibus. ſignum Bernhart & conjugis ejus &c. Et ipſi teſtes ſunt veſtitionis hujus traditionis, quæ ſupradicto Abbati in eodem die ab ipſis traditoribus facta eſt* &c. Hîc quidem iidem utriuſque facti teſtes: ſed Notarius ſignanter alterum ab altero diſtinguit: propterea quòd alii & alii ſubinde teſtes accerſiri ſolerent, ut diſertè rurſus exprimitur in alia traditione Rabano Abbati facta [b] de Villulis *Elidburg* &c. Similia occurrunt utriuſque rei diſtinctionis exempla in chartario Abſienſi aliiſque paſſim, quæ brevitatis ſtudio prætermittimus. Hinc manifeſtè explicata manet altera cauſa, propter quam duplicis ordinis teſtes aliquando in vetuſtis inſtrumentis inveniuntur, nempe quòd alii eſſent teſtes traditionis, alii inveſtituræ. De priori cauſa, ſcilicet quod longè poſt conditum inſtrumentum novi ſubinde teſtes rogarentur; in memoriam revocanda ſunt ea, quæ de abſentium & poſterorum ſubſcriptionibus diximus in capite ſuperiori. Nec omittere licet, teſtes nonnumquam dici *Confirmatores* [c], aliquando *teſtes per aurem conductos* [d], maximè apud Bajoarios.

[a] *ibid. pag.* 558.

[b] *ibid. pag.* 557. (*male* 521.)

[c] *Gloſſ. Cang. tom.* 1 *col.* 1167.

[d] *ibid. col.* 398.

XIII. In tanta ſubſcribentium ac teſtium varietate hic ferè ordo ſervatus eſt, ut primo loco Reges ſubſcriberent, tum Epiſcopi, dein Abbates, & poſt eos Principes ac Magnates, ut ex variis actis conſtat. Hic mos non modò obtinuit in Gallia, ſed etiam in Hiſpania & Anglia. Huc ſpectat obſervatio Garciæ Loaiſæ in Concilium Toletanum octavum. *Subſcribunt*, inquit, *poſt Epiſcopos & ante eorum Vicarios, Abbates, Archipreſbyteri, & Primicerii: poſtea verò ultimo loco viri illuſtres officii palatini. quod etiam in confirmationibus privilegiorum obſervatum eſſe à Notariis regiis comperio. In privilegiis rotæ regiæ hoc ordine Reges, Reginæ & Infantes confirmant primo, deinde Archiepiſcopus Toletanus, & ceteri primæ ſedis: ilico Epiſcopi omnes: poſtea magiſtri militiæ: ilico proceres & viri illuſtres regni, quibus is honor defertur.* Hactenus Loaiſa. Attamen in Concilio XI Toletano Abbates poſt Miſſos Epiſcoporum ſubſcribunt in actis vulgatis, forſitan errore librariorum. Nam in actis aliorum, ante ejuſmodi Miſſos rata eſt Abbatum ſedes. Certè in XII idem ordo ſervatur. Idem obſervare licet apud Anglos, tum in actis Conciliorum apud Spelmannum, tum in variis diplomatibus, maximè apud Ingulfum, in quibus primo loco Reges, tum Archiepiſcopi & Epiſcopi, dein Abbates, poſtremo Comites ſubſcribunt.

XIV. Extremo loco Notarii Cancellariive ſubſcribere ſolent, ſed ita ut ſub prima ac ſecunda ſtirpe Francica nominibus ſuis ſupponant ſigna, variis tricis convoluta per modum litteræ *S* diverſo modo contortæ, quo ſigno nonnulli verbum *ſubſcripſi* deſignare ſolent. Id quod non tantùm in regiis diplomatibus occurrit, ſed etiam in chartis Epiſcoporum: qualis eſt charta Stephani Arvernenſis Antiſtitis pro Brivatenſi eccleſia: in qua Bernardus ſacerdos, & quidem (ut puto) Stephani Cancellarius, poſtremus omnium poſt Datam monogrammate nomen ſuum expreſſit, ſubſcripſitque cum ſigno, quod parapham vocant. Non tamen quibuſvis Epiſcoporum aliorumve litteris Notarii ſemper propria ſigna cum nomine ſuo apponunt, immo neque quibuſvis ſubſcribunt. Nam in inſtrumento Leonis Ravennatis Pontificis (quod etiam de pluribus aliis obſervare licet) nullius Notarii nomen, ſignumve comparet, immo neque ipſius Leonis, qui verbum *Legimus* appoſuit ſubſcriptionis loco, interjecto duplici ſigno crucis. Sub tertia Francorum ſtirpe Cancellarii & Notarii, ſi quid nomini ſuo addunt, id eſt ſignum crucis. quod tamen in pleriſque autographis non exſtat. Tandem circa finem ſæculi XIII aut ſubſequentis initium rediit in morem priſtinus ſignorum peculiarium uſus apud Notarios, ſed ab antiquis haud paullo diverſus. quod maximè in Notariis apoſtolicis obſervare licet. Denique in ſubſcriptionibus ſuis Notarii nonnumquam uſi ſunt hac formula: *Eadmundus* TUNC TEMPORIS *Cancellarius ſcripſit & corroboravit.* quam formulam legimus in autographo Theoderici Epiſcopi Virdunenſis pro cœnobio ſancti Michaëlis ad Moſam, dato anno M LI. Similis formula legitur in diplomate Ludovici Groſſi pro

A cœnobio Mauriniacenſi, cui diplomati inter alia primorum regni Officialium ſigna legitur: *S. Anſelli* TUNC TEMPORIS *Dapiferi noſtri.* Hæc charta inter alias edita eſt in libro VI.

CAPUT XXII.

I. *Subſcriptiones aliena manu factæ quatuor ex cauſis.* II. *Prima ex neglectu*
B *ſcripturæ.* III. *Qui etiam eccleſiaſticos viros occupavit.* IV. *Secunda ex defectu oculorum.* V. *Tertia ex dignitatis prærogativa.* VI. *Quarta ex conſuetudine.* VII. *Subſcribentium Regum Francorum ſigna ſub prima & ſecunda ſtirpe.* VIII. *Item Cancellariorum.* IX. *Reges alio modo ſubſcribebant actis Conciliorum.* X. *Epiſcopi quo ritu.* XI. *Summique Pontifices.* XII. *Notanda quædam de ſubſcriptionibus Epiſcoporum.* XIII. *Subſcriptiones hominum privatorum.* XIV. *Hi chartam manu tangere ſoliti defectu ſigni.* XV. *Teſtes dicti, non ſubſcripti.* XVI. *Clericorum & monachorum teſtificatio in propria cauſa quondam admiſſa.* XVII. *Formula*
C *quædam ſubſcribentium* XVIII. *Anglorum ritus in ſubſcriptionibus.* XIX. *Germanorum.* XX. *Et Græcorum.* XXI. *Subſcriptio ex ſanguine Chriſti Domini.* XXII. *Mahummedis ſubſcriptio.* XXIII. *Subſcriptio* divina manu.

I. EX ſubſcribentibus multi fuerunt, quorum nomina, non propria manu chartis appoſita ſunt, ſed alienâ, id eſt Notarii inſtrumentum ſcribentis. quod facilè deprehenditur ex uniformi ſubſcriptorum charactere. Id verò quatuor
D ex cauſis accidiſſe puto: primo ex imperitia ſcribendi: ſecundo ex cæcitate: tertio ex affectata quadam prærogativa dignitatis: quarto ex uſu & conſuetudine.

II. Fuit olim tempus, nec fortaſſe multum abeſt à noſtro, cùm quidam nobiles & ingenui homines ſcribendi peritiam contemtui haberent. quod indignè ferens Quintilianus [a], *Non eſt aliena res*, inquit, *quæ fere ab honeſtis negligi ſolet, cura bene ac velociter ſcribendi.* Atqui multos, etiam Reges, in eo errore verſatos eſſe comperimus, ſive id ex litterarum contemtu, ſeu ex defectu inſtitutionis acciderit. Quapropter cùm regiis diplomatibus ſubſcribendum erat, alienâ operâ uti cogebantur, manu ſua ſignum crucis, aut quid ſimile adſcribendo. In hoc numero fuit in pri-
E mis Juſtinus ſenior, qui, auctore Procopio [b], cùm eſſet analphabetus, nec poſſet « pro more aliorum Imperatorum nominis ſui apices indere libellis; tabella lignea « perpolita utebatur, formam quatuor litterarum, quæ latinè legi poſſent, inciſam « continente: eâque libello impoſitâ, calamus colore imbutus, quo ſcribere mos eſt « Imperatoribus, huic Principi tradebatur in manum; quam alii prehenſantes du- « cebant, circumagebantque per illas quatuor litterarum formas. Eodem modo « agebat Theodericus Oſtrogothorum Rex, de quo Auctor incertus ait [c]: *Laminam auream juſſit interraſilem fieri, quatuor litteras Regis habentem, unde ut ſi ſubſcribere voluiſſet, poſitâ laminâ ſuper chartam, per id ſubſcriptio ejus tantùm videretur.* Withredus Cantiæ
F Rex labente ſæculo VII, imperitiam ſuam fateri non erubuit, ſubſcribendo in hunc modum [d]. *Ego Withredus Rex Cantiæ omnia ſupra ſcripta confirmavi, atque à me dictata propriâ manu ſignum ſanctæ crucis pro ignorantia litterarum expreſſi*: quod iterum alibi [e] repetit. His accenſendus Taſſilo [f] Dux Bajoariorum, qui chartam pro Attone Abbate Saltzburgenſi ita concludit. *Quod manu propria, ut potui, characteres chirographi inchoando depinxi coram Judicibus atque Optimatibus meis.* ✠ *Signum manus meæ propriæ Taſſilonis*, &c. Aliud eſt Heribaldi Comitis ſub Ludovico II Imperatore exemplum in Placito mſ. Chartarii Caſaurienſis, ubi hæc leguntur [g]. ✠ *Signum Heribaldi Comitis ſacri palatii, qui ibi fui, & propter ignorantiam litterarum ſignum ſanctæ crucis feci.*

a *Quintil. inſtit. lib. 1 cap. 1*

b *Procop. in Anecdot. pag. 28 & 29.*

c *Confer Quintil. ubi ſuprà.*

d *Spelman tom. 1 Conc. pag. 198.*

e *ibid. pag. 193.*

f *Metrop. Saliſbur. tom. 1 pag. 125.*

g *Vide hanc chartam in lib. 6.*

Non mirum proinde, ſi in privatorum chartis ejus generis exempla occurrunt. A

III. At mirari ſubit, homines, etiam ſacris Eccleſiæ Ordinibus addictos, in tam ſupinam veniſſe ignorantiam, ut nomen ſuum pingere non valerent. Talis fuit Paulinus Zurenſis Epiſcopus, ut patet ex Collatione [a] Catholicorum cum Donatiſtis. Nam Quintus pro Paulino præſente, *litteras* (id eſt ſcriptionem) *neſciente*, ſubſcripſiſſe perhibetur. Talis & Theodoricus Gadarenſis, atque Elias Adrianopoleos Epiſcopi in Concilio II Epheſino: talis Cajumas Phaneenſis in Concilii Calchedonenſis actione I. Tales denique Stephanus & Zoticus *Priores* ſeu rectores monaſteriorum in quinta Synodo CP. actione I. Idem etiam de Gratiano quodam Subdiacono legitur in charta plenariæ ſecuritatis apud Briſſonium [b], data Ravennæ B principatu Juſtiniani. *Signum iſti Gratiani V. S. Subdiaconi litteras neſcientem, & alia manu ſit ... ſcripto*, &c. Eadem de cauſa libello monachorum [c] Orientis ad Menam Patriarcham CP. pro damnatione Severi plures ſubſcribunt per manum aliorum, in his Sabbatius Presbyter & Præpoſitus monaſterii Hypatii per manum Johannis Diaconi ipſius monaſterii, *eo quod neſciret ipſe litteras* [d]. Ea litterarum ignorantia doloſè imputata eſt Tryphoni [e] Patriarchæ CP. qui ſubſcripto in charta nomine ſuo adverſariis occaſionem dedit ſupponendi inſtrumentum, quo reſignationem dignitatis feciſſe crederetur.

a *Collat. die* 1 *cap.* 133.

b *Briſſon. lib. de formul. pag.* 648.

c *Conc. CP. ſub Mena, Labbe tom.* 5 *col.* 130 *& ſeqq.*

d *ibid. col.* 135.

e *Bolland. tom.* 2 *April. pag.* 619.

IV. Alii ex neceſſitate aliam manum adhibebant aut ad ſuam regendam præ C cæcitate, aut ad nomen ſuum apponendum. Sic Eugenius Preſbyter & Prior monaſterii Leucadii prædicto libello [f] ſubſcripſit per manum Pauli Diaconi ipſius monaſterii, *cùm ego*, inquit, *non potuerim propter ſenectutem*. Sic ſanctus Audomarus Morinorum Epiſcopus, cùm ſub finem vitæ ſuæ in cæcitatem incidiſſet, teſtamento ſuo ita ſubſcribit. *Hæc abocellis feci, & alius manum meam tenens ſcripſit & ſubſcripſit.* Et Inchadus Pariſiorum Antiſtes ob eamdem cauſam litteris ſynodicis hîc editis de reſtitutione monachorum in cœnobio Dionyſiano tempore Ludovici Auguſti, ſubſignat hoc modo. INCHADUS *Pariſiacenſis eccleſiæ Epiſcopus interfui: & quia ob amiſſionem luminum ſcribere nequivi, manu propria ſigno crucis ſubter firmavi.* D Idem ob morbum accidit Ariberto Mediolanenſi Archiepiſcopo, cujus hæc ſubſcriptio in charta [g] pro cœnobio Ambroſiano ad annum M XLV. *Signum Ariberti Archiepiſcopi, qui propter ægritudinem ſcribere minimè potui.*

f *Conc. CP. ſub Mena, Labbe tom.* 5 *col.* 138.

g *Puricell. pag.* 416.

V. Alii verò cùm ob dignitatis ſuæ eminentiam nomen ſuum ſubſcribere gravarentur, id in Notarium aut Cancellarium rejiciebant. quod à Francorum Regibus ſecundæ ſtirpis fieri cœptum. nam primæ ſtirpis Reges nomen ſuum ipſi exarabant, ut ex relatis infra ſpeciminibus patet. Pippinus verò ſignum crucis apponere ſatis duxit: & Carolus Magnus, qui difficultate ſcribendi laborabat, teſte Eginhardo in libro de ejus vita; ut imperitiam hanc honeſto ritu ſuppleret, mo- E nogrammatis uſum loco propriæ ſubſcriptionis propriique ſigni invexit. Nec id maximo Principi vitio verti debet. quandoquidem *tentabat & ſcribere, tabulaſque & codicillos ad hoc in lectulo ſub cervicalibus circumferre ſolebat, ut cùm vacuum tempus eſſet, manum effigiandis litteris aſſuefaceret. Sed parùm proſpere ſucceſſit labor præpoſterus ac ſerò inchoatus.* Hæc ergo mihi videtur monogrammatum occaſio. Id in morem tranſtulerunt ſubſequentes Reges & Imperatores: qui omnes monogrammata per Cancellarium efformari curabant. Eum ad modum Aripaldus ſub Anchiſo Duce Beneventano [h]. *Ego Aripaldus ſcribere me juſſi & teſtes adhibere.* Et in Miſcellaneis Labbeanis [i]: *Signum ſanctæ crucis domni Rotberti.* Adi Ughellum in Italiæ ſacræ tomo V F & VIII [k]. ubi leges hanc Petri Epiſcopi ſubſcriptionem: *Signum crucis factum per manum dicti Petri Guardenſis Epiſcopi.* Sic Leodegarius Bituricenſis in litteris ineditis *pro ſe ſubſcribere juſſit.* Et in chartario Lehunenſi Ingelramnus Epiſcopus Ambianenſis: *Confirmo ſignum noſtrum per manum Notarii paginæ imprimendo.* SIGNUM INGELRAMNI EPISCOPI ✝. Quin etiam Epiſcopis quibuſdam in uſu erat, ut non ſolùm nomen ſuum Notariis adſcribendum committerent, ſed etiam ſignum crucis imprimendum ſigillo. Exemplum eſt Arderadi Wlturarienſis Epiſcopi in Italiæ ſacræ tomo VIII. [l] *Signum ſanctæ crucis anulo ſancti Michaëlis figuratum adfiximus.* Nempe ſanctus Michaël eſt

h *Ital. ſac. tom.* 8 *col.* 588.

i *Miſcell. pag.* 501 *&* 555.

k *Ital. ſac. tom.* 5 *& col.* 1541 *& tom.* 8 *col.* 704.

l *Ital. ſac. tom.* 8 *col.* 550.

A patronus cathedralis eccleſiæ Wlturarienſis. Sed his longè alia mens erat, quàm Carino Imperatori, qui referente Vopiſco, *faſtidium ſcribendi tantum habuit, ut impurum quemdam, cum quo ſemper meridie jocabatur, ad ſubſcribendum poneret: quem objurgabat plerumque, quòd bene ſuam imitaretur manum.*

VI. Quippe apud noſtrates alioſque non tam ex ſuperbo illo faſtidio, quàm ex conſuetudine factum eſt, ut teſtium nomina publicis inſtrumentis Notariorum manu ſcriberentur, aliquando ſigno crucis per teſtes appoſito, aliquando prætermiſſo. quod maximè obtinuit ſub tertia ſtirpe. Et in regiis quidem diplomatibus legitur: *Signum N. Dapiferi. Signum N. Buticularii. Signum N. Camerarii. Signum N, Conſta-* B *bularii.* licet omnia hæc nomina Cancellarii manu uno tenore deſcripta ſint. Idem etiam evenit in aliis chartis, quæ datæ dicuntur *his teſtibus* &c. tametſi paſſim teſtes manu ſua haud ſubſcribunt. nimirum quia ſignorum vicem obtinebant regium ſigillum in diplomatibus, & ſigilla aliorum in aliis litteris. Si quis porro ſubſcribentium aliquod tum cognomen, quantumvis ridiculum, habuiſſet, aut dignitatem aliquam; nomini ejus proprio hoc diſcrimen in ſpatio ſuperlineari adſcribebatur. Ejus rei tot ferè exempla ſunt, quot chartæ ſæculi XI & XII, maximè hominum privatorum. Id obſervare licet in diplomate Philippi I pro cœnobio ſancti Dionyſii, quo in autographo legitur, *S. Agnæ Reginæ*, conſequenter. tum *S. Rotberti*, & C ſuper hoc nomen additur eadem manu, *Regis fratris*. Deinde, *S. Walteri*, & in ſuperiori ſpatio, *Archidiaconi*. Præterea, *S. Ingelramni*: & ſupra, *Regis cuſtodis*. Demum, *S. Walteri*, cum additamento interlineari, *Pincernæ*. Alia exempla iſtuc referre otioſum fuerit, ex ſuperiori capite ſeptimo repetenda. Ceterum hic ſubſcribendi ritus per alienam, id eſt Notarii, manum, nullo crucis aliove ſigno plerumque adhibito, viguit maximè à ſæculo XI, perſeveravitque ad ſæculum XV. quo Reges Francorum & privati homines privata & propria ſigna revocarunt. ut modò in ſuperiori capite dicebamus.

VII. Nunc agendum eſt de ſignis, quæ poſt cujuſque ſubſcriptionem, ſive propriâ, D ſive alienâ manu factam, apponi ſolebant. In regiis Francorum diplomatibus Merovingicæ ſtirpis Reges nomen ſuum propria manu majuſculis litteris inſcribebant, appoſito ſigno variis calami ductibus implexo, ſigno crucis nonnumquam præmiſſo. At Cancellarii tam in prima, quàm in ſecunda ſtirpe nomen ſuum ipſi ſcribebant, ac ſigillum regium circumcingebant contortis convolutiſque lineolarum tricis, quas nemo facilè ex archetypis exprimere poſſit, adjectis etiam paſſim quibuſdam notis Tironianis, & aliquando his verbis, lectu ſanè difficillimis: *Bene valeat* ſeu *valeas* aut *vale*, ut alibi [a] diximus. Reges ipſi non ita operoſa tricarum congerie ſigna ſua conficiebant. In his obſervanda ſunt ſigna Dagoberti primi, E Chlodovei junioris ejus filii, Theoderici, Chlodovei tertii, Childeberti ejus fratris, & Chilperici: ex quibus Theodericus ſignum crucis nomini ſuo unus præfixiſſe mihi videtur: ceteri ſignis figuratis uſi ſunt. Pippinus & Carolomannus ejus filius ſignum crucis propria manu nomini ſuo per Notarium ſcripto apponunt: Carolus Magnus & ſubſequentes Reges ſecundæ ſtirpis, adeoque Imperatores monogrammate uſi ſunt à Notariis efficto, cui ductum aliquem, ceu teſſeram propriam, ipſi nonnumquam inſeruiſſe videntur, putà litteram *y* in acuminata quadra [b] apponi ſolitam, quæ alia manu aliquando ſcripta eſt. Inde eſt quod *manu propria* pleriſque monumentis ſubſcripſiſſe dicuntur, ſub hac conſimilive formula: *manu propria ſubter fir-* F *mantes, anulo noſtro* &c. Carolomannus, *manu excellentiæ noſtræ* [c] &c. & alia ejuſmodi ſexcenta. A monogrammate, ſaltem aliquando, abſtinuerunt regii liberi, ut patet ex litteris Giſelæ Sanctimonialis, Caroli Magni ſororis, quibus ipſa cum tribus nepotibus ſuis, Carolo, Pippino & Ludovico, ita ſubſcribit, ut ipſorum ſubſcriptio nominum per Cancellarium appoſita ſit, at ſine ſigillo: illi verò ſignum crucis appoſuerunt poſt *ſignum* hoc modo. *Signum* ✠ *Ghiſelæ nobiliſſima filia Pippini Regis, qui hanc donationem fieri rogavit. Signum* ✠ *Caroli nobiliſſimi filii Domni Caroli præcellentiſſimi Regis. Signum* ✠ *Pippini nobiliſſimi filii Domni Caroli præcellentiſſimi Regis. Signum* ✠ *Chlodoici nobiliſſimi filii Domni Caroli præcellentiſſimi Regis.* Inter eos autem Caroli & Pip-

[a] *ſuprà cap. II num. 7.*

[b] *vide ſuprà caput 10 num. 13.*

[c] *Baluz. Append. ad Conc. Narbon. pag. 173.*

pini ſubſcriptiones dilutiori atramento, ſed eadem Notarii manu exaratæ ſunt, quia poſt alias factæ. Poſtremo in tertia ſtirpe Reges ferè numquam manu propria nomen ſuum adſcribunt, ſed ſemper monogramma, aut ſignum crucis, aut utrumque ſimul, videlicet ſignum crucis aliquando ante monogramma, aliquando poſt illud in fine horum aut ſimilium verborum: *Signum Philippi sereniſſimi Regis.* Conſule Specimina diplomatum Philippi I, qui in charta anni M LXXVI pro Abbatia ſancti Johannis de Vineis ait: *ſicut uſus poſtulat, impoſita cruce & impoſito meo ſigillo regali, adſtipulationem litteris retractam confirmavi.* Et in diplomate Agnetis Reginæ pro cœnobio Foſſatenſi, idem Philippus filius ejus omiſſo monogrammate nudum crucis ſignum adhibuit cum regio ſigillo. Ad hæc in litteris de conditione abbatiæ ſancti Vincentii apud Silvanectum [a]. *Crucis ſignum*, inquit, *digito meo impreſſi, ac charactere nominis mei imprimere juſſi, meoque ſigillo corroboravi.* His adde quæ ſuperiùs dicta ſunt in hujus libri capite X.

a *Molinet in Notis ad Steph. Tornac. pag. 258.*

VIII. Cancellarii porro ſub eadem ſtirpe nomen ſuum extremo loco paſſim ſcribebant, ſæpe litteris paullo majoribus, quàm aliorum, aliquando cum ſigno crucis, quod adhibuit *Urſio Silvanectenſis Epiſcopus ac regiæ majeſtatis Cancellarius* in charta Philippi primi pro monaſterio ſancti Remigii apud Remos. Eodem uſus eſt Ludovicus VI in duobus autographis editis apud Dubletum [b], ita ut in uno appoſitum ſit ante verba, *Signum Ludovici* &c. in alio poſt nomen *Regis.* Verùm in regiis litteris, uti & paſſim in privatis, omne ſignum proprium deſiit ſub Ludovico VII, ac deinceps ſub aliis.

b *Doublet pag.* 846 & 848.

IX. His quæ de Regibus Francorum & Imperatoribus dixi, non obſtant ea quæ leguntur in Concilio Triburienſi anni DCCC XXI can. ultimo *Et Imperator, & pæne omnes Galliæ & Germaniæ Principes ſubſcripſerunt, ſinguli ſingulas facientes cruces.* Ibi enim agitur de actis Concilii, quibus alio modo Imperatores ac Reges ſubſcribebant, quàm diplomatibus ſuis. In his enim monogramma & ſigillum: in illis propriâ manu ſubſcriptionem adhibebant: immo aliquando in diplomatibus pro monogrammate ſignum crucis, ut in Philippo I Francorum Rege non ſemel obſervavi. Neſcio an hoc modo interpretandus ſit Anaſtaſius de Carolo Magno, quem litteras donationis, eccleſiæ Romanæ factæ, *propria ſua manu* corroboraſſe memorat in Hadriano.

X. Epiſcopis etiam mos erat, ut ſynodicas litteras nominibus propriis ſubſcriberent, præmiſſo aliquando ſigno crucis, aliquando Chriſti monogrammate, aut littera *y*, aliquando ſigno figurato poſtpoſito. Hæc manifeſta reddent ſubſcriptiones variæ, quas inter ſpecimina referemus. In privatis chartis item Epiſcopi eodem ferè modo nomina ſua apponebant, aut certè apponi curabant, vel eorum loco nominis ſui monogramma, quale habetur Walteri Epiſcopi Cabillonenſis apud Perardum [c] & Chiffletium [d]: Ruotperti Mettenſis & Adalberonis item Mettenſis pro ſancti Arnulfi: & Rotgeri Catalaunenſis pro ſancti Petri monaſteriis in eorum archivis. Sed & Abbates quandoque monogrammate utebantur, ut Nicolaus Abbas Corbeienſis in charta anni MCLVII. Inter Epiſcopos Leo Ravennas in autographo, quod nobis ſuppeditavit eminentiſſimus Cardinalis Caſanata, erga litteratos omnes munificentiſſimus, nomen ſuum haud appoſuit, ſed verbum *Legimus* loco ſubſcriptionis, cum ſigno crucis ante & poſt. Denique nonnumquam Epiſcopi ſubſcripti ſunt Notarii manu, abſque ullo ſigno.

c *Perard. pag.* 196.
d *Tournu pag.* 217.

XI. In bullis ſummorum Pontificum pleriſque nulla Pontificis ſubſcriptio reperitur. In litteris tamen pro Divionenſi ſancti Benigni cœnobio Johannes V majoribus litteris ipſe ſubſcribit. In bulla Johannis XII pro ſancti Vitoni cœnobio, ante *Bene valete*, diverſa manu à contextu pingitur ſignum crucis. Plerique Pontifices poſt Leonem IX in majori circulo ſuum cujuſque dictum proprium cum prævio ſigno crucis; aut certè dicto proprio per Cancellarium appoſito, ſignum crucis ipſi manu propriâ adſcribere ſolent. Ita Calliſtus II in litteris pro cœnobio ſancti Apri, Urbanus II in bulla inſcripta Burchardo Abbati ſancti Baſoli: ita Innocentius II pro Catalaunenſi monaſterio ſancti Petri, itemque Alexander III, aliique, quorum

A autographa inſpeximus : in quibus diligens lector facilè advertet ex varietate ſcri-
pturæ, an Pontifices manu ſua dictum ſcripſerint. Paſchalis II aliique deinceps
Pontifices in bullis, quibus ſubſcribunt Cardinales, nomen ſuum propria manu
adſcribunt hoc (ut præmiſſum eſt) modo : *Ego N. catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus SS.*
Et Cardinales paſſim cum prævio ſigno crucis : *Ego N. Preſbyter Cardinalis tit. N. SS.*
Alia fere Pontificum diplomata propriis ſubſcriptionibus carent, præter inſigniora
quædam, ut eſt illud Johannis XIII in tomo VII Italiæ ſacræ [a] pro erectione Ar- a *Ital. ſac. tom.* 7 *col.* 99.
chiepiſcopatus Beneventani : cui diplomati Johannes *propria manu* ſubſcribit, &
poſt eum Otto Imperator, aliique Epiſcopi, Presbyteri ac Clerici. De ejuſmodi
B pontificia ſubſcriptione intelligendus eſt Stephanus Tornacenſis in epiſtola [b] ad b *Steph. Torn. epiſt.* 194 *novæ edit.*
ſummum Pontificem. *Accedunt ad nos frequenter & paſſim cum divinis apicibus veſtris*
plures numero, &c. Illud inſuper obſervandum, Romanos Pontifices nonnumquam
alienis litteris manu propria ſubſcripſiſſe. Carolus Magnus litteras de partitione
regni ſui Leoni Papæ, *ut ipſe ſua manu ſubſcriberet*, per Eginhardum miſit [c]. *quibus* c *Eginh. Annal. ad ann.* 806.
Pontifex lectis, & aſſenſum præbuit, & propria manu ſubſcripſit. Agapitus II in epi-
ſtola I ad Gerardum Laureacenſem Epiſcopum : *Privilegia nobis tranſmiſſa manu pro-*
pria munimus & corroboramus. nimirum ea quæ ſuperiores Pontifices conceſſerant.
quod exemplum eſt inſigne ſubſcriptionis poſtea factæ, de qua ſuperiùs [d] egimus. d *cap.* 20.
C Illuſtre eſt aliud ejus rei exemplum in litteris de fundatione cellæ ſanctæ Enimiæ
per Stephanum Epiſcopum Mimatenſem in gratiam Dalmatii Abbatis ſancti Theo-
fredi : quibus litteris ſubſcribit idem Agapitus, ut ſuo loco hîc videre licet, cum
Stephano Epiſcopo aliiſque.

XII. Sed quia rurſus mentio incidit de Epiſcopis, non ab re erit obſervare, in
charta Widonis Remenſis Archiepiſcopi pro ſancto Remigio de altari Bainæ anno
M LIII ſubſcribere in autographo Canonicos alioſque teſtes eadem manu abſque
ſigno crucis : & poſt *Datam*, quæ his ſubſcriptionibus ſubjicitur, ipſius Archie-
piſcopi ſubſcriptionem cum ſigno crucis in hunc modum apponi, *S.* ✠ *ejuſdem*
D *Archiepiſcopi.* Eodem modo idem Wido poſtremus ſubſcribit litteris de altari Baſi-
licæ-curtis. Denique in charta Ratbodi Epiſcopi Noviomenſis pro ſancto Eligio
anno M LXIX omnes teſtium ſubſcriptiones eadem manu factæ ſunt, ſed non eo-
dem atramento (quod evenit in aliis pleriſque, quoniam diverſis temporum
intervallis ſubſcriptiones apponebantur) nec ſignum crucis præmittitur, niſi Rat-
bodi ſubſcriptioni. quod non rarò obſerves in chartis Epiſcoporum. Sic in auto-
grapho Guarini Epiſcopi Ambianenſis, cujus autographi copia mihi ab erudititiſſi-
mo Cangio facta eſt, ſubſcribunt cum aliis teſtibus Guarinus ipſe, & Milo Ta-
ruanenſis Antiſtes, ambo cum ſigno crucis quatuor punctis diſtincto : ceteri abſ-
E que ſigno crucis. Contrà in litteris Willelmi Comitis Augi pro ſancto Luciano
quidam teſtes propria, quidam aliena manu ſubſcribunt, omnes propria ſignum
crucis apponunt.

XIII. Senſim venio ad chartas hominum privatorum, quibus idem mos erat,
id eſt plane varius ac diverſus, ut aliquando per ſe ipſi, aliquando per Notarios
ſubſcriberent. Huc ſpectat Regulæ ſancti Benedicti caput LIX, in quo ſtatuitur,
ut qui monaſticen profiteri cupit, petitionem ſuam *manu ſua ſcribat ; aut certè ſi*
neſcit litteras, alter ab eo rogatus ſcribat, & ille Novitius ſignum faciat, nempe ſignum
crucis. Idem in Concilio x Toletano decretum eſt de vidua, *quæ ſanctæ religionis*
F *obtinere propoſitum voluerit, ut ſcriptis profeſſionem ſuam faciat, à ſe aut ſigno, aut ſubſcri-*
ptione notatam, continentem, ſe & religionis propoſitum velle, & hoc perenniter inviolatè
ſervare. Multo ſeriùs Fulbertus Epiſcopus Carnutenſis in epiſtola XXI agens de re-
probato Magenardo, intruſo in Abbatiam ſancti Petri apud Carnutas, ait omnes
monachos ſcripto edito repugnaſſe, tum ſubdit : *Iſti itaque omnes ſua nomina aut ſub-*
ſcripſerunt, aut ſubſcribi fecerunt me vidente. In charta venditionis Fulrado Abbati
Dionyſiano per Adalhardum factæ, omnes teſtes eadem manu, ſed diverſa à con-
textu, ſubſcripti reperiuntur cum ſigno crucis à ſingulis facto. Id accidit ſub prin-
cipatu Caroli Magni. Idem obſervatur in charta Lantfridi cujuſdam ſub Ludovico

Pio, & in alia cujuſdam Amalrici regnante Ludovico Tranſmarino pro ſancto A
Dionyſio. Signa crucis nonnumquam quatuor punctulis in quatuor angulis inſi-
gnita ſunt. Multæ tamen ſubſcriptiones per ea tempora fiunt manu propria ſin-
gulorum cum ſignis operosè contortis, ut in charta Chrothildis pro conditu cœ-
nobii Brogarienſis Theoderico Rege, cujus chartæ ſpecimen hic damus. Tandem
ſæculo XI paſſim, tum ſæculo XII ac ſequenti fere ſemper, teſtium nomina abſ-
que ullo ſigno proprio adſcripta ſunt à Notariis, ut ſexcenta exempla probant.

XIV. Qui propria manu non ſubſcribebant, neque apponebant ſignum crucis;
chartam manu tangebant, ut ſubſcriptionem nominis ſui à Notario factam ratam
habeterent. Sic Theobaldus Comes anno M LXXXIII inſtrumentum de ſervis ſancti B
Martini ab ſe factum ſigno crucis roborat, uti & Adelaïs ejus uxor: tum aliis tangen-
dam chartam tradit. Verba ejus adſcribo. *Chartam hanc ſigillo auctoritatis noſtræ
impreſſo, cruce autem facta manu noſtra roboravimus, & fidelium noſtrorum manibus tan-
gendo corroborandam dedimus.* Gaufridi Aquitanorum Ducis charta apud Beſlium[a]:
præſentibus iſtis ſubſcriptis, ac ſibi invicem pellem porrigentibus. In regiis litteris ſub ter-
tia ſtirpe regni Primores erectâ manu eas ratihabebant, uti apparet ex chartario
ſancti Martini à Campis, in quo pingitur Rex Henricus privilegium concedens in
curia Principum, id eſt Epiſcoporum & Magnatum, qui Magnates aſſident poſt
Epiſcopos, coronaſque in fronte gerunt, erectâ quiſque ſiniſtrâ manu in ſignum C
confirmationis. In his verò caſibus, ubi nulla idiographa ſigna appoſita ſunt, ſigni
vicem valoremque obtinent ſigilla, ut Juriſperiti[b] docent.

XV. Neque illud inſuper habendum, quòd aliquando teſtes laudantur in chartis
nonnullis, quibus tamen neque ſubſcripſerunt, nec Notarius pro ipſis. Ejus generis
ſunt litteræ Radulfi Comitis Sueſſionenſis pro ſancto Eligio Noviomenſi, quibus
donatio prædii à Stephano Epiſcopo conceſſi rata habetur, appoſitâ in fine hac
clauſulâ: *Hujus rei teſtes ſunt.* nec tamen ulli teſtes producuntur. Nimirum quia
cùm teſtes non raro poſt tempus confecti inſtrumenti ſubſcribebant, fiebat non-
numquam, ut ex incuria partium chartæ ſubſcriptionibus deſtitutæ remanerent. D

XVI. Verùm illud præ ceteris obſervandum, in chartis ferè omnibus, ſive ec-
cleſiarum, ſeu monaſteriorum, admiſſam fuiſſe clericorum & monachorum teſtifi-
cationem in propria cauſa. Ea res paſſim occurrit non modò in litteris donatio-
num, pactorum, aliiſque; ſed etiam in Placitis, ubi ex ſeveritate legum ſententia
pronuntiabatur. Et quia id non levis momenti eſt, ejus mentionem dumtaxat hoc
loco faciendam duximus: tractationem verò in ſequentem librum differendam,
ubi de Notitiis agemus.

XVII. Ceterum quòd in vetuſtioribus monumentis ſubſcribentes eamdem for-
mulam paſſim repetunt, qualis eſt hæc, *Ego N. huic donationi à N. factæ* vel *teſta-* E
mento conſenſi & ſubſcripſi; in cauſa eſt lex penultima D[c]. quâ ita ſtatuitur. *Singu-
los teſtes qui in teſtamento adhibentur, proprio chirographo annotare convenit, quis & cujus
teſtamentum ſubſignaverit.* Obſervat verò Salmaſius[d], *ſubſignare* hoc loco idem eſſe
ac ſubſcribere: *ſignare* idem atque obſignare. tametſi nonnumquam apud infimæ
latinitatis auctores utrumque promiſcuè[e] uſurpatur pro ſubſcribere. Priori ſenſu
apud Beſlium[f] ita legimus in litteris Willelmi Aquitaniæ Ducis: *ſigilli noſtri impreſ-
ſione ſignari.* in diplomatibus regiis paſſim, *aſſignari.* Poſteriori modo accipitur in
diplomate Caroli Craſſi apud eumdem[g]: *propria manu ſignavimus, & impreſſione
anuli noſtri præcepimus ſigillari.* Nec-ſcio an eodem ſenſu alibi[h]: *Goſbertus ſignavit.* F
Item in charta Stephani Epiſcopi Arvernenſis pro eccleſia Brivatenſi: *S.... hoc eſt
quòd exaratum eſt manu propria firmavit, & deſignavit.* ubi verbum *deſignavit* forſan
pro ſigillatione apponitur: nomen Stephani primâ dumtaxat litterâ deſignatum
eſt, vacuo ſpatio relicto ad alias pro tempore adſcribendas, ut initio autographi,
(an veteris antigraphi ad autographum expreſſi) in monogrammatis modum.

Pleriſque vetuſtioribus actis qui ſubſcribunt, id *rogiti* ſeu *rogati* facere dicuntur.
In charta ſancti Eligii pro Sollemniaco[i]; *Chanoaldus Epiſcopus rogatus ab Eligio
hanc ceſſionis ſuæ chartulam ſubſcripſi*, &c. Hinc *charta rogata* in Gloſſario Cangiano.

At

a *Beſly Comit. Pictav. pag.* 373.

b *Favre in Cod. de probat. defin.* 11.

c D. Qui teſtam. facere poſſunt.

d *Salmaſ. de modo uſur. pag.* 436 & 437.

e *ibid. pag.* 397 438 & 441.

f *Beſly de Comitib. Pictav. pag.* 410.

g *ibid. pag.* 196.

h *ibid. pag* 294 *vide Hieronymum Blancam de reb. Aragonenſ. p.* 599.

i *Sæc* 2 *Bened. pag.* 1092.

A At qui nomen ſuum aliena manu adſcribi curabant, hanc præferebant formu-
lam, ſigno crucis quandoque præfixo aut interpoſito: nempe, *Signum* ✠ *Ghiſilæ no-
biliſſima filia Pippini Regis, qui hanc donationem fieri rogavit*, &c. in Speciminibus no-
ſtris. &, *Signum* ✠ *Willelmi Ducis Aquitanorum, illius qui Toloſana matre natus eſt*, apud
Beſlium [a].

XVIII. Venio ad Anglos: apud quos tam Reges, quàm Epiſcopi ac privati ho-
mines, uſi ſunt ſigno crucis ante Willelmum Conquæſtorem. Hinc in Concilio
Celichitenſi anni DCCC XVI cap. VI. *De omni re quæcumque cum vexillo ſanctæ crucis
Chriſti roborata eſt, ſic ſtare ſervarique præcipimus.* Exempla paſſim occurrunt in Mona-
B ſtico, itèm apud Ingulfum & Spelmannum. At crucis ſignum non modò in ſubſcri-
ptionibus, ſed & initio inſtrumentorum appoſitum fuiſſe, & quidem aureo liquore
effictum, docet nos Matthæus Pariſius [b] in vitis Abbatum ſancti Abbani. *Cumque
inſpicerentur Regum Anglicanorum, Offæ ſcilicet ac ceterorum, ſcripta, in quibus pro ſigillis
novo more dependentibus, veteri conſuetudine cruces aureæ manu Regum depictæ, in princi-
pio poſitæ erant*, &c. Hanc demum ſigni crucis ſubſcriptionem mutavit Willelmus
Conquæſtor, referente Ingulfo Abbate in hiſtoria Crulandenſi. *Nam Chirographo-
rum* (ſic diplomata vocabant) *confectionem Anglicanam, quæ antea uſque ad Edwardi
tempora Fidelium præſentium ſubſcriptionibus cum crucibus aureis, aliiſque ſacris ſignaculis fir-
C ma fuerant, Nortmanni condemnantes, chirographa chartas vocabant: & chartarum firmita-
tem cum cerea impreſſione per uniuſcujuſque ſpeciale ſigillum, ſub inſtillatione trium vel qua-
tuor teſtium adſtantium conficere conſtituebant.* Et tamen poſtea idem Willelmus ſigno
crucis uſus eſt ex Orderico Vitali [c], & ex Monaſtici Anglicani tomo 1 [d]. tum Hen-
ricus primus Rex Anglorum anno MC XIII chartam pro Uticenſibus monachis ſigno
crucis ſignavit cum aliis, teſte eodem Orderico [e]; ejuſdemque diploma ſignis cru-
cis munitum refertur in eodem tomo Monaſtici [f]. item Henricus II in quodam di-
plomate, quod refertur in Monaſtici Anglicani tomo III [g]. *Has donationes & ordi-
nationes confirmarunt, & cruce ſignarunt Henricus Rex & Mathildis Regina*, & quidem
D regio ſigillo (ut puto) inſuper adhibito. Apud Matthæum Pariſium [h] Robertus Ab-
bas ſancti Albani ad litteras de ejus ſubjectione erga Epiſcopum Lincolnienſem ſi-
bi objectas reſpondit, *ſe quidem eas litteras nec ſcripſiſſe, nec ſcribi juſſiſſe, nec crucem an-
tepoſitam propria manu annotaſſe.* quod argumento eſt, crucis ſignum etiam tunc, id
eſt ſub finem ſæculi XII, in ſubſcriptionibus uſitatum fuiſſe.

XIX. Idem uſus ſigni crucis apud Hiſpanos, Caſtellenſes & Aragonenſes, in ſub-
ſcriptionibus obtinuit, ſaltem à ſæculo octavo, teſtibus Prudentio Sandovallio [i] &
& Hieronymo Blanca [k]: atque etiam apud Germanos, ut patet in primis ex Browero
in Antiquitatum Fuldenſium lib. I cap. IV. ubi refertur charta ſancti Bonifacii cum
E ſubſcriptionibus ſigno crucis roboratis: qui Bonifacius hunc ſubſcribendi morem
ex Anglia in Germaniam videtur invexiſſe. De Italis præter ſuperiora, plurima alia
ejuſmodi exempla occurrunt, maximè in Italiæ ſacræ tomo VIII [l]. In Sicilia idem
ritus obtinuit, apud Rocchum Pirrum [m] & alios.

XX. Poſtremo etiam Græcis communis fuit ritus ſubſcribendi addito ſigno cru-
cis. Patet ex libello Monachorum relato in Actione V Concilii CP. ſub Mena Pa-
triarcha [n], anno D XXXVI celebrati, cui libello Conſtans Preſbyter & Archimandri-
ta monaſterii ſancti Dii ſubſcribit, προστάξας τῇ ἰδίᾳ μου χειρὶ τὸν τίμιον σταυρὸν, id eſt *appoſita
manu propria venerabili cruce*; idemque præſtat Diogenas Archimandrita monaſterii ſancti
F Thalaſſii. Ad hæc Abbas Ammonathas ſacram ab Imperatore obtinuit ad penſio-
nem capitalem relevandam: tum pergens Alexandriam, curavit ſubſcribi ſacram per
magiſtratus, ſicuti legitur apud eruditiſſimum Cotelerium in Monumentorum Græ-
corum tomo primo [o]. ſed an crucis ſignum, aliudve appoſuerint magiſtratus, inde
non liquet. At præclarum ejus ritûs exemplum eſt apud Nicetam de Ignatii Patriar-
chæ CP. vita. Ignatius quippe in Photiana pſeudoſynodo de ſede dejectus, cùm ſuam
dejectionem propria ſubſcriptione confirmare nollet; *Theodorus* [p] *quidam vi arrepta
manu Ignatii & charta, crucem in illa, quaſi pro eo, loco ſubſcriptionis ſignavit: quam affe-
rens tradidit Photio. Hic verò accepto illo crucis ſigno, ex ſe ipſo deinde ita ſubſcripſit: Ignatius*

a *Beſly de Comitibus Pictav. pag.* 471.

b *Matth. Pariſ. pag.* 52.

c *Orderic. lib.* 6 *p.* 602 & 603.

d *Monaſt. Anglic. tom.* 1 *pag.* 230.

e *Orderic. lib.* 11 *pag.* 840. c.

f *Monaſtic. tom.* 1 *pag.* 161.

g *ibid. tom.* 3 *pag.* 7.

h *Matth. Pariſ. in Abbat. pag.* 49 *col.* 2.

i *Sandoval. de Regib. Caſtellæ pag.* 118, 195, 194, 319 &c.

k *Blanca pag.* 605 & *ſeqq.*

l *Ital. ſac. tom.* 8 *col.* 742 & *ſeqq.*

m *Sicil. ſac. lib.* 3 *pag.* 16 & *ſeqq.*

n *Labbe tom.* 5 *Conc. col.* 173 *ex edit. Biniana.*

o *Monum. Græc. tom.* 1 *pag.* 401.

p *Baron. ad ann.* 861.

indignus Conſtantinopolitanus [*Epiſcopus*,] *confiteor me ingreſſum eſſe ſine calculis, non canonicè videlicet electum, & his annis non ſanctè me geſſiſſe, ſed tyrannicè.* Denique in teſtamentis ſubſcriptionis locum ſupplebat ſignum ſanctæ crucis. Id manifeſtum fit ex eo, quod Juſtinianus Imperator in Bithynia accidiſſe teſtatur [a] de quadam teſtatrice, quæ cùm nondum abſoluto teſtamento efflaſſet animam; quidam ex teſtibus prehenſa jam defunctæ manu, & *tam in tranſverſum, quàm rectâ lineâ effecerunt, ut defuncta veneranda crucis ſignum adſcripſiſſe videretur.* Ex quo rectè infert cum Cujacio [b] Franciſcus Bernardinus Ferrarius [c], *adeo fuiſſe Chriſti ſignum ſanctum, ut in inſtrumentis pro fide & ſubſcriptione cederet.* Unde Græci σταυροπάτας appellabant eos, qui à ſubſcriptione ſua reſiliebant. Nec omittendum id, quod in Codice Juſtinianco ſancitum eſt [d]. *Subſcriptionem ſupponere heredem neceſſe eſt, ſignificantem & quantitatem rerum, & quod nulla malignitate circa eas ab eo facta, vel facienda, res apud eum remaneat. vel ſi ignarus ſit litterarum, vel ſcribere præpediatur; ſpeciali Tabulario ad hoc ſolum adhibendo, ut pro eo litteras ſupponat, venerabili ſigno crucis antea heredis manu præpoſito.* Verùm id apud noſtrates Gallos à ſæculo XI ad XIV fere ex toto neglectum fuiſſe ſuperiùs oſtenſum eſt. Adi Meurſii Gloſſarium & Theophanem [e].

a *Juſtinian. authent.* 90.
b *Cujac. in Paratit. in lib. 1 cod. tit. 8.*
c *Ferrar. de epiſt. eccleſ. lib. 3 cap. 3.*
d *Cod. Juſtin. l.* Scimus *c. de jure deliberandi.*
e *Theophan. pag.* 435, 436 & 439.

A
B

XXI. Hoc loco prætermittere non poſſum inſigne factum quorumdam, qui ut horrore ipſo ſanctior ac ſollemnior eſſet rerum tranſactarum fides, atramentum pretioſo Chriſti ſanguine dilutum in ſubſcriptionem adhibuerunt. quod intelligendum puto maximè de ſigno crucis. Primum exemplum eſt Theodori Papæ, qui cum Pyrrhi Patriarchæ Conſtantinopolitani Monotheletæ relapſum comperiſſet; *plenitudine convocata Eccleſiæ, ad ſepulcrum verticis Apoſtolorum acceſſit: & divino calice expoſtulato, ex vivifico ſanguine in atramentum ſtillavit, & ita propria manu depoſitionem Pyrrhi excommunicati fecit*, ut tradit Theophanes [f]. Alterum factum memorat Nicetas in vita Ignatii, nempe Epiſcopos Photii damnationi ſubſcripſiſſe, *non ſimplici atramento facto chirographo, ſed (horrendum dictu!) ut ab his qui id norunt*, inquit, *accepi, ipſo Salvatoris ſanguine calamum tingentes.* Idem omnino præſtitum eſt in concordia inita inter Carolum Calvum & Bernardum Comitem, ut tradit Odo Aribertus in fragmento quod V. Cl. Stephanus Baluzius [g] vulgavit in Notis ad Agobardum. *Pace itaque cum ſanguine eucharistico ſeparatim per Regem & Comitem firmata & obſignata, Bernardus Comes Toloſanus ex Barcinonenſi Toloſam venit* &c. Nempe hoc ritu ſignificari volebant, eos ſanguinis Chriſti reos futuros, qui pactum adeo ſollemni & horrendo more peractum violaſſent.

f *Theophan. an.* 20 *Heracl.*
g *Baluz. in Agob. pag.* 129.

C
D

XXII. Licebit-ne tam ſancto argumento ſubjicere profani hominis modum ſubſcribendi, Mahummedis inquam, qui (ſi Monconiſi * itinerario fides eſt) Monachis Sinaïtis ampliſſimum privilegium indulſit, ſubſignavitque manu ſua in atramentum priùs immerſa: quod autographum Selimus in theſaurum ſuum, relicto monachis ejus exemplo, abſtuliſſe, eamque immunitatem confirmaſſe & amplificaſſe fertur. Hujus rei monumentum hactenus viſitur in porta monaſterii, quod nunc ſanctæ Catharinæ titulo donatum, à monachis Græcis occupatur.

* *Voyage de Monconis à Lyon* 1665 *pag.* 228.

E

XXIII. Finis non erit, ſi exſpatiari hac in parte, & materiæ amplitudini obſequi velim. Ut paucis abſolvam, qui litteras aut epiſtolas manu propria ſubſcribebant Imperatores, id *divina manu* facere dicebantur, aut certè *alia manu*. quod etiam uſurpabant homines in quavis dignitate conſtituti, uti exempla declarant in Geſtis de Silvano traditore apud V. Cl. Stephanum Baluzium [h], in epiſtola ſancti Auguſtini ad Armentarium & Riparium, & alibi. Lege Sirmundi notas in Sidonium [i], Savaronem in Sidonium, & Juretum in Symmachum: hucque revoca, quæ ſuperiùs de Romani Pontificis *divinis apicibus* ex Stephano Tornacenſi retulimus. quod non de ſubſcriptione, ſed de litteris pontificiis intelligendum eſt.

h *Miſcell. tom.* 2 *pag.* 96, 99.
i *Sirmund. in Sidon. lib.* 9. *epiſt.* 11.

F

A

CAPUT XXIII.

I. *Notæ chronologicæ examinantur.* II. *Romanorum annus quando incœptus.* III. *Piſanorum calculus peculiaris.* IV. *Franci ſub prima ſtirpe an à Martio annum inchoaverint.* V. *Hiſtorici Francici an omnes à Nativitate Domini ſub ſecunda.* VI. *Sub tertia à Paſchate, etiam chartæ.*
B VII. *Calculus iſte quando revocatus ad Januarium.* VIII. *Cur à Paſchate olim deductum anni initium à Francis: inſcriptiones cerei Paſchalis.* IX. *Januarii Kalendæ etiam tunc pro anni initio habitæ.* X. *Germanorum, Leodienſium, & Trevirenſium calculus.* XI. *Anglorum à Nativitate.* XII. *Græcorum annos computandi ratio.* XIII. *Francorum veterum cyclus: Dionyſianus quando ab ipſis receptus.* XIV. *Hiſpanorum æra.* XV. *Incarnationis & Navitatis anni pro iiſdem habiti.* XVI. *Immo aliquando Paſsionis.* XVII. *Annorum ſumma quandoque compendiosè*
C *adſcripta.*

I. JAm tandem devenimus ad extremam difficilis argumenti periodum, in qua de veterum chartarum notis chronologicis agendum eſt. Sed antequam ad ſingulares deſcendamus ſpecies, quædam univerſim de ſingulis notis præmittenda ſunt, ut ad exempla planior ſternatur via. Quam ob rem hoc in capite tractandum erit de anno & æra, in ſequenti de Indictione aliiſque notis. De anno duo inquirenda: alterum quo menſe inciperet annus apud Europæos: alterum quo tempore annus Incarnationis apud diverſos populos receptus in morem.

D II. Romani annum ante Numam decem omnino menſibus definiebant, atque à Martio ordiebantur. Unde Julius Quintilis, Auguſtus Sextilis, ſequentes menſes à ſuo quiſque numerali ordine nomen deſumebant. Duos menſes addidit Numa, Januarium & Februarium: ac deinceps in Januario anni ſtetit initium. Unde Janum bifrontem fingebant, quòd annum præteritum & poſterum reſpiceret. Illud tamen obſtare videtur, quod habet Titus Livius in libro XXXIX. *Extremo anni Magiſtratibus jam creatis, ad tertium Nonas Martias Cn. Manlius Vulſo de Gallis, qui Aſiam incolunt, triumphavit.* Sed hæc fortè ita diſpungenda ſunt, ut extremo anni creati ſint Magiſtratus ante Kalendas Januarias: & poſtea Manlius III Non. Mart. trium-
E phaverit. Præclarus eſt apud Tacitum [a] locus, ubi Nero, *quamquam cenſuiſſent Patres, ut principium anni inciperet menſe Decembri, quo ortus erat Nero; veterem religionem Kalendarum Januariarum inchoando anno retinuiſſe* memoratur. Hunc morem auſpicandi anni à Januario, aut certe à Nativitate Domini, ſervavit Eccleſia Romana. Teſtis Gervaſius Dorobernenſis. *Annus ſolaris*, inquit, *ſecundum Romanam traditionem & Eccleſiæ Dei conſuetudinem à Kalendis Januarii ſumit initium: in diebus Natalis Domini, hoc eſt in fine Decembris, ſortitur finem.* Paullo aliter Concilium Colonienſe anni M CCC X, cap. XXIII. *Statuimus etiam, ut ex nunc de cetero annus Domini obſervetur,*
F *& in Nativitate Chriſti innovetur à quolibet anno, prout ſacroſancta Romana Eccleſia id obſervat, quæ eſt omnium Eccleſiarum caput & magiſtra.* Romanum tamen vetus Roſweydi martyrologium incipit à Kal. Januarii, uti & metrica Bedæ ac Wandalberti: necnon proſaica Rabani & Notkeri. ſecus vetera nonnulla, putà Uſuardi, Adonis & aliorum, qui à vigilia Nativitatis incipiunt, ſicut antiquiora Kalendaria.

III. In Italia etiam annos à Nativitate inchoari mos vetus eſt, teſte Covarruvia [b], præterquam apud Piſanos [c], qui initium anni Incarnationis deſumunt novem menſibus ante Nativitatem. qua ratione annus à Nativitate quinquageſimus eſt & ejuſdem numeri ab Incarnatione uſque ad diem XXV Martii: & ab eo die, qui eſt quinquageſimus à Nativitate, erit quinquageſimus primus ab Incarnatione.

a *Tacit. lib.* 9 *num.* x.

b *Covarruv. tom.* 1 *Reſol. var. lib.* 1 *cap.* 12 *num.* 1.

c *idem num.* 2.

adeoque calculus Piſanus novem menſibus alium antevertit. Secus Florentini tribus mensibus poſt Nativitatem incipiunt annos Incarnationis eodem modo quo de Gallis poſtea dicendum. quod etiam de Mediolanenſibus ſæpius animadvertit Puricellus [a] in libro de baſilica Ambroſiana. A

a *Puricell. pag.* 750 751, *&c.*

IV. Apud veteres Gallos ſeu Francos quandonam fuerit anni initium, lis eſt inter auctores. Henſchenius, eruditus Societatis Jeſu Presbyter, in Exegeſi [b] de genealogia Regum Dagobertinorum obſervat, Gregorium Turonenſem & Fredegarium annos à Natali Domini inchoaſſe videri, aut ſaltem Romano more à Kalendis Januarii. Verùm Gallos tunc temporis, id eſt ſæculo VI & VII, à Martio annum incipere ſolitos ex Gregorio ipſo aliiſque conficere mihi videor. B

b *Henſchen. exegeſis cap.* 1 *num.* 3.

Is quippe de ſancto Vincentio Martyre loquens in libro I de gloria Martyrum capite XC ait, ſollemnitatem ejus XII *Kal. menſis undecimi celebrari.* ubi legendum *duodecimi*, id eſt Februarii. nam ſollemnitas ſancti Vincentii incidit in XXI Januarii, ſeu XI Kal. Februarii. quem proinde non ad novi anni initium, ſed ad pænultimum anni ſuperioris menſem pertinere Gregorius palam demonſtrat. Eodem ſenſu in capite ſequenti ſanctæ Eulaliæ Emeritenſis paſſionem *medio menſe decimo*, hoc eſt Decembris decimo die, celebrari teſtatur. Ad hæc in libro II capite XXIX ſancti Juliani Brivatenſis feſtivitatem *quinto Kalendarum menſis ſeptimi* eſſe celebrandam, nempe Septembris. nam hujus ſancti feſtum Auguſti die XXVIII recolitur. Denique Julium menſem *quintum* vocat in libro IV de miraculis ſancti Martini capite IV. Illud tamen huic calculo opponi poteſt, quòd Gregorius in ejuſdem libri capite XXXV menſem Maium appellat menſem quintum: cùm tertius (ſiquidem tum incœpiſſet annus à Martio) appellari debuiſſet. Scribit quippe vinum in cœnobio ſancti Juliani apud Turonos, eo die quo ſancti Martyris reliquiæ ibidem recondendæ erant, divinitus accreviſſe in vaſe. *Erat autem*, inquit, III *Kal. menſis quinti, cum produxit de vaſe ſine flore vindemiam.* Quibus verbis intelligit menſem Maium, ut patet ex ſequentibus: *In aliis vineis vix adhuc erumpunt gemmæ: in hoc verò vaſe vinum defluit à virtute: æquatur Maius Octobri, cùm nova porrigit pocula.* Itaque ſi Maius Gregorio quintus eſt menſis, conſequens eſt Januarium anni fuiſſe initialem. Verùm duplex diſtinguendus eſt annus: unus ſolaris à Januario incipiens; lunaris alter, à Martio. Unde etſi Gallis in uſu erat annum incipere à Martio; non tamen deſinebant anni initium à Januario repetere, habita ratione curſus ſolaris. Immo apud Romanos, quibus annum à Jano ducere mos erat ex dictis; Martius non rarò dicebatur menſis *primus*, September *ſeptimus*, December *decimus*, ut apud ſanctum Leonem in ſermonibus, quos de jejunio primi, ſeptimi ac decimi menſis ſcripſit: ſive ita locutus ſit ex uſu veterum Romanorum, ſive ex uſu anni ſacri apud Judæos, qui à menſe Niſan, qui Martio noſtro reſpondet, ſumebat initium. Quidquid illud eſt, Gallos à Martio regnantibus Merovæadis annum inchoaſſe diſertis verbis atteſtatur Scriptor antiquus in libro de miraculis ſancti Marcellini Epiſcopi Ebredunenſis. Hunc librum abſque auctoris nomine vulgarunt Socii Bollandiani in tomo ſecundo Aprilis: ſcribæ nomen nobis ſuggerit veterrimus codex noſter n°. *666*, in quo liber de vita & miraculis prædicti ſancti Marcellini exſtat ab annis fere octingentis manu deſcriptus à Deodato Presbytero. Auctor ille anonymus, quem ſæculo VI vixiſſe puto, rem à ſe viſam commemorat de homine, qui nec cibum, nec manum ori admovere valebat. *A menſe ergo Auguſto*, ait, *uſque ad menſem Martium, qui* APUD NOS PRIMUS *ſine dubio vocitatur, eſca ſuperiùs memorata illi fuerat denegata.* Itaque ex hoc teſtimonio Martius tum *apud nos*, id eſt apud Gallos (nam hunc Gallum fuiſſe non dubito) *primus* anni menſis cenſebatur. Unde Concilium Aurelianenſe tertium celebratum legitur *die Nonarum menſis tertii*, id eſt Maii, qui item menſis tertius dicitur in libro II de vita ſancti Eligii capite I. & Concilium Lugdunenſe ſecundum in canone VI litanias indicit *in prima hebdomada noni menſis*, id eſt Novembris. Sed illud in primis obſervandum, Concilium Turonenſe II, quod anno DCLXII habitum eſt, in canone XVII ita ſtatuere annua monachorum jejunia, ut enumerationem à Paſcha incipiat, & in Quadrageſima finiat:

A quem etiam ordinem ſervat canone ſequenti in conſtituenda obſervatione pſallendi.

V. Verùm non multum fortaſſe noſtra refert in præſenti, quo tempore Franci ſub Meroveadis annum inchoarint: cum neque in hiſtoriis, neque in diplomatibus adhibiti ſint anni Incarnationis aut Nativitatis Domini, ut poſtea exponemus. Neque etiam multùm intereſt id operoſiùs inquirere de ſecunda ſtirpe: ſub qua non ita uſitatus erat computandi modus ab annis Chriſti Domini, præter quam in Annalibus, qui omnes à principatu Caroli Martelli annos Chriſti præferunt, ſed ita utà Natali Domini annum paſſim incipiant, ut patet ex Eginhardo, aliiſque ejus temporis
B Annaliſtis, qui Caroli Magni Imperatoris coronationem reponunt in Natali ineuntis anni DCCC I. Eodem modo annum obitus Benedicti Abbatis ſui deſignant Anianenſes in epiſtola, ubi aiunt eum obiiſſe III *Id. Febr. anno ab Incarnatione Domini* DCCC XXI, *Ind.* XIV, *concurrente* I, *epacta* XIV, *anno* IX *imperii Ludovici piiſſimi Imperatoris.* quæ omnia vulgari noſtro calculo conſonant, uti & ea quæ habet Rodradus initio libri Sacramentorum de ſua ipſius ordinatione, quam dicit factam IV *Nonas Martii anno Incarnationis dominicæ* DCCC LIII, *Ind.* I, *epacta* VII, *concurrente* VII, *termino paſchali* IIII *Kal. Aprilis.* His accedit Odo Abbas Glannafolienſis, qui ſancti Mauri tranſlationem reponit[a] *anno Incarnationis octingenteſimo quadrageſimo quinto, Ind.* a Sæc. 4 Bened. part. 2 pag. 174.
C VIII, *feria quinta hebdomadis quintæ in Quadrageſima*, IV *Id. Martii.* qui noſter calculus eſt pro eo anno. In chartis etiam, quæ per id tempus annis Incarnationis inſigniebantur, idem calculus obtinebat, teſte charta Ludovici Tranſmarini apud Beſlium[b], *data Nonis Januarii, anno Incarnationis dominicæ* DCCCC XLII, *Ind.* XV. qui noſter eſt calculus. Et apud Belgas, prout exemplo eſt charta[c] Arnulfi Flandriæ Comitis pro Blandinienſi monaſterio, data III *Non. Martii, anno dominicæ Incarnationis* DCCCC LXXXI, *Indict.* VIIII. quæ notæ vulgari noſtro calculo conveniunt, uti & aliæ litteræ Balduini Comitis datæ ante Paſcha[d] *Kal. April. anno dominicæ Incarnationis* M XLVI, *Indict.* XIIII. Apud Arvernos idem calculus obtinebat, teſte charta Stephani
D ejus loci Epiſcopi pro Brivatenſi eccleſia, quæ charta ſic definit in autographo. *Acta ſunt autem hæc anno* DCCCC LXII *Nativitatis dominicæ, Ind.* V, *menſe Februario, ſub imperio Clotharii clariſſimi Regis Francigeni ſeu Aquitanigeni, tempore etiam incliti Marchionis Willelmi.* qui characteres cum noſtris penitus conſentiunt. Exiſtimo tamen duplex etiam tunc temporis fuiſſe anni initium: unum vulgare, commune & ubique receptum, habita ratione anni ſolaris, quem obſervabant plerique hiſtorici veteres: aliud Gallicanum, ratione curſus lunaris, quem pauci ſequebantur. Hujus calculi argumentum habeo ex hiſtoria tranſlationis ſancti Hucberti Epiſcopi Tungrenſis, in qua Carolus Magnus deceſſiſſe dicitur[e] *anno Incarnationis octingenteſimo tertio-decimo*: cùm conſtet eum deceſſiſſe more noſtro anno DCCC XIV.

b Beſly de Comit. Pict. pag. 244.

c Guiſnes fol. 48 verſo.

d ibid. pag. 58.

e Sæc. 4 Bened. part. 1 pag. 295.

E VI. Sed modus iſte Gallicanus longe uſitatior fuit ſub tertia ſtirpe, maximè ſæculo XIII & XIV. quo tempore acta publica pleraque omnia ad modum iſtius calculi componebantur, deſumendo anni initium à Paſchate: ita ut Januarius, Februarius, adeoque ſequentium menſium dies Paſcha præcedentes, non ad exreſcentis anni calculum, (ut multi errore decepti exiſtimant) ſed ad ſuperioris finem pertinerent. Hunc calculum ſecuti ſunt Hiſtorici poſteriorum temporum, ut patet conferenti Guillelmi Nangii annos M CC LXXXIV & M CC LXXXV; Hiſtoriam Epiſcoporum Autiſiodorenſium à cap. XVI ad LXXX, aliosque; non tamen omnes. Nam Bernardus Gui-
F donis Epiſcopus Lutevenſis in actis ſancti Fulcranni ejuſdem Sedis Epiſcopi ab ſe ſæculo XIV ſcriptis aſſerit, ipſum ordinatum fuiſſe *anno gratiæ* DCCCC XLIX, *pridie Nonas Februarii*, quæ dies dominica erat novi anni litterâ G præditi; obiiſſe verò *anno gratiæ Chriſti* M VI, *Idib. Febr. quartâ feriâ.* quæ omnino calculo novo reſpondent. At priſcus ille ritus viguit (ut jam dixi) in pleriſque actis publicis ab initio tertiæ ſtirpis: quale eſt in primis illud in Spicilegii tomo XI[f], quod ſic clauditur. *Acta ſunt hæc anno jam pene finito decimo poſt milleſimo, indictione* IX, *epacta* XIV, *menſe Februario, feria* II, *Luna* XX, *ſub imperio Roberti*: quæ notæ conveniunt anno M XI calculi noſtri vulgaris. Hic autem calculus non ſtatim ubivis receptus eſt. nam altare ſan-

f Spicil. tom. 11 pag. 294.

ɑ̃ti Laurentii in Divionenſi ſancti Stephani eccleſia dedicatum à Gotefrido Epiſcopo dicitur *incipiente anno ab Incarnatione Domini* M C LVII, *Ind.* V, *feria* VI, *prid. Non. Januarii.* Sed alius calculus uſitatior fuit in monumentis ſæculi XIII. tametſi charta Caroli Siciliæ Regis pro abbatia omnium Sanctorum apud Andegavos, data eſt ſecundum noſtrum recentiorem ritum *anno Domini* M CC LXXIIII, *die* I *Februarii*, *ſecundæ Indictionis.* At verò quia Paſchæ *neque dies, neque menſis Paſchalis fixus erat*, inquit Pinonius Senator Pariſienſis [a], *ut nec hodie eſt propter mobilem ejus ſedem; atque de his quæ circa id tempus anni geſta vel contracta erant, dubitari potuiſſet, quo anno geſta eſſent; in more poſitum erat in omnibus quæcumque actis, ſive publicis, ſive privatis à* XXI *Martii ad* XXVI *Aprilis celebratis, hanc clauſulam apponere,* ANTE PASCHA, *vel* POST PASCHA, *quam etiam epocham Belgæ habuerunt uſque ad annum* M D LXVII, immo ad annum LXXV, quo Olivarius de Wræo [b] tradit novum calculum mandato Philippi ſecundi inductum fuiſſe.

a *Pinon. in Notis ad Poëma de anno Romano.*

b *VVraus de ſigill. Comit. Fland. pag. 139 gallicè.*

VII. Præiverat exemplum Gallorum, qui ad vulgarem calculum revocati ſunt edicto Caroli IX, quod Kalendis Januarii anni M D LXIII ſancitum, in Senatu Pariſienſi nonniſi Kal. Januarii anni M D LXVII receptum eſt in morem. At in majori Cancellaria (ſicut Toloſæ & Molinis) ſtatim ab edicto regio, in minori à Kal. Januarii anni M D LXVI. Ad hæc ergo tempora Franci annum ducebant à Paſchate, præterquàm Aquitani, qui ab Annunciatione Dominica, id eſt à die XXV Martii, ut ex Johannis Bucheti notis ad Epitaphium Caroli VIII obſervavit clariſſimus Ægidius Menagius ad Vitam Matthæi Menagii Canonici Theologi Andegavenſis. Huc referri poteſt quod magiſter Johannes de Paguera, monachus Ordinis ſancti Benedicti Barcinonenſis, ſcribit in ſuo *Letario novo*, id eſt Necrologio ſeu Kalendario, *ad veritatem ætatis lunæ pronuntiandam qualibet die in Chriſti eccleſiis.* Is quippe in fine Kalendarii, quod deſinit in ſancto Silveſtro, ita habet. *Sciendum quod in die Incarnationis Verbi, videlicet* XXV *die menſis Martii, debet mutari in iſto Letario novo, ita quod illa die debet accipi illa littera, quæ immediatè ſubſequenter ordinatur poſt illam litteram anni finientis, ſub qua debet pronuntiari ætas lunæ per totum annum.* Vivebat ſæculo XIV ineunte auctor ille, cujus Letarium exſtat in Bibliotheca Colbertina. Apud Lemovicenſes [c] *anno* M CCC I *Data litterarum contractuum ſolebat mutari quolibet anno in feſto Paſchæ in diœceſi Lemovicenſi: ſed M. Petrus Fabri, Cancellarius & cuſtos ſigilli curiæ Lemovicenſis, inſtituit, quod Data mutaretur quolibet anno in feſto Annuntiationis beatæ Mariæ*, nempe ad inſtar Gallorum ciſligeranorum. Ita ergo res in Gallia ſe habebant. tametſi quædam eccleſiæ particulares peculiarem habebant calculum, ut de Remenſi lego in quibuſdam litteris Guidonis Abbatis cœnobii ſancti Baſoli à Clemente Papa VII nominati ad componendam litem inter Archiepiſcopum Remenſem & Abbatem ſancti Nicaſii ſuper duobus Prioratibus. Guido enim ita litteras ſuas concludit. *Datum & actum in monaſterio noſtro ſancti Baſoli ſub anno Domini ſecundum curſum eccleſiæ Remenſis* M CCC XC, *tertia-decima die menſis Junii, pontificatûs ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac domini noſtri domini Clementis divina providentia Papæ VII anno* XII. qui calculus ad annum præcedentem revocandus eſt, quo Clementis annus duodecimus incidebat in Junio. ac proinde hic computandi modus Piſano, de quo mox actum eſt, concordare videtur.

c *Labbe Miſcell. pag. 120.*

VIII. Quam autem ob cauſam Galli non à Januario, ſed vel à Martio, vel à Paſchate annum olim inceperint, non conſentiunt auctores. Ego verò id factum puto non tam ob calculum Aſtronomorum, qui à verno æquinoctio annum incipiunt, quàm ob reverentiam feſti Paſchalis, quod primum ordine ac dignitate erat apud Judæos, quibus menſis Niſan primus anni cenſebatur, ut Martius apud Gallos propter Paſſionem ac Reſurrectionem Domini: uno verbo propter Paſcha. *Nam Galli*, teſtante Beda [d], *quæcumque die* VIII *Kal. Aprilis fuiſſet, quando Chriſti reſurrectio fuiſſe tradebatur, Paſcha ſemper celebrabant.* Unde Martius primus apud illos menſis. Poſt receptum Nicæni Concilii decretum, cùm Paſcha mobile fuiſſet, mobile etiam anni exordium Galli habuerunt. Illud porro apud eos uſu receptum, ut in cereo Paſchali annus novus inſcriberetur. *Cum enim cereus rectè humanitatis Chriſti*

d *Beda de temp. rat. cap. 45.*

A *ſimilitudinem gerat, annus illi ab Incarnatione ejuſdem Domini Chriſti conſequenter inſcribi-
tur*, inquit Rupertus[a] Abbas Tuitienſis. Id fieri ſolebat in tabella, in qua *Præcen-* a Rupert. lib. 6 de
tor inſcribit, quotus ſit annus Dominicæ Incarnationis, quota Indictio, Concurrens & Epa- offic. cap. 29.
cta, ut eſt apud Udalricum in Conſuetudinum Cluniacenſium libro I capite XIV.
Præterea apud Floriacenſes *circulus lunæ, terminus Paſchæ, littera Dominicalis, dies
Dominicus Paſchæ, luna ipſius diei, & aureus numerus, pontificante N. Papa, & quot
anni ſunt pontificatûs ejus, regnante illuſtriſſimo Rege Francorum, & quot anni ſunt regni
ejus, & à Nativitate ejuſdem*, ex Conſuetudinum Floriacenſium capite I. Alii an-
nos Epiſcopi diœceſani aliosque characteriſmos addebant. Lege eruditiſſimi Can-
B gii Gloſſarium de cereo Paſchali. Sed quia apud Romanos annus novus à Natali
Domini incipiebat; ideo hac die novi itidem anni deſignatio cereis imprimebatur
jam inde ab annis mille. Ejus rei auctorem habere mihi videor Venerabilem Bedam
in libro de temporum ratione capite XLV. *Sancta ſiquidem Romana & apoſtolica Eccle-
ſia hanc ſe fidem tenere & ipſis teſtatur indiculis, quæ * ſuis in cereis annuatim ſcribere ſolet:* * l. quos
*ubi tempus dominicæ paſſionis in memoriam populis revocans, numerum annorum triginta
ſemper & tribus annis minorem, quàm ab ejus Incarnatione Dionyſius ponat, adnotat. Denique
anno ab ejus Incarnatione juxta Dionyſium ſeptingenteſimo primo* (in editis male *ſeptuageſimo
primo*) *Indictione quarta decima, Fratres noſtri qui tunc fuere Romæ, hoc modo ſe in Natali
C Domini in cereis ſanctæ Mariæ ſcriptum vidiſſe, & inde deſcripſiſſe referebant*: A PASSIONE
DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI ANNI SUNT DC LXVIII. Tunc ergo in Romana Eccle-
ſia annus novus cereis, ſi in Paſchate, certè etiam in Natali Domini apponebatur:
nec uni cereo, ſed pluribus. Neque enim credibile eſt, cereum Paſchalem, qui
numquam ultra feſtum Aſcenſionis expoſitus eſt, ad Natale uſque Chriſti reſervatum
fuiſſe: cùm alioqui non unum cereum Beda, ſed plures dicat. Non negaverim ta-
men cerei Paſchalis benedictionem tunc apud Romanos uſitatam: cùm duplex ejuſ-
modi benedictio reperiatur apud Ennodium Ticinenſem, noſtramque exhibeat
Sacramentale Gregorianum. Si quis tamen velit, indiculum ſeu tabellam cerei Paſ-
D chalis per totum annum ad cereos appenſam fuiſſe; hac de re nolim contentioſus
eſſe, dummodo anni initium apud Romanos à Natali Domini, aut à Kalendis Januarii
ſtetiſſe concedatur.

IX. Porrò etſi à Paſchate anni principium repetebant noſtrates; Januarii tamen
Kalendas initium novi anni cenſebant. Unde charta Drogonis de Vineæ-curte
apud Cangium in Gloſſario, ubi de anno, data dicitur ab Incarnatione M C LXXXIII,
menſe Januario, altera die anni ineuntis. Hiſtorici verò nonnulli utrumque calculum
non raro exprimebant, ut in Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium, ubi Au-
doïnus in cap. LXXXVI tranſlatus dicitur ad ſedem Magalonenſem *anno quinquageſimo
E tertio* (nempe poſt M CCC) *more curiæ Romanæ in Nativitate Domini; more autem Gal-
licano anno quinquageſimo ſecundo*. quem duplicem modum idem auctor diſtinguit
etiam in ſequentibus capitulis ad LXXX. Atque inde evidens fit, annos Incarnatio-
nis apud Gallos, etſi à Paſchate inceptos, non prævertiſſe annos Nativitatis rece-
ptos à Romanis, ſed trimeſtri ſpatio poſteriores fuiſſe, (quod maximè notandum:)
tametſi Incarnatio Nativitatem novem menſibus præceſſerit. Quippe Galli, ut fit
etiam modò, annos Incarnationis & Nativitatis promiſcuè adhibebant, ſicut poſtea
dicturi ſumus.

X. Romanorum calculum Germani paſſim ſequebantur, annumque inchoa-
F bant à Nativitate Chriſti, ut eruditè probat Cangius in Gloſſario. Leodienſes ta-
men ad annum M CCC XXXIII, Gallorum morem ſecuti ſunt: Trevirenſes Notarii
& Scribæ ab Annunciatione, id eſt à XXV Martii, annum inchoant ad hoc uſque
tempus, teſte Browero[b]. b Annal. Trevir. lib. 18.

XI. Ad hæc apud Anglos etiam veteres annus incipiebat à Nativitate, id eſt
ab VIII Kal. Januarii, ut Beda de ratione temporum auctor eſt cap. XIII. Et qui-
dem in Hiſtoria ſua[c], poſtquam Egfridi cædem anno D LXXXV, die XIII Kal. c Beda lib. 4 hiſt.
Juniarum retulit, Lotherii Regis obitum eodem anno, Februario ſuperiore præ- cap. 27.
ceſſiſſe dicit. quod argumento eſt, Januarium ac Februarium ad anni principium

apud Anglos pertinuiſſe, non ad finem anni more Gallorum. A

XII. Poſtremo Græci, eorumque exemplo paſſim Siciliæ & Calabriæ populi, annos computant ab orbe condito, ſervantque calculum LXX Interpretum, ob idque annum à Chriſto nato primum comparant cum mundi anno V̄ D IX. Anni initium Athenienſes olim repetebant à Solſtitio æſtivo: Aſiatici ab autumnali. Libri ſancti Ephræmi à quodam monacho Græco, nomine Jona, ſcripti dicuntur ΕΤΕΙ ΦΛΑ, id eſt anno Domini quingenteſimo trigeſimo primo, juſſu ſancti Patris Niconis, ex Voſſii editione.

XIII. Nunc, quod ſecundo loco nobis propoſitum erat, inquirendum eſt, B quo tempore uſus computandi per annos Incarnationis aut Nativitatis invaluerit apud Europæos. Ante illum uſum Gregorius Turonenſis computum ſuum repetere ſolebat *à tranſitu ſancti Martini*, ut majorem patrono ſedis ſuæ honorem haberet. Franci verò annos Regum prætulerunt in actis publicis: at in deſignando Paſchate, ante receptum Dionyſii cyclum, laterculo Victorii uſi ſunt, ut Concilium IV Aurelianenſe præſcribit canone I. Quin etiam in rebus hiſtoricis nonnumquam obtinuit hic calculus, qui ab anno XXVIII Chriſti Domini ſumebat exordium. Unde veteres tabulæ Reomaënſes Johannis Abbatis obitum conſignant *anno Domini quingenteſimo decimo, juxta quod in cyclo beati Victurii Epiſcopi numeratur.* qui annus reſpondet anno Dionyſiano D XXXIX. Victorius iſte Lemovix erat, idemque hortatu C Hilari Archidiaconi cyclum Paſchalem edidit anno CCCC LVII pontificatu Leonis Papæ. Poſt eum Dionyſius, cognomento Exiguus, alium cyclum ab Incarnatione condidit annorum D XXXII, ex duobus Lunæ & Solis cyclis conflatum: qui annus *magnus* Abboni Floriacenſi apud Bedam[a] ſub nomine Studioſi cujuſdam aliiſque appellatur. Hic calculus etſi ab anno Chriſti D XXXIII à Dionyſio compoſitus, non tamen ſtatim, ſed longo poſt tempore admiſſus eſt. Ex Hiſtoricis Venerabilis Beda hanc epocham primus obſervaſſe videtur in Hiſtoria ſua. Eam ex Anglia in Galliam induxit ſanctus Bonifacius, cujus operâ Liptinenſe ac Sueſſionenſe Concilia coacta ſunt, eiſque anni Incarnationis ab ipſo præfixi, Liptinenſi annus DCC D XLIII, Sueſſionenſi annus DCC XLIV. Inde ad Hiſtoricos Francos tranſiit mos iſte: ut patet ex antiquis Francorum Annalibus eo tempore ſcriptis, qui res geſtas annis Incarnationis diſtinguere ſolent. Ante hos omnes Victor Epiſcopus Tununenſis in ſumma annorum, quam Chronico ſuo ſubjecit, annum deſinentis Chronici *à Nativitate Domini noſtri Jeſu-Chriſti ſecundum carnem* numerat D LXVII. At in ipſo Chronici contextu à Conſulibus calculum ſuum petit: cùm Beda, & ſubſequentes Francorum Hiſtorici annos ab Incarnatione ſingulatim enumerent. Quandonam verò in inſtrumentis publicis adhibiti ſint anni Chriſtiani, in conſequentibus explicandum erit. Calculum Dionyſianum non penitus probarunt poſt Bedam Ma- E rianus Scotus & Sigebertus, rati, Dionyſium annos XXIII Chriſti annis detraxiſſe. Unde Marianus in Chronico annos computat ab annis Chriſti tum ſecundum Dionyſium, tum ſecundum evangelicam veritatem. Utrumque etiam calculum adhibuit Urbanus II in epiſtola ad Udalricum Abbatem ſancti Michaëlis ad Moſam, ut in capite XXV dicturi ſumus.

a Bed. tom. 1 p. 256.

XIV. Hiſpani ſingularem calculum ab æra ſervaverunt: quæ annos Incarnationis antecedit annis octo & triginta. De ejus vocis origine conſultus à Johanne Vaſæo Andræas Reſendius, id tantùm pro certo habere ſe dicit, quòd fallantur, F ſive qui ab *ære*, ſive qui ab *hera*, ſeu qui à primis litteris horum verborum, *Annus erat Auguſti Cæſaris*, eam derivant. Hac uſus eſt Fauſtus Regienſis in priore de Spiritu-ſancto libro, ubi *æram* ac ſupputationem pro ſynonymis habet. Fuſiùs hæc apud Reſendium in epiſtola ad Vaſæum. Eamdem æræ computandæ rationem Rudericus Toletanus, aliique veteres Hiſpanici ſcriptores, uti & publica monumenta, retinuêre ad ſæculum XII. Mutatio calculi Tarraconenſis in annos Chriſti primum inducta eſt anno M C LXXX, ut lego in Indice mſſ. Rivipullenſium, quem illuſtriſſimus Petrus de Marca quondam Acherio noſtro ſuppeditavit. *De feſto ſancti Johannis Baptiſtæ uſque ad diem ſancti Lucæ celebratum fuit Concilium apud Tarraconem*

B.

A *B. Tarraconenſi Archiepiſcopo : cujus conſilio annus Domini inſtitutus eſt inſcribi in omnibus chartis per totum Archiepiſcopatum. Tunc verò currebat annus* M C LXXX. *Mutantur anni Francorum in feſto ſancti Johannis Baptiſtæ.* id eſt (ſi rectè interpretor) mutatur ritus computandi per annos Regum Francorum , quem ritum apud Tarraconenſes ad id uſque tempus uſitatum fuiſſe ex variis actis intelligo. Poſtea æra Hiſpanicâ Hiſpani uti deſière ſub Johanne primo Caſtellæ & Legionis Rege anno Chriſti M CCC LXXXIV, teſtante Taraſa de Regibus Hiſpaniæ. In Aragonenſi autem regno anno M CCC LIX, in Luſitanico anno M CCCC XV id factum legitur. Ex antiquis Eulogius annos Incarnationis conjungit cum æra Hiſpanica, & cum conſulatu ſeu annis Re-
B gum Arabum , uti advertere licet in ejus Memoriali [a], & ſub finem epiſtolæ ad Willeſindum Epiſcopum Pampilonenſem Perfectus Presbyter occubuiſſe memoratur *anno Incarnationis* DCCCL, *æra* DCCC LXXXIX. Morales verò notat in priorem locum, Eulogio regnum dici *conſulatum ; ſummos regni magiſtratus Conſules ; honores etiam & dignitates vocari faſces* ex Latini ſermonis licentia. De conſulatu inferiùs iterum tractandum erit. Denique Concilium Arelatenſe anni DCCC XIII more Hiſpanorum dicitur convocatum *æra* DCCC LI. qui computandi ritus fluxerat ex Gallia Narbonenſi, quæ diu Veſigothis paruerat. Secundum hunc ritum Centullus, Comes Bigorritanus, æram cum anno componit in ſuo ipſius teſtamento, quod factum dicitur [b]
C *æra* M CXV, *anno ab Incarnatione Verbi* M LXXVII &c.

XV. His inſuper nonnulla hoc loco monere juverit. Primum eſt tam eos qui à Nativitate ſeu à Kalendis Januarii, quàm qui à Paſchate annos numerabant, uſos fuiſſe non raro iiſdem verbis, anni ſcilicet ab Incarnatione. *Uterque*, inquit, Gervaſius Dorobernenſis, *annis Domini unum eumdemque titulum apponit, cùm dicit anno ab Incarnatione tanto vel tanto. His aliiſque ſimilibus ex cauſis in Eccleſia Dei orta eſt non modica diſſenſio.*

XVI. Alterum eſt annos Paſſionis cum annis Incarnationis nonnumquam fuiſſe confuſos. Hæc obſervatio, quæ aliquanti eſt momenti, confirmatur ex charta Theo-
D baldi Campaniæ Comitis de ſervis ſancti Martini hîc edita ſub his chronicis notis: *Data* V *Id. Januarii, Ind.* VI, *anno à Paſſione Domini milleſimo* LXXXIII[o], *regni autem Philippi* XXIII[o]. quæ coincidunt cum anno eodem Incarnationis. Hic locus mihi ſingularis videtur. Alterum obſervatu dignum eſt, multos ſæculo XII uſos eſſe *anno gratiæ*, ut in charta Hugonis Caſtri-novi anno M C XXXII [c], & paſſim apud Rogerium Hovedenum. Deinde quoſdam uſos vocabulo *trabeationis* aliiſque ſimilibus, ut in tomo ſecundo Capitularium Baluziano [d], & in appendice monumento C XLV. Alios item *circumciſionis* adhibuiſſe , ut in Italiæ ſacræ tomo V litteræ Ugonis Regienſis *anno circumciſionis* M D XXII col. 1619. & aliæ col. 914.

E XVII. Tertium denique obſervatu dignum eſt, aliquando annos Chriſti in compendium fuiſſe redactos, maximè ubi annorum integra ſumma præceſſiſſet. Sic in Hiſtoria Epiſcoporum Autiſiodorenſium Audoïnus ad eam ſedem translatus dicitur *in principio anni milleſimi trecenteſimi quinquageſimi primi in Nativitate Domini :* & poſt duodecim verſus , tranſlatus ad ſedem Magalonenſem *anno quinquageſimo tertio more curiæ Romanæ in Nativitate Domini.* Plura ejus rei exempla in ſequentibus capitulis occurrunt. At non ſolùm poſt integram annorum ſummam expoſitam compendioſa hæc numerorum adhibita eſt ratio, ſed etiam abſolutè. Nam prima libri Guillelmi Pariſienſis editio dicitur facta Pariſiis apud Gaufridum de Marnef in vico Ja-
F cobeo ſub interſignio pellicani *anno* M LV , id eſt M D LV. Et Eraſmus epiſtolæ præmiſſæ ad editionem Cypriani apponit *annum* M XIX. quo compendio ſubindicat annum M D XXI. Sed præ his abſolutius invenitur numerale compendium in mſ. codice Mellicenſi libros de Imitatione Chriſti complectente, qui codex dicitur finitus *die Kiliani 34*, hoc eſt M CCCC XXXIV. itemque alius *anno 21*, id eſt anno M CCCC XXI. Hæc numerandi ratio aliquando in chartis obtinuit. Id de Hiſpanicis patet ex Sandovallio [e], referente chartam Comitis Monnionis, datam *æra diſcurrente* LXII, id eſt D CCC LXII, regnante Adefonſo Rege. Ex Gallicanis unum ſuppeditat exemplum Chartarium Celſinianenſe pro Obedientia de ſancto Hilario, *imperante Domi-*

Z

a *Eulog. Memoriàl. lib. 2 cap. 1*

b *Marca Hiſt. Benarn. lib. 4 c. 17 & Beſly Comit. Pict.*

c *Spicil. tom. 4 pag. 263. vide 265.*

d *Baluz. Capitul. tom. 2 col. 630 & 633.*

e *Sandoval de Regib. Caſtellæ pag. 293.*

no noſtro Jeſu-Chriſto, anno ab Incarnatione ipſius C XI, *& Ludovico Rege Francorum regnante anno* IIII. id eſt anno M C XI. Præter ea in litteris Senatus Toloſani apud Caſam-novam [a] memoratur privilegium conceſſum incolis terræ Occitanæ anno Domini CCCC LXXXIII ante Paſcha, nempe anno M CCCC LXXXIII. Denique quoddam autographum Philippi I Francorum Regis pro cœnobio Dionyſiano datum legitur *anno Dominicæ Incarnationis* LX^{mo}, numerico ſigno *milleſimo* ſupra lineam ſecunda manu adjecto. A

a Francalleu de Languedoc pag. 308.

CAPUT XXIV. B

I. *Aliæ notæ chronologicæ explicantur.* II. *Indictionis uſus apud Romanos & Anglos, etiam apud Gallos ſub prima ſtirpe.* III. *Indictio triplex.* IV. *Epacta, luna, concurrentes.* V. *In chartis ut receptæ: quid Epacta major & minor.*

I. ANte annos Incarnationis Latinis Romano Imperio ſubjectis in uſu erant æra Diocletiani, Conſulatus, & Indictio, quæ eſt revolutio quindecim C annorum à Conſtantini Magni temporibus incipiens. Triplicem vulgo diſtinguunt, Conſtantinopolitanam ſeu Græcam Imperatorum Orientis, quæ à Kal. Septembris; Conſtantinianam, à Conſtantini Magni principatu vel Conſulatu ſic dictam, ſeu Cæſaream Germaniæ Imperatorum, quæ ab VIII Kal. Octobris; & Pontificiam, Romanorum ſcilicet Pontificum, quæ à Kalendis Januarii principium ducit.

II. Indictionis uſus apud Romanos ab initio, id eſt à tempore Conſtantini; apud Anglos à miſſione Auguſtini per Gregorium Magnum; à Caroli Magni imperio invaluit apud Francos. Hi quippe ut ab Imperii legibus ſe ſe immunes profiterentur; neque Conſulum, neque Indictionis rationem habuerunt; ſed tantùm D Regum ſuorum, à quorum principatu ſeriem temporum numerabant. Regnantibus apud Italos Pippino & Carolo cum annis eorum Indictionis uſus [b] ſervatus eſt. Jam verò poſt adeptum Occidentis imperium Carolus Magnus Indictionis uſum etiam more imperatorio uſurpavit, ejuſdemque exemplo Franci omnes. Quamquam ante id tempus invenimus quædam acta Galliæ Conciliorum Indictionis notis prædita: in quibus Aurelianenſe tertium in codice Lugdunenſi *Indictione ſecunda*; Aurelianenſe IV *Indictione quarta* in codice Pithoeano; Aurelianenſe item V *Indictione tertia-decima*; Arelatenſe ſub Sapaudo *Indictione tertia*; Lugdunenſe ſecundum & Matiſconenſe primum *Indictione decima-quinta* celebrata dicuntur. Aſt in hæc loca, ubi de E Indictione mentio eſt, interpolationem irrepſiſſe vir doctus [c] cauſatur, ratus Francos ante Caroli Magni imperium Indictione uſos non fuiſſe, non Hiſtoricos aut Chronographos, præter unum Marium Aventicenſem, qui quoniam conſulares Faſtos Proſperi continuabat; & res non Francorum modò, ſed etiam Romanorum aliarumque gentium in ſuo Chronico complectebatur; ſingulis annis Conſules præfixit. Et quidem cum viro clariſſimo conſentio, Indictionis uſum in diplomatibus Francicis ante initium ſæculi IX fere nullum, in rebus hiſtoricis ratum admodum fuiſſe: at locum habuiſſe nonnumquam in actis Conciliorum, aliiſque monumentis perſuaſum habeo. Nam præter ſuperiora Concilia, quorum interpolatio nulla idonea F ratione probari poteſt, cùm cauſa interpolandi nulla ſubeſſe queat; in vetuſtiſſimo codice Bellovacenſi, qui ſancti Auguſtini expoſitionem in epiſtolam Johannis complectitur, librarius tempus ſcripti codicis expreſſit his verbis: *Explecitum opus favente Domino apud cœnobium Luſſovium anno duodecimo Regis Chlothacharii*, INDICTIONE TERTIA-DECIMA. Si ergo ſcriba iſte Luxovienſis uſus eſt Indictione; non dubium quin id fecerit ex imitatione aliorum Galliæ ſcriptorum, qui hunc calculum quandoque adhibebant, quemadmodum Præſules in Conciliis memoratis: in quibus Indictionis potiùs numerus, ſicubi cum recto calculo non convenit, quàm uſus corri-

b Puricell. pag. 15, 21 &c.

c Carolus Coint. tom. 2 Annal. an. 575 num. 5.

A gendus eſt. Antiquius eſt Cæſariæ epitaphium apud Baronium [a], quæ quadragies
& ſexies P. C. Baſilii junioris Arelate obiiſſe perhibetur, & quidem *anno duodecimo*
regni domini Childeberti Regis, INDICTIONE QUINTA. Hîc in memoriam venit Bre-
viculus Collationum cum Donatiſtis apud Auguſtinum [b], ubi Catholicis profe-
rentibus Cirtenſe Concilium, in quo Conſulum mentio erat, atque rejicientibus
Donatiſtis, dicentibuſque, *nec Conſulem, nec diem talia ſolere habere decreta*: Catholici
reſponderunt, *illorum eſſe iſtum forſitan morem, qui Concilia ſua nollent aliqua falſitate*
convinci: Catholicorum autem Concilia Conſules & dies ſemper habuiſſe.

[a] *Baron. tom.* 5 *ad ann.* 587 *num.* 11.
[b] *Brevic. collat. cum Donat. cap.* 15 *&* 17.

III. Quali verò Indictione uſi ſint quique Latini orbis populi, jam inquiren-
B dum eſt: Græcam ſeu Conſtantinopolitanam adſcribunt epiſtolæ Gregorii Magni,
Johannis VIII, & Gregorii VII. Unde Gregorius VII in Bullario [c]: *Datum Laurenti*
III *Non. Septemb.* INDICTIONE INCIPIENTE XV. At ſubſequentium Pontificum di-
plomata paſſim eam præferunt, quæ à Kal. Januarii incipit, aut à Natali Domini
pro novi anni exordio; ob idque pontificia dicta eſt, nonnullis Chriſtiana. Con-
ſtantinianam ſecuti ſunt Angli, teſte Beda in lib. de ratione temporum cap. XLVIII:
immo etiam Galli non raro, maximè à ſæculo XI, ut patet ex Hariulfi Chronico
Centulenſi [d]. Pontificiam tamen ſubinde Galli frequentarunt, maximè ævo Ca-
rolino. In ſumma, Indictionum genera variè pro ſcriptorum aut Notariorum ar-
C bitrio tam in Gallia, quàm Romæ & alibi variarunt. Si mendæ expers eſt Ludo-
vici Pii diploma [e] pro cœnobio ſanctæ Chriſtinæ in Italia, quædam ejus diplomata
Indictionem incipiebant à Kal. Septembris. Datum eſt enim IV *Kal. Octob. anno* IX
imperii Ludovici, Indictione prima. Nam eo anno, ſcilicet Chriſti DCCC XXII, currebat
Indictio XV. & prima incipiebat à proximis Kalendis Septembris Græcorum more,
atque ejus temporis Romanorum Pontificum. Pleraque alia inchoant Indictionem à
Januario. Id probat in primis ejuſdem Ludovici Pii diploma pro cœnobio Montis-
olivi [f], *datum* VI *Idus Decemb. anno ſecundo imperii domini Ludovici piiſſimi Aug. Indictio-*
ne octava, id eſt anno DCCC XV, quo currebat ea Indictio. Idem confirmant lit-
D teræ [g] Caroli Calvi pro Attone, conceſſæ *Id. Novemb. Ind.* VI, *anno* IV regni ejus,
id eſt anno DCCC XLIII, qui Indictione VI præditus erat. His adde ejuſdem Ap-
pendicis diplomata LVII, LXVII, LXXI, & alia. Apud Germanos verò jam dudum
obtinuit Indictio ab VIII Kal. Octobris, obtinetque etiam nunc, ob id *Cæſarea*
dicta, aliis *Conſtantiniana.* De Indictione lege Chiffletium in Probationibus ad Hi-
ſtoriam Trenorchienſem [h] & Cangii Gloſſarium. Inſignis porro locus eſt de ve-
teris Romanæ Indictionis exitu apud Sirmundum in Notis ad Ennodium [i]: ubi vir
præſtantiſſimus monumentum refert Romæ in æde ſuburbana ſancti Pancratii ab
ſe viſum, quod propter adſcriptam exeuntis Indictionis notam memorabile exiſti-
E mavit. In eo quippe Maximus parvulus depoſitus memoratur, *ſub diem* III *Id. Au-*
guſtarum, Symmacho & Boëtio VV. CC. Conſulibus, IN FINE IND. XV. Ex quo inferas,
Romanos Indictionem mutaſſe ineunte Septembri, ſub conſulatu Symmachi &
Boëtii, quos Magni illius Boëtii filios fuiſſe eruditus vir probat; & conſulatum
geſſiſſe anno anno D XXII. Eadem Indictionis norma anno M LIII (quo anno
ſanctæ crucis Exaltationis feſtum receptum eſt) ſervatur in charta hac de re edita
apud Puricellum [k], data *quinto die Septembris, ingrediente Indictione* VII.

[c] *Bull. tom.* 1 *pag.* 50.
[d] *Spicil. tom.* 5 *lib.* 3 *cap.* 1.
[e] *Append. Capitul. tom.* 2 *col.* 1423.
[f] *ibid. col.* 1409.
[g] *ibid. col.* 1441.
[h] *Tournu pag.* 252, *&* 255.
[i] *Sirmund. in Ennod. lib.* 8 *epiſt.* 9.
[k] *Puricell. p.* 430.

IV. Præter Indictionem mediæ & infimæ ætatis homines varios characteres
chronologicos ſuperinduxêre, nempe ab Epacta, Luna, Concurrente, termino
F Paſchali, aliiſque ſimilibus. Id accidiſſe puto duabus ex cauſis. Prima ne facili
negotio notæ chronologicæ falſis diplomatibus ab imperitis ſupponerentur. Secun-
da, ut Notarii peritiam ſuam oſtentarent in arte computi, quæ ars magnopere tum
venditabatur, & à clericis ordinandis exigebatur. Rodradus Preſbyter Ambianen-
ſis his notis inter primos uſus eſt medio ſæculo IX. quo libro ſacramentorum ma-
nu ſua deſcripto hanc inſcriptionem appoſuit. *Ego Rodradus miſericordiâ Dei indi-*
gens, victus Hilmeradi Antiſtitis juſſionibus, vinctuſque epiſcopalis auctoritatis excommu-
nicationibus, IIII *Non. Mart. Sacerdotalis miniſterii trepidus ſuſcepi officium anno Incarna-*
tionis Dominicæ DCCC LIII, *Indictione* I, *Epacta* VII, *Concurrente* VII, *termino Paſchali*

IIII *Kal. Aprilis.* Sed ante eum Concilium Sueſſionenſe anno DCC XLIV celebratum A
dicitur *ſub die* VI *Nonas Martii*, *Luna* XIV.

V. In chartis privatis (rariùs in diplomatibus) uſus iſte invaluit aliquando ſub ſtirpe Carolina , probante charta [a] Berengarii Epiſcopi Virdunenſis , data *anno Incarnationis Dominicæ* DCCCC LII , *Ind.* IX , *Concurrente* IV , *Epacta* XXII. Sed longè frequentior fuit ſub tertia ſtirpe. Lunæ quippe nota Rotberto Rege adhibetur apud Labbeum in Miſcellaneis [b] ; ſub Henrico anno M LVI Epacta & Concurrens apud Chiffletium in Hiſtoria Trenorchienſi [c] ; ibidemque ſub Philippo anno M LXXXVII Luna ſola ; præterea Epacta ſine Concurrente apud eumdem [d]. denique B
Epacta , Luna , & Concurrens anno M C XI in charta Odonis Comitis Corbolienſis apud Dubletum [e]. Res eo tempore tritiſſima. Notandum eſt decretum Umberti Epiſcopi Gratianopolitani hîc editum , datum *anno ab Incarnatione Domini milleſimo duodecimo* , *feria* V , *Luna* XXV , *Indict.* X , *Epacta majore* III , *minore* XXV , *Concurrente* III , *cyclo decemnovennali* VI: Hîc duplices illos characteres , Rodradi ſcilicet atque Humberti , explicare juvat. Primo Rodradus Presbyter ordinatus eſt IIII *Non. Mart. anno* DCCC LIII *Indict.* I. Atqui per annum DCCC LIII currebat Indictio I. Paſcha verò incidebat eo anno in decimum Aprilis. ac proinde Rodradus anni principium ducit non à Paſchate , neque ab Annunciatione (nam IV Nonas Martii ordinatus eſt) ſed à Januario. Certè idem annus DCCC LIII præditus C
erat Epacta VII , Concurrente VII. Concurrentes ſunt Epactæ Solis , ſeu *ſuperſcreſcentia unius diei vel plurium ſupra* LII *ſeptimanas* ex Johanne de Janua. Dicitur *vel plurium* , *quia in anno biſſextili ſupercreſcunt duo dies* , *in reliquis unus tantùm.* Concurrentes numquam excedunt ſeptenarium , ut habet Dionyſius Exiguus. Ad inveniendam Lunam vel feriam in Kalendis menſium ſingulorum concurrebant cum Regularibus. Regulares autem aliæ ſunt Solis , aliæ Lunæ. Compotiſtas adi , ſi tanti eſt. nam Regularium doctrina modò ſuperflua eſt : cùm via ad inveniendum ferias longè expeditior ſit per litteras Dominicales ; ad inveniendum lunam per epactas. Redeo ad Rodradi inſcriptionem , in qua *terminus Paſchalis* cenſendus eſt dies , quo D
incidit luna XIV Paſchalis ejus anni. Anno autem DCCC LIII Paſcha incidebat die ſecunda Aprilis , Luna XVIII ac proinde Luna XIV ſeu terminus Paſchalis IIII Kal. ejuſdem menſis , id eſt Martii die XXIX. Supereſt explicanda *Epacta major* atque *minor* , & *cyclus decemnovalis* in charta Umberti , data anno M XII. Eo anno re vera currebat Indictio X , Epacta XXV. At Concurrentes *duo* , non *tres* ; cyclus decemnovalis ſeu lunaris *tertius* , non *ſextus*. At quid *Epacta minor* ? fortaſſe Epacta Solis , quæ minor dici poteſt , propterea quòd ſeptenario dumtaxat numero conſtet : lunaris autem undecenario. Solaris enim Epacta non alia eſt à Concurrentibus , ut ſcribit Beda in libello de argumentis Lunæ. At ſi in ſuperioribus Umberti litteris E
Epacta minor eſt Epacta Solis , cur poſt concurrentem exprimitur ? nam alterum exprimere ſatis erat. Alia charta Erleberti Catalaunenſis Epiſcopi pro ſancto Remigio apud Remos data eſt *anno dominicæ Incarnationis* M C XXX , *regni autem Lodivici Regis Francorum* XXIII , *epiſcopatus verò domni Erleberti anno* III , *Epacta* IX , *Concurrente ſecundo poſt ſeptimum cum biſſexto*. Nimirum quia in anno biſſextili duo erant Concurrentes , uti modò duæ litteræ dominicales.

[a] Labbe tom. I Biblioth. nova pga. 133.
[b] Labbe pag. 553.
[c] Tournus pag. 312.
[d] ibid. pag. 332.
[e] ibid. pag. 334.
[f] Doublet pag. 845.

A

CAPUT XXV.

I. *Chartarum pontificiarum notæ chronologicæ à Conſulibus, Indictione, & annis Imperatorum.* II. *Duplicis generis pontificia inſtrumenta, & quæ in eis obſervanda.* III. *Nota P. C. id eſt poſt Conſulatum, quandonam adhibita.* IV. *Papebrochii ſententia de annis Incarnationis in litteris pon-*
B *tificiis.* V. *Refellitur.* VI. *Eugenii IV decretum hac de re explicatur.* VII. *Quis primus è Romanis Pontificibus annos Chriſti adhibuit, quave occaſione. Urbani II clauſula ſingularis.* VIII. *An à Januario annorum Chriſti initium numeraverint antiqui Pontifices : ubi de triplicis generis pontificiis reſcriptis.* IX. *Data Piſana in quibuſdam litteris Pontificum.* X. *Epiſcopalium litterarum in Italia chronici characteres.* XI. *item Gallicanorum.* XII. *Unde accepti.*

C I. HIs univerſim præmiſſis de notis chronologicis, nunc ad ipſas ſpecies veniendum eſt, tractandumque primo de litteris eccleſiaſticis, tum de regiis, poſtremo de privatis.

In eccleſiaſticis primum locum damus diplomatibus Pontificiis, quibus varii chronologici characteres pro temporum ratione appoſiti ſunt. Primùm enim à Conſulibus & Indictione, tum ab annis Imperatorum, ut Gregorius Magnus [a], Gregorius II & III, Zacharias & alii; poſtea ab annis ipſorum Pontificum cum annis Imperatorum : ac demum ab annis Incarnationis, Indictionis & pontificatûs cujuſque deſumti ſunt. Tres priores modi ad ſæculum nonum obtinuerunt, quo tempore paulla-
D tim omiſſis * Imperatorum annis ſuos ſubſtituerunt Pontifices (maximè à Gregorio VII poſtquam ob inveſtituras Imperatorum nomen illis odioſum eſſe cœpit) cumque morem deinceps cum Indictione retinuerunt. Sanè Benedictus III in privilegio Corbeienſi hic excuſo, & Nicolaus I in ſuo itidem in æs inciſo, notant Imperatoris annos cum Indictione : at Johannes VIII in Floriacenſi, non Imperatoris, ſed pontificatûs ſui annos cum Indictione apponit, itidemque Marinus in Sollemniacenſi apud Sirmundum [b]. & Johannes XII in archivo cœnobii ſancti Michaëlis ad Moſam. Nihilo minùs Formoſi bulla in Spicilegii tomo XII [c] edita notat annum primum conſulatûs Widonis Imperatoris : & Johannes XIII in litteris ad Adalbero-
E nem Remenſem Archiepiſcopum, hîc in ære inciſis, Ottonis Imperatoris annos ſuis præmiſſis adducit in hunc modum : *Scripta per manus Stephani Scriniarii S. R. E. in menſe Aprili, Indictione* XV. *Bene valete. Data per manus Andreæ Epiſcopi* IX *Kal. Maii, anno pontificatûs domni noſtri Johannis ſanctiſſimi & tertii-decimi Papæ* VIII, *imperii autem domni Ottonis majoris Auguſti* XI, *junioris verò* V, *in menſe* VI *& Indict.* XV.

II. His in litteris obſerva primo duplicis eſſe generis pontificia apud veteres inſtrumenta, bullis plumbeis inſignita : una, quorum inſcriptio clauditur verbis, *in perpetuum* : alia, quæ hanc formulam præferunt, *Salutem & apoſtolicam benedictionem.* Paulus I *in perpetuum* habet [d] in diplomate pro cœnobio ſanctorum Stephani & Sil-
F veſtri : *Salutem & apoſtolicam benedictionem* eruditus Garnerius ad Gregorium VII refert [e]. Secundo, in prioribus illis duplices eſſe chronologicas notas, quarum una ſeu prior *ſcripti*, alia *dati* diplomatis tempus deſignat, interpoſito inter illas *Bene valete* : ſed ita ut chronologica nota prima ſolum menſis nomen abſque die, atque Indictionem : ſecunda diem menſis, annos Pontificis & Imperatoris cum iterata Indictione aſſignet. At in poſterioribus, quæ *apoſtolicam benedictionem* præmittunt, ſolum * *datum* ſæpius reperitur cum die menſis & anno Pontificis, præfixo loci nomine, ubi datum eſt diploma : qui locus in prioribus illis ſæpe omittitur. Hæc obſervare licet ante annos quingentos in diplomatibus pontificiis, ex quibus quædam Specimina

a *Greg. M. lib.* 9 *epiſt.* 71.

* *Vide Ital. ſac. tom.* 3 *col.* 84. *tom.* 6 *col.* 488, *tom.* 7 *col.* 73. 84 & 103.

b *Conc. Gall. tom.* 3 *pag.* 521.

c *Spicil. tom.* 12 *pag.* 151.

Vide Ital. ſac. tom 2 *col.* 14. *tom.* 3 *col.* 710. *tom.* 4. *col.* 135. 895 & 1429. *tom.* 5 *c.* 45 *tom.* 6. *c.* 519.

d *Labbe Conc. tom.* 6 *col.* 1689.

e *Garnerius in Diurno pag.* 152.

* *Vide tamen unum in Hiſtoria Trenorchienſi pag.* 387 *ubi* Scriptum & Datum *reperitur.*

hîc damus. *Scriptum* & *Datum* præpoſterè poſita ſunt in bulla Gregorii V apud A
Puricellum[a]. Tertio advertendum eſt, in bullis, quæ *Scriptum* & *Datum* habent;
Datum non raro alia manu, aut certè alio charactere exaratum eſſe, & quidem non-
numquam aliquot diebus poſt contextum, ut probat attramenti diverſitas. Nimirum
ſcriptum denotat tempus ſcripti à Notario inſtrumenti: *Datum* exprimit tempus, quo
diploma impetranti traditum eſt à Bibliothecario ſeu Cancellario, cujus Notarius
ſcriptum confecerat. Quarto in prædictis Johannis XIII litteris obſerva, Pontificem
annos pontificatûs ſui præmittere annis Imperatoris. quod etiam præſtat Grego-
rius V in diplomate pro Gerberto Archiepiſcopo Ravennate[b], idemque in alio
pro baſilica Ambroſiana apud Puricellum[c], aliique nonnulli Pontifices ad Leonem B
IX. Sic Benedictus VIII apud Baronium. *Datum per manus ... pontificatus domini noſtri
Benedicti ſummi Pontificis & univerſalis Papæ in ſacratiſſima ſede beati Petri Apoſtoli an-
no* IIII, *imperii domni Heinrici Imperatoris Auguſti anno* III. Denique in illis Johannis
XIII litteris hæc verba *in menſe ſexto*, intelligenda ſunt de anno quintô Ottonis
junioris, cujus annus quintus jam tum ad menſem ſextum pervenerat.

III. Præter annos Imperatorum veteres Pontifices nonnumquam exprimunt an-
nos P. C. id eſt poſt conſulatum Imperatorum: cujus rei multa exempla exſtant. Mos
hic ab Imperatoribus uſurpari cœpit ab anno DLXVII. cùm ante id tempus ab anno
DXLII *poſt conſulatum Baſilii* computarentur anni. Poſt annos viginti quinque, id eſt C
anno DLXVII, Juſtinianus Conſulatum Imperatori jugem & indeſinentem eſſe vo-
luit. In poſterum nemo, niſi Imperator, Conſul ordinarius fuit: & ſequentes Prin-
cipes, excepto uno Mauricio, Conſulatum tantùm & ſemel in vita inire cœperunt,
ab eoque Conſulatu annos imperii ſui numerabant, ut Panuinius[d] obſervat. Inde
factum eſt, ut deinceps cujuſlibet Imperatoris annus primus notaretur ejus Conſu-
latu; reliqui verò poſt conſulatum ejus primus, ſecundus, & ſic de ceteris, vel impe-
rii, vel conſulatus anni dicerentur, nullo inter imperium & conſulatum diſcrimi-
ne. Unde Carolus Magnus legibus novis ad edicta Langobardorum hanc epocham
appoſuit[e]: *Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti* DCCCI, *Indict.* IX, *anno* D
regni noſtri in Francia XXXIII, *in Italia* XXVIII, *conſulatûs autem noſtri primo.* Ita non-
numquam utroſque imperii & conſulatûs annos, & quidem pari numero, adhibue-
runt Imperatores; eorumque exemplo Pontifices Romani: quos inter Gregorius II
acta Romanæ Synodi inſcribit, *imperante domino noſtro piiſſimo Auguſto Leone, à Deo
coronato magno Imperatore, anno ſexto P C ejus anno* VI. qui calculus itidem repetitur in
fine actorum, prout legitur non modò apud Baronium, Onuphrium, & Fronto-
nem Ducæum, ſed etiam in mſ. noſtro exemplari, quod regnantis Caroli Magni
anno XXVII exaratum eſt, itemque in alio ejuſdem ætatis codice, in cujus inſcriptio-
ne nonnemo ſecunda manu adjecit, *decimo*, poſt hæc verba, P. C. ejus *anno* VI. E

Paullo aliter hunc à conſulatu calculum uſurpat Paulus Papa in duobus diplo-
matibus, quæ in Conciliis edita ſunt. Primum eſt[f] de immunitate monaſterii ſancti
Hilarii Galliatenſis, *datum Nonis Februariis, imperante domno piiſſimo Auguſto Conſtan-
tino, à Deo coronato magno Imperatore anno* XL, *&* P. C. *ejus anno* XX. *ſed & Leone Im-
peratore ejus filio anno* VII, *Ind.* XII. Alterum eſt[g] de monaſterio ſanctorum Stepha-
ni & Silveſtri, *datum* IV *Nonas Junii, imperante domino Conſtantino Auguſto, à Deo co-
ronato magno Imperatore, anno* XLI, *ex quo cum patre regnare cœpit: & P. C. ejus anno*
XXI, *Indict.* XIV. quibus in locis non longè diſpar eſt numerus annorum imperii
& conſulatûs. Sed hac in re obſervare convenit, conſulatûs annos non concur- F
rere cum annis imperii primis, quos cum patre ſuo exigebat novus Imperator: ſed
cum illis, quibus ſolus regnare incipiebat. Unde in deſignandis annis junioris Im-
peratoris ſimul cum patre regnantis, nulla fiebat mentio conſulatûs: quem quiſque
tunc adire cenſebatur, cum imperium mortuo patre ſolus capeſſebat: ita tamen
(quod obſervandum) ut conſulatum à Kalendis Januarii inſequentis poſt initum
principatum plerique inirent. Inde ergo numerabantur anni conſulatûs, atque
etiam paſſim imperii, omiſſa prioris regiminis recenſione, quam pauci retine-
bant. Porro Benedictus tertius & Nicolaus primus in ſpeciminibus noſtris pro

[a] *Puricell. pag.* 317.

[b] *Ital. ſac. tom.* 2 *col.* 351.

[c] *Puricell. pag.* 317.

[d] *Panuin. in Comment. ad lib.* 3 *Faſtor. ad ann* 567 *V. Cangii Gloſſ. voce* Conſul, *& Diſſert. de numiſm. num.* 15.

[e] *Capitul. Baluz. tom.* 1 *col.*

[f] *Conc. Labbe tom.* 6 *col.* 1689.

[g] *ibid. col.* 1694.

A cœnobio Corbeienſi; tum Johannes VIII in diplomate [a] pro Herienſibus monachis, quod *datum eſt imperante domino Aug. Carolo, P. C. ejus anno* I, uti & in alio pro ſancti Medardenſibus: itemque Formoſus [b] in bulla pro Viennenſi ſancti Theuderii monaſterio, data *imperante domno piiſſimo PP.* * *Auguſto Widone à Deo coronato magno Imperatore anno* I, *& poſt conſulatum ejus anno* I. *Indictione* X. Ad eumdem modum emendandum eſt diploma Johannis VIII pro Vedaſtinis monachis, relatum à Papyrio Maſſono [c], quod datum legitur *anno* I *imperii Caroli ſereniſſimi Imperatoris Auguſti*, (cognomento Calvi) *& per conſulatum ejus anno* I. ubi legendum eſt, *poſt conſulatum*. Emendandum etiam ejuſdem Johannis VIII privilegium pro
B eccleſia Papienſi [d] in hunc modum: *imperante domno Carolo à Deo coronato magno Imperatore anno* II, *& poſt conſulatum ejus anno* II, *Indict.* XII. quem ad modum rectè legitur in bulla Marini pro eccleſia Laudenſi [e], *imperante domino noſtro piiſſimo perpetuo Auguſto Carolo à Deo coronato magno Imperatore anno* III, *& poſt conſulatum ejus anno* III, *Indict.* I. Præterea in ejuſdem Johannis VIII diplomate apud Chiffletium [f] pro *poſt coronationem ejus anno* I, legendum *poſt conſulatum ejus*, ſcilicet Caroli Calvi. Ad hæc corrigenda etiam videtur clauſula bullæ [g] Paſchalis I ad Barnardum Viennenſem Antiſtitem, quæ data eſt *imperante domino noſtro Principe Auguſto Ludovico à Deo coronato magno & pio Imperatore anno quarto, & Patriciatus anno tertio.* nam pro *Prin-*
C *cipe* ſcribendum *perpetuo*: & pro *Patriciatus anno tertio*, malim *P. C. ejus anno quarto.* Alio modo explicanda eſt clauſula epiſtolæ Honorii Papæ II, in hoc capite jam relata ex Beda, *data Heraclii anno* XXIV, *proconſulatus ejus anno* XXIII, *& conſulatus ejus anno tertio.* Sed hæc ſingularis eſt, nec vacat ejus examini modò immorari, nec certè juvat. Eamdem formulam P. C. quæ quondam ſub Conſulibus etiam ordinariis in Africa recepta [h] erat, hîc prætermitto. Ex his ſatis intelligitur, Romanos Pontifices non rarò uſos fuiſſe annis Imperatorum ad ſæculi X finem; annos verò poſt eorum conſulatum numeraſſe ad ejuſdem ſæculi exordium. Nunc annos Incarnationis quo tempore adhibere cœperint, inveſtigandum eſt.

D IV. Papebrochius in Propylæo [i] ſententiam adducit Pauli de Middelburgo Epiſcopi Foroſemprонienſis, qui initio ſæculi ſuperioris ſcripſit in lib. XIII ſuæ Paulinæ cap. VI hunc uſum eſſe recentiorem. nempe *præſidente Eugenio IV, adhortante Blondo Forolivienſi, pontificii collegii à ſecretis Notario, in bullis atque reſcriptis pontificalibus, annorum à Chriſti Incarnatione ſupputationem ſcribi primùm cœpiſſe, etſi longioris temporis tractu in cereis Paſchalibus annotatam.* Huic auctori ſubſcribit vir doctus, cenſetque eo tempore ſuperiores bullas, quæ annos Incarnationis præferunt, eſſe aut *falſatas, aut corruptas.* Deus bone! quantam pontificiorum diplomatum ſtragem facit uno verbo. Si res ita habet, delenda ſunt ex Innocentii litteris plurima reſcripta, quæ annis Incarnationis
E ſubnotata ſunt, nempe lib. I epiſtolæ CCCC LXX, CCCC LXXIX. tum lib. II epiſtolæ III, XVIII, XIX, XXXI, XXXII, LXXIX, XCIV, & aliæ permultæ, etiam apud Boſquetum. Exſufflanda ſunt innumera aliorum Pontificum diplomata in Italia ſacra apud Ughellum, apud Chiffletium in Hiſtoria Trenorchienſi, apud Dubletum in Hiſtoria Dionyſiana, apud Perardum in Burgundicis monumentis, apud Baluzium in Capitularibus, & alia alibi. ne quid dicam de innumeris aliis pontificiis bullis, quarum autographa, aut certè genuina exempla, in cathedralibus aliiſque Canonicorum & monachorum eccleſiis paſſim ſervantur. Immo verò pro legitimis agnoſcenda ſunt omnia, aut pæne omnia: ac Pauli de Middelburgo regula pro falſâ
F habenda eſt. quod hîc demonſtrandum aggredior.

V. Ut rem ordine exſequar, Honorii Papæ ad Honorium Cantuarienſem Antiſtitem epiſtola apud Bedam [k], quæ anno Incarnationis DC XXXIV inſignita legitur, primo loco proferri poſſet. Sed quia nulla Pontificum Romanorum ſincera reſcripta, nonniſi longo poſt Honorium tempore, hanc notam habent; veri ſimillimum eſt, annum Incarnationis à Beda fuiſſe adjectum explicandi gratiâ: ſiquidem alia quædam ibidem eamdem ob cauſam adjeciſſe videtur. Clauſulam huc integram refero. *Data* III *Idus Junias, imperantibus piiſſimis dominis noſtris Auguſtis Heraclio anno* XXIV, *proconſulatus ejuſdem anno* XXIII, *& conſulatus ejus anno* III.

a *Spicil. tom.* II *pag.* 554 *&* 151.
b *ibid. pag.* 152.
* *id eſt* perpetuò
c *Maſſon in lib. de Epiſc. Rom. in Johanne VIII.*
d *Ital. ſac. tom.* I *col.* 17.
e *Ital. tom.* 4 *col.* 907.
f *Tournu pag.* 221.
g *Sæc.* 4. *Bened. part.* 2. *pag.* 567.
h *Baluz. tom.* 2 *Capitul. col.* 1252 *& ſeqq.*
i *Propyl. num.* 129.
k *Beda lib.* 2 *cap.* 18.

ſed & Heraclio feliciſſimo Cæſare , id eſt filio ejus , anno III , *Indict.* VII , *id eſt anno* A
dominicæ Incarnationis DC XXXIV. Qua in clauſula verba hæc, *id eſt filio ejus* , explicationis cauſa forſan interpoſuit Beda. quod etiam de extremis dicendum puto , *id eſt anno dominicæ Incarnationis* DC XXXIV Idem ſentiendum reor de diplomate Johannis XIII pro Landolfo Beneventano Epiſcopo apud Ughellum [a]. Verùm ſæculo XI apud Romanos Pontifices uſus computandi ab annis Incarnationis res omnino trita eſſe cœpit. Quippe in Italiæ ſacræ tomo ſecundo [b] & tertio reperiuntur bullæ duæ Victoris II , datæ *anno Incarnationis* M LV. & in primo [c] Stephani IX bulla optimæ notæ, data *anno Incarnationis* M LVII , *Indictione* XI. ubi pro XI ponitur II , vitio librarii , qui pro Romanis numeris Arabicas cifras malè expreſſit. In B
tomo V [d] bulla Nicolai II anno M LIX exhibetur ex autographo. Deinde Gregorii VII bulla anni M LXXXIV in Italiæ ſacræ tomo VIII [e]. Alexandri II una pro Gebhardo Saltzburgenſi Pontifice anno ab Incarnatione Domini M LXX , in tomo I [f] Metropolis Salisburgenſis ex Caniſio. Victoris III alia , data anno M LXXXVIII in Italiæ tomo IX [g]. Urbani II multæ, tum in Hiſtoria Trenorchienſi ex autographo , tum in Chartario Gratianopolitano , tum in Italiæ ſacræ tomo VII [h]. Paſchalis II una ex multis in eodem tomo [i]. Calliſti item ſecundi, aliorumque ſubſequentium Pontificum permultæ apud Perardum & Dubletum; una item Gelaſii II in Appen- C
dice Capitularium Baluziana , Eugenii III in probationibus Hiſtoriæ beatæ Mariæ Sueſſionenſis [k]. Conſule Bibliothecam Cluniacenſem , Bullarium Caſinenſe , & tomum I Bullarii magni , in quo exſtat bulla Urbani II pro Vallumbroſanis , data *anno dominicæ Incarnationis* M XC. His accedunt plurimæ Innocentii III epiſtolæ , quas modò commemorabam, eodem anni Incarnationis charactere affectæ, aliæque infinitæ tum editæ , tum manu deſcriptæ , immo autographæ , quas enumerare nec per otium vacat, nec præ numero licet. Quis ferat impunè vim inferri tot ſummorum Pontificum reſcriptis, quæ omni exceptione majora ſunt?

VI. Opponitur Eugenii Papæ IV decretum , quo annos Incarnationis litteris D
pontificiis in poſterum apponi ſanxit. Ita ſit ſanè. An verò ante eum res in uſu eſſe non potuit , tametſi nulla lege conſtituta ? An omnia Francorum Regum diplomata , quæ annos Incarnationis à Kal. Januarii ſubnotant , falſa eſſe dices , propterea quòd Carolus IX id ſanctione ſua præſcripſit primus ? Quot alia legimus decreta Pontificum de aliis rebus antè in morem recepris ? Sed (ut rem propiùs attingam) Eugenii decretum de adnotandis annis Incarnationis , quod Paulus de Middelburgo , & Ciaconius in Iſagoge ad Vitas Pontificum , tamquam rem novam à Pontifice ſtatutam exiſtimarunt , non ad novum uſum inducendum ſpectat , ſed ad veterem ſtabiliendum. Id planum fiet ex ipſius Eugenii bulla hac de re promulgata, cujus copiam mihi fecit ex archivo Vaticano eruditus ac reverendus pater E
domnus Antonius Durbanus , congregationis noſtræ in curia Romana tunc Procurator generalis. In ea ſiquidem bulla , quæ incipit ab his verbis , *Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sicut prudens pater familias* , &c. hæc leguntur ad noſtrum inſtitutum. *Item quod dicti ſcriptores ſint diligentes in ſcribendo litteras in bona forma , & virgulent, & ſequantur , & ſtudeant ſtilum Cancellariæ antiquum & laudabilem in omnibus ſervare, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno dominicæ Incarnationis milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quinto , ſeptimo Idus Junii, pontificatûs noſtri anno quinto-decimo.* Idem confirmavit Nicolaus V. In his verbis nemo non videt huc ſpectare Pontificem , non ut novam formam novumque ſti- F
lum inducat, ſed ut *ſtilum Cancellariæ antiquum & laudabilem in omnibus* ſervari præcipiat. Ex quo conſequens eſt, modum computandi ab annis Incarnationis ab Eugenio IV non ſumſiſſe exordium , ſed vigorem aut reſtitutionem.

VII. Hæc cum ita ſint, duo inquirenda occurrunt in præſens. Alterum , quis primus è Romanis Pontificibus , quave ex occaſione annos Chriſti Domini adhibuerit. Alterum, à quo cardine annos Incarnationis repetant Pontifices , à Januario, an à Martio. Ad primum, nullum legi pontificium diploma indubitatum, annis præditum Incarnationis , ante Leonem IX. qui in quibuſdam litteris æræ Chriſtianæ

a *Ital. ſac. tom.* 8 *col.* 99.
b *tom.* 2 *col.* 567 & *tom.* 3 *col.* 409.
c *tom.* 1 *col.* 465.
d *tom.* 5 *col.* 1631.
e *tom.* 8 *col.* 681.
f *Metrop. Saliſb. tom.* 1 *pag.* 57.
g *Ital. ſac. tom.* 9 *col.* 922.
h *tom.* 7 *col.* 41 , 554.
i *ibid.* 956.
k *Hiſt. B. Mariæ Sueſſ. gallicè p.* 438.

A Chriſtianæ calculum appoſuit. Nam in ejus autographo pro Mettenſi ſancti Arnul-
fi cœnobio, quod autographum apud Madaurum in Hiſtoria Mettenſium Epiſco-
porum vulgatum [a] eſt, primo habetur monogramma *Bene valete* cum duplici cir- a *Madaur.* p. 354.
culo: deinde teſtes ſubſcribunt Eberhardus & alii: & in fine legitur: *Data* v *Id.*
*Octob. per manus Udonis, ſanctæ apoſtolicæ ſedis Cancellarii & Bibliothecarii & Tullen-
ſis Primicerii, anno domini Leonis IX Papæ* I, *Indict.* II. *anno verò dominicæ Incarna-
tionis* M XLVIIII. In primis obſerva, in autographo, quod inſpeximus, ſcriptum
eſſe *Data*, non *Datum*, ut in aliis vetuſtioribus, tametſi ſæpius breviatum. Deinde
omiſſam eſſe loci deſignationem, in quo bulla data eſt, qua de re agemus initio li-
B bri quarti. *Leonis IX Papæ*, numero noni interpoſito. Tertio, Indictionem ſecun-
dam non fuiſſe mutatam menſe Septembri. aliàs tertia Indictio dicenda eſſet v *Id.
Octob.* qua die diploma confectum eſt. Hæc præter annum Incarnationis obſervare vi-
ſum eſt. Eadem advertere licet in aliis ejuſdem litteris pro Tullenſi ſancti Man-
ſueti Abbate Dodone, in quibus exſtant hæ notæ chronologicæ: *Anno Inc. Do-
mini* M L, *Ind.* IIII. *Data Tulli in majori eccleſia* II *Kal. Novemb. per manus Udonis
Tullenſis eccleſiæ Primicerii, Cancellarii & Bibliothecarii ſanctæ apoſtolicæ ſedis, anno apo-
ſtolatus domni Leonis noni Papæ* II, *epiſcopatûs Tullenſis* XXVI. Ubi maximè adverten-
da eſt epocha duplex, nempe ejus *apoſtolatus* ſeu pontificatus: & *epiſcopatus Tullenſis*,
C quod propter honorem loci, in quo hoc inſtrumentum conceſſit, memorare Pon-
tifici his in litteris viſum eſt: cum ad modum quo Clemens V, antea Burdegalen-
ſis Epiſcopus, cùm octiduo poſt ſuam conſecrationem conſtitutum edidiſſet, quo
nominatim illius urbis & ceterarum beneficia vacatura in poſterum ſibi reſervavit;
uſus eſt ſigillo, quo utebatur priùs in eccleſia Burdegalenſi. Sed adverte, Indictio-
nem quartam hîc apponi, non tertiam, quæ per annum M L currebat. ac proinde
non à Januario ejus initium peti, ut in bulla ſuperiori: ſed à Septembris die XXV.
adeoque in hac Indictionis methodo non fuiſſe conſtantes Pontifices Romanos.
Porro etſi annos Incarnationis ſtatim ab ipſo pontificatus ſui exordio aliquando Leo
D IX, non tamen ſemper uſurpavit. ſiquidem in ejus bulla pro ſancti Vitoni mona-
ſterio Virdunenſi, quæ *in perpetuum* inſcripta eſt, poſt ſolitum circulum & monogram-
ma, ita legitur in autographo: *Data* IIII *Nonas Januarii per manus Friderici Diaconi,
ſanctæ Romanæ eccleſiæ Bibliothecarii & Cancellarii vice Domini Herimanni Archicancella-
rii & Colonienſis Archiepiſcopi, anno domni Leonis IX Papæ quarto.* Neque verò ſubſe-
quentes Pontifices, qui annis Incarnationis quandoque uſi ſunt, hunc ritum per-
petuò ſervaverunt. Quod ſi nullum pontificium diploma ante Leonem IX (neque
verò id conſtanter affirmare velim, cùm nec omnia viderim aut legerim) æram Chri-
ſtianam præfert; illud inde profluxiſſe videtur, quòd Leo IX ex genere ortus Ger-
E maniæ Imperatorum, qui annos Incarnationis uſurpabant: deinde quòd Tulli Epiſ-
copus, ubi frequens erat hic calculus in litteris ſuis: ac demum quòd Cancellarium
habuerit Tullenſem Primicerium, qui ejuſmodi calculo aſſuetus erat. Poſt Leonem
Victor II, Stephanus IX, Nicolaus II, Gregorius VII, Alexander II, & Victor III
eodem calculo uſi ſunt, ex dictis. Sed in reſcripto Urbani II, hîc edito, pro cœ-
nobio ſancti Michaëlis ad Moſam, obſervanda eſt hæc clauſula: *Data Laterani*
VII *Kal. April. anno ab Incarnatione Domini ſecundùm Dionyſium milleſimo nonageſimo octa-
vo, ſecundùm verò certiorem Evangelii probationem milleſimo centeſimo* XXI, *Indictione* VI,
epacta XV, *concurrente* IIII. De calculo Dionyſiano & evangelico dictum eſt in ſupe-
F riori capite. Sed hic modus computandi ſingularis eſt in reſcriptis pontificiis, uti
& aliæ notæ ab epacta & concurrente. Ceterum reſcripta pontificia, quæ voces *in
perpetuum* præferunt, annis Incarnationis paſſim prædita ſunt: quæ *ſalutem & apoſto-
licam benedictionem*; rariùs quidem, ſed tamen aliquando hunc calculum habent.

VIII. Ex his manifeſtum eſſe puto, annos Incarnationis litteris Romanorum
Pontificum appoſitos fuiſſe longè ante Eugenium IV. nec ſcio an ullum ſincerum
eorum diploma cum hoc calculo inveniatur ante Leonem IX, quidquid dicat Aven-
tinus, qui hunc uſum à Paſchale I deducit. Sed jam diſquirendum reſtat, à quo
cardine annos Incarnationis repetant Pontifices in reſcriptis ſuis, quorum tria ſunt

genera. Primi generis dicuntur reſcripta Cancellariæ ſeu bullæ : ſecundi brevia : A
tertii privata poſſunt appellari. Primis appenditur bulla plumbea cum imaginibus Petri & Pauli : ſecundis anulus Piſcatoris: tertiis gentilitia inſignia Pontificis. Prima reſcripta, quæ graviores materias & Beneficia ſpectant, annos computant, ab Incarnatione. In ſecundis nulla fit mentio Incarnationis aut Nativitatis : ſed abſolutè ita ſcribi ſolet[a]: *Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub anulo Piſcatoris milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto, pontificatus noſtri anno primo.* Brevia hæc incipiunt à ſolita formula, *ſervus ſervorum Dei* : ſed alia ſunt quæ ſolum præferunt titulum *Papæ*, eorumque complura [b] annos dumtaxat pontificatûs habent abſque anno Incarnationis, qui tamen in quibuſdam reperitur [c]. Tertii deniquè generis B
reſcripta privata annos Domini compendio exhibent. Hæc in reſcriptis recentioribus ita ſe habent: ſecus in vetuſtis ab annis ſexcentis, quo ex tempore pontificiis litteris majoris momenti annus *Incarnationis*, apponi ſolet, non *Nativitatis*, niſi admodum paucis [d], ante annos trecentos. Deinde in vetuſtis illis bullis annus Incarnationis numeris Romanis paſſim adſcribitur, non litteris continuis. Ad hæc Incarnationis annus deſumitur à Kalendis Januarii, non ab Annuntiatione, niſi rariùs ; & cum annis à Nativitate confunditur. Et quia hæc res non levis momenti eſt, exemplis eam ſtabilire juvat. In Metropoli Saliſburgenſi [e] legitur bulla Alexandri ſecundi, his chronicis affecta notis. *Data Lateranis* XII *Kal. April. per manus* C
Petri Clerici, fungentis vice Petri S. R. E. Cardinalis ac Bibliothecarii, anno ab Incarnatione Domini M LXX, *pontificatus verò domini Alexandri Papæ II nono, Ind.* VIII. Data eſt quatriduo ante Annuntiationem : & tamen more noſtro vulgari comparat annum M LXX cum Indictione VIII. cùm dicendus fuiſſet annus M LXIX, ſi anni initium ab Annuntiatione trimeſtri ſpatio dilatus eſſet aut annus M LXXI, ſi menſibus novem Nativitatem Piſanorum ritu prævêniſſet. Idem calculus ſervatur in diplomate Urbani II apud Chiffletium [f]. *Datum Turonis per manum Johannis S. R. E. Diaconi Card.* XIII *Kal. April. Ind.* IIII, *Incarnationis Dominicæ anno* M XCVI, *pontificatus autem domini Urbani Secundi Papæ* VIII. & in alio Paſchalis II [g], *Datum La-* D
terani per manum Johannis S. R. E. Diaconi Card. ac Bibliothecarii, IX *Kal. April. Ind.* IX, *Inc. dominicæ anno* M C XVI, *pontificatus autem domini Paſchalis ſecundi Papæ anno* XVII. Ad hæc in bulla Calliſti II[h]. *Data Romanis* XV *Kal. Martii Ind.* XIII, *Inc. dominicæ anno* M C XX, *pontificatus autem domini Calixti ſecundi Papæ anno* II. Item ejuſdem aliud diploma [i] eodem ſpectat. *Datum Laterani* XIIII *Kal. April. Ind.* XV, *Inc. dominicæ anno* M C XXII, *pontificatus autem domni Calixti ſecundi Papæ anno* IIII. Denique (ut alia aliorum Pontificum diplomata omittam) ſic legitur in litteris Innocentii II apud Perardum [k]. *Datum Cluniaci* VI *Id. Febr. Ind.* X, *Incarnationis dominicæ anno* M C XXXII, *pontificatus verò domni Innocentii Papæ ſecundi anno* II. Hæc E
autem omnia inſtrumenta, etſi ante Annuntiationis feſtum condita ſint ; nullatenus tamen præveniunt, aut ſubſequuntur calculum noſtrum à Kalendis Januariis inchoari ſolitum : ſed ei ad amuſſim conveniunt, uti & pleraque alia diplomata Pontificum Romanorum.

IX. Inveniuntur nihilo minùs quædam, quorum calculus recentiorem noſtrum prævertit. Ejus generis duo Calliſti ſecundi nobis ſuppeditat eruditus Chiffletius in hiſtoria Trenorchienſi [l]. Primum eſt, *Datum Albæ per manum Griſogoni S. R. E. Diaconi Card. ac Bibliothecarii* XV *Kal. Junii Ind.* XIIII, *Inc. dominicæ anno* M C XXII, *pontificatus domni Calixti Papæ anno* III. Alterum habet eaſdem notas. Atqui Indictio F
XIV convenit, non anno M C XXII ſecundum calculum noſtrum, ſed anno præcedenti. Unde idem Chiffletius in lemmate prioris privilegii notat, datum eſſe privilegium anno M C XXII à die XXV Martii deducto, ſcilicet quatenus Incarnatio novem menſibus Nativitatem præcedit : ſed anno Dionyſiano M C XXI, ut oſtendit Indictio XIV. Alia ejus generis pontificia diplomata vidimus. Verùm quædam reperimus, quorum calculus uno anno Dionyſianum præcedit ; non ſolum menſibus novem. In hac enim computandi ratione, quam Piſanis propriam eſſe Covarruvias docet, à calculo Dionyſiano diſcrimen eſt in novem dumtaxat menſibus, qui ab Annuntia-

a Bullar. tom. 1 pag. 511. Vide pag. 498, 499, 504 &c.

b ibid. pag. 507, 531 &c.

c ibid. pag. 534 &c.

d Spicil. tom. 4 pag. 362, 363.

e Metrop. Saliſb. tom. 1 pag. 57.

f Tournu pag. 336.

g ibid. pag. 378.

h ibid. pag. 383.

i ibid. pag. 387.

k Perard. pag. 227.

l Tournu pag. 408.

A tione ad Nativitatem decurrunt: in aliis tribus, Januario ſcilicet ac duobus ſubſequentibus, in concordiam reditur cum Dionyſiano. Nam annus M C XXII calculo Piſano incipiens ab Annuntiatione novem menſibus antevertit Dionyſianum, qui Kalendis Januarii incipit eſſe annus M C XXII cum Dionyſiano. Unde tres à Januario menſes ejuſdem anni ſunt utroque ritu, poſtremi quidem in anno Piſano, primi in Dionyſiano. Et tamen in archivo Dionyſiano [a] exſtat autographum Paſchalis II, cujus ſpecimen damus, datum XII *Kal. April. Ind.* X. *Incarnationis dominicæ anno* M C III, *pontificatus autem domni Paſchalis ſecundi Papæ* III. quæ Indictio, ſicuti annus Paſchalis tertius, anno M C II conveniunt in Martio; nec ſequenti anno B convenire poſſunt, etiamſi Piſanum calculum admittamus: niſi integro anno hoc diploma Dionyſianum præceſſiſſe dicamus; aut certè mendum irrepſiſſe in numerum tertium pro ſecundo. Alterutrum porro admittendum eſt; nam cetera iſtud inſtrumentum genuinum ac verè autographum citra controverſiam haberi debet. Dum hæc animo verſarem, occurrit apud Puricellum [b] ejuſdem Paſchalis diploma planè conſimile, *Datum Laterani per manum Johannis S. R. E. Diaconi Cardinalis*, XVI *Kal. Martii, Indict.* X, *Incarnationis dominicæ anno* M C III, *pontificatus autem domini Paſchalis ſecundi Papæ* III. Hic idem Cancellarius, eædem chronologicæ notæ: quas hic eruditis diſcutiendas propono, aliaſque ſimiles, quæ mihi identidem occurre- C runt. Ceterum chartæ quædam datæ dicuntur *Papa regnante*, ut apud Guichenonem [c]. De Pontificiis tantum.

X. De epiſcopalibus ſynodiciſque litteris idem proportione, ac de pontificiis dicendum. Quippe Italici Epiſcopi litteras ſuas ſignabant annis Imperatorum & Indictione; iſque ritus perſeveravit ad ſæculum VIII. Argumento eſt charta Johannis V Epiſcopi Ravennatis, data in gratiam Ravennatium monachorum, *imperantibus Leone & Conſtantino Imperatoribus. Leone quidem anno* XV, *Conſtantino anno* XI, *gubernante Italiam excellentiſſimo Patricio & Exarcha* ... IIII *Kal. Februarii Ind.* XIIII. Sæculo IX adhibitus eſt ab Italicis Epiſcopis annus Incarnationis. Teſtes anni DCCCLXVI litteræ D in Italiæ tomo IV [d]. Attamen charta Leonis Epiſcopi Ravennatis, cujus autographum ab eminentiſſimo Caſanata Cardinale nobis communicatum eſt, annis tantùm Ottonis Imperatoris prædita eſt (ut ſpecimen ejus docet) cum Indictione.

XI. Idem ferè de Gallicanis dicendum. Nam ſub prima Regum ſtirpe uſitatus erat modus computandi ab annis Regum & Indictione: ut patet tum ex Conciliis in ſuperiori capite memoratis, tum ex conſtitutione Synodi Pariſienſis ad Ægidium Remenſem Antiſtitem, qui Promotum Caſtri-Dunenſis Epiſcopum conſecraverat, data *die* III *Id. Septemb. anno* XII *Regum domnorum noſtrorum, Ind.* VI *Pariſius.* quæ Indictio ne ab interpolatore quodam addita credatur; iterum repetitur poſt ſubſcriptiones. Eadem eſt calculi ratio in teſtamentis Bertchramni & Hadoindi Cenomannenſium, E & Palladii Autiſiodorenſis Epiſcoporum, quæ ab annis Regum & Indictione incipiunt, uti & alia permulta, quorum nonnulla carent notâ Indictionis. Sæculo VIII cùm S. Bonifacius Synodis Liptinenſi ſeu Germanicæ & Sueſſionenſi annos Incarnationis præfixiſſet; idem ſubinde actitarunt Epiſcopi in litteris ſuis, tam privatis, quàm ſynodicis, quibus annos Incarnationis præfigere ſolent à ſæculo IX, ut ex iis quæ in hujus libri cap. II diximus, manifeſtum eſt. Hinc facilè revinci poteſt ſententia Papebrochii [e], cenſentis fictitia eſſe acta Liptinenſis & Sueſſionenſis ſynodi: tum quia Principem laïcum, nempe Carolomanum, *faciunt conventui eccleſiaſtico præſidere, eaque ordinare, quæ diſciplinam & correctionem Cleri ac monachatûs concer-* F *nunt*: tum quia Sueſſionenſium actorum *fictio ſe prodit per lunam principio annotatam, præter omnem publicorum actorum formam; & per annum Chriſti anno Regis adjunctum.* Si prior admittatur ratio, fictitia cenſenda ſunt pleraque Galliæ Concilia, quæ juſſu Regum, eiſque paſſim præſentibus, celebrata ſunt. At Liptinenſis Synodi veritati non tantùm ſubſcribit Baronius, quem nimis hac in re facilem perperam traducit vir doctus, uti & tacitè Sirmundum: ſed etiam ante annos octingentos Hincmarus in epiſtola XXXVII ad Rodulfum & Frotarium cap. V his verbis. *In Synodo apud Liptinas habita, cui ſub Karolomanno Principe Georgius Epiſcopus & Johannes Sacellarius & ſanctus*

[a] Doublet pag. 475.

[b] Puricell. pag. 512.

[c] Biblioth. Sebuſ. pag. 106.

[d] Ital. ſac. tom. 4, col. 110.

[e] Papeb. Propyl. num. 30 & 31.

Bonifacius ex præcepto Zachariæ Papæ præſederunt, &c. Adde Capitula Caroli Calvi anni DCCC LVIII cap. VII. Fulbertum Epiſcopum Carnutenſem in epiſtola XXXIII, ubi Concilium Liptinenſe laudat, Othlonum in vita ſancti Bonifacii, & alios. Sed ad inſtitutum noſtrum magis pertinet ſecunda Papebrochii ratio, quæ ſi ſemel obtineret pro anno Incarnationis, fictitia cenſenda eſſent Concilia Francofordienſe anni DCC XCIV; Moguntinum, & Remenſe anni DCCC XIII; Aquiſgranenſia anni DCCC XV, & XVII, aliaque ſubſequentia: quæ omnia annos Incarnationis præferunt cum annis Regum, contra regiorum diplomatum ſolitam formam. Quam conſecutionem cum recta ratio non admittat; neque etiam de Liptinenſis & Sueſſionenſis ſynodorum actis dubitare nos ſinit, etſi annos Incarnationis præferunt, præter receptum antea morem. De lunæ calculo cùm ſuperiùs actum ſit, idipſum hîc retractare nil juvat.

XII. Ceterum hunc annorum Incarnationis uſum à Bonifacio ad Gallicanos Epiſcopos, immo ad hiſtoricos noſtros profluxiſſe mihi perſuaſum eſt, non ſolùm ex calculo ſynodorum Liptinenſis & Sueſſionenſis; ſed etiam ex ipſius Bonifacii epiſtola XV ad Nothelmum, quam claudit hoc modo. *Similiter rogo, ut mihi ſtudeatis indicare in quoto anno Incarnationis Chriſti prædicatores primi miſſi à ſancto Gregorio ad gentem Anglorum veniſſent.* Ex his verbis patet, in Bonifacii manus nondum eo tempore veniſſe Bedæ hiſtoriam, quæ hunc nodum diſertè explicat: ſimulque Bonifacium aſſuèviſſe uti annis Incarnationis: cujus exemplum Gallicani Epiſcopi poſtea imitati ſunt, in his Dido Laudunenſis anno DCCC LXXXVI, itemque Rorico anno DCCCC LXI in litteris hîc editis pro cœnobio ſancti Vincentii; Aurelianus Lugdunenſis tum initio, tum in fine (uti & quidam alii) ſynodici privilegii [a] pro Saxiaco; Berengarius Virdunenſis [b] anno DCCCC LII, & alii complures: ex quibus plerique, maximè à ſæculo XI, annos epiſcopatûs ſui adjiciunt. In diplomate Arnolfi Bajoariorum Ducis de concordia inter Dracolfum Epiſcopum Friſingenſem & Chunonem Chorepiſcopum, complacitatio [c] facta dicitur *anno* DCCCC VIII (ſic legendum) *Idib. Septemb. anno Epiſcopi ſecundo incipienti, Chorepiſcopi verò* VI, *&* *incipiente* VII. Epiſcopi tamen ex Gallicanis nonnulli annos Regis dumtaxat apponunt, etiam ſub tertia ſtirpe: in quibus Hugo Nivernenſis deridiculam clauſulam adhibet, hîc ex Chartario mihi per V. Cl. Antonium Herovallium communicato referendam.

Annus quindenus Henrici tunc rotabatur
Regni, Sextilis menſis & in Idibus ipſis.
Sic chronicabat & hunc Indictio tertia chor. *

[a] *Sæc. 4 Bened. tom. 2 pag.* 500 *&* 502.
[b] *Labbe Bibl. novæ tom. 1 pag.* 133.
[c] *Metrop. Saliſb. tom. 1 pag.* 131.
* l. deca.

CAPUT XXVI.

I. *Regum Francorum notæ Chronologicæ.* II. *Annus Incarnationis quando in Gallia receptus, ex mente Papebrochii.* III. *An per interregnum ſub Carolo Martello.* IV. *An & quando ſub ſecunda ſtirpe & ſub tertia.* V. *Indictionis uſus à Carolo Magno in diplomatibus.* VI. *Notæ chronologicæ ſub prima ſtirpe per annos Regum.* VII. *Hinc confuſio apud poſteros.* VIII. *Notæ chronicæ ſub ſecunda ſtirpe.* IX. *Diſcrimina à Merovingicis.* X, & XI. *Pippini Regis chronici characteres: Zachariæ PP. conſultum de regno ad eum transferendo.* XII. *Caroli Regis notæ.* XIII. *Ludovici Pii.* XIV. *Lotharii cum patre imperantis, & poſt mortem patris.* XV. *Item Caroli Calvi.* XVI. *Ludovici Balbi, ejuſque filiorum Ludovici & Carlomanni.* XVII. *Caroli Craſſi.* XVIII. *Odonis.* XIX. *Caroli Simplicis.* XX. *Item ſub Rodulfo.* XXI. *Et poſt mortem Caroli Simplicis.* XXII. *Sub Ludovico Tranſmarino cujus epitaphium refertur.*

A XXIII. *Sub Lothario.* XXIV. *Chronologia Capetiorum varia.*
XXV. *Quanam Hugonis.* XXVI. *Rotberti.* XXVII. *Henrici.*
XXVIII. *Philippi primi.* XXIX. *Ludovici Groſſi.* XXX. *Ludovici
junioris (ſub quo Indictionis uſus abrogatus in regiis chartis) & aliorum
ad ſanctum Ludovicum.* XXXI. *Ambaſciatores diplomatum.*

I. NOn ſine quadam animi voluptate Regum Francorum diplomata expen-
dere ſoleo : tum quia in iſtis omnia regiam majeſtatem ſpirant : tum quia
B illa majori conſilio ac ratione, majori item æqualitate conſtant, quàm cetera.
Ineſt quidem ſuus cuique ſtirpi characteriſmus : ſed & illud varietatem, adeoque
jucundiorem ſtudioſis lectionem præbet. Id cùm in aliis rebus ſuperiùs obſervatum
ſit, tum illud in primis occurrit in notis chronologicis, quas non ab Imperatorum
principatu, non à Conſulum faſtis, non ab Indictione deſumſerunt ante adeptum
Imperium: rati id infra majeſtatem Francicam eſſe. At qua ratione factum ſit, ut
annos Incarnationis ſeriùs admiſerint in calculum diplomatum ſuorum, ſanè mihi
divinare religio eſt. Illud autem hoc in loco diſcutere operæ pretium, nimirum
quo demum tempore hunc calculum receperint.

C II. Mihi verò in hac ſuſcepti argumenti provincia id in primis moleſtum acci-
dit, quòd virum de re litteraria optimè meritum idemtidem refellere cogor. Sed ille
me ipſâ reprehendendi verecundiâ partim liberavit, cùm *exemplis certis doceri* velle
ſe ſcribit [a], an illo ſeptennii tempore, quod inter Theoderici ultimi mortem & a *Propyl. num.* 31.
Childerici coronationem medium fuit, acta publica notarentur annis Incarnatio-
nis. Et in hanc quidem ſententiam vir doctus propendet [b], cenſetque hunc com- b *ibid. num.* 30 & 31.
putandi modum (ſiquidem illo intervallo in uſu fuit) *planè ceſſaſſe ſub Childerico* &
Carolingis Regibus. Tum ſubdit [c]: *In Francia ante annum Chriſti* M LX *neminem in-* c *ibid. num.* 35.
veniri ex Regibus uſque ad Philippum I, qui *annos Chriſti notaverit, nequidem in Sandio-*
D *nyſiano chartario : cui tamen Indictionis annos ferme ubique infartos*, inquit, *reperias.*
Tria itaque hoc in loco breviter agitanda. Primum, an per interregnum à morte
Theoderici acta publica annis Incarnationis ſubnotata fuerint. Alterum, an à Chil-
derico poſtremo Merovingorum Rege nullus Francorum Regum hoc calculo uſus
ſit ad Philippum I. Tertium an & quando Francorum Reges Indictionem admi-
ſerint, quando rejecerint.

III. Ad primum facilis ſolutio. Nulla enim diplomata regia, de quibus ſolis
hîc agimus, per id tempus edita ſunt : & ſi qua Carolus Martellus regia poteſtate
tum condidit, non videtur à regio more fuiſſe receſſurus. Certè ne id gratis dixiſſe
E credar, exſtat apud Dubletum [d] ipſiuſmet Caroli charta, cujus ego autographum d *Dublet pag.* 690.
inſpexi, data per illud interregnum ſub hac clauſula, *Actum Careciaco villa in pa-
latio, quod ficit menſis September dies* XVII, *annum quintum poſt defunctum Theodericum
Regem*, nulla annorum Incarnationis mentione facta. Ad eum modum Pippinus
ejuſdem Caroli filius, cùm adhuc Childerici Majordomus eſſet, Placitum quoddam
hîc editum hoc modo concluſit : *Datum quod fecit menſis Junius dies viginti, annum
nonò Childerico Rege.* Ex quo inferas, neque Carolo Principi, neque Pippino Ma-
joridomus alium morem fuiſſe in conſignandis diplomatum chronologicis notis,
quàm Merovingicis Regibus, qui ab annis Incarnationis perpetuò abſtinuerunt.

F IV. In ſecunda ſtirpe omnia fere diplomata regia, quæ ad res eccleſiarum,
monaſteriorum, privatarumque perſonarum pertinent, carent annis Incarnationis:
ſed nonnulla, quæ rem publicam maximè ſpectant, cum annis Regum adjunctos
habent annos Incarnationis. In his primam invenio Caroli Magni epiſtolam, quæ
capitulis ad legem Langobardicam anno DCCC I additis præfixa eſt ſub hac initiali
formula poſt inſcriptionem: *Karolus divino nutu coronatus*, &c. *Anno ab Incarnatione
Domini noſtri Jeſu-Chriſti* DCCC I, *Indict.* IX, *anno verò regni noſtri in Francia* XXXIII,
in Italia XXVIII, *conſulatûs autem noſtri primo, cùm in Italiam*, &c. ubi conſulatûs
annus primus eſt etiam primus imperii. Incarnationis item annum ſignat idem

Carolus anno DCCC XI in teſtamento ſuo, ſeu breviario diviſionis theſaurorum A
In nomine Domini Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus ſancti, incipit deſcriptio atque diviſio, quæ facta eſt à glorioſiſſimo atque piiſſimo domno Karolo Imperatore Auguſto, anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCC XI, *imperii autem* XI, *Indictione* IV *&c.* Idem præſtitit Ludovicus Auguſtus, Caroli Magni filius, in charta diviſionis Imperii inter filios ſuos, quæ in nova Capitularium[a] editione à V. Cl. Stephano Baluzio publicata eſt ſub hoc initio: *In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti, Hludowicus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Cùm nos in Dei nomine anno Incarnationis Domini* DCCC XVII, *Indict.* X, *annoque imperii noſtri quarto, menſe Julio Aquiſgrani Palatio* &c. Non dubito quin alia item maximi momenti diplomata B
Regum ſtirpis Carolinæ alibi reperiantur, quæ annos Domini præferant, maximè quæ in generali totius regni aut Epiſcoporum conventu data ſunt: ſed hæc in exemplum ſufficiant ad demonſtrandum, in rebus quæ ſtatum regni aliaſque graviſſimas reipublicæ cauſas tangunt, annos Incarnationis præponi ſolere à Regibus Carolingis. In aliis communibus diplomatibus pauciſſima prorſus ſincera invenias annis Incarnationis prædita ante Carolum Craſſum. Unicum reperimus Caroli Magni diploma pro Mettenſi ſancti Arnulfi cœnobio, quod concluditur hoc modo in autographo, quod diligenter inſpeximus. *Data Kal. Maïas anno* XV *&* VIIII *regni noſtri,* C
ab Incarnatione autem Domini noſtri J. anno ſeptingenteſimo octogeſimo tertio, in die Aſcenſionis dominicæ, in cujus vigiliis ipſa dulciſſima conjux noſtra obiit in anno XII *conjunctionis noſtræ. Actum Theodone villa palatio noſtro in Dei nomine feliciter, Indict* VI. Hoc diploma typis vulgatum eſt apud Madaurum[b]: nec facilè illud genuinum cenſuiſſem, niſi inſpexiſſem autographum optimæ notæ: cui tamen ſigillum nullum appoſitum eſt. At in eo diplomate ſollemnes aliorum diplomatum conditiones prætergreſſus eſt Carolus propter deſiderium & memoriam uxoris Hildegardis, quæ re vera in vigilia dominicæ Aſcenſionis prædicto anno in Theodonis villa, ubi datum diploma defuncta eſt, ſepulta ad ſanctum Arnulfum. Præter hoc nulla genuina, aut certè pauciſſima Regum noſtrorum diplomata communia, annis Incarnationis prædita occurrunt D
ante Carolum Craſſum; pauca etiam poſt ipſum uſque ad principatum Hugonis: qualia ſunt Odonis Regis in Spicilegii tomo VIII[c], in Appendice Capitularium[d], & in fine hujus operis; quale eſt etiam Lotharii Regis, filii Ludovici Tranſmarini tum in archivo ſancti Remigii apud Remos[e], tum in Promptuario Tricaſſino[f] Tandem ſub tertia ſtirpe cœptus eſt notari annus Incarnationis etiam ab ipſo Hugone, ejuſque filio Rotberto, & nepote Henrico: ſed non ſemper. Nam in hiſtoria Trenorchienſi exſtat diploma Hugonis datum anno regni ejus ſecundo abſque annis Incarnationis. At plura leguntur ejuſdem Hugonis cum Rotberto regnantis diplomata cum annis Incarnationis, quale eſt unum in chartario Foſſatenſi hîc editum, ſub E
anno Incarnationis DCCCC LXXXVIII. Rotberti item duo apud Perardum[g] ex autographis cum annis Incarnationis, altero M VI, altero M XXX. itemque unum Henrici datum anno M LIII: alterum in hiſtoria[h] beatæ Mariæ Sueſſionenſis anni M LVII. Non ergo à Philippo, ſed ſtatim ab ipſo Hugone incœpit uſus annorum Incarnationis, qui deinceps ſub Regibus ſubſequentibus perſeveravit, præterquam in illis minoris momenti litteris, quibus nulla chronologica nota appoſita eſt.

V. De Indictione illud indubitanter cum Papebrochio pronuntiare poſſumus, ejus communem uſum in litteris Regum noſtrorum (ſi præmiſſum pro ſancti Arnulfi cœnobio diploma, & forſan pauca alia excipias) cœpiſſe ab imperio Caroli Magni, F
id eſt ab ineunte anno DCCC I. Sed inſuper ſub tota ſecunda ſtirpe viguiſſe, contra quàm vir doctus exiſtimat, etiam in litteris eorumdem Regum, qui Imperatores non fuerunt. Id porro ita conſtans & cuivis exploratum cenſeo, ut argumenta huc conferre ſupervacaneum putem: cùm tot ferè exempla ejus rei exſtent, quot Regum ſecundæ ſtirpis diplomata indubitata, qualia inferiùs nonnulla ex genuinis autographis exhibituri ſumus. Excipimus tamen ab hoc numero quædam ſtirpis Carolinæ Regum diplomata, in his Pippini Aquitaniæ Regis, qui in autographo Trenorchienſi[i] Indictionem minimè adhibet apud Chiffletium, ſi tamen locus hîc om-

a Capitul. tom. 1 col.

b Madaure pag. 179.

c Spicil. tom. 8 pag. 354.

d Capitul. tom. 2 col. 1516 & 1518.

e Metrop. Rem. tom. 1 pag. 585.

f Prompt. Tricaſſ. fol. 86.

g Perard pag. 170 & 178.

h Hiſt. B. Mariæ Sueſſ. pag. 436.

i Tournu pag. 193.

A nino ſanus eſt Capetiis regnantibus rarior fuit Indictionis uſus , ſed tamen aliquan-
do uſurpatus à Regibus, nempe à Rotberto tum in Miſcellaneis Labbeanis [a], tum
apud Perardum [b] bis ex autographis , & à Ducibus Burgundiæ paſſim apud eumdem:
ab Henrico & Philippo Regibus , immo à Ludovico Groſſo apud Dubletum [c] non
ſemel. Ludovicus VII, & ceteri deinceps poſt eum Reges , ab Indictione abſti-
nuerunt.

§ I.

De notis chronologicis primæ ſtirpis Francicæ.

B VI. HÆc in anteceſſum dicta ſunt, ut planior fiat introductio ad notas chrono-
logicas Regum primæ ac ſecundæ ſtirpis, de quibus agimus in præſenti. Et quidem
Merovingici Reges hunc ferè modum uſurpabant : *Datum quod fecit menſis . . . dies . . .*
anno . . . regni noſtri , Compendio in Dei nomine feliciter, ſeu *Datum ſub die* v *Kal.* &c.
ſeu denique *Facta ceſſio ſub die* &c. quæ tamen formula , quàm privatis donatoribus
communis erat , tam Regibus , (quantum quidem ex relictis eorum diplomatibus
conficitur) inuſitata fuit. Attamen apud Gregorium [d] Turonenſem Epiſcopum Gunt-
chramni & Childeberti Regum pactio concluditur hoc modo. *Facta pactio ſub die*
quarto Calend. Decemb. anno viceſimo ſexto regni domni Guntchramni Regis , domni Childe-
C *berti vero duodecimo anno.* Sed primus modus uſitatior eſt, ut palam fit ex diploma-
tibus primæ ſtirpis inferiùs adducendis: eoque uſa eſt Baudonivia Sanctimonialis in
lib. 2 de vita ſanctæ Radegundis, quæ memoratur obiiſſe *quarta feria mane* , *pridie*
Id. Auguſt. quod fecit idem menſis dies XIII. nec longè abludit antiqua inſcriptio Mu-
tinenſis apud Gruterum [e], ubi legitur de quadam Pæducea Juliana : *cum marito fecit*
menſem , dies XX. & alia id genus [f]. Multa hujuſce computandi modi exempla ex pri-
ma ſtirpe Francica, quædam item ex ſecunda offendes in monumentis ſubſequen-
tibus, in quibus obſervatione dignum eſt præ ceteris inſtrumentum Chrothildis præ-
nobilis matronæ de conditione Monaſterii beatæ Mariæ de Brogariis, datum *anno*
D XXI *regni domni noſtri Chlothocariæ glorioſiſſimi Regis.* quod de Chlothario tertio intelli-
gendum eſt, idque probant ſubſcriptiones Waningi, Ghiſlemari, Mummoleni, &
aliorum, quos regnante Chlothario tertio floruiſſe conſtat. Ex his ergo litteris con-
ficimus Chlotharium tertium non tantùm *annos* IV, ut ante hæc tempora creditum eſt,
aut *annos* XIV , ut ex actis ſancti Wandreſigili reſtituit ſagaciſſimus vir Hadrianus Va-
leſius ; ſed annos minimùm *ſexdecim* inchoatos regnaviſſe, quandoquidem ſuperior
charta condita eſt anno ejus regni ſexto decimo. An verò anonymi ejus tempori ſen-
tentia in libello de geſtis ſancti Wandregiſili , ubi Chlotharius *populum orientalium*
Francorum annis quatuordecim rexiſſe dicitur , cum hoc inſtrumento ita conciliari po-
E teſt, ut ſolidos annos quatuordecim regnaverit Chlotharius, non computato reli-
quo ſpatio anni , quo Chlodoveus ejus pater deceſſit ; nec intervallo incœpti anni,
quo mortuus eſt ipſe Chlotharius: quod utrumque pro duobus annis computave-
rit prædictum inſtrumentum. Certè ſi annos dumtaxat quindecim adſignaret char-
ta illa, facilè admitterem hanc conciliandi viam : nunc autem cùm annos ſexde-
cim habeat , errorem potiùs in mſ. codicem vitæ ſancti Wandreſigili, quàm in hoc
autographum inſtrumentum irrepſiſſe veri ſimile eſt.

VII. Ex hac computandi ratione per annos Regum nata eſt confuſio ingens
apud poſteros , qui cùm calculum illum veterem ad annos Incarnationis revocare
F vellent , in multos errores lapſi ſunt. Neque ſolos imperitos tenuit hìc lapſus, ſed
etiam viros in rebus hiſtoricis pro illis temporibus apprimè verſatos: quos inter Ai-
moïnus Floriacenſis , haud ignobilis hiſtoricus, annum Chlodovei junioris ſecun-
dum comparat cum anno Incarnationis DCXXIII , cùm in libri ſui ſecundi de vita &
miraculis ſancti Benedicti cap. I annum Chriſti M V illigat cum anno CCC LXXXV
à condito cœnobio Floriacenſi , cujus primordia ad annum Chlodovei junioris ſe-
cundum referuntur. Idem error præceſſit in notis chronologicis teſtamenti Leode-
bodi Abbatis apud Helgaldum. Hoc aliaque errata tantiſper correxit Sigebertus, qui
propiùs ad veritatem acceſſit , viamque chronologiæ ſubſequentibus aperuit. Sed

a *Labbe Miſcell. pag.* 5?2.
b *Perard. pag.* 170 & 178.
c *Dublet pag.* 848, 849.
d *Greg. Tur. lib.* 9 c. 20.
e *Gruter. pag.* CCCC XLVII *num.* 3.
f *V. Sæc.* 2 *Bened. pag.* 676.

tamen in componendis Regum noſtrorum annis cum annis Incarnationis à ſcopo A
aberravit in tribus maximè locis. Primus eſt in anno mortis Chlodovei Magni, quam triennio ſeriùs reponit anno D XIV. qui error in ſequentium Regum annos propagatur, uti & ſequentes. Alter eſt in aſſignando principio regni Dagoberti primi, cui annos ſexdecim tribuit ab obitu patris, cum quo regnavit annos ſex: cùm annos tantum decem mortuo patre fuerit ſuperſtes ad annum uſque DC XXXVIII. adeò ut ſexennium illud quo cum patre regnavit, computari debeat inter annos illos ſexdecim, quos ei aſſignat Fredegarius, ut fuſiùs oſtendi in Præfationibus ſæculi ſecundi, tertii & quarti. Tertius locus eſt in annis regni Chlotharii tertii, cui B
annos tantùm quatuor tribuit Sigebertus: cùm anni minimum quatuordecim, immo ſexdecim ei tribuendi ſint, uti mox dicebam. Hos alioſque errores correxerunt tandem ſæculi noſtri eruditi viri, eoque demum res vertit, ut plana ſit & concors modò apud eos chronologia Merovingorum Regum: quando epocham regni Dagoberti, in qua ſolum à noſtris diſſidebant viri clariſſimi Henſchenius & Papebrochius, adjecto jam calculo ſuo admiſerunt in Exegeſi præliminari ad Aprilis tomum tertium. Et hunc quidem calculum firmat Folquinus ſæculi X monachus in chartarii Sithienſis cap. IV, ubi annum Chlotharii tertii ſextum componit cum anno Incarnationis DC LX. ac proinde ſentit, Chlodoveum juniorem ejus patrem anno DC LIV deceſſiſſe. qui cùm annos fere octodecim regnaverit, conſequens eſt, C
cum Dagoberto patri mortuo ſucceſſiſſe anno DCCC XXXVIII in ſententia ipſius Folquini, cujus verba huc refero. *Sub Francorum quoque Principe, prædicti Regis Hlodovei filio, anno ipſius* VI, *Verbique incarnati* DC LX, *placuit venerabili viro Mummoleno Noviomenſi Epiſcopo domnoque Bertino Abbati de Sitdiu monaſterio, inter ſe aliqua commutare locella*, &c. Hæc fuſiùs ſuo loco poſtea referenda.

VIII. Quod attinet ad chronologiam ſecundæ ſtirpis, etſi in diplomatibus ſuis Reges annos Incarnationis itidem raro admiſerint; facilè tamen de ea conveniunt omnes, propterea quòd illius temporis Annales cum annis Regum annos Incarnationis componunt. Superſunt tamen in his quædam difficultates, quas ſuo loco in con- D
ſequentibus explanare tentabimus, exponendo calculum cujuſque Regis Carolini.

§. II.

De notis chronologicis ſecundæ ſtirpis Francicæ.

IX. Hic calculus ejuſque formula partim convenit cum calculo primæ ſtirpis, partim ab eo differt, ſed maximè in tribus. Primum eſt, quod *Datum* (ſic vocant) Merovingici paſſim exprimunt in prima; Carolingi poſt Carolum Magnum in tertia perſona, quaſi Cancellarius aut Notarius loquatur. Decretio tamen Childeberti Regis ita concluditur: *Datum prid. Kal. Martii anno* XX *regni Domni noſtri Coloniâ feliciter amen.* abſque nomine Regis. Alterum diſcrimen eſt, quod Carolingi E
Datum ſeu *Data* (ſic enim promiſcuè legitur in ſecundæ ſtirpis regiæ monumentis) & *Actum* diſtinguunt in una eademque charta, quorum unum ſit rei tranſactæ, alterum confecti inſtrumenti ſignum: Merovingici ſolum *Datum* uſurpant. Tertio quòd hi ad deſignandum locum, in quo inſtrumentum conditum eſt, non ſolent addere *palatii* aut *villæ publicæ* vocabulum, quod Carolingis familiare eſt. Exſtat hîc tamen unum Childeberti tertii diploma, quod datum dicit *Compendio villa noſtra;* itemque aliud Chrothildis matronæ ſub Chlothario tertio, datum *Morlaco vico publico.* quæ etiam vici publici denominatio Camliaco opido tribuitur in ſubjecta F
Vandemiris donatione ſub Theoderico. Quin etiam Theoderici Regis confirmatio de Hunulficurte data eſt *Cariciaco palatio.* aliud item de commutatione Mummoleni & Bertini, *Criſciaco palatio.* Aliud ejuſdem diploma *Compendio palatio.* unum denique Childerici ultimi Merovingorum, datum *Cariciaco palatio.* Omnia pro cœnobio Sithienſi. Non dubito quin alia ejus rei exempla inveniri poſſent: adeò ut *palatii* nomen in clauſulis diplomatum ſub poſterioribus Merovingis communius eſſe cœperit, quod in prioribus non ita frequens erat. nam *palatii* vocabulum adjectum fuiſſe à Folquino, Chartarii Sithienſis primo auctore accurato, vix crediderim.

A X. In primis occurrit Pippinus, qui in diplomatum ſuorum chronologica formula nunc veterem præcedentium Regum retinuit, nunc inſtituit novam. Cùm eſſet Childerici Majordomus, Placitum pro Dionyſianis monachis, ex autographo hîc editum, protulit ſub hac clauſula: *Datum quod fecit menſis Junius dies viginti, annum nono Childerico Regè.* quæ eſt formula Merovingorum. Aliud verò pro iiſdem ſub iſta. *Data nono Kalendas Octobris anno* XVII *regni noſtri. Actum in ipſo monaſterio ſancti Dionyſii.* quæ eſt formula Carolingis peculiaris, excepto quod Pippinus more veteri adhuc ſcribit *regni noſtri* in prima perſona. *Data* ſeu *Datum* (ut jam dixi) tempus confecti diplomatis; *Actum* rem tranſactam ſignificat: quorum alterum alteri indifferenter præponitur aut ſubjicitur. Utriuſque formulæ exempla in Pippino Rege invenies. Aliud tamen ſignificare poſſunt *Actum* & *Datum*, nempe ut *Actum* tempus confecti inſtrumenti denotet, *Datum* conceſſi, cùm ſcilicet inſtrumentum in manus impetrantis tradebatur, ut de pontificiis litteris ſuperiùs diximus. Ejus rei luculentum exſtat argumentum in diplomate Gerbergæ Reginæ apud Marlotum [a], quod eſt *actum* IV *Idus Februarii anno Incarnationis dominicæ* DCCCC LXVIII. *Datum prid. Idus Februarii manu dominæ Reginæ, & ſuſceptum à domino Abbate Hugone.* Ubi *Actum* biduo *Datum præcedit.*

[a] *Metrop. Rem. tom. 1 pag. 607.*

XI. Paullatim digredimur à Pippino Rege, cujus non parum intereſt ſtatuere annum regni primum, quem in diverſos Chriſti annos trahunt Auctores, quidam in annum DCC L, nonnulli in DCC LI, alii in ſequentem, Baronius in DCC LIV, quo coronatus eſt à Stephano Papa. Verùm diſtinguendum eſt inter chartas & auctores. Nam chartæ, ſaltem pleræque, Pippini regni initia figunt anno DCC LII, Auctores alii aliis annis. Nempe ejus unctionem regiam à Bonifacio factam Francorum Annales de rebus geſtis Pippini & Caroli Magni anno DCC L, uti & Eginhardi Annales cum Reginone, Mariano & Sigeberto; Fuldenſes anno DCC LII, Aimoinus DCC LI collocant. Rem dirimit vetertimus codex, qui olim fuit cœnobii ſancti Dionyſii prope Pariſios, nunc eſt penes reverendos patres Henſchenium & Papebrochium, qui mihi illum coram oſtenderunt. Complectitur codex ille quaſdam Sanctorum Vitas cum libro Gregorii Turonenſis de gloria Confeſſorum, ſcriptúſque eſt *anno ab Incarnatione Domini* DCC LXVII, *Pippini Regis anno ſexto-decimo, Indictione* V, *& filiorum ejus eorumdemque Regum Francorum Caroli & Carlomanni (qui per manus ſanctæ recordationis viri beatiſſimi domni Stephani Papæ unà cum prædicto patre domno viro glorioſiſſimo Pippino Rege ſacro chriſmate conſecrati ſunt) anno tertio-decimo.* Ubi vides, Pippini Regis annum XVI componi cum anno DCC LXVII. ac proinde annum primum coincidere cum anno DCC LI. quod ex ſequentibus ejuſdem ſubſcriptionis verbis amplius declaratur, ubi *ipſe Pippinus per auctoritatem & imperium ſanctæ recordationis domni Zachariæ Papæ & unctionem ſacri chriſmatis, per manus beatorum Sacerdotum Galliarum & electionem omnium Francorum,* TRIBUS ANNIS ANTEA *in regni ſolio ſublimatus* perhibetur. *poſtea per manus ejuſdem Stephani Pontificis die uno in beatorum Martyrum Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii eccleſia, (ubi & venerabilis vir Folradus Archipreſbyter & Abbas eſſe cognoſcitur) in Regem & Patricium, unà cum prædictis filiis Carolo & Carolomanno unctus & benedictus; eodemque die Bertrada* ejus conjux *benedicta* in Reginam. Integram ſubſcriptionem, quæ prædicto codici apponitur, exhibet Henſchenius in Exegeſi præliminari ſecunda ad Martii tomum tertium.

Sic igitur res habuiſſe videtur. Anno DCC L ſub autumnum directa eſt legatio ad Zachariam Papam de ſubſtituendo Pippino in Childerici locum. Annuit Zacharias, ejuſque rei fidem diſertis verbis facit ſubſcriptio ſuperior cum Eginhardo aliiſque Annalibus. Unde evertitur oppoſita cujuſdam viri docti ſententia. Anno DCC LI pedetentim compoſiti ſunt Francorum animi ad Pippini conſecrationem, quæ labente eo anno, vel ſequenti ineunte facta eſt. Itaque ab hoc anno DCC LI regnum Pippini numerari cœpit, non ab anno DCC LIV, quo à Stephano Papa denuo conſecratus, unctuſque eſt, ut cum Iſone monacho putavit Baronius. Hanc regni Pippini epocham confirmant tria inſtrumenta apud Goldaſtum, duo quidem in tomo ſecundo rerum Alamannicarum, ordine XLII & XLIII, tertium in tomo

tertio pag. 57. Primum ſic deſinit : *Notavi diem Martis* VIII *Idus Auguſtas*, *anno* A
tertio regnante domno noſtro Pippino Rege. hoc eſt anno DCC LIV, quo littera F domi-
nicalis obtinebat. Secundum ſic clauditur : *Notavi die dominico*, *ſexto idus Octupris*,
anno decimo regnante domno Pippino Rege Francorum. nempe anno DCC LXII, qui lit-
tera C dominicali præditus erat. Tertium denique datum eſt *anno ſexto Pippini*
Regis, *die Mercoris*, *duodecimo Kal. Januarii.* quæ notæ incidunt in annum DCC LVII,
quo littera B dominicalis currebat. Neque aliter Pippini Regis annos in Gallia
numeratos fuiſſe manifeſtum evadet conferenti caput XIV Chronici Fontanellenſis [a]
cum cap. XIII. ubi Pippinus anno DCC L Rex Francorum conſtitutus dicitur,
nempe anno exeunte. Siquidem in cap. XIV annus ejus ſecundus comparatur cum B
anno DCC LIII. Certe in quodam mſ. Chronico pervetuſto, quod in principatu
Ludovici Pii deſinit ; Pippinus qui obiit anno Chriſti DCC LXVIII, & quidem VII
Id. Octobris, *annis ſeptemdecim* regnaviſſe memoratur.

XII. Venio ad Carolum Magnum, cujus epochæ tres leguntur in vetuſtis mo-
numentis. Prima regni Francici ; altera regni Langobardorum ſeu Italici ; tertia
imperii. Has tres epochas ſimul conjunxit ac diſtinxit in diplomatibus ab anno
DCCC I, quo renuntiatus eſt Imperator in Natali Domini præcedente : duas primas
uſurpavit ante initum Imperium. Hujus rei tot probationes ſunt, quot exempla :
ut mirum ſit virum doctum aſſerere in Propylæo [b], hanc duarum epocharum con- C
junctionem ante annum DCCC in uſu non fuiſſe. Vide hîc monumenta noſtra,
vide Baluzium in tribus locis Capitularium appendicis, vide Puricellum [c] pro Ita-
lia, vide omnes. In quibuſdam tamen litteris, quæ anno regni Langobardici pri-
mo datæ ſunt, non apponitur ſecunda hæc epocha, ut Dionyſianis apud Duble-
tum [d], etiam in autographo, oſcitantiâ forſan Notarii, qui huic calculo nondum
aſſuetus erat. De tribus epochis multa item exſtant exempla in Capitularium tomo
primo, & apud Goldaſtum charta XCIX. Unum hîc habes ita expreſſum : *Datum*
quod fecit menſis Martius dies octo, *anno* XII *Chriſto propitio imperii domni noſtri Karoli*,
& XLIIII *regni ejus in Francia*, *adque* XXXVIII *in Italia*, *Ind.* III *in Dei nomine feliciter.* D
Ubi vides regnum Franciæ præcedere Italicum annis ſex (nam Carolus anno DCC
LXVIII patri ſucceſſit menſe Octobri, Langobardorum regnum obtinuit anno DCC
LXXIV) & annis XXXIII Imperii initium.

Has tres epochas in unam imperii nonnumquam conferunt vetera monumenta,
quorum unum exſtat apud Goldaſtum in tomo tertio [e] præcitato : *Datum* XLI *anno*
imperii Karoli Cæſaris, *die dominico*, III *Id. Februarias.* id eſt anno DCCC IX, quo lit-
tera G dominicalis incidebat in III Idus Februarias. Eadem epocha legitur in mſ.
codice Canonum Germanenſi n°. 423, in cujus fine apponitur hæc epigraphe :
Facto hunc libro in anno XXXVII *regnante domno Karolo Imperatore.* qui annus Chriſti E
octingenteſimo quinto illigatur. His in locis ſub imperii annis comprehenduntur
anni regni Francici & Italici. Simili modo regnum Francicum cum Italico con-
funditur in tomo ſecundo apud Goldaſtum charta XLIX, itemque in tomo tertio [f],
ubi hæc formula : *Notavi diem* XIII *Kal. Octob. anno* XLIIII *regnante domino noſtro*
Carolo Rege Francorum & Longobardorum, *& anno* XI *Imperatore & gubernatore Roma-*
norum. In Traditionibus Fuldenſibus [g] ſub *regni* nomine comprehenduntur duæ
epochæ regni Francici & imperii, nulla regni Langobardici mentione facta. Apud
Italos regnante Pippino Caroli Magni filio duplex epocha nonnumquam apposita
eſt. unde apud Puricellum de baſilica Ambroſiana [h] ſic concluditur charta Petri F
Archiepiſcopi : *Anno domnorum noſtrorum Caroli & Pippini Regum in Italia* XVI *&* IX.
Denique Carolus Magnus ante acceptam imperii dignitatem aliquando vocatus eſt
Imperator, ut patet tum ex iis quæ diximus ſupra in cap. IV, tum ex charta cujuſ-
dam Leotaldi apud Perardum [i], data *die Lunis proximo poſt Kal. Novembris*, *anno*
decimo regni domini noſtri Karoli Imperatoris. quod convenit cum anno DCC LXXVII,
quo littera dominicalis erat E, & dies Lunæ incidebat in ſecundam Novembris :
non autem convenit cum anno decimo Carolini imperii, id eſt anno Chriſti DCCC
X, quo littera F pro dominicali currebat. Mendoſum videtur diploma Carolo M.

[a] *Spicil. tom.* 3 *pag.* 225 *&* 226.
[b] *Propyl. num.* 47.
[c] *Puricell. pag.* 45.
[d] *Doublet pag.* 704.
[e] *Goldast. tom.* 3. *rer. Alaman. pag.* 59.
[f] *Ibid. pag.* 60.
[g] *Tradit. Fuld. pag.* 455, 456.
[h] *Puricell. pag.* 21.
[i] *Perard. pag.* 12.

A tributum apud Caſam novam [a] non ſolum ob exordium, *In nomine Patris & Filii* a *Francalleu de*
& Spiritus-ſancti Carolus sereniſſimus gratiâ Dei Rex, ſed etiam ob notam chronologicam *Langued. pag.* 298.
anno XXV regni noſtri, nulla regni Langobardici mentione facta.
XIII. Caroli Magni Imperatoris formulam in notis chronologicis diplomatum
retinuit Ludovicus Auguſtus ejus filius. Quippe Carolus, qui ante imperium nunc
veterem Merovingorum formulam, nunc novam *Datum* ſeu *Data*, & *Actum*, cum vo-
cabulis *regni noſtri* uſurpaverat; poſt acceptum Imperium *Datum* ſeu *Data* & *Actum* in
uſu habuit, ubi locus rei tranſactæ exprimendus erat, ſin minùs alterutrum: & an-
num imperii ac regni in tertia perſona expreſſit. Idem præſtitit Ludovicus ejus filius,
B in cujus diplomatibus *Actum* & *Datum* ſeu *Data* paſſim legitur, & annus *imperii Ludo-
vici piiſſimi Imperatoris*, aut *sereniſſimi Auguſti* paſſim, non *imperii noſtri*. In ejus epo-
cha duplici, regni ſcilicet Aquitanici & imperii, vix ulla invenitur difficultas. nam
Aquitaniæ principatum iniit anno DCC LXXXI, imperium ineunte anno DCCC XIV.
Ludovici Aquitaniæ Regis unum diploma pro Gellonenſi monaſterio exſtat in Sæ-
culi IV Benedictini parte I. ubi pro *Indictione* X legenda eſt *prima*. Longè major eſt
difficultas in iis diplomatibus, in quibus anni Ludovici Imperii cum annis Lotharii
comparantur.
XIV. Varii ſunt regni ſeu imperii Lothariani characteres. Is primùm conſtitu-
C tus eſt à patre Bajoariæ Rex anno DCCC XIV. tum Aquiſgrani anno DCCC XVII, de-
tracto Bajoariæ regno, in æſtate conſors imperii factus: Kal. Maii confirmatus an-
no DCCC XXI in conventu Noviomagenſi. Deinde in Attiniacenſi conventu miſ-
ſus in Langobardiæ ſeu Italiæ regnum anno DCCC XXII menſe Auguſto: ad extre-
mum Romæ regni & imperii coronam à Paſchale Papa accepit anno ſequenti, id
eſt DCCC XXIII, in ipſa paſchali ſollemnitate. Prætereà adverte duplicis generis eſſe
diplomata Lothariana: una, quæ vivente patre condita ſunt, atque utriuſque regni,
Ludovici ſcilicet ac Lotharii, annos exhibent: altera, quæ Lothariani regni Italici
ac Francici annos. Ad hæc obſervare convenit, voces *regni* ac *regnantis* non ſem-
D per ſumi pro regno, ſed etiam pro imperio. nam *regnante* pro *imperante* utitur Can-
cellarius apud Goldaſtum tomo ſecundo in chartis XXVIII, XLVII, LXXXI & LXXXVI
regni verò nomine pro *imperii* in charta LV & aliis. Lege Perardum à pag. 12 ad pag.
36, ubi pag. 23 charta legitur data *anno primo imperii* id eſt regni *domini Karoli junioris*,
id eſt Caroli Calvi, qui hoc quaſi cognomine ſæpiùs afficitur in chartis privatis.
Rotberti Regis diploma apud Cheſnium [b], datum eſt *anno imperii ſui* XXIX. Hæc b *Montmorency*
idcirco notare viſum eſt, quoniam quidam vir doctus in voce *regnantis* vim facit *pag.* 12.
ad ſignificandum regnum, non imperium.
His obſervatis dicendum eſt, in ſtatuenda epocha diplomatum Lotharianorum
E nullam habitam fuiſſe rationem regni Bajoarici, niſi fortè admodum apud Bajoa-
rios: ſed illam deſumtam fuiſſe aliquando ab anno DCCC XVII paſſim ab anno DCCC
XXII, rarius ab anno DCCC XXIII quæ quidem intelligenda ſunt de diplomatibus
conditis ante mortem Ludovici Auguſti. Ad epocham anni DCCC XVII refero duo
Lotharii diplomata, data *anno* ejus *imperii* XVIII, *Indict.* XIII. quæ notæ à Puricel-
lo [c] referuntur ad annum DCCC XLI, ſed perperam: cum anno DCCC XXXV conve- c *Puricell. pag.* 184 *&* 187.
niant. Eruditiſſimus Carolus Cointius [d] in ea ſententia verſatur, Lotharium ante- d *Coint. tom.* 7 *ad*
quam à patre deſciſceret, annos ſuos computaſſe aut ab anno DCCC XVII, aut ab an- *an* 823 *num.* 1.
no DCCC XXII, numquam ab anno DCCC XXIII, quo à Paſchale Papa coronatus eſt;
F at poſt annum DCCC XXIX, cùm civile bellum inter ipſum ac patrem exarſiſſet.
poſtremam hanc epocham prætuliſſe, ut ſe Romano Pontifici gratum præberet.
Huic rei probandæ affert vir doctus diploma de Bariſiaco à me editum in Sæculi
quarti parte prima [e] datum XV *Kal. Februarii anno* XVII *Imperii Hludovici sereniſſimi* e *Sæc.* 4 *Bened.*
Imperatoris & Lotharii Auguſti VIII, *Indictione* VIIII. quæ omnia Chriſti anno DCCC *part.* 1 *pag.* 67 *&* 68.
XXXI conveniunt. Ut hæc opinio conſtet hoc argumento, oportet Lotharium hanc
epocham affectaſſe, ut patri moveret invidiam, & Pontificis gratiam ſibi conciliaret.
Atqui diploma Bariſiacenſe auctorem habet, non Lotharium, ſed Ludovicum Au-
guſtum, ac proinde nihil confert ad id, quod vir doctus intendit: ſed id ſolum ad-

ſtruit, aliquando Lotharii annos à coronatione per Paſchalem facta initos fuiſſe. A Rarior tamen eſt hæc epocha: communior altera, quæ ab inito regno Langobardico, id eſt ab anno DCCC XXII, ſumit exordium. Nam pleraque quæ in manus noſtras venerunt diplomata ſub nomine Ludovici & Lotharii, annos ſeptem vel octo in deſignandis Lotharii annis excedunt Ludovici patris annos. Et tamen ubi primum Ludovicus conſortem Imperii Lotharium conſtituit anno DCCC XVII, id *in omni conſcriptione & nomiſmate* obtinere voluit, teſtante Paſchaſio in lib. II de Epitaphio Walæ cap. XVII. Unde in præfatione Concilii Romani per menſem Novembrem anno DCCC XXVI celebrati apponitur hæc epocha: *Imperante domino noſtro piiſſimo Auguſto Hludovico, à Deo coronato, magno Imperatore anno* XIII, *ſed & Hlothario novo Imperatore anno* X. B ubi annus Lotharii primus repetitur ab anno DCCC XVII. Quamquam multa inveniuntur diplomata ab anno DCCC XVII ad DCCC XXII, ſolo Ludovici nomine confecta, quale Elnonenſe à me editum in eadem prima parte Sæculi quarti [a], & alia paſſim. Quin etiam ab anno DCCC XXII reperiuntur haud pauca, quæ incipiunt nomine Ludovici & Lotharii, tametſi in notis chronologicis ſola Ludoviciani imperii mentio fiat, ut in privilegio [b] pro Corbeia nova, cui privilegio etſi ambo ſubſcribunt, unius Ludovici anni apponuntur: & contra quædam ſolo Ludovici aut Lotharii nomine edita [c], quæ utriuſque annos in fine exhibent. Hæc de diplomatibus vivente Ludovico ſcriptis. C

XV. Poſt mortem Ludovici Lotharius aliam iniit rationem, cujus formulas binas accipe ex Hiſtoria Trenorchienſi [d]. Prima concipitur his verbis: *Data* VI *Idus Octob. anno Chriſto propitio imperii domni Hlotharii pii Imperatoris, in Italia* XXI, *& in Francia* I. *Indict.* III. Altera ſic [e]: *Datum* XV *Kal. Novemb. anno Chriſto propitio imperii domni Lotharii pii Imperatoris in Francia* X, *& in Italia* XXX, *Indict.* XIII. Prima formula convenit anno DCCC XL, ſecunda anno DCCC L. In utroque diplomate anni Italici imperii Franciços excedunt annis viginti; & Francici primus anno DCCC XL ſtatuitur à Junii vigeſima die, quo Ludovicus Auguſtus è vivis exceſſit. Itaque annus Italici primus ab anno DCCC XX ſumit exordium. D Et ne quis mendum in duo ſuperiora diplomata irrepſiſſe putet; occurrunt ejuſdem epochæ alia complura, putà duo in appendice Capitularium Baluziana, ordine LVI & LVII, quæ data ſunt XI *Kal. Novemb. anno imperii domni Hlotharii pii Imperatoris in Italia* XXIIII, *& in Francia* IIII, *Indictione* VI. Hoc eſt anno DCCC XLIII, quo Indictio VI currebat, & annus Imperii Lothariani in Francia quartus à Junii die XX. Eodem tendunt alia ejuſdem Lotharii monumenta in Spicilegio [f]. nam in tomo VII legitur confirmatio donationis factæ cœnobio Grandivallis VIII *Kal. Septemb. anno imperii domni Lotharii* XII (lege *pii*) *Imperatoris in Italia* XXX, *& in Francia* X, *Indict.* XII. id eſt anno DCCC XLIX. E Et in tomo VIII [g] præceptum ejuſdem pro eccleſia Æduenſi datum V *Nonas Julii, anno imperii domni Lotharii pii Imperatoris in Italia* XXXIIII, *& in Francia* XIIII, *Indict.* I, quæ coincidunt in annum DCCC LIII, quo annus XIV regni Lotharii à die XX Junii currebat per Indictionem I. Denique in ejuſdem Spicilegii tomo XII [h] unum eſt Lotharii præceptum de cella Nantuadis, datum VII *Kal. Julii, anno imperii domni Lotharii piiſſimi Auguſti in Italia* XXXIII, *& in Francia* XIII, *Ind.* XV. itidemque aliud de Saviniaco [i] ſuperiori ſubjunctum cum iiſdem chronologicis notis, quæ in annum DCCC LII conveniunt: quo anno à XII Kal. Julii incipiebat imperii Lothariani in Francia XIII. Ex his omnibus aliiſque diplomatibus, quibus commemorandis ſuperſedeo, liquidò conſtat, annos imperii Italici (ut ſuperiùs dictum eſt) F Francicos præcedere in Lothario annis viginti: adeoque Italicum incipere ab anno DCCC XX, Francicum à Junii vigeſima die anni DCCC XL. Inde corrigas ſpecimen privilegii Lothariani à Papebrochio in ære cælatum, cujus notæ chronologicæ hoc modo exhibentur: *Data* XIII *Kal. Martii anno Chriſto propitio imperii domni Hlotharii pii Imperatoris in Italia* XXV, *& in Francia* III, *Indictione* VIII. Ubi ſine dubio legendum eſt, *& in Francia* V, aut VI, tametſi præfero V, facili exprimentis lapſu. Corrigendus item ſpeciminis titulus, in quo privilegium datum legitur anno Domini DCCC XLIII, ſcribendumque DCCC XLV, quo Indictio VIII obtinebat, & an-

a *ibid. pag.* 66.
b *Monum. Paderborn. pag.* 114.
c *Sæc.* 4. *Bened. part.* 1 *pag.* 85
d *Tournu pag.* 265
e *pag.* 266.
f *Spicil. tom.* 7 *pag.* 184.
g *tom.* 8 *pag.* 141.
h *tom.* 12 *pag.* 113.
i *pag.* 144.

A nus XXV Lotharii in Italia, V in Francia currebat, ex dictis. Quamobrem verò Lo-
tharius exordium Italici imperii mortuo patre petierit ab anno DCCC XX, fateor me
nondum aſſequi potuiſſe. Niſi probes Bernardi Italiæ Regis mortem, quæ anno
DCCC XVIII ſtatuitur, dilatam fuiſſe uſque ad finem anni DCCC XIX, aut ad initium
anni inſequentis: à quo Lotharius exordium Italici regni, quaſi hereditario jure
jam ſibi debiti, repetierit: tametſi non niſi anno DCCC XXII in ejus poſſeſſionem
venit. Multa hîc ex Lotharii autographis Dionyſianis afferri poſſent, niſi temera-
rius quidam omnes eorum chronicas notas, neſcio quo conſilio, vitiaſſet, quales
eas vulgavit Dubletus: ex quo proinde nihil ad hunc locum elici poteſt. Sed hîc
B omittere non poſſum egregium ejuſdem Lotharii autographum ex Tullenſi archivo
ſancti Manſueti: quo diplomate BERARDO, *venerabilis Tullenſis eccleſiæ Chorepiſcopo*,
concedit quaſdam res ſuæ proprietatis, nempe eccleſiam ſancti Amantii non longè
à mœnibus prædictæ urbis, ſubſcribente HRotmundo Notario ad vicem Hilduini,
cum his chronicis notis: *Data* XVII *Kal. Februarii, anno Chriſto propitio imperii domni
HLotharii pii Imperatoris in Italia* XXVI, *& in Francia* VI, *Indict.* VIII. *Actum Aquiſ-
grani palatio regio.* quæ anno DCCC XLV conveniunt, omnino ad amuſſim calculi
ſuperioris. Hactenus de Lothario.

XVI. Nunc autem, remiſſis in caput ſequens Pippino & Ludovico Regibus
C Ludovici Pii filiis, jam oratio properat ad Carolum Calvum, cujus tria diſtinguen-
da ſunt tempora. Primum à ſucceſſione in regnum paternum, quæ anno DCCC XL
à die XX Junii: ſecundum à ſucceſſione in regnum Lotharii, quæ nona Septembris
anno DCCC LXIX accidit: tertium ab inito imperio die XXV Decembris anni DCCC
LXXV. Duas primas epochas hîc exhibet ejuſdem Caroli Præceptum pro cœnobio
ſancti Dionyſii, *datum* VI *Kal. April. Indict.* VIII, *anno* XXXV *regnante Karolo glorio-
ſiſſimo Rege, & in ſucceſſione regni Lotharii anno* VI. id eſt anno DCCC LXXV. Aliud
exemplum habes in Hiſtoria Trenorchienſi [a]. Tertiam epocham cum aliis duabus *a Tournu pag. 311.*
conjunxit Carolus in hunc modum. *Data* IV *Kal. April. Indict.* X, *domni Caroli*
D *Imperatoris in Francia* XXXVII, *imperii ejus anno* II, *atque in ſucceſſione Lotharii anno*
VIII. hoc eſt anno DCCC LXXVII, in Spicilegii tomo XII [b], & in Speciminibus no- *b Spicil. tom. 12*
ſtris. Singularis eſt epocha Caroli Calvi in diplomate relato apud Caſam-novam. [c] *pag. 411.*
Data XIV *Kal. Jun. Indict.* VII, *anno* IV *regnante Karolo glorioſo Rege, in mona-* *c Franc alleu de*
ſterio ſancti Saturnini, dum obſideret Toloſam. Sed magis ſingularis eſt alia ejuſ- *Langued. pag. 301.*
dem Caroli Calvi diplomatis in hiſtoria Ghiſnenſi [d] in hæc verba: *Data* XII *Kal.* *d Guiſnes pag. 5.*
Julii anno XXXVII *regnante domno Carolo, imperiique ejuſdem* II. *Actum in Compendio
palatio imperiali die* XIIII *poſt mortem Hilduini Abbatis.* Sed Hilduini Abbatis junioris
mentio facta eſt duas ob. cauſas: una, quòd privilegium iſtud conceſſum eſt in
E gratiam Sithienſis monaſterii, cujus is Abbas fuerat: altera, quod Carolo Calvo
familiaris & carus erat. Nam in aliis litteris pro eodem cœnobio dicitur *venerabilis
Abbas Hilduinus, fideliſſimus noſter atque miniſterialis noſter librarius.* Hæc apud Folqui-
num in Chartario, in quo (id obiter obſervare liceat) hæc de eodem leguntur
Anno Incarnationis dominicæ DCCC LXVI *Karolus Rex Hunfrido Abbatiam cum dedecore
auferens, Hilduino canonico nuper de Hlotharii ſenioratu ad ſe converſo dedit propter libras*
XXX *auri.* Pluribus ibidem laudatur Hilduinus, & *anno dominicæ Incarnationis* DCCC
LXXVII *in Cariſiaco regali palatio* VII *Id. Junii deceſſiſſe* memoratur. In ejus gratiam,
ipſo mortuo, Carolus conceſſit aliud privilegium, in quo ſtatuit, ut in eodem
F monaſterio numerus LX monachorum ſervetur ſecundùm conſtitutionem genitoris
ſui, & libera ex ipſis Fratribus electio Abbatis. Carolus Calvus eodem anno DCCC
LXXVII obiit *prid. Nonas Octobris.*

XVII. Ei ſucceſſit filius ejus Ludovicus, quem anno DCCC LXV Regem à patre
conſtitutum fuiſſe tradit Hariulfus in Chronico Centulenſi. At contrarium evin-
citur ex Annalibus Bertinianis ad eum annum, ubi Carolus Ludovicum filium
ſuum in Neuſtriam direxiſſe perhibetur, *nec reddito, nec interdicto ſibi nomine regio*
(quod ſcilicet uſurpaverat ex anno DCCC LXI & LXII) *ſed tantùm Comitatum Ande-
gavenſem, & Abbatiam Majoris monaſterii, & quaſdam villas ei donaſſe.* Itaque hujus

Ludovici præceptum, quod ad annum DCCC LXVII revocat Hariulfus, in annum A DCCC LXXVIII rejiciendum videtur, & pro *Indictione* XV reponenda *Ind.* XI. Ludovicus ipſe, ut ſcribit Folquinus mox laudatus, *anno regni ſui ſecundo necdum expleto, obiit Compendio palatio,* V *Id. April. anno Incarnationis Domini* DCCC LXXVIIII *Deinde filii ejus Hludowicus & Carlomannus regnum inter ſe diſpertiunt. Iſdem autem Rex Hludowicus in pago Vimiaco cum Nordmannis bellum gerens, triumphum eſt adeptus, & non multo poſt obiit* III *Nonas Auguſti, anno Domini* DCCC LXXXI. *Regnavit annos* II, *menſes* III. *cui ſucceſſit in regno frater ejus Karlomannus, regnavitque annis* III, *diebus* VI. *obiit anno Domini* DCCC LXXXIIII. *Deinde Karolus Rex Suavorum, filius Hludowici Regis* B *Noricorum, qui erat filius Hludowici, filii Karoli Magni, filii Pippini, monarchiam totius Imperii Francorum & Romanorum aſſumit anno Verbi incarnati* DCCC LXXXV. Hæc ex Folquino Sithienſi. Quippe poſt obitum Carlomanni non ſtatim Francico throno admotus eſt Carolus propter turbas de ſucceſſione emergentes. Unde per id tempus undecimum inſtrumentum Chartarii Patriciacenſis apud Perardum datum legitur *menſe Aprili, anno defunctionis Karlomanni Regis, Incarnationis dominicæ anno* DCCC LXXXV. qui annus defuncti Carlomanni ab exeunte anno Chriſti ſuperiore computandus eſt. nam ejus obitus in Necrologio Dionyſiano reponitur VIII *Id. Decembris*, in Remigiano *prid. Idus* eaſdem: quo in Necrologio Carlomannus Rex, C frater Caroli Magni, *prid. Nonas* ejuſdem menſis notatur.

XVIII. Carolus Imperator, Cognomento Craſſus, ejus ſucceſſor, tres epochas in diplomatibus ſuis adhibere ſolet, primam à regno Italiæ, id eſt ab anno DCCC LXXX. alteram ab anno DCCC LXXXII, quo Rex in Francia Orientali dictus eſt. tertiam ab ineunte anno DCCC LXXXV, quo Rex in Gallia. Idem ab inito maximè principatu Gallicano paſſim in diplomatibus uſus eſt annis Incarnationis, ut patet ex Italiæ ſacræ tomo ſecundo [a] & quarto [b] item ex Spicilegii tomo VII [c], ex Galliæ Conciliorum tomo tertio [d], & ex Monumentis Paderbornenſibus [e] celſiſſimi & eruditiſſimi Principis Ferdinandi Epiſcopi Paderbornenſis & Monaſterienſis, apud quem Caroli Craſſi diploma de Smechta legitur his tribus characteribus affectum. *Data* D XI *Kal. Octob. anno dominicæ Incarnationis* DCCC LXXXVII, *Ind.* V. *anno verò regni domini Karoli ſereniſſimi Imperatoris Auguſti in Italia* VII, *in Francia* V, *in Gallia* III. Ab eo ſubſequentes Imperatores calculum ab annis Incarnationis frequentarunt, ut exponemus in capite ſequenti, tametſi non ſemper eo calculo uſus eſt [f]. Hunc verò idem Carolus ante Gallicanum principatum uſurpavit, ut fidem faciunt duo ejus diplomata apud Puricellum [g], *Data* XII *Kal. April. anno Incarnationis Domini* DCCC LXXX, *Indict.* XIII, *anno verò regni Regis Karoli in Francia* IV, *in Italia* I. Ubi *Franciæ* regnum ejus quatuor annis præcedit Italicum, (contra quàm in ſuperioribus:) E nempe à morte patris Ludovici Germaniæ Regis, quæ accidit anno DCCC LXXVI, ſcilicet V Kal. Septemb. Tunc enim paterni regni inter fratres diviſione facta, Carolo *Alamannica in parte ceſſit, & aliquæ civitates* ex regno Lotharii, ut tradunt Annales Mettenſes. quæ civitates Franciæ nomine deſignantur. Ad hæc ex duobus illis Puricelli diplomatibus conſtat, eumdem Carolum Italiæ Regem coronatum fuiſſe, non anno DCCC LXXXI, ut recentioribus placet; ſed ſuperiore in Natali Domini, à quo die novum annum incipiebant veteres. Porro unius regni nomine tria regna confusè ſignavit ipſemet Carolus in diplomate [h] pro eccleſia Cabilonenſi, dato *prid. Id. Junii, anno ab Incarnatione Domini* DCCC LXXXV, *anno verò regni domini Karoli Imperatoris* VIII, *imperii verò* V. regni exordio ducto à morte patris. F *Domni Karoli Imperatoris depoſitio* in Necrologio noſtro ſancti Germani conſignatur *Nonis Decembris*.

XIX. Eodem Incarnationis calculo uſus eſt Odo, qui præ imbelli Caroli Simplicis ætate nomen Regis ſibi tribuit, aut potiùs tutoris nomine accepit (nam tutores tunc temporis pupillarium dignitatum ac feodorum titulis donabantur, ut Cangius [i] ſcitè obſervat) à die XII Januarii anni DCCC LXXXVIII ad annum DCCC XCIII, quo Carolus Simplex in regnum evectus eſt. Odonis diplomata cum annis Incarnationis exſtant hìc, in Hiſtoria Trenorchienſi [k], in Spicilegii tomo VIII [l], &

a *Ital. ſac. tom.* 2 *col.* 186 & 188.
b *ibid. tom.* 4 *col.* 596 598. 792 & 1367.
c *Spicil. tom.* 7 *pag.* 186.
d *Conc. Gall. tom.* 3 *pag.* 521.
e *Monument. Paderborn pag.* 265.
f *Beſly de Comitib. Pictav. pag.* 196, & *Gall. Chriſt. in Emmeno Epiſc. Nivern.*
g *Puricell. pag.* 229 & 237.
h *Sirmund. tom.* 3 *Conc. Gall. p.* 521.
i *Cangii Gloſſar. voce* hæres.
k *Tournu pag.* 272.
l *Spicil. tom.* 8 *pag.* 356.

A in appendice Capitularium Baluziana, num. CXXI & CXXII. ſed abſque illis annis
unum num. CXXIV. Vide Specimina noſtra.

XX. Caroli Simplicis tres ſunt epochæ ſollemnes. Prima eſt ab anno DCCC XCIII,
quo contra Odonem evectus eſt in regnum, unctuſque in Regem à Fulcone Epiſ-
copo Remenſi. nimirum Januarii die XXVIII Dominica. qui menſis ad annum
DCCC XCIII pertinebat ſecundùm vulgatum calculum: ad annum præcedentem ſe-
cundùm priſcum, quem ſecutus eſt Hermannus Contractus, ſecus alii. Secunda
epocha ab anno DCCC XCVIII, quo ſolus exſtincto Odone regnavit, in diplomati-
bus exprimi ſolita his verbis *redintegrante* vel *poſt ſucceſſionem Odonis*; ſequiturque hæc
B epocha primam ſolido fere quinquennio. ſiquidem Odo mortuus eſt III Nonas Ja-
nuarias anni DCCC XCVIII, cùm Carolus unctus fuiſſet V Kal. Februarii anni DCCC
XCII. Tertia epocha eſt ab anno DCCCC XII, quando Lotharii regnum poſt mor-
tem Ludovici, ultimi Francicæ ſtirpis in Germania Regis ſine liberis defuncti, ut
legitimus heres accepit Carolus: ob quam acceſſionem in diplomatibus additum eſt,
largiore indepta hereditate. Omnes exhibet pactum initum inter Carolum & Henri-
cum Reges, *anno Incarnationis Dominicæ* DCCCC XXI, *anno verò regni domni & glo-
rioſiſſimi Regis Francorum occidentalium Karoli* XXIX, *redintegrante* XXIV, *largiore verò he-
reditate indepta* X, *Indict.* IX. Lege Sirmundi Notas ad hunc locum in Capitularibus
C Caroli Calvi; & confer diplomata Caroli Simplicis, quæ abſque annis Incarnatio-
nis has epochas exhibent apud Labbeum[a] in Miſcellaneis, Chiffletium in Trenor-
chienſi hiſtoria[b], Acherium noſtrum in Spicilegii tomo VI[c] & XIII[d], Dubletum[e],
& alios. Neque verò ſola diplomata regia, ſed & privatorum inſtrumenta nonnum-
quam his epochis afficiebantur. In his unum eſt apud Perardum[f], cujus clauſula,
quia nonnihil difficultatis habet, huc referenda eſt. *Data* VIII *Kal. Junii, Indict.*
VII, *menſe primo obeunte Odone quondam Rege, redintegrante ſedem regni Caroli Regis.* Non
concordat Indictio ſeptima, ſed prima cum anno DCCC XCVIII, qui primus eſt re-
dintegrati Caroli poſt mortuum Odonem *menſe primo*, id eſt Januario. Vel ergo re-
D ponenda eſt hoc loco Indictio prima, ſi hoc de anno primo intelligenda ſit char-
ta; vel charta referenda eſt ad annum DCCCC IV, qui Indictione ſeptima præditus
erat. Huic calculo affinis eſt ille, quem exhibet charta Walonis Æduenſis Epiſco-
pi in hiſtoria Vergiacenſi,[g] *Data prid. Kal. Novemb. Indict.* VIII, *anno* XXIII *poſt
obitum domni Odonis quondam Regis regnante Carolo glorioſo Rege.*

XXI. Alia eſt computandi ratio in chartis privatis ab anno, quo Rodulfus in
Regem electus eſt Carolo comprehenſo. Tunc enim calculus inſtitutus eſt vel à
regno Rodulfi, vel ab anno, *quo Franci infideles Regem ſuum Karolum inhoneſtaverunt,
& Radulfum Principem in Regem elegerunt.* Id accidiſſe anno DCCCC XXIII docet Fro-
E doardus in Chronico, & quidem poſt diem quintum Junii, quo Rotbertus Rex,
Caroli æmulus, ab ipſo cæſus eſt. Hanc computandi rationem legimus in chartario
Brivatenſi non ſemel, & in teſtamento duplici Acfredi Aquitaniæ Ducis; altero in
Miſcellaneis Labbeanis[h], altero in Appendice Capitularium[i] Baluziana. In Chartarii
Brivatenſis pag. 25. *Actum* XIIII *Kal. Martii, anno* III *quo Karolus Rex per infidos Francos
dehoneſtatus eſt.* & pag. 276. *anno* V *quod Franci dehoneſtaverunt Regem ſuum Karolum, &
contra legem elegerunt ſibi Radulfum in Regem.* Teſtamentum Acfredi. *Actum* V *Idus Octob.
Celſinianas, anno* V *quod infideles Franci Regem ſuum Karolum inhoneſtaverunt, & Rodulfum
in Principem elegerunt.* Juſtellus edidit *anno* VI. Ex his intelligimus hunc calculum
F viguiſſe apud Transligeritanos, qui Francorum à Carolo defectionem non probabant:
Ciſligeritani verò annos à Rodulfi regno deſumebant.

XXII. Denique poſt mortem Caroli, quæ accidit anno DCCCC XXIX, Octobris
die VII, viguit apud eoſdem Francos calculus per Rodulfi Regis annos: ſed apud
Transligeritanos nova numerandi formula inita eſt uſque ad regnum Ludovici
Tranſmarini, nempe *anno primo, ſecundo &c. quod obiit Karolus filius Ludovici Regis,
Chriſto regnante, & Regem exſpectante.* Varia hujus formulæ exempla accuratè ob-
ſervavit eruditus Baluzius in Notis ad Actum C XXXVIII Appendicis Capitularium,
prolata ex archivis Barcinonenſi, Urgellenſi, Helenenſi, Vabrenſi, Toloſano, &

[a] *Labbe Miſcell. pag.* 492.
[b] *Tournu pag.* 274 *&* 275.
[c] *Spicil. tom.* 6 *pag.* 411.
[d] *tom.* 13 *pag.* 267.
[e] *Doublet pag.* 812 *& ſeqq.*
[f] *Perard. pag.* 37.
[g] *Vergy pag.* 29 *& pag.* 310.
[h] *Labbe pag.* 525.
[i] *Capitul. tom.* 2 *col. col.* 1534.

Conchenſi; refertque conſimiles formulas, poſt mortem Carlomanni Regis, Caroli Craſſi Imperatoris, & Rodulfi Regis in iiſdem partibus uſurpatas. In mſ. Pſalterio *Hemmæ* Reginæ v *Idus Julii* notatur *depoſitio Rodulfi incliti Regis.* A

XXIII. Ludovicus Tranſmarinus, Caroli Simplicis filius, cùm Rodulfus Rex anno DCCCC XXXVI, die XI Julii obiiſſet, ex Anglia in Franciam ad regnum capeſſendum revocatus eſt. Ab hoc anno regni ejus epocha deſumitur in tribus diplomatis, quæ exſtant in Bibliotheca Cluniacenſi [a], data *Kal. Julii anno* XI *regni Ludovici Regis, quando Franciam recuperavit.* Hæc reſpondent anno DCCCC XLVI. At in alio ſubſequente hæc apponitur clauſula: *Actum Polliaco villa ſuper Ligerim*, III *Non. Februar. Indict.* VI, *anno autem* XV *regnante Ludovico Rege glorioſo.* Hic pro Indictione ſexta reſtituenda eſt nona, quæ incidit in annum regni Ludovici XV, Chriſti DCCCC L. aut Ludovici annus corrigendus. B Incarnationis annos adhibuit apud Beſlium [b] his verbis. *Actum Pictavis civitate, Nonis Januarii, anno Incarnationis dominicæ* DCCCC XLII, *Ind.* XV, *anno* VI *regnante Hludovico glorioſo Rege Francorum*, qui calculus vulgari noſtro reſpondet, annum à Januarii Kalendis incipiens, ut ſuperiùs [c] monuimus. Ludovici Tranſmarini obitus accidit anno DCCCC LIV, & quidem IV *Idus Septembris* ex mſ. Pſalterio Hemmæ reginæ, quod modò eſt Bibliothecæ Remigianæ apud Remos; non verò *Idibus Octobris*, ut quidam volunt. Id confirmatur tum ex Necrologio Autiſſiodorenſi, ubi IV *Id. Septemb.* laudatur *Hludovicus sereniſſimus Rex filius Karoli*; C tum ex ejus epitaphio, quod ex mſ. codice noſtro nº. 123 huc adducere lubet ad relevandum Lectoris animum ab hac ſpinoſa tractatione.

a Bibl. Clun. cap. 275 & ſeq.
b Beſly de Comit. Pictav. pag. 244.
c cap. 23 num. 5.

LUDOVICI TRANSMARINI EPITAPHIUM.

Sanguine Cæſareo jacet hîc excelſa propago,
Francorum populo prodita de KAROLO.
Dum ſibi ter denos & tres floreret in annos,
Auguſtum nomen Rex LUDOVICUS *erat.*
REMIGIUS *Regum ſanxit conſulta priorum:*
Huic dederat ſceptrum; præſtat & hîc tumulum. D
Octavum decimum regnando ſubegerat annum,
Quadris September Idibus exit iter.
Lector poſce Deum, Francorum poſce ſalutem,
Hoc regale genus ſervet in orbe Deus.

Ex hoc epitaphio tria diſcimus, nempe Ludovicum anno vitæ trigeſimo tertio deceſſiſſe IV Idus Septembris. Secundo regnaſſe annis octodecim, ſcilicet ab anno DCCCC XXXVI ad DCCCC LIV; ac proinde anno DCCCC XX natum eſſe. tertio eum ſceptro donatum, id eſt coronatum fuiſſe in eccleſia beati Remigii apud Remos, E ubi & tumulatus eſt cum filio Lothario. Idem legere memini in quodam ejus diplomate. Et tamen Lauduni ſacratus dicitur apud Frodoardum in Chronico.

XXIV. Lotharium patris triennio ante ejus obitum conſortem in regno fuiſſe obſervat eruditus Petrus Franciſcus Chiffletius [d] ex duobus inſtrumentis relatis in Hiſtoria Trenorchienſi, datis *feria* VII, *nono decimo Kal. Februar. anno* XX *regnante Lothario Rege*, id eſt anno DCCCCLXXI, quo littera A dominicalis erat. Ex quo infert Chiffletius, Lotharium anno DCCCC LI cum patre regnare cœpiſſe, quo anno Ludovicus gravi in Aquitania correptus infirmitate, teſte Frodoardo, filium ſuum Lotharium Regem dixiſſe videtur. Et Aimoïnus in libro I de miraculis ſancti Benedicti F ſcribit, Lotharium quem anno DCCCC LXXXVI obiiſſe conſtat, ſolùm *triginta & eo ampliùs annos* regia poteſtate functum fuiſſe, rotundo numero: cùm anni ferè triginta duo elapſi ſint à Septembri anni DCCCC LIV, quo mortuus eſt Ludovicus, uſque ad obitum Lotharii, id eſt ad annum DCCCC LXXXVI. Attamen charta [e] Arnulfi Flandriæ Comitis, *data anno* DCCCC LXXXI, anno inclyti Regis Lotharii XXVIII, notatur à morte patris. Stephani Arvernenſis Epiſcopi charta authentica pro eccleſia Brivatenſi ſic notatur. *Acta autem ſunt hæc anno* DCCCC LXII *Nativitatis dominicæ, Ind.* V, *menſe Febr. die Sabbato, ſub imperio Clotharii clariſſimi Regis Francigeni*

d Tournu pag. 287.
e Guiſnes fol. 48 verſo.

ſeu

A *ſeu Aquitanigeni, tempore etiam incliti Marchionis Willelmi.* Et hic calculus cum noſtro recentiori conſentit. Confuſæ ſunt chronologicæ Lothariani diplomatis notæ apud Beſlium [a] de Comitibus Pictavenſibus, ubi poſt hæc verba, *impreſſione inſigniri*, quæ eſt clauſula contextûs, ita legitur: *Anno dominicæ Incarnationis* DCCCC LXII, *Ind.* X. *regnante Hlothario glorioſiſſimo Rege, ſub anno* IX *regni ejus.* tum ſequitur, *Signum Hlotharii Regis excellentiſſimi.* dein, *Actum Lauduno urbe regali.* poſtremo, *Arnulfus Notarius ad vicem domini Adalberonis Archiepiſcopi recognovit & relegit.* Quæ ſi ita in autographo (ut fere in Laudunenſi hîc excuſo) ſe habebant, præter morem cenſeri debent. Nam de more ſic ordinari debuiſſent poſt *inſigniri.* *Signum* Hlotharii, &c.
B *Arnulfus Notarius*, &c. *Actum Lauduno urbe regali, anno dominicæ Incarnationis.* Lotharium porro ſexto Nonas Martii anni DCCCC LXXXVI deceſſiſſe legimus in epiſtola Hemmæ ejus conjugis apud Gerbertum [b], & in Pſalterio ejuſdem Hemmæ hoc diſticho ad eum diem adjecto litteris aureis in Kalendario.

His Nonis Rex magnificus, Princepſque benignus,
Domnus LOTHARIUS *ſæclo migravit ab iſto.*

In eo pſalterio, quod ad uſum Hemmæ Reginæ egregiè ſcriptum eſſe multa probant argumenta, pingitur Hemma initio pſalmorum XI, XXI, &c. cum corona liliata in capite. Sed inſignior eſt præ ceteris pictura ad pſalmum *Deus miſereatur*
C *noſtri*, ubi Chriſtus in nube pingitur, ambas manus extendens, unam, nempe dexteram, ſuper duos Reges ſe ſe invicem manu conſtringentes, geſtanteſque coronas in capite circulo finitas: ſiniſtram verò ſuper Reginam, tenentem manum parvuli tonſura & rubea veſte inſigniti, cujus manum erigit ipſa ad Chriſtum. Duo Reges videntur eſſe Lotharius & filius ejus Ludovicus, quem ſe vivente Regem coronari curavit: tertius, cujus manum Regina tenet, forſan Arnulfus Lotharii filius (ut tradunt) naturalis, qui in clericalem ordinem adſcriptus erat: aut certè Otto ejuſdem filius, cujus notitiam accepi ex pſalterii Hemmæ Kalendario, in quo hæc lego: *Idus Novemb. obiit Otto filius Lotharii Regis Francorum.* quæ verba litteris aureis
D picta ſunt. Charta quædam legitur apud Perardum [c] *data* XVI *Kal. Novemb. anno* XXVIII *Lotharii Regis, & filii ſui Ludovici primo.* Unde conſequens eſt, Ludovicum ſaltem triennio ante obitum patris coronatum fuiſſe. Ludovicus obiit anno DCCCC LXXXVII, & quidem die XX aut XXII Maii, non Junii, ut recentiores ſcribunt. In multis Necrologiis ejus obitus reponitur XI *Kal. Junii*, putà in noſtro Germanenſi, in Autiſiodorenſi ſancti Stephani, ubi dicitur *Hludovicus juvenis Rex.* & in Remigiano *Ludovicus Rex, filius Emmæ Reginæ.* quæ tria poſtrema verba ſecundâ manu adjecta ſunt cum *anno* DCCCC LXXXVII. At in Pſalterio Hemmæ aureis litteris conſignatur Ludovici obitus XII *Kal.* Junii his verbis: *Obiit Ludovicus Rex, filius*
E *Hemmæ Reginæ Francorum.* quæ auctoritas præferenda eſt. Ejuſdem Ludovici obitum ad annum DCCCC LXXXVII differendum eſſe probat charta Pontii Comitis, eo nomine ſecundi, de Viancio pro Albienſi eccleſia, quæ ſic deſinit: *Data menſe Septembri, Luna* XIIII, *Lotherio defuncto, anno* II, *quo filius ejus Ludovicus regnare cœpit.* Ita legitur in Chartario Albienſi, cujus copiam nobis fecit humaniſſimus Abbas de Campis. Eo mortuo Fulchramnus Lutevenſis Epiſcopus teſtamentum ſuum condidit ſub hac chronica nota: *Factum Breve eleemoſynarum iſtud, & completum prid. Nonas Februarii, Chriſto imperante, ac Regem ſperante.* Quod ſi eo tempore needum Rex erat Hugo; dicendum eſt, Ludovicum anno DCCCC LXXXVI deceſſiſſe, Hu-
F gonem verò ei ſuffectum fuiſſe menſe Julio anni inſequentis.

a *Beſly pag.* 25[illegible]

b *Gerbert. epiſt.* 75

c *Perard. pag.* 38.

§. III.

De notis chronologicis tertiæ ſtirpis Francicæ.

XXIV. Tandem pervenimus ad tertiam ſtirpem, in qua pro more inſignis ac multiplex occurrit varietas in diplomatum chronologicis notis. Prima eſt, quòd Reges paſſim annos Incarnationis adhibent. Secunda, quòd annos regni ſui non rarò prætermittunt. Tertia, quòd aliquando ſolos annos Incarnationis ſine menſe ac die, aliquando utroſque annos, nempe Chriſti ac regni ſui, omittunt, appoſito

tantùm die menſis, maximè in rebus minoris momenti, ubi res in præſenti exſe- A
quenda erat. Quarta varietas eſt, quòd exprimendo locum, ubi charta vel res con-
fecta eſt, utuntur nonnumquam his aliiſque verbis: *in curia Epiphaniæ, Pentecoſtes*, &c.
Hæc exemplis inferiùs illuſtranda ſunt.

XXV. Capetiorum caput Hugo anno DCCCC LXXXVII Francorum regnum, de-
ferentibus Optimatibus, Noviomi ſalutatus adiit, inunctus die III Julii; eodemque
anno Rotbertum filium ſuum ſibi conſortem regni legit, ut ſcribit Aimoïnus [a].
Et tamen idem auctor [b] poſtea *annum Incarnationis Domini milleſimum tertium* conjun-
git cum *anno Rotberti Regis, quo cum patre regnare cœpit, ſexto-decimo, monarchiæ ſepti-
mo.* ac proinde Rotberti regni cum patre exordium ab anno DCCCC LXXXVIII, B
monarchiæ ab anno DCCCC XCVI repetendum eſt, & quidem hujus à die XXIV
Octobris. ſiquidem in Necrologio Argentogilenſi ſeu Dionyſiano Hugo Rex
obiiſſe memoratur IX *Kal. Novembris*. Nempe anno primo Hugonis conſors ejus
factus eſt Rotbertus, non eodem Chriſti anno, ſed inſequente ſecundum noſtrum
calculum, quandoquidem id contigit Kalendis Januarii, qui pro veteri more ad
annum DCCCC LXXXVII pertinebat. Sic regnavit Hugo annos novem completos,
decem incompletos. Nam totidem anni effluxerunt à Julii tertia die anni DCCCC
LXXXVII ad anni DCCCC XCVI diem XXIV Octobris, quo eum exceſſiſſe diximus.

XXVI. Rotberti ejus filii duo ſunt chronologici characteres, unus regni cum C
patre, alter monarchiæ poſt ejus mortem, id eſt à fine Octobris anni DCCCC XCVI.
De ipſius Rotberti anno obitûs lis eſt inter eruditos. Baronius & Petavius, magna
lumina, eum reponunt anno M XXXIII, adducti teſtimonio Helgaldi, qui cum
eclipſi ejus anni componit Rotberti obitum, quem illa portenderit. Sed vel ex
ipſo Helgaldo facilè intelligitur, nonniſi recapitulando hæc duo ſimul ab eo com-
memorari: cùm ait, Rotbertum obdormiviſſe in Domino XIII *Kal. Auguſti, luceſ-
cente aurora diei tertiæ Sabbati*, id eſt die Martis, quæ dies in XIII Kal. Auguſti ſeu
XX Julii, non anno M XXXIII, ſed M XXXI incidebat. Hunc verò de morte Rot-
berti calculum variis monumentis confirmat eruditus vir Ægidius Laccari Soc. Jeſu D
in Diſſertatione ſingulari de morte Rotberti; eumdemque novis item argumentis
ſeu diplomatibus, ſuo loco ad calcem hujus operis referendis, fulciemus. Nec me
movet, quòd Glaber Rodulfus ad annum M XXXIII referat ejuſdem Regis obitum.
nam eodem etiam anno Benedicti Papæ & Fulberti Epiſcopi Carnutenſis mortem
commemorat: cùm conſtet, Fulbertum anno M XXIX ad ſuperos abiiſſe: nec Bene-
dictum Papam anno M XXXIII, ſed Johannem XIX è vivis exceſſiſſe. Opponi
poſſunt huic calculo quædam chartæ ab hac computandi ratione nonnihil diſſi-
dentes, putà diploma ipſius Henrici pro cœnobio Centulenſi [c], datum *anno domi-
nicæ Incarnationis* M XXXV, *regnante Henrico Rege, anno regni ejus* III, & charta [d] Arnulfi E
Flandriæ Comitis data *anno dominicæ Incarnationis* M XLVI, *Indict.* XIIII, *Henrici Regis
Francorum anno* XII, pro monaſterio Blandinienſi. Accedit Chronicon Malleacenſe,
in quo legitur, Henricum *anno* M XXXIII *poſt mortem Rotberti levatum eſſe in regnum.*
Verùm ex adverſo in eodem Chronico Henricus obiiſſe dicitur anno M LX, anno
ordinationis ſuæ XXIX. quæ proinde ad annum M XXXI revocanda eſt. Unde
charta Theobaldi & Stephani *Comitum Franciæ* in Hiſtoria Ghiſnenſi [e] data legitur
Henrico Rege regnante anno à deceſſu patris ſui Roberti jam X, *ab Incarnatione Salva-
toris* M XLII. & diploma Henrici Regis apud Camuzatum [f], *Actum publicè in
Senonico palatio, anno incarnati Verbi* M XLVIII, *& regni Henrici Regis* XVII. Itaque di- F
cendum, mendum aut in numeros tum privilegii Blandinienſis & Centulenſis
(quod non facile aſſeruerim) tum Chronici Malleacenſis, irrepſiſſe: aut aliter at-
que aliter initium regni Henrici poſt mortem patris ſui vetuſtis monumentis fuiſſe
adſcriptum, propterea quòd non ſtatim ab omnibus ubique Rex ſit habitus, Con-
ſtantiâ ejus matre, quæ ejus coronationi vivente Rotberto adverſa extiterat, res
turbare perſeverante, & regnum ad juniorem Rotbertum deferre volente. Hæc de
Rotberto Rege, cujus Romanum iter cum Angelramno Abbate in paucis memo-
rat Hariulfus in Chronico Centulenſi [g].

[a] *Aimoin. de miraculis S. Benedicti lib.* 1 *cap.* 1.
[b] *ibid. cap.* 9.
[c] *Spicil. tom.* 4 *pag.* 553.
[d] *Guiſnes pag.* 58.
[e] *ibid. pag.* 336.
[f] *Prompt. Tricaſſ. fol.* 24 *verſo.*
[g] *Spicil. tom.* 4 *pag.* 543 *& ſeqq.*

A XXVII. Henricum ab anno M XXVII à patre in conſortium regni adoptatum
fuiſſe colligimus cum ex aliis, tum ex charta Drogonis Comitis, à me edita in fine
Sæculi tertii, data *anno ab Incarnatione Domini* M XXX, *Indict.* (XIII) *regnante Rege
Franc. Rotberto anno regni ſui* XLII, *& filii ejus concorditer cum eo regnantis anno jam quar-
to Henrici*. Id autem validè confirmatur, tum ex variis Fulberti Carnutenſis epiſto-
lis [a], in quibus Henricum jam Regem laudat Fulbertus, mortuus IV Idus Apri- a Fulb. epiſt. 4. 15.
lis die Cænæ Domini, anno M XXVIII, ſecundùm veterem calculum, anno 59. 105. 128.
M XXIX ſecundùm novum: tum maximè ex litteris Aſſeſſionis ſeu coronationis
Philippi primi ejuſdem Henrici filii, à Cheſnio [b], Chiffletio [c], & Marloto [d] rela- b Cheſn. tom. 4
B tis, datis *anno Incarnationis* M LVIIII, *Indict.* XII, *regnante Henrico Rege* XXXII *eadem* Hiſt. Franc. pag.
die completo, X *Kal. Junii, epiſcopatûs autem domini Gervaſii anno* IV, *in die ſancto Pen-* 161.
tecoſten. Nam ſi ab anno M LIX per annos XXXII calculum reflectas; annum M XXVII c Tournu pag. 317.
initi ab Henrico regni primum habebis. At verba illa, *eadem die completo*, referen- d Metrop. Rem. tom. 2 pag. 117.
da ſunt, non ad X *Kal. Junii*, ſed ad *feſtum* Pentecoſtes. Nam hac die coronatus di-
citur Henricus: non eodem die menſis, quo coronatus eſt filius ejus Philippus.
quandoquidem feſtum Pentecoſtes anno M XXVII novem diebus citiùs, id eſt pri-
die Idus Maii, incidebat. In diplomatibus porro tam Henrici, quàm Philippi exa-
minandis accuratè expendenda eſt hæc duplex utriuſque epocha, nempe ab inito
C regno, ſeu cum patre, ſeu poſt mortem patris. nam pro hac duplici epocha va-
riat calculus in diplomatibus. In archivo Catalaunenſis cœnobii ſancti Petri legi-
mus ipſius Henrici autographum, res à Rotgerio Epiſcopo traditas confirmantis,
actum Lauduni publicè anno incarnati Verbi milleſimo XLIII, *& regni Henrici Regis* XII.
Hic calculus revocatur ad epocham anni M XXXI, quo Henricus patri mortuo ſuc-
ceſſit. Alium modum habet charta Widonis Archiepiſcopi Remenſis pro Moſomo,
in qua annus Domini M C XLIII comparatur cum anno XVII Henrici Regis, ha-
bito ſcilicet reſpectu ad tempus, quo vivente patre coronatus eſt. In hiſtoria Tre-
norchienſi [e] erratum eſt à librario in anno Incarnationis aſſignando, quo Henri- e Tournu pag. 315.
D cus, ſubſcribente Philippo ipſo coronationis ejus die, diploma edidit, *Actum Re-
mis civitate, in Pentecoſten feſtivitate, & in Maio menſe. Scriptum manu Guillelmi ad
vicem Balduini Regii Cancellarii, regnante Domno glorioſiſſimo Heinrico anno* XXVIIII, *&
Incarnationis Domini* M LVIIII (malè 8. LVIII) *coronato eodem die Philippo, Heinrici Re-
gis filio*. Neſcio an de Henrico, an potiùs de Hugone aut Rotberto ejus fratribus,
intelligendus ſit Petrus Damiani in Opuſculo XXXIV, ubi ſub finem capitis ſexti
ait, Rotberto Gallorum Regi ex propinqua ſibi uxore natum fuiſſe filium, *anſerinum
per omnia collum & caput habentem*. Quiſquis horum ſit, certum eſt ex Fulberti epiſto-
lis [f] Conſtantiam Reginam magnopere reſtitiſſe Henrici benedictioni, atque Rot- f Fulbert. epiſt. 59
E bertum juniorem præferre voluiſſe. Unde accidit, Fulbertum incurriſſe *Reginæ odium*, & 106.
propterea quòd faveret *potiùs marito* ejus Rotberto *de conſtituendo majore filio* Henri-
co, quem Reginæ fautores, ut *ſimulatorem, ſegnem ac mollem* traducebant. Obiit Hen-
ricus anno M LX, & quidem *prid. Idus Auguſti*, ex Necrologiis noſtris.

XXVIII. Inter varia Philippi I diplomata unum referimus, datum cœnobio Milidu-
nenſi ſancti Petri *anno ab Incarnatione Domini milleſimo* LXXXX^mo^ IIII^to^, *regni autem Phi-
lippi Regis* XXXVI. Ubi quidam imperitus temere cifrum ultimum denarium ante an-
nos fere ducentos delevit, & pro anno M LXXXX ſubſtituit LXXX, ut patet tum ex deleti
cifri X ſpatio vacuo ac raſuris ſe prodentibus, tum ex ejuſdem audaculi vitiatoris epigra-
F phe retro appoſita, in qua tempus conditi diplomatis anno M LXXXIV definit. Aliud
ejuſdem cœnobii ejuſdemque Regis diploma datum eſt *in curia Epiphaniæ*, id eſt in ſol-
lemni conventu Epiphaniæ, in quo Rex cum majeſtate regia coram Proceribus appare-
bat, uti & in aliis ſollemnioribus feſtis, in quibus *curiæ coronatæ* [g] habebantur. Ita apud g V. Cangii Gloſſ. in Curia coronata
Dubletum [h] exſtant litteræ Ludovici Groſſi & Philippi ejus filii, datæ *Remis in ſollemni cu-* & Diſſert. 4 in
ria Paſchæ, in unctione Philippi glorioriſſimi Regis anno incarnati Verbi M C XXIX *Indict.* VII. Iiſ- Joinvill.
dem etiam diebus alii Principes curiam ſuam habebant, & diplomata condebant, ut h Doublet pag. 859.
Balduinus Flandriæ Comes Bergis *in ſollemni curia Pentecoſtes* anno dominicæ Incarna-
tionis M LXVII [i]. Ceterum non defuerunt his poſtremis temporibus qui aſſererent, for- i Guiſnes pag. 183.

mulam *regnante Chriſto* actis publicis adſcriptam fuiſſe occaſione excommunicationis, A
quâ Philippus primus ob Bertæ repudium & Bertradam ſuperductam ſemel atque iterum perculſus eſt. quod quàm à vero abhorreat, tam validè ac manifeſtè demonſtrarunt Johannes Beſlius, & David Blondellus, ut nemo contrà obmutire in poſterum auſurus ſit impune. Idem demonſtrat Blondellus de divortio Philippi Auguſti ab Ingelburge. Eam porro formulam actis ſive publicis, ſive privatis nulla umquam lege appoſitam fuiſſe: ſed pro ſcriptoris arbitrio vel admiſſam vel omiſſam. Aliquando verò utraque formula Chriſti regnantis & Philippi apponitur in illius temporis monumentis. Sic donatio Guillelmi Tiernenſis, anno M LXXVII, acta ante Regis divortium, *Philippo Rege humano, & Chriſto Rege ſuperno* [a]. Is eccleſiam ſancti Leodegarii B
diœceſis Sueſſionenſis Silvæ majoris monachis ſubjicit *anno ab Incarnatione* M LXXVI, *anno* XVI *imperii ejuſdem Philippi in Francia*, id eſt regni. Incarnationis annum quandoque omittit quandoque epactam adhibet cum concurrente: cujus inſignioribus litteris Philipus, non rarò ſubſcribunt quatuor regni principes miniſtri, nontamen ſoli, ſed cum aliis Epiſcopis & Optimatibus. Obitus ejus accidit anno M CVIII, nempe III *Kal. Auguſti*.

a Sæc. 4 Bened. tom. 2 pag. 257.

XXIX. De Ludovico Groſſo, qui patri Philippo ſucceſſit anno M C VIII, ſacratus ipſo anno, die ſecunda Auguſti, quatuor obſervanda ſunt. Primum, quòd ab anno conſecrationis ſuæ diplomata quædam inſignit. Secundum, & id quidem ſingulare, quòd ab anno M C XIV Adelaïdis Reginæ annos cum ſuis aliquando C
adſcribit regiis inſtrumentis. quod dubito an cuiquam Regum ante vel poſt ipſum in more fuerit. Tertium, quòd regiis litteris ſubſcribentium numerum ad quatuor regni primarios miniſtros redegerit, nempe ad Dapiferum, Buticularium, Camerarium, & Conſtabularium cum Cancellario. Quartum, quòd Philippi filii ſui, quem anno M C XXIX ſacratum mox notabamus, annos ſuis appoſuerit in regiis chartis, ſed maximè Ludovici VII, qui anno M C XXXI, die XXV Octobris Remis inunctus eſt. De primo varia occurrunt exempla in vetuſtis monumentis. In Chartario beati Martini de Campis Pariſiis: *Anno noſtræ conſecrationis* VII, *primo anno conſecrationis Adelaïdis Reginæ*. In charta Foſſatenſi, *Actum Pariſius publicè, anno Incarnati* D
Verbi M C XVIII, *regni noſtri* X, *Adelaïdis Reginæ* IV, *aſtantibus in palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna. Signum Willelmi Dapiferi S. Hugonis Conſtabularii. S. Giſleberti Buticularii. S. Guidonis Camerarii. Data per manum Stephani Cancellarii.* In tabulario Dionyſiano: *actum Pariſius publicè anno Incarnationis* M C XXIX, *regni noſtri* XVI, *Adelaïdis decimo, adſtantibus* &c. Alia exempla vide apud Dubletum [b] & Perardum [c]. Ludovici junioris annos cum ſuis conjungit Groſſus non ſemel in Chartario ſancti Martini à Campis, ut in charta de Loiſiaco: *Actum Pariſius publicè anno incarnati Verbi* M C XXXII, *regni noſtri* XXIIII, *regnante Ludovico filio noſtro anno* II. Et alia de Hienvilla: E
Actum Pariſius anno incarnati Verbi M C XXXV, *regni noſtri* XXVIII. *Ludovico filio noſtro in Regem ſublimato anno* IIII. Quibus in litteris diem menſis omittere ſolet, & *anno incarnati Verbi* ſæpius utitur. Obiit anno M C XXXVII Kalendis Auguſti.

b Doublet pag. 850 & 855.
c Perard. pag. 221.

XXX. Ludovicus VII, Junior dictus, Indictionis uſum, à patre intermitti cœptum, penitus abrogaſſe videtur, additâ quandoque annis Incarnationis Epactâ cum concurrente. Philippo Auguſto, & Ludovico VIII non immoror, de ſancto Ludovico pauca dicturus. Quippe nuper celebris controverſia fuit Johannem Launoïum inter & Quatremarium noſtrum, valeret-ne diploma illud, quo ſanctus Ludovicus ratam habuit pactionem cum Epiſcopo Pariſienſi de finibus immunitatis cœnobii ſancti Germani à Pratis, cujus hæc clauſula: *Actum Matiſcone anno Domini* M F
CC LXX, *menſe Aprili*. Obtendebat enim Launoïus, Regem ſanctum jam tum extra Galliam egiſſe in expeditione tranſmarina. quippe qui menſe Martio anni M CC LXIX iter arripuiſſe dicitur à vetuſtis noſtris hiſtoricis. Verùm compoſito ejus itineris diario palam demonſtravit Quatremarius, ſanctum Ludovicum itineri quidem ſe commiſiſſe anno M CC LXIX ſecundum veterem calculum Gallicanum menſe Martio, id eſt ante Paſcha: (qui menſis pro novo computandi modo ad annum M CC LXX pertinere debet) reſediſſe verò Matiſcone feriâ ſecundâ Paſchæ, quæ ſecundum calculum novum & veterem ad annum M CC LXX pertinebat. quandoquidem vetus Gallicanus à Paſchate

A annum ordiebatur. Hæc ſunt quæ de notis chronologicis Regum noſtrorum obſerva-
re operæ pretium duxi, de diplomatibus quæ ſine notis chronologicis data ſunt,
acturus capite XXVIII.

XXXI. Sed antequam hoc caput claudamus, animadverſione dignum videtur
id, quod in quibuſdam diplomatibus ſecundæ ſtirpis legitur ante vel poſt chrono-
logicas notas, *de Ambaſciatoribus* donationum ſeu chartarum. Hi erant Proceres, Ab-
bates, aliive, quorum interceſſio rogabatur ad donationem aliquam vel chartam
ab Imperatoribus aut Regibus impetrandam: quales Mediatores appellare conſuevi-
mus. Multa ejus rei occurrunt exempla in diplomatibus Caroli Calvi, Carloman-
B ni, & Caroli Simplicis: ſed & in chartis Angliæ Regum & Italiæ, qualia bene
multa ſuppeditat vir omnigenæ eruditionis Carolus Freſnius Cangius in ſuo Gloſſa-
rio[a]. Ante notas chronologicas in diplomate Caroli Calvi Imperatoris apud Mi-
ræum in Donationibus Belgicis, habetur *ſignum Caroli glorioſiſſimi Imperatoris Auguſti.*
Domina Richildis Imperatrix ambaſciavit. Poſt notas in diplomate ejuſdem Caroli
Calvi pro eccleſia Narbonenſi in appendice Capitularium Baluziana, num. LXXVIII.
Data XV *Kal. Martias, Indict.* IIII *anno* XVII *regni domni noſtri Karoli Regis. Actum*
Cariſiaco palatio in Dei nomine feliciter. Hudolricus inclytus Marchio hoc ambaſciavit. Idem
præſtitit Hugo Abbas pro eadem eccleſia ex notis V. Cl. Stephani Baluzii ad Con-
C cilia Narbonenſia[b]. Ad priorem modum pertinet diploma Caroli Calvi à Duble-
to editum[c], in cujus autographo ſecus ſigillum leguntur hæc verba à Dubleto omiſſa,
Franco Præpoſitus ambaſciavit. Certè Franco Præpoſitus cœnobii ſancti Dionyſii,
cujus tunc Abbatiam tenebat Carolus Calvus, hoc diploma obtinuit à Carolo Cal-
vo, ut in ejus contextu ſcribitur. Erant ergo iidem ipſi quandoque *Ambaſciatores*
ſeu mediatores, qui beneficium eccleſiæ ſuæ petebant, quando ea qua par erat au-
ctoritate valebant apud Principem. Ita *Leutbertus Cantor* interceſſit erga Carolum
Calvum pro confirmatione commutationis, quam *quidam Diaconus ſacri palatii Can-*
tor Fulbertus fecerat de rebus quibuſdam *in pago Breenſi ſuper fluvium Urc* ſitis. Nam
D poſt ſubſcriptionem Æneæ Notarii ad vicem Ludovici legitur intra ſpatium ſigni
manualis, *Leutboldus Cantor*, cum quibuſdam notis Tironianis, id eſt *ambaſciavit*,
Vermeriæ anno XV regni Caroli Calvi. quod autographum legimus in archivo cœ-
nobii noſtri ſancti Criſpini ad urbem Sueſſionicam.

CAPUT XXVII.

I. *Imperatorum chronicæ notæ.* II. *Ludovici ſecundi.* III. *Atque ejus ſuc-*
E *ceſſorum.* IV. *Pippini Aquitaniæ Regis.* V. *Et Ludovici Germaniæ.*
VI. *Tum Lotharii Regis.* VII. *Italiæ Regum.* VIII. *Angliæ.* IX. *Et*
Hiſpaniæ. X. *Vox*, publicè, *quando recepta in Datis.* XI. *Autogra-*
pha imperfecta, quando valida. XII. *De clauſula* in Dei nomine feli-
citer, *& de vocabulo* Aquiſgrani.

I. A Regibus Francorum hoc argumentum inchoare viſum eſt, ut ad Impera-
tores aliοſque Reges Carolini generis, quaſi naturali ordine progrederе-
mur. Cum verò de Carolo Magno, Ludovico Pio, & Carolo Calvo Imperatori-
F bus (qui & ipſi Reges Francorum exſtiterunt) & de Lothario ſuperiùs actum ſit,
ſupereſt ut de aliis hîc breviter tractemus.

II. Et primùm quidem de Ludovico II, Lotharii Imperatoris filio ac ſucceſſo-
re: cujus plura monumenta cum annis Incarnationis paſſim leguntur in Italiæ ſacræ
tomo V. Sed vereor ne à recentioribus adjecti ſint iſti anni: tum quia in Chronico
Caſaurienſi multa ejus occurrunt acta ſine annis Incarnationis: tum quia unum
ipſius Ludovici diploma exſtat in Italiæ tomo VI[e] cum anno Incarnationis, quod
idem abſque hac nota habetur in Spicilegii[d] tomo V, ubi Chronicon Caſaurienſe
editum eſt. Ex quo intelligas, multis aliis diplomatibus adſcriptos fuiſſe à poſteris

a Cangii Gloſſar. voce Ambaſciator & Mediator.
b Conc. Narbon. pag. 71.
c Doublet pag. 807.
d Ital. ſac. tom. 6 col. 1310.
e Spicil. tom. 5 pag. 384 & ſeq.

annos Incarnationis ; nec illa ob eam additionem ſpuria cenſenda eſſe. In perve- A
tuſto Necrologio noſtro Germanenſi ſignatur XVIIII *Kal. Septemb. depoſitio Hlodoici Imperatoris Romanorum.*

III. Carolum Craſſum annis Incarnationis uſum fuiſſe, ab inito maximè Francorum principatu, in ſuperiore capite oſtendi, eumque hujus calculi in diplomatibus imperialibus auctorem exiſtimo. Eum quippe ſecuti ſunt Arnulfus & Ludovicus ejus filius in Metropoli Saliſburgenſi [a], Zuentiboldus apud Dubletum, Wido in Italiæ tomo ſecundo [b], & in Capitularium [c] appendice Baluziana ; Henricus I, & Otto I apud Meibomium, Otto II apud Dubletum & alios. Indictionem ubique omnes retinuerunt cum annis imperii ſui. Ante Carolum tamen Boſo Provinciæ B
Rex Incarnationis annos adhibuit in diplomate relato apud Cheſnium [d] in hiſtoria Vergiacenſi, dato *anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti* DCCC LXXIX, *anno primo poſt obitum Hludovici glorioſiſſimi Regis.* Quamquam in alio [e] ejuſdem anni haud apponit : nec Ludovicus Imperator ejus filius, ſaltem in nonnullis inſtrumentis [f]. Ad hæc Arnulfus Rex in diplomate Mettenſis cœnobii ſancti Arnulfi, quo diplomate cuidam Presbytero & fideli Medico ſuo, nomine Amando, quaſdam res in pago Moſellenſi concedit rogatu Rodradæ dilectæ conſanguineæ ſuæ & Ottonis illuſtris Comitis ; hæ notæ leguntur. *Data* VII *Idus Julii anno Domini* DCCC LXXXVIIII, *Indict.* VII, *anno verò* II *regni domni Arnolfi piiſſimi Regis. Actum ad Franchonofurt.* Ex- C
ſtant duo alia ejuſdem autographa cum anno Incarnationis. Integrum eſt in uno ſigillum ex cera alba cum hac inſcriptione, *Arnolfus Rex.* eum ad modum quo Zuentiboldus Rex legitur in ſigillo autographi ſancti Michaelis ad Moſam ; cujus *Data* XVIIII *KL. Septemb. anno Domini* DCCC XCV *Ind.* XIII, *regnante domno Rege Zuentiboldo anno* I. *Actum in vico Droſlei juxta Noviomam civitatem.* Aliud ejuſdem diploma in Monumentis Paderbornenſibus [g] extat cum anno Incarnationis.

a *Metrop. Saliſb.* tom. 1 pag. 128 & ſeqq.
b *Ital. ſac.* tom. 2 col. 12[illegible].
c *Capitul.* tom. 2 col. 1521.
d *Vergy* pag. 12.
e *Hiſtoire de Provence* tom. 1 p. 765 & 769.
f *ibid.* pag. 782 & 933.
g *Monum. Paderborn.* pag. 45.

IV. Redeo ad Ludovici Pii filios, ſcilicet Ludovicum Germaniæ, & Pippinum Aquitaniæ Reges : ex quibus hic annos patris cum ſuis appoſuit litteris ab ſe conceſſis : ſed ita, ut numerus annorum ipſius Pippini uno minor ſit annis Ludovici. D
In Miſcellaneis Labbeanis [h]. *Data* VI *Idus Martias, anno* XV *imperii domni Ludovici sereniſſimi Auguſti, &* XIV *regni noſtri.* Et paullo poſt [i]. *Datum* VIII *Kal. Decembr. Indictione* XII, *anno* XXI *regnante domno Ludovico Imperatore,* XX *regni noſtri.* Idem pro portione habetur in aliis diplomatibus apud Chiffletium in hiſtoria Trenorchienſi [k], apud Acherium noſtrum in Spicilegii tomo XII [l], & apud Perardum [m]. Huc ſpectat quod in libello de tranſlatione ſancti Genulfi legitur de conditione cœnobii Stradenſis per Wicfredum Comitem Bituricenſem. Hæc enim completa dicitur *anno* XV *imperii domni Ludovici ſereniſſimi Auguſti, filioque ejus Pippino quartodecimo anno regnante, qui eſt ab Incarnatione Domini* DCCC XXVIII. Eodem calculo E
Wicfredus & Oda ejus conjux *per teſtamentum* eidem loco res ſuas contulerunt *anno vigeſimo quinto imperii Auguſti Ludovici, & vigeſimo quarto Pippini filii ſui Aquitaniæ Regis.* Unde conſequens eſt, Pippini regni annos ab anno Chriſti DCCC XIV numeratos fuiſſe, quando is Aquitaniæ Rex à patre conſtitutus eſt, ex vita Ludovici Pii, ubi Ludovicus anno DCCC XIV filios ſuos *Lotharium in Bajoariam, Pippinum in Aquitaniam miſiſſe* perhibetur. Ludovicus autem jubente patre ſuo Carolo Magno, ſub autumnum anni ſuperioris imperiali diademate coronatus fuerat, & ab ineunte anno DCCC XIV patri mortuo ſucceſſerat V *Kal. Februarii.*

h *Miſcell. Labbe* pag. 455.
i *ibid* pag. 459.
x *Tournus* pag. 193.
l *Spicil.* tom. 12 pag. 107.
m *Perard* pag. 24

V. Aliam computandi rationem iniit Ludovicus Germaniæ Rex, orientalis Fran- F
ciæ regnum deſumendo ab anno DCCC XXXIII in diplomate, quod à nobis vulgatum eſt in Sæculi IV parte prima [n], *datum* XI *Kal. Junii anno* XX *regni glorioſiſſimi Regis Hludowici in orientali Francia regnantis Indict.* I quæ anno DCCC LIII conveniunt. Aliter habet aliud ejuſdem diploma apud Dubletum [o], *datum* V *Kal. Auguſti anno* XXXIV *regni domni Hludowici ſereniſſimi Regis in orientali Francia regnantis, Indict.* XIII. Hæc Indictio ſi valeret, conveniret anno Chriſti DCCC LXV, qui eſſet annus regni Ludovici tantùm trigeſimus ſecundus : ſiquidem ejus initium ab anno Chriſti DCCC XXXIII repetendum eſt. Verùm quod ſæpe aliàs, hîc etiam peccavit Dubletus : &

n *Sæc.* 4 *part.* 1 pag. 527.
o *Doublet* pag. 785.

A verò legenda eſt Indictio XIIII, ut patet ex ipſo autographo*, cujus ectypum ſuo loco proferemus. Hanc Ludovici Germaniæ Regis epocham confirmat charta LXIV apud Goldaſtum, data *die Veneris* VIIII *Kal. Decemb. anno* XXIIII *HLudovici Imperatoris, & HLudovici junioris Regis Alamannorum* V. quæ cum anno DCCC XXXVII concurrunt. Ex quo numero ſi annum quintum reducas; annus DCCC XXXIII vel præcedens regni Ludovici primus ſupererit. Sed tamen in Annalibus Francorum nihil de hac re comperio, niſi quòd Annales Fuldenſes tradunt anno DCCC XXXVIII Ludovicum Pium *HLudowico filio ſuo regnum orientalium Francorum, quod prius cum favore ejus tenuit, interdixiſſe.* At quando primùm tenere cœperit non exprimunt.
B Anno DCCC XVII, cùm Ludovicus Pius diviſionem regni & imperii inter filios ſuos fecit, Ludovico *Bajoariam, Behemios, Carentanos, Avaros, atque Sclavos, qui à parte orientali Bajoariæ ſunt*, conceſſit, ut legitur in diplomate hujus diviſionis. Deinde anno DCCC XXI in conventu Noviomagi habito, *regni partitionem, quam inter filios ſuos jam dudum fecerat, coram recitari fecit, & à cunctis proceribus qui tunc affuêre confirmari*, ex vita ipſius Ludovici Pii. Ex quo intelligitur, hanc partitionem ſcripto fuiſſe conſignatam, ſiquidem tum recitata confirmataque eſt: nec dubium, quin ſit illa ipſa, quæ à V. Cl. Stephano Baluzio vulgata eſt in Capitularium tomo I[a]. De Ludovici regno nihil ampliùs lego apud veteres. Exiſtimo ipſum anno DCCC
C XXXIII, per civiles illos cum patre motus, Germaniæ regnum occupaſſe, quando Ludovicus Auguſtus collatis cum filiis ſuis ſignis, *à ſuis deſertus ac proditus, in filiorum poteſtatem redactus eſt*[b]. Hinc Ludovico regni Franciæ orientalis initia: quem ad modùm conſignantur etiam in Metropoli Salisburgenſi[c]. Aliter deſumuntur[d] à regno Bajoariorum, ſumto initio ab anno DCCC XXVI, ubique abſque annis Incarnationis. Priorem calculum obſervare licet in autographo Mettenſis cœnobii ſancti Arnulfi ſub hac clauſula. *Data* IX *Kal. Decemb. anno* XXXVIII *regni HLudovici sereniſſimi Regis in Orientali Francia regnante, & adeptione regni Lotharii* VI. *Ind.* IX. *Actum Mettis civitate.* Hæc reſpondent anno DCCC LXXV, Indictionis initio deſumto à Se-
D ptembri: quo anno annus regni Ludovici XXXVIII ab anno DCCC XXVII, annus VI à ſucceſſione Lotharii petitur ab anno DCCC LXIX, quo Ludovicus in ſortem Lotharii nepotis ſui ſucceſſit.

a Capitul. tom. I col. 573.
b Annal. Fuld. ad an. 833.
c Metrop. Saliſb. tom. I p. 348 & tom. 2 pag. 12 & ſeqq.
d ibid. tom. I pag. 224 & 225.

VI. Papebrochius in Propylæi num. 33 memorat diploma Lotharii Regis, Lotharii Imperatoris filii, cum anno dominicæ Incarnationis DCCC LVIII; cenſetque Lotharium hunc primum eo calculo uſum eſſe; fratres verò ejus Carolum & Ludovicum ab eo abſtinuiſſe: ſed paullo poſt hunc morem in Germania fuiſſe reſumtum, & in perpetuum ſtabilitum. Morem hunc à Carolo Craſſo Imperatore in Germania incœpiſſe obſervatum eſt in capite ſuperiori: an autem illud Lotharianum, ex
E cujus autographo (ut quidem ei videtur) ectypum refert Papebrochius, omni exceptione majus cenſeri debeat, inferiùs[e] diſcutiemus. Sanè unum invenitur diploma ejuſdem Regis ex autographo, apud Dubletum[f], incipiens non ab invocatione, *In nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti*; ſed ab iſta: *In nomine omnipotentis Dei & Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti*, at abſque notis Incarnationis: & ſcriptura alterius Lothariani apud Papebrochium accedit ad Saxonicam, quæ in diplomatibus Regum noſtrorum inſolita eſt, multumque recedit à noſtro Lothariano, cujus ectypum optimæ notæ inferiùs dabimus. De aliis Germaniæ Regibus nihil mihi præter ſuperiora dicendum occurrit ad propoſitum. In Provincia Ludovicus Rex anno Incarnatio-
F nis uſus eſt anno DCCC XCVI in tomo XII[g] Spicilegii.

e infra lib. 3 cap. I.
f Dublet pag. 786.
g Spicil. tom. 12 pag. 153.

VII. De Langobardicis Regibus id unum affirmare poſſumus, eos ante ſæculum IX annis Incarnationis ſæpius abſtinuiſſe, atque annos regni ſui cum Indictione in diplomatibus adhibuiſſe. Id patet non ſolùm ex legibus Rotharis, Liutprandi, Ratchiſi, & Aiſtulfi, ſed etiam ex diplomatibus eorumdem. Liutprandus quippe in litteris ſuis tomo I[h] Italiæ ſacræ relatis hunc modum ſervat: & Arichiſus Dux Beneventanus, annos Incarnationis haud apponit in ſinceris variſque chartis pro cœnobio ſanctæ Sophiæ in Italiæ tomo VIII à col. 582. Unde mihi dubium eſt, an annus Incarnationis, quem diplomati ſuo Aiſtulfus & Ratchiſus ap-

h Ital. ſac. tom. I c. 458 & c. 459.

ponunt in Italiæ tomo[a] ſecundo, ab interpolatione immunis ſit in hac parte, ut A Ludovici II Imperatoris actis contigiſſe modò obſervabam, ubi memoratæ ſunt litteræ Widonis Imperatoris cum annis Incarnationis. Hunc calculum à Carolo Craſſo continuarunt, ut Imperatores; ita Italiæ Reges. Rotharis, Liutprandus & Ratchiſus in legibus ſuis utuntur hac formula chronologica: *anno Deo propitiò feliciſſimi regni mei*, Aiſtulfus *regni noſtri*. Quamquam ante eos Adilwaldus hac formula uſus eſt[b]: *Datum Ticino in palatio, ſub die* VIII *Kal. Aug. anno feliciſſimi regni noſtri ſexto, Indict.* IX *feliciter.* In Calabria, annos in chartis paſſim ab orbe condito, juxta receptum à Græcis calculum, numerabant, aliquando tamen à Verbo incarnato. B Utriuſque calculi exempla exhibet hiſtoria Monaſterii Carbonenſis, Paulo Æmilio auctore. Idem etiam calculus in Sicilia nonnumquam obtinuit, ex Sicilia Sacra[c], adjectis paſſim annis Incarnationis, quos alii retinent omiſſo calculo à creatione mundi. In his Rogerius Siciliæ & Calabriæ Comes diploma ſuum pro eccleſia Catanenſi ita concludit[d]. *Si quis igitur tempus ſcriptionis hujus noſtri privilegii ſcire voluerit; ſciat hoc noſtrum privilegium eſſe ſcriptum anno dominicæ Incarnationis* M XCII, *Indict.* XV, *quinto Id. Decemb. tempore domini Urbani PP. II, domino Rogerio Duce Apuliam, Calabriam, atque Siciliam regente, in Francia Philippo regnante, in Theutonica terra Henrico, in Græcia Alexio.* Ubi vides, Regem Francorum præponi Imperatoribus Germanorum & Græcorum. In alia charta[e] ejuſdem Rogerii annus Incarnationis in capite & in C fine appoſitus eſt: in fine tantùm in litteris Caroli Siciliæ Regis pro Andegavenſi Abbatia omnium Sanctorum, ſuperiùs[f] laudatis.

VIII. Quo tempore Angliæ Reges diplomatibus ſuis annos Incarnationis appoſuerint, non conſtat inter eruditos. Spelmannus[g] exiſtimat defuiſſe chartis & privilegiis ſæculi VII, quemadmodum in epiſtolis ſancti Gregorii & in diplomatibus Regum Franciæ. At Regibus Anglicanis longè priùs quàm Romanis Pontificibus & Regibus Francorum hunc calculum veniſſe in morem pro comperto eſſe debet: nec valet alterorum ad alteros comparatio. Annos Incarnationis ante Venerabilem Bedam in diplomatis locum raro aut numquam habuiſſe veri ſimile eſt. Withredus D quippe tantùm regni ſui annos cum Indictione adhibet apud Spelmannum[h]. At ſæculo VIII tritus eſſe cœpit calculus ab Incarnatione, ut patet ex diplomatibus relatis ab Ingulfo, Dubleto & aliis. Atque ut præteream Concilium Cloveshovienſe, cui præfigitur annus dominicæ Incarnationis DCCLVII, ſicuti Celichitenſi *annus* DCCC XVI, certè in Celichitenſis cap. IX ſtatuitur, ut unuſquiſque Epiſcoporum *debeat deſcribere judicium illud, quod in qualicumque Synodo conſtitutum eſt, vel ad illius parochiam pertineat, ut & cum ratione & ordine deſcribat*, QUALIS ANNUS DOMINI *computatur; aut à quali Archiepiſcopo & aliis adſedentibus Epiſcopis inveſtigatum & confirmatum ſit illud judicium.* Cùm ergo in chartis apud Ingulfum alioſque relatis legamus E annos Incarnationis à ſæculo octavo; non minùs in regiis, quàm in epiſcopalibus actis hunc ritum viguiſſe dicendum eſt.

IX. Denique Hiſpanicis Regibus familiaris fuit æra ante ſæculum XII. tandemque pedetentim in variis Hiſpaniæ regnis obtinuit uſus annorum Domini, ut in capite XXV expoſuimus. Pertinuit etiam æræ Hiſpanicæ uſus ad provinciam Narbonenſem & Arelatenſem, ut conſtat ex Concilio Arelatenſi ſexto, quod anno XLV Caroli Magni *ſub die* VI *Idus Maias* ab Epiſcopis utriuſque provinciæ celebratum eſt *æra* DCCC LI, ſicuti proferunt acta ejus Concilii, id eſt anno DCCC XIII. Annos Incarnationis cum *æra* ſua vulgari conjunxerunt hiſtorici nonnulli, in his F Eulogius Presbyter Cordubenſis in locis à nobis ſuprà in capite XXV relatis: quin etiam Reges nonnulli in diplomatibus, ut Ranimirus in ſuo pro monachis Silvæmajoris, *factâ chartâ in æra* M C I, *anno* M LXIII *dominicæ Nativitatis Indict.* XIII *regnante Domino noſtro J. Ch. & ſub ejus imperio ego præſcriptus Ranimirus Dei nutu Rex in Aragone* &c. Eumdem calculum in nonnullis chartis obtinuiſſe teſtatur Prudentius Sandovallius[i], qui & Alboazemi Maurorum Regis diploma refert, inſignitum duplici æra, ſcilicet Hiſpanica & Arabica, in hunc modum. *Fuit facta charta de Juzgo æra de Chriſtianis* DCC LXXII, *ſecundùm verò annos Arabum* C XXXXVII, *luna* XIII. Inſignis eſt

a tom. 2 c. 110 & c. 250.
b tom. 4 c. 1324.
c Sicil. ſac. lib. 3 pag. 395 & lib. 3 pag. 5. 7. & 11, 13, 15, 53. 54, 91 &c.
d ibid. lib. 3 pag. 16.
e ibid. pag. 17.
f ſupra c. 23 num. 7.
g Spelman. tom. 1 Conc. pag. 125.
h ibid. pag. 193 & 198.
i Sandoval de Regib. Caſtella pag. 89.

A eſt hæc charta, maximè in laudem monachorum Laurbanenſium Ordinis ſancti Be-
nedicti, quos Maurus ille immunes declarat ab annuo vectigali Chriſtianis, eorum-
que eccleſiis ac monaſteriis impoſito: *quoniam*, inquit, *bona intentione monſtrant mihi
loca de ſuis venatis, e faciunt Saracenis bona acolhenza, & numquam inveni falſum, neque
malum animum in illis qui morant ibi.* Egregia ſanè laus ab homine non ſuſpecto. Ara-
gonenſes Reges eodem fere modo diplomatum ſuorum clauſulas efferunt, at ſub
æra Hiſpanica. Garſias Rex apud Blancam [a]: *Facta hæc charta donationis die* XII *Kal.*
Decemb. æra DCCCC XVIII. tum ſequuntur Regis aliorumque ſubſcriptiones teſtium,
quos *Confirmatores* vocat. Sanctius Ranimiri Regis filius [b]: *Facta hæc charta æra* M C
B XXVIII *regnante Domino noſtro J. C. & ſub ejus imperio me Sanctio Rege*, &c.

X. In diplomatibus autem imperialibus ac regiis, nedum privatis, ſæpe uſur-
patur in clauſula vox *publicè*; quam aliqui recentiorum temporum eſſe putant. Et
quidem uſitatior fuit ſub tertia ſtirpe Francica: ſed tamen aliquando recepta ſub
Carolingis. Ejus vocis origo inde nata eſt, quòd olim acta quævis authentica co-
ram magiſtratu & judicibus *publicè* conderentur, aut certè relegerentur antè con-
ſcripta. His conſcribendis præfectus erat *Actuarius*, ab actis ſic dictus, qui non
litigantium acta in judicio ſcribebat, (illa enim ab *Exceptoribus* notabantur:) ſed
diverſa contrahentium & aliorum negotia coram Judice, fide apud omnes facta,
C chartis mandabat, ut Pancirolus [c] in Notitiam Imperii orientalis obſervat. Hæc
acta aliquando *geſta*, quandoque *publica monumenta*, nonnumquam *inſtrumenta foren-
ſia*, vel ſimpliciter *publica*, aut *publica teſtificatio*, vel *publicæ chartæ tabulæve* appellan-
tur: quoniam coram Magiſtratibus, quæ publicæ erant perſonæ, conficiebantur.
unde & acta *publicè* fieri dicebantur. Ejus vocis uſus rarior fuit apud Francos re-
gnantibus Meroveadis. Unum invenio monumentum Chrothildis prænobilis ma-
tronæ, ſub Chlothario tertio datum *Morlaco vico publico*. nam & vici *publici* & villæ
publicæ dicebantur villæ regiæ ſeu fiſcales, in quibus ejuſmodi negotia & judicia
palam exerceri mos erat. *Palatia publica* vocare cœpit Carolus Magnus ab inito Im-
D perio, uti legitur in Monumentis Paderbornenſibus pro eccleſia Oſnabrugenſi,
Actum Aquis palatio publico, & apud Ughellum in Italiæ ſacræ tomo [d] I & IV [e],
Carolus Magnus aliquando, Ludovicus Pius paſſim *palatio regio* [f]; Carolus Calvus
uſus eſt *palatio imperiali*, in ſpecimine noſtro pro eccleſia Compendienſi, & alibi [g].
Immo Carolus Magnus uſus eſt *palatii* nomine ante imperium, ut in Capitulari
anni DCC LXXXIX, & in Capitulari Saxonum anni DCC XCVII. In illis igitur locis
acta dicebantur fieri *publicè*, quale eſt Agirardi Epiſcopi Carnutenſis, hic editum,
datum *annum ſecundum regnum domni noſtri Childeberchti glorioſiſſimi Regis Capronaco pu-
blicè.* Tale eſt etiam Chrodardi Comitis teſtamentum pro ſancto Dionyſio, *actum*
E *in villa, quæ dicitur Mareleia, puplici, anno* XIII *regni domni glorioſiſſimi Pippino Regi.*
Sub Carolo Magno exſtat charta Lebdrudis de villa Ghiſnenſi [h], quæ hanc habet
clauſulam: *Actum Giſna villa* PUBLICE, *quando fecit menſis October dies* XI, *anno* XL *re-
gni, &* VIII *imperii domni noſtri Karoli Imperatoris Auguſti.* Alia ſubſequentium tem-
porum exempla ibidem [i] exſtant. Hæc quidem in litteris privatorum: ſed in regiis
etiam & imperatoriis aliquando hoc adverbium legitur ævo Carolino. Sic in diplo-
mate Ludovici Pii pro Aldrico Epiſcopo Cenomannenſi [k]: *Actum Pictavis civitate*
PUBLICE. & in alio, *Pictavis civitate publica.* Sic in litteris Ludovici III Imperato-
ris, filii Boſonis [l]: *Actum Viennæ publicè*, anno VII imperii ejus. Non deerunt alia
F exempla diligenti inquiſitori: ſed nobis unum aut alterum de chartis ſeu monu-
mentis eccleſiaſticis proferre ſufficiat. Meroli Epiſcopi Carnutenſis precaria cui-
dam Wiliberto facta [m] eſt *Cenomanis civitate publicè*, anno XXIX regni Caroli Magni.
Aldricus ejuſdem eccleſiæ Antiſtes privilegium concedit [n] anno DCCC XXXVII *Ce-
nomannica in urbe publicè.* Hincmarus Remenſis litteris canonicis de ordinatione He-
denulfi Laudunenſis *publicè datis* ſubſcribit [o] anno DCCC LXXVII. Et biennio pòſt
conventus Mantalenſis de electione Boſonis Regis: *Actum apud Mantalam publicè
anno Incarnationis dominicæ* DCCC LXXIX. Sub Capetianis hæc vox frequentior fuit,
non ſolùm in privatis, ſed etiam in regiis chartis. Henricus I in hiſtoria Vergia-

a *Blanca pag.* 599.
b *ibid. pag.* 607.
c *Pancirol. cap.* 14 *in Notit. Imperat. orient.*
d *Ital. ſac. tom.* 1 *col.* 105.
e *tom.* 4 *col.* 124.
f *Baluz. Miſcell. tom.* 3 *pag.* 35 *& ſeqq.*
g *Guiſnes pag.* 5.
h *ibid.*
i *ibid. pag.* 45 *fol.* 48 *&* 49 *verſo. pag.* 51, *&c.*
k *Baluz. tom.* 3 *Miſcell. pag.* 175 *&* 176. *V. pag.* 43.
l *Hiſt. de Provence tom.* 1 *pag.* 933.
m *Baluz. tom.* 3 *Miſcell. pag.* 164.
n *ibid. pag.* 80 *V. pag.* 170.
o *idem tom.* 2 *Capitul. col.* 628.

a *Vergy pag.* 74. cenſi[a]: *Actum publicè in obſidione caſtri, quod vocatur Tunerias, anno* M LVIII. Philippus I A
b *Biblioth. Clun. col.* 528. in Bibliotheca Cluniacenſi[b]: *Actum publicè apud ſanctum Benedictum de Floriaco anno*
c *Doublet pag.* 844 *&* 845. M LXXVIII. Ludovici Groſſi diplomata duo publicè data exſtant apud Dubletum[c],
unum item *Pariſius in palatio publico*, ex archivo ſancti Martini de Campis.

XI. Verùm his omiſſis jam tandem veniendum eſt ad extremum hujuſce capitis argumentum, videlicet de quibuſdam diplomatibus imperfectis, etiam autographis: quibus tamen nullatenus negari debet auctoritas. In primis occurrit Theoderici, Clodovei junioris filii, præceptum pro ſancto Dionyſio, incipiens ab his verbis, *Viris inluſtrebus omnibus Agentebus*, &c. cui præcepto neque Theodericus more ſuo cum ſigno crucis, neque Cancellarius ſubſcribit: nec apponitur chronica clauſula, B
ſed tantùm regium ſigillum. Item diplomati Hugonis Regis hîc edito pro Laudunenſi cœnobio ſancti Vincentii, Rex quidem ſubſcribit, ſed non Cancellarius aut
d *Doublet pag.* 835. Notarius. Deinde litteris Philippi I, quales exſtant apud Dubletum[d], ſubſcribit Rex hoc modo, *Signum Philippi Regis*, ſed abſque ſigno crucis, & abſque monogrammate & anno Incarnationis. Sic in alio ejuſdem Philippi inſtrumento apud Chiffle-
e *Tournu pag.* 316. tium[e], deſunt in autographo ſubſcriptiones omnes cum temporis annotatione: ſolumque ibi cernitur regium ſigillum affixum ac monogramma. Ad hæc Ludovi-
f *Doublet pag.* 845. cus VI in autographo edito apud Dubletum[f], loquitur de nominis ſui charactere, nec tamen monogramma ullum apponit. Præter ea in litteris Lotharii Regis pro C
confirmatione bonorum, quæ Winebertus temporibus quondam Drogonis Archiepiſcopi cœnobio Mettenſi ſancti Arnulfi conceſſit, nullum apponitur monogramma, neque ſubſcribit Cancellarius, tametſi affixum ſigillum. quod ſolitariè inſtrumentis robur & auctoritatem conciliare valet. Hinc Goffridus Abbas Vindocinenſis in epiſtola ad Goffridum Epiſcopum Carnutenſem, conteſtatus, ſe nihil contra ejus eccleſiam à domino Papa Calliſto quæſiiſſe, vel ipſum feciſſe; addit: *Privilegium quidem apud Stampas mihi fieri debuit, & ſcriptum fuit. Sed quia in eo quædam ſunt poſita, quæ neque eccleſiæ veſtræ utilia, neque monaſterio noſtro neceſſaria videbantur; in loco, quo ſcriptum fuerat, remanſit non bullatum. Poſtea verò Pariſius factum eſt* D
privilegium, in quo dignitas & honor monaſterii noſtri memoratur pariter & firmatur. Multa ejuſmodi exempla huc referri poſſent, id eſt autographa imperfecta; quæ modò vel ſigillo, vel ſubſcriptionibus munita ſint, valida cenſeri debent. quandoquidem ſigillum ſubſcriptionis vicem præſtat: & ſubſcriptio ipſa ex ſe monumenti valori ſufficit. Confer quæ diximus in capite XVIII num. XII.

XII. Hîc agendum eſſet de extrema clauſula diplomatum regiorum & imperialium, quæ ſic terminari ſolent deſignando locum, ubi condita ſunt: *Actum Aquiſgrani palatio in Dei nomine feliciter*, addito nonnumquam *amen*. Sed id commodiùs tractandum erit initio libri quarti, ubi de Palatiis agemus. Interim obſervo, *Aquiſ-* E
grani vocabulum in Caroli Magni diplomatibus uſitatum fuiſſe, contra quàm vir
g *Papebroch. Propyl. num.* 28. doctus[g] ſuſpicatus eſt, quaſi *Aquis* dumtaxat abſque addito ſub Carolo Magno receptum fuerit. At reperitur *Aquiſgrani* nomen non ſolùm in duobus Placitis ejuſdem Caroli à nobis hîc editis ex autographis, ſed etiam in Capitulari primo anni
h *Capitul tom.* 1 *col.* 241. DCC LXXXIX, quod ita clauditur[h]: *Anno dominicæ Inc.* DCC LXXXIX, *Indict.* XII, *anno* XXI *regni noſtri actum eſt hujus legationis edictum in Aquiſgrani palatio publico*, &c.
i *ibid. col.* 502. & in Præcepto pro Hiſpanis[i]: *Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feliciter amen.*

F

A

CAPUT XXVIII.

I. *Chartarum privatarum notæ chronologicæ apud Italos, & Germanos,* II. *Alamannos,* III. *& Francos.* IV. *Chartæ anno & die deſtitutæ.* V. *Quid ſit factum* menſe intrante *aut* exeunte; ſtante *ſeu* inſtante, *vel* reſtante. VI. *Quid* intra Kalendas. VII. *Datæ ſingulares.* VIII. *Quid*
B *ſit* mitto in *Chartario Celſinianenſi*, & non eſſe ſubjectum Sanctis & ſpiritualibus Angelis. IX. *Chartæ longè poſt donationes confectæ.* X. *Notæ numericæ, Romanæ & Arabicæ.* XI. *Romanæ uſitatiores in chartis.* XII. *Numerus* Ī *quid denotet.* XIII *In quibuſdam confuſio vitanda.* XIV. *Numerorum virtus apud Hiſpanos.* XV. *Notæ græcanicæ apud Goldaſtum.*

I. JAm tandem poſt longas tractationis ambages ad extremam partem veniendum
C eſt, in qua de calculo privatorum hominum chartis apponi ſolito agendum eſt. Atque ut res dilucide procedat, diſcernenda ſunt loca & tempora, ut perſonæ.

Apud Italos chartæ privatæ annis Imperatoris ſeu Regis & Comitis atque Indictione præditæ ſunt ante principatum Caroli Craſſi: quo imperante annos Incarnationis inſuper adjectos paſſim legimus in Chartario Caſaurienſi. Apud Germanos in privatis chartis uſitata fuit jam inde à ſæculo VIII Indictio; & anni ab Incarnatione aliquando in calculum admiſſi. Id patet ex libris Traditionum Fuldenſium, in quibus una invenitur [a] data anno DCC LXXXIII, alia anno DCCC, tertia [a] *Trad. Fuld. pag.* 509, 510, 517.
D anno DCCC II. ceteræ ſubinde ſæculi noni annis Incarnationis affectæ. Eodem tempore receptus paſſim Indictionis uſus, ut probant eædem Traditiones. Præiverunt ergo diplomatibus Imperatorum chartæ privatæ in aſſignandis annis Incarnationis, ſaltem apud Fuldenſes, qui hunc morem à ſancto Bonifacio auctore cœnobii ſui acceptum [b] retinuerunt. [b] *Vide ſuprà cap.* 25 *num.* 12.

II. Alamannorum varias chartas refert Goldaſtus, ex quibus paucas reperias cum annis Incarnationis ante ſæculum X, quo Imperatores eum calculum frequentabant. Seriùs admiſſa videtur in privatis litteris Indictio, & in chartis à Goldaſto relatis vix ullæ occurrunt cum hac nota ante ſæculum XI, tametſi in imperatoriis di-
E plomatibus ubique obvia.

III. Franci eodem fere tempore, quo Alamanni, annos Incarnationis calculo ſuo approbarunt Certè, apud Dubletum, Labbeum, Chiffletium, & Perardum non invenio multa ejus exempla ante Capetios Reges. De privatis chartis loquor. nam Synodicas Epiſcoporum litteras apud Gallos annis Incarnationis præditas fuiſſe à ſæculo VIII ſuperiùs oſtendi. Eodem etiam calculo uſi ſunt Flandriæ Comites in hiſtoria Ghiſnenſi [c]: & Willelmus Comes litteras de Magentiaco [d] dedit [c] *Guiſnes pag.* 45 *fol* 48 *verſo & pag.* 50 *&* 51. *anno Incarnationis dominicæ* DCCCC XII, *Indict.* I. ubi legendum *anno* DCCCC XIII. cui convenit Indictio I. Has litteras confirmavit Johannes Papa X, non VIII. Ad hæc [d] *Sæc.* 4 *Bened. part.* 1 *pag.* 254
F Epiſcopi, etiam particulares, Indictionem monumentis aliquando apponebant ſæculo X, idque conteſtantur litteræ tres Argrimi Lingonenſis apud Perardum [e]: ubi [e] *Perard. pag.* 53 *& ſeqq.* etiam Giſlebertus & Odolricus Abbates Indictionem adhibent ſæculo X. Ex quo intelligitur, alias etiam hominum privatorum chartas cum hac chronologica nota deprehendi poſſe, quamquam pleræque habentur per id tempus datæ ſub annis Regum, abſque Indictione & annis Incarnationis. Verùm de privatis hiſce chartis, quarum ſtilus ex foraneorum Notariorum arbitrio pendet, impoſſibile eſt tradere regulas uniformes.

IV. Quippe apud Francos permultas reperimus abſque ullis chronologicis notis,

aut certè (ſi ita loqui fas eſt) cum dimidiatis. Nam aliquando annus Regis appoſitus & menſis, ſed non dies, ut apud Perardum [a]: *Data in menſe Februario, anno* XXVIII *regnante domno noſtro Karolo Rege*, & ſic fere paſſim apud eumdem. Aliquando ſolus annus Regis abſque menſe & die: *Facta notitia in anno* VII *regnante domno noſtro Ludovico Imperatore*, apud eumdem Perardum [b]. Aliquando neque annus Regis diſertè ſignatus. *Actum Floriaco tempore reverendi Lamberti Abbatis, regnante Rodulfo Rege*, apud ipſum Perardum [c]. Denique aliquando ſine ulla nota chronologica, ut fidem faciunt infinita exempla, ex tabulis eccleſiarum apud Perardum jam inde à ſæculo XII, ad ſæculum XIII. Immo à ſæculo X obtinere cœpit iſte uſus: teſtis charta Davidis Decani apud eumdem [d]: quem Davidem regnante Odone vixiſſe ex alia charta ſubſequente intelligitur. Quod dixi de privatorum hominum inſtrumentis, id etiam aſſeri poteſt de litteris Epiſcoporum, Ducum, Comitum, & aliarum illuſtrium perſonarum. Exſtant apud Perardum multa ejus rei exempla, Raimundi Burgundiæ Comitis abſque ulla nota pag. 198, Hugonis Burgundiæ Ducis pag. 221 & 222. Epiſcoporum pag. 224 & ſeqq. Rainaldi Burgundiæ Comitis pag. 230. omnia ex ipſis autographis. Quin etiam in diplomatibus regiis à ſæculo XI non raro appoſitus annus Incarnationis & menſis ſine die: immo annus ſine menſe & die. qualia ſunt in multis Philippi Auguſti monumenta duo apud Perardum pag. 340. At quæ qualibet nota chronologica careant Regum noſtrorum litteræ, non bene multas invenio, præter eas quæ ſtatim exſecutioni mandandæ erant: quibus nullus ſæpe characteriſmus apponitur. In diplomate tamen Agnetis ſeu Annæ Reginæ, Henrici I relictæ, pro cœnobio Foſſatenſi de villa Unello, cujus autographum eſt penes eruditum Petrum Franciſcum Chiffletium, nulla apponitur chronologica nota. In epiſtolis Regum noſtrorum autographis à ſæculo XIII, quas bene multas legimus beneficio V. Cl. Antonii Herovallii, nulla fere apponitur nota præter menſem abſolute aut menſis diem, qui in antiquioribus ſæpe omittitur, ut in epiſtola Philippi primi ad Bernardum Majoris-monaſterii Abbatem. Apud Germanos multæ inveniuntur hoc modo in Traditionibus Fuldenſibus. Apud Alamannos non valebat charta ſine die & anno, ex eorum legibus cap. XLII. nec niſi una invenitur ſine *Data* apud Goldaſtum, quæ eſt LIII. Certè Romanis legibus acta publica rata & probata non erant abſque die & Conſule. Verùm pro lege cenſeri debent temporum mores: quos qui vel ad noſtros recentiores, vel ad ſuperiorum uniformem regulam exigunt, omnia confundunt.

V. Tædet me harum minutiarum: ſed tamen hîc prætermittere non poſſum ſingularem menſis computandi modum in Italia quondam & in Gallia obſervatum, ut res diceretur confecta *menſe intrante, menſe exeunte*, ſeu (quod idem eſt) *ſtante & reſtante*. Utriuſque formulæ varia ex chartis exempla profert vir numquam ſatis laudatus Cangius in Gloſſario ſuo, obſervatque ex Rollandino qui vixit anno M CC LXV, in tractatu de arte Notariæ, Italos non modò, ſed etiam Gallos diſtinxiſſe menſes integros in duas ſectiones, ſumendo primam partem à prima menſis die uſque ad decimum ſextum; alteram à decimo-ſexto ad finem: & primam quidem partem numeraſſe ordine recto, alteram retrogrado. Sic primus dies intrante Maio, ſecundus dies intrante Maio, erat primus & ſecundus dies Maii. Tranſacto autem ſexto-decimo die reliqui dies exprimuntur per *exeunte* hoc modo, XV *die exeunte Maio*, XIV *die exeunte Maio*, & ſic de ſingulis uſque ad pænultimum diem. In pænultimo quippe & ultimo dicunt *pænultimo die Maii*, & *ultimo die Maii*. Et ita de ſingulis qui habent triginta cum uno dies. In aliis autem qui habent triginta dies, procedunt ſimiliter uſque ad quintum-decimum, dicendo, *intrante*; & alios quindecim ordine retrogrado computant, dicendo, *exeunte*. In Diurno Romano, ubi refertur formula epiſtolæ Exarchum de tranſitu Pontificis, legitur, *die ill. inſtantis menſis*, id eſt *intrantis*, cum ad modum quo apud Paulum [e] dicitur parabola *temporis inſtantis*. In Chartario Caſaurienſi dicitur peracta conſecratio altaris majoris beati Clementis *in anno milleſimo centeſimo quinto, & die menſis Octobris ſtante quarto decimo, per Indictionem quartam-decimam.*

VI. Ad hunc locum pertinet id, quod A. Gellius [f] inquirit, *intra Calendas* cùm

[a] Perard. pag. 34.
[b] id. pag. 35 &c.
[c] id. pag. 30.
[d] ibid. pag. 27.
[e] Hebr. 9 v. 9.
[f] A. Gellius Noct. Attic. lib. 12 c. 13.

A dicitur, quid ſignificet: utrum *ante calendas*, an *calendis*, an utrumque. Huc Apollinarem Sulpicium inducit differentem, atque ita concludentem: *Qui dicit, intra opidum, intra cubiculum, intra ferias; non dicit aliud, quàm in opido, in cubiculo, in feriis. Itaque ſecundum verbi ipſius rationem, qui juſſus eſt intra calendas pronuntiare, niſi calendis pronuntiet, contra juſſum vocis facit.* Contra verò idem Gellius exiſtimat, eum qui jubetur *intra calendas* pronuntiare, eum & ante calendas, & ipſis calendis jure pronuntiare poſſe: *cùm omne tempus, quod calendarum die includitur, intra calendas eſſe rectè dicatur.*

VII. Sed neque hîc prætermittere juvat quaſdam chronologicas ſingulares notas, quæ in chartis nonnullis occurrunt. Uulgare eſt quod in privatis inſtrumentis B paſſim occurrit, ut anni Regis, Pontificis, & Comitis loci, in quo hæc condita ſunt, diſertè aut confuſè adſcribantur. In charta Odonis Abbatis ſancti Michaëlis ad Moſam: *Actum publicè in atrio ſancti Michaëlis, regnante Ottone Imperatore in regno Lotharii, Luthario in Francia, Friderico Duce, Rainardo Comite, anno nongenteſimo ſexageſimo ſecundo Incarnationis Domini, Indictione decima*, abſque menſis ac diei deſignatione. Apud Beſlium [a] charta Raimundi Sacerdotis: *Data ſunt hæc Idib. Septemb. regnante Henrico Rege in Francia, *Willelmo Comite Pictavis, Iſemberto Epiſcopo in cathedra ſancti Petri, anno ab Inc. Domini* M XXXVIII, *Indict.* VIII. Additur nonnumquam C annus Pontificis Romani apud eumdem [b] in litteris Willelmi, alio nomine Gaufredi, Ducis Aquitanorum: *Facta eſt hæc charta donationis, ſive firmitatis, ſeu conceſſionis*, V *Kal. Febr. anno ab Inc. Domini* M LXXVII, *Indict.* XV, *regnante Rege Francorum Philippo, pontificatum Romanum tenente Gregorio VII PP. anno pontificatûs ejus* IV. Ubi vides, Gregorium Papam nominari poſt Regem. quod etiam obſervatur in quibuſdam aliis monumentis. At paſſim aliàs priorem locum obtinet Pontificis nota, uti apud eumdem Beſlium [c] non ſemel, putà in aliis litteris Gaufredi Aquitanorum Ducis: *Acta eſt hujuſmodi eccleſiæ chartula apud Vulventum, domno Papa Gregorio ſancti Petri poſſidente cathedram, Philippo regnante in Gallia, Gaufrido dominante in Aquitania,* D *Iſemberto præſidente in Pictavenſi eccleſia, miniſtrante ſibi Rainaldo partibus iſtis Archidiacono, anno dominicæ Inc.* M LXXVI, *Indict.* XIV, *cyclo paſchali* X, *Epacta* XII, *Concurrentibus* V. Et alibi [d]: *Anno Domini menſe Auguſto, Indict.* VII (lege XV) *Epacta* VIII. *anno ab Inc. Domini* M XCII, *Papa exiſtente Urbano, Philippo quoque Francorum Rege, Willelmo Pictavenſi Comite, & Petro ejuſdem civitatis Antiſtite, in univerſo mundo regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto.* His conſimilis eſt item alia charta [e]: *Actum in Capitulo ſancti Johannis anno ab Inc. Domini* M C XXXVII, *Honorio PP. II, Girardo Engoliſmenſi Epiſcopo & S. R. E. Legato, N. Santonenſi Epiſcopo, Ludovico regnante in Francia, Willelmo Toloſana matre nato Aquitanorum Duce.* Nec illud vacat, quòd charta Ri-E chardi Nortmannorum Ducis data eſt *juſſu domni Ricardi incliti Comitis*, XV *Kal. April. anno* XIV REGNANTE HLOTHARIO REGE, *Indict.* XI. Nortmannorum quippe Duces, neſcio an deditâ operâ, in notis chronicis inſtrumentorum annos Regum Francorum prætermittere ſolent.

Verùm magis ſingulares ſunt alibi notæ, qualis eſt hæc Willelmi Comitis apud ipſummet Beſlium [f]. *Hæc charta facta eſt regnante Philippo Rege Francorum, & in cathedra Santonenſi Ramnulfo, anno ab Inc. Domini* M XCVI, *quo capta eſt Antiochia à Chriſtianis, fugatis Turcis, & Chriſto Domino ſubjecta, Papa exiſtente Urbano.* Et poſt multa [g]: *Acta ſunt hæc anno ab Inc. Domini* M C V, *quo cometa apparuit, regnante Phi-F lippo Rege in Francia, & Guillelmo in Aquitania.* tum ibidem: *Anno ab Inc. Domini* M C XI, *Indict.* IV, *regnante Ludovico Rege, Guillelmo Comite debellante contra Ugonem & Simonem de Parteniaco.* At ſingularis eſt *Olympiadis* mentio in Chartario Celſinianenſi, ubi refertur charta cujuſdam Adalradi, *Data in menſe Februario, undecima die ipſius menſis, anno dominicæ Inc.* DCCCC LX, *anno autem imperii Lotharii Regis Francigenæ* IV, *ſecundæ Olympiadis.* Sed quid monſtri habet alia charta Widonis, cognomento Malauræ, *ſcripta anno ab Inc. Domini* M C XIIII, *Indict.* VII, *imperante Carolo ſecundo Romanis, Ludovico verò ſecundo Francis?* Longè probabilior eſt clauſula Notitiæ Caſtri-Dunenſis [h], *apud Chilziacum menſe Maio, ipſo anno quo Philippus Rex Francorum accepit*

[a] Beſly de Comitib. Pictav. pag. 302.
[b] ibid. pag. 368.
[c] ibid. pag. 355 375.
[d] ibid. pag. 397.
[e] ibid. pag. 472.
[f] ibid. pag. 411.
[g] ibid. pag. 427.
[h] Sæc. 4 Bened. part. 1 pag. 763.

uxorem Bertream nomine, uxorem Fulconis Andegavenſium Comitis, anno videlicet ab Inc. A
Domini M XCII. Et alia [a]: *apud caſtrum Bleſium intra curiam, retro palatium, prope turrem, patulo inter caminatas ejuſdem palatii ſito*, XV *Kal. Maii, die dominico, poſt meridianam.* Nil niſi fabulam ſapit epocha opidanorum Hamelenſium in Ducatu Brunſvicenſi, qui annos ſuos in hunc uſque diem computare ſolent, *à filiorum noſtrorum egreſſu*, nempe ab anno M CC LXXXIV, quo filios ſuos, à quadrimis ad decennes, cujuſdam infauſtis carminibus ex urbe eductos numquam deinceps comparuiſſe fabulantur. Hoc commentum refellit Martinus Scookcius, in quo magis religionem, & æquitatem, quàm eruditionem deſideres. Hæc de ſingularibus notis ſufficiant B
cum iis, quæ alibi retulimus [b].

a *ibid. pag.* 761.
b *ſupra cap.* 26 *num.* 20 *& ſeq.*

VIII. At quando hìc mentio incidit de Chartario Celſinianenſi; advertere licet, verbum *mitto* in eo ſæpius uſurpari ad ſignificandam traditionem. Ita Rigaldus quidam in donatione ſua: *Et in hac eleemoſyna mitto domnum Amblardum Archiepiſcopum Lugdunenſem, & domnum Stephanum Arvernenſem Epiſcopum, ut partem habeant, & adjutores exiſtant contra eos*, &c. Duramnus tradens filium ſuum: *Pro filio meo Willelmo, quem monachum mitto in eodem monaſterio.* In Franconis charta: *Et in iſta eleemoſyna mitto domno Stephano & domno Roberto Abbate, ut ipſi ſint defenſores mei*, &c. Sed planè nova eſt in eodem Chartario conditio teſtamenti Acfredi Aquitanorum Ducis, quod
teſtamentum editum eſt in Miſcellaneis Labbeanis [c]. In eo quippe Acfredus res C
ſuas Celſinianenſi monaſterio tradit eo pacto, *quatenus nec Comes, nec Epiſcopus, aut Abbas, ſeu ullus ex progenie* (inquit) *noſtra, aut aliquis mortalium eidem terræ dominetur; neque* ALICUI SANCTORUM *ipſa terra ſubjecta ſit, neque* SPIRITUALIBUS ANGELIS, *ſed ipſi* SOLI DOMINO: *neque ulla judiciaria poteſtas illi ſuum auferre aut diſtringere præſumat, aut aliquid ab eis inhoneſtum aut injuſtum exigat; ſed omnipotenti Domino ſoli ſerviant.* Minùs ſevera fuit lex Rogerii Siciliæ & Calabriæ Comitis in diplomate pro monaſterio Catanenſi: quo in diplomate eidem cœnobio talem conceſſit [d] libertatem, *ut Abbas & monachi hujus monaſterii nemini umquam ſervirent de rebus monaſterii vel de*
poſſeſſionibus, niſi Deo & Sanctis ejus. Quamquam in illo Acfredi teſtamento id unum D
cautum eſſe putem, ut res Celſinianenſes nulli alii ſubjecti eſſent eccleſiæ quorumcumque Sanctorum, etiam Angelorum; ſed *ipſi ſoli Domino.*

c *Labbe pag.* 520.
d *Sicil. ſac. lib.* 3 *pag.* 15.

IX. Hæc forſan extra locum: ſed opportunum erit hìc obſervare, chartas donationum, aliaſque ſimiles, non rarò longè poſt factam donationem fuiſſe ſcriptas. Id apertè docet Notitia Stephani Comitis apud Camuzatum [e] & Cheſnium de eccleſia Sezaniæ, quæ charta ſic concluditur. *Fuit autem iſta donatio anno ab Inc. Domini* M LXXI, *ſed* M LXXXV *firmata, Chriſto regnante in cælis, Philippo Rege Francorum ſceptrum tenente*, &c. Alias ejuſmodi litteras quondam retuli in Notis ad epiſtolam
LXIX ſancti Bernardi Abbatis ClaræVallenſis. His accedit charta Rainoldi Archie- E
piſcopi Remenſis, qui *anno tertio pontificatûs & ſacerdotii ſui*, id eſt anno Chriſti M LXXXVI, cum ex mandato Romani Pontificis Apoſtolorum limina, eccleſiamque Romanam viſitare aggrederetur; ante corpus beati Remigii oratione facta, in capitulo Fratrum altare de Vico ſancti Remigii monachis rogatu Henrici Abbatis tradidit abſque perſonatu: ſed inſtrumentum hac de re poſt reditum ejus conditum eſt *anno dominicæ Incarnationis* M LXXXIX, *Indict.* XII, *archiepiſcopatûs autem domni Rainoldi anno* VI. id eſt anno tertio poſt factam donationem. Nec mirum, ſi abſque publicis litteris valebant donationes ad tempus: quando plures abſolutè tunc factæ ſunt
citra ulla authentica inſtrumenta, quorum vice adinventus eſt Notitiarum privata- F
rum uſus, de quibus agendum in libro ſequenti.

e *Promptuar. Tricaſſ. fol.* 373.

X. Juverit hoc loco quædam adjicere de notis numericis, quæ in conſignandis diplomatum calculis adhibitæ ſunt ab antiquis. Hæ notæ duplicis ſunt generis, nempe numeri Romani & Arabici, quos vulgus *cifras* appellat. Recentior eſt harum cifrarum uſus, quas Arabes ab Indis ſæculo X, Hiſpanos ab Arabibus ſæculo XIII accepiſſe cum aliis cenſet Athanaſius Kircherus [f] in Arithmologia ſua. Addit Papebrochius in Propylei num. 19, earum uſum ante bella ſacra minimè notum fuiſſe Europæis. Ego verò nullum deprehendi ante ſæculum XIV. Eo quippe ſæculo, id

f *Kircher. Arithmol. part.* 1 *cap.* 4.

A eſt anno M CCC LXXV, eas appoſuit Petrarcha in codice librorum Auguſtini in Pſalmos, ut ejus ſpecimen docet, à nobis relatum ſuo loco. Sæculo inſequenti in deſignandis librorum mſſ. paginis ejuſmodi cifras adhiberi cœptas animadverti. Parum itaque juvat earum tractatio ad propoſitum noſtrum, ut qui in ſæculo XIII conſiſtere in animum induximus. Illud unum de his cifris obſervo, per ea initia longè aliter quàm nunc, efformatas fuiſſe cifras 4 & 7, nempe hoc modo ጰ & ʌ, ut in ſpeciminibus noſtris advertere licet. Exiſtimat eruditiſſimus Huetius [a], Arabicos numeros eſſe meros Græcorum characteres, à librariis græcæ linguæ ignaris interpolatos, & diuturna ſcribendi conſuetudine corruptos, quos Arabes à Græcis B acceperint.

a *Huet. Demonſtrat. evangel. pag.* 647.

XI. Unus fuit in diplomatibus vetuſtis uſus numerorum Romanorum, quibus hodie quoque utimur: nec multum variant eorum formæ à noſtris. In illis tamen quædam obſervanda veniunt. Primum eſt, hos numeros revocari ad ſeptem litteras Romanas, quæ pro varia conjunctione varios numeros efficiunt. Audi Rabanum in libro de Computo. *Septem ergo litteris numeri notantur, id eſt*, I, V, X, L, C, D, M, *quæ aut ſolæ poſitæ numeros ſignificant, ut* I *unum*, V *quinque*, X *decem*, L *quinquaginta*, C *centum*, D *quingentos*, M *mille: aut compoſitæ cum aliis, ut &* V *&* I *ſex ſignificant*, X *&* I *undecim*, X *&* L *quadraginta*, L *&* X *ſexaginta*, *&* X *anteponitur* C, *quando nonaginta* C *ſignificat*, D *&* C *ſexcentos: aut multiplicatæ per ſe, veluti* I *duplicatum duo ſignificat, triplicatum tres, quadruplicatum quatuor;* X *duplicatum viginti, triplicatum triginta;* C *duplicatum ducentos, triplicatum trecentos, quadruplicatum quadringentos. Nulla autem nota apud Latinos multiplicatur per ſe magis, quàm per quatuor vices* &c. Inveni tamen in quodam autographo Dionyſiano, nempe in litteris conventionis factæ inter Abbatem & medicum Virgiliacenſem anno M C LXIV, litteram X ſextuplicari, ad ſignificandum numerum ſexageſimum. ſed id minùs uſitatum. Non raro quater geminantur ad ſignandum annum LXXXX, ut in diplomate Philippi pro Milidunenſi ſancti Petri cœnobio, in Spicilegii tomo XI [b], & in pluribus aliis ineditis.

b *Spicil. tom.* II *pag.* 304.

D Alterum obſervandum eſt, ubi apponitur virgula ſeu lineola, tranſverſa ſuper numerum Romanum, eâ notâ numerum milleſimum paſſim ſignificari. tametſi omnibus numeris eruditi quidam recentiores, uti & veteres Romani, indiſcriminatim has virgulas adſcribere ſolent ad numeros diſtinguendos à litteris Romanis. Hujus obſervationis exempla multa exſtant in edito Rabani libro de computo apud eruditum Baluzium [c]. Unde hi numeri $\overline{\text{II}}$ DCCC, duo millia octingenta ſignificant. Sic in charta Ratbodi Epiſcopi Noviomenſis pro ſancto Eligio annus notatur hoc modo: *anno dominicæ Incarnationis* $\overline{\text{I}}$ LXIX. Nonnumquam verò millenarius numerus ſignatur hac nota ∞, quæ malè expreſſa eſt in hiſtoria Trenorchienſi [d], ubi legen- E dum, *anno Incarnationis Domini* ∞ LVIIII.

c *Miſcell. tom.* I *pag.* II *& ſeqq. pag.* 31 *& ſeqq.*

d *Tournu pag.* 315.

XII. Tertio magnopere vitanda eſt confuſio in numeris II, V, VI & XI, quales efformantur in vetuſtis mſſ. & diplomatibus. Nam II ita exprimuntur, ut primum I quandoque in modum l aſſurgat, ſed cum hoc tamen diſcrimine, quòd littera ſeu numerus I craſſior ſit in ſummo, & rectâ deſcendat paullo infra pedem infimum aliarum litterarum: at littera L longiuſcula tantiſper inflectatur poſt medium, & ad inſtar c molliter incurvetur, uti docebunt ſpecimina noſtra. Defectu hujus obſervationis in præcepto Odonis pro cœnobio ſancti Germani apud Autiſſiodorum, pro *anno regni* II lectum eſt LI. item in Chartario ſancti Theoderici prope F Remos Caroli Simplicis diploma datum legitur *anno* XXX *regnante domino Carolo, redintegrante* XXV, *largiore verò hereditate indepta* XL, pro XI. Similis error commiſſus eſt in numeris V & VI. ubi *u* quadratum nonnumquam ab imperitis redditum eſt pro VI, & contra Ꞔ pro V, quod tamen VI ſignificat. Egregiè verò falluntur, qui *u* quadratum in numeris apud veteres haud uſitatum fuiſſe putant, ſed ſolum V cuſpidatum. In veterrima quippe collectione Conciliorum, quæ apud nos ſervatur, ante annos mille & centum manu exarata, ejuſmodi litteræ *u* quadratæ ſæpius reperiuntur. Ex ea item didici valorem numeri Ꞔ, quo ſex ſignificari modò obſervabam. Nam ſeriem capitum numericam percurrendo adverti hanc notam paſſim ad numerum

ſextum deſignandum adhiberi. Neque tantùm in hocce mſ. ſcripturâ Romanâ conſtante, ſed etiam in alio ejuſdem ferè ævi litteris Franco-gallicis ſeu Merovingicis deſcripto, qui codex Hieronymi & Gennadii libros de ſcriptoribus eccleſiaſticis complectitur, idem numerus eodem modo efformatur. Hæc animadverſio aliquanti eſt momenti ad vitandum lapſum in numeris chronicis, quem ſanè lapſum incurrerunt nonnulli exprimendo annos, menſes ac dies Pontificum Romanorum, quorum catalogus ad Vigilium uſque, & tempus pontificatus in vetuſtiſſima illa Conciliorum collectione accuratè exprimuntur. Hæc nota ſine dubio eſt ipſum ἐπίσημον ς græcum, quo ſex ſignificantur, quale eſt apud Nicolaum Alamannum[a] in Notis ad Procopium, & apud eruditum Cangium[b] in familiis Byzantinis.

XIII. Neque illud inſuper habendum, quod in utroque codice mox commemorato numerus L quandoque infimè hinc inde torqueatur, inſtar litteræ Ζ caudatæ, ſeu infimè contortæ. quod meliùs ſpecimina, quàm verba noſtra edocebunt.

XIV. His adde quæ habet Morales in Scholiis ad Eulogium[c], de notis Gothorum numericis. Ejus verba huc adſcribo ad illa verba, *æra* 890. *Hoc loco*, inquit *in vetuſto codice, ad ſignandum numerum nonageſimum, nota quædam fuit & litterarum colligatio peregrina, nobiſque Hiſpanis penitus ignota, ut Gothicam fuiſſe appareat. Ea fuit hujuſmodi.* L *littera, quinquageſimi numeri nota vulgaris, fuit poſita. Inde* X *adjuncta, ſed cui minutula altera* L, *ſuperiori ex parte ſuperioris apicis cohæreret: ita ut quadrageſimi numeri hæc vulgaris nota* XL *compleretur, & ex notis utriſque quinquageſimi & quadrageſimi numeri integer nonagenarius eſſet perfectus.* Tum ſubdit Morales, ſe eamdem notam in vetuſtis quatuor ſacrorum Conciliorum codicibus deprehendiſſe. Ejus rei exempla exſtant tum apud Antonium Yepezium in Chronicis Benedictinis, tum apud Prudentium Sandovallium[d] de Regibus Caſtellæ. Hic auctor effigiatas exhibet iſtorum characterum figuras duas, nempe illam, quæ à Morale ſuperiùs deſcripta eſt: & aliam, in qua littera X pingitur[e] cum duabus litteris L minutulis, ſed pæne inverſis: quarum altera priori litteræ X apici, altera poſteriori affixa eſt. Primus numerus ita effingitur[f]: *æra* DCCCC L [illegible] III. tantumdemque valet ac noſter, DCCCC XCIII. Secundus hoc modo[g]: *Era* DCCCC [illegible] IIII. id eſt DCCCC XCIV.

Verùm in aliis quæ idem Sandovallius refert exemplis[h] alia naſcitur obſervatio ex littera *T*, quæ pro millenario numero poſita eſt. Sic Ferdinandus Gundiſalviz, *roboravimus in æra* T III. id eſt M III. & Sancius Garſeaniz, *in era* T XXX. Sed præſtat hìc audire Hieronymum Blancam in Commentario rerum Aragonenſium: ubi relato Sancii Regis diplomate[i] ſub his notis, *Facta charta æra* T̈ XXV, *regnante me Rege Sanctio in Navarra & Aragonia*, &c. ita commentatur. *Sed in hoc privilegio maximè advertendum eſt, eâ iſtius figuræ* T̈ *notâ, non ſemper milleſimum, ſed plerumque nongenteſimum numerum indicari: quemadmodum & hoc loco pro noningenteſimo accipi debet.* Id verò probat collatione facta iſtius privilegii cum alio, in quo cùm numerus totis litteris, non compendio expreſſus ſit, ſcilicet *æra noningenteſima vigeſima prima*; earumdemque perſonarum quaſi præſentium utrobique mentio fiat: utrumque neceſſe eſt eodem ſæculo fuiſſe confectum. Verùm hac nota T, quidquid dicat Blanca, milleſimum numerum ſignificari exiſtimo: nec eam eſſe litteram T, cum duobus punctulis ſupra appoſitis, ut exprimit Blanca: ſed numerum Romanum T̄ cum lineola tranſverſa. quo charactere milleſimum deſignari ſuperiùs[k] obſervatum eſt. Huc revoca quæ alibi[l] à nobis dicta ſunt de numeris per compendium, ſive potiùs per detractionem expreſſis.

XV. Prætereo numericas notas, quas Goldaſtus adhibet ad ſignandos annos Hepidanni Annalium in tomo primo[m] rerum Alamannicarum, quæ notæ magis conveniunt Græcis, ut ex ejuſdem tomo ſecundo[n] apparet, quàm Latinis: ideoque ad inſtitutum noſtrum haud pertinent.

a *Alamann. in Procop. Anecd. pag.* 42.
b *Cangius de famil. Byzant. pag.* 89, 90, 92, 102, 104, 109, 114.
c *Moral. in Memor. Sanct. lib.* 2 *c.* 9.
d *Sandoval pag.* 257 & 274.
e *id. pag.* 232.
f *pag.* 274.
g *pag.* 232.
h *pag.* 294. *Vide etiam pag.* 256.
i *Blanca pag.* 617.
k *ſupra num.* 11.
l *cap.* 23 *num.* 17.
m *Goldaſt. tom.* 1 *pag.* 6 & *ſeqq.*
n *id. tom.* 2 *pag.* 91.

DE

A

B

DE RE DIPLOMATICA LIBER TERTIUS,

In quo quædam adverſariorum objecta diluuntur: tum
C Notitiarum & Chartariorum expenditur auctoritas.

CAPUT PRIMUM.

I. *Ordo hic dicendorum.* II. *Dagobertinum pro ſancto Maximino diploma à Papebrochio aſſertum examinatur.* III. *Item aliud iſti oppoſitum.* IV. *Ad hæc Caroli Magni diploma Papebrochianum.* V. *Aliud item Lotharii*
D *Regis.* VI. *Expenduntur regulæ quædam diplomaticæ, prima de jure condendæ monetæ.* VII. *Atque de Comitatuum origine.* VIII. *Secunda de uſu horum verborum,* in Camera, *ſeu* in Curia noſtra IX. *Tertia de his,* Principes noſtri. X. *Quarta de notis chronologicis vitioſis.* XI. *Quinta de narratione vera vel falſa chartarum.*

I. EXPOSITIS iis, quæ cùm ad veritatem, tum ad falſitatem in re diplomatica retegendam neceſſaria
E videbantur, jam lectores meos à ſpinoſo illo dicendi genere relevare erat animus, niſi nova quædam argumenta, quæ operam noſtram exigunt, ad novum rurſus laborem nos revocarent. Etſi enim ingrata ſit præceptionum ratio, nec mihi ſanè docendi officium aut conveniat, aut arrideat; tamen quia ſemel hanc provinciam in me recepi, enitendum eſſe exiſtimo, ut ſi non planè abſoluta à me & perfecta, ſaltem ne ultro neglecta cenſeri poſſit. Hæc verò mihi ad inſtitutum expedienda
F reſtant, nempe an genuina ſint diplomata, quæ pro verorum exemplaribus nobis proponit Papebrochius: tum refellenda quædam adverſariorum objecta: ac demum agendum de Notitiarum privatarum atque Chartariorum auctoritate. Omnia ex ordine hìc exſequar.

II. Si in expendendo ſancti Maximini privilegio Dagobertino unius tantùm diplomatis res ageretur; ab ejus cenſura facilè, & quidem lubenter abſtinuiſſem contentus expoſuiſſe regulas, quibus de eo ſtudioſi ferre judicium poſſent. At cùm vir doctus [a] hoc diploma pro ceterorum exemplari nobis proponat; vereor, ne ſi ejus nævos diſſimulavero, verorum diplomatum periclitetur fides. Quapropter hoc

[a] Papebroch. Prop. num. 22. & ſeqq.

loco varia argumenta, ob quæ diploma iſtud mihi maximè ſuſpectum efficitur, eruditis proponere in animum induxi, decretoriam eis permittendo ſententiam. A

Prima ſuſpicionis ratio petitur ex ipſa invocatione, *In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.* qualem nullam invenio in genuinis diplomatibus primæ ſtirpis Regum, nedum ipſius Dagoberti, qui abſolutè ab inſcriptione nominis ſui incipere ſolebant, nulla ejuſmodi invocatione præmiſſa.

Secunda ratio deſumitur ex inſcriptione, *qualiter ego Dagobertus Rex potentiſſimus.* cùm Merovingici Reges hunc modum conſtanter affectarent, abſolutè ſic incipiendo: *Dagobertus Rex Francorum, vir inluſter*, &c. Deinde nuſquam (quod ſciam) pronomine *Ego* utebantur initio diplomatum, nec ſingulari numero de ſe loquebantur. B
Hæc duo ex ſuperioris libri capite ſexto perſpicua eſſe exiſtimo.

Tertium momentum habetur in illis verbis, *convenienti conſilio Epiſcoporum meorum Comitumque, legatos de mea parte ad Abbatem Memilianum direxi.* ubi verba iſta, *Epiſcoporum meorum* & *de parte mea*, ævum illud nequaquam ſapiunt.

Quartum momentum eſt in verbis proximè ſubjectis: *mandans ei ut diligenter inquireret, mihique per ſeipſum indicaret, quibus auctoribus illud monaſterium ſancti Maximini conſtructum, vel cujus imperio à priſtinis temporibus eſſet ſubjectum*, & cetera, quæ ſequuntur, à forma diplomatica penitus abhorrere videntur; hiſtoriolamque potiùs redolent, quàm diploma. C

Quinto hic loquendi modus, *cum conſilio & rogatu meorum Principum*, inuſitatus eſt ante ſæculum x aut xi, quo Imperatores *Principes noſtros* aliquando appellabant. Et quidem ad hæc Imperatorum tempora pertinent hæc verba: *excepto ſi Imperatorum, Principumve per ſæcula ſuccedentium benivolentia prædiis augmentetur vel theſauris.*

Sexto incognita eſt Dagobertino ævo hæc clauſula: *Et ut iſtius chartulæ confirmatio firma in ævum permaneat, deſcribi eam præcepi, & noſtro ſigillo eam inde confirmavi.* Nam præter formulam, quæ à Merovingicis penitus diverſa eſt, ut probant exempla & ectypa à nobis allata; *noſtro ſigillo* numquam uſurus fuiſſet Dagobertus, nec fere ullus Regum noſtrorum uſus eſt ante ſæculum x. ſiquidem Merovingici has voces D
adhibebant, *manus noſtræ ſubſcriptionibus;* Carolingi, *anulo noſtro*, vel *anuli noſtri impreſſione*, ex ſuperiori capite decimo.

Septimo quòd hæc formula, *Actum pridie Nonas Aprilis, anno regni noſtri* xi *feliciter,* non tantùm aliena ſit ab uſu Merovingorum; ſed etiam ſignum Dagoberti præcedat contra morem omnium Meroveadum & Carolinorum, qui ſignum nomenque ſuum ante *Datam* ſemper apponunt, ex dictis in capitibus x & xxvi.

Octavo locus dati diplomatis nullus invenitur. quod etiam Merovingis atque Carolinis Regibus rariſſimè, ſi umquam, accidit.

Nono quòd Dagobertus monogrammate utitur, cùm ſub prima ſtirpe rarus ejus E
uſus fuerit in diplomatibus, nec niſi in illis Regum litteris, qui ſcribere neſciebant, uti oſtendi in libri ſecundi capite x. Dagobertus autem ſcribendi peritus fuit, ex libri v ſpecimine xvi.

Decimo quòd Cancellarii ſubſcriptio æque abnormis eſt, *Heriveus Cancellarius ad vicem Ricolfi Archicapellani recognovi.* Nam (ut ne quid dicam de nominibus Herivei & Ricolfi, quæ poſteriorum hominum videntur, nempe Ricolfi Moguntini & Herivei Remenſis) *Archicapellani* nomen pro ſummo Cancellario in uſu non videtur fuiſſe ante ſæculum x, & quidem apud Germaniæ Imperatores, ut ſuperiùs notabam in capite xi.

Præterea voces in hoc diplomate inſolitas, quas quia minutioris ſunt inquiſitionis, in ſuſpicionis argumenta referre nolim. Sanè quæ mox commemoravi affatim demonſtrant, diploma illud Dagobertinum aut ſpurium eſſe, aut certè non eſſe tantæ auctoritatis, ut pro vero ac legitimo aliorum diplomatum exemplari proponi poſſit aut debeat. Si quis tamen hos mihi nodos ſolvere valeat, magis favorabilem ſententiam ultro amplectar. F

III. Dagobertino huic ſancti Maximini privilegio oppoſitum eſt ab adverſariis aliud [a] ſub nomine ejuſdem Dagoberti, quod mendoſum eſſe conſtat cùm ob rationes à Zylleſio relatas, tum ob annum Incarnationis, & modos ſubſcribendi, qui nequaquam illi ævo conveniunt.

[a] Zylleſ pag. 57.

A IV. Hìc criticen ſiſtere ac premere erat animus, ne videar immodicus cenſor, qui hoc vitium in aliis reprehendo. Sed quoniam in eodem Propylæo [a] nobis ſpecimen diplomatis Caroli Magni pro archetypo ceterorum Carolinorum; itemque aliud ſpecimen Lotharii Regis, filii Lotharii Imperatoris, pro aliorum ejuſdem Regis exemplari proponuntur; officii mei partes eſſe duxi admonere ſtudioſum lectorem, hæc ſpecimina ſaltem eſſe de eorum genere, quæ ſunt anomala, nec in exemplum trahi poſſunt. Primo in Carolino id nonnulli animadvertunt, quòd ab invocatione, *In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti*, incipiat præter aliorum Carolinorum morem ante annum DCCC, quæ ante hunc annum abſolutè incipere ſolent ab inſcriptione, *Carolus gratia Dei Rex Francorum*, &c. At quia quædam B inveniuntur ejuſdem Caroli diplomata cum eadem invocatione edita, quale unum eſt in appendice Capitularium Baluziana num. XIX, (quamquam diploma iſtud non ex autographo, ſed ex chartario dumtaxat tranſſumptum, atque adeo hac invocatione interpolatum videtur;) nihil tamen hìc contra pronuntiare lubet; ſed ſolum admonere hanc formulam non eſſe communem, nec in ullo (quod quidem viderim) originali inſtrumento receptam: ne quis eâ in legitimorum præjudicium abutatur.

Majoris momenti eſt quod ſecundo loco in Carolinum illud monumentum C objicitur, nimirum quòd incipiat ab hac formula: *Notum ſit omnibus in Chriſtum fideliter credentibus, Regibus, Epiſcopis, Ducibus, quomodo ego Carolus gratia Dei Rex Francorum, Longobardorum, ac Patricius Romanorum, pro remedio animæ meæ atque ſtabilitate regni noſtri*, &c. Quis enim hæc verba uſpiam legit in ſinceris Caroli Magni inſtrumentis, *Notum ſit omnibus in Chriſtum fideliter credentibus?* quis ſequentia, *Regibus, Epiſcopis?* Ulluſne Regum umquam alios Reges hac formula comprehendit? Deinde quæritur, an Carolus de ſe loquens umquam ſingulari numero uſus ſit *ego?* Præterea an *Longobardorum* ſcripſiſſet non *Langobardorum*, per *o*, & ſine copula, *&*: an præter omnium aliorum diplomatum morem charactere ſemi-ſaxonico uſus eſſet? D Denique an rectè quadrent hæc verba, *pro remedio animæ meæ & ſtabilitate regni noſtri.* Longè præferenda eſt formula initialis in appendice Baluziana num. XVIII. *Karolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum, omnibus fidelibus noſtris præſentibus & futuris.* quæ quoniam non ex autographo deſumta eſt, ſed ex chartario; primam litteram Caroli non per C (ut paſſim in primariis Caroli Magni chartis præterquam in pauciſſimis) ſed per *K* & *Longobardorum* nomen exprimit pro *Langobardorum.* quod chartariorum ſcriptoribus uſitatiſſimum, ipſi collatis autographis cum exemplis in tabulariis deſcriptis non ſemel deprehendimus. Præferenda & alia ejuſdem appendicis Baluzianæ charta proximè ſequens, *In nomine* E *Patris & Filii & Spiritus ſancti. Karolus ſereniſſimus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum. Notum ſit omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus vel cunctis fidelibus noſtris, tam præſentibus, quamque futuris.* itemque ejuſdem formæ altera ſequens, ubi excluſa invocatione & voce *ſereniſſimus*; *Longobardorum* loco ſine dubio autographa præferebant *Langobardorum*, ut in diplomate hìc à nobis edito: *Carolus gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum, ac Patricius Romanorum, notum eſſe univerſis noſtris credimus fidelibus*, &c.

Tertio illud animadverſione dignum in prædicto diplomate Carolino fortaſſe videbitur, quòd ſigillum nullam habeat inſcriptionem, nec referat vultum Caroli F Magni, qualis in aliis ſigillis exhibetur: immo nec in debito ac conſueto loco affixum ſit. Verùm apud Zylleſium [b] aliqua ſuperſunt veſtigia tituli, & aliquando variat ſigillorum ſedes, ex dictis [c]. Quarto nonnullos moveat, quòd in chronologicis notis diploma dicatur datum *menſe Auguſto*, abſque deſignatione diei; & quòd annus regni Francici apponatur ſine anno regni Italiæ, quod paſſim in veris autographis obſervatur. Sed quia in quibuſdam aliis nec dies menſis [d], nec regni Italici annus exprimitur; hic tantum noto id eſſe præter communem normam. Exemplum prioris habes in appendice Baluziana num. XIX, poſterioris in charta ſancti Martini Turonenſis. Accedit quod numerus XL ponitur pro XI, ut legit Zylleſius; & ita

a *Propyl. num.* 42 *& ſeqq.*

b *Zylleſ. pag.* 13.

c *ſupra lib.* 2 *c.* 16.

d *ſupra cap.* 27 *num.* 4.

legendum eſſe docet cifri forma, ut ſuperiùs oſtendi: quod *Ata* pro *Actum* legitur, quod *ſuper ipſa* pro *ſuper Lipſia*, qui fluvius Paderbornam, ubi datum diploma, præterfluit. Quæ omnia ſatis arguunt originale (ſi dici fas eſt) maximè heteroclitum eſſe, aut ſpecimen Papebrochii ex autographo mendoſè expreſſum. quod forſan veri ſimilius videbitur. A

V. Idem ſentiendum de ſpecimine diplomatis Lothariani, quod incipit ab alia invocatione, quàm quæ vulgo habetur in ſinceris ejus diplomatibus. Hoc enim incipit ab his verbis: *In nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti.* ſincera ab iſtis: *In nomine omnipotentis Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti*, ut probat genuinum ſpecimen à nobis editum. Deinde Lotharianum Papebrochii ſpecimen annos exhibet Incarnationis, B ſecus quàm noſtrum, & alia diplomata cùm ipſius Lotharii, tum aliorum æqualium Regum. Ad hæc inſcriptio ſigilli, ✠ LOTHARIUS, non ſapit veterem maximè Carolinorum morem: ne quid dicam de ipſa Lotharii effigie, quæ habitum præfert à Carolingis Regibus diverſiſſimum. Certè Lotharius æquivoci patris ſui inſcriptionem retinuit in ſigillis genuinorum diplomatum, quale eſt illud ſancti Arnulfi monaſterii Mettenſis, cum hac inſcriptione: XPE ADJUVA HLOTHARIUM REGEM. Demum quòd tam in Lothariano, quàm in Carolino ſpecimine ſcriptura ſit ſaxonicæ affinis, non in aliis autographis. Hæc monere viſum eſt operæ pretium, ne quis in aliis maximè ſinceris offendat occaſione iſtorum. C

VI. Poſtremo expendenda eſt triplex aut quadruplex regula, quam quidam vir doctus de re diplomatica propoſuit. Una eſt, *Omnia diplomata, quibus in jus proprium alicui Ducatus aut Comitatus confertur ante Carolum Simplicem in Gallia, & Henricum Aucupem in Germania, falſa eſſe, uti & ea quæ eccleſiis monaſteriiſve jus cudendæ monetæ ante id tempus concedunt.* Hæc regula ut vera ſit quantum ad Ducatus & Comitatus; mihi falſa videtur ſecundum alteram partem, de tempore conceſſi juris cudendæ monetæ. Nam in actis tranſlationis ſancti Sebaſtiani, quæ ab Odilone monacho ſcripta ſunt Carolo Simplice regnante, legimus Ludovicum Pium cœnobio ſancti Medardi *monetam publicam cum incudibus & trapezetam perpetuo famulatu ſacris ipſius deſervituram ſubdidiſſe.* Quid ni diploma hac de re à Ludovico Pio confici potuit, ut ab D Odone Rege in gratiam Trenorchienſium confectum legitur in Hiſtoria Trenorchienſi? Quid? quod Carolus Simplex Waloni Æduenſis eccleſiæ Epiſcopo *monetam ejuſdem urbis*, DUDUM *ab eadem eccleſia pravitate quorumdam indebitè alienatam*, ſua *innovatione redintegrat, & reſtituendo reſtaurat*, ut teſtatur diploma in hiſtoria[a] familiæ Vergiacenſis relatum. Sed illud in primis rem conficit, quòd Ludovicus Pius Aldrico Cenomannenſi Epiſcopo reſtituit idem privilegium, à genitore ejus Carolo & Pippino avo aliiſque antea conceſſum. Præcepti hujus exemplar exſtat in actis ipſius Aldrici, quæ nuper publici juris fecit eruditus Baluzius[b]. Ludovici verba hæc ſunt. E *Notum fieri volumus cunctis fidelibus ... quia vir venerabilis Cenomanicæ urbis Epiſcopus, Aldricus nomine, nobis innotuit, eo quod anteceſſores ſui, Merolus ſcilicet & Gauziolenus, atque prædeceſſores eorum in prædicta urbe, monetam publicam per præcepta bonæ memoriæ domni & genitoris noſtri Karoli, & Pippini avi noſtri, ſive Theoderici Regis, atque anteriorum Regum, plena eorum auctoritate conceſſam prædictam monetam habuiſſent* &c. Theoderici Regis hac de re exemplum refert Corvaiſerius, neſcio an uſquequaque ſincerum. At Ludovici hac de re diploma omni exceptione majus eſt, probatque monetæ cudendæ morem Carolo Simplice antiquiorem eſſe, contrà quàm nonnulli opinantur, adducti forſan Capitularium auctoritate Caroli Magni[c] & Caroli Calvi[d], quæ hoc F jus ad palatium certaſque civitates redigunt. Sed hæc eccleſiarum privilegiis non præjudicant.

VII. De Comitibus hîc ſuperaddo, jam quidem à Caroli principatu in jus hereditarium ſucceſſiſſe, nec ante id tempus memini legere *Comitiſſæ* vocabulum, niſi in duobus locis. Primus eſt in bulla Johannis VIII pro cœnobio Anianenſi: alter eſt in litteris AVÆ Comitiſſæ pro Rivipullenſi, his verbis. *Ego Ava Comitiſſa & filii mei, id eſt Juniofredus Comes, & Wifredus Comes, & Oliba Comes, & Miro Levita ſimul donatores, domum ſanctæ Mariæ cœnobii ſitum in Comitatu Auſona, in locum quem*

a Vergy pag. 22.
b Miſcell. tom. 3 pag. 100.
c Sirmund. ad Capit. Caroli C. p. 71.
d Piſtenſe edict. cap. 12.

A *vocant Riopullo, ad prædictum domum, qui eſt fundatus in honore ſanctæ Dei genitrice Mariæ pepetua virgine, vel ad Abbate Ennegone, vel ad monachis qui ibidem Deo ſerviunt* &c. *Facta ſcriptura* XII *Kal. Julii, anno* VI *regnante Ludovico Rege Filio Karoli*, id eſt Ludovici Pii. quæ ſi vera eſt interpretatio, hic locus ad annum DCC LXXXVII revocandus eſt. Verùm *Comitiſſæ* vocabulo uſus eſt Poëta Chilienus, ſeu quivis alius [a] ſæculo VIII in carmine de ſancta Brigida virgine Hibernica.

VIII. Secunda regula eſt, *Omnia diplomata Imperatorum ante Ottonem I, & Regum noſtrorum univerſim, in quibus leguntur hæc verba*, CAMERA NOSTRA, *ſeu* CURIA NOSTRA, *ſimiliter* falſa eſſe. Hanc regulam pro indubitata non affero, neque ut falſam rejicio, quoadusque res mihi conſtet certioribus argumentis. Sed etſi vera ſit, non obeſt nonnullis Regum noſtrorum litteris, quæ datæ feruntur *in curia Epiphaniæ, in curia Pentecoſtes* &c. hoc eſt in ſollemni conventu eorum dierum. Ludovicus II Imperator quintum privilegium cœnobii Caſaurienſis conceſſit *Olonna curte Imperiali*. Charta Balduini Flandriæ Comitis [b]. *Actum eſt hoc Bergis in ſollemni curia Pentecoſtes anno dominicæ Inc.* MLXVII [c].

IX. Tertia regula eſt, *Omnia diplomata Imperatorum ante Henricum I ſeu Aucupem, & Regum noſtrorum ante Rotbertum, quæ hæc verba continent*, PRINCIPES NOSTRI, *falſa itidem eſſe*. Hæc regula ampliori examine indiget, nec tamen præjudicat multis etiam Merovingicæ ſtirpis monumentis, in quibus Epiſcopi, *Patres & viri apoſtolici*; ſummæ auctoritatis viri, *Optimates & viri inluſtres*; alii *Fideles noſtri* nuncupantur. Sed vox illa, *Princeps* ſeu *Principes*, cùm ſit ambiguæ ſignificationis, latè ſumi poteſt & strictè. Latè ſumta ſignificat primos ſeu primates, quo ſenſu etiam ſub Merovea- dis Regibus *Principes* dicuntur primates in comitiis Ordinum regni. Hinc vetuſtis legibus Alamannorum hæc verba præfixa ſunt: *Incipit lex Alemannorum, quæ temporibus Clotharii Regis unà cum principibus ſuis, id ſunt* XXIII *Epiſcopis &* XXXIV *Ducibus, &* XXXII *Comitibus, vel cetero populo conſtituta eſt* Ubi vides, primo ante ipſos Duces loco Epiſcopos, immo etiam Abbates fuiſſe. qui ritus ad ſæculum uſque duodecimum perſeveravit. Strictè ſumta vox *Principes* aliquam denotat dignitatem, nempe Principum tam ſæcularium, quàm ſpiritualium, maximè apud Germanos. quo ſenſu revera ſeriùs uſu venit, ſcilicet ab Ottonis Magni principatu; nec ante ſæculum XI Epiſcopis in ea ſignificatione tributa eſt, ſi Conringio [d] credimus.

X. His regulis quartam addit, quiſquis ille eſt ſtudioſus, obſervationem, nempe multas eſſe chartas falſas, quarum notæ chronologicæ veræ ſunt; multas item veras, quarum notæ ſunt vitioſæ: & primum quidem deprehendi diverſitate ſtili ab eo tempore alieni, aut aliquâ circumſtantiâ hiſtoricæ veritati repugnante. quæ obſervatio non levis eſt momenti, multiſque exemplis illuſtrari poſſet. Unum hîc affero ex Hiſtoria [e] Parthenonis beatæ Mariæ Sueſſionenſis, nempe deſcriptionem bonorum ejuſdem Parthenonis, in ſynodo Epiſcoporum Carolo Calvo præſente factam: cujus tenor ac ſeries nihil non bonæ antiquitatis ſapit, convenitque prorſus cum genio ſæculi noni: tametſi chronologici characteres & quædam ſubſcriptiones vitiatæ ſint. Hæc deſcriptio facta dicitur, *anno dominicæ Incarnationis* DCCC LVIII, *Indictione* VI, *regni verò domini Karoli Imperatoris* XXXII. Ubi annus regni Caroli Calvi Regis, non Imperatoris, haud convenit cum anno Chriſti DCCC LVIII, ſed cum anno DCCC LXII. Vitioſæ ſunt etiam aliquæ ſubſcriptiones, ut noſter Michaël Germanus in ea hiſtoria obſervavit: inter quas cenſenda eſt ſubſcriptio *Adelardi Abbatis Corbeienſium*. Ubi expungenda eſt vox *Corbeienſium*, cùm longè ante id tempus Adalhardus Abbas Corbeienſis deceſſiſſet; tunc verò ageret in vivis Adelardus Abbas ſancti Vedaſti, aliique ejus nominis, ex quibus unus hîc reſtituendus eſt. Ceterum optimæ notæ eſt (ut jam dixi) contextus ipſius monumenti, & omnium eruditorum judicio genuinus, tametſi alicubi vitiatus. Ex hoc facilis eſt æquis ac doctis hominibus aliorum ſimilium conjectura.

XI. Denique hîc addenda eſt alia regula ex tomo ſecundo Martii [f] Bollandiani, expoſita his verbis: *Falſa charta continet veram aliquando expoſitionem, vera falſam.* Fit enim ſæpe, ut chartarum conditores in commemoranda vetere hiſtoria hallucinentur:

a *Sæc. 4 Bened. part. 2 pag.* 304.
b *Guiſnes pag.* 183.
c *Vide ſupra cap.* 26 *num.* 28.
d *Conring. Cenſ. diplom. Lud. pag.* 218.
e *Hiſtoria B. Mariæ Sueſſ. gallicè pag.* 429.
f *Martii tom.* 2 *pag* 331.

contra verò falſarii rem accuratiùs enarrent. Neque verò ſolum in chartis, etiam A originalibus, errata ſubrepere poſſunt, ubi facti alicujus poſt multa ſæcula fit mentio: ſed etiam in rebus haud ita pridem elapſis falli aut fallere poſſunt Notarii etiam imprudentes. cujus rei exemplum eſt in variis chartis, maximè in iis quæ de prima eccleſiarum ſeu monaſteriorum conditione agunt, in quibus nonnumquam incerta referuntur de tempore, aliiſque circumſtantiis conditionis, maximè quando monumenta illa longo pòſt intervallo facta ſunt.

CAPUT II.

B

I. *Papebrochii ſententia de vetuſtis inſtrumentis.* II & III. *Refellitur.* IV. *Archivum Dionyſianum ab eo impugnatum.* V. *Vindicatur.* VI. *Item refellitur quidam nuperus Scriptor.*

I. JAm defunctus mihi videbar operis ſuſcepti officio, cùm ecce animum meum ſollicitat archivo Dionyſiano malè impacta calumnia, quaſi illud ſit officina falſorum diplomatum, pontificiorum ac regiorum. Ita verò in illud archivum C cenſura torquetur, ut in omnium aliorum, immo totius Francici regni redundet injuriam. Præclaram verò rei navatæ operam ſibi præſtitiſſe vir doctus exiſtimavit, ſi in concluſione Propylæi primi, quod de diſcernendis diplomatis compoſuit, totum orationis ſuæ aculeum in unum ſancti Dionyſii archivum, quaſi totius Galliæ primarium, jacularetur, ut in uno confoderet omnia[a]. *Porro hactenus deducta conſiderans*, inquit, *& in toto Francorum regno nullam omnino chartam ſinceram ac genuinam reperiens ante regnum primi Dagoberti; pauciſſimas autem ſub illo atque poſt illum uſque ad ſecundæ ſtirpis Reges ſcriptas haberi, quæ vel autographæ dici poſſent, vel ex autographo fideliter deſumtæ; vehementer laudo monitum Johannis Mareshami, heterodoxi quidem circa* D *religionem, ſed à monachis reque monaſtica minimè alieni, datum in Propylæo ad Monaſticum* » *Anglicanum: Cautè intuendæ ſunt ejuſmodi chartæ, quæ fidem habent eo minorem, quo majo-* » *rem præferunt antiquitatem.* Tum ſubdit ex Beda & Gregorio Turonenſi non conſta- » re, ſcripturam apud Anglos & Francos in transferendis prædiis aut concedendis » privilegiis uſurpatam eſſe.

a *Propyl. num.* 125.

II. Lubens viri docti ſubſcriberem cenſuræ, ſi ea legitimis niteretur fundamentis. Nunc cùm falſis, dubiis incertiſve paſſim innitatur; ab ea prorſus cogor recedere. Falſum eſt in toto Francorum regno nullam omnino chartam ſinceram ac genuinam reperiri ante regnum primi Dagoberti. Sincera ac genuina eſt charta E Chlodovei Magni pro cœnobio Mitiacenſi. Sincera item ac genuina charta Anſemundi & Anſleubanæ pro Viennenſi Parthenone ſancti Andreæ, data anno IX Chlotharii Regis eo nomine primi. Sincera ſunt ac genuina Perpetui Turonenſis Epiſcopi, Aredii Abbatis Attanenſis, & ſanctæ Radegundis teſtamenta. Sincera eſt ac genuina charta Theodetrudis matronæ, ſcripta anno XLIII Chlotharii Regis. Denique (ut alias omittam ſuperiùs memoratas, alias item de quibus controverſia eſſe poteſt) ſinceræ ſunt Marculfi aliorumque formulæ veteres, quæ ex vetuſtioribus inſtrumentis ante annos mille collectæ ſunt.

III. Sed etſi nulla ad nos uſque ſincera perveniſſent diplomata ante Dagober- F tum I, propter iniquitatem diſtantiamque temporum; non tamen inde conſequeretur, donationes ſcripto ante illum factas non fuiſſe. Neque porro hic quidquam officit Gregorii Turonenſis ſilentium, quin immo contrarium ita diſertis aſſerit teſtimoniis[b] ejus aliorumque auctoritas, ut mirum ſit viro oculatiſſimo in tam aperta luce tantam ſubrepſiſſe caliginem. Dagoberti primi atque ejus poſterorum ſincera ac genuina inſtrumenta plurima occurrunt Et quidem in ſolo archivo Dionyſiano autographa ſervantur minimum triginta, Dagoberti I, Chlodovei II, Theoderici II, Chlodovei III, Childeberti III, Chilperici II, Theoderici III, & Chil-

b *Vide lib.* 1 *cap.* 3

A derici poſtremi Merovingorum Regis: ut multa alia prætercam aliarum perſonarum, quæ ſub iiſdem Regibus atque Chlotario III condita ſunt. Falſæ ergo oppoſitæ viri docti concluſiones: nec mirum ſi falſæ, quandoquidem falſa earum principia. Quid enim à vero magis alienum, quàm aſſerere jam inde à Chriſto nato ſcripturam in cortice [b] non fuiſſe exceptam? Nullum uſum privilegiorum à Romanis Pontificibus [c] ſæculo VII & ſupra? Annos Incarnationis in Bullis [d] ab Eugenio IV notari cœptos? Ad hæc Dagoberti I privilegium pro cœnobio ſancti Maximini, quod omnibus eruditis maxime ſuſpectum ſaltem eſſe debet, pro vero ac certo genuinorum diplomatum exemplari nobis obtrudi? Et quanta hinc malarum con- a ibid. num. 128. b num. 105 & 127. c num. 129.

B ſecutionum ſemina? nempe Dagobertum ſe *Regem potentiſſimum* dicere, præter omnium ejuſdem ſtirpis morem; uſum eſſe monogrammate ac *ſigilli* vocabulo; ſubſcripſiſſe poſt chronologicas notas; *Archicapellanum* dictum eſſe ſummum ejus Cancellarium. Quibus contra veritatem admiſſis, non mirum, ſi viro docto falſa appareant quotquot in archivo Dionyſiano, aliiſque Gallicanis ſuperſunt primæ ſtirpis monumenta. Vidiſſet illa vir doctus: non dubium quin ſententiam mutaſſet, quam de re non viſa ferre non debuerat adeo confidenter.

IV. Quis enim ferat tam ſeveram atrocemque cenſuram, quam is profert num. 130. ubi excuſſis Zachariæ Papæ & Stephani III reſcriptis pro cœnobio Dionyſiano,

C quæ perperam à cortice ſeu papyro falſitatis arguit, ut ſuo loco demonſtravi [d], pergit dicere in hunc modum. *Et hæc circa pontificia Brevia: quæ deinde ſequuntur plura & ſingula excutere non eſt animus, neque otium. Dagoberti Regis & fundatoris privilegia ſeptemdecim, filiorum ac ſucceſſorum ejus ſeptem alia; tum octo Pippini Regis, ac rurſum ſeptemdecim Caroli Magni ſubjiciuntur, & ſic deinceps: quæ vel omnia, vel pleraque malæ fidei ſunt, ut ex jam dictis facilè poterit dijudicare diligens antiquitatum Sandionyſianarum ſcrutator.* d lib. 1. cap. 8.

V. Ego verò me non indiligentem archivi Dionyſiani ſcrutatorem profiteri auſim, atque indubitanter pronuntiare, vel omnia vel pleraque illa bonæ fidei eſſe;

D nec quidquam contra illa confici ex regulis Papebrochianis: quandoquidem illæ aut falſæ, aut dubiæ ſunt, ut ex jam dictis facilè poterit dijudicare diligens lector. Neque porro tantùm illa Dubletiana quæ probamus, ſed & alia multa quæ hìc edimus Merovingica diplomata optimæ ſunt fidei ac notæ, utpote ex ipſis autographis ſinceris ac genuinis eruta. Nec meo dumtaxat judicio rem dijudicavi, ſed in ſubſidium acceſſivi eruditiſſimos ac clariſſimos viros Antonium Faurum Doctorem Sorbonicum, Carolum Freſnium Cangium, Antonium Wionem Herovallium, Stephanum Baluzium, Johannem Baptiſtam Cotelerium, qui omnes has venerandæ antiquitatis reliquias oſculati ſunt, & calculo ſuo comprobarunt. Poſſem & hoc

E loco primæ claſſis togatos viros in teſtes afferre: ſed vereor illorum dignitati facere injuriam eos citando teſtes, quos judices & arbitros ſuſpicimus.

Iſtane, inquis, omnia quæ à Dubleto edita ſunt inſtrumenta pro indubitatis venditare auſurus es? Nolim ſanè: ſed pleraque, & multa alia, quæ vel Dubletus ex autographis eruere non valuit, aut quæ ipſum fugerunt: qualia ſunt ea, quæ hìc in lucem damus; certa, vera, ſincera ac genuina eſſe incunctanter affirmo, ac propugnare paratus ſum. Non negaverim tamen quædam eſſe apud Dubletum, vel omnino falſa, vel interpolata, vel dubia, tum primæ ſtirpis, tum ſecundæ. Veritatem aut falſitatem non auguror tantùm ex materia, quæ antiquitatem majorem

F redolet: ſed ex aliis ſimul characteriſmis, & maximè ex ſtilo. Non me fallet impoſtoris larva ſub corticis ſpecie, aut ementita ſcripturæ antiquitate, ſi cetera non concordent. Bonus ac ſimplex erat Dubletus, qui quodlibet incidit in manus, ſine dolo malo in publicos oculos produxit. Collectio ejus conſtat chartis minimum ſexcentis. In tanta veterum Inſtrumentorum congerie difficile eſt, ut ne aliqua reperiantur dubia, ſpuria aut vitiata. Et ſanè pleroſque nævos emaculare liceret, ſi omnia autographa quæ Dubletus commemorat, reperire poſſemus. Nam multa neſcio quæ ſors aut manus intercepit. Sed tamen in multis, quorum exemplaria inveniri nequeunt, veritas ipſa ſe prodit: & neſcio an in tanto chartarum

numero ampliùs decem reperiri poſſint malæ aut dubiæ fidei ; ex Dagobertinis & A
Chlodoveanis quædam ; ex iis quæ Pippini, una quæ de Conſtramno Abbate eſt, vitiata ; ex Carolinis tres pag. 722, 725, & 727, hoc eſt tres poſteriores, exceptâ pænultimâ quæ bona eſt. In quibuſdam aliis, ſanè pauciſſimis, occurrunt quidam nævi, ſed ex autographis facilè aliquando reſarciendi, ut pag. 718, pro *anno* XXII *&* VIII habet autographum, anno XIIII & VIII. Plurimæ ſunt ejuſmodi, quas cum originalibus collatas emendare ſtudui. Aliæ pro ſua dignitate commendant Dubleti operam, ex qua multum lucis antiquitati afferri nemo ſanus negaverit. Si quid in aliis peccavit (ut certè in Lothario Imperatore peccaſſe fatendum eſt, cujus auto- B
grapha nonnulla recentiori quidem, ſed minimè fucatâ ſcripturâ vitiata ſunt in notis chronologicis, quas pro diverſo rerum ſtatu variaſſe Lotharium, bonus homo haud ſatis capiebat) danda venia eſt male cauto cenſori, qui Lotharii notas chronicas meliùs callere ſe putavit, quàm ejus Cancellarium. Optandum tamen, ut æquior fuiſſet in eum viri doctiſſimi cenſura : quam libenter pro mea in eum obſervantia diſſimulaſſem, ſi id abſque detrimento veritatis fieri potuiſſet.

VI. Hìc mihi occurrit novus auctor, qui primo impetu ad quemlibet feriendum raptus, Canonicos ac Monachos, privilegiorum ſuorum propugnatores, ut *ſchiſmaticos* & à *catholicorum* ſorte recedentes temerè traducit. Convicium ſanè emendatione dignum ! Sed parco ingenui adoleſcentis primis ſtudiis, quæ pro modulo meo C
alioqui promovere velim : parco ejus nomini, cum quo aliqua mihi neceſſitudo dudum interceſſit. Sed tamen diſſimulare non poſſum errata nonnulla, quæ in cenſura cujuſdam privilegii Dionyſiani commiſit. Factum paucis accipe.

a Doublet pag. 659.

Ex variis Dagoberti diplomatibus, quæ Dubletus vulgavit, unum eſt [a] de immunitate cœnobii Dionyſiani. Alterum ejuſdem argumenti, ejuſdemque fere tenoris ex mſ. Thuaneo publicavit auctor iſte, de quo agimus : quod alteri præferendum eſſe exiſtimavit, ita ut primum ſpurium, ſecundum genuinum ac legitimum aſſerat. Hoc verò priori præfert tribus omnino argumentis. *Porro*, inquit, *noſtrum apographum hoc præſtat, quòd pertineat ad virum potiſſimum hiſce in rebus integerrimum, atque in dijudicandis veris à falſis codicibus mſſ. omnium exercitatiſſimum. Deinde quòd* D
conſtet ex Chartulario monaſterii ſancti Dionyſii accuratiſſimè exſcriptum fuiſſe. Poſtremo & illud præcipuum, quòd nihil contineat quod ſit abſurdum aut eccleſiaſticæ diſciplinæ repugnans. Ad primum ultro concedo & approbo, clariſſimum Antonium Herovallium, à quo apographum iſtud ſe accepiſſe agnoſcit auctor, in re litteraria & antiquaria integerrimum & exercitatiſſimum eſſe. Sed non video inde conſequi, poſterius illud diploma verum ac legitimum eſſe, non aliud. Non enim ullum viri clariſſimi hac de re profertur teſtimonium. Non jam attingo rem ipſam, neque de his duobus diplomatibus judicium ferre in animum induxi : ſed tantùm inquiro in modum ac fundamentum cenſuræ. Deinde admitto poſterius hoc diploma ex chartulario ſancti E
Dionyſii, quod nunc eſt Bibliothecæ Thuaneo-Colbertinæ, accuratiſſimè exſcriptum fuiſſe : ſed nego ac pernego fideliter ab editore vulgatum. Thuaneus quippe codex in fine habet, *anno ſecundo regni noſtri*, uti etiam legitur in alio codice Dionyſiano : editor, *anno* XI. Verùm editoris hoc in loco bonam fidem ſalvam eſſe volo : de diligentia ſua ipſe viderit. Sed fac nullum eſſe nævum in ejus editione, ac pro *anno* XI repoſitum eſſe *ſecundum*, ut in codicibus mſſ. quid inde inferet Editor ? Ergo Dubletianum diploma falſum eſt : ſolum Thuaneum ſincerum ac legitimum, quod ex codice mſ. *accuratè exſcriptum* eſt. Atqui etiam ex eodem codice Thuaneo F
accuratè exſcribi poterat Dubletianum, quod in eo totidem verbis exſtat ; immo etiam in alio chartario Dionyſiano, cum illo diplomate Thuaneo. Itaque huc uſque par eſt de utriuſque veritate ratio.

Neque obſtat, quòd ejuſdem fermè tenoris utrumque eſt. Nam multa alia diplomata iiſdem pæne verbis concepta reperiuntur, qualia ſunt Chlodovei ſecundi unum & Pippini unum de laude perenni cœnobii Dionyſiani : quæ diplomata autographa vidimus. qualia item Caroli & Carolomanni fratris ejus etiam autographa Dionyſiana, quæ ſolo fere auctorum nomine, ac loci & temporis differentia diſcrepant.

A diſcrepant. Ad hæc Thuaneum datum eſt *Compendio anno ſecundo regni* Dagoberti: in Dubletiano illud quod Compendii datum eſt, nempe Thuaneum, confirmatur *anno decimo regni* ejuſdem *Pariſius*. Quid mirum, ſi alterum cum altero iiſdem pæne verbis conſentit, quandoquidem poſterius eſt prioris ratihabitio cum aliqua extenſione? Deinde Thuaneum diploma aliquot Comitibus & viris primariis ex nomine deſignatis directum eſt: Dubletianum *omnibus Epiſcopis, Ducibus, Comitibus* &c. an non hæc diverſum ſonant?

Sed veniamus ad illud, quod *præcipuum* putat editor argumentum: nempe Thuaneum diploma nihil continere, *quod ſit aut abſurdum, aut eccleſiaſticæ diſciplinæ repu-*
B *gnans:* ſic autem Dubletianum. Quid illud? nempe quòd *Dagobertus ipſe & ſe ſpoliat, & ſucceſſores ſuos, legitima in monachos poteſtate. Quid à regia mente*, inquit, *& dignitate magis alienum?* Dubletiani privilegii hæc verba ſunt. *Jubemus atque conſtituimus, ut neque nos, neque ſucceſſores noſtri, nec quilibet Epiſcopus vel Archiepiſcopus, nec quicumque de judiciaria poteſtate accinctus, in ipſam ſanctam baſilicam, vel immanentes in ipſa, niſi per voluntatem Abbatis & ſuorum monachorum, ullam umquam habeat poteſtatem: ſed ſit hæc ſancta mater eccleſia, videlicet peculiaris noſtri domini & magni Dionyſii, libera & abſoluta ab omni invaſione vel inquietudine omnium hominum, cujuſque ordinis vel poteſtatis eſſe videantur.* Hæc eſt tota clauſula, quâ maximè differt Dubletianum à Thuaneo,
C cujus eſt confirmatio: hæc ſunt verba quibus Dagobertus *ipſe & ſe ſpoliat, & ſucceſſores ſuos legitima in monachos poteſtate.* quo nihil abſurdius exiſtimat auctor. Si nihil aliud in illis verbis animadverſione dignum obſervet, idem affirmare poterat de Marculfi formula tertia libri primi, quæ eſt *Emunitas regia*, ut Dubletiana. In ea enim formula ſic Rex loquitur. *Et quod nos propter nomen Domini & animæ noſtræ remedium, ſeu noſtra proſequenti progenie, plena devotione indulſimus; nec regalis ſublimitas, nec cujuſlibet judicum ſæva cupiditas refragare tentet.* En Rex ille regali ſublimitati, id eſt ſibi poſteriſque ſuis Regibus, non tam ipſam in res donatas poteſtatem detrahit, quàm auferendi facultatem. Anne hoc etiam abſurdum dicere perget Editor? Nodum hunc
D ſolvat, ſi poteſt. Quid ſi in Dubletiano diplomate legendum eſt, *neque vos, neque ſucceſſores veſtri*, ut in Thuaneo? At hîc in rem ipſam nullatenus inquiro, ſed in falſas regulas, quibus editor diploma Thuaneum à Dubletiano ſecernit, tamquam genuinum à falſo. Tales quippe regulæ nec Thuaneum vindicare poſſunt, nec Dubletianum refutare. Si huc externa requiras exempla, in promtu eſt charta Edwardi Anglorum Regis Weſtmonaſterio conceſſa eo pacto, *ut neque nos*, inquit, *neque ſucceſſores noſtri, nec quilibet Epiſcopus, nec quicumque de judiciaria poteſtate, in ipſam ſanctam baſilicam vel in manentes in ipſa, nullam umquam habeant poteſtatem.* Sed hîc nemo nobis invidiam moveat, quando formulas huc referre tantùm intendimus, non cir-
E cumſcribere regiam poteſtatem, cui nos noſtraque omnia ſubjecta eſſe ultro profitemur.

Longè plura hîc dicenda ſe ſe offerunt ad vindicandum ſancti Dionyſii archivum, variaque ejus diplomata, quæ ab adverſariis temere impetita ſunt. Sed hæc commodiùs tractabuntur in libro ſexto, ubi hæc aliaque nonnulla revocabimus ad cenſuram.

 A

CAPUT III.

I. Conringii cenſura iniqua in monachos. II. Acceptâ materiâ ex Naudæo. III. Unde Naudæi tantæ iræ. IV & V. Quid cenſendum de viginti capitulis ab eo monachis objectis. VI. De ſancti Medardi & ſancti Walarici privilegiis. VII. De falſis chartis Caſinenſibus. VIII. De monachis Leutfredianis. B *IX. De epiſtola Arnulfi Lexovienſis. X. De reſcripto Innocentii tertii. XI. Et de litteris Petri Bleſenſis. XII & XIII. Item de quibuſdam ſingularibus factis. XIV. De collectione Iſidori Mercatoris. XV. Tum de Hilduino. XVI. Et Sigeberto. XVII. De Angeriacenſibus monachis. XVIII. Et de falſatorum pœna. XIX. Nulla præſcriptio contra veritatem.*

I. ITa fert quorumdam hominum iniqua indoles, ut quæcumque circumferantur falſæ tabulæ, eas à monachis ſubornatas continuò proclament; hoſque C falſi accuſatos eſſe ſufficiat, ut ab illis pro convictis damnatiſque habeantur. Imbelle quippe eſt monachorum genus, ferendis injuriis natum, referendis impar: vexetur, rideatur; impune licet, ac libet. Id perſpicuum fit in primis ex cenſura diplomatis (ut prætenditur) Ludovici Imperatoris pro cœnobio Lindavienſi in Germania, de quo diplomate magnis utrimque librorum jaculis diſceptatum eſt. Sanctimoniales iſtic quondam Benedictinæ erant, quæ ante annos quadringentos excuſſo jugo in Canonicas mutarunt. Rogatus inter alios ſententiam dicere Hermannus Conringius, falſum diploma eſſe probat[a], *confictum illo tempore, quo regulam vitæ ſanctimonialis excuſſerat cœnobium.* Quin etiam benignè agnoſcit, *ſexum feminarum* D *diplomati ejuſmodi confingendo ineptum fuiſſe; neque illud ſcelus imputare ſe ſacris virginibus:* ſed *hinc non ſequi diploma non eſſe confictum.* quippe *habuiſſe ſemper ſanctimoniales illas ſuos Canonicos & miniſtros alterius ſexus: quorum fraudulentiâ facilè potuerit effici, quod ſupra ipſarummet Sanctimonialium eſt vires.* Quis hoc facinus in Canonicos à Conringio refuſum eſſe his verbis non intelligat? Et id quidem apertum: verùm commodior homini via aliàs viſa eſt[b] ad liberandum ſe *omni maligna ſuſpicione circa Lindavienſes cœnobitas, falſi & figmentorum accuſatos*, ut illuſtria falſi exempla à monachis perpetrata exhiberet ex libello Gabrielis Naudæi, quem multis dilaudat. Quorſum ſpectat, oro, illa exemplorum propudioſa farrago? niſi ut Lindavienſis impoſturæ labem rejiciat in monachos, quò ab ſe amoliatur malignæ ſuſpicionis in Lindavienſes invidiam? Quorſum, inquam, Johannis Launoii dicas in tabularium Dionyſianum profert, niſi ut ex ſimilibus factis monachos Lindavienſis piaculi reos probet ac traducat? Hæccine eſt illa hominis affectata in monachos moderatio? Sic enim ille poſtea de Naudæi libello mentem ſuam aperit[c]. *Hoc autem opuſculo non ſuos tantùm adverſarios, ſed omnem quoque Ordinem Benedictinorum monachorum inceſſere non dubitavit. Verùm ea quidem in re indubiè exceſſit modum iniquitate adverſæ partis accenſus calamus. Non enim paucorum crimen univerſos attinet: infiniti præterea illius Ordinis ſanctimoniâ vitæ olim eminuerunt, nec hodie non plurimi ſuperſunt.* Hæc illa Conringii F æquitas & moderatio. ſed vide quò mox ſe convertat. *Quæ tamen in libello iſthoc allata ſunt viginti argumenta, multiplicis falſi à nonnullis illius Ordinis variis locis ac temporibus commiſſi, digna ſunt quæ hîc etiam legantur.* Quamobrem verò? *Ne ſcilicet nos*, inquit, *gravemur præjudicio aliquo, dum cœnobiales Lindavienſes (quæ itidem olim ad Regulam Benedicti fuerant obſtrictæ, priuſquam in hunc ſæcularem ſtatum devenerunt) ſuppoſiti & confecti diplomatis audemus accuſare.* Somnias, Conringi, oblitus es eorum quæ antè præmiſeras: nempe confictum fuiſſe diploma poſt abdicatam ab illis cœnobialibus ſancti Benedicti Regulam, cùm haberent penes ſe ſuos, non monachos, ſed Cano-

a *Conring. cenſura diplom. Lud. pag. 341.*

b *ibid. pag. 339.*

c *ibid. pag. 373 & 374.*

A nicos. An non poſtulabat æquitas, ut potiùs in Canonicos, quàm in monachos hæc labes rejiceretur? ſi tamen in certos homines referenda erat, cujus auctor probari non poteſt.

II. Verùm age videamus, quænam ſint illa falſi exempla à Naudæo prolata, tum ex ipſo relata à Conringio: & tunc demum unuſquiſque intelliget, ſi modò æquis animis hæc legantur, quàm cæco impetu homines aliquando ad convicia ferantur. Scio quàm arduam rem ſuſceperim, nempe invidiam jam inveteratam removere, tot concionibus ac libellis conflatam & excitatam, ut cauſa hæc per multos annos continuos ex contrariis partibus ſparſa in vulgus, jam ipſa opinione ho- B minum tacitâ prope convicta atque damnata videatur. Sed eam ita accipient (ut ſperamus) æqui rerum æſtimatores, quaſi ſæpe jam dicta ſit, & numquam probata. Neque tamen is ſum, qui falſa manifeſta purgare velim: at quoniam his criminationibus, tamquam communibus locis, homines complures, etiam qui religionis nomen habent, in dies abutuntur; exigit officii mei ratio, ut quid de his conviciis ſentiendum ſit, ingenuè aperiam.

III. In primis obſervanda eſt cauſa, quæ Naudæum ad tantas iras impulit. Iverat ille Romam pro negotiis certis: Conſtantinum Cajetanum convenit, ut quos hic penes ſe habebat pro Johanne Gerſene de libello Imitationis mſſ. codices C examinaret. Hos bona fide à Cajetano, ut qui cauſæ fideret nihil doli ſuſpicatus, commodatos, & domum (ut eos accuratiùs exploraret) aſportatos, aliquot pòſt diebus in Johannis Gerſenis nomine adulteratos cauſatus eſt. Accuſationem hanc in Naudæum retorſit Quatremarius noſter, reponendo, aut codices integros eſſe; aut, ſi corrupti viderentur, non alium ejus culpæ auctorem videri, quàm Naudæum, qui illos ſolus in muſeo ſuo tractaverat. Excanduit ad hoc Naudæus: & inde illæ iræ, quas per libellos ſuos ubique totis paginis evomit. Hinc ſuſpecta ſaltem eſſe debent, quæ ab irato adverſario dicuntur; neque æquum eſt hanc patère inimicitiis viam, quem quiſque averſatur, eum ut criminationibus infamare poſſit. Et D quidem has falſas cenſuerunt eruditiſſimi viri, qui coram illuſtriſſimo Pariſiorum Antiſtite Harlæo iſtos codices à falſi ſuſpicione immunes eſſe ſcripto conteſtati ſunt anno M DC LXXIII. prout fidem facit publicum hac de re eorum inſtrumentum.

IV. At etiamſi hæc omnia à Naudæo prolata confiteri cogeremur; cogita hæc viginti capitula ex totis undecim ſæculis, ex totius ampliſſimi Ordinis monaſteriis per univerſam Europam ſparſis, corraſa & compilata eſſe: nec ullum eſſe Ordinem tam ſanctum, tam ſublimem, qui ſimilibus probris, ſi privata facta in omnes refundere licet, onerari & obrui non poſſit. Video quid ab adverſariis reponi queat, E nempe non ſola illa viginti, ſed alia multo plura falſi exempla inveniri poſſe, quæ monachis imputentur. Verùm huc ſingularibus factis opus eſt, non vagis ejuſmodi & incertis argumentis, quæ in quemlibet inſontem cadere valeant.

V. Deinde fac exempla non ſolùm illa viginti, ſed & longè plura probari ac demonſtrari poſſe: reputes apud te velim, ea hominum privatorum, non ipſiuſmet Benedictinæ ſocietatis eſſe, quæ malas id genus artes totis animis exſecratur. Ad ſummum, ſi quando interpolata quædam in jure prolata ſunt; id à poſteris factum ſine ullo dolo malo, ſed bona fide integra eſſe monumenta opinantibus. quod aliis etiam ſocietatibus & in cujuſvis ſtatûs hominibus non raro accidit, ut judices ac F forenſes miniſtri ſatis norunt. Jam ad rem ipſam veniamus.

VI. Non attingo duo illa capita, nempe de Sueſſionenſi ſancti Medardi, & de ſancti Walarici privilegiis, cùm ſatis ſuperque à Johanne Launoio & Quatremario utrimque agitata ſint. In Walaricenſe objicitur Concilum Remenſe, in quo Godefridus Ambianorum Epiſcopus recentis ſcripturæ impoſturam detexerit. At Quatremarius ejuſmodi Concilium exſtitiſſe negat: cujus ſententiæ Marlotus [a] accedit. Huic argumento eſt, quòd Alexander III paucis pòſt annis, quàm illa Synodus celebrata dicitur, confirmavit Walaricenſium immunitatem, quam ad noſtrum uſque ſæculum retinuerunt: dum tandem poſſeſſio hæc Senatûs Pariſienſis ſententiâ,

[a] *Metrop. Rem. tom. 2 pag. 246.*

ſed nullo decretorio judicio infirmata eſt. Accedit quòd in alia ſancti Godefridi vita, quam ex codice Rubeæ-vallis prope Bruxellas accepi, nulla iſtius hiſtoriolæ mentio fiat, quæ omnia pluribus obſervavi in libro primo[a]. A

a ſupra lib. 1 cap. 6 num. 5.

VII. Proferuntur ſecundo ac tertio loco ſuppoſititiæ litteræ ex appendice Chronici Caſinenſis, quibus uſi ſunt adverſus Gallonium Bellotus & Cajetanus; Caſinenſes adverſus Floriacenſes. Verùm perſpectis illorum inſtrumentorum erratis hæc tandem reprobarunt Caſinates noſtri, qui bona fide iis utebantur, uti Bellotus & Cajetanus: atque ex Chronici ſui poſtrema editione expunxerunt; non ſecus atque Romani veterum Pontificum litteras, ab Iſidoro fabricatas, modò ſpurias ſincerè agnoſcunt ac rejiciunt. B

VIII. Sextum caput continet querelas monachorum ſancti Germani à Pratis *de perfidia & mala fraude Fratrum* crucis ſancti Leutfredi: qui tempore Caroli Simplicis Abbatiam ſuam à Nortmannis expilatam deſerentes, & cum ſacris corporibus ad ſancti Germani cœnobium venientes, ſe ſuaque omnia eis dederunt. Prævidens autem Rotbertus Comes, ejus cœnobii Abbas ſæcularis, Leufredianos monachos feliciore aura adſpirante *poſſe à propoſito*, unionis ſcilicet, *deſciſcere, & bona data* PERFIDE *repetere* (*quod eventus docuit*) *hanc Abbatiam ſanctæ crucis non tam confirmari cœtui Germanico, quàm de novo dari à Carolo Simplice petiit, & impetravit.* Tota hujus accuſationis moles conſiſtit in adverbio *perfidè*, quod majuſculis litteris Naudæus expreſſit. Sed quis non videt, vocem hanc duriuſculè poſitam eſſe; idque unum ſignificare, nimirum Leutfredianos principio quidem verbis ac precibus poſtulaſſe, ut Germanenſes noſtri ſe ſuaque omnia in ſuum conſortium adoptarent; idque obtinuiſſe: ſed poſtea eorum ſucceſſores, ſententiâ cum rebus mutatâ, de repetendo priori cœnobio ſuo cogitaſſe. Qua in re nec *mala fraus*, nec *perfidia* ulla eſſe poteſt, niſi ejus judicio, qui factum non bona fide interpretatur, ſed ex qualibet vocula calumniandi occaſionem captat. C

IX. Jam verò dilatâ tantiſper Sigeberti, qui ſeptimo loco impetitur, defenſione, occurrit octavo Arnulfi Lexovienſis epiſtola antepænultima, *de privilegio per ſubreptionem* ab Abbate quodam elicito, ad Alexandrum tertium, qui *inventâ*, id eſt compertâ, *falſitate*, Abbatem ad ſe mitti præceperat. At falſitas hæc *ſubreptionis* eſt, non confícti inſtrumenti, ut ex contextu epiſtolæ facilè intelligitur. D

b Innoc. III lib. 2 epiſt. 35 apud Alteſerr. pag. 292.

X. Quæ ex epiſtola[b] Innocentii III contra litteras Abbatis cœnobii ſancti Donati apud Mediolanenſes referuntur, conjecturæ quidem ſunt haud leves: ſed tamen ex iſtis litteris id tantùm judicavit Pontifex *obſcura eſſe jura partium*, non penitùs falſa: tametſi Abbatem ob juris obſcuritatem à petitione excluſit. *Petebat ſiquidem Abbas nomine monaſterii ſui à Procuratore Archiepiſcopi Mediolanenſis reſtitui monaſterio memorato portum Scozulæ, cum honore, diſtrictu & juriſdictione loci præfati, dicens ad monaſterium hæc omnia pertinere.* Intentum probare nitebatur variis inſtrumentis: quibus multa opponebat adverſa pars. Accedit tandem Pontificis ſententia in hæc verba ad Archiepiſcopum Mediolanenſem. *Cùm autem ſuper his fuiſſet diutius litigatum: quia legitimè probata non fuerant quæ petebantur ad monaſterium pertinere; ab impetitione ipſius Procuratorem tuum nomine tuo & Mediolanenſis eccleſiæ ſententialiter duximus abſolvendum. quoniam cùm* OBSCURA *ſunt jura partium, conſuevit contra eum, qui petitor eſt, judicari.* Non ergo falſa, ſed tantùm *obſcura* jura monachorum exiſtimavit prudentiſſimus Pontifex: ſed quia plus ad petitionis vigorem quàm ad defenſionem requiritur; cadit petitione monaſterium: at vel inde ſuum habet contra conviciatores patrocinium. E F

XI. Nihil porro conficit locus ex epiſtola Petri Bleſenſis ad Alexandrum III, in qua Epiſcopi Saliſburienſis cauſam agens adverſus Abbatem Malmeſburienſem, qui ſe ab ejus ditione immunem eſſe contendebat, hæc habet. *Abbas quaſdam exemtionis ſuæ litteras prætendebat, quæ in filo & bulla videbantur vitioſæ, ſtilumque Romanæ curiæ minimè redolebant. Ideoque & eas falſitatis arguebat Epiſcopus.* Nam quæ ultro citroque à partibus proferuntur, non ſtatim pro confeſſis & compertis cenſenda ſunt. Quanta enim ſive in libellis forenſibus (quæ *Facta* vocant) ſive in publicis declamationibus, ſine delectu, ſine probatione, citra juſtæ moderationis leges ab adver-

A ſis partibus jactantur in dies, quæ adeò non probantur in judicio, ut ab æquis ju-
dicibus reprobentur? Quid enim? an quidquid conductus effutierit cauſidicus, id
continuò pro certo habendum eſt? Et ſciunt ſtudioſi homines, quàm verſatile in-
genium, & ad quamlibet auram mobile habuerit Petrus Bleſenſis: cujus verbis etſi
ſtandum eſſet, objectionis ab Epiſcopo factæ teſtimonium exhibent, non perſpicuæ
falſitatis, de qua hìc inquirimus.

XII. Eadem reſponſio ad ſingularia quædam facta, quæ tum in Benedictinos
congregationis ſancti Vitoni de fraude duorum diplomatum, quam Marnavitius ipſis
objecit; tum alibi ex libellis fori producuntur. Hæc enim teſtimonia inſufficientia
B ſunt, niſi peritorum Judicum ſententia accedat. Alioqui nullus ab hac labe litiga-
tor immunis cenſeri poſſet, cùm promiſcuus ac communis in foro locus ſit à falſi-
tate, ita ut multâ pecuniariâ hanc impetiginem coërceri Ludovici Magni ſanctio-
ne neceſſe fuerit.

XIII. At falſi infamati ſunt R. P. Pulchronius Lavignonius Abbas ſancti Na-
boris, itemque Hidulfus Jobartus ejuſdem Congregationis, qui ob id à Præſidatu
Congregationis excluſus conſulto Cardinalium eſt. Verùm Pulchronii integritas apo-
logiâ purgata eſt: & Cardinales hujus electionem cenſuerunt nullam ob ſolam ju-
ris infamiam. *Ceterum*, inquiunt, *an res ita ſe habeat, auditorem Cameræ auditis parti-*
C *bus diſpicere debere.* In ſupremis quippe, ut Eccleſiæ, ſic & religionis officiis integra
eſſe debet non ſolum vita, ſed etiam fama. Quid inde ſecutum ſit, non mihi comper-
tum. Sed quid ejuſmodi quiſquilias perſequor? Si duos mox nominatos vindicamus,
quin aliqui aliquando inter noſtros exſtiterint nebulones, non diffitemur. Neque
eos purgare, aut abſolvere eſt animus; immo eorum facta, ſi qua ejuſmodi ſunt aut
fuerunt, damnare & exſecrari, ubi nota fuerint. Tale fuit facinus Faronis Chaluſii
in ſuam ſancti Mauri Congregationem rebellantis, cujus impoſtura ab ipſius Con-
gregationis noſtræ aſſeclis palam facta eſt: & ſi qua alia. Ceterum quæ ex oratione
Mouterii, Rectoris quondam Univerſitatis Pariſienſis, adducuntur, quid aliud ſunt,
D quàm verba ad jocos & riſum compoſita, & ad *hiſtrioniam*, ut ipſe loquitur, quàm ad
hiſtoriam aptiora? Sed prætereo feſtivas id genus declamationes: ad facta graviora venio.

XIV. Objicitur nobis quarto loco *congeries litterarum ſuppoſitarum Papalium Iſidori
Hiſpalenſis monachi Benedictini ſub nomine Mercatoris*, quæ falſi convictæ ſunt à Baronio
aliiſque, everſæ à Blondello. Ingens facinus, ſi res ita habet: ſed maledica accuſa-
tio, ſi falſa. Atqui tam falſum eſt Iſidorum Hiſpalenſem fuiſſe iſtius collectio-
nis auctorem, quàm falſum ipſum fuiſſe monachum Benedictinum. Falſæ ſunt
illæ epiſtolæ, fateor, ſuppoſiticiæ, confictæ. Sed Iſidorus Hiſpalenſis ſanctiſſimus
Epiſcopus fuit, tam alienus ab hac labe, quàm à nefariorum cœtu. Nec ſanè fuit
E ex Ordine ſancti Benedicti, qui nec monachus fuit, tametſi regulam pro mona-
chis ſcripſit. Alius fuit Iſidorus Mercator, miſeræ illius farraginis auctor: ſed quis
ille fuerit, nemo hactenus reſcire potuit, niſi quod Hiſpanum fuiſſe aiunt omnes.
Audi Philippum Labbeum [a]. *Collectionem ſeu compilationem tam decretalium epiſtolarum
veterum Pontificum, quàm Conciliorum à temporibus Apoſtolorum ad Concilium Hiſpalenſe ſe-
cundum jam ab octingentis & quod excurrit annis, nonnulli Iſidoro noſtro Hiſpalenſi Archie-
piſcopo, qui anno* DC XXXVI *obiit, tribuerunt, ſed immeritò. Quiſquis enim ille fuit Iſidorus,
modò Mercator, modò Peccator appellatus, cujus nobis juxta ac eruditiſſimis viris origo hacte-
nus ignota, circa annum* DCC LXXX *emerſit è tenebris* &c. Hæc itaque Naudæi accuſatio
F duplici errore nititur, & quòd Iſidoro Hiſpalenſi hanc tribuat farraginem, & quod
Iſidorum eumdem monachorum albo accenſeat, neſcio an inductus opinione Ca-
jetani, quem tantopere averſabatur.

XV. Neque plauſibilior eſt altera objectio adverſus Hilduinum ex Areopagiti-
cis, in quibus malæ fidei immeritò poſtulatur. Dionyſium à Clemente in Galliam
miſſum eſſe creditum eſt ante Hilduinum, ut aliàs [b] oſtendi. quod Areopagitæ no-
men eidem Dionyſio aſſerere ſtuduit: non culpandus conatus, multo minùs in jus
vocandus auctor, qui bona fide argumenta undiquaque huc contulit. Porro ſi qua
in re hallucinatus videtur, danda eſt venia illis temporibus, quibus cenſoria natio

[a] *Labbe de Script. eccl. tom.* 1 *p.* 648.

[b] *Analect. tom.* 1 *pag.* 63 *& ſeq.*

à re publica litteraria penitus exſulabat. Ceterum quantum à Launoii mente receſſe- A
rint Hilduini æquales, ex Agobardo Lugdunenſi Antiſtite intelligitur, qui eum
ſanctiſſimum ac *beatiſſimum* vocat, *& pæne ſolum in via Dei* cum Wala *adjutorem Chri-
ſtianiſſimi Imperatoris.*

a Baron. tom. 9 ad ann. 774.

XVI. Neque magis valet id, quod ex Baronio [a] adverſus Sigebertum Gembla-
cenſem monachum de inveſtituris opponitur. Baronius quippe, & poſt eum Bellar-
minus, uſus eſt Sigeberti exemplaribus interpolatis, in quibus ſcriptum exſtat, anno
DCC LXXIII Hadrianum Papam, accerſito Romam Carolo Synodum indixiſſe, CLIII
religioſis Epiſcopis & Abbatibus conſtantem, *in qua Hadrianus cum univerſali Synodo
dederit ei jus eligendi Pontificem, & ordinandi apoſtolicam ſedem.* quod *dolo malo, maliſ-* B
que artibus à Sigeberto in gratiam Henrici ſchiſmatici Imperatoris confictum Baro-
nius exclamat. Verùm nulla hujus Synodi ad eum annum mentio eſt in optima Si-
geberti editione à Miræo adornata: nec ſcio an hæc à ſchiſmaticis addita fuerint,

b Diſt. 63 cap. 22.

ſimpliciter à Gratiano [b] in decretum admiſſa: quem ad modum Johannæ Papiſſæ
fabula in ejuſdem Sigeberti chronicon intruſa eſt fraude quorumdam malignorum.

c Coint. tom. 6 ad ann. 774 num. 113.

Æquior fuit in Sigebertum Carolus Cointius [c], qui etſi prædictam Synodum, &
meritò quidem, explodat; Sigebertum tamen abſolvit ab hoc errato: idemque in-
dubiè præſtitiſſet Baronius, ſi Miræi editionem videre potuiſſet. Quamquam etſi
id commiſiſſet Sigebertus, hoc innocenter & abſque ullo dolo malo accepiſſe dici C
poſſet à ſchiſmaticis, ut Gratianus, qui aliam item Leonis VIII pſeudoſynodum

d Diſt. 63 cap. 23.

retulit [d] in eam rem. Et in his quidem deſideratur Gratiani delectus, non bona fi-
des. Certè Sigeberti ævo prædicta Synodus etiam ab Italis agnoſcebatur. Siquidem

e Cheſn. tom. 3 pag. 544.

Johannes Beraldi monachus in Chronico Caſaurienſi [e] (quod in anno M LXXXII
definit, tametſi ejuſdem Chartarium pertingit ad annum M C LXI) diſertè ſcribit,
Carolum Magnum Deſiderio in Franciam abducto Romam rediiſſe, & conſtituiſſe
ibi Synodum cum ſupradicto Papa Hadriano in Patriarchio Lateranenſi, in baſilica
ſancti Salvatoris: *quæ Synodus*, inquit, *celebrata eſt à centum quinquaginta tribus Epiſco-* D
pis. tametſi nihil habet de inveſtituris. Non ergo ſolus aut primus id commiſiſſet
Sigebertus, etiamſi de hac Synodo egiſſet: nec proinde tam durè à Baronio tractan-
dus. Sanè paullo ardentior fuit Baronii cenſura in Sigebertum, cui impoſturam

f Baron. ad ann. 844.

alibi [f] exprobrat citra meritum; cumque tamquam impudentem ac ſchiſmaticum
traducit, quòd Ludovicum, Lotharii Imperatoris filium, Romam à patre miſſum
dicat ad confirmandam electionem Sergii ſecundi. Idem quippe diſertis verbis at-
teſtantur Annales Bertiniani ad annum DCCC XLIV. *Gregorius Romanæ eccleſiæ Ponti-
fex deceſſit: cui Sergius ſuccedens, in eadem ſede ſubſtituitur. quo in ſede apoſtolica ordinato,
Lotharius filium ſuum Hludowicum Romam cum Drogone Mediomatricorum Epiſcopo diri-
git, acturos, ne deinceps decedente Apoſtolico quiſquam illic* PRÆTER SUI JUSSIONEM MISSO- E
RUMQUE *ſuorum* PRÆSENTIAM *ordinetur Antiſtes.* Neque Sergius tunc Ludovico Im-
peratoris nomen ac coronam tribuit, ut ſcribit ex Adone Baronius: ſed tantùm *un-
ctione in Regem*, ſcilicet Langobardorum, *conſecratum cingulo decoravit*, teſte Anaſta-
ſio. Quod ſi tam grave convicium Baronio, viro non magis pietate quàm erudi-
tione ſummo, in Sigebertum immeritò irrepſit: quis multa ejuſmodi improperia
falſa in monachos ab hominibus infeſtis & averſis proficiſci miretur? De Sigeberto
aliàs plura.

XVII. Indignum eſt quod tertio-decimo loco affertur de inventione capitis
» ſancti Johannis apud Angeriacenſes monachos. Incertum omnino eſt, inquit, te- F
» ſte Aimaro, quo modo caput illud huc venerit, etſi omnino fuiſſet Præcurſoris.
» Ergo Abbas Alduinus ejus inventor non eſt extra omnem ſuſpicionem. Nec ſanè
extra maledicentiæ ſuſpicionem eſt is, qui hoc modo argumentatur, non ſolùm in
Alduinum, ſed & in totum Ordinem. Incertum quo modo in pleraſque eccleſias
devenerint complures reliquiæ: an ideo falſarii, qui eas exhibent?

XVIII. Sed quis ſtomachum continere poſſit legendo exemplum XX, quod ceu
pro palmari argumento ultimum adducit Naudæus, quòd Benedictini in Declara-
tionibus ſuper Regulam anno M DC III editis pœnam ſtatuant in falſarios. *Non*

A *malè exinde* , inquit , *colligeret aliquis , familiare admodum eſſe hoc crimen Benedictinis,*
quia illi inuſitato exemplo ſoli inter omnes religioſos Ordines pœnam ſtatuant in falſarios: &
ita quidem , ut cum reliquus Clerus expers ſit delicti hujus , nec pœnam ei dictare neceſſum
fuerit. Ignorabat ſcilicet Naudæus exſtare titulum in jure canonico de crimine fal-
ſi ; ſatiſque illi fuit conſulere leges Benedictinorum , non aliorum Ordinum , qui
ſimiles pœnas in falſarios ferunt. At vide quale ex hoc ſtatuto eliciat convicii ar-
gumentum , quòd in iſtis declarationibus levior pœna decernatur in ejuſmodi fal-
ſarios, nempe in falſatores ſigillorum tam Congregationis, quàm monaſterii. quæ
pœna ? nimirum *ut ſi quis ſuadente diabolo ea falſificare præſumſerit , ſtet degradatus per*
B *menſes duos poſt omnes Profeſſos, jejunetque ſemel in hebdomada in pane & aqua in refecto-*
rio durante ipſa degradatione. Nempe agi vellet in eos *juxta rigorem legum*, ſcilicet, ut
manibus ac pedibus multarentur. Sed Eccleſia ejuſmodi ſupplicia non novit, nec
certè ſæculares Principes in monachis probarent tantam ſeveritatem. quemadmo-
dum Carolus Magnus Abbates quoſdam Ordinis noſtri , qui ejuſmodi ſupplicia
fratribus ſuis inferebant , ſingulari edicto [a] compeſcuit , in Capitulari anni DCC *a Capitul. tom. 2 col. 244.*
LXXXIX pro monachis edito decernens capite XVI , *ut diſciplina monachis regularis*
imponatur, non ſæcularis: id eſt non orbentur , non mancationes alias habeant, niſi ex aucto-
ritate Regulæ. Idem omnino in Concilio Francofordienſi anni DCC XCIV ſancitum
C eſt capite XVIII. *Abbates , qualibet culpâ à monachis commiſſâ , nequaquam permittimus*
cæcare , aut membrorum debilitatem ingerere , niſi regulari diſciplinæ ſubjaceant. Eant nunc
ſeveri illi cenſores , & leviores æſtiment degradationis & jejuniorum pœnas in fal-
ſatores. Utinam qui conviciandi occaſionem & materiam ex rebus etiam bonis ac
juſtiſſimis captant ; ſimilem pœnam ſortiri cogerentur , quam leviorem illi exiſti-
mant. Porro ſi comminatoriæ in reos leges etiam monachis in crimine ſunt, quis
criminationum modus ?

XIX. Sed vereor ne dum minutiora hæc (ſi tamen minutiora ſunt , ex quibus
tam atroces petuntur accuſationes) invitus perſequor , Lectoribus meis tædium fa-
D ceſſam. At recogitent velim me huc adductum fide & officio defenſionis deveniſſe,
quando hæc à Conringio, aliiſque nobis denuo objiciuntur : non ut Naudæi me-
moriæ vim faciam , ſed ut ſuſpicionibus obſcuris & manifeſtis injuriis occurram.
Unum addam , nimirum ſæpe falſas accuſationes obtinere pro veris, dum tempore
& multitudine coaleſcunt. At quemadmodum nulla eſt præſcriptio falſitatis contra
veritatem , ſic nulla eſt falſæ accuſationis contra innocentes. Symeonis ad Juſti-
nianum epiſtolam , in ſeptima Synodo laudatam , ab iis qui ſanctarum imaginum
cultum propugnabant confictam eſſe contendit libellorum Carolinorum ſcriptor [b], *b lib. 4. cap. 5.*
inſulſis ſanè, ſed tamen acriter vibratis argumentis. Suſpicio hæc invaſit pleroſque
E è Gallicanis Epiſcopis. Et tamen hanc epiſtolam veram eſſe nihil adeo probat, quàm
objectiones ipſæ, quas adverſarii afferebant, nempe quòd *Juſtiniani Imperatoris , ho-*
minis æque mortalis atque paſſibilis , AURES DIVINAS *nuncupaverit.* quæ verba Impera-
toribus paſſim apud Græcos, etiam in Conciliis tribuuntur. Lege ſis Allatii diatri-
bam [c] de Symeonum ſcriptis. Vapulavit jam diu Johannæ pſeudopapiſſæ conficta *c Allat. pag. 18 & ſeqq.*
probro Romanorum Pontificum hiſtoria. Proferebantur in argumentum Mariani
& Sigeberti monachorum auctoritates. Ad retegendam hujus infamiæ falſitatem
conſuli facilè poterant veteres eorum codices , in quibus hæc fabula nequaquam
compareret. Et tamen quatuor ſæculis illuſit malè ſemel imbuta perſuaſio, donec non
F modò catholici ſcriptores , ſed etiam David Blondellus , à ſacris licet noſtris alie-
nus, hoc monſtrum debellarunt , & Marianum ac Sigebertum ab hoc commento
abſolverunt , præeunte in primis Auberto Miræo , qui veterum codicum cum edi-
tis collatione facta hos auctores purgavit in nova editione Chronici Sigeberti. Sic
multa falſarum narrationum capita illuſtrantur in dies.

CAPUT IV.

I. *Notitiarum duo genera: de privatis hic ſermo.* II. *Fines earum tres, prima ad vicem ſcripti publici.* III. *Secunda ad majorem notitiam & cautelam.* IV. *Tertia ad forenſes etiam cauſas.* V. *Earum valor unde.* VI. *Clericorum ac monachorum teſtimonium olim receptum in propria cauſa.* VII. *etiam apud Hiſpanos.* B

I. JAm tandem tempus eſt, ut ab odioſa talium rerum tractatione convertamur ad utilius argumentum, ſcilicet ad privatas Notitias, de quarum origine atque uſu jam alibi diſſeruimus [a]. Sed quia iſte locus etiam pertinet ad inſtitutum noſtrum, breviter hîc de eo rurſus agendum eſt.

[a] *Sæc. 4 Bened. part. 1 pag. 761.*

Duo ſunt Notitiarum genera: unæ authenticæ ac publicæ dici poſſunt, quæ ſcilicet publicè, id eſt coram magiſtratu ſeu Judicibus & Epiſcopis, in loco publico conſtitutis, editæ ſunt, quales ſunt *Notitiæ judicati, evindicati*, (quæ nonnullis *Recordatio ſententiæ* [b] dicuntur) & aliæ id genus, quarum formulæ reperiuntur apud C Marculfum & alios. Aliæ ſunt privatæ, quæ à privato Notario olim condi ſolebant coram teſtibus ſubſcribi ſolitis, ſed non coram magiſtratu, aut publico in loco: & quidem nomine eorum, quibus donatio facta erat, non donatorum. Harum origo longè poſterior eſt aliis, quas ſub prima Regum noſtrorum ſtirpe in Gallia uſitatas fuiſſe ex Marculfo conſtat. Aliæ verò, nempe privatæ, vix ante ſæculum undecimum inveniuntur: quo tempore frequentes eſſe cœperunt.

[b] *Puricell. pag. 702 & 709 Chartar. Caſaur. mſ. ſub finem.*

II. Hæ ad triplicem finem inſtitutæ videntur. Primus eſt, cùm nuda traditione abſque ſcripto publico (quod non rarò tunc contingebat) fieret alicujus rei donatio, donationiſve inveſtitura; neceſſe erat ejuſmodi notitiis ſeu ſcriptis privatis D rem geſtam deſcribi, quæ eſſet velut hiſtorica rei geſtæ narratio, in qua donatorum ac teſtium nomina exprimerentur, ſigno crucis per donatores nonnumquam appoſito. In hujus rei probationem alibi retuli auctoramentum Tetbaldi tertii Campaniæ, Bleſarum, Meldorum, ac Carnutenſium Comitis de villæ Nantulfi donatione facta cœnobitis Majoris-monaſterii in Prioratu Dunenſi: cujus loci chartarium inſignes Notitias illo tempore editas continet. Aliquando verò ejuſmodi Notitiæ condebantur nullo ſigno à donatoribus adhibito, nullove alio edito inſtrumento, ob duas ſcilicet cauſas, nempe vel quia ſollemni facto rem geſtam conteſtabantur, ut cùm in ipſa vitæ monaſticæ profeſſione res ſuas monaſterio conferebant candi- E dati, aut eorum vice parentes: vel quia per aliquam teſſeram ſollemni more porrectam rei conceſſæ inveſtitura fiebat, quæ teſſera poſteris erat in monumentum factæ donationis. unde in ſacrario, vel in archivo ſervari ſolebat. Appoſitè hoc loco eximius Sirmundus [c]. *Quin etiam exſtant*, ait, *hodieque in ſancti Albini cœnobio & in aliis pleriſque veteris moris monimenta: baculi, inquam, & chirothecæ, & alia inveſtiturarum, traditionumque, quas ſignarant, titulis inſcripta.* Adſcribebantur verò teſtium nomina, ut emergente controverſia conſuli potuiſſent in annos triginta, quo temporis ſpatio legitimæ poſſeſſionis titulus præſcriptione inducebatur. Sic cùm Ebrardus Vicecomes Carnutenſium in Majori-monaſterio monaſticum habitum ſuſcepit F anno M LXXIII; Hugo frater ejus medietatem villæ Nantulfi monachis conceſſit, alteriuſque medietatis donationem prius à fratre factam firmavit. Sic Radulfus de Balgentiaco eccleſiam ſancti Johannis de Camario Bernardo Abbati tradit *per cavillam caiſninam*, poſtea *per cultellum* ſuper altare poſitum, anno M XCII. Notitiæ hac de re editæ exſtant in Diſſertatione noſtra. Quandoque tamen non donatores, ſed accipientes dabant teſſeram ſeu ſymbolum inveſtituræ. ut Gauſbertus Majoris-monaſterii Panetarius Tetbaldo quarto Campaniæ Comiti, donationes parentum ſuorum confirmanti, tradidit *duo paria pellium vulpinarum: ut ſi fortè (ut fit) prædictus*

[c] *Sirmund. in Not. ad Goff. Vindoc. lib. 1 epiſt. 6.*

confirmator

A *confirmator paterni beneficii oblivioni tradiderit hanc conceſſionem ſe feciſſe; ſint pro interſignio*
pelles illæ. En illorum temporum felix ſimplicitas! Denique aliquando neque ſignum
crucis, neque ulla teſſera, neque ſollemne factum intercedebat: ſed ſola Notitia
rei tranſactæ monumento ac robori erat, ut alibi exemplis demonſtravimus.
III. Secunda condendæ Notitiæ ratio ea inventa eſt, ut cum aliqua donatio fie-
ret etiam cum ſcripto publico; rem accuratiùs exponeret Notitia in gratiam eo-
rum, qui negotiis præſunt in monaſteriis, ad quorum præcipuè documentum hæ
Notitiæ condebantur. Unde præter chartam authenticam & principalem eo in caſu
ſcribebantur etiam litteræ notitiales, quæ rei geſtæ hiſtoriam fuſiùs exponerent. No-
B titia de donatione ſervi per Odonem Comitem. *Ad recidenda verò in poſterum omnia*
ſuccidivæ calumniæ pullulamina, hæc quoque præter priorem chartam facta eſt Notitia &c.
IV. Tertius denique Notitiarum uſus is erat, ut cùm primaria ſeu authentica
rei tranſactæ inſtrumenta vel nulla facta fuiſſent, vel amiſſa quolibet pacto excidiſ-
ſent; eorum vicem ſupplerent Notitiæ, valerentque in forenſibus cauſis. Neque
enim ad documentum modò erant ejuſmodi privata ſcripta, ſed etiam ad robur ac
præſidium. quod paſſim Notitiæ exprimunt. Notitia Tetbaldi quarti Comitis pro
Majori-monaſterio. *Quia ea quæ pro redemptione animarum eccleſiis conferuntur, ſæpe ſo-*
lent ſucceſſoribus calumniantibus infirmari; utile viſum eſt majoribus noſtris ea cum teſtibus
C *litterarum memoriæ commendare. Hanc igitur conſuetudinem nos Fratres Majoris-monaſterii*
retinentes, ſcripto tradidimus, quòd Tetbaldus filius nobiliſſimi Comitis Stephani & Adelæ
&c. Et in fine: *Et ne hæc ejus conceſſio violari poſſit in futurum; ipſe, ut eſt cernere, ſigno crucis*
ſignavit ipſum parcaminum. Ex parte ejus viderunt & audierunt hoc Hugo Albus &c. *Ex parte*
monachorum Willelmus de Coldreto. Alia Notitia ex eodem chartaceo volumine. *Ex anti-*
qua diſcretorum Patrum traditione in conſuetudinem retinemus, ut ea quæ eccleſiis conferuntur,
etiamſi parva vel pauca ſint, ſcripto diligentiſſimè commendemus: ut ſi fortè opus ſit, ut fit, contra
injuſtos calumniatores CUM TESTIBUS LITTERAS *proferamus.* Et in alia item hæc leguntur.
Propterea igitur compellente neceſſitate expedit, ut ſi qua eccleſiis ſive monaſteriis conferuntur,
D *ea ſcripto cum annotatis teſtibus commendentur, qui ea, quando opus fuerit, atteſtentur.* Ex qui-
bus omnibus quatuor colligimus, primum eſt, has litteras notitiales à monaſteriis &
eccleſiis, id eſt ab eorum Notariis, fieri ſolitas, non ab ipſis donatoribus, ut in pu-
blicis inſtrumentis uſu venit. Alterum, his Notitiis aliquando ſubſcripſiſſe donato-
res appoſito ſigno crucis. Tertium, teſtium nomina per Notarium fuiſſe adſcripta
ac recenſita, ut emergente lite *cum teſtibus litteræ* produci potuiſſent, qui teſtes rem
datam, *quando opus erat, atteſtarentur.* Quartum denique has Notitias proinde, etſi
privata acta erant, in foro valuiſſe, uti probandum ſuſceperam.
V. Sed modò inquirendum eſt, unde Notitiæ illæ vim ac valorem in jure con-
E traherent, cùm ſollemnibus notis deſtituerentur. Ego verò hunc valorem triplici ex
capite repetendum exiſtimo. Primo ex officio Notariorum, qui hæc acta in litteras
redigebant. Notariorum, inquam, eccleſiarum ac monaſteriorum, quæ ſuos ſingula
habebant Notarios ac Cancellarios ex proprio cœtu, ut ſuperiùs expoſuimus[a], qui in- a *lib. 2 cap. 13.*
ſtrumenta etiam publica ex inſtitutione ſua conficere ſolebant. Deinde id repeten-
dum, tum ex ſigno crucis, quod aliquando apponebatur à donatoribus: tum ex
recenſione teſtium, qui rei tranſactæ præſentes cùm fuiſſent, de ea teſtimonium vi-
va voce reddere poterant pro illo temporis ſpatio, quod firmandæ poſſeſſioni ſeu
præſcriptioni neceſſarium erat. Sed maximè id petendum ex more illorum tem-
F porum, quibus clerici ac monachi ad ferendum in propria cauſa teſtimonium paſ-
ſim admittebantur. Et quia hæc obſervatio non levis momenti eſt, hanc exemplis
& auctoritate approbare juvat.
VI. In primis Manrique[b] quaſi ſingularem Ordinis Ciſtertienſis prærogativam b *Manriq. ad an.*
obſervat honorificam illam in Jure exceptionem, ut monachus Ciſtertienſis in pro- *1141 cap. 5 num. 5.*
pria cauſa judex, nedum teſtis eſſe poſſit, teſte Tiraquello cum aliis. *Licet quis*
non poteſt eſſe judex, inquit Tiraquellus[c], *non modò in ſua, ſed neque in ſuorum cauſa;* c *Tiraq. tract. de*
tamen ſi perſona judicis eſt hujuſmodi, quòd omnis ſuſpicio veriſimiliter ceſſet, ut ſi ſit mona- *pœnis temp. aut re-*
chus Ciſtertienſis, hoc non procederet: neque talis poſſet recuſari. Verùm quod ſuis tamquam *mitt. 15 num. 60.*

ſingulare privilegium tribuunt Ciſtertienſes, id olim quibuſvis Clericis ac monachis conceſſum fuiſſe conſtat, nec obſcurè colligitur ex verbis Tiraquelli. A

De monachis exemplum exſtat in quodam judicio Hervei Decani Pariſienſis, Petri Cantoris, & Petri ſancti Germani Autiſiodorenſis Decani, à Papa deputatorum in cauſa monaſterii beati Eligii Noviomagenſis & cujuſdam Terrici Bardiavi. Ex utraque parte teſtes audiuntur, ex parte quidem Terrici Conſtans *in ægritudine magna decumbens, cùm ſacroſancto corpori Chriſti communicaſſet & ſanguini, jamque ſacra unctione delibutus eſſet; ex reverentia jurare formidans, conſtanter aſſeruit, &c.* Ex parte monaſterii producuntur Eligiani monachi cum aliis. Hinc chartis in gratiam monachorum factis paſſim ſubſcribunt monachi cum aliis teſtibus, maximè ſæculo XI & XII. quo ſæculo XII labente hoc judicium pronuntiatum eſt. B

Eodem ſæculo ineunte Theodericus Comes apud Altkirch ægrotans, cœnobio ſancti Michaëlis ad Moſam dat cellam Aſmingiæ, in honore ſanctæ Mariæ conſtructam, quam malæ frugis clerici poſſidebant. In charta hac de re ſic loquens inducitur Comes. *Hanc ipſam autem donationem, quæ ſub teſtificatione multorum facta eſt, rogavi Abbatem, ut ſuper altare prædicti Archangeli deferret, & ſub perſona mei & eorum deſcriptione qui præſentes fuerunt, ſcripto & memoriæ mandaret, & ſigillo ſancti Michaëlis ſigillaret. Actum apud Altkirch anno ab Inc. Domini* M C II, *concurrente* II, *epacta nulla, regnante Henrico Imperatore, in præſentia domni Abbatis Udalrici.* Ita inſtrumentum illud pro authentico valuit, tametſi ab Abbate, cujus intererat, confectum, & ſigillo monaſterii obſignatum. C

At monachorum teſtimonium in propria cauſa validum quondam fuiſſe apertè probat charta quam legimus in Chartario Lehunenſi Ordinis Cluniacenſis, nobis per V. Cl. Antonium Herovallium in multis communicato. Charta hæc anno M CC XXXI condita eſt juſſu Roberti domini de Bova. Factum accipe. Cùm cauſa verteretur inter eum ac Priorem Conventumque de Lehuno, de juſtitia in vico *Herbonieres* vulgo appellato; ſuper hac controverſia compromiſſum eſt in Matthæum Abbatem Britulienſem, & Johannem de Nigella Militem, ſtatutumque, *quòd dicti Prior & Conventus ad intentionem ſuam probandam tantummodo producerent decem teſtes,* id eſt, *octo de hominibus ſuis de Herbonieres, & duos monachos ſuos de Lehuno: ita tamen, quòd teſtimonium duorum illorum monachorum non valeret niſi tantum, quantum valeret teſtimonium duorum hominum laicorum.* Similiter Robertus produceret *decem teſtes*, videlicet *octo de hominibus ſuis de Herbonieres*, & *duos alios* quos voluerit: *ita tamen, quòd ſi fortè Religioſos vel Clericos produceret, non valeret teſtimonium eorum, niſi quantum valet teſtimonium duorum laicorum.* Ex quibus intelligimus, non modò monachos in propria cauſa teſtimonium dixiſſe: ſed etiam eorum teſtimonium paſſim prævaluiſſe aliis teſtimoniis, uti etiam clericorum, ſicut ex ſubjecta exceptione inferre licet. D E

VII. Nec tantùm in Gallia obtinebat hic ritus, ſed & in Hiſpania, etiam de clericis. Huc facit Concilium Legionenſe [a] æra M L ſub Alfonſo V Rege Legionenſi habitum, cujus hæc verba in canone II. *Præcipimus, ut quidquid teſtamentis conceſſum & roboratum aliquo tempore eccleſia tenuerit, firmiter poſſideat. Si verò aliquis inquietare voluerit illud quod conceſſum eſt teſtamentis, quidquid fuerit; teſtamentum in Concilium adducatur, & à veridicis hominibus, utrum verum ſit, exquiratur: & ſi verum inventum fuerit teſtamentum, nullum ſuper eum agatur judicium, ſed quod in eo continetur ſcriptum, quietè poſſideat eccleſia in perpetuum. Si verò eccleſia aliquid jure tenuerit, & inde teſtamentum non habuerit; firment ipſum jus eccleſiæ cultores juramento: ac deinde poſſideant perenni ævo.* Sufficiebat itaque apud Hiſpanos ad vindicandam eccleſiæ cujuſdam rei poſſeſſionem, ut deficientibus litteris *eccleſiæ cultores* eam aſſererent. F

Hinc igitur factum eſt, ut cùm monachi jus teſtificandi de rebus ſuis per ea tempora haberent; Notitiæ ab eis confectæ valerent in foro, tametſi privata acta erant, eorum nomine facta, non donatorum, neque publicis geſtis inſinuata, quod præcipit codex Theodoſianus [b].

[a] *Conc. Labbe tom. 9 col.* 818.

[b] *Cod. Theod. lib.* 8 *tit.* 12.

CAPUT V.

I. *Chartariis indidem conciliatur auctoritas.* II. *Chartariis antiquiores libri cenſuales.* III. *Chartariorum tria genera.* IV. *Hiſtorica ſcilicet, qualia ſunt Sithienſe,* V. *& Caſaurienſe.* VI. *Authentica alia.* VII. *Tertia nec hiſtorica nec authentica.* VIII. *Hiſtoricorum qualis auctoritas.* IX. *Item authenticorum.* X. *Et aliorum.* XI. *Objecta diluuntur.* XII. *Quid*
B *cenſendum de illis, quæ falſas chartas habent bonis permiſtas.* XIII. *Præſcriptionis virtus.* XIV. *Archiva monaſteriorum an publica.*

I. EX iiſdem fontibus conciliari poſſet auctoritas chartaceis libris ſeu Chartariis, quæ Chartularia vocant, quæ collectio eſt veterum chartarum ad unamquamque eccleſiam, ſeu monaſterium, familiamve pertinentium. Non ſolùm enim eccleſiæ ac monaſteria, ſed etiam familiæ inſignes ſuos habebant chartaceos codices, quale eſt Chartarium Campaniæ Comitum in Bibliotheca regia & in Colbertina. Sed ut de Chartariorum auctoritate certius ferri judicium poſſit, altiùs re-
C petenda eſt res, & de eorum antiquitate & origine agendum.

II. Ante ſæculum decimum nullus, aut rarus Chartariorum uſus. Eorum vicem ſupplebant libri cenſuales ſeu polypticha, quæ ſummam cujuſque eccleſiæ ſeu monaſterii poſſeſſionum exhibebant. In his penes nos eſt liber cenſualis Irminonis ſancti Germani apud Pariſios Abbatis regnante Carolo Magno. Paullo poſt conditum eſt polyptichum cœnobii Foſſatenſis ſancti Mauri, quod exſtat in appendice Capitularium Baluzianâ. Egregium verò in primis eſt Remigianum illud, ante annos ſcriptum ſeptingentos, quod illuſtriſſimus Mauricius Tellerius Remorum Archiepiſcopus, ac modò Abbas archimonaſterii ſancti Remigii apud Remos, ex
D alienis manibus ereptum, priſtino loco liberaliter reſtituit. Præter hos libros cenſuales habebantur in pleriſque locis exempla ſeparatim ſcripta inſigniorum diplomatum ſive inſtrumentorum, ut exemplaria ipſa ex archivis paſſim producere non eſſet neceſſe, ſed eorum loco exempla, quæ *miniſterialibus* (ut vocabant) id eſt hominibus, penes quos temporalium cura erat, eſſent ad manum, tum ad eorum documentum, tum ad præſidium, ſi quando lis oriebatur. Hinc eſt, quòd in pleriſque eccleſiis ac monaſteriis ſerventur veterrima chartarum exempla [a], quæ eodem tempore, quo ipſa autographa ſcripta ſunt, & ab eorum ſcripturæ genere parum differunt. Sed tandem cùm avulſa à ſe ſe invicem ejuſmodi varia diverſarum char-
E tarum exempla facilè amitterentur; hæc demum in unum corpus redigere viſum eſt, ut uno tenore deſcripta haberentur omnium poſſeſſionum inſtrumenta.

III. Sed antequam longiùs progrediamur, tria Chartariorum genera diſtinguenda ſunt: unum hiſtoricum: alterum authenticum: tertium neque hiſtoricum, neque authenticum, ſed puram chartarum collectionem complectens.

IV. Antiquiora Chartaria quædam hiſtorica ſunt, in quibus ita connectuntur vetera monumenta, ut rerum eo in loco geſtarum ſeries ſimul explicetur, & ex illis monumentis eliciatur. Id præſtitit ſæculo decimo labente Folquinus Sithienſis monachus, cujus collectio ita incipit. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, incipiunt*
F *Capitula primæ diſtinctionis libri de geſtis Abbatum & privilegiis Sithienſis cœnobii, & de traditionibus poſſeſſionum, quæ à Fidelibus ſub uniuſcujuſque illorum tempore huic loco cum cartarum inſcriptione ſunt conceſſæ.* Conſtat capitulis LXXXI, quibus ſubjunguntur capitula XI de eleemoſynis. In præfatione verò hæc leguntur. *Hunc tantummodo codicem de membranulis in unius libri cumulavimus corpus: ut ſi forſan quis iſtius loci poſſeſſionum inveſtigandarum fuerit avidus, ad hunc recurrat. Ibi numerum & nomina invenire poterit quantocius ſub prætitulatione annorum dominicæ Nativitatis, vel tunc temporis cujuſlibet Regis aptè conjunctum, prout noſtræ erat poſſibilitatis.* Folquini collectio deſinit in Adalolfo Abbate, ſub annum DCCCCLXI, Deum conteſtantis, ſe nihil aliud ſcripſiſ-

a *Vide lib. 1 cap. 7 num. 5.*

ſe, *niſi quod in exemplariis antiquorum potuit reperire, aut ſtrenuis viris narrantibus* (nem- A
pe quæ ad hiſtoriam pertinent) *agnoſcere.* Tum ſubdit. *Reliquas verò cartas per diver-*
ſorum miniſteriorum officia deputatas curavi ſeparatim inſcribere, ut quod unicuique miniſte-
rio diſtributum erat, faciliori inquiſitione poſſet inquirens indagare. Seſqui-ſæculo poſt Fol-
quinum, idem opus perſecutus eſt Simon ejuſdem loci monachus, qui opus ſuum
inſcripſit Lamberto Abbati, agens de geſtis Abbatum à Roderico: *quorum geſtis,*
inquit, *breviter ſummatimque deſcriptis, cartas nihilo minùs ſeparatim in uno volumine à*
mea exiguitate deſcribi voluiſtis, quas tam Principum, quàm diverſorum Præſulum auctori-
tate ad utilitatem devitandæ controverſiæ vel pacis continuæ de traditionibus & diverſis fide-
lium commutationibus, vel de quacumque utilitate eccleſiæ poſteris confirmatas reliquerunt: ut B
futurorum incuria, cognitâ eorum vivaci induſtriâ, memoriale bonorum operum non lateret in
ſæcula. Poſtmodum addit ſe hac in re imitatum fuiſſe *quemdam loci hujus cœnobitam,*
Folquinum nomine, qui juſſu ſui Abbatis pæne omnium hujus cœnobii Rectorum, à tempore ſan-
ctiſſimi Patris noſtri Bertini invicem ſibi ſuccedentium, uſque ad tempus domni Adalolfi,
qui in catalogo XXVIII *ponitur, compendioſè geſta, cartaſque digeſſit:* ſimulque devitaſſe
anteceſſorum ſcriptorum torporem, *qui ſex Abbatum à ſemel dicto paſtore Adalolfo uſ-*
que ad Rodericum, facta inſcripta reliquerunt. Hic eſt Simon Abbas, quem anno M C
XLVIII obiiſſe legimus.

Ex his intelligimus, Folquinum & Simonem in Chronici formam ita redegiſſe C
cœnobii ſui inſtrumenta, ut aliam ſeorſum ediderint eorum collectionem, quæ
meram chartarum ſeriem contineret in gratiam eorum, qui variis officiis ac nego-
tiis præfecti erant.

V. Idem etiam præſtitit poſt medium ſæculum XII Johannes Beraldi monachus
Caſaurienſis. Is quippe monaſterii ſui monumenta in unum collegit, appoſita ad
marginem continua inſtar Chronici narratione: cujus Chronici libros duos vulga-
vit Andreas Cheſnius in tomo tertio rerum Francicarum: alium Acherius noſter in
Spicilegii tomo quinto, cum paucis diplomatibus & inſtrumentis ex plurimis, quæ D
in illa collectione continentur. Notiſſimum eſt eruditis hujus urbis Chartarium,
quod quidem autographum eſt, majoribus foliis conſtans, ac figuris ſubinde illuſtra-
tum. Deeſt porro apud Cheſnium & Acherium auctoris præfatio, ex qua huc non-
nulla referenda ſunt ad propoſitum noſtrum. Titulus ita habet. *Incipit prologus in*
libro inſtrumentorum de poſſeſſionibus, rebus, ſive dignitatibus, quas Caſaurienſe monaſterium
habuit, habet, vel habere debet. Et poſt pauca: *De poſſeſſionibus verò & dignitatibus mo-*
naſterio collatis habuit multa regalia præcepta, & copioſa cartarum inſtrumenta: ſed poſtea
peccatis exigentibus, ſicut de poſſeſſionibus multa perdidit, ſic de regalibus privilegiis & in-
ſtrumentalibus cartis multo plura ob culpam & neglegentiam quorumdam amiſit. Nos igitur
moderno tempore, licet ingenio & ſcientia juniores & imperiti, tamen ſuper hoc divinitus ſol- E
licitati, cum ingenti tædio & labore reſiduum omne cartarum ipſarum revolvimus, & ad
honorem beati Clementis, & munimen & profectum ſanctæ ſuæ domus, de eiſdem cartis,
tamquam in unum opus librum ordinantes compoſuimus: ne videlicet cauſa vetuſtatis, vel
per neglegentiam, ſicut olim amittantur: & maximè ut Abbatia ſancti Clementis Caſaurien-
ſis, quòd excellenti & principali jure ſemper fuerit regalis, non ignoretur à poſteris. Hæc er-
go duplex iſtius collectionis cauſa: quæ collectio duas habet partes. Prima chartas
continet, quæ cum rebus venditione vel dono in monaſterii cenſum comparatis
traditæ ſunt à poſſeſſoribus, quarum nonnullæ regnante Carolo Magno conditæ
leguntur. Secunda pars eſt de illis inſtrumentis, *quæ monaſterio ſunt intitula-* F
ta, incipiendo *ab ipſo fundatore ſuo domno Ludovico Auguſto*, & *ſeriatim* ſubnotando
ea per tempora & ſucceſſiones Abbatum. Nec illud prætereundum, quòd *exordia ſeu*
concluſiones inſtrumentorum complurium reſecuit collector, ne *volumen voluminis mo-*
dum excederet. quod in aliis etiam Chartariis factum eſt non rarò. Ante hanc autem
collectionem exſtabat in eodem cœnobio liber *ex cartis inſtrumentalibus compoſitus*, id
eſt chartaceus, quem Chartularium vocant. Hæc ſingillatim admonere aliquod ope-
ræ pretium duxi, ut perſpicua ſint, quæ de Chartariis hiſtoricis dicturi ſumus: qua-
lia ſunt Beſuenſe, Divionenſe ſancti Benigni, Centulenſe ſancti Richarii, Came-

A racenſe Balderici, & alia id genus, quæ prolixiorem habent rerum geſtarum hiſtoriam, quàm illa duo Sithienſe, & Caſaurienſe.

VI. Secundi generis Chartaria vocamus authentica, quæ ex ipſis autographis deſcripta, ad eadem recognita ſunt per publicos Notarios, qui ſingulis paginis ſignum ſuum, aut certè in fine ſubſcriptionem appoſuerunt. In hoc genere ſunt Latiniacenſe ſæculo XV, & Calenſe ineunte ſæculo XVI condita.

VII. Tertii denique generis ſunt ea, quæ nec hiſtorica ſunt, nec authentica: ſed quæ puram inſtrumentorum collectionem continent, à privatis ſcriptoribus factam abſque publica auctoritate & recognitione. In his optimæ notæ eſt Chartarium cœ-
B nobii ſanctæ Sophiæ Beneventani, de quo poſtmodum agemus. Talia ſunt pleraque Chartaria, quæ in eccleſiis tum cathedralibus & collegiatis, tum cœnobialibus habentur jam inde à ſæculo X. De horum omnium auctoritate agendum eſt.

VIII. Et primo quidem hiſtorica illa, quin eamdem ſaltem cum ſcriptoribus hiſtoricis habeant, nemo jure infitiari poteſt: iiſdemque indiciis diſtingui poteſt eorum auctoritas, atque aliorum hiſtoricorum. Unde ſi ex ipſa narrationis ſerie & ex chartarum accurata deſcriptione explorata ſit eorum diligentia & fides; de eorum auctoritate dubitare ſanè iniquum eſſet. Nam ſi in rebus etiam ſacris, quæ ad religionem pertinent, admittitur hiſtoricorum teſtimonium: quanto magis in civi-
C libus, ubi perſpicuæ ſunt referentis bonæ dotes? Hinc fit, ut ex Chartario illo Caſaurienſi, itidemque ex Sithienſi, paullo minorem exemplis relatis fidem, quàm autographis ipſis adhibendam eſſe exiſtimem: propterea quòd chartarum exempla in iſtis relata ab omni ſuſpicionis labe prorſus immunia videantur.

IX. Idem potiori jure cenſendum eſt de Chartariis authenticis, cùm publicæ auctoritatis notam habeant, id eſt Notariorum publicorum recognitionem ac teſtimonium. Neque obſtat, quòd illa recognitio partibus inauditis facta eſt. Nulla quippe major alia in ejuſmodi collectaneis univerſalibus religio adhiberi poteſt: nec ſanè æquum eſſet, ut amiſſis ſemel autographis (quæ cùm fragili materia conſtent,
D variiſque caſibus ſint obnoxia, facilè depereunt) ſimul periret inſtrumentorum deſcriptorum ac recognitorum auctoritas, quæ vix ullo alio modo univerſim reſarciri poterat. In exemplis quidem quæ fervente lite aliqua fiunt, partes adverſas iis conferendis intereſſe æquum eſt: at in iis quæ ante hominum memoriam, longè ante litem facta ſunt, hæc lex obtinere non poteſt.

X. Sed major eſt difficultas de aliis Chartariis, quæ nec hiſtorica ſunt, nec à publicis Notariis approbata. At ſi res æquis animis expendatur, non poteſt eis in foro denegari juſta fides, maximè ſi vetuſta ſint, & longè ante primam controverſiæ, qua de agitur, originem deſcripta. Primo enim longam rei poſſeſſionem, ac proinde piæ-
E ſcriptionem probant, qui titulus eſt jure comprobatus. Deinde ſi mortui hominis diarium, ſi mercatorum indices libelli in cauſis forenſibus obtinent: quidni etiam vetuſtis illis codicibus idem tribuatur?

XI. At corrupta ſunt, ais, in illis chartariis quædam inſtrumenta: ſpuria etiam nonnulla. Sed permulta ſunt omnino integra Chartaria, quæ nulla ſuppoſiticia monumenta continent. Eo in numero ſunt traditionum Fuldenſium libri duo, Patriciacenſis codex à Perardo editus, Chronicon immo Chartarium ſanctæ Sophiæ Beneventanum apud Ughellum; Brivatenſe Chartarium optimæ notæ ante annos ſexcentos exaratum: quod idcirco hîc noto, quoniam à viris doctis hujuſce urbis tra-
F ctatum eſt, uti & libri mox dicti, qui typis vulgati exſtant. Cur ergo ex hiſce monumentis teſtimonia proferri non poſſint ad hiſtoriam illuſtrandam? ſi ad hiſtoriam, cur non etiam ad forenſes cauſas? Non enim minùs grave eſt veritatis, quàm levis poſſeſſiunculæ periculum & damnum. Et certè cum ſcopum præ ſe habuerunt ejuſcemodi chartarum collectores: qui ſcopus haud dubiè ipſis non veniſſet in mentem, niſi ſuo tempore iſtorum librorum recepta fuiſſet auctoritas. Audi collectorem Beneventani ſanctæ Sophiæ monaſterii apud Ughellum [a]. *In nomine ſanctæ Sophiæ, anno Incarnationis domini noſtri Jeſu-Chriſti milleſimo centeſimo decimo nono. Equidem omnia, tam Principum, quàm Imperatorum, necnon Beneventanorum, aliorumque probatiſſi-*

[a] *Ital. ſac. tom.* 10 *col.* 570.

morum virorum exempla præceptorum hoc in libro generaliter ſtudium fuit annotare: quatenus ſi quid rerum tam poſſeſſarum, quàm conceſſarum quidem eccleſiæ, ſive in inſtanti, ſive in præterito, ſive in futuro tempore, per ſupradictarum perſonarum præcepta quæſtiones oriantur; facilè in primis ad hunc libellum recurratur. Deinde per ſingulum quod quæritur præceptum, ſine labore atque ambiguitate, titulo quidem inſpecto, & libelli diviſione conſiderata, ſpecialiter perveniatur: quo ex præcepto AUCTORITATE *ſumpta* INVIOLABILI, *ſupra dictæ quæſtioni ſatisfieri valeat.* Hinc ergo *auctoritatem inviolabilem* deſumi perſuaſum habebant iſti collectores, nimirum ex uſu ſæculi ſui. A

Verùm autographa non ſunt hæc inſtrumenta. An verò autographæ ſunt ſcripturæ ſacræ, quibus res una omnium præſtantiſſima, nempe religionis dogmata & ſalutis æternæ arcana continentur? An autographa ſunt Sanctorum Patrum ſcripta, quæ tantam apud omnes auctoritatem, & meritò quidem obtinent? Denique an autographæ ſunt leges codicis Theodoſiani aut Juſtinianei, quibus tanta in foro obſervantia impenditur? B

Si reponas in exemplis veterum Chartariorum errata eſſe & mendas: reponam ego & in omnibus veterum ſcriptorum exemplis reperiri etiam non pauca. Et quantos in codice Theodoſiano (ne quid de aliis afferam) nævos, quanta errata deprehendit præſtantiſſimus vir Jacobus Gothofredus, ut probat caput tertium ejus Prolegomenωn, quod eſt *de nævis & erroribus* codicis Theodoſiani. Et quoniam notarum chronicarum mendæ in exemplis Chartariorum ſæpiſſime objiciuntur; idem etiam in codice Theodoſiano advertit Gothofredus, & cum eo viri docti. Verba ejus huc affero. *Vitium quoque frequens*, ait, *in inſcriptionibus & ſubſcriptionibus legum, veluti in Imperatorum nominibus adſcribendis vel omittendis: in conſularibus item non rectè aut plene deſignandis. Quod videre eſt in Conſtantinianeis & Valentinianeis. Unde ea chronologiæ confuſio enata, quam reſtituere hodie operoſum ſæpe videatur.* Neque dici poteſt hos errores à recentioribus fuiſſe admiſſos: cùm eos partim errores, etiam ante conditores codicis, in ipſas leges irrepſiſſe cenſeat idem auctor. *Quamquam pro conditoribus dici poſſit, in eos partim errores illos jam antea admiſſos incurriſſe, vel partim poſt demum à librariis commiſſos fuiſſe.* Hos ergo nævos Gothofredus refundit partim in exempla codice antiquiora, partim in ipſos codicis conditores, partim denique in librarios ſeu exſcriptores codicis. Quod ſi tot nævi, ſed maximè characterum chronologicorum, non obſtiterunt, quo minùs per Orientem & Occidentem hic codex, immo ejus breviarium per Gallias & Hiſpanias evaſerit in legem[a]: nulla exceptio legitima afferri poteſt in exempla chartariorum, quo minùs fidem in judiciis mereantur, etiamſi minuti iſti nævi in his occurrant, maximè ſi vetera ſint, & bonæ notæ chartaria. C D

[a] *Gothofredi proleg. cap. 5 & ſeqq.*

XII. Amplius dico, quamvis in nonnulis chartariis vetuſtis ſpuria ſint quædam inſtrumenta; non tamen aliis eſſe denegandam fidem. Quocirca obſervandum eſt, codices ejuſmodi paſſim ab imperitioribus fuiſſe deſcriptos, qui quælibet inſtrumenta vetera citra delectum transſcribebant: & ſi quod occurrebat falſum, illud promiſcuè cum veris ac legitimis confundebant. Hæc porro confuſio non ex malo ſcriptorum ingenio, ſed ex materiæ ſubjectæ qualitate proceſſit. Unde in iſtis non valet illud: *Semel malus, ſemper præſumitur malus.* cùm ſine dolo malo falſa veris permiſcuerint. Utendum itaque eſt delectu in illis Chartulariis, nec quidvis ſtatim aut probandum, aut rejiciendum, nec ex alio de aliis judicandum. Eadem in his cautela ac prudentia adhibenda eſt atque in teſtium ſuffragiis. Non omnes teſtes veraces ſunt, non omnes falſi: ſed quidam falſi multos inter veraces. Ex eorum tamen teſtimonio pendent plurimæ cauſæ, etiam graviſſimæ. De eorum qualitate judicant prudentes arbitri: nec eorum ſuffragia rejicere poſſunt, niſi aliunde refutentur aut infirmentur. Ut paucis abſolvam, multæ in Decretalibus Pontificum detectæ ſunt falſæ litteræ, quæ per multa ſæcula pro legitimis habitæ ſunt. Nuper earum obſervata eſt impoſtura: nec tamen aliæ genuinæ, quæ illis permiſtæ erant, exciderunt à jure canonicæ auctoritatis. Eſto itaque in quibuſdam Chartariis occurrant quædam falſa inſtrumenta veris commiſta: hic delectu ac judicio opus eſt: ſed illa E F

A cenſura ſeverior cenſenda eſt, quæ ob unum falſum cetera reprobet: præſertim cùm pleraque falſa proceſſerint ex veris amiſſis, ut in libro primo expoſuimus[a].

XIII. Quæ hactenus dixi de exemplis chartariorum, ea præcipuè locum habere debent in iis, quæ longa poſſeſſione ac præſcriptione firmata ſunt. Ubi obſervandum venit id, quod docet Hermannus Conringius Juriſconſultus in cenſura[b] diplomatis Ludoviciani, nempe *præſcriptionis immemorialis vim magnam eſſe, ſed non niſi circa veras & propriè, non autem μεταφορικῶς dictas poſſeſſiones. verè autem & propriè poſſideri demum illa poſſe, quæcumque ſubjacent humano dominio aut arbitrio. At in quæ hominibus dominium vel arbitrium non competit, illa nec verè poſſideri, nec uſucapi ab hominibus* B *poſſe. Jam autem*, inquit, *veritas aut falſitas enuntiationum non obnoxia eſt dominio aut arbitrio humano: nec ergo poterit quiſquam ſuo arbitrio quod falſum eſt, verum; quod verum eſt, falſum reddere. Nullus circa veritatem & falſitatem uſucapioni, nullus proinde præſcriptioni eſt locus. Per aliquot mille annos licet habitum fuerit verum id quod falſum eſt; nihilo minus & in æternum manebit falſum. Nulla igitur eſſe etiam poteſt vera poſſeſſio humana creditæ alicujus exiſtimationis diplomatis cœnobialis*, ſi quidem repugnat ejus exiſtimationi falſitas. *Alia autem eſt ratio ipſarum rerum, de quibus agit diploma. Illæ enim in dominio ſunt hominum: adeoque circa illarum poſſeſſionum locus eſt poſſeſſioni immemoriali. Et verò præſcriptionis vim ab ipſo eſſe naturali, non autem à ſolo dependere civili jure; va*C*lere quoque in iis etiam, quorum primus poſſidendi titulus iniquus fuit; demonſtravi capite* XIX *operis de finibus Imperii Germanici n.* V. Ita Conringius. Quod ſi valet præſcriptio in iis, quorum iniquus eſt à principio titulus: quanto magis in iis, quorum tituli veteres antiquam poſſeſſionem probant, nec ullis rationibus legitimis infirmari poſſunt, niſi quòd autographis amiſſis in ſolis chartariis reperiantur?

De præſcriptione cum Conringio idem cenſet Wilthemius, eruditus Societatis Jeſu Theologus & Sacerdos. *Ipſa adeo publica inſtrumenta*, inquit[c], *recepta in judiciis, obſignata ceris, magnorum nominum roborata ſcriptionibus; vocantur in controverſiam ab hiſtoricis: & ſæpe quod in foro probavit judex, in muſeo condemnat litteratus. Qua in re mo*D*dum ego adhibuerim, atque ita attemperem omnia, ut diplomatis talibus, quamvis ea merito rejiciant eruditi à teſtimonio ferendo in re hiſtorica; ſua tamen fides & auctoritas coram Prætore & aſſeſſoribus maneat.* Id verò multis exemplis probat idem Wilthemius, ſentitque, ejuſmodi diplomata pro autographis expoſita, quæ contra hiſtoriam & notas chronologicas peccant, appellanda non eſſe *conficta*[d], non *ſuppoſititia, ſpuriave*: ſed *ſuffecta, ſubſtituta, aut vicaria* legitimorum. Tum addit[e]. *Non me quidem fugiunt Juriſconſultorum ſcita ſevera adverſus ſcripta falſa atque conficta. Sed valuerint iſtæ leges contra falſarios: hæc vicaria diplomata pro confictis atque falſis non habebantur: quippe ſcripta auctoritate Regum atque Imperatorum, ut ſummam rei ex vero continerent, hoc eſt dona*E*tiones, fundationes, privilegia, & id genus alia. quæ de cetero Notarii, homines candidi & antiqui moris, condebant ex ſuo vel dictantium ingenio, iis adhibitis verborum formulis, perſonarum nominibus, temporum notis, quas pro ſuo captu ad rem eſſe arbitrabantur. Atque ut iſta ſine dolo malo in publicum emittebantur: ita minimè argutè aut ſcrupuloſè excutiebantur in curia; judicibus in ſummam rei dumtaxat intentis, nihil autem ſollicitis, an talia ſcripta eſſent cancellata, an ſignata, an ceris affixis munita, an dies & Conſules rectè aut perperam notata haberent.* Rem finiet Chlotharii Francorum Regis, eo nomine primi, conſtitutio generalis[f] in hæc verba. *Quidquid Eccleſia, clerici, vel provinciales noſtri, intercedente tamen juſtæ poſſeſſionis initio, per* XXX *annos inconcuſſo jure poſſe*F*diſſe probantur; in eorum ditione res poſſeſſa permaneat; nec actio tanti ævi ſpatiis ſepulta, ulteriùs contra legum ordinem ſub aliqua repetitione conſurgat, poſſeſſione in jure ſine dubio permanente.* Tam diu porro *juſtum poſſeſſionis initium* cenſeri debet, quamdiu probari non poteſt mala fides, amiſſis licèt primariis inſtrumentis, quæ nec ſemper durare valent, nec auctoritatem amittere debent ob vitiata exempla.

XIV. Hîc mihi occurrit aliquis, & præfractè negat, archiva monaſteriorum poſſe publica cenſeri, quemadmodum epiſcopalia, in quibus olim publica inſtrumenta reponebantur ad publicam fidem. Ego verò aſſentior, in archivis epiſcopalium ſedium recondita fuiſſe publica Fidei monumenta[g], id eſt conſtitutiones Sy-

a *lib.* 1 *cap.* 6.

b *Conring. pag.* 351.

c *apud Papebroch. in Propyl. num.* 67.

d *ibid. num.* 68 & 69.

e *num.* 70.

f *Sirmund. tom.* 1 *Conc. pag* 318 & *alibi.*

g *Vide lib.* 1 *cap.* 2 *num.* 8.

nodorum & Pontificum ; atque adeo majoris momenti res , quæ in unaquaque A provincia aut diœceſi condebantur. Unde Catholici à Donatiſtis de Conciliis tempore perſecutionis habitis ſollicitati reſponderunt [a], quòd *tunc inquirere , & ad horam veteres chartas in archivis eccleſiaſticis diſcutere non poterant.* Præter ea in Oriente , & fortè etiam in Africa, in epiſcopalibus archivis conſignabantur Brevia ſeu Indiculi piarum donationum, ut patet ex canone primo Synodi CP. primæ & ſecundæ, & ex Juſtiniani Novella LXV. At nego in hiſce provinciis quarumcumque donationum acta primaria quondam relata fuiſſe in tabularia epiſcopalium eccleſiarum : ſed admodum diplomata Regum præcipua , aut Reginarum , aliarumque primi ordinis perſonarum , ſi quando id ab Epiſcopis poſtulabant. Huc ſpectant ea , quæ B de chartis pariculis ſuperiùs dicta ſunt [b]. Inde eſt , quòd ſancta Radegundis Regina ſuum ipſius teſtamentum *in univerſalis Eccleſiæ archivo ſervari* effuſis lacrimis deprecatur in epiſtola [c] ad Gallicanos Epiſcopos , nimirum in archivis omnium epiſcopalium eccleſiarum, aut certè metropolitanarum : *quatenus* , inquit , *ſi contra improbos aliquos neceſſitas exegerit , ut veſtra defenſione ſoror mea Agnes Abbatiſſa vel congregatio ejus , ſuccurri ſibi popoſcerint , veſtræ miſericordiæ pia conſolatio opem paſtorali ſollicitudine ſubminiſtret.* Non ergo tam ad publicam fidem id poſtulabat Radegundis , quàm ad præſidium monaſterii ſui. Sic in archivo palatii ſervabantur exemplaria præcipuorum monumentorum , exempli causâ , Præcepti primi Ludovici Pii [d] pro Hiſ- C panis , cujus tres deſcriptiones eſſe voluit ; unam , quam Epiſcopus civitatis haberet : alteram , quam Comes ; tertiam , quam ipſi Hiſpani. *Exemplar verò earum*, ſubdit , *in archivo palatii noſtri cenſuimus reponendum* ; *ut ex illius inſpectione , ſi quando , ut fieri ſolet , aut ipſi reclamaverint , aut Comes , vel quiſlibet alter contra eos cauſam habuerit, definitio litis fieri poſſit.* Idem de ſecundo Præcepto ab eodem ſancitum eſt [e]. Itaque publica [f] erant palatii, epiſcopaliumque ſedium archiva, quoniam ejuſmodi monumenta inſigniora in eis recondebantur : ſed nequaquam minuta illa ſingularum eccleſiarum inſtrumenta , quæ apud unamquamque reponebantur eccleſiam. Quod ſi aliquando inde paricula fiebant ; illis partibus , quarum intererat , ſingula exem- D plaria committi mos erat. Id tot argumentis perſpicuum eſt , ut probatione non indigeat. Quare nulla ejuſmodi exemplarium copia , nulla regeſta chartarum cœnobialium in archivis Gallicanarum ſedium epiſcopalium reperiuntur , niſi fortè quædam caſu iſtuc allata.

At , inquis , coram Epiſcopis fiebant eccleſiis donationes. quid ita , niſi quia earum exemplaria penes ſe in teſtimonium reſervabant ? Immo verò id fiebat , ut publicè fieri cenſeri poſſent. Ad hoc enim exigebatur præſentia publicæ perſonæ. Deinde ut per Epiſcopum à donatore in Eccleſiam tranſmitteretur rei traditæ poſſeſſio. Priorem ob cauſam ſæculares aliquando coram Epiſcopis ſe ſiſtebant ad E faciendas inter ſeſe chartas venditionis , commutationis, aliaſque : cujus rei exempla bene multa exſtant in Chartario Ducum Burgundiæ. Quin etiam id Abbatibus nonnumquam tribuebatur. Unde Abbates ſancti Benigni & ſancti Stephani apud Divionem in eodem Chartario teſtantur, Guidonem Latinerium domicellum in præſentia ſua conſtitutum recognoviſſe , ſe in perpetuum conceſſiſſe *viro illuſtri Duci Burgundiæ* Hugoni , *quidquid habebat apud Achereium & Potengeium :* in cujus rei teſtimonium rogatu ipſius Hugonis ſigilla ſua appoſuerunt anno Domini M CC XLIII.

Non tamen infitior , quin aliquando una ex chartis pariculis donationum mo- F naſteriis factarum in eccleſiis epiſcopalibus ſervaretur , maximè quando earum auctor Epiſcopus erat : immo etiam privatis nonnullis id conceſſum , cùm ad majorem cautelam id neceſſarium eſſe exiſtimabant. Ita Tadelbertus , qui & Tado , *Notarius ſacri palatii* apud Ticinum , donationis ab ſe cœnobio Ambroſiano factæ *tria ſcripta in uno tenore* fieri curavit [g] anno M LIII. *ut unum in ſacratario ſanctæ Mariæ*, quæ eccleſia cathedralis eſt, *ad memoriam & ſecuritatem haberetur : aliud in monaſterio ſancti Ambroſii : tertium in ſua poteſtate* , & poſt ſuum diſceſſum in poteſtate conſanguineorum ſuorum : *ita ut ſemper haberent providentiam & ſtudium de ſua ordinatione obſervanda.*

[a] *Brevic. collat. 3 cum Donatiſt. cap. 17.*

[b] *lib. 1 cap. 2 num. 7.*

[c] *Greg. Tur. lib. 9 cap. 43.*

[d] *Capitul. tom. 1 col. 552.*

[e] *ibid. col. 572.*

[f] *ibid. col. 563.*

V. donationem ſeu teſtamentum Vandemiris ſuperius memoratum.

[g] *Puricell. pag. 429.*

A *obſervanda.* Contra verò Petrus Mediolanenſis Antiſtes, eidem cœnobio donatione facta, præceptum [a] hac de re non alibi, *quàm in ipſo monaſterio tradidit conſervandum* anno Chriſti DCC XC. Itaque in monaſteriorum archivis ejuſmodi inſtrumenta, publica auctoritate facta, quæ ſcilicet in rem loci erant, aſſervabantur, nullo alibi relicto paſſim exemplari, niſi in iis caſibus, iiſque locis, de quibus mox diximus. a id. pag. 21.

CAPUT VI.

B *Epilogus & concluſio præmiſſorum, cum nonnullis obſervationibus neceſſariis.*

VEntum eſt tandem ad partem extremam deſtinati operis, cujus ſi tantam principio difficultatem, quantam poſtea expertus ſum, animo concepiſſem, numquam tam arduam provinciam aggredi veniſſet in mentem. Sed primùm occurrit blandientis argumenti jucunda facies, quæ tum ſua novitate, tum ingeſta publicæ utilitatis ſpecie refugientem alliciebat, invitabatque. Dein conjecta in claſſes tumultuariæ operæ collectanea, quæ brevem ac facilem mihi exitum promittebant, qua-C lem exigebat afflictæ valetudinis ſtatus. Ad hæc ſocium viæ ac laboris ſe ferebat noſter Michaël Germanus, qui improbo labore libros, archiva, veteres chartas, autographa ſcripturæ pluſquam barbaræ revolvebat, eruebatque. His quaſi promulſidis illecebris captus itineri me commiſi. neque enim tam promtus ac facilis curſus fuit, ut navigio conferri poſſit. Certè aliquando ſe ſe offerebat grata & inoffenſa planities: at multoties alibi cæſpitandum fuit per ſalebroſa & aſpera loca. Sed tandem ex his ambagibus Deo favente emergere cœpimus in jucundiorem & expeditiorem locum, quem ſequentibus libris aggrediemur. Verùm antequam id exſequimur, ſtudioſos Lectores, quibus hoc noſtrum qualecumque opus devotum dona-D tumque eſſe cupimus, exoratos velimus, ut dicta à me eodem quo ſcripta ſunt animo excipiant, nec in ſequiorem rapiant partem, ſed bona fide, æqua lance, ſalvâ cujuſquam injuriâ benignè omnia interpretentur, iis ſanè conditionibus, quas hîc apponere viſum eſt.

I. Omnibus perſuaſum eſſe debet, me nec omnia huic operi neceſſaria legiſſe, nec obſervaſſe; ſed multa, quantumvis diligenti, excidiſſe: ideoque ſi quas hîc trado regulas, pro communioribus eſſe habendas, non interpretandas ſevero ac ſummo jure. quod etiam atque etiam opto & efflagito.

II. Magna prudentia, eruditione ac moderatione ſumma opus eſſe, ut vetera inſtrumenta legitimè examinentur; nec cuivis illotis manibus id tentandum.

E III. Semper judicandum in partem favorabilem, ubi res longa poſſeſſione firmata eſt, ut leges civiles & canonicæ præcipiunt.

IV. Non ex ſola ſcriptura, neque ex uno ſolo characteriſmo, ſed ex omnibus ſimul de vetuſtis chartis pronuntiandum. Neque enim unum eſt in uno ſæculo, unave provincia ſcripturæ genus, ſed varia, ut de noſtro experiri licet: nec poſſunt omnes unius ſæculi ſcripturæ ad amuſſim repræſentari.

V. Unum aut alterum defectum, modò eſſentialis non ſit, legitimis autographis obeſſe non debere: cùm in ſinceris diplomatibus nonnullis, quæ vidimus, quidam occurrant ejuſmodi leviores defectus, ut in quodam autographo Philippi I omiſſus F fuerat numerus M, qui ſuper lineam alio atramento poſtmodum adſcriptus eſt. Erratum etiam in autograpbo Willelmi Archiepiſcopi Remenſis, ubi Henrici deceſſoris ſui litteras recognoſcit, datas *anno* M C LXVII, pro quo Villelmus habet numero integrè deſcripto, *anno Verbi incarnati milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto*, ut aliàs [b] fuſiùs expoſui. b lib. 1 cap. 7 num. 5.

VI. Hiſtoricorum aut inſcriptionum teſtimonia legitimis chartis non ita præjudicare debere, ut illorum præferatur auctoritas. Siquidem errata non levia auctoribus etiam æqualibus ſubrepunt aliquando: qualia duo commiſit [c] ſanctus Eulogius, c Eulog. Memor. lib. 2 cap. 7.

judice Morale, in conſignando martyrii tempore Nunilonis & Alodiæ virginum, A
tametſi earum æqualis & conterraneus erat. Et ut ex profanis exemplum deſumam; Cornelius Nepos, *rerum memoriæ non indiligens*, *Marci Ciceronis maximè amicus familiariſque*, in primo librorum, quos de vita illius compoſuit, erraſſe videtur A. Gellio, ſcribens, *tres & viginti annos natum primam cauſam judicii publici egiſſe, Sextumque Roſcium parricidii reum defendiſſe.* Nam viginti ſex annos tum ei tribuendos A. Gellius [a] probat. Sed ut ad noſtra veniamus, quis in aſſignando die unctionis Ludovici Magni, modò feliciter regnantis, numiſmatum hac de re cuſorum fidem & auctoritatem non præferat quibuſvis aliis monumentis? Et tamen mutato indicto die, quatuor aut quinque diebus poſterior fuit regia coronatio, ut omnibus notum B
eſt. Non ergo ſemper in diplomatum præjudicium citari debent hiſtorici & tituli, quantumvis authentici & æquales. Quamquam ſcriptoribus diplomatum, quippe non admodum aliquando peritis, proclive fuit errare in ſcientia hiſtoriæ veteris: quod contigiſſe puto in privilegio [b] Epiſcoporum pro Curbionenſi monaſterio, quod conditum dicitur *tempore Theoderici Regis*: cùm rectiùs in ſancti Launomari vita [c] legatur, *Chilperici.*

VII. Additiones Incarnationis, Indictionis, gloſſematum, aliorumque ſimilium maximè in exemplis ſeu apographis, non officere inſtrumentorum veritati. quandoquidem venerabilis Beda hæc admiſit in reſcriptum Honorii Papæ, ſicut expoſui [d] C
ſuo loco. Ita in duobus diplomatibus Carolomanni Bajoariorum Regis poſt clauſulæ verba extrema, *feliciter amen*, additus eſt [e] annus Incarnationis explicandi causâ, nullo certè dolo malo. Idem dicendum de nominibus propriis, compendio, id eſt unâ dumtaxat primâ litterâ, ſcriptis, quæ in exemplis malè plerumque reddita ſunt integra. Sic cùm in antiquis manuſcriptis Novellæ LIX & C XXXI litteris ſingularibus notatum eſſet *S. M. Samſon*, malè in latinis editionibus Novellæ C XXXI exceptum, *ſanctæ Mariæ Sanſo*, pro *ſanctæ memoriæ*, ut Nicolaus Alemannus [f] in Procopium obſervavit.

VIII. Puniendos utique falſarios, atque eos, qui falſis inſtrumentis dolo malo D
abutuntur: ſed revincendos etiam pſeudocriticos, qui quodlibet temere falſi inſimulant. Utrique proviſum eſt à Ludovico Magno Rege Chriſtianiſſimo, qui falſariis manum præſcindi; & falſi actoribus quadringentis francis conſtare edictis ſuis juſtiſſimè ſanxit.

IX. Si quid utilitatis ex hoc opere emerſerit, id totum aut certè præcipuum eſſe referendum archivis monaſteriorum noſtrorum, præſertim Dionyſiano, cujus copia à reverendo Patre domno Claudio Martino tum Priore nobis liberaliter facta eſt.

X. Si qua in multis optimis falſa, aut vitiata diplomata occurrunt, non continuò monachis inſultandum aut improperandum: tum quia id antiquis temporibus, E
non noſtris tribuendum eſt: tum quia collegia propè nulla, pauciſſimæ eccleſiæ aut familiæ immunes ſunt ab hac labe, uti à mendacio nemo hominum. Ejus generis ſunt charta Canonicorum Haleſacenſium apud Coccium in ſuo Dagoberto pag. 158. alia item Canonicorum ſancti Aredii in Miſcellaneis Labbeanis pag. 453. Sancti Hilarii Pictavienſis pag. 394. pro Vienna & Arelate in hiſtoria Provinciæ per Honoratum *Bouche* tomo 1 pag. 734. Alia itidem aliarum eccleſiarum in variis Italiæ ſacræ tomis, quale eſt diploma ſuppoſiticium Theodoſii junioris in tomo 2 col. 9. His adde bullam Leonis IX pro ſancti Mauricii eccleſia Agaunenſi apud Guichenonem in Bibliotheca Sebuſiana pag. 315. quæ bulla ſi non prorſus ſpuria, ſaltem inter- F
polata videtur. Sed temperandum eſt ab invidioſo catalogo, ne in cujuſquam ordinem convicium regerere videamur.

XI. Denique ſi quid quod in aliorum detrimentum aut injuriam quoquo modo vergat, à me hoc in commentario ſcriptum ſit, id pro indicto haberi velim, ſalva cujuſque dignitate.

His conditionibus qui ad legendum huc acceſſerint, iis opus hoc voveo, dico & addico: ſi qui iniquo aut maligno animo; his negatum, detractum, atque abjudicatum eſſe volo. Chriſtus veritas eſto principium atque finis.

[a] Noct. Attic. lib. 15 cap. 28.

[b] Sæc. 4 Bened. part. 1 pag. 250.

[c] Sæc. 1 Bened. pag. 342.

[d] lib. 2 cap. 25 num. 5.

[e] Metrop. Salisb. tom. 3 pag. 61, & ſeq.

[f] Aleman. pag. 9.

B

DE
RE DIPLOMATICA
LIBER QUARTUS,

C *Ubi agitur de Francorum Regum Palatiis, villiſque regiis, in quibus diplomata condita ſunt.*

ARGUMENTI EXPOSITIO.

I EXTREMUM in diplomatibus locum paſſim obtinet loci notatio, in quo regia diplomata conceſſa ſunt. Sub triplici Francorum ſtirpe regia
D variat (ut jam ſuperiùs expoſuimus [a]) ea formula, qua locus dati privilegii deſignatur. Merovingicæ hoc exemplum eſt ex Speciminibus noſtris. *Datum quod ficit minſis December dies* XIII, *anno primo regni noſtri, Compendio villa noſtra in Dei nomine feliciter.* Plerique habent *villa* ſine addito *noſtra*: multis etiam deeſt *villæ* vocabulum. Carolingi *Actum* & *Datum* diſtinguere ſolent: atque alterutrum chronicis notis, alterum deſignando loco aſſignant in
E hunc fere modum. *Data* XIII *Kal. Novemb. anno* V *regni noſtri. Actum Hariſtalio palatio publico in Dei nomine feliciter, amen* addito nonnumquam. Sub tertia ſtirpe res paullo aliter habuit. nam ante vel poſt teſtium ſubſcriptiones ejuſmodi formula legitur: *Actum* ſeu *Data publicè Pariſius regio palatio anno ab Incarnatione Domini*, &c. Quidam *Actum* & *Datum* ſeu *Data* retinent, ut Philippus apud Dublerum [b]; adduntque aliquando [c] *in Dei nomine feliciter*, at ſæpius omittunt contra Meroveadum & Carolidarum morem.

II. Rarius fuit *Palatii* [d] vocabulum in *Datis* ſub prima ſtirpe, ſed communius ſub ſecunda & tertia: adeo ut Epiſcopi, nedum ſæculares Principes, id ſibi aliquan-
F do tribuerint [e] ante annos quingentos. *Feliciſſimum* & *ſacrum palatium* ſuum appellabant ante Carolum Magnum Langobardorum Reges in clauſula diplomatum, ut conſtat in primis ex Chartario [f] cœnobii ſanctæ Sophiæ Beneventani. *Sacri palatii Comes*, imperante Ludovico ſecundo, dictus eſt Heribaldus [g] ex Chronico Caſaurienſi. Sæculo XI *Notarii & Judices ſacri palatii* frequenter leguntur apud Puricellum [g]: ſed in ſubſcriptionibus, non in notatione locorum, ubi data diplomata, de qua modò inquirimus.

III. Multum intereſt ad hiſtoriam hæc locorum notatio: tum quia inde eruitur noritia loci, ubi Princeps tum erat, cùm aliquod diploma daret: tum quia itine-

a *Lib.* 2 *cap.* 26, § 2.

b *Doublet pag.* 839.

c *id. pag.* 825, 838 & 859.

d *Vide ſupra lib.* 2 *cap.* 27 *num.* 10.

e *Puricell p.* 1086, *vide pag.* 692 & 704.

f *Ital. ſac. tom.* 8 *col.* 381 569, & *ſeqq.*

g *Vide ſupra lib.* 2 *cap.* 12 *num.* 13.

h *Puricell pag.* 372, 416, 430, &c.

rum, quæ pro rei publicæ uſu Reges obibant, ratio hinc colligi poteſt, indeque A
certa itinerarii Principum ſeries confici. quod utrumque V. Cl. Jacobus Gothofredus ad Codicem Theodoſianum de legibus animadvertit.

IV. Verùm opponit eruditus Baluzius[a], ex ſubſcriptionibus legum codice Theodoſiano comprehenſarum nihil concludi poſſe ad ſignanda loca, in quibus Imperator tum degebat; idque variis exemplis probare intendit. At quidquid ſit de codice Theodoſiano; ex diplomatibus Regum noſtrorum certa eruitur notitia loci, in quo tunc verſabantur, cùm diploma alicubi dare ſe teſtantur: idque facilè inductione oſtendi poteſt, collatione facta cum hiſtoricis, qui eorumdem Regum itinera obſervarunt. B

[a] *Baluz. in notis ad Lactant. pag. 452 & ſeqq.*

V. Hîc ſiſtendum erat, nec quidquam aliud de palatiis Regum noſtrorum in rem præſentem facere videbatur. At cùm tractando vetera monumenta, variæ nobis obſervationes de illis occurrerint; eas in hunc locum congerere inducti ſumus auctoritate hominum eruditorum, quibus hoc πάρεργον non diſplicuit. Ea quippe fuit illorum ſententia, quorum cenſuræ noſter Michaël Germanus ſubjecit ſuam hac de re lucubrationem. Suam, inquam, potiùs quàm meam. Nam valetudine aliſque rebus impeditus, hanc in eum operam transtuli, utpote qualiumcumque ſtudiorum meorum participem: quam ille haud gravatè ſuſcepit, atque impigrè exſecutus eſt ad omnia, præter locos de Cariſiaco & Silvaco, quos aliquando alia C
occaſione illuſtraveram. Sed jam ipſe verbis ſuis rem ediſſerat.

FRANCORUM REGUM
PALATIA.

NOn magis ad Francici dignitatem Imperii Palatia faciunt, quàm ad Diplomaticæ tractationis integritatem: cùm nullum, aut vix ullum reperire ſit Chriſtianiſſimorum Regum diploma, in quo non alicujus palatii, vel regiæ ſeu publicæ villæ, aut certè fiſci (quod unum idemque ferme ſonat apud Francos veteres) memoria celebretur. Illud verò maximè inde factum eſt, quòd antiqui Francorum Reges, ſive tuendis atque dilatandis regni limitibus, ſeu continendis in officio diverſorum populorum animis indeſinenter intenti, cùm deſultoriam ferè vitam agerent, plures uſibus ſuis addixerint villas: in quibus, & pro regiæ majeſtatis amplitudine, commodè; & abſque gravi ſubditorum diſpendio ſplendidè, quantum res eſſet, commorabantur: & ſicubi deerant ejuſmodi villæ, earum vicem E
ſupplebant *procurationes*[b], quas in nonnullis locis Epiſcopi ſeu eccleſiæ, aliæve perſonæ pendere tenebantur. Et quidem ab ipſis etiam Merovingorum primordiis, auctore Fortunato[c] in carmine ad Condonem Theodeberti Regis domeſticum, D

Florebant pariter veneranda palatia:

quæ quidem nec pauca, nec longiùs ab invicem plerumque diſparata exſtabant, ſed in locis amœnioribus poſita, prægrandibus adhærebant ſilvis, in quibus Reges venationem exercebant. His in locis condita ferè diplomata: Sanctiones illas dico, quæ *Præcepta* vocari ſolent. nam ad Placita vel judiciaria Regum edicta quod attinet, ea ferebantur in annuis Regni comitiis; quæ tamen Placita eo quoque nomine regiis etiam villis conveniunt. quandoquidem generales illi Regum, Pontificum atque Optimatum conventus, nonniſi in ipſis palatiis, vel *in Campo Madio* F
prope palatia, ſeu in villis publicis celebrabantur. In ſingulis etiam urbibus, ſaltem inſignioribus, ſua erant palatia regia, ex quibus ea tantùm attingam, quæ editis diplomatibus vel quibuſdam obſervationibus nobis ſpectabilia fuerint.

[b] *Vide Cangii Gloſſar. verbo giſta.*
[c] *Fortunat. lib. 7. carm. 16.*

Ut autem quæ ſedula veterum ſcriptorum, præſertim verò primariorum inſtrumentorum indagatione de antiquis Regum palatiis ſum aſſecutus, faciliori methodo repræſentem; ea primùm digeſſi ordine alphabetico, quem deinceps ad chrono-

A logicum (qua licebit) reducere eſt animus; ſi quid inde commodi rei publicæ lit-
terariæ naſciturum videbitur.

Neque verò ſolâ publicorum actorum vel domeſticorum inſtrumentorum le-
ctione munitus, hanc ſpartam adornavi: verùm etiam mſ. lucubratione gallicâ
Compendienſis hiſtoriæ noſtri Placidi Bertaldi ſum uſus: ubi ille non pauca de Fran-
cicis palatiis quadraginta vel circiter eruditè congeſſit. Præterea in multis edoctum
me ultro profiteor ex clariſſimi Valeſii Notitia Galliarum, quam nemo leget ſtudioſus,
quin ex ea profeciſſe ſe fateri teneatur. Ad hæc ſubſidio quoque mihi cum primis
fuit eximii Cangii Gloſſarium, ubi plurima de vetuſtis Regum aliorumque palatiis
B indicantur elucidanturque. His omnibus ſuam eſſe laudem jubeo, ſua reddi deco-
ra; ne quid ex delibatis aliorum laboribus non meum mihi ſumſiſſe reprehendar.

I. *Adelhaidis Reginæ Palatium ſeu Villanova S. Germani* prope Compendium.*

* *Ville-neuve S. Germain.*

ADelhaidem Reginam conjugemque præ ceteris Francorum Regibus coluiſſe
videtur Ludovicus VI, cujus ille non modò nomen, uti paucis ante ipſum
contigit Regibus, ſed etiam regni annos nomini ſuo anniſque regni, præter alio-
C rum morem, conjungere ſolebat. Hæc exſtincto conjuge Compendium cum ſilvis
circumpoſitis atque villis accepit in dotem: ex quibus Cotiam domum regiam Be-
nedictinis ſanctimonialibus addixit, ſuperſtructo parthenone, qui in honorem S.
Johannis Deo ſacratus eſt. Tum relictâ Cotienſi villâ regiâ, novam erexit Adel-
hais cum adjacente ſancti Germani vico, quæ olim *Adelhaidis villa* ſeu *Palatium*,
nunc *Villa nova S. Germani*, & apud vulgus *Franqueville*, & *Franca-villa prope Com-
pendium* nominatur.

Conditionis iſtius novæ litteras inferiùs editas habes, quarum hujuſmodi initium,
atque finis. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Adelais Dei gratia Regina*
D *Francorum, notum facimus tam præſentibus, quàm futuris, quòd inter nemus de Cuyſia &*
burgum de Compendio, præcepto & voluntate filii Regis noſtri Ludovici, Villam novam ædi-
ficari præcepimus &c. *Actum publicè Compendii anno* M C LIII. *Ludovicus Dapifer, Rei-*
naudus Coquus Reginæ, Johannes Pincerna. Per manum Ebruini Capellani. Villæ illius ere-
ctionem, & indulta colonis privilegia Ludovicus VII annis M C LXXVII & M C
LXXIX confirmavit. Porro novum illud Adelhaidis Reginæ palatium inter paro-
chialem ſancti Germani eccleſiam & Iſaram flumen poſitum erat: cujus non ita pri-
dem oſtendebantur veſtigia, quæ ſæculo dumtaxat noſtro ineunte ſolo æquata ſunt;
ubi etiam labrum ingens lapideum, lavandis corporibus aptatum, cum multis re-
E giorum ædium vaſorumque fragmentis anno M DC L repertum eſt.

II. *Andiacum.*

ANdiacum in Aquitania palatium, unum erat ex quatuor ædibus regiis, in qui-
bus, referente Aſtronomo ad annum DCC XCVI, Ludovicus Aquitaniæ Rex,
poſtea Imperator, *ex ordinatione* Caroli patris *hiberna tranſigebat.* Andiacum nonnulli
ad Juliomagum Andicavorum referunt, opinationemque ſuam, mera nominis af-
finitate prognatam, fulciri volunt ex Andium cum Aquitanis vicinia. Quidam ve-
F rò Andiacum ad Turonum vicum non ignobilem, vulgo *Angeau*, pertinere ſcri-
bunt, idque dumtaxat ob aliquam nominis affinitatem. Sunt etiam, qui Andia-
cum ad Andaiam flumen, *l'Andaye*, in maritimâ Vaſcorum orâ, Baïonam inter &
Fontarabiam, rejiciunt. Quo autem fundamento, neque ipſi, nec quivis alius ex-
plicare potuit. Andiaci ſitum inveſtiganti nihil expeditiùs occurrit, quàm quæ do-
cet V. C. Hadrianus Valeſius [a] in Notitia Galliarum, nempe palatium hoc ibi, "
(ſcilicet in præcitato Aſtronomi loco) corrupto & truncato nomine *Andiacum* vo- "
cari; at in rebus anni DCCC XXXII *Jocundiacum palatium in territorio Lemovicino ſitum* "
rectiùs dici. Hanc ſummi viri conjecturam, ut mſſ. codicum ope firmarem, libroſque

[a] *Notit. Gall. p.* 184.

editos emendarem tutiùs, multa conſului: at vetuſtiſſimi duo Colbertinæ Bibliothecæ codices non *Jucundiacum*, ſed, ut editiones omnes, *Andiacum* præferunt. Et verò Andiacum in Epiſcopatu Santonenſi poſitum inaudio, ſitu, loci ubertate, aquis intercurrentibus, ſilvâ venationi aptiſſimâ, regio palatio maximè conveniens. A

* *Andrenac.*

III. *Antonacum * ſeu Antunnacum, Anternacum & Andrenacum.*

a Fredegar. lib. 5 cap. 40.

b Fortunat. lib. 10 carm. 12.

ANtonacum in pago Megenenſi ad Rhenum, inter Confluentes & Bonnam, Anternacum & Andrenacum in Annalibus Fuldenſibus & Bertinianis dictum, inter *fiſcos obſequiis imperialibus deditos* numeratur in Chronicis Mettenſibus. Ibi, referente Fredegario [a], Chlotharius II Legatos Brunichildis poſt Theodorici mortem Warmatiæ degentis excepit. Scio locum hunc in quibuſdam libris *Captonacum* dici: at in Neuſtria, non in Auſtria poſitum fuiſſe Captonacum, inferiùs demonſtrabimus. Fortunatus in carminibus ſuis [b] memorat *Antonacenſis caſtelli* arces, & locum in quo *præſunt Reges in ſedibus aulæ.* quæ palatii iſtius antiquitatem & nobilitatem ſatis commendant. B

* *Aix la Chapelle.*

IV. *Aquiſgranum.* *

c Cheſnius tom. 2 pag. 15, 27.
d Annal. Eginhardi.
e ibid. pag. 236.
f Cheſn. tom. 2 pag. 131.
g ibid. pag. 27 c.

AQuiſgranenſis palatii regii primordia qui ad Carolum M. dumtaxat referunt auctores, facilè revincuntur ex antiquis Francorum annalibus [c], qui Pippinum Regem anno DCC LXV *Aquis Paſcha* [d] celebraſſe, immo & *hiberna Aquiſgrani habuiſſe* [e] memorant: *ubi & Natalem Domini & Paſcha celebravit.* Ibidem etiam balneis corpus fovebat, *thermis nondum ædificatis*, ex Monacho Sanctigallenſi [f]. Carolus M. ſtatim à coronatione ſua Natalem Domini item celebravit [g] *in villa quæ dicitur Aquis.* Miræus in Notitia eccleſiarum Belgii profert Caroli Magni diploma, quo bona *eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Novo-caſtello conſtructæ* à Pippino proavo tradita confirmat: eâque *Novi-caſtelli* appellatione Aquiſgranenſem urbem putat deſignari. unde Aquiſgranenſis palatii natales à Merovingicis Regibus altiùs repetendos Miræus exiſtimat. At eccleſia illa beatæ Mariæ in Novo-caſtello dotata à Pippino Majoredomus, non alia videtur ab eccleſia Novi-caſtelli * prope Arduennam ſiti, in quo Carolomannus Princeps Francorum Gripponem fratrem res novas molientem aliquamdiu detinuit. Certè his verbis Aquiſgranenſem beatæ Mariæ baſilicam intelligi non poſſe, conſtat ex alio Lotharii Auguſti diplomate itidem apud Miræum [h]. ubi quæ Carolus in præcepto ſuo bona recenſuit Novo-caſtello priùs conceſſa, eadem Lothario Abbati confirmata leguntur, *cui cellulam*, inquit Lotharius Imperator, *in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ conſtructam ac fundatam in loco nuncupante Novo-caſtello ad regendum commiſſam habemus.* Non ergo percelebrem Aquiſgranenſis palatii baſilicam Lotharius *cellulam*, aut in *Novo caſtello* conſtructam nominaſſet: cùm & Aquiſgranenſis baſilica nulli tum ſplendore atque amplitudine cederet, & Aquiſgranenſi regiæ ſedi obſcura hæc Novi-caſtelli appellatio minimè conveniret. C D E

* *Neuf Chatel.*

h Miræus Notit. Belgic. c. 33.

i Annales Moiſsac. ad ann. 796.
k Vita Caroli M. tom. 2 Ch. p. 102 a
l ibid. pag. 152 c

Verùm Aquiſgranenſis palatii ſi non auctor, certè inſtaurator fuit Carolus Magnus, qui regias illic ædes (Lateranas [i] vocabant) baſilicam, atque Palatinis ædificia novo miroque opere à fundamentis erexit. *Aquiſgrani*, ait Eginhardus [k], *regiam exſtruxit, ibique extremis vitæ annis uſque ad obitum perpetim habitavit.* Idem atteſtatur Poëta Saxonicus [l], qui baſilicam Chriſto ſanctæque ejus genitrici auctore Carolo conſecratam cum aliis laudat. Guntherus in libro primo Ligurini ibidem *cunabula regni* à Carolo poſita memorat. & in hymno ejuſdem Caroli memoriæ ſacro dicitur: F

Urbs Aquenſis, urbs regalis, ſedes regni principalis,
Prima Regum curia.

m ibid. pag. 376 a

quò ſpectat Nithardus [m], qui Aquiſgranum *ſedem primam Franciæ* appellat. Ejus curiæ hi olim verſus inſcripti erant.

Carolus inſignem reddens hanc condidit urbem:
Quam libertavit, poſt Romam conſtituendo.
Ut caput urbs tota colat hanc, & Gallia tota.

A Certe ſecundam Romam vocat Alcuinus, ſeu quiſquis eſt auctor à Caniſio editus, Caroli Magni æqualis. Baſilicam Aquenſem, ſane pro tempore magnificam, vocabant *Capellam*, teſte Eginhardo [a], unde indubiè derivatum eſt vulgare nomen. *Aix la Chapelle.* Iſtic Carolus Magnus ſepulturâ donatus eſt.

a *Eginh. in Annal. ad an.* 829.

Nimius ſim, ſi omnia Regum noſtrorum acta, Placitave Aquiſgrani celebrata commemorem. Conſulendi hac in re priſci rerum Francicarum Auctores apud Cheſnium, Concilia, & Regum Capitularia, Miræus in Diplomatibus Belgicis, Dubletus in Dionyſiana hiſtoria, Chiffletius, aliique complures. His omnibus dumtaxat adnecto quædam Regum diplomata Aquiſgrani conceſſa, quæ ex ipſis ex-
B preſſa autographis nunc primùm exhibentur. In his Ghiſela, Caroli Magni ſoror, multa Dionyſianis prædia concedit *Idibus Junii anno* XXXI *&* XXVI *regni Domni noſtri. Actum Aquis palatii*, &c. Ejuſdem Caroli imperantis anno XII, Aquiſgrani placitum in cauſa Salaci & Tingulfi habitum eſt, quale hîc à nobis publicatur; & anno ſequenti Carolus prædium *Bivang* Aſigo cuidam, nobilis Saxonis filio, ob intemeratam parentis fidem impertitur. Ludovicus Caroli filius anno VI Imperii Aquiſgrani reſedit ex ſubjecto duplici diplomate: itemque anno XV cum Hlothario filio prædiorum aliquot commutationem ab Hilduino monaſterii Dionyſiani Abbate factam ibidem confirmavit. Triennio pòſt Viennenſe ſancti Andreæ monaſterium
C ſubterius cathedrali eccleſiæ idem Imperator reſtituit. Carolus Simplex Pontigonem villam, Friderunæ uxori dotalicio jure olim conceſſam, eadem rogante Compendienſi eccleſiæ attribuit anno regni XXV, quo etiam tempore multa eidem loco prædia Aquiſgrani confirmavit.

In antiquioribus mſſ. & monumentis ſæpe occurrit nomen *Aquis* abſque addito, maximè regnante Pippino, immo & Carolo ejus filio ante initum Imperium. tametſi nonnulla Caroli Magni indubitata diplomata habent *Aquiſgrani* ante id tempus, ut in ſuperiori libro [b] oſtenſum eſt. Ludovico imperante ſolum *Aquiſgrani* nomen paſſim obtinuit deinceps: ſed ita ut *Aquis* flexionem acciperet, non *grani*,
D quod indeclinabile erat. Perſtat hodie quoque opidum Aquiſgranenſe diœceſis Colonienſis in Ducatu Limburgenſi, proximumque habet Indenſe ſancti Cornelii monaſterium, quod Ludovicus Pius condidit in gratiam Benedicti Anianenſis.

b *lib.* 2 *cap.* 27 *num. ult.*

V. *Arcæ* * *Remorum.*

* *Arques*

Bertiniani Annales ad annum DCCCLIX Arcas palatium ita deſignant. *Lotharius ad Karolum patruum ſuum feſtinat, & die Dominico initii Quadrageſimæ in Arcas palatio publicè ſacramentis viciſſim per ſeipſos datis ſe ſe iterum confirmant.* Poſitæ ſunt
E Arcæ ad Moſam flumen inter Macerias & Carolopolim, villa quondam regia, nunc principatûs titulo inſignis: pertinetque ad Gonzagam Ducem Mantuanum, qui in Archenſi fundo Carolopolim urbem ornatiſſimam non ita pridem excitavit. Porcenſis ſeu Portiani pagi limitibus olim includebatur hæc villa, quam Frodoardus [c] in Hiſtoria Remenſi memorat his verbis. *Anno* DCCCCXXXIII *Richarius Epiſcopus Tungrenſis quoddam caſtellum, quod Bernardus Comes apud Archeias in pago Porcinſe conſtruxerat, evertit.* Caſtelli iſtius nulla jam veſtigia ſuperſtant: vicus etiam nunc vetus nomen retinet.

c *Frod. Hiſt. Rem. lib.* 2 *cap.* 18.

F

VI. *Arelatenſe.*

Arelate vetutiſſimum fuit Romanorum palatium, in quo Maximianus Herculius, Eumenio teſte in Panegyrico Conſtantini Magni, tertio Imperium uſurpavit. Ibi Cæſarius Pontifex *artiſſimæ cuſtodiæ* mancipatus fuit tempore obſidionis Arelatenſis, ut in ejuſdem vita [d] tradit Cyprianus.

d *Saecul.* 1 *Bened. tom.* 1 *pag.* 663.

 A

VII. *Arelaunus.*

VEtuſtiſſima ſilvæ Arelaunenſis memoria habetur in Geſtis Francorum, ubi Chlotharius Magnus dicitur *in ſilvam confugiſſe Arelaunum, & feciſſe combros*, hoc eſt concædes. Idem locus Chlothario Chilperici filio, Theodoricum Burgundiæ Regem declinanti, aſylum quoque fuit. Huic ſilvæ proxima adhærebat villa regia, quæ ab auctore vitæ ſancti Condedi Anachoritæ *fiſcus Arelaunus* [a] vocatur: & in actis ſancti Lantberti Lugdunenſis Epiſcopi *Arelaunus jocundum palatium* [b], in quo Childericus Rex anno regni Auſtrici XI, Neuſtrici primo, quædam Fontanellenſi cœnobio prædia conceſſit. Quartam Arelaunenſis ſilvæ partem eidem poſtea loco contulit Dagobertus junior ſuggerente Theodoaldo Majore domus regiæ, ut docet Fontanellenſe Chronicon ab Acherio noſtro editum. Jam pridem obſoletum eſt Arelaunenſis palatii ſaltûſve nomen: quem ſaltum *ſilvam Brotônam*, vulgo *la foreſt Bretonne*, vocat Ordericus Vitalis, prope *Turrim Guatevillæ* ſeu *Vatevillæ*. Porro Arelaunenſi ſilvæ proxima erat Belcinnaca [c] Sequanæ inſula, à Fontanella monaſterio diſtans ſeſquimiliari, quæ diu marinis æſtibus hauſta, paucis hinc annis denuo cœpit emergere. B C

a Sæcul. 2 Bened. pag. 873.
b Sæcul. 3 Bened. part. 2 pag. 464.
c Sæcul. 2 Bened. pag. 853.

VIII. *Argentoratum vel Stratæburgum* *.

* Strazbourg.

DAgobertus Auſtraſiorum Rex, referente Eddio Stephano [d], *epiſcopatum maximum ad civitatem Streitburg pertinentem*, Wilfrido Eboracenſi Antiſtiti obtulit; quem ille Canonum vindex acerrimus ultrò recuſavit. Suum ibidem palatium Francici Reges habuerunt. quod probat in primis Lotharii Regis diploma relatum à Vignerio [e] in Eliſatenſis familiæ genealogicis probationibus his verbis. *Dat. Idib. Octob. anno Christo propitio regni domni Hlotharii Regis* IV, *Indictione* VII. *Actum Stratzburg palatio regio in Dei nomine.* Hic etiam Zuenteboldus frequens aderat, ut ex variis ipſius litteris, quarum ad me fragmenta delata ſunt, intellexi. D

d Sæcul. 4 Bened. part. 1 pag. 691.
e Vigner. pag. 77.

IX. *Ateiæ* * *Veromanduorum.*

* Athies.

ATeias, regiam villam Radegundis puellæ educatione ac vitæ ſanctitate illuſtrem, in pago Viromandenſi ſtatuunt omnes, plerique ad flumen Suminam, à quo tamen nunc haud parum diſtat. Quippe poſita eſt ad Dalmanionem amniculum, vulgo *Daumignon*, qui prope duobus poſt relictas Ateias milibus Suminæ conjungitur, medio ferè Hamum inter & Peronam itinere. Villæ tamen iſtius ſæpta olim ſatis ampla fuiſſe crediderim, ut Suminam fluvium poſſent contingere. Hodie vicus eſt non ignobilis. E

X. *Attiniacum* *.

* Attigny.

ATtiniacenſe prædium Leodeboldus, ſancti Anniani apud Genabum [f] piiſſimus Abbas, cum Floriacenſi fiſco commutavit, annuente Chlodoveo II, Francorum Rege, qui primus Attiniaci regiam ut villam, ſic palatium inſtituiſſe videtur. Situm eſt Attiniacum ad lævam Axonæ ripam, in valle Burgenſi, Vongiſum inter & Reiteſte. Iſtius palatii pars, aut certè appendix, ipſi proximè conjuncta fuit Diona villa, quam modò S. Walpurgis nomine celebratam dicemus inferiùs. Attiniaci Childebertus Rex Theodorici filius unà cum Optimatibus conſe- F
» diſſe dicitur anno regni XV, & legibus Salicis ac Ripuariis aliquid addidiſſe, quod
» ad ſucceſſionem ſeu feodum ſpectat, prohibitioneſque contrahendi matrimonium
» in gradu vetito ab Eccleſia; ut nullus ſcilicet de *Crinoſis* inceſtum uſum ſibi conju-
» gio ſociaret. Certè in veterrimis Francorum Annalibus *Danihel*, ſeu Chilpericus, Chlodovei II nepos ex Childerico, *in Attiniaco mortuus* traditur. Dubletus [g] in hiſtoria Dionyſiana

f Helgald. in proœm. ad vitam Roberti.
g Doublet pag. 691.

A Dionyſiana fragmentum exhibet chartæ, quam Childericus III Attiniaci conceſ-
ſit anno regni VIII, *cùm in Dei nomine*, inquit, *cum Optimatibus vel Pontificibus Apo-
ſtolicis Epiſcopis, ſeu & inluſtribus viris, Ducibus & Comitibus, Attiniaco villa, in noſtro
palatio ad univerſorum cauſas audiendas... reſideremus.* Anno ſequenti aliud item Placi-
tum Attiniaci Pippinus habuit ſub eodem Childerico Rege, in quo Curborius vicus
Fulrado Abbati Dionyſiano adverſus Raganem ſive Ragananam monaſterii Septe-
molæ Abbatiſſam evindicatur, ut docent litteræ hîc ex autographo prolatæ. Pip-
pino arriſiſſe videtur loci amœnitas ac ſitus inter utriuſque regni, Auſtraſiani ſcili-
cet ac Neuſtrici, confinia poſitus. Nam in Geſtis Francorum legitur non ſemel *Na-
B *talem Domini in villa quæ dicitur Attiniacus celebraſſe, & Paſcha in Heriſtallio.* in qui-
bus anno DCCLXV Waifario Duci, qui Aquitanos concitaverat, bellum inferre
ſtatuit. Et poſt Bertradæ uxoris mortem, *poſitus in palatio, quod Attiniacum vocatur,
cùm ad generalem populi conventum ſimul Abba Aſſuerus veniſſet*, ſancti Goaris cellam ipſi
regendam commiſit, auctore Wandelberto [a]. a Sæc. 2 Bened. pag. 298.

Carolomannus Pippini filius anno regni primo monaſterium Dionyſianum ab
omnibus teloneis eximit, eidemque anteriorum Regum immunitates Attiniaci con-
firmat. In Capitularibus anni DCCC VIII mentio fit *de illo broilo ad Attiniacum pala-
tium noſtrum*, ubi ſub Carolo Magno jam pridem ſacro baptiſmate abluti Widichin-
C dus & Albio Saxonum Duces, Chriſto nomen dederunt. Duo pariter ſub Ludovi-
co Pio Attiniaci celebrata ſunt Concilia ſive Placita, alterum anno DCCC XXII,
in quo Ludovicus publicam egit pænitentiam: aliud DCCC XXXIII aut ſequenti,
de quo lege ſis Arſenii epitaphium, ſeu Walæ Corbeienſis Abbatis vitam in Actis
Benedictinis [b]. Anno quoque imperii XXVI Ludovicus Attiniaci diploma edidit b Sæc 4 Bened. part.
pro confirmatione quorumdam prædiorum inter Hilduinum Abbatem ſancti Dio- 1 pag. 508.
nyſii, & Ermentrudem Jotri Abbatiſſam: ex quo apparet tunc temporis Ludovi-
co reconciliatum fuiſſe Hilduinum, qui ab exſilio reverſus, domeſticæ rei curam
gerebat.

D Præterea res à Carolo Calvo & Ludovico ipſius fratre Attiniaci geſtas, ut ad Ca-
rolum cognomento Simplicem me conferam, qui locum hunc præ ceteris coluiſſe
videtur. Nam ex omnibus (quæ ſanè plurima edidit) diplomatibus longè potiora
invenias, quæ Attiniaci conceſſa ſunt. Illud verò notandum in primis, quod acce-
ptas beatæ Walpurgis reliquias ab ipſo in Diona Attiniaci palatii villa collocatas
edocet. Rem ipſam ad Carolum Calvum detorquet Johannes Spagnolius ſancti Re-
migii apud Remos monachus in libello de vita & miraculis ſanctæ Walpurgis, &
poſt eum Aubertus Miræus, atque Marlotus in Hiſtoria Remenſi. Cauſa erroris fuit
mutilum inſtrumenti hac de re confecti exemplum, quod ipſos Caroli nomine
E fefellit. At reperto tandem in archivis Compendienſibus autographo ipſo, quale hîc
ſubjicitur, eam corporis ſanctæ Walpurgis in Gallias tranſlationem, atque adeo
Dionenſis villæ in eccleſiam ipſi dicatam commutationem, ad Carolum Simplicem
pertinere deprehendimus. Et id quidem anno DCCCC XVIII contigit. At regnantis
ejuſdem Caroli anno XXVI, ipſe dato novo diplomate præcipit, *ut eadem capella,
in qua quatuordecim ordinis monaſtici viros ſtatuit, ſit ſubjecta Compendienſi cœnobio, ea ra-
tione, ut Præpoſitus & Decanus Compendii in præfatæ capellæ loco conſtituant Præpoſitum &
Theſaurarium ex ſuis* &c.

Verùm devaſtatâ à Nortmannis Remenſi parochiâ, Attiniacum à ſuo ſplendore
F deſcivit, poſtmodumque cum appendicibus Conſtantiæ Philippi Regis filiæ, Hugo-
nis Campaniæ Comitis uxori, ceſſit in dotem. Unde Dionenſis ſanctæ Walpurgis
eccleſia in Prioratum Moliſmenſi cœnobio ſubjectum ab ipſo Hugone erecta eſt
anno M C II, ut ex donationis inſtrumento Marlotus [c] in Hiſtoria Remenſi com- c Marlot. Metrop.
memorat. Hactenus de Attiniaco & Diona villa, quæ jam ſanctæ Walpurgis no- Rem. tom. 2 pag.
mine ſolo noſcitur, & frequenti populorum concurſu celebratur. Attiniacum opi- 229 & 230.
dulum etiam modò exſtat, Remenſi eccleſiæ ſubjectum.

 A

XI. *Aurelianenſe.*

GEnabum Carnutum ſive Aureliani, Chlodomeris Tetrarchæ regia ſedes, illuſtre quondam palatium habuit, in quo etiam Hugo, Rotbertus atque Heinricus Francorum Reges ſæpius commorati & delectati fuiſſe dicuntur ab auctoribus ſupparibus, qui eorum geſta litteris mandarunt. Aurelianis proximum eſt Victoriacum ſeu Vitriacum palatium, in Aurelianenſi ſilva poſitum, quod inferiùs recenſebimus.

B

XII. *Baſiu* * *ſeu Baiſium, Bacium, Baſium & Bacivum.*

BAſium ſeu Baſivum palatium, ſitum, inquit doctiſſimus Hadrianus Valeſius, inter Novigentum villam publicam pagi Laudunenſis, & Criſciacum villam quoque dominicam pagi Pontivi, nemo hactenus certò detexit. Qui locum hunc inter Noviomagum & Compendium ad Iſaram fixerunt, in nomine vulgari *Bac* aut *Bac à Beri* luſiſſe, ac falſos eſſe conſtat ex antiquis ſcriptoribus. Abacivum quoque fruſtra Samſon Abbatis villam, patriam ſuam ingerit. Baſio proximè acceſſit Valeſius [a] mox laudatus, cùm in Notitia Galliarum villam hanc exiſtimat eſſe vicum *Buiſſi* ad rivulum influentem inter Corbeiam & Ambianos. C Nam Baſium re vera locus eſt, vulgo *Baiſieu* nuncupatus, duabus cùm à Corbeia, tum à Buiſſiaco diſtans leugis, verſus occidentalem plagam, qui vicus etiamnum caſtro latifundioque inſignis, proximam habet ingentem ſilvam (quæ etiam ab Helliacenſi contrapoſito caſtro vicoque partim nomen obtinet:) præterea ſtratas ſeu publicos aggeres non ſolum elatos, ſed & variis ex locis huc recta contendentes. quæ omnia ſplendoris antiqui monumenta ſæpe miratus ſum.

Bacium villam memorant Geſta Regum Francorum, quam Fredegarii appendix librario errore *Abacivum villam* dicit, quo Ebroïnus Theodericum Regem ac Leudeſium Majoremdomûs à ſanctæ Maxentiæ villa perſecutus, *regales theſauros adprehendit.* D Nulla deinceps Baſii mentio apud veteres ad Caroli Calvi ætatem, qui anno DCCC XLVII ibi commoratus, Miſſos, Mangili Britonis interitum nuntiantes, excepit. Idem anno regni XV quædam Weniloni prædia concedit, ut patet ex ſubjecto ipſius diplomate, quod *Baſiu palatio regio* editum eſt. Anno DCCC LVI Carolus *ad Francos & Aquitanos per Hadabrannum & Bettonem de Baſiu* miſit Capitula. Necdum cæcatus erat Hincmarus Laudunenſis Epiſcopus, aut Lotharius Rex exſtinctus, cùm ad eumdem Carolum epiſtolam Hincmarus Remenſis ſcripſit de ſervandis eccleſiæ libertatibus, in qua *Liudonem nunc,* inquit, *ad Piſtas* (ubi fortè Synodus anni E DCCC LXI agebatur [b]) *& inde ad Baſium mittere ſtudui.* Apud *Salas Baſiu* duplex Caroli Calvi diploma legitur [c] datum pro cathedrali ſancti Petri eccleſia, & pro monaſterio ſancti Luciani apud Bellovacos, anno regni ejus XXX: ubi pro *ſalas* reponendum indubiè *palatii* nomen. Aliud exhibet Rotomagenſe ſancti Audoëni chartarium, quod *Audacher Notarius ad vicem Gauzlini recognovit. Datum* VII *Kal. Junii anno* XXXVI *regnante Karolo Imperatore in Francia, imperii ejus anno* I, *Indict.* VIIII. *Actum Baſiu palatio imperiali.* Eadem fermè epocha eſt alterius diplomatis apud Chifletium [d], quod ille Carolo Magno perperam tribuit. Ad Calvum enim pertinere probat non ſolum initialis formula, *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis;* F ſed maximè celebris hæc clauſula, *Audacher Notarius ad vicem Gozleni recognovi & ſubſcripſi. Datum* XVI *Kal. Junii, Indict.* VIIII, *anno* XXXVI *regni domni Karoli imperatoris in Francia, & imperii ejus anno* I. *Actum Baſiu palatio noſtro* &c. Audacher quippe Caroli Calvi Notarius erat, itemque Gozlenus Caroli nepotis, non avi Cancellarius.

Baſiu ſilvæ mentio fit in Chronico de Geſtis Nortmannorum his verbis. *Anno* DCCC LXXXIV *Karlomannus venandi cauſa in Baſiu ſilva veniens, dum aprum vellet percutere, quidam ex ſuis Bertoldus nomine, cùm eum juvare vellet, caſu Regem in tibia vulneravit: & accepto vulnere ſeptem diebus ſupervixit, atque in eodem loco defunctus eſt.* Paullo

* Baiſieu.

a Notit. Gal. pag. 75.

b Spicil. tom. 2 pag. 824.

c Loiſel Hiſt. Bel. pag. 243, 245.

d Tournu pag. 190.

A poſt à Nortmannis Suminam obtinentibus everſum videtur hoc palatium, quod deinceps à regia manu ad inclitæ Baſivenſis familiæ toparchas devenit. Hîc notare convenit, pleroſque fuiſſe deceptos in *Abacivo* nomine, quod ſic quidem apud Cheſnium [a] legitur, at mendoſe omnino. Nam pro *atque Abacivo villa evadens aufugit*, ſcribendum *atque à Bacivo villa*, quemadmodum etiam Labbeus in Geographica Abbatiſvillæ contra Samſonem diſceptatione ſubnotavit. Alium ejuſdem nominis vicum duplicem, hoc eſt Baſium ſeu Bacivum, *ſuperius & ſubterius*, inter Dionyſianas villas memorat Chlodoveus Rex, ſecundus an tertius, in diplomate hîc primum edito: quem vicum in pago Wlcaſſino Pippinus apud Dubletum [b], B itemque Carolus Magnus in litteris hîc adjectis conſtituunt.

a *Cheſn. tom. pag. 708.*

b *Doublet pag. 693.*

XIII. *Bellitas* * *ad Matronam.*

* *Beauté.*

JUxta nemus Vicenarum ad Matronam caſtellum fuit, quod ob loci amœnitatem Bellitas, *Beauté*, nuncupatum invenio. Froſſartus locum illum in ipſo nemore Vicenarum ponit: at libellus de Caroli IV Imperatoris & Caroli V Francorum Regis colloquio editus, *Bellitatem ad Matronam* diſtinguit à Vicenis, eamque *domum regiam* vocat. Idem ferè de utroque Carolo Principe Nicolaus Ægidius ſcribit his C verbis. *Le Roy le mena & le feſtoya au bois de Vincennes, à Beauté, & ailleurs.* Tum in Caroli VII vita: *La place & Chaſtel de Beauté prés le bois de Vincennes.* Porro memoratus Carolus V, cognomento Sapiens, anno M CCC LXXX deceſſiſſe fertur *en ſon hoſtel de Beauté ſur Marne, prés celuy du Bois de Vincennes.* Viſuntur etiam nunc caſtelli Bellitatis parietinæ, quibus alias, non regias quidem, ſed venuſtas ædes ſuperſtructas inaudio.

XIV. *Bidolidum ſeu Bedolitum.*

D LAntfridus optimas Ludovici Pii anno XV aliquot prædia *in pago Pariſiago, territorio videlicet Bidolenſi* ſita, cum Hilduino Abbate Dionyſiano commutavit. Idem quoque anno ejuſdem Imperatoris XXVII aſſenſu Teutgildis uxoris, & Cunradi atque Lantfridi filiorum, *res proprietatis ſuæ ſitas in pago Pariſiaco, in loco, qui dicitur Bidolidi-villa*, concedit. Facta autem eſt *donatio apud Bidolidum* VICUM PUBLICUM, *prope baſilicam ſancti Georgii Martyris*, ut in diplomate hîc edito legitur. Biennio poſt, in partitione bonorum monaſterii ab Hilduino Abbate facta, Bidolidum quoque recenſetur, necnon in Synodo generali anno DCCC LXII Sueſſione habita, ubi villam hanc *Teutgildis per precariam à parte Fratrum tenere* refertur in ſynodali diplomate apud Dubletum [c], cujus ſubſcriptiones hîc ex autographo ſunt expreſſæ. E Bidolidum ſeu Bedolitum ut ſcribit Hilduinus in diplomate, vicus eſt, vulgò *Beloy en France*, dictus aut ſanè *Biſſeüil* villa Dionyſiano monaſterio ex parte ſubjecta. An autem in hac publica villa palatium uſquam fuerit, nolim aſſerere.

c *Doublet pag. 797.*

XV. *Bigargium.*

BIgargium agri Pariſienſis quoque palatium, in quo Dagobertus Rex generalem populi conventum habuit, memorant ejuſdem Dagoberti Geſta, itemque F Aimoïnus; ſed loci ſitum haud exprimunt. Duplex in eodem pago locus eſt nomine *Garges* ſeu Gargiæ: alter in veteri catalogo, inquit V. Cl. Hadrianus Valeſius, nuncupatur, non procul à Crodoldo, ac Bonogilo villa etiam regia: alius ejuſdem nominis vicus eſt in Pariſiis trans Sequanam, prope Rocconis-Curtem ac Verſalias. Utrubi ſtatuendum Bigargienſe palatium, aliis divinandum relinquo.

A

XVI. *Biſtiſiacum * ſeu Beſtiſiacum.*

* *Beſtiſy.*

* *Ottenette.*

BIſtiſiacum ad Ottenettam * amniculum (qui in Iſaram prope Vermeriam influit) medio itinere inter eamdem Vermeriam & ſilvam Compendienſem locatum eſt. Iſtic regium olim fuiſſe palatium demonſtrant magnifici operis relicta veſtigia, cujus auctor dicitur Rotbertus Francorum Rex, aut certè uxor ipſius Conſtantia, quæ defuncto Rotberto, *maximam regni portionem in ſuam poſt funus mariti detorſerat dominationem, Silvanectenſem ſcilicet urbem atque Senonenſem, caſtellum etiam Biſtiſiacum & Domnum-Martinum, Puteolumque & Melodunum, nec non & Piſciacum & Codiciacum*, ut habet Henrici Regis Hiſtoria apud Cheſnium [a]. Ludovicus VII in duplici præcepto, Sanctimonialibus ſancti Johannis in ſilva Cotia annis M C LV & M C LXI concesſo, Biſtiſiacenſis regiæ villæ meminit, in qua ſe quandoque degere ſolitum non obſcure ſignificat. Illa verò parentis ſui præcepta Philippus Auguſtus anno M C LXXXIII, regni IV, Biſtiſiaci confirmavit, qui paullo ante Philippum Flandrorum Comitem ab obſidione caſtri ejus fugaverat, ut in Philippide ſcribit Guillelmus Britto his verbis. B

Dum nova Beſtiſios perterritat undique muros
Obſidio, votoque Comes ſuſpirat inani, C
Tempore tam parvo tam forte retundere caſtrum;
Silvanectenſi Rex agmina fundit ab urbe.

Et poſt pauca:

At Comes infecta feſtinus ab obſidione
Per Quiſam fugiens, comitante pudore receſſit.

Biennio poſt ſolutam Biſtiſiaci obſidionem Philippus Rex Cauciaci Capellam erexit, dum iterum Biſtiſiaci moraretur, ſcilicet anno M C LXXXV. Tum anno M C LXXXIX Xenodochio Compendienſi litteras dedit, *Actum Beſtiſiacenſi palatio:* quibus anno M C XCIII aliæ quoque ſucceſſerunt. Caſtellanis deinde paruit Biſtiſiacenſe caſtrum, quos inter regni Primores ſæpe nominant eccleſiarum atque monaſteriorum tabularia. Aliud in Picardia Biſtiſiacum exſtat caſtrum, quod in Miraculis ſancti Angilberti Centulenſis Abbatis memoratur. D

[a] *Cheſn. tom. 4 pag. 148.*

XVII. *Bituricenſe.*

AVaricum Biturigum Cuborum caput Romani operis palatium habuiſſe nemo jure negaverit: quod neſcio an Pippini Regis principatu corruerat, quem antiqui Francorum Annales referunt anno DCC LXVII *Ligere tranſacto ad Betoricas acceſſiſſe*, ibique *palatium ſibi ædificari juſſiſſe.* itemque *in Betoricas per hiemem totam cum Regina ſua Bertradana in palatio reſediſſe.* Ejuſdem palatii mentio fit apud Sugerium: quod quidam volunt illud ipſum eſſe, quod ab Johanne Bituricenſium Duce meliorem in formam redditum, clariſſimus Catherinotius Advocatus regius eleganter deſcripſit. E

XVIII. *Bleſenſe *, ubi de Camborino.*

* *de Blois.*

NOn prætercam Bleſenſe caſtrum, quod olim Bleſenſium Comitum ſedes; tum Regum Francorum, regiorumque liberorum palatium evaſit. Situs eſt locus ad Ligerim fluvium, ubi amnis Ciza in eum influit, medio Aurelianos inter ac Turonos itinere. Bleſenſium meminit Gregorius Turonenſis Epiſcopus [b]; Bleſenſis caſtri Adrevaldus in actis ſancti Aigulfi Abbatis, quem ibidem natum fuiſſe tradit [c]. *Caſtrum Bleſenſe*, inquit, *in latere cujuſdam eſt ſitum montis, cui contiguum eſt litus Ligeris amnis: idemque Liger perinde præterlabens, præter piſcium copiam, quam illi loco ſollemnius ceteris exhibet, aliarum quoque frugum, vini ſcilicet & rei frumentariæ, ceterarumque rerum humanæ neceſſariarum naturæ, magnam repræſentat gratiam. Bleſenſe caſtrum* F

[b] *Greg. Tur. lib. 7 capp. 2 & 21.*

[c] *Sæcul. 2 Bened. pag. 657.*

A item appellatur in vita Ludovici Pii; *Bliſium* in Annalibus Bertinianis. Iſtuc ſancti Launomari reliquias excepit [a] Theobaldus Comes, eo nomine primus, annuente Rodulfo, qui Regis titulum invaſerat. Bleſenſium Comitum inibi palatium fuiſſe docet in multis Notitia [b] Terbaldi Comitis tertii, facta *apud caſtrum Bleſium, intra curiam, retro palatium, prope turrem, patulo inter caminatas ejuſdem palatii ſito*, ſub annum MLXXIII. Redacto ad dominium regium Comitatu Bleſenſi, Regibus itidem ceſſit Bleſenſe palatium: ubi Henricus tertius aliquando præter alios commoratus eſt. Locum maximè coluit felicis memoriæ Gaſto Borbonius, patruus Ludovici Magni, qui Bleſas ſibi reſervavit.

a *Sæc. 4 Bened. part. 2 pag. 246.*
b *ibid. part. 1 pag. 761.*

B Tribus à Bleſis leucis diſtat Camborinum *, regiis ædibus celebre, quas Franciſcus I cum Madritenſi (quod vocant) caſtello excitavit. Pari intervallo ab eodem opido cernitur locus *des Montis*: ubi quondam exſtitiſſe audio palatium regale, cujus rudera & parietinæ cernuntur. Ibi etiam nunc præficitur à Rege Domeſticus nobilis, qui circumpoſitæ plagæ dominatur. Situm eſt Camborinum prope Ligerim, in inſula, quam Bevero * & Cuſſo * amnes cum Ligeri efficiunt, teſte Papyrio Maſſono [c].

* *Chambor, al. Chambourg.*
* *Beuvron.*
* *Cuſſon.*
c *Maſſon. de Franciæ flum. pag. 80.*

XIX. *Bonogilus * ſeu Bonogilum.*

* *Bonüil.*

C Bonogili palatii ſeu villæ regiæ ſitum, ob alium Pariſienſis quoque pagi vicum cognominem, ægrè definias. Nam & Bonogilus in Francia prope Goneſſam ad Crodoldum * amniculum; itemque Bonogilus in Briegio ſecus Matronam haud procul à Calenſi Monaſterio poſitus eſt. Utrovis in loco regium fuerit palatium, nulla ſunt apud veteres teſtimonia quæ ſatis evincant. quamquam id quod legimus in vita Ludovici Pii, *Warinum & Bernardum Comites, plurimis ſociorum ex Burgundiæ partibus exactis ad Matronam fluvium uſque perveniſſe, & ibi in villa Bonogilo & eis prædiis quæ circumjacent aliquod diebus conſediſſe*, de Bonogilo ad Matronam intelligendum videtur. Movet tamen in contrarium, quòd Calenſi palatio vicinior ſit iſte Bonogilus, quàm ut & ibi conſtructa fuerit domus regia. Deinde in antiquo vicorum Pariſienſium catalogo, vicus *Garges* ſtatuitur haud procul à Crodoldo, & Bonogilo regia villa. unde quis inferat non in Briegio ſeu Calenſi, ſed in agro Pariſino re vera ſtetiſſe Bonogilum palatium. His adde Bonogilum agri Pariſini Dionyſiano cœnobio datum à Regibus fuiſſe, qui proinde ad fiſcum antea pertinebat. Recenſetur in partitione bonorum, quam Hilduinus Abbas anno Ludovici Pii XVIIII regia & ſynodali auctoritate ſancivit, qualis in ſubjecto diplomate continetur. Fortè ſuum utrique Bonogilo palatium erat, utrobique regia ſedes. Anno DCCCLVI coactum eſt in villa Bonogilo Epiſcoporum Concilium, cujus Hincmarus atque Lupus mentionem faciunt. Conventum hunc unicum fuiſſe, quidquid alii ſenſerint, planè demonſtrat V. C. Stephanus Baluzius [d] in Notis ad Capitularia: qui etiam paullo ſuperiùs refert Stephani Comitis diploma, quo *Inchado Pariſienſis eccleſiæ ſanctæ Mariæ Dei genitricis & ſancti Stephani protomartyris ſeu & domni Germani Rectori* res ſuas concedit omnes, *Actum Bonogilo villa, anno Karoli Imperatoris* XI. Eſt & Bonogilus ad dextram Matronæ ripam prope Caziacum, ubi Carolus Calvus anno regni XV reſediſſe memoratur in ipſius diplomate inferiùs memorando. Neſcio an illud idem ſit *Bonogeſilum* in Beſlii [e] Epiſcopis Pictavenſibus nominatum, ubi idem Carolus Calvus anno regni VIII degebat, cùm Hebroino Pictavorum Epiſcopo Glannafolienſe monaſterium indulſit. Itemque Bonogilum vicum non procul ab Ambiano reperimus.

* *le Crou.*
d *Baluz. Capit. tom. 2 col. 1062.*
e *Besly Epiſc. Pict. pag. 27.*

(Margin letters beside the paragraph above: D at "dum videtur. Movet tamen…", E at "ctum eſt in villa Bonogilo…", F at "vus anno regni VIII…".)

XX. *Brennacum ſeu Braina *.*

* *Braine.*

Brennacum ad Vidulam * fluviolum, Auguſtâ Sueſſionum Remos tendentibus obvium, villa olim regia fuit pagi regnique Sueſſionici, quam Chlotharius eo nomine primus exſtruxiſſe fertur. Id ſanè veri ſimilius eſt, quàm quod alii ſomnia-

* *la Veſle.*

runt, Brennacenſe caſtrum ipſummet eſſe Bibracem, in quo Gallorum adverſus Romanos habitum fuiſſe concilium tradit Julius Cæſar [a]. Certè Chlotharius theſauros Brennaci reconditos ſervabat, quos, ut refert Gregorius Turonenſis [b], mortuo parente Chilpericus *accepit*, indeque abſtulit. Vocatus in judicium ipſe Gregorius, Brennaci favorabilem Judicum ſententiam excepit. Nec multo pòſt Chilperici Regis duo filii, Dagobertus & Chlodobertus, illic epidemia conſumti ſunt: quò ſubinde Chlodoveus ex Audovera alter Chilperici filius *faciente Regina tranſmiſſus eſt, ut ſcilicet & ipſe ab hoc interitu deperiret.* Præterea Brennaci villam memorant Fortunatus, Fredegarius, Geſta Regum Francorum, aliique. Ejus verò loci cladem & excidium Frodoardus in Chronico deſcribit: cui alludere videtur Gerardus S. Medardi ſæculo x monachorum Pater, hoc eſt ſub Abbate ſæculari Decanus, in Analectorum tomo I [c]. Porro Brennacum villa tunc temporis eccleſiæ Rotomagenſis juri ſubjacebat, eodem atque Frodoardo teſtibus: quæ poſtea ad ſæculi Principes tranſiit, unde Brennacenſis illuſtriſſimæ familiæ nomen eximium regiæque tot affinitates proceſſerunt. Iſtic Præmonſtratenſis Abbatia, ſancti Evodii nomine inſignis.

a *Cæſar comment. lib.* 7.
b *Greg. Tur. Hiſt. lib.* 4, *cap.* 22.
c *Analect. tom.* 1 *pag.* 109.

XXI. *Brocariaca* * *villa ſeu Brucariacus.*

* *Bourchereſſe.*

JOnas in vita Columbani narrat virum ſanctiſſimum conveniſſe Brunichildem in Brocariaca villa commorantem; eique Theuderici nepotis libidinem objeciſſe. Eadem tradit Fredegarius in Chronico, qui villam hanc Brucariacum vocat. *Bourchereſſe* vulgo dicitur, inter Cabillonum & Auguſtodunum poſita.

XXII. *Burdigalenſe* *.

* *de Bourdeaux.*

EXtra muros Burdigalæ erat olim amphitheatrum, quod *palatium Gallieni* vocabatur. Aliud quoque palatium extra urbis ejuſdem muros fuit, nunc intramuranum, quod ab aliis ædibus *Tutelæ* vocabulo diſtinguitur. Ludovici VII Francorum Regis quoddam diploma legi, quod ita deſinit. *Actum Burdigalenſi palatio noſtro publicè, anno Incarnati Verbi* M C XXXVII, *regni noſtri* IIII &c.

XXIII. *Cabillonenſe* *.

* *de Châlon ſur Saone.*

CAbillonum Guntchramni & Theodorici Burgundiæ Francicæ Regum ſedes, palatium habuit, in quo ſæpius illi degebant, ut in Geſtis Regum Francorum paſſim legitur. Varia ipſorum aliorumque diplomata Cabilloni exarata vide ſis in monumentis Burgundicis apud Perardum, itemque apud Chiffletium.

XXIV. *Cadrius mons.*

ANtiquus ſcriptor qui Geſta Convoionis Abbatis & Patrum Rotonenſium ſæculo IX exaravit, de Cadrio monte ſive palatio hæc habet. *Convoion perrexit ad palatium Lodovici Imperatoris, qui tunc exercitum ducebat in Provincia Aquitaniæ, in territorio Limodiæ, qui tunc conſiſtebat in Palatio in Cadrio monte.* Palatium hîc in Cadrio monte poſitum, non aliud eſſe, quàm Jocundiacum Lemovicenſis quoque territorii regiam ædem, vulgo *Joac*, ad quam Ludovicum acceſſiſſe tradit Aſtronomus, hactenus cum viris doctis perſuaſum habui. At rem curioſiùs indaganti occurrit in eodem Lemovicino agro caſtrum ſanè nobiliſſimum, quod hodieque *Les-Cars* dicitur, tribus admodum leugis diſparatum à Lemovicis. qui profecto ſitus & appellatio Cadrio monti atque palatio rectiſſimè congruit. De Jucundiaco inferiùs.

d *Sec.* 4 *Bened. part.* 1 *pag.* 200.

A

XXV. *Cala ſeu Kala* *.

* Cheſle.

AD Chlodovei I tempora Calenſe palatium pertinere conjectura fit ex libello de vita ſanctæ Balthildis Reginæ, in quo dicitur Chrothildis Chlodovei uxor Kalæ *cœnobium ſacrarum Virginum in honore ſancti Georgii prima conſtruxiſſe.* Ad quid enim hunc locum condendo cœnobio delegiſſet piiſſima Regina, niſi is villa fiſcalis fuiſſet, ipſi forſan in dotem tributa? Calæ meminit Gregorius Turonenſis [a] his verbis. *Ipſe Rex (Chilpericus) Calam pariſiacæ civitatis villam advenit*, moxque con-
B jectum in vincula Chlodoveum filium Fredegundi novercæ trucidandum permiſit. quod illa *in villa Noceto ſecus Matronam fluvium* patraſſe dicitur. Ipſe quoque Kalæ peremtus eſt Chilpericus, atque *theſauri ejus*, referente quoque Gregorio, *de Calenſi Pariſienſis urbis villa ablati, ad eumdem* (Childebertum) *Meldos delati ſunt.* Felicior Calæ fuit Balthildis Reginæ receſſus, quæ diruto ſancti Georgii oratorio, puellarum exſtruxit cœnobium, ibique demum monacha facta ſanctiſſimè vitam finivit. Eodem in loco Chlotharium Regem, Balthildis filium, ſepulturâ donatum fuiſſe probant indigenæ ex ejus mauſoleo, ante annos quingentos exſtructo: atque Childericum ejus fratrem in ſilva Calenſi cum uxore & filio Dagoberto periiſſe tradunt.
C Theodericus Rex, Dagoberti III filius, Calenſis dictus eſt, quòd ibi pueritiam exegerit.

a Greg. Tur. Hiſt. lib. 5 cap. 39.

Non minùs excultum à primis Carolinæ ſtirpis Regibus videtur hoc palatium, quamquam in eo non ita frequenter degerent. Nam Carolus Magnus Ghiſelam ſororem Kalæ decumbentem inviſit anno DCCC IV; & Ludovicus Pius anno imperii XX *veniſſe Kala monaſterium* dicitur, *ubi venerabilis Abbatiſſa Hegilwich, genitrix Judith Imperatricis, magno gregi Sanctimonialium præerat*, ut habet auctor tranſlationis corporis ſanctæ Balthildis [b], cui Ludovicus interfuit. Præterea Carolus Calvus, qui Hermentrudi uxori loci ejus præfecturam addixerat, anno regni XXI Calæ diploma
D hîc editum conceſſit pro commutatione mancipiorum pagi Camliacenſis inter Ludovicum Abbatem & Sigemundum. Notum eſt Caroli Simplicis facinus in Rothildem Kalæ Abbatiſſam, cui locum hunc abſtulit, ut eum Haganoni Conſiliario traderet in manus.

b Sæcul. 4 Bened. part. 1 pag. 450.

Eadem ac primis Carlovingicæ ſtirpis Regibus ſtudia fuêre Capetianis, qui ubi primariam regni ſedem fixerunt Pariſiis, Calenſi quoque palatio antiquum ſplendorem reddiderunt. Sic Robertus Kalæ Synodum Epiſcoporum habuit, ut ipſe teſtatur [c] in Præcepto Dionyſianis monachis dato XVI *Kal. Junii Kalæ ſedis noſtræ palatio.* Hoc eſt Concilium Calenſe anno M VIII habitum, cujus acta exſtant apud
E Labbeum [d]. Aliud Kalæ Placitum vel Concilium prius tenuerat Rotbertus, quod indicat Gerbertus in epiſtola ad Canonicos ſancti Martini, quos *ad Placitum Chelæ habendum* venire cum ceteris Epiſcopis jubet. Jam nulla ſuperſunt Kalenſis palatii veſtigia; ſed tamen ſitum ejus oſtendunt pone eccleſiam Calenſis parthenonis, qui religione hactenus celebris eſt.

c Doublet pag. 826.

d Labbe Conc. tom. 9 col. 787.

XXVI. *Cambiſonum* * *aut Cambiſonnum.*

* Chameſſon.

CAmbiſonum Caroli Provinciæ Regis palatium fuiſſe docet ipſius præceptum
F Agilmaro Viennenſi Archiepiſcopo *datum* XV *Kal. Junii anno* II *regnante domno noſtro Karolo glorioſo Rege Actum Cambiſono palatio, in Dei nomine feliciter.* Sic autem incipit diploma inferiùs editum: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Dei æterni. Karolus divina ordinante providentia Rex, Lotharii quondam piiſſimi Auguſti & incliti filius.* Loci iſtius ſitum inveſtiganti ſuccurrit illuſtriſſimus Filibertus de Marra, Senator Divionenſis, quo ſuggerente didici Cambiſonum aut Cambiſonnum haud aliud eſſe, quàm vicum populoſum, Sequanæ impoſitum, à Caſtellione itidem ſuper Sequanam unâ leugâ diſtantem, vulgò *Chameſſon*, ubi clariſſimus Meſgrinius, loci Toparcha, caſtrum habet, cùm antiquitate, tum mole ſua ſpectabile,

Statuendum igitur in Lingonenſi Epiſcopatu Cambiſonum, quod pridem à regio A
fiſco privatorum in manus deſcivit. Certè Carolo rametſi Provinciæ regnum parebat, etiam Burgundiæ partem obtigiſſe conſtat.

* Chambly l'Auberger.

XXVII. *Cameliacum * ſeu Camliacum.*

CAmliacum ſeu Cameliacum, quod Vandemiri Optimati ante annos mille *Vicus publicus*, & Carolo Calvo ante octingentos *Mallum publicum* dicitur, pagi quondam ampliſſimi atque notiſſimi caput fuit in Bellovacis, ſecus Iſaræ flumen poſiti, à quo tamen locus ipſe (jam certè ignobilis, ac ſolo ferè *Chambly* B
l'Auberger nomine notus) quatuor leucis diſtat, Inſulæ Adami, atque Bellomonti ad Iſaram æquali ſpatio contrapoſitus. Vetuſtiſſima Camliacenſis pagi notitia habetur in charta Theodilanæ ſeu Theodetrudis Matronæ, Brodulfi filiæ apud Dubletum[a], quæ anno Chlotharii junioris XLIII, hoc eſt DC XXV, *villam Matrius, quæ eſt in pago Camliacenſe, cum domibus, mancipiis & vineis ad ſe pertinentes in fundo Magacinſe* concedit. Paullo pòſt *Campania villa, quæ ſita eſt in pago Camliacenſe, quam* (Dagoberto) *Regi quædam materfamilias nomine Theodila, tradiderat*, eidem monaſterio ceſſit, ut docent Geſta Dagoberti Regis. Eadem Camliacenſis pagi villa in Caroli Calvi Præcepto Calæ anno regni XXI conceſſo, & in libro de vita Baboleni Abbatis C
memoratur.

a Doublet pag. 653.

Vidi corticeum Chlodovei II diploma, majori ex parte lacerum, quo *Cotira villa ſuper fluvium Iſeræ in pago Camliacenſi* poſita, quam Dagobertus Rex monaſterio Dionyſiano conceſſerat, eidem aſſeritur. Theudericus Chlodovei ejuſdem filius in ſincero diplomate apud Dubletum[b] teſtatur, Ermenteum quemdam vendidiſſe Godebaldo Abbati Dionyſiano *Baudrinum* villam *ſuper fluvium Hyſſera in pago Camliacinſe.* Ejuſdem pagi villarum Noviliaci & Gandulfocurtis meminit Vandemiris Optimas in ampliſſima bonorum ſuorum partitione teſtamento factâ variis eccleſiis, aſſentiente Ercamberta uxore. quæ donatio èſt *acta Camiliaco vico publico an.* D
XVII *Theuderici Regis.* Anno Chlodovei Regis Theuderici filii ſecundo villa Nocitus *ſuper fluvium Iſeræ in pago Camliacenſi* Chainoni Dionyſiano Abbati vindicatur adverſus Agantrudem in generali Placito apud Luſarcam. Inſigne quoque Childeberti III Præceptum anno regni II Noviginti conceſſum hîc editur, in quo Tuſonis-vallis monaſterium in pago Camliacenſi à Charderico, tum Abbate, poſtea Epiſcopo, *ſub ſancta Regula* erectum atque dotatum in gratiam Magnoaldi Abbatis, nepotiſque Charderici confirmatur. Eidem Tuſonis-vallis monaſteriolo Nocitum villam in pago Camliacenſi idem Childebertus Rex anno regni III denuo attribuit.

b Doublet pag. 687.

Pippinus ante adeptum regnum Majordomus inter Dionyſiana prædia Bordonellum in pago Camliacenſi recenſet apud Dubletum, idemque anno regni primo[c] E
eumdem pagum inter *Belloacenſem* & *Velcaſſinum conſtituit.* In edito hîc Caroli Magni diplomate, quo Dionyſiana bona anno regni VII & II confirmat, referuntur in Camliacenſi pago Boderovilla atque Nialla, cujus etiam Niallæ meminit Carolus Calvus in alio diplomate. Ludovicus verò Pius imperii anno VII Bagernæ villæ in pago Camliacenſi permutationem inter Hilduinum Abbatem & Hairardum initam confirmat.

c id. pag. 693.

Præter ea Carolus Calvus anno regni VIII Camiliacum (ut jam monui) *Mallum publicum* vocat: & variis in diplomatibus hîc editis prædiorum in eodem Camliacenſi pago ſitorum meminit hoc ordine. Anno regni V Maurinciagi-curtem *ſuper* F
fluvium Iſeræ & Croiacum; anno XII *Browariam villam, ubi baſilica beati Viviani*, & Niallam; anno XXI Broarias, ſanctum Albanum, & Curcellas; poſtmodum Aſinarias, Ronkerollas, Framereias, Veterinas, Corniaco-villare, Francorum-concides, Bihineias, Angulum Hildradanæ in ſilva, pagi Camliacenſis villas monaſterio Dionyſiano commutationis jurè datas confirmat. quæ omnia ſanè nobilem, amplum, atque opimum fuiſſe Camliacenſem pagum egregiè demonſtrant.

Verùm jam pridem regia villa deſiit eſſe Camliacenſis fiſcus. Nam Sugerius in vita

A vita Ludovici Groſſi *Camliacum caſtrum* inter Matthæi Comitis Bellimontenſis prædia commemorat. Ab hinc ſui nominis toparchas habuit Camliacum, qui Cambliacenſem illuſtrem familiam propagarunt, inter quos Odardus de Cambliaco, Gandeluci dominus, anno MCCXCII multa cœnobio ſanctæ Mariæ [a] apud Sueſſionas prædia Coperuci ſita vendidit, aliaque conceſſit in gratiam Mariæ & Nicolaæ filiarum ſuarum, ibidem monacharum; quarum prior ejuſdem loci *Panetaria* liberalitate inclaruit: altera ad Cadomenſis ſanctæ Trinitatis monaſterii regimen vocata eſt. Crebra ejuſdem Odardi mentio fit in regiis Cameræ computorum (ut vocant) regiſtris, ubi multa cum Rege prædia commutaſſe, alia item vendidiſſe & diſtraxiſ-
B ſe non ſemel legitur. Floret etiamnum illuſtris familia Cambliacenſis; quæ plures in ſtirpes diviſa, priſcarum opum nonnihil amiſit.

[a] *Hiſt. B. Mariæ Sueſſ. pag. 200, 328 &c.*

XXVIII. *Capræ-mons* *.

* *Chevremont.*

LOtharii regni villam regiam Capræmontem, quam Carolus Simplex Giſliberto Duci cum aliis tradidit, ad Moſam flumen in finibus diœceſis Leodicenſis ſtatuit Frodoardus. Ejus meminit ſancti Remacli miraculorum ſcriptor anonymus [b] in hæc verba. *Per idem tempus à Capræmontis caſtello, quo nos ut conferremus Nort-*
C *mannica rabies compulerat... redire properabamus.* Locum eumdem Gerbertus Caprimontem vocat in epiſtolis: qui locus jam pridem à Notgero Leodicenſi Epiſcopo, cujus in manus venerat, nempe anno DCCCCLXXX radicitùs exciſus eſt.

[b] *Sæc. 2 Bened. pag. 501.*

XXIX. *Captunacum aut Captonacum.*

AD Childeberti ſaltem ſenioris ætatem (ſi non priùs) revocandum eſſe Captonaci ſeu Captunaci palatii ortum probant in primis Childeberti ipſius præcepta duo: quorum altero donationem Haregarii & uxoris ejus Trudanæ factam Innocenti Cenomannenſium Epiſcopo, in gratiam parthenonis Teneſtinæ Abba-
D tiſſæ, ratam habet, *anno*, inquit in veteribus ſchedis, VII *regni noſtri*, *Opatinaco in Dei nomine feliciter amen*: altero precariam ejuſdem Antiſtitis ſancto Cariléfo datam, cœnobiique Aniſolenſis erectionem confirmat, *dies* VIII *quod fecit menſis Junius, annum* XV *regni noſtri, Opatinaco in Dei nomine feliciter.* Utrubique pro *Opatinaco* reponendum eſſe *Captunaco* facilè conceſſurus eſt, quiſquis autographa Regum primæ ſtirpis diplomata, quibus hoc nomen adſcriptum, inſpexerit: uti in originali Chlodovei III præcepto inferiùs edendo, peritiſſimi viri, quibus illud exhibui, ſingulorum apicum collatione factâ, *Captunaco* ſcriptum eſſe compererunt; tametſi primo intuitu plerique omnes *Epatunaco* legebamus. Eodem in loco Theodebertus, I an II, Franco-
E rum Rex degebat anno regni VII; quo Cenomannenſe B. Martini oratorium erigi, Pontificumque juri cedere permiſit, datis litteris, quarum vetus exemplum non ita pridem accepimus. Chlothario quoque III Captonacenſe palatium ſtetiſſe docet egregium Bertefridi Ambianorum Epiſcopi privilegium, Corbeienſi datum cœnobio, cui ſexdecim Epiſcopi ſubſcripſerunt Diplomatis extrema verba ſunt. *Factum eſt hoc privilegium ſub die octavo Idus Septembris*, *anno* VII *regnante Chlothario Rege*, CAPTONACO *in palatio publico. Sigo in Dei nomine Diaconus hoc privilegium ſcripſi & ſubſcripſi.* Idem præſtitit eodem in loco Agirardus Carnotenſium Pontifex anno Chil-
F beberti III ſecundo, pro *monaſterio ſanctæ Mariæ infra muros urbis*,... ſecus Ligerim ſito, quod Adeodati deceſſoris ſui mater condiderat, cuique tum præerat Abbas, nomine Chrotcharius. Perſtat etiamnum authenticum privilegii iſtius exemplar, quale hîc editur, extremis quidem partibus mutilum, at ſumma dignum veneratione, tum ob indubitatam (quam exhibet) privilegii formam: tum maximè ob reſiduas Epiſcoporum fermè ſeptemdecim aliorumque ſubſcriptiones primarias, quæ hoc anno ſynodum epiſcopalem Captonaci celebratam fuiſſe manifeſtant. Præfert dati privilegii epocha *annum ſecundum regni domni noſtri Childeberchthi glorioſiſſimi Regis, Captonaco publicè. Datum quod fecit menſis Marcius dies ſex.*

Agirardo præiverat Chlodoveus Rex dato diplomate, quod ex Archivis Dionyſianis erutum, hîc prodit in lucem. In eo *vir inluſter Anſoaldus Comes Palatii*, quaſdam villas ad Chrotcarium pertinere *teſtimoniavit* adverſus Cuneberctum, qui & hoc ipſum *per feſtucam viſus eſt achranmiſſe*. Judicium *Tabtadus* (ita conor legere) *recognovit. Datum quod fecit menſis Auguſtus dies* XII, *anno primo regni noſtri, Captunaco feliciter.* Quæ Chlodovei litteræ, ac duo Pontificum Neuſtraſiorum conventus percelebrem fuiſſe Captonacum villam demonſtrant ſatis: at ſitum ejus perveſtiganti minùs ſufficiunt. Falluntur qui Captonacum ſumunt pro Antonaco ſeu Autunaco, *Andrenak*, ad Rhenum caſtro, propterea quòd ad oram capitis XL Fredegarii apud Cheſnium quidam pro *Antonaco* legendum putant Captonacum. Ut enim cetera prætermittam, quid Chlothario III anno regni VII in Auſtria? cui non ipſe, ſed Childericus imperabat. Quid Neuſtraſiis Epiſcopis, quòd extra patrii regni limites ſynodicos conventus agerent? In Neuſtria igitur erat Captonaci ſedes, quam qui certiùs definierit, magnam à me gratiam eſt habiturus. Catonacum in veteribus Regum noſtrorum nummis legitur: quod quidam, inquit V. C. Hadrianus Valeſius, *Chatou* eſſe putant, vicum ad Sequanam non longè ab Argentogilo. Facilis ſanè litteræ *p* in numiſmatibus omiſſio: facilior quoque ejuſdem in diplomatibus ſuperflua adjectio, ut hunc verum eſſe ac germanum Captonaci palatii ſitum libenter aſſentiar.

XXX. *De Cariſiaco *, villa regia Belgicæ ſecundæ,*

* *Kiersy.*

DISQUISITIO.

JAm dudum lis eſt inter eruditos de ſitu Cariſiaci villæ regiæ, cujus olim clariſſima & percelebris ſedes, nunc obſcuriſſima & ferè obſoleta memoria eſt. Iſtic frequens Regum primæ ac ſecundæ ſtirpis curia, complures Epiſcoporum conventus habiti, aliaque inſignia facta celebrata: quorum illuſtratio cùm ſacræ, tum profanæ hiſtoriæ maximè conducit. Ea verò præcipue pendet ex notitia loci Cariſiaci, quem alii ad Iſaram ſeu Iſeram fluvium, in vico qui hactenus *Kierſy* vocabulum retinet; alii ad amnem Saram Seramve ſtatuunt, eumdemque cum Creciaco opidulo eſſe putant. Priorem ſententiam in primis defendit V. Cl. Hadrianus Valeſius [a]: poſteriorem Philippus Labbeus in Geographica tabula Conciliorum, quem ſequuntur plerique recentiores.

[a] *Valeſ. rerum Franc. lib.* 25 *& in Notitia.*

Et his quidem principio aſſenſus ſum: ſed cùm nonnulla mihi argumenta dubitandi occaſionem præbuiſſent, hunc locum certa ratione indagare in animum induxi, ratus opellam hac in re meam publicis litteris aliquatenus profuturam. Quapropter cùm in Belgicam ſecundam nuper me contuliſſem, utrumque locum, cui Cariſiaci vocabulum à recentioribus tribuitur, accuratè perluſtravi; atque ab indigenis quidquid hanc in rem mihi viſum eſt percontatus ſum: tandemque votis meis finem impoſui, repertis inſtrumentis probatiſſimis, quæ certam de Cariſiaci ſitu notionem mihi præbuerunt; atque eruditis viris, ſi non me fallit exſpectatio, perſuaſura ſunt.

I. Ordior à rebus apud Cariſiacum geſtis, ex quarum cognitione priſtina loci dignitas ac celebritas, adeoque ſitus faciliùs deprehendi poſſit.

Nullum mihi antiquius de Cariſiaco teſtimonium occurrit, quàm in Chartario Folcuini monachi Sithienſis, ubi diploma exſtat Theodorici Regis, Chlodovei junioris filii, Bertino Abbati conceſſum, in quo Bertinus Abbas de monaſterio *Sithiu in palatium villæ Cariſiaci* veniſſe memoratur, ac poſtulaſſe, ut donationem monaſterii, *quod Amalfridus & matrona ſua Childebertana in honore ſanctæ Mariæ & ſanctæ Pollinæ, in loco nuncupato Hunolfocurte ſuper fluvio Scald * ædificaverant*, ſibi confirmaret. quod Rex præſtiterit datis litteris *Kal. Aprilis anno* XIIII *regni ſui, Cariciaco palatio.* quod argumento eſt jam tum à Regibus villam hanc frequentatam, ac palatii loco fuiſſe habitam.

* *l'Eſcau.*

A Ejuſdem loci uſu etiam delectabatur Childebertus tertius ejuſdem Theodorici fi-
lius, ut probat ipſius Placitum à me editum de monaſterio Lemauſo, quod Chil-
debertus monachis cœnobii ſancti Germani Pariſiacenſis adjudicavit *Carraciaco* anno
VII ſui principatus.

Paullo poſt, id eſt anno DCC XLI, Cariſiacus illuſtratus eſt Caroli Tuditis ſeu
Martelli obitu, de quo in appendice Fredegarii hæc legimus. *Carolus Princeps Pari-
ſius baſilicam ſancti Dionyſii martyris multis muneribus ditavit : venienſque Cariſiaco villa
palatii ſuper Iſſaram fluvium, valida febre correptus, obiit in pace.* Idem legitur apud po-
ſteriores Chronographos. Inde tamen Caroli corpus in ſancti Dionyſii baſilicam re-
B vectum eſt. Neque enim in villis regiis, ſed nec in palatiis Regum noſtrorum cor-
pora ſepeliri moris erat. Excipio Carolum Magnum, qui Aquiſgrani mortuus, ibi-
demque ſepultus eſt. tametſi ſuum ipſius tumulum apud ſanctum Dionyſium deſi-
gnaverat, ut ipſe in diplomate [a] quodam teſtatur, quod ego primâ ſcriptum manu
in archivo Dionyſiano legi. Exſtat in eodem archivo diploma ejuſdem Caroli Mar-
telli datum *Careciaco villa in palatio, quod fecit menſis September dies* XVII *an.* V *poſt de-
functum Theodericum Regem.* quod diploma Carolus paullo ante ſuum ipſius obitum
edidit.

[a] apud Dubletum pag. 704.

Anno DCC LIII cùm Stephanus Papa II auxilii adverſus Langobardos implo-
C randi causâ confugiſſet ad Pippinum Francorum Regem; *Pippinus cum admonitione
& oratione venerabilis Pontificis ad locum qui Cariſiacus appellatur, pergens, ibique congre-
gans cunctos Proceres regiæ ſuæ poteſtatis, & eos tanti Patris admonitione imbuens, ſtatuit
cum eis, quæ ſemel Chriſto favente unà cum eodem Papa decreverat, perficere,* ut tradit vul-
gatus Anaſtaſius in vita Stephani Papæ. Addit Eginhardus, etiam Carolomannum
Regis fratrem, jam monachum factum, juſſu Abbatis ſui, Optati ſcilicet Caſinen-
ſis, ut hoc impediret, invitum iſtuc acceſſiſſe.

Eodem etiam tunc perductus eſt Stephanus, ibique promiſſio ipſi à Pippino fi-
liiſque Carolo ac Carolomanno ea facta eſt, ut Romano Pontifici res à Langobar-
D dis ereptæ reſtituerentur, teſtante Anaſtaſio in Hadriano primo. Sed & Stephanus
tunc ad varia conſulta rogatus dedit reſponſa, quæ hunc titulum præferunt : *Ste-
phani II Papæ reſponſa, quæ cùm in Francia eſſet in Cariſiaco villa, Brittaniaco mona-
ſterio, dedit ad varia conſulta, de quibus fuerat interrogatus.* Huc ſpectat id quod in ve-
terrimis Francorum Annalibus legitur ad annum DCC LXIV, Pippinum Regem *con-
ventum magnum* cum Francis Cariſiaci habuiſſe. Ad hæc idem Rex Paſcha & Natale
Domini in eodem palatio celebravit annis DCC LX & DCC LXIV.

Hunc locum non minùs illuſtravit Carolus Magnus. Anno ſiquidem DCC LXXXI
Suidbertus Reginenſis Epiſcopus de Bajoria in Cariſiaco obſides à Taſſilone Bajoariorum
E Duce *ad conſpectum Regis adduxit. Rex autem in eadem villa hiemem tranſigens, Natalem
Domini & Paſcha celebravit.* Ita Eginhardus cum aliis. Utrumque feſtum etiam ibi-
dem exegit Chriſtianiſſimus Princeps annis DCC LXXV & DCC LXXXII.

Anno verò DCCC IV Carolus nuntio ad ſe perlato, Leonem Papam III Natale
Domini cum ipſo celebrare velle; ſtatim Carolo filio ſuo ad ſancti Mauricii opidum
obviam præmiſſo, ipſe Remos venienti occurrit; *ibique ſuſceptum, primo Cariſiacum
villam, ubi Natale Domini celebravit, deinde Aquiſgrani duxit.* Sic quàm maximo cultu
Natalitia Domini, uti & Paſchalia feſta, à priſcis Francorum Regibus peragi mos
erat: adeo ut per unumquemque annum, quo quiſque in loco ea celebraſſet, in An-
F nalibus conſignatum ſit apud Eginhardum & alios.

Ad hæc quædam etiam Caroli Magni diplomata in palatio *Cariſiaco* ſeu *Cariſiago*
data invenio. In his duo pro monaſterio Dionyſiano, data *anno ſeptimo regni* ejus
pridie Idus Martias, id eſt anno DCC LXXIV.

Mortuo Carolo Ludovicus Auguſtus anno DCCC XX Cariſiaci conventum egit,
ibidemque autumnalem venationem ex more complevit, indeque Aquas reverſus
eſt, teſtante Eginhardo. Tum anno DCCC XXVII *inter Compendium & Cariſiacum, ce-
teraque iis vicina palatia uſque ad hiberni temporis initium converſatus eſt*, ait idem auctor,
id eſt, *venationi in ſaltibus Compendio & Cariſiaco contiguis inſtitit*, ut habet vita ejuſdem

Imperatoris. Præter ea anno DCCC XXXIV ab eccleſia ſancti Dionyſii, ubi in thronum reſtitutus eſt, Nantogilum venit, poſtea Cariſiacum villam regiam: ubi conſiſtens, filios ſuos eorumque ſequaces opperiebatur. Ibidem tribus poſt annis Carolum filium ſuum corona regali inſignivit, eique Neuſtriam attribuit, referente Nithardo, cui vita Ludovici adſtipulatur. A

Poſt obitum Ludovici *Carolus* ejus filius *Cariſiacum palatium veniens, Hermendrud neptem Adalhardi Comitis uxorem ducit, atque Auguſtam Viromanduorum, ad memoriam videlicet beati Quintini Martyris, Nativitatis Domini & Apparitionis feſtum celebraturus proficiſcitur.* Ita Annales Bertiniani.

Poſt hæc cùm Gallicani Præſules Germiniaci in agro Aurelianenſi anno DCCC XLIII congregati, Curbionenſi monaſterio confirmaſſent, quæcumque Ludovicus Pius & Carolus ejus filius eidem largiti fuerant; idem Carolus Præſulum confirmationem Præcepto ſuo roboravit *prid. Id Octob. anno* IV *regni ſui, Indictione* VII, dato *Cariſiaco villa ſancti Salvatoris.* Utriuſque rei, id eſt Concilii illius Gallicani hactenus ignorati, & regiæ auctoritatis pro Curbione monumenta edita ſunt in Sæculo IV Benedictino[a]. B

a *Secul. 4 Bened. part. 2 pag. 249 & ſeqq.*

Eodem Carolo regnante variæ in eodem loco Synodi habitæ ſunt. Prima adverſus Gotheſcalcum monachum Orbacenſem, qui *in ſynodali conventu in Cariſiaco palatio* iterum auditus, damnatuſque, inſuper gradu ſacerdotali dejectus, virgis cæſus & in ergaſtulum retruſus eſt anno DCCC XLIX. In eumdem poſt annos quatuor ab Epiſcopis ſancita ſunt capitula quatuor apud Cariſiacum, præſente Carolo Calvo, ex Annalibus Bertinianis. C

Tertia Synodus anno DCCC LVII ibidem celebratur, in qua communi Epiſcoporum, aliorumque Procerum conſultu edita eſt à Carolo Rege conſtitutio de coërcendis rapinis & depopulationibus, quæ in regno graſſabantur.

In quarta Synodo, quæ anno ſequenti ex Epiſcopis provinciarum Remenſis & Rotomagenſis conflata eſt; *à Cariſiaco palatio*, quò convenerant, admonitionum capitula Ludovico Regi apud Attiniacum conſiſtenti ſubmiſſa ſunt per Wenilonem Rotomagenſem & Erchanraum Catalaunenſem Epiſcopos. Ad alterutra pertinent ea, quæ apud Cariſiacum geſta Frodoardus[a] commemorat in Hiſtoria Remenſi. D

b *Frodoard. lib. 3 cap. 24 & 28.*

In quinta denique poſt annos decem, III *Nonas Decembris*, convenêre Pontifices Remenſis provinciæ cum aliis *apud Cariſiacum in eccleſia ſancti ill. pro examinatione Willeberti Preſbyteri, qui futurus erat Catalaunenſis Epiſcopus:* cujus ordinatio tertio poſt die, id eſt *Nonis Decembris, in monaſterio quod Britennacus dicitur, in diœceſi Remenſi & parochia Noviomagenſi* celebrata eſt. nam Britenniacus tum epiſcopatui Noviomagenſi attributus erat, nunc Sueſſionenſi.

Anno DCCC LXX Carolus Rex Liptinis[c] *per monaſterium ſancti Quintini ad Silvacum, & inde per Cariſiacum Compendium veniens, autumnalem venationem in Cotiæ ſaltu exercuit.* Denique anno DCCC LXXVII, cùm in villa Virzinniaco gravi morbo decubuiſſet; *convaleſcens per Cariſiacum ad Compendium venit.* tum paullo pòſt Cariſiacum reverſus cum in Italiam proficiſci vellet, *de Cariſiaco Compendium*, indeque Sueſſionas ac Remos iter ſuum inſtituit. E

c *Annal. Bertin.*

Ad hæc varia Capitularia Cariſiaci edidit idem Rex, nempe una anno DCCC LVI, miſſa ad Francos & Aquitanos: alia anno ſequenti ad Miſſos & Comites ſuos: tum ſacramenta fidelium, ipſiuſque Regis anno DCCC LVIII. dein edictum anno DCCC LXI. item alia Capitula anno DCCC LXXIII in generali Placito. Alia denique anno DCCC LXXVII, qui ejuſdem Regis ac tum Imperatoris ſupremus fuit. In his verò Capitulis à venatione Ludovici ipſius Caroli filii excipitur *Cariſiacus cum foreſtibus ſuis, Silvacus cum toto Laudunenſi ſimiliter.* His adde varia diplomata, quæ eo in loco edidit Carolus, ex quibus duo refert Hariulfus in Chronico Centulenſi[d]. F

d *Hariulf. lib. 3 cap. 15 & 17 Spicil. tom. 4.*

Ludovicus cognomento Balbus, accepto nuntio in Audriaca villa de morte patris ſui Caroli Calvi, in monaſterium ſancti Dionyſii, ubi ſepeliendus erat, profecturus, *per Cariſiacum & Compendium uſque* ad Vernum iter egiſſe perhibetur in Annalibus Bertinianis.

A Tandem mortuo Ludovico Caroli Calvi nepote, Carolomannus Ludovici frater anno DCCCLXXXII monarchiam adeptus, Epiſcopis promiſſionem de conſervandis eccleſiarum juribus & privilegiis apud Cariſiacum fecit.

Ex his nemo non intelligit, quàm celebre fuerit Cariſiacum per annos ampliùs ducentos, nempe à ſæculo VII ad noni finem: quo tempore forſan à Normannis Hiſt. Nortman. an. 881.
Cariſiacenſe palatium, uti alia, incendio corruptum eſt; indeque negligi cœpit iſte locus, ad alios demum tranſlatus dominos, ut inferiùs demonſtraturus ſum. Nunc videndum eſt, utri loco, Kiriſiaco ſuper Iſaram, an Creciaco ad Saram, ſuperiora facta tribuenda ſint.

B

II. **P**rimum finiendæ quæſtionis argumentum deſumo ex vocabulo *Cariſiacus*, ſeu *Cariſiacum*, quod Kiriſiaco ſeu Chiriſiaco ad Iſaram olim tributum fuiſſe conſtat. Id in primis atteſtatur Philippus primus Francorum Rex in litteris ſuis Ratbodo Noviomagenſi Epiſcopo conceſſis, quarum inſcriptio in ejus eccleſiæ chartatio ſic habet: *Donatio Philippi Regis facta Epiſcopo de Cariſiaco caſtello in Sueſſionenſi pago.* Quo in loco ſitum eſſet hoc caſtellum, earumdem litterarum ſeries ſignantiùs docet, ubi Radbodus à Rege poſtulaſſe dicitur, *ut caſtellum, nomine Cariſiacum, in pago Sueſſionico ſitum, eccleſiæ Noviomenſi perpetualiter poſſidendum concederet;* hac ex-
C poſita ratione, quòd *erat ſuo epiſcopio proximum, & ob cavendas vicinorum inimicorum inſidias, quas frequenter patiebatur, ſuæ eccleſiæ habebatur neceſſarium.* Id verò apprimè convenit, non Creciaco ad Saram, quod opidulum eſt pagi Laudunenſis, leucis amplius decem à Noviomago ſeu Noviomo diſtans: ſed Kiriſiaco ad Iſaram, qui vicus ad diœceſim Sueſſionicam pertinet, abeſtque à Noviomo non integris leucis tribus. Opportunum porro eſt ejus loci caſtellum ad repellendas eccleſiæ Noviomenſi adverſas poteſtates: propterea quòd & loci poſitione munitum ſit ob fluvii Iſaræ alveum, qui pagum Sueſſionenſem à Noviomenſi diſterminat, & caſtellum munit adverſus Sueſſionenſes & Laudunenſes.

D Alterum argumentum ſuppeditat Guibertus Abbas de Novigento, qui diſertè Gariſiacum à Creciaco dirimit in libro tertio de vita ſua. Nam in capite V laudat Gerardum *Cariſiacenſem. ſic enim agnominabatur*, inquit, *quia dominus ipſius erat caſtri.* At in capite XIII agit de caſtro, *quod Creciacum vocant:* à quo haud longè erat *municipium* nomine *Novigentum*, vulgo *Novion l'Abbeſſe*, quod prope Creciacum ad Saram ſitum eſt. Accedit quòd Creciacum ait fuiſſe *villam Abbatiæ ſancti Johannis* Laudunenſis, cujus dominio hactenus ſubjacet idem Creciacum, ſeu Criciacum; ſic paſſim dictum in ejuſdem monaſterii tabulario; Cariſiacum nuſquam. Itaque Gerardus Cariſiacenſis dominus erat alterius caſtri, ſcilicet Cariſiaci, quod à Rege
E primùm, dein ab Epiſcopo Noviomenſi in beneficiarium prædium acceperat, ut poſtea dicemus.

Hunc tamen locum aliquando Kiriſiacum fuiſſe appellatum non diffiteor, teſtante auctore anonymo, qui librum ſecundum de miraculis ſancti Bertini ſcripſit ineunte ſæculo X. Hic quippe auctor agens de Nortmannorum impreſſione in Noviomagum, ait eos *aſcendiſſe flumen dictum Iſeram: perveniſſeque & equitatu, & navigio, ſub uſque Noviomam civitatem, facientes ibi munitionem circa villam ex auſtrali plaga naturâ munitam ſcilicet aquâ & ſilvâ, vocatam Kyriſiacus* *, *intendentes, ſi in brevi* * al. Chiriſiacus.
nequirent, arta & diutina obſidione civitatem, quia parva videbatur, capere poſſe. Idem
F eidem loco vocabulum tribuit Nicolaus monachus in vita ſancti Godefridi Epiſcopi Ambianenſis, ubi elogium texit Vivetæ ſanctimonialis Sueſſionenſis; quæ cùm Sueſſione tenderet in Teutonicas partes, ſalutato Godefrido tum Novigenti Abbate, *in ſilvam ingreſſa eſt quæ inter Ciriſiacum & ſanctum Paulum interjacet: quæ per id tempus ob prædas & latrocinia admodum infamis habebatur.* Certè vicus ſancti Pauli *, * S. Paul aux bois.
Ordinis ſancti Benedicti Prioratu (qui nunc Patribus Oratorii competit) inſignis, inter Novigentum & Kiriſiacum interjacet, atque à Kiriſiaco admodum ſeſqui-leuca diſtat. Sic ergo dicebatur *Chiriſiacus* & *Kiriſiacus* ab iis, qui patriæ linguæ rationem habebant: Cariſiacus verò ab aliis, qui veteris nomenclaturæ retinentiores erant.

Et ne gratis id dixiſſe videar, in chartario Noviomenſi invenio, eumdem locum, A quem Cariſiacum à Philippo Rege appellatum ſuperiùs vidimus, in aliis atque aliis litteris modò *Cheriſiacum*, tum *Chiriſiacum* nominari. Nimirùm locus ille aliquando *Cherſi*, à quo familia *de Cheriſi* nomen & originem traxit; aliquando *Kierſi*, ſeu *Quierſi*, nomine hactenus vulgato, corruptè *Thierſi* dictus eſt. Sic in Bibliotheca Cluniacenſi memoratur *Decanatus ſancti Martini de Quiriſiaco Sueſſionenſis diœceſis in Picardia, ad tres leucas* de Noyon. quod ipſum eſt Kiriſiacum, de quo in præſenti agimus. Poſtremo quem Gerardum Guibertus [a] Abbas de Novigento dominum *Cariſiacenſem* appellat; eumdem Hermannus [b] monachus Gerardum *de Cyriſiaco* vocat; ut intelligas, *Cariſiacum* & *Kiriſiacum* ſeu *Cyriſiacum* pro uno eodemque loco quondam B uſu veniſſe. Certè laudatum invenio diploma Ludovici Auguſti pro monaſterio Floriacenſi, datum imperii anno XXII, *Circiaco palatio*. quod ipſum eſſe Cariſiacum non dubito.

a Guibert. lib. 3 de vita ſua c. 5.
b Herman. lib. 1 de mirac. c. 1.

III. A Cariſiaci nomine ad ejus ſitum progredior, quem appendix Fredegarii ad Iſaram fluvium locat his verbis. *Carolus Princeps ... veniens Cariſiaco villa palatii, ſuper Iſſaram fluvium, validâ febre correptus obiit in pace.* Eadem fermè verba leguntur in Annalibus Mettenſibus apud Andream Cheſnium, qui eos ex veteri codice eruit. C In eo verò codice, qui Jacobi Sirmundi fuit, depravatum fuiſſe hunc locum obſervat Hadrianus Valeſius [c]; & pro *Iſſara Saram* nuper ſubſtitutum à quodam viro docto, qui Cariſiacum ad Saram collocandum eſſe ſentiebat. Verùm hanc emendationem ſeu potiùs interpolationem revincunt alii Chronographi, nempe Fontanellenſis, Aimoïnus, Ademarus, & Guido Bazochius: qui omnes Caroli obitum commemoraturi, eum Cariſiacum villam *ſuper Iſaram* ſeu *Iſeram* fluvium adiiſſe unanimi conſenſu tradunt; atque adeo Cariſiaci ſitum Kiriſiaco apertè vindicant.

c Valeſ. Notit. Galliar.

Cariſiaco proxima erat ſilva regia, in qua Francorum Reges venatione corpus exercere per id tempus ſolebant. Et Chiriſiaco hactenus vicina eſt grandis ſilva, jugera terræ capiens haud minùs quadringenta, quam ſilvam memorat liber de miraculis D ſancti Bertini ſuperiùs memoratus. Porro hanc ſilvam, eique adjunctum Cariſiacum, à Laudunenſi pago removet Capitulare Caroli Calvi anno DCCC LXXVII editum, qui Ludovico filio regni partem ad venationem aſſignans, excipit *Cariſiacum cum foreſtibus ſuis, Silvacum cum toto Laudunenſi ſimiliter.* Ubi vides Cariſiacum non comprehendi pago Laudunenſi: quo ſanè pago Creciacum ad Saram continetur.

Præterea Cariſiacum Brittaniaco monaſterio vicinum erat, ut conſtat ex reſponſis Stephani Papæ III, quæ *cùm in Francia eſſet in Cariſiaco villa, Brittaniaco monaſterio, dedit ad varia conſulta, de quibus fuerat interrogatus.* Sirmundus hæc capitula Brittaniacenſibus monachis privatim apud Cariſiacum data fuiſſe exiſtimat; idemque aliquando E mihi viſum eſt. Sed re attentiùs perpenſa, hunc locum ita interpretandum eſſe non dubito, ut Stephanus, cùm eſſet in Cariſiaco villa, & quidem in Britennaco monaſterio, ea reſponſa ediderit Epiſcopis, eccleſiarumve rectoribus, non monachis, quibus iſthæc capitula nullo modo conveniunt. Edidit, inquam, ea *in Britennaco monaſterio*, quod Cariſiacus villa regia ambitu ac jure ſuo complectebatur.

Nimirum moris erat, ut villæ regiæ non uno ſingulari loco vicove definirentur, ſed pluribus conſtarent villulis, haud longè ab invicem ſemotis. Sic Clipiacus villa regia Pariſienſis agri complectebatur vicum, qui nunc dicitur ſancti Audoeni; F & alium qui hactenùs Clipiaci nomen ſervat, vulgo *Clichi.* Sic Liptinæ vicos duos, nempe Liptinas ſuperiores & inferiores, continebant, totidemque eccleſias, quarum una ſancto Martino, altera ſancto Remigio nuncupata eſt. Sic denique eccleſia ſanctæ Walburgis, quæ in villa Diona à Carolo Simplice Francorum Rege ferè dimidiâ ab Attiniaco leucâ erecta eſt, *in Attiniaco palatio* conſtructa dicitur in litteris ejuſdem Regis. Ad eum ergo modum Cariſiaco attributi erant quidam vici circumpoſiti, in his Britennacum, quod non integra ſemileuca modò à Kiriſiaco diſtat. Denique Cariſiaco ſubjacuiſſe plures villas, quæ eodem Cariſiaci nomine deſignari olim

A ſolebant, intelligimus ex diplomate Caroli Calvi pro monaſterio Curbionenſi, quod datum eſt *Cariſiaco, villa ſancti Salvatoris*, id eſt in una ex villis illis, in quas Cariſiaci nomen ac jus extendebatur.

Et quidem Brittaniacum ſeu Britennacum * Cariſiaco proximum fuiſſe probat libellus de examinatione Willeberti Catalaunenſis ordinandi Epiſcopi. Quippe Hincmarus Metropolitanus cum Suffraganeis ſuis, aliarumque provinciarum Epiſcopis *convenientes apud Cariſiacum, in eccleſia ſancti ill. pro examinatione Willeberti*, nempe *anno ab Incarnatione Domini* DCCC LXVIII, *Indictione ſecunda*, III *Non. Decembres*; examinatione factâ, diem & horam ordinationis dixêre *Nonis Decembris, in monaſterio quod Britennacus dicitur*. Unicus proinde dies inter examinationem Willeberti, ejuſdemque ordinationem interceſſit: quod ſanè temporis intervallum brevius fuiſſet, ſi tantum diſtitiſſet Cariſiacùm à Britennaco, quantum Creciacum, quod octo minimum leucis iſtinc diſſitum eſt. Vicina ergo erat Cariſiacenſis villa Britennaco, ut una die conventus Epiſcoporum Cariſiaco Britennacum facilè commigrare potuerit. Nonnihil lucis huic loco nobis contuliſſet vetus ſcriptor, ſi nomen illius ſancti, in cujus eccleſia peracta eſt Willeberti ordinatio, expreſſiſſet. At in eo codice Leodicenſi, ex quo Sirmundus hunc libellum eruit, deſignatio iſta expreſſa non habetur: ſed tantùm hæc, *in eccleſia ſancti ill.* ut habet Sirmundi editio. Quamquam Petrus Lalandus qui ipſummet libellum ex eodem codice Leodicenſi, quaſi ineditum, poſt Sirmundum recenſuit, hunc locum ita ſupplevit, *in eccleſia ſancti Remigii*.

* Bretigny.

Kiriſiaci ad Iſaram unica eſt eccleſia duo habens altaria, alterum ad Prioratum, ſancto Martino; alterum ad parœciam, beatæ Mariæ ſacrum. Præter ea in ejus loci caſtello exſtat oratoriolum ſancti Firmini. At Creciaci ad Saram eccleſia ſub beati Remigii nomine dedicata eſt. Lalandus porro Cariſiacum ad Saram ſtatuit, eumdemque cum Creciaco eſſe opinatur. An ſancti Remigii nomen, conjecturæ ſuæ blandiens, de ſuo addiderit, aliis æſtimandum relinquo. Certè in codice Leodicenſi, quo uſus eſt tam Sirmundus, quàm Lalandus, id nomen non comparet, ut probat Sirmundi editio. Quidquid ſit de patrono veteris Cariſiacenſis eccleſiæ, hunc locum Brittaniaco adhæſiſſe ex ſuperioribus conſtat; ac proinde à Kiriſiaco non diſtinguendum.

Denique ſilvam Cariſiacenſem Compendienſi fuiſſe proximam, colligitur ex Eginhardo & ex Vita Ludovici Auguſti, qui anno DCCC XXVII *in ſaltibus Compendio & Cariſiaco contiguis* venationi inſtitiſſe memoratur. At ſilva Kiriſiacenſis fermè adjacet Liſicæ ac Compendienſi; nec alia eſt procul dubio à Cariſiacenſi.

IV. Jam ad alias loci circumſtantias veniendum eſt, quæ non minus aſſertæ ſententiæ ſuffragantur. In primis occurrit memoria veteris caſtelli, quod Caroli Magni quondam fuiſſe, & Rollando ejus dono ceſſiſſe narrant ejus vici fabulæ ruſticanæ. Et quidem ante annos quatuor vetuſtam turrim, quæ Rollandi vocabatur, everſam fuiſſe ab incolis accepi. Hæc etſi aniles fabulas redoleant, noſtræ tamen ſententiæ nonnihil præſidii afferunt: propterea quòd certæ veteris Regum palatii memoriæ à majoribus acceptæ innitantur ejuſmodi fabellæ. Exſtant quidem etiam apud Creciacum veteris caſtelli rudera; ſed toparchæ fuiſſe peculiaris, non regii juris, uti Cariſiacum, poſtea demonſtrabo.

Hanc de Cariſiaco ſententiam itidem adſtruunt veſtigia ſtratæ publicæ, quæ ex Auguſta Viromanduorum ad Kiriſiacum olim protendebatur. Neſcio an aliam viam tenuerit Carolus Calvus, qui anno DCCC LXX ex urbe ſancti Quintini Compendium cum uxore ſua profecturus, Silvaco Cariſiacum venit. De ſitu Silvaci villæ quondam regiæ æque variant recentiores. Alii locum agri Laudunenſis, qui vulgo *le Sauvoy* dicitur; alii villam in Silva, ſeu *Ville-Selve*, eſſe opinantur. Ego verò Silvacum in Vedogienſi ſilva haud procul à Fara opido trans Iſaram fluvium locandum inferiùs oſtendam. At quodcumque horum ſenſeris, Cariſiacum à Creciaco diſtinguere neceſſe eſt. Si enim Silvacum idem cum *le Sauvoy* eſſe dicas; priùs adeundum fuit Creciacum, quàm Silvacum: quando quidem *le Sauvoy* ad radices montis Laudunenſis

ſitum eſt, leucis decem à ſancti Quintini opido, à quo ſeptem tantùm abeſt Cre- A
ciacum ſitum ad Saram, in itinere ad urbem Laudunum. Si Villam in ſilva pro
Silvaco præferas, Carolus à Silvaco Creciacum adire non potuit; niſi retro pedem
retulerit. Nam longiùs à Compendio, quo tendebat, abeſt Creciacum, quàm
Villa in ſilva: quæ villa medio fere itinere inter opidum ſancti Quintini & Novio-
magum ſita eſt, Noviomago tamen propinquior. Denique ſtatuto Silvaco ad Ve-
dogienſem ſilvam, is locus ex opido ſancti Quintini Creciacum tendenti prætervius
eſt, non obvius. Itaque Cariſiacum ad Iſaram ſupra Noviomagum collocare ne-
ceſſe eſt, ut Carolo, ex opido ſancti Quintini per Silvacum tendenti Compendium,
occurrere potuerit. B

Verùm omnem ejus rei dubitationem adimit directum Kiriſiaci dominium,
quod Francorum Reges ſervarunt uſque ad Philippum Francorum Regem, qui
Cariſiacum caſtellum ſuum ad Iſaram Ratbodo Noviomagenſi Epiſcopo conceſſit.
Id verò dici non poteſt de Creciaco, quod regii juris umquam fuiſſe nullo argu-
mento probari poteſt: immo verò directum ejus loci dominium ad Codiciacenſes
dynaſtas pertinuiſſe inferiùs exponam.

Cùm ergo Cariſiaci nomen, ſitus, dominium, aliæque circumſtantiæ omnes
Kiriſiaco ad Iſaram, non verò Creciaco ad Saram conveniant; nemo in poſterum,
opinor, de vero Cariſiaci villæ regiæ ſitu dubitaturus eſt. Nunc quo pacto Cari- C
ſiacenſis caſtelli dominium è manu regia ad Noviomagenſes Epiſcopos tranſlatum
fuerit, videamus.

V. Poſtea quàm Ducum, Comitum ac Marchionum tituli hereditario jure
præpotentibus viris ceſsêre, quæ res à Caroli Calvi principatu obtinere cœpit: eo
demum proceſſit apud Francos armorum licentia, ut nobilis quiſque finitimis ſuis
bellum privata auctoritate indiceret. Hinc nobilibus fere quibuſque legendi mili-
tem; ac ligios ſuos, id eſt clientelæ ſuæ obnoxios, cogendi poteſtas erat, in ipſos
etiam Reges nonnumquam exſerta. D

Neque verò Epiſcopi ab his armorum tumultibus immunes. Hinc Radbodus
Noviomenſium Epiſcopus, qui frequentes ab adverſariis inſultus patiebatur, Cariſia-
cum caſtellum regium obtinuit à Philippo Rege, ut adversùs inimicos ſe tutum
præberet. Exſtant hac de re Philippi litteræ in chartario Noviomenſi, quas mecum
liberaliter communicavit eruditus ac venerabilis vir Nicolaus ab Haia, Canonicus
ac Decanus Noviomenſis, à quo multum adjumenti in illuſtrando Cariſiaco mihi
collatum fuiſſe profiteor. Philippi litteræ ſic habent.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus-ſancti. Phi- E
lippus gratiâ Dei Francorum Rex. Cùm ſanctæ matris Eccleſiæ voto intemerato, quam ſibi
Chriſtus Dei filius pretioſi ſanguinis ſui effuſione ſubarravit, renatos nos eſſe ſciamus, atque
in ipſius adminiſtrandis negotiis majorem nos curam Domino annuente ſuſcepiſſe cognoſcamus;
tanto ampliùs diligentiæ regali cogente magnificentia in ejus nos augmentando honore exſiſtere
debitores credimus. Unde noverit ſanctæ Dei Eccleſiæ omnium fidelium tam præſentium, quàm
futurorum induſtria, quòd adiens Radbodus Noviomenſis eccleſiæ venerabilis Epiſcopus cel-
ſitudinem noſtram, per quoſdam Optimates noſtros humiliter deprecatus eſt, ut caſtellum no-
ſtrum nomine Cariſiacum, in pago Sueſſionico ſitum, eccleſiæ Noviomenſi perpetualiter poſſiden-
dum concederemus: erat enim ſuo epiſcopio proximum, & ad cavendas vicinorum inimicorum F
inſidias, quas frequenter patiebatur, ſuæ eccleſiæ habebatur neceſſarium. Cujus petitioni, quo-
niam non aſpernabilis viſa eſt, condignum aſſenſum præbuimus; ac fidelium noſtrorum con-
cordante conſilio præfatum caſtellum, & quidquid ejuſdem caſtelli poſſeſſor de nobis in domi-
nicatum tenebat, Noviomenſi eccleſiæ, ipſique Radbodo Epiſcopo ac ſuis ſucceſſoribus perpetuo
habendum ob noſtræ remedium animæ tradidimus. Ut autem in [perpetuum] traditionis iſtius
donum inconvulſum ac ſtabile permaneat, regali illud præceptum roboravimus cenſura, quod
propria manu firmantes, ſigilli noſtri impreſſione inſigniri fecimus, ac fidelium noſtrorum de-
centi teſtimonio muniri præcepimus.

A Duo fuêre iſtius ſedis Radbodi Epiſcopi: prior deſinente ſæculo x, poſterior
ab anno M LXVIII, ad M XCVIII, is cui hæc donatio à Philippo primo Francorum
Rege facta eſt.

VI. Impetrato Cariſiaci dominio Radbodus ejus loci caſtellum conceſſit in
feudum, aut potiùs confirmavit Gerardo Laudunenſi Caſtellano, qui jam illud for-
ſan à majoribus acceptum, *in dominicatum* à Rege tenebat. Cariſiacenſis familiæ in-
ſigne nomen, origo minus nota: cujus ante Gerardum, cognomento Strabonem,
apud veteres nulla mentio eſt. Certè Cariſiacenſis agnomen Gerardus uſurpavit jam
B inde ab anno M LXXXIII, quo anno diplomati Philippi Regis pro monachis Silvæ-
majoris cum aliis regni proceribus ſubſcripſit *Girardus Strabo de Cheriſiaco.* ut vel inde
conſtet, eum illuſtrem inter viros principes locum obtinuiſſe. Is eſt Gerardus *de Ce-
reſiaco* ſeu *de Chereſi* ac *de Kereſi caſtello*, qui cum Godefrido Bullioneo cruce-ſigna-
tus [a] inter ſecundæ nobilitatis viros, id eſt *inter viros majores, qui Comites non erant*, — a *Geſta Dei per Franc. pag.* 205,
ut tradit Willelmus Tyrius; rebus præclarè geſtis, quas idem Willelmus & Alber- — 275, 287, 674 & 706.
tus Aquenſis memorant, reverſus in patriam eſt.
Idem ipſe eſt Gerardus à Guiberto [b] laudatus, *Caſtellanus Laudunenſis*, hoc eſt *mo-* — b *Guib. lib.* 3 *de vita ſua cap.* 5.
naſterii puellarum ſancti Johannis, apud Sueſſionenſes, Laudunenſes, ac Novioma-
C genſes plurimum habens auctoritatis; *dictus Cariſiacenſis, quia dominus ipſius erat ca-
ſtri*, qui ſub annum M C in baſilica Laudunenſi à Roricone Gualdrici Epiſcopi fra-
tre dirè interemtus eſt; *nobilis princeps & Caſtellanus Laudunenſis Gerardus de Cyriſiaco* ab
Hermanno [c] appellatus. Et ne quis ambigat eumdem eſſe Laudunenſem caſtella- — c *Herman. lib.* 1 *de mirac. S. Mariæ Laudun. c.* 1.
num, & Kiriſiacenſis caſtri dominum; Gerardus *de Chiriſi* ejus nepos, qui Kiriſia-
cenſe caſtellum ab Epiſcopo Noviomenſi in feodum tenebat, *caſtellaniam Lauduni*
pro quadam conventione cum Epiſcopo Noviomagenſi facta *in plegium aſſignavit*,
ut teſtantur Alexandri Papæ III litteræ inferiùs referendæ. Cùm ergo Gerardus ter-
tius, qui caſtellanus erat Laudunenſis, idem etiam Kiriſiacenſe caſtellum à Novio-
D magenſi Epiſcopo tenuerit; eodem ſanè titulo avus ejus *Cariſiacenſis*, id eſt Kiriſia-
cenſis, dominus dicendus eſt.
Gerardus Strabo filium habuit alterum Gerardum; nepotem itidem Gerardum,
ſecundi filium. Gerardo autem eo nomine ſecundo filii fuêre Gerardus tertius, Eve-
rardus Miles, ac Nevelo poſtea Sueſſionenſis Epiſcopus. Gerardi ſecundi obitus in
veteri Necrologio Sueſſionici beatæ Mariæ parthenonis ita conſignatur. XIV *Kal. Ju-
nii obiit Gerardus* de Chiriſi *monachus ad ſuccurrendum apud Longumpontem, qui dedit nobis
unum modium frumenti* &c. Gerardus porro tertius ex Petronilla conjuge ſuſtulit Hel-
videm & Beatricem ejuſdem Sueſſionici beatæ Mariæ parthenonis ex ordine Abba-
E tiſſas, atque Gobertum Agnetis ejuſdem etiam loci Abbatiſſæ parentem, à quo Ki-
riſiacenſis familia propagata eſt. Idem Gerardus tertius cum Rainaldo Novioma-
genſi Epiſcopo ſuper Kiriſiaco litem movit, quam Alexander Papa III compoſuit
in hunc modum.

*Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri ſuo R. Noviomenſi Epiſcopo
ſalutem & benedictionem. Vidimus ſcriptum cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Franco-
rum Regis, ex cujus tenore nobis innotuit, quòd cum inter bonæ memoriæ B. prædeceſſorem
tuum, & Gerardum* de Chiriſi *coram eodem Rege quæſtio mota fuiſſet; tandem in præſen-
F tia ipſius Regis inter ipſum & eumdem G. multis adſtantibus talis facta eſt compoſitio, quod
præfatus G. ſibi fecit homagium de caſtello* Chiriſi *talibus conventionibus interpoſitis, quòd
quando Epiſcopus Noviomenſis ſummonebit eum de excommunicatione, quæ debuit eſſe facta
de prædicto caſtello, ut dicitur, idem G. in curia Noviomenſis Epiſcopi parebit judicio per
pares ſuos homines ipſius Epiſcopi* [reddito]. *Et ſi probari poterit excommunicationem ipſam fa-
ctam fuiſſe, idem G. præſcriptum caſtellum reddet in manu Epiſcopi ad diruendum & omni-
no deſtruendum, vel ad omne velle ſuum faciendum. Si verò excommunicatio probari non
potuerit, memoratus G. & heres ejus à Noviomenſi Epiſcopo per homagium caſtellum ipſum
tenebunt. Addidit inſuper idem G. in homagio quod præfato Epiſcopo fecit, quod ipſe aut heres*

ejus quadraginta diebus cum duobus militibus, & in propriis ſumtibus ſuis infra Comitatum A
*Noviomenſem Epiſcopo Noviomenſi ſerviet cùm voluerit, & ipſum exinde fecerit
ſubmoneri. Præterea idem G. fidem dedit, quod de guidonagio Pontis-Epiſcopi, & de ceteris
pedagiis & pontonagiis per ſupradictum caſtellum Noviomenſi Epiſcopo nullum damnum eve-
niet, nec aliqua quadriga ferens vinum, nec aliqua mercatio tendens ad quaſcumque ferias
per caſtellum tranſibit; aut ſi hoc evenerit, Epiſcopus guidonagium & foriſfactum de tran-
ſeuntibus habebit; & idem G. & heres ejus hoc Epiſcopo emendabit. Decem quoque libras,
quas pater ipſius G. ab Epiſcopo Noviomenſi ad Pontem-Epiſcopi ſe tenere clamavit, &
Simon prædeceſſor tuus in Placitis obtinuit; idem G. jam dicto Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis
quietas & liberas in perpetuum dimiſit: & promiſit, quòd ſi Epiſcopo Noviomenſi guerra* B
*imminuerit, ei caſtellum tradet, ſibi facta pace ſine contradictione qualibet reſignandum:
& hæc omnia ſe obſervaturum coram memorato Rege Francorum interpoſita fide firmavit;
& ipſum Regem ſuper his per legem conſtituit; & eidem Regi, ut major de his omnibus ſe-
curitas haberetur, caſtellaniam Lauduni contra plegium aſſignavit. Volentes itaque robur per-
petuæ firmitatis habere, quo mediante præfato Rege ſtatutum eſt in hac parte, conſtitutionem
ipſam, ſicut diximus, factam, ratam habemus & firmam; eamque auctoritate apoſtolica con-
firmantes, præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes ut nulli hominum liceat hanc
paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc at-
tentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſto-* C
lorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Venetiis in Rivo-alto VI *Kal. Octobris.*

Rebus inter Epiſcopum ac dominum Kiriſiacenſem ita compoſitis, locus iſte Ge-
rardo pacificè ceſſit hoc pacto: nec quidquam inde turbatum ab aliquo videtur,
donec ſæculo XII deſinente, neſcio quid litis Gobertum inter Gerardi filium &
Stephanum Pontificem interceſſit occaſione quadrigarum ac mercium, quæ per Ki-
riacenſis caſtelli pontem renitente Epiſcopo vehebantur. Sed ea demum diſſenſio
ſublata eſt eo modo, quem ſubjectæ Goberti litteræ nos docent.

Ego GOBERTUS *dominus Chiriſiaci, omnibus in perpetuum notum fieri volumus univer-* D
*ſis tam præſentibus quàm futuris, quòd dominus meus Stephanus Noviomenſis Epiſcopus,
de quo caſtrum Chiriſiaci in feodum teneo, in augmentum ejuſdem feodi mihi conceſſit pacificè
poſſidendum, quòd quadrigæ & bigæ ferratæ & quæcumque vecturæ cum negotiationibus per
pontem-Chiriſiaci tranſeant. Nos autem ei conceſſimus hoſpitem omnino liberum, qui ei custo-
diat, quod ad juris ſui plenitudinem pertinebit; talem videlicet conſuetudinem, qualem apud
Pontem-Epiſcopi dignoſcitur poſſidere. Addidimus etiam, quòd quicumque ex parte noſtra ca-
ſtrum Chiriſiaci cuſtodiat, ſacramentum præſtabit, hoſpitem præfatum & jura domini mei No-
viomenſis Epiſcopi fideliter cuſtodiat & conſervet. Actum anno Incarnati Verbi* M C XCVI.

Ineunte ſæculo XIII Ingelrannus Codiciacenſis caſtri dominus, opibus & poten- E
tia, quæ communem hominis privati fortunam ſuperabant, elatus, quamquam mul-
ta in Noviomenſi Comitatu beneficiario jure prædia *tenebat* ab Epiſcopis, *pro qui-
bus* non ſolùm ipſe, ſed & *pater ejus Noviomenſi Epiſcopo fecerat homagium in gravia
juxta Briteniacum, quando iter arripuit Jheroſolimis*, ut teſtantur Ingelranni litteræ an-
no M CC VIII menſe Auguſto datæ; ipſe tamen jus ſummum in Kiriſiacenſe caſtel-
lum tempore belli ſibi vindicabat: quæ res Epiſcopis Noviomenſibus iniquior, ne-
que porro tolerabilis viſa eſt. Hinc delatis ad Ludovicum VIII Francorum Regem
utrimque querelis; tum electis regia auctoritate, mutuoque litigantium conſenſu
arbitris, ſopita tandem eſt diſſenſio iſthæc in hunc modum. F

INGERRANNUS *dominus Couciaci, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Nove-
rint univerſi, quòd diſcordia erat inter me ex una parte, & G. Noviomenſem Epiſcopum ex
altera ſuper fortericia de Cheriſiaco. Dicebamus etenim quòd ſolum nobis reddenda erat ſemper
domus illa quotieſcumque vellemus, & contra quoſcumque ad omne negotium, & ſine negotio
ad magnam vim & ad parvam. Dominus verò Noviomenſis Epiſcopus dicebat, quod ſcilicet
domum illam antequam dominus Couciaci requireret, dicta fortericia omni modo quo Ingerran-
nus dominus Couciaci ipſam domum dicebat ſibi eſſe reddendam, reddenda erat eidem. Verùm*

A *cum ſuper hoc coram illuſtri Rege Francorum Ludovico quæſtio verteretur; tandem de volun-*
tate domini Regis, & Noviomenſis Epiſcopi & noſtra, & etiam de voluntate domini Go-
berti de Cheriſiaco, domini fortericiæ, ſuper ipſa diſcordia compoſuimus in Jacobum Dei gra-
tia Sueſſionenſem Epiſcopum ex parte Epiſcopi Noviomenſis electum; & in Thomam de Cou-
ciaco fratrem noſtrum ex parte noſtra electum. Dominus verò Rex tertium appoſuit, Mat-
thæum ſcilicet dominum Montiſmorentii Conſtabularium Franciæ: & promiſimus quod quid-
quid ipſi três vel duo ipſorum dicerent, facta inquiſitione quomodo ſuper hoc à partibus me-
moratis fuerat uſitatum, illud firmiter teneremus. Ipſi verò arbitri dictum ſuum communiter
& concorditer protulerunt in hæc verba. Per arbitrium noſtrum dicimus quod forteriſia de «
B *Cheriſiaco reddenda eſt Epiſcopo Noviomenſi & ſucceſſoribus ſuis pro omni guerrâ princi-* «
paliter ſuâ, & de rebus ad epiſcopatum pertinentibus; præterquam contra dominum de Cou- «
ci, contra quem Noviomenſis Epiſcopus non debet habere auxilium de dicta fortericia in «
guerra, quam dominus de Couci moveret contra ipſum de rebus ſuis propriis & ad feoda ſua «
pertinentibus. Simili modo dicta fortericia reddenda eſt domino de Coucy & heredibus ſuis pro «
omni guerrâ principaliter ſuâ, & de rebus ad dominium ſuum pertinentibus, præterquàm contra «
Epiſcopum Noviomenſem, contra quem dominus de Coucy non debet habere auxilium de fortericia «
dicta in guerra, quam Epiſcopus Noviomenſis moveret contra ipſum de rebus ſuis propriis & ad «
feoda ſua pertinentibus. Et ſic ſi alter ipſorum dominorum contra aliquem guerram habuerit, ut «
C *dictum eſt, dicta domus & fortericia in manu domini de Cheriſiaco erit abſque receptione utriuſque* «
vel auxiliatorum ſuorum, quandiu guerra durabit. Et ſciendum quòd nec Epiſcopus Noviomen- «
ſis, nec dominus de Coucy debet habere auxilium de dicta fortericia de Cheriſiaco, vel ſaiſinam re- «
quirere pro alterius cujuſcumque guerra, quàm pro ſua propria, vel hominum feodalium ſuorum «
de Noviomo & de Couciaco. Quod ut firmum & inconcuſſum permaneat, præſentem char- «
tam ſigillo noſtro roboravimus. Actum anno Domini M CC XXVI, *menſe Aprili.*

Hæc de familia Kiriſiacenſi ac de dominis caſtri Cariſiacenſis, quod modò Bru-
lartiorum illuſtris familia poſſidet, dicta ſunto. Reſtat ad argumenti coronidem,
ut Creciacenſe caſtellum ac dominium à Cariſiacenſi diverſum eſſe demonſtremus.

D

VII. Qui Cariſiacum ad Creciacum detorquere conantur auctores, duo potiſſimum
in ſuæ opinionis fundamentum obtendunt, nempe Creciacenſis caſtelli rudera, quod
regio opere conditum, ac regii quòndam juris fuiſſe exiſtimant: tum dominium
Creciaci, quod à Ludovico VI, cognomento Craſſo, ad jus Abbatiæ ſancti Jo-
hannis Laudunenſis tranſlatum fuiſſe perſuadere conantur. Aſt utrumque à vero alie-
num eſſe conſtat.

Quippe Creciacenſe caſtellum non alius, quàm Thomas de Marla, *homo*, ait Su-
gerius, *perditiſſimus* conſtruxit. Is pagum Laudunenſem, Remenſem, Ambianenſem-
E que aggreſſus, omnia ſuſque deque vertit, atque *etiam ſancti Johannis Laudunenſis mo-*
naſterio Sanctimonialium duas villas peroptimas eripuit; fortiſſima caſtella, Creciacum & No-
vigentum, vallo mirabili, altis etiam turribus tamquam propria munivit. His aliiſque ma-
lis fatigatâ provinciâ, *cùm ſederet Belvaci generali conventu Gallicana Eccleſia, anathe-*
ma in eum dixit, cingulum militare ei licet abſenti decinxit, ab omni honore tamquam ſce-
leratum, infamatum, Chriſtiani nominis inimicum omnium judicio depoſuit. Acceſſit in
vindictæ conſortionem Ludovicus Rex, qui lecto in Thomam exercitu, Creciacum
munitiſſimum caſtrum diruit, adeoque Novigentum; atque ambas villas Abbatiæ
S. Johannis reſtituit. Hæc fuſiùs Sugerius in libro de vita Ludovici Groſſi: cui auctori
F Guibertus[a] Abbas de Novigento apertè ſuffragatur. Ex quibus perſpicuum eſt, caſtel-
li Creciacenſis auctorem fuiſſe Thomam de Marla; & villam Creciacum Abbatiæ
ſancti Johannis, Ludovici Regis beneficio reſtitutam, non primitùs conceſſam fuiſſe.

Quoniam verò Novigenti *, quæ villa Abbatiſſæ dicitur, propterea quòd ad Ab-
batiam ſancti Johannis, quæ primitùs Sanctimonialium fuerat, pertineret, mentio
occurrit; non ab re fuerit hîc obiter obſervare, quod in litteris Gualteri Epiſcopi Lau-
dunenſis anno M C LXIV datis de Novigento Abbatiſſæ legi, ubi de Placitis ac duel-
lis, quæ in ea villa actitabantur, ita definitum eſt. *Si in eadem villa Placitum oriatur,*
in quo gagia dentur; Placitum illud ſive in camera ſua, ſive in prædicta villa Abbas deducet.

a Guibert. lib. 3 vita ſua cap. 13.

* vulgo *Novion l'Abbeſſe.*

Et ſi procedat uſque ad dandos baculos, Præpoſitus Advocati eos dabit, & de unoquoque quinque ſolidos bonæ monetæ habebit. Quidquid autem vel de compoſitione, vel de fine duelli accipietur, Abbas & Advocatus inter ſe divident. A

Ad Creciacum revertor, in quo Radulfus Codiciacenſis dominus, anno M C XC Jeroſolyma profecturus, liberis ſuis teſtamento bona ſua diſtribuit, & quidem Agneti filiæ ſuæ *ſexcentas & mille libras Atrabatenſis monetæ ad reditus communes de Marla & de Crecy aſſignavit capiendas:* atque Ingelranno filio ſuo primogenito Marlam, Faram, ſanctum Gobinum, *Creſſeium in Lauduneſio*, & alia prædia conceſſiſſe perhibetur. Demum quidquid familia Codiciacenſis apud Creciacum obtinebat, familiæ Caſtillionenſi ceſſit, ut patet ex litteris Hugonis de Caſtellione, Comitis ſancti Pauli B &c, qui domino Thomæ de Couciaco & heredibus ſuis ſexaginta libras *in feodo & homagio* ſingulis annis percipiendas *in cenſivis ſuis de Creciaco* attribuit anno M CC XXVIII. quæ omnia in hiſtoria familiæ Codiciacenſis, à Lalloueto editâ, fuſiùs deſcripta invenies.

Ex his nullum, opinor, dubium ſupereſſe poteſt, quin Creciacenſe caſtellum illiuſque dominium aliud fuerit à Cariſiacenſi: cùm diverſos eodem tempore dominos iſti loci, diverſos item ambo caſtella auctores habuerint, uti etiam diverſa nomina: cùm *Creciacum* perpetuò apud auctores appelletur, ſive *Criciacum*, ut paſſim legitur in tabulario Laudunenſis Abbatiæ ſancti Johannis, maximè verò in litteris Innocentii Papæ II & Ludovici Groſſi Francorum Regis. Invenio tamen apud C Labbeum [a] *Hugonem de Crecëio, tunc temporis Dapiferum*, anno M C VI litteris Philippi Regis ſubſcripſiſſe. At quonam à *Creceio* (nam varia ſunt apud nos ejuſdem nominis loca) cognomentum iſtud Hugoni inditum fuerit, definire mihi non ſuppetit.

[a] *Labbe Miſcell. curioſa pag.* 585.

XXXI. *Caſiacum ſeu Caziacum* *.

* *Chezy.*

CAziaci palatii originem nulla docent vetera monumenta. Non alia verò ejus loci antiquior notitia mihi occurrit, quàm in Ludovici Pii diplomate ad imperii annum XXII, quo diplomate Suncantum villam aliaſque Floriacenſi monaſterio reſtituit. Vidi authenticas Caroli Calvi litteras, anno regni XV datas Bonogilo villâ, Caziaco Matrona interjacente proximâ: quibus Carolus confirmat Abbatiæ cellæ Caziaci, quæ vocatur Brogilo, in *honore ſancti Petri, manſa viginti quatuor & medium.* Præcepto ſubſcribit Æneas ad vicem Ludovici. Præterea in chartario Nivernenſi Ludovici Balbi diploma exſtat Abboni Epiſcopo conceſſum anno regni III, quo Villam ſuper Ligerim ſancto Cyrico eidemque Pontifici reddi præcipit. In ſuperiore Ludovici Auguſti præcepto villæ regiæ nomen *Cuſiacum* legitur in chartario Floriacenſi, & in Ludovici Balbi litteris *Caciacum*: at reponendum utrubique *Caſiacum* videtur. Niſi ſi *Cauciacum* autographa prætulerint, quod eſt aliud, non Matronæ, ſed proximum Axonæ palatium in pago Noviomenſi. Caſiacum palatium Aſſer Menevenſis in vita Ælfredi anno DCCC LXXXVII notat his verbis. *Pagani... in oſtium Maternæ divertunt... uſque ad locum qui dicitur* Caziei, *id eſt villa regia pervenerunt, in quo loco hiemaverunt integro anno.* Eadem docet chronicon de geſtis Nortmannorum. Caſiacenſi palatio adjunctum pridem monaſterium, ſancto Petro dicatum, quod olim in opido cognomine conſtructum ferunt. Nunc ad occidentalem Brogili vel Silvæ oram, ſecus Matronam circumlabentem, in proclivi quidem, ſed læto jucundoque proſpectu locatum eſt. Caziaci monaſterii ſanctus F Bernardus Abbas Clarævallenſis in epiſtolis ſuis, ipſiuſque vitæ ſcriptores meminerunt. Eſt & aliud Caziacum, itidem ad Matronam, in ſuburbio Meldenſi, ubi Abbatia Canonicorum regularium Ordinis S. Auguſtini, vulgo *Chage*: cùm noſtrum Caziacum ſitum ſit in diœceſi Sueſſionenſi, duabus leucis infra Caſtrum-Theoderici.

XXXII. *Caſſinogilum ſeu Caſſanogilum* *

* *Caſſeneüil.*

CAſſinogilum palatium, Ludovici Pii natalibus inſigne, quo primùm auctore ſit conditum, nemo hactenus prodidit. *Karoli Magni Principis palatium* vocatur ab Aimoïno, non quòd ab ipſo fundatum, ſed excultum habitatumque fuerit. nam longè antiquius eſſe viri docti conſentiunt. Quàm verò incerta Caſſinogili primordia, tam ignotus multis à ſæculis eſt ſitus. Beſlius[a] in Comitum Pictavenſium hiſtoria Belforeſtium arguit, quòd in vita Ludovici Pii Caſſinogilum (ubi is editus in lucem eſt) villam regiam in pago Pictavenſi conſtituat, errore ducto à villa cognomine, etiam nunc *Jazeneüil* appellatâ, de qua Philippus Pictavenſis Epiſcopus[b] anno MCCXXVI agit: ubi etiam Jarnacenſis cladis, ſæculo ſuperiore celebris, præludia cœperunt. Aimoïnus Floriacenſis monachus in libro de miraculis ſancti Benedicti, itemque in Abbonis Abbatis ſui vita Caſſinogilum ſtatuit ad Garumnam flumen, atque ita deſcribit. *Id eo loci ſitum eſt, quo torrens* Quodrot *Garumnam influit, turrim latericiam in margine torrentis exſtructam habens, è qua & adventus prævideri, & ingreſſus hoſtilium poſſet arceri navium; ſimulque, ut claſſis regia abſque adverſariorum impedimento fabricata in minori, ad fluenta majoris deduceretur amnis. Habet verò eccleſiam majori eccleſiæ conjunctam, miro opere ex lateribus fornicatam.* Aimoïno ſuffragatur chronici Andegavenſis ſcriptor anonymus, à Labbeo[c] in Bibliotheca nova editus, qui ſæculo XI ineunte vivebat. ſic enim ille. *Anno* M IV *domnus Abbo Abbas martyrizatus eſt in Aquitania in monaſterio ad Regulam prope Caſſinogilum, palatium quondam regium.*

Qui locum hunc ſtudioſiſſimè luſtravit doctiſſimus noſter Claudius Stephanotius, obſervat in primis varias eſſe doctorum ſententias de Caſſinogili ſitu: aliis Caſſinolium palatium ad confluentes Ledæ in Oldim ſive Oltum flumen *le Lot*; aliis ad Garumnam collocantibus. Et priorem quidem locum etiamnum *Caſſinogilum, Caſſeneüil*, dici ab indigenis; poſteriorem verò *Caſſolium, Caſſeüil* nominari, quem ille
poſt Aimoïnum gallicè depingit in hunc ferè modum. Amœniſſimus eſt Caſſolii ſitus, «
& ſanè Caſſinogili ſitu longè præſtantior. Nam angulo terræ continetur atque pro- «
montorio, ſic in Garumnam prominente, ut ſolitum ejus alveum præoccupet. Vi- «
neas habet duabus tribuſve leugis ad Aquilonem protenſas: ad meridiem verò non «
modicam planitiem, quam arbuſta ſubinde leneſque colliculi belle coronant. Huc «
uſque refluunt concitati maris æſtus grandiores, ac demum ibi franguntur. Caſſo- «
lio nonnihil ſubjacet Capdenacum ſeu Cadiliacum, pari tamen ſolo poſitum. Nulla «
quidem hîc reſtant antiqui palatii veſtigia: at in vetuſtis Condomenſis eccleſiæ ſcri- «
niis reperi ſæculo XI adhuc aliquot regiæ domus ſuperfuiſſe parietinas, quo fit ut «
Caroli Magni Caſſinogilum illic ſtatuere amarem. «

Antequàm opinionem hac de re meam explico, notare convenit, ſtare non poſſe eorum ſententiam, qui ſimul has ædes in Aginnenſi pago, ſimulque ad locum ab Aimoïno memoratum, hoc eſt ad Drotii fluminis in Garumnam confluentes, deſignunt: quo loco cernitur vicus, quem vulgo *le Coudrot*, vel *Quodrot* aut *Caudrot*, quaſi Caput-Drotii vel Caſum-Drotii, id eſt extremam Drotii Garumnam ſubeuntis partem, nuncupant, ubi vetus ſancti Chriſtophori exſtat eccleſia. Nam poſterior hic locus non ad Aginnenſem ſive pagum ſeu diœceſim, ſed ad Vaſatenſem indubiè pertinet. Ut autem Caſſinogilum in Aginnenſi pago ad Ledæ in Oldim confluentes ſiſtam, nec pauca ſanè, nec levia faciunt argumenta. Illud movet in primis, quòd veteres Caſſinogilum Exciſo, *Eiſſes*, cujus meminit Æthicus in itinerario, vicinum dicant: à quo re vera duobus tantùm milibus ſejunctum, intra ejuſdem Aginnenſis pagi limites continetur. Deinde ſi Aſtronomi verba ſtudioſè expendantur, quæ ſic habent[d], *his peractis* (Carolus) *reliquit Hildegardam nobiliſſimam piiſſimamque Reginam in villa regia, cujus vocabulum eſt Caſſinogilus, gemina gravidam prole: & tranſit Garumnam fluvium Aquitanorum & Vaſconum conterminum*; ea Caſſinogilo Aginnenſi melius, quàm Vaſatenſi Caſſogilo convenire perſpicuum fiet. Cùm enim prior locus plus

a *Beſly Hiſt. Comit. Pict. pag.* 147 *ad marg.*

b *id. in Epiſc. Pict. pag.* 80 *&* 135.

c *Labbe Biblioth. nov. tom.* 1 *pag.* 285.

d *Cheſn. tom.* 2 *pag.* 187.

minùs ſexdecim milibus diſtet à Garumna ; longè potiori ratione fluvium hunc relicto Caſſinogilo tranſmeatum à Carolo fuiſſe notavit Aſtronomus, quàm ſi regia hæc villa (uti Caſſolium Aimoïni) Garumnæ eſſet impoſita. nam tantumdem illi fuiſſet dicere, Carolum Caſſinogilo tetendiſſe in Hiſpaniam, ac Garumnam tranſvadaſſe. ut hujus fluminis tranationi (quod fortè maxima pars exercitus per eam moram dudum pertranſiſſet) inſiſtere ſupervacaneum videretur. Quid? quod de monaſterii ſanctæ Liberatæ, vulgo *ſainte Liurade*, referunt origine, valere poteſt ad definiendum Caſſinogili palatii ſitum. Quippe volunt erectum hoc à Carolo Magno cœnobium, prope Caſſinogilum (cui re vera proximum eſt) & ſanctæ Liberatæ dicatum, ut felicem Hildegardis Reginæ partum æternitati commendaret. qua tamen de re antiqua, quæ quidem viderim, ſilent monumenta. A B

Sed hoc ut levius ſit, maximi ſanè momenti eſt locus Petri Monachi, ante annos circiter quingentos Hiſtoriam Albigenſium ſcribentis, qui in capite LXXIX Caſſanogilum palatium in Aginnenſi pago ita collocat. *Erat autem caſtrum Caſſanolii nobile & fortiſſimum in territorio Aginnenſi. Ad pedem ſiquidem montis in amœniſſima planitie ſitum : ſed & aquis circumfluentibus & nativis rupibus cingebatur* &c. Locum ipſum jam
» laudatus Stephanotius gallicè quoque deſcribere ſic ferè pergit. Poſitum eſt, inquit,
» Caſſinogilum ad confluentes amniculi cujuſdam in Oldim *(le Lot)* fluvium, quo-
» rum circumfluentibus aquis ornatur muniturque. Id gratiſſimam undique planitiem C
» deſpicit, ad cujus meridionalem plagam grandiores inſunt ſilvæ: ut nullus dubitem maximos Reges ſuas inibi delicias meritò collocaſſe. Et iſta quidem, ceteros ut omittam, Petri Bertii fuit ſententia, ſtatum ſitumque Gallicani ſub Carolo Magno Imperii in geographicis tabulis deſcribentis. Hic enim Caſſinogilum (ubi natus Ludovicus Imperator) in Aginnenſi pago ad Ledam in Oldim fluvium (jam Oltum dicimus) influentem collocat: cujus ſententiæ lubens accedo. Denique Aimoinum, qui Chronographo Andegavenſi ceteriſque auctor fuit ſtatuendi ad Garumnam Caſſinogili, fefelliſſe videtur Caſſolii ſitus præſtantior: quem locum, quia ſemirutum & à paganis violatum cernebat (quos ſub Carolo Simplice Caſſinogilum diruiſſe tradit anonymus Cheſnianus) pro Caſſinogilo uſurpavit, cujus utique verum ac germanum ſitum, fortè ob locorum diſtantiam, ignorabat. Et ſanè ne quid de geographicis Aimoïni mendis à Cl. V. Hadriano Valeſio ſæpe notatis ingeram, haud ſatis attentè perpenſum ab eo Caſſolii ſitum facilè crediderim, qui hoc ipſo loco Drotium fluvium pro vico ad ipſius Drotii oram *Coudrot* dicto uſurpavit. Sit igitur Caſſinogilum palatium, gemino Hildegardis partu celebre, ſuis Aginnenſibus ita reſtitutum; ut tamen Caſſolium ad Garumnam, regiæ quoque villæ ſive palatii nomine inſignitum non diffitear. D

In appendice Capitularium Baluziana [a] Ludovici Pii tum Regis Aquitanorum extat præceptum *de navibus ſancti Pauli*, quo Cormaricenſibus monachis licentia fit naves duas per omnia Galliæ flumina tranandi, ab omnibus teloneis exemtas. *Dat.* VII *Id. April. anno* XXVII *regni noſtri. Actum Caſſanogelo palatio* &c. qui annus Ludovici XXVII cum DCCC VII Chriſti anno coincidit. Denique Labbeus [b] Pippini, Ludovici filii, profert litteras ita deſinentes. *Dat.* III *Id. Januar. an.* XIV *imperii domni Hludovici &* XIII *regni noſtri. Actum in Caſſanogili palatio*, quod hactenus perveſtigandum ſuſcepi. E

[a] *Baluz. Capitul. tom. 2 pag.* 1402.

[b] *Labbe Miſcell. pag.* 102.

XXXIII. *Catalaunenſe.* F

LUdovicus VII Francorum Rex diploma pro erectione monaſterii ſancti Victoris apud Pariſios conceſſum ita claudit. *Actum Catalauni in palatio publicè, anno* M C XIII *regni verò noſtri* V &c. Nec plura de eodem palatio monumenta invenimus.

A

XXXIV. *Cauciacum* *.

* *Choiſy.*

CAuciacum in Noviomenſi quidem pago, ſed diœceſi Sueſſionica, loco amœ-
niſſimo poſitum, Cotiam inter ſilvam & Liſgam ſeu Liſicam, cui adhæret,
Axonâ interfluente, non procul ab ejus in Iſaram confluentibus, ſupra Compen-
dium, villa fuit regia, monaſterio quoque inſignis, cui ante annos mille Betto-
lenus Abbas ſanctiſſimè præfuit. Stephano protomartyri dicata fuit ab initio ejus
loci baſilica, quæ Childebertum III Francorum Regem anno DCC XI mortuum
B excepit, ut docent antiqui rerum noſtrarum ſcriptores. Childeberto recentiores
nonnulli Chlodoveum ejus fratrem, & Dagobertum filium adjungunt: qua de re
ſummum apud veteres ſilentium. Berta quoque Regina, mater Caroli Magni, obiit
anno DCC LXXXIII, & *ſepulta eſt in Cauciaco; ſed inde poſtea tranſlata Pariſios, ſepulta
eſt juxta virum ſuum in eccleſia ſancti Dionyſii*, inquiunt Annales Mettenſes. Exſtat in
actis ſanctorum Benedictinis [a] egregium Ludovici Pii diploma, quo *monaſterium, cu-* a *Sæc. 4 Bened.*
jus vocabulum eſt Cauciacum... in pago Noviomenſi ſuper fluvium Axonam, cum omni the- *part. 1 initio poſt*
ſauro & ſuppellectile ſua Sueſſionenſi beati Medardi aſceterio tribuitur. Factum me- *Præfat.*
morant Eugenius Pontifex in litteris anno DCCC XXII datis; anonymus ſancti Me-
C dardi monachus in libro de tranſlatione & miraculis ſancti Sebaſtiani his verbis.
*Abbatiam ſancti Stephani protomartyris, quæ ſeptingentarum familiarum eſſe perhibetur, ad
templi fabricam ampliandam dedit.* & Carolus Calvus in alio diplomate, varia ei-
dem cœnobio prædia largitus eſt ipſo die, quo baſilicæ ab Ludovico Pio inſtau-
ratæ dedicatio celebrata eſt. Exſtat aliud ejuſdem Caroli præceptum anno regni
XXXII Medardenſi cœnobio datum Cauciaci: qui Carolus Cauſiam villam inter eas
eas memorat, in quibus Ludovicum filium demorari, aut ſubſidia percipere non
permittit. quo Cauſiæ nomine, Gauciacumne an Cotiam villam intelligat, haud ſa-
tis exploratum. Apud Perardum [b] lego Carolomanni Regis præceptum, Geiloni b *Perard. pag.* 158.
D Epiſcopo Lingonenſi conceſſum anno regni III apud *Cauciacum villam.* Labbeus [c] c *Labbe Miſcel.*
quoque refert Ludovici Auguſti diploma, quod ita deſinit: *Actum Cuſiaco palatio re-* *pag.* 460.
gio. Aliud item apud eumdem Caroli [d] Simplicis legitur: *Actum villa Cauſiaco*, ſeu d *ibid. pag.* 126 *&*
inferiùs, *Cangiaco.* Idem *Cuſiaci* vocabulum habetur in egregio diplomate Regis Odo- 502.
nis in gratiam monaſterii ſancti Medardi conceſſo, cujus hæc verba. *Ad memoratum
quoque locum concedimus fiſcum noſtrum, nomine Cuſiacum, cum omnibus membris & appen-
ditiis ſuis.* His in locis, ſi non fallunt exempla chartarum è tabulariis exſcripta,
Cauciaci nomen vitiari jam cœperat, quod poſtea non uno modo corruptum eſt.
Locum ipſum pro more violarunt Nortmanni, qui anno DCCC XCV *Hiſam ingreſſi,
E Cauciaco ſibi ſedem nullo reſiſtente firmaverunt*, ædificato munitove caſtro validiſſimo,
cui Milites varii ſubinde præfecti ſunt.

Hinc ferè Cauciacenſiun toparcharum ſeu caſtellanorum origo, quorum poſtea, at-
que in primis *Rotberti de Codiciaco* caſtellani, pervicaciam ut frangeret Raynoldus ſan-
cti Medardi apud Sueſſiones Abbas, anno M XLVII *Henricum Regem adiit in Abbatia ſan-
cti Stephani, in loco qui dicitur Codiciacus* commorantem, & cum multis regni primo-
ribus publicam ſynodum agentem, in qua repreſſæ Rotberti infeſtationes. Syno-
dicæ hujus ſententiæ, quam hîc publicamus, meminit Chronographus ſancti Me-
dardi apud Acherium [e], ubi tamen prædictum Rotbertum non *Codiciacenſem*, uti e *Spicil. tom.* 2 *pag.*
F ſuperiores litteræ, ſed *de Cociaco nominat*, ratus forſan hunc Rotbertum Codiciacen- 786.
ſis in pago Laudunenſi dominum exſtitiſſe. Nec levis ſanè difficultas, quæ tamen in
Cauciacenſis gratiam videtur ſolvenda, quòd in Abbatia Cauciacenſi res, uti pro-
prio in loco, definita ſit. verùm ex ſequentibus rei cardo peti debet. Quippe ſimi-
lis in *Albricum Cociacenſem*, Rotberti filium an heredem, à Balduino Marchione Flan-
drenſi, Philippi Regis tutore, lata ſententia eſt, quam ipſe Philippus anno M LXVI
dato diplomate firmavit, in quo hæc verba. *Albricus de Coctaco... qui advocatoria &
conſuetudine iniqua... à cœnobio ſancti Medardi & Vico-caſtro media via de ſuo caſtello
ruſticos & incolas ad ſuam juſtitiam venire compellebat... ea conditionis conventione, ut...*

niſi infra quindecim dies quod commiſit emendari … procuraverit, Silvanectis in captionem ſe conferat &c. quæ verba, aliaque uberiùs referenda, non niſi in caſtellanum Cauciacenſem, monaſterii Advocatum, cadere poſſunt: cùm *Vicus-caſtrum* (nunc *Vicus ſuper Axonam* *) dictus, medium iter ac rectum inter Medardenſem Abbatiam & Cauciacum dirimat, quod Codiciaco minimè convenit: & Cauciacenſis locus, uti & Compendienſis, Silvanectenſi ſubjaceat juriſdictioni, non Codiacenſis, qui Laudunenſi ſeu Viromandenſi Prætorio nuſquam non paruit. Hinc ergo conficitur, *Codiciaci*, *Cociaci*, itemque *Cuciaci* aut *Cuſiaci*, *Coceii*, *Choiſiaci* (quo vocabulo uſus eſt Britto in Philippidis) nomine non ſemper Codiciacum aut Couciacum caſtrum pagi Laudunenſis, ſed Cauciacum quoque deſignari.

* *Vic-ſur-Aiſne.*

Albricum hunc Cociacenſem memorant varia ejus ævi monumenta, ſcilicet annis M LXVII, M LXX, & M LXXIX, hiſtoria Ghiſnenſis non ſemel; litteræ Philippi Regis pro conditione monaſterii ſancti Johannis in Vineis apud Sueſſionas anno M LXXVI. In Bibliotheca Cluniacenſi[a] idem vocatur *Albricus de Cuciaco*, qui in charta erectionis eccleſiæ ſancti Quintini prope Bellovacum *Albricus de Cociaco* dicitur. Ejuſdem Albrici, ac ſororis ejus Ermengardæ, piiſſimæ feminæ, quæ Guidoni Caſtellionenſi nupſerat, cum laude meminit apud Surium Liſiardus Sueſſionenſis Epiſcopus in vita ſancti Arnulfi deceſſoris ſui. Albrico longè diſſimilis uxor erat Avelina, quæ mœcho ac invaſori perfidiſſimè caſtrum Cociacum an Cauciacum unà cum marito tradidit in manus, quo deinceps ille potitus eſt. Invaſoris nomen reticet Liſiardus: at Theconem ipſum fuiſſe, poſtea Cauciacenſem caſtellanum, minimè dubium relinquitur. Is, inquam, Theco, qui ſubinde facti pænitens, Sueſſione monachum induit. Poſtremum iſtud patet ex litteris à Philippo Rege anno M LXXXIII Gerardo Silvæ-majoris Abbati conceſſis apud Labbeum[b], in quibus hæc lego. *Hujus donationis teſtes fuerunt, Theco monachus, qui fuerat Caſtellanus de Cocheio, & qui hoc donum de manibus meis recepit, & Rainaldus de Cocheio, prædicti Theconis filius* &c.

a *Bibl. Clun. col.* 527.
Cheſn. Hiſt. Ghiſn. Caſtell. & Montemor. in quarum poſtremis duabus ſententiam mutavit.

b *Labbe Miſcell. pag.* 581.

Rainaldum excepit Normannus de Coceio, in charta Balderici Epiſcopi Noviomenſis anno M C I nominatus. Quintinus de Choſiaco in litteris Compendienſibus anni M C XXXVIII. Ludovicus item de Cauciaco inter nobiles Adelaïdis Reginæ miniſtros anno M C LIII, itemque anno ſequenti in charta Ludovici Regis pro ſancti Leodegarii Prioratu in ſilva Liſgua, ac demum anno M C LVIII in charta Ingravionis Abbatis inter monachos ſancti Medardi recenſitus. Poſtea Johannem, Wericum ſeu Guericum, Hugonem, Petrum, Bertrannum, & Robertum de Cauciaco memorant Engueṙannus ſancti Medardi Abbas in litteris chronologico quidem charactere deſtitutis, ſed ante annum M C LXXV (qui Engueranni ſupremus fuit) datis; Philippus Eliſatenſis Flandrorum Comes anno M C LXXX, aliique. Inter illos Wericus Longipontis monachus fuit, teſte ejuſdem loci Chronographo ad annum M C XCIX his verbis: *Nivelo Sueſſionenſis Epiſcopus donationem duorum modiorum vini apud Pomiers ſingulis annis accipiendorum factam eccleſiæ Longipontis à Guerrico ſeu Werrico de Choiſiaco ibidem Monacho ſeu Converſo effecto approbat.* Et Cauciacenſem *Caſtellaniam* obtinebat Johannes, Adelæ Montiſmorenciaci maritus, ut docet Corbeienſe anni M C LXXXV diploma, & Cheſnius in familiæ Montiſmorenciaci hiſtoria. Johannes ex Adela Guidonem ſuſtulit filium, à Villa-harduino laudatum, qui in chartis anni M C XC, M C XCVII, M C XCIX, M CC, M CC I & M CC III Caſtellanus Cochiaci nuncupatur. Guidoni patri in Cauſiaca præfectura minimè ſucceſſit Gualterus. Nam anno M CC IV in chartis Urſicampenſis monaſterii *Mathildis Caſtellana Cochiaci* (an Gualteri ſoror) *& domina de Magniaco, uxor Reginaldi de Magny* legitur. ut fortè Cauciacenſem toparchiam Gualterus Hieroſolyma profecturus (quod iter anno M CC XLVI aggreſſus eſt) diſtraxiſſe ac vendidiſſe credendus ſit. Certè Reginaldus ſe deinceps ubique *Caſtellanum de Choſiaco* aut *de Coceio* cognominat.

His fermè temporibus Emmelini, Willelmi & Balduini Militum de Cauciaco nomina frequenter habentur in chartis: ex quibus palam fit celebrem toparcharum Cauciacenſium aut Choiſiacorum ſtirpem ad ſæculi XV initia perennaſſe; eamque à Codiciacenſi ſeu Couciacenſi nobiliſſima quoque familia penitus diſtinguendam. quod

utrumque

A utrumque in Genealogorum gratiam notaſſe ſufficiat. Philippus Auguſtus cùm annis M C LXXXV poſt expulſum Flandrorum Comitem, M C LXXXVII, M C XCVII, M CC XI, & M CC XIV Cauciaci reſideret; litteras Priori Cauciacenſi ac Sanctimonialibus ſancti Johannis in ſilva conceſſit, quarum hîc ſummam exhibebimus. Ejuſdem Cauciacenſis fiſci teloneorum partem S. Ludovicus Hoſpitali Compendienſi, & Philippus IV Regalis loci monaſterio conceſſerunt, ut ex mſſ. eorum litteris didicimus.

XXXV. *Cerſilla * vel Sarcella.*

* *Sarcelle.*

B CErſillam, quæ in veteri polyptycho Pariſienſi Sarcella nuncupatur, Odo Rex anno regni VII *fiſcum noſtrum*, hoc eſt regiam villam, nuncupat. Poſita eſt Sarcella ad Rodonum amniculum, qui Crodoldo non longè à monaſterio Dionyſiano miſcetur.

XXXVI. *Clippiacum ſeu Clipiacum *.*

* *Clichy.*

NUlla (quod ſciam) apud veteres ante Chlotharium II exſtat Clippiacenſis palatii memoria; ut certos ei natales aſſignare mihi non liceat. Certior eſt C Clippiaci ſitus in agro Pariſino ad flumen Sequanam. *Cuniculoſum* dicitur, vulgo *Clichi la Garenne;* eoque nomine diſtinguitur ab altero Pariſienſis quoque pagi Clippiaco, quod in Geſtis Dagoberti *Clippiacum ſuperius*, & aliis Clippiacum in Alneto trans montes in ſilva Liberiacenſi nominatur. Eſt & aliud Clippiacum in extremis Epiſcopatûs Carnotenſis finibus non longè à ſancto Germano in ſilva Ledia. Dagobertus Auſtraſiorum Rex, teſtante Fredegario, ad Chlotharium patrem anno regni ejus XLII *Clippiacum non procul Pariſius venit*, ibique *Gomatrudem in conjugium accepit.* Biennio pòſt *Pontifices & univerſi proceres regni ſui tam de Auſter, quàm de Burgundia Clipiaco ad Chlotharium pro utilitate regia & ſalute patriæ conjunxerunt.* quo tempore D Æghina Saxo nobilis *in monte Mercore* ſeu Martyrum *jubente Chlothario reſedit.* Dagoberto in deliciis fuiſſe videtur hoc palatium, ubi non pauca condidit diplomata, quæ lege ſis apud Dubletum. Inſigne fuit illud, quod etiam nunc exſtat in cortice ſcriptum; at fugientibus majori ex parte litteris, quale hîc primùm datur, ubi Iticinoſcoam * villam in pago Pariſiaco Dionyſianæ baſilicæ attribuit, Dadone offerente, *Datum ... dies quindecem, anno decimo regni noſtri, Clipiaco in Dei nomine.*

* *Eſcouën.*

Sub idem tempus Amandus Trajectenſium Epiſcopus (ut in ejus vita ſcribit Baudemundus Elnonenſis monachus, auctor æqualis) *pervenit ad Regem, qui in illis diebus in villa, cui vocabulum Clipiaco eſt, morabatur*, ibique filium ejus impoſito Sigeberti E nomine baptizavit. Audoënus in ſancti Eligii vita refert, piiſſimum Antiſtitem Clippiaco miſſum ad Judicaëlem Britonum Regem, quem ille ad Dagobertum *apud Clippiacum reſidentem* anno regni XIV, inquit Fredegarius, adduxit, ubi *Judicaïle Rex Britannorum & ſemper ſe, & regnum Britanniæ ſubjectum Francorum Regibus futurum promiſit.* Ibidem tum morabatur Audoënus, qui & Judicaëlem convivio excepit, & à Dagoberto atque Pontificibus *in epiſcopali ſynodo, quæ Kalendis Maii in Clipiaco eo anno eſt habita*, uti legitur in vita Agili Abbatis, privilegium adeptus eſt in gratiam Reſbacenſis novelli monaſterii, quod tum perficiebat. Denique anno XV ejuſdem Dagoberti *Waſcones omnes ſeniores terræ illius ... ad Dagobertum Clippiacum venerunt, ibi-* F *que in eccleſiam ſancti Dionyſii ... confugium fecerunt*, ut habet Fredegarii Chronicon [a]. Regiam quoque ſedem Clipiaci ſæpe fixit Chlodoveus Dagoberti filius, *cujus anno tertio Æga* Majordomus *in Clippiaco villa vexatus à febre moritur.* Plures Chlodovei litteras Clippiaci datas prætermitto, referre contentus eximium diploma ſeu privilegium, datum in publica ſynodo anno regni ejus XVI, quod quidem Dubletus edidit, ſed vitiatum: hîc verò purum atque ſincerum recudimus, & in æs inciſis originalibus characteribus exhibemus, quale genuinum autographum in cortice ſcriptum repræſentat.

a *Cheſn. tom.* 1 *pag.* 763.

In Geſtis Francorum & in Audoëni vita lego, ſanctiſſimum Præſulem, ab Auſtraſiaca

legatione reverſum *in villam regiam Clippiacum* ad Theodericum Regem & Waratтonem Majoremdomus, in febrem incidiſſe, ibique ſupremum diem obiiſſe. Ei ſucceſſor mox datus Anſbertus Fontanellenſis Abbas, quem adſtante ac probante Theoderico, cum generali Procerum conventu Lantbertus Lugdunenſis Epiſcopus Clippiaci ſacravit. Exacto triennio idem Anſbertus ſacras Audoëni reliquias in eam Clippiacenſis palatii ædem tranſtulit, quæ poſtmodum ex ejus nomine *Capella ſancti Audoëni* vocata, in vicum nonnihil à Clipiaco diſparatum accrevit. A

Volunt aliqui, locum hunc à principio regiam villam, & quidem à Clippiaco fuiſſe diverſam, quæ etiam proprio palatio decorata fuerit. At Clippiacenſis villæ fuiſſe partem, palatio ipſi, ſane peramplo, incluſam, colligitur tum ex antiquis rerum Francicarum ſcriptoribus, tum ex laudato vitæ ſancti Audoëni auctore, qui omnes Audoënum in Clippiaco palatio vitâ functum uno ore commemorant: nec ulla uſpiam *Capellæ ſancti Audoëni* mentio habetur ante centum & viginti minimùm annos, poſtquàm Carolus cognomento Martellus, *anno quinto poſt defunctum Theodericum Regem*, Kalenſem dictum, *villam nuncupatam Clippiacum in pago Pariſino conſtitutam cum terris, domibus, ædificiis, omnia ex omnibus, quidquid ad ipſam villam aſpicere vel pertinere videtur*, Dionyſianæ baſilicæ conceſſit egregio diplomate, quod habetur apud Dubletum [a], & à Labbeo maximi fit momenti. Non igitur mirum, ſi poſtea quàm Clippiacum Dionyſianis tributum villa regia eſſe deſiit, anguſtioribus ſæptis incluſum fuit; ut locus Audoëni ſepultura inſignis ab illo divulſus creverit in vicum. Id enim omnibus prope regiis villis contigiſſe conſtat, ut dum à Regibus colerentur, ampliſſimis gauderent ſæptis: ubi verò relictæ, aut ab hoſtibus exciſæ ſunt, earum quoque violata fuerint clauſtra; quorum ſpatio non ſolùm unus, ſed plures quandoque vici incluſi ſunt. Exemplo ſunt Liptinæ duæ, ſuperior & inferior: Cariſiacum item, in quo plures (ut dictum eſt) erant eccleſiæ. Nihil igitur facit, quòd litteræ ſynodi Piſtenſis, anno DCCCLXII Sueſſionas tranſlatæ, Capellam ſancti Audoëni ſejungant à Clippiaco, eamque inter prædia monachis Dionyſianis relicta connumerent, ſecus verò Clippiacum. Non enim inde ſequitur ita rem habuiſſe à principio; neque etiam Clippiacum Dionyſiani monaſterii juris tum non fuiſſe: quandoquidem non omnes omnino cœnobii villæ hac in partitione referuntur; ſed illæ dumtaxat, quæ vel in fratrum portionem cedebant totæ, vel in quibus aliquos illi proventus aut fructus percepturi erant. Hactenus de Clippiacenſi palatio, & Capellâ ſancti Audoëni, olim ipſi conjunctâ, quæ nunc ab eo jugerum aliquot intervallo ſeparatur. B C D

a Doublet pag. 690.

XXXVII. *Codiciacum, ſeu Cociacum* *.

* Coucy.

Codiciacenſe pagi Laudunenſis caſtrum, regiam fuiſſe villam, Remigius Francorum Apoſtolus in teſtamento docet his verbis. *Sed neque poſt ejus* (Chlodovei) *baptiſmum, niſi Codiciacum & Juliacum, ſuper quibus jam dictus puer ſanctiſſimus & unanimis mihi Chlodowaldus & incolæ loci illius multiplicibus xeniis gravati, obnixè deprecantes, quod Regi debebant eccleſiæ noſtræ ſolvendum me petere compulerunt. Quod idem piiſſimus Rex & gratanter accipiens promtiſſima voluntate largitus eſt, uſibuſque tuis ſanctiſſima heres mea, juxta ejuſdem piiſſimi datoris præceptum epiſcopali auctoritate firmavi.* Sub annum DCCCCXX Heriveus Remorum Epiſcopus, referente Frodoardo [b], *munitionem quoque apud Codiciacum tuto loco conſtituit atque firmavit*. Poſt Seulfi Antiſtitis mortem, Herbertus Viromandenſis Comes, Hugonis filii nomine (quem puerulum quinquennem pontificalibus infulis devoverat) *Codiciacum ſancti Remigii municipium*, inquit idem Frodoardus, *Anſello Boſonis Rodulfi Regis fratris ſubdito* conceſſit. quem poſtea locum occupavit Thetbaldus Turonenſium & Carnotenſium Comes, ut iterum docet Frodoardus [c] his verbis. *Odolricus Præſul Tetbaldum quemdam procerem excommunicat propter caſtrum Codiciacum, & quædam prædia ſancti Remigii, quæ improbè obtinuerat, & pertinaciter retinebat.* Tum, *Sparnacum recipit* (Odolricus) *ab Heriberto, & Codiciacum à Tetbaldo, quem à vinculo excommunicationis abſolvit.* E F

b Frod hiſt Rem. lib. 4 cap. 13.

c idem in Chron. ad an. 964. & ſequentem.

A Varios ſubinde dominos aut *Caſtellanos* tulit hoc caſtrum, quod illi ab eccleſia Remigiana clientelari jure tenuerunt ad Ingelramnum, eo nomine primum, qui Bartholomæi Laudunenſis Epiſcopi pontificatu vivebat, ut probant ejus litteræ anno M C XVI datæ, quarum hîc fragmentum. *Bartholomæus Dei gratia Laudunenſis Præſul &c... beatus Remigius merito ſanctitatis ſuæ terram, quæ Megium dicitur, in qua eſt caſtellum Cociacum, à Principibus Francis acquiſivit, & in vita ſua obtinuit. Poſt cujus glorioſum tranſitum eccleſia illius nomine conſecrata eamdem terram longo tempore quietè poſſedit: ſed poſtea eccleſiarum vigore imminuto, Milites qui Cociacum obtinebant, à monachis ſancti Remigii impetrarunt, ut Cociacum caſtellum ſub cenſu ſexaginta ſolidorum annuatim*
B *perſolvendorum obtinerent. Et hunc cenſum habuit eccleſia uſque ad tempus Ingelranni* &c. His tamen minimè obſtantibus debitum is obſequium perſolvere detrectabat, aliaque ſubditis ſancti Remigii inferebat damna: quæ tandem Bartholomæi Epiſcopi, & Guiberti Abbatis Novigenti precibus an minis victus, Azenario Remigiano Abbati emendavit. Ingelramno ſucceſſit Thomas de Marna, vulgo Marla, filius, contra quem Ludovicus VI, referente Sugerio, bellum movit, & Codiciacum caſtrum, ubi Thomas incluſus, expugnavit. Ceſſit nihilo minus Thomæ poſteris, pleriſque Ingelramnis, Codiciacenſe caſtrum ad annum M CCCC, quo Maria Ingelramni ſeptimi filia, ſpe *regalium* nuptiarum cum Aurelianenſi Duce illecta, dominium iſtud
C Ludovicò Principi Caroli VI germano vendidit. quod ita regias in manus denuo reverſum eſt.

Dudo in Hiſtoria Nortmannorum tradit Richardum Ducem, Lothatii Regis manibus ereptum ab Hoſmundo Præceptore, Lauduno Codiciacum adductum, & caſtellano Codiciacenſi traditum eſſe in cuſtodiam. Sunt qui Codiciacum hîc à Dudone memoratum pro regia villa Cauciaco uſurpent, ob communem utrique loco Codiciaci nuncupationem, de qua ſuperiùs in Cauciaco egimus. Verùm hac de re aliorum eſto judicium. Fortè Catuſiacum quod Æthicus inter Verbinum & Minaticum collocat, non de Cauciaco villa, ſed de Codiciaco intelligendum eſt.

D

XXXVIII. *Compendium* *.

* *Compiegne.*

NUlla fuit uſpiam Francorum Principum regia ſedes, quæ tam multis, tam inſignibus, ac Compendienſe palatium, decoribus aucta ſit. Ejus origo videtur eſſe Romanorum opus. nam à primis Regibus excultum quidem, at conditum non legitur. Ibi Childebertus Chlodovei Magni filius Marculfum Nantenſem Abbatem immunitate donavit: iſtic Chlotharius Childeberti frater ſupremum obiit diem. Nullum denique reperias Francorum Regem, qui non Compendii ſive
E publica regni comitia habuerit, ſive Legatos exceperit, ſeu diplomata condiderit, aut ſynodicis interfuerit Epiſcoporum conventibus. quæ omnia fusè & eruditè patrio ſermone perſecutus eſt in mſ. Compendienſi Hiſtoria jam laudatus noſter Placidus Bertaldus, cujus diuturnos labores præproperè hîc occupare, vel carptim delibare nec conſcientia; nec pro rei amplitudine, quâ decet, exſequi, loci iſtius atque inſtituti mei ratio permittit. Ea dumtaxat adducam Francorum Regum geſta Compendii, quæ nunc primùm ex authenticis chartis eruta, ſagaci viro minimè perſpecta eſſe potuerunt.

In his Theudericus Chlodovei II filius anno regni XVI Latiniacum pagi Mel-
F dici villam Dionyſiano monaſterio attribuit. Childebertus ejus filius anno regni primo, menſe Decembri, Compendii Placitum tenuit, in quo ejuſdem menſis die XIII Napſiniacum villa pagi Bituricenſis, quæ olim Godino Lugdunenſi Epiſcopo ceſſerat, in aliarum rerum commutationem baſilicæ Dionyſianæ conceditur. Decimo verò Kal. Junii Hordinium in pago Belvacenſi adverſus Ibonem, qui Theudericum Regem in Auſtriam ſequi armatus noluerat, eidem monaſterio vindicatur. Biennio poſt ipſemet Childebertus generale aliud Epiſcoporum & Optimatum Compendii Placitum habuit, *Martii die* XIIII, in quo Nocitum Camliacenſis pagi villa Magnoaldo Thuſonis-vallis Abbati contra Drogonem Pippini Majoriſdomus filium,

generum Berchariі olim quoque Majoriſdomus, cujus filiam Adaltrutam ſive Adaltrudem ille deſponderat, aſſeritur. Aliud ſub Pippino Rege celebratum eſt Compendii Placitum *ſub die* x *Kal. Novemb. anno* VIII *regni* ejus, in quo telonea omnia in nundinis Dionyſianis (*Miſſam ſancti Dionyſii* diploma vocat) percipi ſolita, eidem cœnobio conſervantur adverſus Gerardum Comitem Pariſienſem. Anno VII Imperii Ludovicus Pius; item Carolus Calvus regni anno XXIII Compendii reſediſſe probantur ex ſubjectis eorum diplomatibus. Denique Hugo Capetus *anno regni* I, VI *Kal. Octob.* Compendii poſitus, omnia Laudunenſis monaſterii ſancti Vincentii bona redintegrat. A B

XXXIX. *Confluentes ad Rhenum* *.

* *Coblentz.*

CONfluentes ad Rhenum fiſcis imperialibus accenſent Annales Mettenſes ad annum DCCC LXXXV. quo nomine etiam ad Romanorum tempora reſpicere potuerunt, quibus notiſſimus fuit iſte locus, ut ex Julii Cæſaris commentariis, & ex tabulis geographicis veterum, Ammiano Marcellino, & Notitia imperii compertum eſt. Huc etiam Francorum Reges ſæpius conveniſſe intelligimus ex Gregorio Turonenſi [a] & Venantio Fortunato [b]: quibus accedunt Aſtronomus in vita Ludovici Pii non ſemel, Nithardus in fine libri III, Wandalbertus in libello de miraculis ſancti Goaris capite XI, denique Annales Fuldenſes & Bertiniani. Iſtic, id eſt ad confluentes Moſellæ in Rhenum, conditum eſt monaſterium ab Hettone Archiepiſcopo Trevirenſi ex Abbate Mediolacenſi. *Is admonitus* [c] *in viſu à ſancto Materno, in* XXIII *anno Ludovici Imperatoris aſportavit corpus ſancti Caſtoris de loco qui dicitur Cardena ad Confluentiam, ad monaſterium quod ipſe conſtruxerat, & prid. Id. Decembris conſecravit in honore ſancti Caſtoris & omnium Confeſſorum; & poſt conſecrationem ſanctum corpus in eccleſia recondidit: ibique Ludovicus Imperator multa dona præſentavit.* Monachis ſucceſſerunt canonici in ea eccleſia, *in cujus ſecretario* [d] anno DCCC LXV Synodus habita eſt, *ad quam Ludovicus Rex & Carlus frater ejus, nepoſque eorum HLotharius cum primatibus ſuis convenientes, pacem inter ſe & fidelitatem mutuam ſinguli ſacramento firmaverunt.* Eo in loco veteris palatii veſtigia ſuperſtare dicuntur. C D

a *Greg. Tur. lib.* 8 *cap.* 13.
b *Fortunat. lib.* 10 *carm.* 12.
c *Sec.* 3 *Bened. part.* 2 *pag.* 613.
d *Annal. Bertin. &c.*

XL. *Copſiſtanium vel Copſiſtainum.*

FRuſtra diu multumque laboravi in perquirendo Copſiſtanii villæ regiæ ſitu, quam villam authenticum Caroli Magni diploma hîc editum nobis indicat. Hanc in Ducatu Alamanniæ, vel circa Rhenum poſitam fuiſſe conjectura fit ex hoc inſtrumento, quod occaſione prædiorum in Briſigavia venditorum ab HRodardo Comite, Carolus anno regni XXII Mainario ſive Maginario Abbati Dionyſiano conceſſit. An illud erat in Germania palatium ad Salam fluvium, ubi tum Carolus verſabatur. E

XLI. *Corbaria* *.

* *Corbiere.*

VAllem Corbariam, palatio illuſtrem, Caroli Martelli de Saracenis reportatâ victoriâ clariorem Birra fluvius irrigat. Eam in pago Narbonenſi ſtatuit Fredegarius, qui montium, quibus ferme circumcingitur, rationem nullam habuit. quamquam Corbarii montes ubique jam audiunt. Archidiaconi titulus eſt in eccleſia Narbonenſi Corbaria; ibique prædia ſunt nonnulla, quæ ad Caunenſem ſancti Petri baſilicam ſæculo nono pertinuiſſe ex infra poſitis monumentis intelligitur. Jam pridem exciſum eſt Corbarienſe palatium, ut nulla ipſius veſtigia nunc appareant. F

XLII. *Corbiniacum* * *ſeu Corbanacum.*

* *Corbeny.*

COrbiniacum ſeu Corbanacum, aliis Corbenacum, ab ineunte ſæculo X Prioratus Remenſi ſancti Remigii cœnobio ſubjectus, villa quondam regia fuit

A pagi Laudunenſis, unâ leugâ ab Axonæ portu diſparata. In ea Carolus Magnus anno DCCLXXVI mortuo Carolomanno fratre ab Auſtraſiis Francis Rex eſt agnitus. ibidemque anno DCCCLXVIII deſinente, aut ineunte ſequenti Carolus Calvus degebat, cùm Hincmarus Remenſis Epiſcopus litteras accepit à Nicolao Papa, miſſas de Græcorum diſcidio adverſus Latinos: qui etiam Pontifex in epiſtola ad Hludovicum Caroli filium *Corbennaci* mentionem ingerit. Hanc villam Carolus, cognomento Simplex, Frederunæ uxori ſuæ tradidit in dotem, cujus hac de re litteras in autographo legi, quales (mendis aliquot demtis) Labbeus in Miſcellaneis, & in Capitularium tomo ſecundo V. Cl. Stephanus Baluzius edidit. Eamdem poſtea B villam Remigianis monachis conceſſit idem Carolus ſuadente Frederuna, quæ quòd in Remenſi beati Remigii baſilica in Reginam ſacrata fuiſſet, inſigne hoc grati animi monumentum ſancto Remigio poſuit. Frederunæ donationem probant ejus litteræ, quæ etiam nunc authenticæ ſervantur. Ludovicus Tranſmarinus *Corbanacum caſtrum, quod pater ejus ſancto Remigio tradiderat, quodque ſibi monachi iſtius monaſterii commiſerant*, inquit Frodoardus, *ab Heriberti ſubjectis bellando recepit*. At inſtante morte idem Ludovicus Hincmaro Abbati ſancti Remigii, coram Gerberga Regina aliiſque regni primoribus Corbiniacum villam reſtituit, teſtante Lotharii Regis diplomate, quod ille *anno regni* I *Kalendis Januariis* conceſſit.

C Iſtuc metu Nortmannorum ex Nantenſi violato monaſterio tranſlatum[a] eſt corpus ſancti Marculfi Abbatis, quod ibidem hactenus pia Fidelium undiquaque confluentium religione colitur. Id ſub finem ſæculi noni aut decimi initium contigiſſe docent litteræ Caroli Simplicis, datæ VIII *Kal. Martii*, *Indictione* VIII, *anno* XIIII *regnante domno Karolo glorioſiſſimo Rege*, *redintegrante* VIIII. *Actum Corbiniaco palatio*. quæ *data* anno Chriſti DCCCCV reſpondet. Iſtud aliaque Regum hanc in rem diplomata, ex autographis deſcripta, vide ſis apud Oudardum *Bourgeois*, in Apologia pro Corbiniacenſibus, & Marlotum in Hiſtoriæ Remenſis tomo I. Ab eo tempore ſacrorum pignorum Corbiniaci cultus enituit, maximè in curandis ſtrumis ſeu D ſcrophulis, quem morbum regium appellant.

Qui Corbiniaci palatii ſitum detorquent ad ignobilem vicum Remenſis extremæ diœceſis, *Cherbonne* nomine, non quidem, ut ipſi volunt, poſitum ad Axonæ ripam, ſed ab Attiniaco ſemileuca diſparatum verſus Aquilonem, rivuloque impoſitum, qui infra Attiniacum Axonæ conjungitur; ii profectò nimis tribuunt Corbiniaci, Corbonaci, Carbonaci aut Corbanaci nominis ſono, aut variæ lectioni, quæ ſanè non à re ipſa, ſed à veterum codicum depravatione orta eſt. nam autographa (quæ non pauca ſuperſunt hactenus) Regum noſtrorum inſtrumenta *Corbiniaci palatii* nomen, ſitumque in Laudunenſi pago, pari conſtantique modo ubique præferunt. Si tamen loco nomen antiquum *Carbonaco* fuiſſe velint, non repugnabo, maximè E cum vulgari vocabulo *Corbeny* apprime reſpondeat, atque ita legatur in vulgatis Francorum Annalibus ſub Carolo Magno: cujus tempore forſan obtinebat *Corbanaci* nomen, quod ſubinde in *Corbiniacum* deflexum eſt Carolo Simplice regnante.

XLIII. *De Corſintiſca villa ficticia.*

NOn pigeat hîc ficticii Corſintiſcæ palatii mentionem facere, non quò loci F iſtius imaginarii poſteris memoria commendetur, quam potius æternis tenebris obductam velim: ſed ut ex Francorum Annalibus eccleſiaſticis illa protinus exſulare jubeatur. Iſtius chimericæ villæ natales hi ſunt. Dubletus[b] in hiſtoria Dionyſiana Childeberti III præceptum edidit, quo Solemium pagi Famartenſis villa cœnobio Dionyſiano tribuitur. Eamdem chartam Miræus in diplomatibus Belgicis decurtatam recudit, citatque Labbeus in Miſcellaneis. Utrubique verò ſic in fine legitur. *Signum Childeberti Regis. Cancellarius Bralamo jubente domno Rege ſubſcripſit. Datum Corſintiſce, Martii die* 12, *anno verò* 12 *regni noſtri. Mamarclas in Dei nomine recognovit feliciter. Amen.* Placuit hæc charta doctiſſimo Cointio, quam ille non modò

a *Vide Sæc.* 4 *Bened. part.* 2 *pag.* 514. *& ſeqq.*

b *Doublet pag.* 688.

novis prelis ſubjecit in Annalium tomo IV; ſed etiam in ejuſdem libri nuncupatoria ad Chriſtianiſſimum Regem epiſtola eâ ſtrenuè uſus eſt, ut Childeberto cùm ob munificentiam, tum ob actuoſæ vitæ fidum teſtimonium gratularetur. Verùm Dubleto cauſa erroris fuit vetuſtiſſimas chartas legendi imperitia, quâ etiam aliis noxæ fuit. Cùm enim ille autographum Childeberti præceptum litteris Franco-gallicis, impexis illis, & lectu ſanè difficillimis, nanctus eſſet; rejecto autographo confugit ad corruptiſſimum ejus exemplum, ante annos circiter ducentos exaratum: unde hiſtoriam ſuam, pluribus etiam mendis marte proprio adjectis, inferſit. Res ipſa palam fit ex inſtrumenti ipſius editione nova, quam ad genuinum exemplar ſedulò recognitam hîc ſubjicimus. Sed interim extrema præcepti verba, quæ leguntur in editis, *Datum Corſintiſce Martii die 12 anno verò 12 regni noſtri. Mamarctas in Dei nomine recognovit feliciter Amen*, ſic corrige. *Datum quod ficit minſis Marcius dies* XII, *annum* XII *rigni noſtri. Mamaccas in Dei nomene feliciter.* Verbum autem *recognovit*, quod in editis ante *feliciter* tranſpoſitum eſt, poſt Cancellarii nomen ſolito loco ſic reſtitue, *Blatcarius juſſus ſubſcripſit.* Cave autem, ne cum editoribus Mamarctas pro viri nomine uſurpes. Eſt enim Mamaccæ regia villa, ubi tunc degebat Childebertus: cujus villæ ſitum, & frequentem Regum in illa commorationem ſuo loco aſſeremus & illuſtrabimus.

XLIV. *Cotia * ſeu Cauſia, & ſequioribus Cuiſia.*

* *Cuiſe*

NOtiſſima ubivis Cotiæ ſilvæ; villæ rarior mentio habetur. Non illa eſt regia ſedes, in quam, ſecundùm Annales Bertinianos, anno DCCC LXXVII regni Primores convenerunt. Is enim *conventus*, non in Cotia palatio, ſed *ad Caſnum in Cotia* ſilva (jam extra ſilvam poſitum) vulgo *Caſne* aut *Cheſne-Herbelot*, ſecus Petræfontem habitus eſt, ubi regia erat domus, quam poſtea Philippus Auguſtus *domum ſuam apud Petræfontem* nuncupavit. *Cauſiam* anno DCCC LXXVII Carolus Calvus deſignat in conſtituto pro villis Ludovico filio deputatis. quo nomine incertum villam-ne an ſilvam, vel utrumque conjunctim ſignificet. Sunt qui Cotiam villam in loco cognomine, vulgo *Cuiſe*, nunc extra ſilvam Cotienſem poſito ad ſiniſtram Axonæ ripam, contra Attipiacum * reponant. At media in ſilva Cotia ſtatuendæ ſunt ædes illæ, leucis admodum duabus à Compendio, ubi poſtmodum Adelhais Ludovici VI relicta, Virginum Benedictinarum parthenona ſancto Johanni ſacrum inſtituit. Etſi enim locus ille quandoque *vetus Adelhaidis palatium* dicitur, non ſic tamen putes vocatum, quaſi illud à fundamentis Adelhais Regina excitaverit: ſed potius hoc ei nomen eſt inditum ob diuturnam Reginæ commorationem in hac villa, quam ipſa dotalicio ſibi jure relictam divino cultui mancipavit.

* *Attichy.*

Monaſterii iſtius inquilinas Hugo Sueſſionenſis Epiſcopus *Sanctimoniales Domus Regis Cuiſiæ* vocat in litteris anno M C LXXIII datis pro confirmatione bonorum aliquot *domûs Regis Cuiſiæ*, quæ Sanctimonialibus Cono Petræfontis dominus, ejuſque uxor Agatha tradiderant. Cononi præiverat Ludovicus Junior, confecto hanc in rem duplici præcepto annis M C LV & M C LXI in gratiam *feminarum pauperrimarum, in foreſta Cuiſiæ ab Adelaide genitrice* ſua in domo regia *conſtitutarum* quidem; ſed quibus illa *dum vivebat, corporale non providit ſubſidium.* Illis verò piiſſimus Rex, *anguſtiâ earum cognitâ* ſuccurrit, *datâ decimâ panis & vini, quotiens Compendii, Vermeriæ, Biſtiſiaci, ſive etiam in foreſta fuerit.* Alia quoque deinceps Cotienſibus illis Virginibus bona contulit cum uxore Adela, quæ Philippus Auguſtus in litteris anno M C LXXXIII indultis recenſet & confirmat. quibus etiam, *decimam panis & vini quod expendimus*, inquit, *apud Petramfontem in domo noſtra, quando ibi erimus*, adjicit. Præterea iiſdem Sanctimonialibus *S. Johannis de Cuſia totam panis & vini decimam* caſtri Cauciaci Ludovicus Hutinus confert in præcepto, quod eſt *actum apud villam Colli-Reſti anno Domini* MCCC XV *menſe Novembri.* ubi etiam alia in ejus loci ſacrarum Virginum commoda decernit: quas proinde non in Cotia ſeu Cuiſia vico prope Axonam, ſed in deſignato à me loco media in ſilva degiſſe, ac priſcam Cotiæ regiam inſediſſe nemo

A jure negaverit. Poſtmodum verò bellis ingruentibus ſedem illæ cum Canonicis regularibus Vallis-ſcholarium Regalis-loci prope Compendium mutarunt, quo & puellarum gregi ſecurius pateret aſylum; & viri denſiſſima in ſilva rebus divinis tutiùs atque expeditiùs occuparentur.

XLV. *Creciacum* * *ſeu Creceium ad Saram.*

* Crecy ſur Serre.

CReciacum ad Saram qui pro Cariſiaco palatio uſurparunt, ſaltem regiam fuiſſe villam, multis, etiam contrariæ opinionis, perſuaſerunt. Hoc poſtremum ut
B aſſeratur, nullum aliud apud antiquos ſuppetit fundamentum, quàm quòd Theodericus ibi reſediſſe feratur à nonnullis, cùm inopinato Ebroïni cum Auſtraſiorum copiis adventu perculſus, fugam verſus Ambianos capeſſivit. Plura de Creciaco habes in Diſſertatione de Cariſiaco ad Iſaram: qui locus celeberrima Regum Francorum ſedes fuit, non minùs à Creciaco ad Saram, quàm à Criſciaco, ſeu Criſiaco Pontivi pagi fiſco diſtinguendus.

XLVI. *Criſciacum* *, *ſeu Creciacum in Pontivo.*

* Crecy en Ponthieu.

C CRiſciacum, modò Creciacum, villa regia, non ad Alteïam, ut quibuſdam viſum eſt, ſed ad Maïam fluvium in Pontivo ſitum, adjunctam habet ſilvam cognominem, in qua *Maurontus nobilis vir, & terrarum vel ſilvarum ad Regem pertinentium ſervator*, beatum Richarium Presbyterum Dagoberti I principatu degere conceſſit: *qui & ipſe Maurontus poſtea ſæculari habitu depoſito monachus factus eſt in eodem loco*, inquit Alcuinus in vita ſancti Richarii ab ſe emendata. Celebris hic locus Theoderici Regis & Leudeſii Majoriſdomûs fugâ: quorum alterum ibi oppreſſit ac recepit Ebroïnus, alterum ſacramento deceptum ſpiritu privavit. Childebertus, Theoderici filius, anno regni XV *Criſciaco in palatio noſtro* Placitum habuit, in quo
D Bertoaldus Comitis palatii functus officio perhibetur in diplomate hîc edito, quo Criſciaci nomine potiùs Criſciacum in Pontivo, quàm Cariſiacum ad Iſaram videtur intelligendum: ut certè intelligitur in Caroli Calvi conſtituto pro villis & ſilvis Ludovici filii obſequio deditis, ubi *Cariſiacus penitus cum foreſtibus; Silvacus cum toto Laudunenſi* (in quo Creciacum ad Saram) ac tandem *Criſiacus* ſive Criſiacum excipiuntur. Hîc anno M CCC XLVI Philippus Valeſius Francorum Rex ab Anglis victus acie, maximam cladem accepit.

XLVII. *Croviacum* * *aut Croiciacum.*

* Croüy.

E

CRoviacum ſecus Auguſtam Sueſſionum, ad orientalem urbis plagam, Chlotharii Magni villam fuiſſe docet Fortunatus in vita ſancti Medardi Noviomenſis Epiſcopi: quam villam inchoato ab ſe monaſterio piiſſimus Rex primùm ex parte, mox integram conceſſit. Docent id varia Regum atque Pontificum diplomata, quorum hîc aliqua nunc primùm dantur in lucem. An ibi regias ædes Chlotharius, aliique poſt ipſum Reges habuerint, nonnulli ſubdubitant, qui vetus Chlotharii Regis palatium eo dumtaxat conſtituunt loco, qui Medardenſis cœnobii ambitu continetur, & Croviacenſis fiſci pars magna cenſebatur. At quî res iſta
F ſe habeat, expendemus inferiùs. Erant & ſuæ urbi Sueſſionicæ regiæ ædes, de quibus atque Medardenſibus aptior erit poſtea dicendi locus.

XLVIII. *Cuſiacum.*

LUdovici Auguſti diploma anno imperii XXII datum *Cuſiaco palatio regio* jam memoravimus, quo is Floriacenſi cœnobio Suncantum aliaque prædia reſtituit. Laudavimus & aliud Karolomanni junioris præceptum, quo *Cuciacum villam* reddit Abboni Nivernenſi Epiſcopo litteris anno regni tertio conceſſis. At ubinam

gentium Cuſiaca hæc villa aut Cuciaca poſita fuerit, nuſquam invenio. Errorem in chartariorum exempla irrepſiſſe crediderim, & pro Caſiaco vel Cauciaco ab ignaris exſcriptoribus Cuſiaci Cuciacive nomen intruſum, ut ficticias inter villas ignotus hic locus jure numeretur. A

XLIX. *Diona.*

a Marlot. tom 2 pag. 228.

MAle quoque Diona regale palatium vocatur à nonnullis. Etſi enim in Caroli Simplicis diplomate apud Marlotum [a] partim edito, *villæ* nomine bis cenſetur Diona, cujus manſos aliquot Carolus enumerat; certè Diona Attiniacenſis palatii pars fuit, ipſius ambitu contenta, vel ſaltem ipſius appendix, ut ejus loci, qui nunc ſanctæ Walpurgis fert nomen, ſitus indicat: & regiis palatiis ferè contingebat, ut non unam dumtaxat, ſed plures ſæpe villas includerent ſæptis ſuis: quod jam non ſemel obſervavimus. D'*Iona* vocabulum perperam dividunt nonnulli. Plura de Dionenſi ſanctæ Walpurgis eccleſia vide in Attiniacenſis palatii deſcriptione. B

L. *Dionyſianum.*

C

DAgoberti palatium ſecus Dionyſianam baſilicam memorant ejus Acta non ſemel, itemque variis in locis Dubletus, quod etiam aliis Regibus uſui fuiſſe ſcribit ille auctor. Nota apud illum hanc in rem Rotberti diplomata. Certè Chriſtianiſſimos pleroſque Reges in Dionyſiano monaſterio ſæpiſſimè verſatos fuiſſe conſtat, tum ex editis rerum Francicarum ſcriptoribus, tum ex primariis eorum inſtrumentis, quorum hîc nonnulla publicantur. Regiæ verò ædes, in quibus illi cum Optimatibus degebant, neſcio an diverſæ fuerint ab ipſis monaſterii ædibus, quorum aliquæ regibus excipiendis (quod alibi quoque uſitatum) deſtinatæ erant. Ut ut ſit nulla jam ibi regiæ manent veſtigia. D

LI. *Divionenſe.*

b Greg. Tur. Hiſt. lib. 3 cap. 19.
c Aimoin. lib. 2 cap. 24.

DIvio caſtrum priſcis etiam Romanis celeberrimum, à Gregorio [b] Turonenſi Epiſcopo rectè deſcribitur, cui conſonat Aimoïnus [c] in hiſtoria. Hæc fuit ſedes Ducum Burgundiæ, quam auctor Chronici Vizeliacenſis eorum *palatium* vocat. Multa legi apud Perardum diplomata Divione conceſſa: at in nullo regiæ villæ aut palatii nomen Divioni tributum animadverti. Verùm in Bibliotheca Cluniacenſi habetur Lotharii Regis, Ludovici Ultramarini filii, præceptum VIIII *Kal. Decembris, Indictione* III, anno regni ejus V datum, quod ita deſinit. *Actum Divione palatio feliciter amen.* ut nulli dubium ſit primariam hanc Burgundici Ducatûs ſedem, ab antiquis cultam Regibus, & regio palatio fuiſſe inſignitam. Vide Sebuſianam [d] Guichenonis hiſtoriam. E

d pag. 216.

LII. *Dordingum* *.

* Dourdan ſur Orge.

e Chron. Maurin. lib. 2. Gerbert. ep. 94.

DOrdingus, ſive Dordinchus ad Urbiam, in Chronico [e] Mauriniacenſi dicitur *regium municipium*, in quo referente Gerberto *Laudunenſis Epiſcopus* ... Hugonem *Ducem adiit.* Is eſt Hugo Magnus, Capeti Regis pater, qui ibidem anno DCCCCLVI fato functus memoratur apud rerum Francicarum ſcriptores. An villa hæc regia ſuum habuerit palatium, ignorare me fateor. F

LIII. *Dripio.*

CArolus Magnus in diplomate, cœnobio ſancti Michaëlis ad Moſam conceſſo, Dripionem villam regiam memorat his verbis. *Data menſe Maio, anno* III *regni noſtri. Actum Dripione palatio publico* &c. Cùm hoc ipſo anno Carolus in fraterni Auſtrici

regni

A regni portionem ſucceſſerit, videtur hoc palatium in charta pro Auſtrici regni mo-
naſterio data memoratum, intra fines Auſtriæ contineri: ſed quo tandem loco, nec-
dum aſſequi licuit.

LIV *Duria* * *vel Dura.*

* Duren.

DUram ſive Duriam veteres *Marcodurum* Ubiorum vicum appellavêre, quem
in pago Ripuarienſi locat Fredegarii appendix; & medio ferè itineris ſpatio Co-
loniam inter & Aquiſgranum interjacet. Hîc multæ ſub Pippino Rege, ejuſque fi-
lio Carolo Magno Synodi habitæ ſunt, quas vide notatas apud Cheſnium [a]. Egre- a Cheſn. Hiſtoric. tom. 1 & 2.
B gia duo Caroli Magni diplomata refert Dubletus; unum, quo Lebraha mo-
naſterium in Eliſatia Dionyſiano ſubditur XVIII *Kal. Octob. anno* VI *regnante domno
noſtro Carolo glorioſiſſimo Rege, Actum Dura palatio publico.* Aliud, quo ſancti Verani
monaſteriolo quædam prædia conferuntur VII *Id. Septemb.* anno ejuſdem Regis un-
decimo. Hæc in Synodis ſuperiùs indicatis conceſſa ſunt: at nullum inter vetera
iſtiuſmodi inſtrumenta videtur illuſtrius, quàm quod hîc primùm refertur ex au-
thenticis Caroli Magni litteris. Quippe maxima lis inter Herchenradum ſeniorem
Epiſcopum Pariſienſem, & Fulradum Abbatem Dionyſianum intercedebat de Pla-
cicio monaſteriolo, quod ille ad eccleſiam ſuam, hic ad ſuum aſceterium pertine-
C re contendebant. Prolatis utrimque donationis litteris, nulla ſolvendæ rei lux af-
fulgebat: *ut ad Dei judicium, ad crucem* veniendum fuerit. Igitur inter Miſſarum ſol-
lemnia emiſſi utrimque *eorum homines*, Corellus quidem ex parte Erchenradi Epiſco-
pi, & Aderamnus ex Dionyſiani monaſterii parte, *in capella regia recenſenda Miſſa,
Harnaldo Preſbytero viſi fuerunt ſtetiſſe*: cùm ecce Corellus *ad ipſum Dei judicium, ad
ipſam crucem trephidus & convictus apparuit.* quo viſo Herchenradus Pontifex coram
Anſelmo Comite palatii, itemque aliis Comitibus octo, *& reliquis quàm plurimis,
recognovit & reſededit, quòd nec ipſe, nec pars eccleſiæ ſuæ ... nullum drictum habebant,
per quid ipſum Placicium monaſterium habere potuiſſent.* Placitum iſtud *Theudgarius reco-
D gnovit. Datum* IV *Kal. Auguſtas in anno* VII *regni noſtri, Duria villa in palatio publico
in Dei nomine feliciter.* Hæc pluribus leguntur in inſtrumento inferiùs edendo. Lo-
tharius Auguſtus apud Chiffletium manſos quoſdam ſui juris in pago Lugdunenſi
concedit Immoni cuidam XVIII *Kal. Januar. anno Chriſto propitio imperii in Italia*
XXIV, *& in Francia* IIII, *Indict.* VI. *Actum Duria palatio* &c. Tacitus *Marcodurum Ubio-
rum*; Itinera vetera vicum *Marcomagum* nuncupant, uti obſervat eruditus Hadria-
nuns Valeſius [b]. qui addit, ex vico opidum evaſiſſe, & truncato nomine *Marcodu-* b Notit. Gall. pag.
ri Duren appellatum, quaſi *Durum.* 315 & 316.

E LV. *Duziacum* * *ſeu Duodeciacum.*

* Douzy.

VAriè ab antiquis effertur Duſiacum, uno lapide ſupra confluentes Cari in Mo-
ſam, æquali Sedanum inter & Moſomagum diſtans ſpatio. Quippe Hinc-
marus in vita ſancti Remigii *Duziacum villam* dicit, quam *cum appendiciis ſuis ſancto
Remigio ac Remenſi eccleſiæ tradidit* Chlodoaldus Chlodomiri Regis filius. *Dociacum* vo-
cant Annales Tiliani: ex quibus atque Oiſellianis & Bertinianis Carolum Magnum
ibi anno DCC LXXVII Natalem Domini celebraſſe diſcimus. Anno DCCC LXIV *Hlu-
dovicum & Carolum Reges & fratres apud Duſicam villam menſe Septembri fedus iniſſe*
F tradunt Annales Fuldenſes: & apud Acherium [c] noſtrum habetur ejuſdem Caroli c Spicil. tom. 8
diploma pro cœnobii Andreani conditione in Helenenſi diœceſi, quod ita definit. pag. 352.
Datum Non. Auguſt. Indict. IV, *anno* XXXII *regni Karoli glorioſiſſimi Regis. Actum Do-
ziaco palatio Regio* &c. quo tempore habitum in loco *qui vocatur Duciacus Remenſis
parochiæ* Concilium probat in primis immunitas ſancti Medardi cœnobio à Patri-
bus ibi anno DCCC LXXI congregatis indulta, qualem in hiſtoria [d] Parthenonis Sueſ- d Hiſt. S. Mariæ Sueſſ. pag. 432.
ſionenſis reperies. De hac atque altera ſynodo Epiſcoporum anno DCCC LXXIV e Concil. Gallic.
Duziaci celebrata legendus in Conciliis Gallicanis Sirmundus [e]. Præterea Frodoar- tom. 3.
dus [f] Remenſis presbyter *Duodeciacum* eccleſiæ Remenſis villam Fulconi Epiſcopo f Frod. Hiſt. Rem. lib. 4 cap. 1.

[a] *idem in Chron.*

reſtitutam docet in hiſtoria Remenſi, & in Chronico [a] ſic loquitur. *Anno* DCCCC XLVII. *conventus Placiti Regum Ludovici & Ottonis ſuper Charam fluvium intrante menſe Auguſto celebratur, Hugone Principe circa Moſomum & Duodeciacum caſtra metato.* Ad hæc Dociaci villæ Chartarium Cluniacenſe meminit in litteris anno DCCCC XXXIX, datis *in Querceto juxta Dociacum villam ſuper fluvium Carum,* XIII *Kal. Julii, Indict.* XII, *anno* IV *regnante Ludovico Rege.* Denique Ebalus Remenſis Archiepiſcopus rogatu Bozonis Moſomenſis Abbatis beatæ Mariæ cœnobio reſtituit *eccleſiam in villa quæ dicitur Duziaco ſitam. Actum Remis regnante Rotberto Rege* XXXVIII, *anno epiſcopatûs domni Ebali* II, *Indict.* VIII, rem firmante Odolrico Cancellario. Qui Tuſiacum ad Vidulam *Tuiſy* non longè à monaſterio ſancti Baſoli, tribuſque à Durocortoro leucis, pro Duſiaco uſurpant; ii ſanè à viris doctis non immeritò ſuggillantur. Falluntur etiam qui Tuſiacum villam regiam agri Tullenſis cum Duſiaco confundunt: cùm ab invicem plus minus triginta leugis hæc loca diſſideant. tametſi *Tuſciacum ſuper Moſam* ſcribitur in vulgato Chronico Frodoardi ad annum DCCCC XXXVIII. De Tuſiaco inferiùs.

* *Ebreuil.*

LVI. *Ebrogilum * ſive Evrogilum.*

Evrogilum ad Sicaulam flumen caſtrum eſt, regio quondam palatio inſigne, nunc Abbatia Benedictini Ordinis clarum. Ibi Ludovicus Aquitaniæ Rex, poſtea Imperator, ſingulis quadrienniis, conſulto Caroli parentis hiberna tranſigebat. Cenſet eruditus vir Hadrianus Valeſius Evrogilum idem eſſe cum Eborolaco, cujus meminit in epiſtola ad Hypatium Sidonius. Nihil quidem in hoc Sidonii loco habetur, quod Eborolaci deſignet ſitum; at viri perſpicaciſſimi conjecturæ lubens accedo, cui etiam Gallici nominis *Ebreüil* affinitas ſuffragatur.

* *Eſchery.*

[b] *Spicil. tom.* 3 *pag.* 185.

[c] *Fredeg. cap.* 98.

[d] *Geſta Franc. cap.* 47

[e] *Valeſ. Notit. Gall. pag.* 189.

[f] *Orderic. Vital. pag.* 725.

LVII. *Ercherecus * Erchariacus.*

Fontanellenſe Chronicon ab Acherio [b] noſtro editum tradit, Flodulfum, ſancti Arnulfi Mettenſis Epiſcopi filium, Martini parentem fuiſſe, *quem* Martinum interfecit *Ebroinus* Majordomus *Erteriaco palatio.* Cædem hanc Fredegarius [c] in *Ertreco villa* perpetratam dicit, quam villam Geſta Francorum [d] *Ercherecum* ſeu *Erchariacum* nominant, haud longè à Lauduno diſparatam. Hæc ſagaciſſimo Valeſio [e] creditur eſſe vicus inter Ribodimontem & Faram poſitus, vulgo *Acheri*, aut *Acheris* dictus Orderico Vitali [f]. At propiùs ad Latinum vocabulum accedere mihi videtur vicus alter Lauduno proximior, *Eſcheri Launois* nuncupatus, quem inter atque Laudum prope medius exſtat *Loixy*, vicus, fortè Lucofaus aut Lucofagus, ubi cruenta Neuſtraſii adverſus Auſtricos victoria potiti ſunt.

* *Eſſonne.*

LVIII. *Exona * ſeu Eſſona.*

Exona ad Junnam ſive Axonam fluvium in agro Pariſienſi prope Curbolium, villa fuit publica, jam pridem regio fiſco addicta, quam auctore Fortunato *fiſcalini famuli* incolebant. Ibi ſub Merovingicis Regibus percuſſos nummos legimus, quod vix alibi, quàm in urbibus aut villis publicis ſeu dominicis fieri conſueverat. Locus ille poſtea Dionyſiano ceſſit monaſterio, concedente Chlothario Rege, & Chlodoveo confirmante, ut patet ex Dubleto variis in locis, itemque ex Caroli Magni diplomate hîc primùm edito, ac tandem ex commutatione facta inter Ludovicum Abbatem atque Ercanfredum & Gabilonem Francos, ubi leguntur hæc verba. *Dedit Hludovicus Abbas ex rebus ſancti Dionyſii ... in pago Pariſiaco, in loco nuncupato Curtilis & Inſula, ex villa cujus vocabulum eſt Exona, ſuper alveum fluvii Exſonæ* &c. *Actum Camliaco mallo publico* &c. Exſonæ meminit etiam Sugerius in libro de rebus ab ſe geſtis capite XVII, & omnes eccleſiæ Pariſienſis catalogi.

LIX. *Fons Blaudi* * *ſeu Bliaudi.*

* *Fontainebleau.*

FOns-Blaudi in ſilva Bieria pagi Waſtinenſis, à fonte ibi oriente, & adjacentis vici ſeu campi poſſeſſore nomen traxit. Nobiliſſimum ibi cernitur palatium, cujus primordia ad Ludovicum Juniorem refert auctor Hiſtoriæ Waſtinenſis, qui varias ejuſdem Ludovici litteras, conditionis iſtius (quam anno M C XXXVII vult factam) teſtes exhibet. Circa regiam eamdem villam ipſe poſtea Ludovicus Rex baſilicam in honorem Virginis Deiparæ atque Saturnini martyris erexit, cui & Sacerdotem (Capellanum vocant) certis ex fiſco redditibus dotatum addixit, ut ex litteris anno M C LXIX datis intelligitur. Eamdem ſubinde eccleſiam ſancti Thomæ Cantuarienſis Epiſcopi & martyris nomini conſecratam eodem Ludovico procurante lego in ſancti Ludovici Regis diplomate anni M CC LIX, qui etiam monaſterium Ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis intra Fontisblaudenſis palatii ſæpta conſtruxit, multiſque prædiis atque muneribus ditavit. Exſtat præterea jam laudati Ludovici VII præceptum Barbellenſibus monachis conceſſum *apud Fontem-Bleaudi anno* M C LXV. Sunt & alia quæ ipſi locum hunc fuiſſe in deliciis conteſtantur. Ibidem Philippum Auguſtum ſæpius degiſſe probant ejus litteræ ibidem Caſtri Nantonenſis civibus anno M C LXXX indultæ: aliæ item anno M C LXXXVI pro domo Dei Nemoſiana; ac tandem aliæ anno M C XC, atque Philippi Audacis anno M CC LXXIII in Hiſtoria Dionyſiana memoratæ. Nominis claritate & amplitudine crevit hoc palatium, quod Franciſcus I & Henricus IV Reges magnificentiſſimis ædibus exornarunt: ubi deinceps lucem feliciter accepit Sereniſſimus Delphinus, filius Ludovici Magni.

LX. *Francofurtum* * *ad Mœnum.*

* *Francfort.*

FRancofurtum, ſeu Franconofurt ad Mœnum, inter vetuſtiſſima Regum Francorum Palatia numerandum puto, tametſi nulla ejus mentio fiat apud rerum noſtrarum ſcriptores antiquos ante annum DCC XCIV, quo tempore celebris hoc loco Synodus Epiſcoporum habita eſt adverſus Felicem & Elipandum: cui tum aderat Carolus Magnus, qui in diplomate hîc edito anno regni XXVI Aniano, monaſteriorum ſancti Johannis & ſancti Laurentii in Extorgeo & Olibagio Abbati, Caunas villam confirmat in monaſterium convertendam. Idem *oratoria nova ad Frankenoford & Rageneſpurg admirabili opere conſtruxiſſe* fertur à Monacho Sancti-Gallenſi. Francofurti Ludovicum Pium annis DCCC XV, DCCC XXII, DCCC XXXII, & DCCC XXXV reſediſſe palam fit ex variis ejus actorum locis apud Cheſnium. Quo etiam loco Ludovicus ejus filius, Germaniæ Rex, auctore Miræo in notitia Belgicarum eccleſiarum, anno regni XXIX quædam Hungero Trajecti ad Rhenum Epiſcopo privilegia contulit, ac demum V Kal. Septemb. anno DCCC LXXVI mortuus eſt, ut tradit Eliſatenſis ſanctæ Mariæ in Eremo monaſterii Chronographus. Lupum Ferrarienſum monachum cum Odone Abbate ſuo, *ad palatium quod vulgo dicitur Franghenewrt* contendentem, gravis morbus intercepit, referente Halitgario in ſancti Faronis vita. Eodem in palatio Arnulfus Rex anno DCCC LXXX IX, Zuentiboldus, & poſt eum Ludovicus anno DCCCC IX, pro cœnobio ſancti Michaëlis ad Moſam condidêre diplomata, quæ etiamnum ibidem autographa ſervantur.

Sæc. 2. Bened. pag. 621.

LXI. *Gentiliacum* *.

* *Gentilly.*

INcertum est, an Gentiliacum, agri Pariſienſis villa, regio fiſco prius addicta fuerit, quàm veniret in manus Eligii Palatini, Noviomenſis poſtmodum Epiſcopi: qui cùm in aula Dagoberti Regis verſaretur, eam condito ab ſe in urbe Pariſiaca cœnobio tradidit. Ab eo monaſterio tempore Caroli Principis, cognomento Martelli, videtur avulſa; cùm apud veteres Annales Pippinus ejus filius legatur *anno* DCC LXII

hiemaſſe in villa Gentiliaco, atque in ea Natalem Domini, ac Paſchalis feſti ſollemnitatem A
celebraſſe. Immo, teſte Eginhardo in Annalibus, idem Pippinus *anno* DCC LXVI *Natalem Domini Salmonciaci, Paſcha verò Gentiliaci celebravit. Ortâ verò quæſtione de ſancta Trinitate, & de Sanctorum imaginibus.... conventu in Gentiliaco villa congregato, Synodum de ipſa quæſtione habuit magnam, &c.* Hæc ſimiliaque Adonis, Reginonis, & aliorum teſtimonia, Gentiliacum tunc regiam in villam evaſiſſe demonſtrant: quam tamen in eum ſtatum, quo ſub Eligio pridem fuerat, rediiſſe oportet Ludovici Balbi principatu, in cujus litteris eccleſiæ Pariſienſi conceſſis nominatur [a] *ex ipſa Abbatia ſancti Eligii villula, quæ vocatur Gentiliacus*. Hodie vicus eſt ad Beveram, qui inde Gentiliacenſis fluvii nomen apud vulgus obtinet. B

a *Baluz. to. 1 Capitul. col.* 1501.

LXII. *S. Germani * caſtrum in Ledia ſilva.*

* *S. Germain en Laye.*

SAncti Germani caſtrum in ſilva Ledia ſive Laia, Francorum Regum jam deliciæ, auctorem habere videtur Rotbertum Regem, qui monaſterium regiæ villæ adjunctum, in honorem ſancti Germani Pariſiorum Epiſcopi conſtruxit. Abbatiolam vocat Henricus Rotberti filius *in ſilva quæ Lea dicitur*, à parente ſuo *fabricatam*. Ibidem Philippus, cognomento Auguſtus, morabatur anno M C LXXXIX, ut docent ejus litteræ pro monaſterio Corbeienſi datæ *apud S. Germanum in Laya anno Domini* M C LXXXVIII. Reverſus è Palæſtina Philippus, celebratiſque apud Fontem-Blaudi natalium Chriſti ſollemniis V. *Kal. April.* MCXCII, iterum Lediam contendit villam: unde mox contra Judæos nefanda Braiæ ſcelera perpetrantes regreſſus, ſacrilegos Chriſtiani nominis hoſtes, teſtante Rigordo, flammis protinus addixit. Eumdem Hiſtoria Dionyſiana reſediſſe docet *apud S. Germanum in Loya anno Incarnationis Dominicæ* M CC VII: quem ſanctus Ludovicus anno M CC XXVII, & Philippus Audax anno M CC LXXII imitati fuiſſe perhibentur in vulgatis [b] ipſorum Præceptis. At nulla re magis apud poſteros celebrandum erit palatium iſtud, quàm ortu Ludovici Magni, modò feliciter regnantis. D

C

b *Gall. Chriſt. tom.* 4 *pag.* 61.

LXIII. *Germiniacum * ad Ligerim.*

* *Germigny.*

GErminiacum in Gallia multiplex: unum ad Vidulam fluvium, quod Theodoricus Chlodovei Magni filius, Auſtriæ Rex, Abbati Theoderico contuliſſe fertur in ejuſdem Sancti vita. Aliud ad Matronam duabus ſupra Meldos leugis poſitum eſt. Suum etiam Burbonenſis pagus habet Germiniacum caſtrum, à Sugerio memoratum. Aliud præterea Germiniacum eſt in pago Aurelianenſi, quod à Floriaco non multum diſtat. Ibi *baſilicam* [c] *miri operis, inſtar ejus quæ Aquis conſtituta eſt* E
à Carolo Magno, ædificavit Theodulfus Aurelianenſis Epiſcopus, qui mox *inſimulatus conjurationis apud Regem*, exſilium tulit. Germiniaci anno DCCC XLII Carolus Calvus aderat, cùm monaſterium Malaſtenſe, ſeu Montis Olivi, ſub tuitione recepit, ejuſque bona recenſuit, ac confirmavit in litteris anno regni II apud Germiniacum datis. Editum eſt in Sæculi IV Benedictini parte altera [d] privilegium inſigne, Curbionenſi monaſterio conceſſum à plurimis Galliarum Epiſcopis, Germiniaci prope Floriacum anno DCCCXLIII ſynodicè congregatis: quo ſanè privilegio, ſive ad deſignandum Francici regni poſt pugnam Fontaneticam miſerabilem ſtatum, ſeu Epiſcoporum cùm in rem eccleſiaſticam, tum præcipuè in monaſticam ſtudia luculentius nihil deſideres. Anno DCCC XLVI idem Carolus Calvus Hruodulfo Centulenſium Abbati (quem avunculum dicit) præceptum dedit, quod *Æneas notarius ad vicem Ludovici recognovit & ſubſcripſit. Data* II *Kal. Martii, Indict.* III, *anno* XVI *Karoli glorioſiſſimi Regis. Actum in Germiniaco palatio regio &c.* Alia quoque ſancti Ludovici anno M CC LIII, & Philippi Pulcri anno M CCC XIX præcepta Germiniaci data invenio. At Germiniacum iſtud *ſuper Maternam* ſitum eſt, ubi nunc Meldenſis Antiſtitis viſuntur ædes rurales, præclaris ædificiis, ſed præſertim hortis cultiſſimis & proſilientibus aquis amœniſſimæ. F

c *Sæc.* 1 *Bened. p.* 601.

d *Sæc.* 4 *parte* 2 *pag.* 149.

A
LXIV. *Goddinga-villa.*

VIllæ iſtius nomen, ſitum ac rem ipſam ſubobſcura eſſe fatebitur, quiſquis hæc omnia ſeriò perveſtigare tentaverit. Nam ſi nominis habenda ratio, nulli (quod ſciam) loco melius convenit, quàm villæ in Brexia Cabilonenſi poſitæ; quæ, uti clariſſimus Filibertus de Marra, Senator Divionenſis monuit, *Ville-Gaudin* ſeu *Ville-Godin* dicitur, pertinetque ad illuſtriſſimi Fioti quondam in eodem Divionenſi Senatu Præſidis heredes. At nonnihil diſcriminis inter *Villam-Gaudini* ſive *Godini*, atque Goddingam-villam reor intervenire. Jam verò de ipſius ſitu B certum quid proferam? Supereſt igitur, ut ipſam vindicem è tenebris, qualem ex archivo Dionyſiano Caroli Magni diploma primarium pro Monaſterii jurium tuitione exhibet hoc pacto. *Datum in menſe Octob. anno* XI & V *regni noſtri. Actum Goddinga villa in Dei nomine feliciter.* Nec plura de hoc loco ſuppetunt.

LXV. *Gundulfi-villa* * Gondreville.

MEa fuit aliquando nonnullorumque perſuaſio, Gundulfi-villam eamdem eſſe cum memoratâ ſuperiùs Goddinga-villâ, tum ob nominis affinitatem, C tum maximè, quòd Gundulfi-villam Frotharius apud Sirmundum in Conciliis Gallicanis Gundum-villam ſeu Gondo-villam cognominet. Verùm aliter rem habere conſtat ex ſubjiciendis ipſius Frotharii aliorumque litteris authenticis, quales in Lotharingico itinere non unas deteximus. Gundulfi-villæ nomen clariſſimus Valeſius à Gundulfo, Majore-domus Theodeberti junioris Auſtraſiorum Regis, rectè deduci ſagaciter obſervat. De loci ſitu non ita convenit inter eruditos. David Blondellus Gundulfi-villam cenſet eſſe *Gondreville* vicum duabus leugis ab Axona flumine, quatuor ab opido ſanctæ Manechildis, ab urbe Durocortoro Remorum D quatuordecim diſparatum. quam viri, non indocti, ſententiam penitus evertit Frotharii locus proximè ſubjiciendus, qui Gundulfi-villam in diœceſi Tullenſi, immo Tullo-Leucorum vicinam fuiſſe ſubindicat. Neque feliciùs ominatur Cellotius in notis ad Concilium Duziacenſe, ubi Gundulfi-villam *Houldicourt* neſcio quem locum interpretatur. In ipſum enim cùm loci nomen, tùm cetera pugnant omnia. Eſt in Epiſcopatu Tullenſi vicus *Gondrecourt* dictus, qui ad Gundulfi-curtem, id eſt villam, ſatis accedere videtur Hadriano Valeſio. Verùm luſtratâ non ita pridem Lotharingiâ, ſincerum Gundulfi-villæ nobiliſſimæ ſitum ad Moſellam inſpeximus, loco peramœno, veteris palatii ſplendorem antiquum præ ſe adhuc ferente, unâ leucâ infra Tullum-Leucorum: ubi etiam nunc ſupereſt opidum, vulgo E *Gondreville* appellatum, quod ad Principem pertinet.

Bruſchius in Chronologia Monaſteriorum Germaniæ diploma refert à Theodorico Calenſi pro conditione cœnobii Murbacenſis *datum Gundolfi-villa*, &c. quo nulla regiæ iſtius villæ mentio antiquior habetur. Ab hinc de Gundulfi-villa nihil apud vetuſtos auctores ad Ludovicum Pium, qui *cùm in palatio Gundumvillæ* * *hoc anno ſtaret, juſſit ut in fronte ipſius palatii ſolarii opus conſtruerem, de quo in capellam veniretur*, inquit Frotharius in epiſtola ad Hilduinum. quibus verbis hanc villam Epiſcopatus ſui finibus contentam ſatis declarat. Eodem in loco degebat ipſe Frotharius, cùm F ſancti Apri monaſterio providit litteris hanc in rem datis, quas hîc ex autographo publicamus: ubi non Gundumvilla, quemadmodum habet Sirmundus, ſed Gundulfi-villa ſcribitur, ut hoc loco genuinum fuiſſe nomen pro certo tenendum ſit. Idem præferunt varia præcepta Lotharii Imperatoris, quæ ibi poſitus edidit: unum apud Johannem Columbi in Epiſcoporum Vivarenſium geſtis: aliud in Claudii Thiruxii [a] Hiſtoria Comitum Auguſtodunenſium: duo item ex cœnobii S. Michaëlis ad Moſam tabulis originalibus hîc edita, quæ data ſunt *anno Chriſto propitio imperii domni Hlotharii pii Imperatoris in Italia* XXI, *& in Francia* I... *Actum Gundulfi-villa palatio &c.* quibus conſonat Lotharius ejuſdem Auguſti filius in Spicilegii tomo

* Sirmundus legit Gondovillæ.

a Thiroux pag 55.

XII ; Ludovicus Balbus in charta Æduenſi eccleſiæ anno regni I conceſſa; Carolus A
Craſſus in præcepto anni DCCC LXXXIV pro reſtitutione Monachorum in Tullenſi
ſancti Apri monaſterio , *conſiſtentibus*, inquit, *nobis in Gundulfi-villa palatio noſtro &c.*
ac tandem Carolus Simplex in litteris anno DCCCC XV exaratis apud Chiffletium[a].
Eodem modo villam hanc exprimunt Concilium Duziacenſe, Caroliqué Calvi Capitularia anni DCCC LXXIII, Annales Bertiniani ad annum DCCC LXIX, Hincmarus[b]
uterque apud Frodoardum, & in Remenſis Operibus ; Regino ad annum DCCCC
LXXXIV & ſequentem, Aimoïnus, atque Hadrianus Papa IV in litteris ad Matthæum
Lotharingiæ Ducem anno M C LV datis apud V. Cl. Stephanum Baluzium[c]: quibus
omnibus Annales Fuldenſes variis in locis conſentiunt. Ex his omnibus conficitur, B
inſignem fuiſſe Gundulfi-villam , tot rerum ab Epiſcopis Regibuſque geſtarum
conſciam: ut illis in deliciis fuiſſe non immeritò videatur.

a Tournu pag. 275.
b Hincm. tom. 2 pag. 613.
c Append. Capit. Baluz. pag. ...

LXVI. *Hariſtallium* *, *ſeu Heriſtalium.*

* Herſtal.

HAriſtalii ad Moſam, primo lapide à Leodico, nunc Brabantinæ ditionis, natus fertur & enutritus Pippinus Majordomûs , quem inde nonnulli Heriſtalium vocant; cùm Hariſtalii palatii conditorem velint alii. Certè ibi ſæpius commoratum fuiſſe docent rerum Francicarum ſcriptores, qui res ab illo, ejuſque po- C
ſteris Carlovingis Regibus, Hariſtallii geſtas ordine perſequuntur. Iis omnibus nolim immorari, dumtaxat ea , quæ ex authenticis Regum noſtrorum litteris conſtant,
delibaturus. Apud Miræum[d] Caroli Principis diploma lego, datum *Hereſtallio villa publica, ipſo die Kal. Januar. anno ſecundo regnante Theoderico Rege* (Calenſi). *Areſtalium* vocat Pippinus Rex in litteris anno regni I Cenomannenſi ſancti Karileſi monaſterio conceſſis. Harſtallum verò in Papyrii Maſſoni Genealogia Ducum Brabantiæ & Lotharii dicitur. Varia Caroli Magni præcepta legi, partim in autographis, quæ ipſum ibi ſæpiùs Placita tenuiſſe docent. Quippe Kal. Martii, anno regni
ſecundo Andegavenſi eccleſiæ litteras dedit, quales in Galliâ Chriſtiana [e] leguntur. D
Pariſienſe noſtrum ſancti Germani cœnobium XIII Kal. Novembris, anno regni V,
atque undecimo, pari munere donavit. Ejuſdem anni diploma eſt pro Aquiſgranenſi beatæ Mariæ baſilica. Anno regni XIV quorumdam prædiorum in pago Mettenſi commutationem Folrado Abbati ſancti Dionyſii , & Eufemianæ ſancti Petri apud Mettas Abbatiſſæ confirmavit litteris hîc primùm editis. Similes in Galliâ Chriſtiana pro Cabilonenſi ſancti Marcelli cœnobio , apud Baldericum & Kyriandrum in hiſtoria Trevirenſi videas, quæ omnes *Hariſtallio palatio publico*, vel *Ariſtallo palatio* datæ ſunt. Ludovicus Pius in noviſſima illa Imperii diviſione , quam anno DCCC
XXXIX Vormatiæ inſtituit, Hariſtallium Hlotharii Imperatoris ſorti attribuit. quod E
etiam anno DCCC LV Lothario filio Lotharius ipſe Auguſtus legavit. Anno DCCC LXIX defuncti Lotharii regnum occupavit Carolus. qua de re ipſum inter & Ludovicum Germaniæ Regem in meditullio Hariſtalii & Marſnæ conventus Kalendis Auguſti habitus eſt, quo prædictum Carolo Regi ceſſit Hariſtalium , in cujus ſilva Ludovico filio venationem anno DCCC LXXVII interdixit. Hariſtallio quoque potitus eſt Carolus Simplex ad annum DCCCC XXI, quo illud , uti & Auſtriam totam, Henrico Aucupi hac lege tradidit , ut regnum deinceps eſſe deſineret, & Duci ab ſe conſtituto ſubderetur. Pacti hujus litteras profert Miræus in Notitia eccleſiarum
Belgii, apud quem varia etiam leguntur Caroli ejuſdem præcepta, quæ ipſum Ha- F
riſtallii non rarò degiſſe conteſtantur. Verùm paullo pòſt cruenta Nortmannorum infeſtatione violatum hocce palatium, nuſquam deinceps ad regiarum ædium ſplendorem & amplitudinem denuò aſſurgere potuit.

d Miræi Donat. Belg. lib. 2 cap. 3.
e Gall Chriſt. tom. 2 in Epiſc. Andeg.

LXVII. *Huxori* *.

* Heuxter.

HUxorium , aliàs Huxori ad Wiſeram in Epiſcopatu Paderbornenſi regiam fuiſſe villam , priuſquàm Saxonico Corbeiæ novæ monaſterio ſubderetur,

A docet egregium Ludovici Pii diploma hîc editum ex autographo, quod ille anno
Imperii x Adalhardo conſanguineo, utriuſque Corbeiæ Abbati ſanctiſſimo, con-
ceſſit. Idem confirmant Ludovici Germaniæ Regis litteræ, quas in Sæculi IV Be-
nedictini parte I publicavimus.

LXVIII. *Ingelheim ſeu Engelheimium.*

QUi Ingelheimenſe palatium, æquali ferè ſpatio Bingium inter atque Magun-
tiam, prope Rhenum, Carolo Magno natalitias dediſſe cunas jactitant Ger-
B mani recentiores, ii ſanè quàm largiſſimè falluntur: cùm potius Ingelheimenſis re-
giæ parens atque auctor habendus ſit Carolus, quem Eginhardus in ipſius vita te-
ſtatur *inchoaſſe & palatia operis egregii; unum haud longè à Moguntiaco, juxta villam cui
nomen eſt Ingelheim: alterum Noviomagi ſuper Vahalem fluvium, qui Batavorum inſulam
à parte meridiana præterfluit.* Eadem de Ingelheimi conditione tradit Wandalbertus [a]
in libello de miraculis ſancti Goaris, ubi hæc verba. *Carolus excellentiſſimæ memoriæ
Imperator Auguſtus, à palatio ſuo quod in præripiis Rheni ab ipſo conſtructum Ingelinheim di-
citur... navigabat* &c. quibus ſuccinit Hermoldus, ex milite clericus, Ludovici Pii
æqualis, qui & palatium iſtud centum columnis innixum & ampliſſimum, ejuſque
C baſilicæ poſtes æreos & aurea oſtia fuiſſe commemorat. Neque porrò ulla apud ve-
teres palatii hujus mentio fit ante annum Chriſti DCC LXXIV aut ſequentem, regnan-
tis Caroli ſeptimum: quo tempore *pervenit ad Ingelingam, mittens quatuor ſcaras in Sa-
xoniam.* Anno deinde DCC LXXXVII Taſſilonem perduellem cum Teutone filio Ca-
rolus Ingelheimi coëgit in ordinem, & *tonſuratos* ad Gemeticenſe Rotomagenſis
agri cœnobium tranſmiſit. Deinde Carolum in Germania pueriles annos exegiſſe
quis uſpiam tradidit? quis ante annos centum & quinquaginta ſomniavit? Certè ſi
Pariſienſis ſancti Germani cœnobii monacho, qui ejuſdem Pontificis tranſlationem
deſcribebat Caroli Magni principatu, ſit fides, huic ſollemnitati præſens aderat
D Carolus, *tunc puer ſeptennis, & ea quæ ibi vidit, admirandâ memoriâ retinebat, & ad-
mirandâ facundiâ fatebatur.* Meliori ergo jure vel Pariſiis, vel in vicino quodam Lu-
teciæ palatio natum atque educatum fuiſſe Carolum Galli noſtrates poſſunt aſſerere.
Ingelheimium revertor, ubi Ludovicus Aquitaniæ Rex, poſtea Imperator, Carolo
parenti lætus occurrit anno DCC XCI, *atque enſe jam appellens adoleſcentiæ tempora accin-
ctus eſt.* Idem Ludovicus Imperator *anno*, inquit Eginhardus, DCCC XIX *Welfi Comi-
tis filiam, nomine Judith, duxit uxorem; iterumque conventus menſe Julio apud Ingelheim
palatium habitus.* Authenticum ipſiuſmet Ludovici diploma primùm hîc editur, an-
no imperii x apud Ingelheim conceſſum in gratiam novi Corbeiæ Saxonicæ mona-
E ſterii, cui regiam immunitatem aliaque munera impertitur. Triennio pòſt Kalen-
dis Junii altera Epiſcoporum & Optimatum Synodus Ingelaim coacta eſt; in qua
Ludovicus *legationes tam à ſancta ſede Romana, quàm à monte Oliveti per Dominicum Ab-
batem perlatas ſuſcepit, audivit, abſolvit.* Eodem anno *circa Kal. Octobris* idem Im-
perator in illo conventu *Ceadragum Abodritorum Ducem & Tunglonem audivit.* Tantum
temporis impenſum in ea ſynodo, quam non multo pòſt lugubres heu! tragœdiæ
ſubſecutæ ſunt. Ludovico rebus humanis exemto, Lotharius Imperator Ebonem, Re-
menſi ſede dejectum, eidem reſtituit in frequenti Epiſcoporum conventu. *Actum id
in Engilenheim palatio publico in menſe Junio*, VIII *Kal. Julii, regnante & imperante Lotha-
F rio Cæſare anno reverſionis ejus* I, *ſucceſſor patris factus in Francia, Indictione* III. Tran-
ſiit deinceps ad Germanicos Imperatores hujus loci poſſeſſio, in quo mox dupli-
cem Synodum celebratam lego: unam in cauſa Hugonis Pariſiorum Comitis, an-
no DCCCC XLVIII, præſentibus Ludovico Tranſmarino, & Ottone Regibus, cui
Marinus apoſtolicæ ſedis Legatus, teſte Frodoardo, præfuit. Alteram anno DCCCC
LXXII, cujus meminit auctor vitæ ſancti Udalrici, & ex eo illuſtriſſimus Cardina-
lis Baronius.

[a] *Sæc. 2 Bened. pag. 292.*

Iſles ſur Marne.

LXIX. *Inſulæ * ſuper Matronam.* A

REgias villas atque palatia loci plerumque amœnitas, aut privata poſſeſſio, nonnumquam adverſi rerum caſus, vel occaſio firmandæ munitionis adverſus ingruentes hoſtium impetus excitavit. Hoc poſtremum Piſtenſi vico contigiſſe dicemus inferiùs: quod etiam Inſulis ſuper Matronam eodem tempore accidiſſe, certis argumentis demonſtramus. Locus is ante Nortmannorum in Gallias impreſſiones vix ulli notus, leucâ unâ infra Meldorum civitatem Matronæ impoſitus eſt, non longè à Trejecto, qui vicus olim à portu *Triet* aut *Trijet*, quaſi *Trajet* dicebatur: ſubinde B verò, tum ut à Trejecto Meldis ſuperiore, vulgo *Triport* aut *Trilleport*, diſtingueretur; tum à loci poſſeſſore *Trejectum-Bertulfi* dici cœpit: mox ſæculo XIII *Tria-Bardoli* aut *Bardulfi*, *Triebardou*, & jam omnino mendosè *Trillebardou* nuncupatus eſt. Pontem ad Inſulas ſuper Matronam extitiſſe olim Annales Bertiniani anno DCCC LXII docent his verbis. *Carolus.... exſpectans ut ad eum populus conveniret, quatenus aciebus diſpoſitis ex utriſque ſuis ripis, ſingulæ aquæ, Iſara ſcilicet, Matrona, & Sequana, cuſtodirentur, ne Nortmanni in prædam ire valerent; nuncium accepit, quia Danorum electi de his qui in Foſſatis reſederant, cum parvis navibus Meldenſium civitatem adirent. Ipſe autem cum eis quos ſecum habuit, illò pergere maturavit. Et quoniam pontibus à Nortmannis deſtructis &* C *navibus occupatis eos adire non poterat; neceſſario uſus conſilio, pontem ad Inſulam ſecus Trejectum reficit, & Nortmannis deſcendendi aditum intercludit.* Dum reficiendo ponti milites inſtarent, eadem in villa Carolus Synodum vel Placitum habuit, quod iidem Annales ſequentibus verbis indicarunt. *Quâ de re Nortmanni conſtricti, obſides electos & Carolo miſſos ea conditione donant.... ut conſtituto die Placiti à Sequana recedentes mare peterent &c.* Placitum iſtud Carolus habitum dicit *in expeditione hoſtili.* Id probat authenticum ipſius præceptum, hîc editum, quod inter illa bellorum diſcrimina Gauzleno Gemeticenſi Abbati conceſſit, *Datum pridie Kal. Februar. Indict.* X, *anno* XXII *regni Karoli glorioſiſſimi Regis. Actum ad Inſulas ſuper Matronam in expeditione hoſtili* D *&c.* quo in loco non pontem ſolum, ſed etiam qualeſcumque regias ædes, tenendo Placito idoneas, Carolum excitaſſe vel ſibi aptaſſe nullus dubito. Iiſdem in ædibus coacta videtur Synodus Epiſcoporum Remenſis atque Senonenſis parochiæ, quam Frodoardus in Chronico ad annum DCCCC LXII indicat his verbis. *Synodus tredecim Epiſcoporum in pago Meldenſi ſuper Maternam fluvium, ex Remenſi videlicet ac Senonenſi diœceſi, celebratur: præſidente Senonenſi Præſule &c.* adverſus Hugonem Heriberti Viromanduorum Comitis filium, qui ſedem Remenſem, agente patre, quinquennis puerulus inſederat. Ipſius quoque Synodi *ad Maternam fluvium* habitæ Hugo Flaviniacenſis monachus ad eumdem annum meminit in chronico. Ut autem hunc Epiſ- E coporum conventum potius *Inſulis ad Matronam*, quàm alicuipiam Meldenſis diœceſis loco Matronæ impoſito tribuam; id facit in primis, quòd hæc villa in utriuſque provinciæ ſeu metropolis confinio tantum non poſita, ſynodicæ tractationi perquam idonea videatur. Jam verò Inſulis ad Matronam vix ulla ſive pontis, ſive publicarum ædium ſuperſtant veſtigia; ſed dumtaxat portus, ubi rate onerariâ fluvius tranari ſolet.

LXX. *Jocundiacum, Jocuntiacum, Jogentiacum, & Jucundiacum.* F

NOn unum eſt in Gallia Jocundiacum. Antiquiſſimam ejus nominis villam, *Jouy*, ad flumen Carum poſitam, contra Turonos, memorat in hiſtoria Gregorius Turonenſis Epiſcopus. Montem-Jucundiacum, poſtea Montem-Gaïum, *Montjoye*, dictum, prope S. Germanum in Ledia ſilva, Dionyſianis villis accenſet Synodus Sueſſionenſis anni DCCC LXII. At nobiliſſima Jocundiaci palatii ſedes in territorio Lemovicino ſita eſt: ad quam, referente Aſtronomo in vita Ludovici Pii & Thegano, idem Imperator anno DCCC XXII cum ſuo *commeatu venit*, audito *quòd Pippinus ejus filius aliquam commotionem patri facere voluiſſet. Exercitum* vocat auctor

actorum

A actorum [a] Conwoionis Abbatis Rotonenſis, à Ludovico *ductum in provincia Aquitaniæ in territorio Limodiæ*. Hoc loco *conventum generalem tenuit* Ludovicus *in palatio Jogentiaco in Lemovicino*, ut præter alios docent Ademarus in chronico & Geſta Pontificum Lemovicenſium; *& cum gloria magna dedicare juſſit baſilicam Salvatoris regalem, menſe Octobri: & levatum corpus ſancti Martialis ..... eodem menſe poſitum eſt poſt altare Salvatoris ad cryptam majoris vitreæ præſente ipſo Imperatore.* Jocundiacum plerique *Joiac* vocant in Lemovicino pago. At ibi regium fuiſſe palatium neminem vidi qui diceret. Lubens accederem ſpectatiſſimi in Lemovicibus viri conjecturæ, qui Jucundiacum palatium ſecus Lemovicas ſtatuit in loco, quem modò *le Mont*
B *Jovis* nuncupant, pertinetque ad ſancti Martialis baſilicam, in cujus tabulis *Gaudium* & *Gaudiacum* nominatur. Huc enim facit memorata dedicatio baſilicæ ſancti Martialis, ejuſque corporis elevatio *præſente ipſo Imperatore* facta, dum Jocundiaci Placitum teneret. Nec obſtat, quòd locus palatii Ludovici Imperatoris *in territorio Limodiæ* celebris, ab auctore geſtorum Conwoionis dicatur *in Cadrio monte* poſitus, qui mons leucis tribus aut quatuor diſtat à Lemovicis. Quid enim vetat ibi quoque regias fuiſſe ædes, ad quas receperit ſe Ludovicus, cùm ad eum Conwoio Rotonenſis Abbas ſupplex venit? Acceſſit quoque ad idem Joguntiacum palatium Wicfredus Stradenſis monaſterii conditor, ubi & à Pippino Aquitanorum Rege
C privilegium obtinuit, [b] *quòd ut in perpetuum maneret inconvulſum, Rex à ſuis notariis ſcripto mandari, & anulo proprio ſcriptum juſſit inſigniri, in conventu nobilium in Joguntiaco palatio, anno ſeptimo-decimo imperii domni Ludovici Sereniſſimi Auguſti, ſui genitoris & ſexto-decimo ſui regni*, ut ſcribit auctor anonymus in miraculis ſancti Genulfi.

An Jocundiacum idem ſit cum Andiaco, ſuperiùs expenſum eſt, oſtenſumque tum ex codicibus mſſ. tum ex aliis, diverſum eſſe. Andiaci ſitum in pago Santonenſi ex amicorum relatu ſtatueram. Nunc verò ſententiam mutare cogit Chronici Fontanellenſis, ante annos octingentos ſcripti, auctoritas, in cujus capite VII Benignus Abbas cœnobio ſuo Fontanellenſi res proprias conceſſiſſe memoratur, in
D his *Agannagum*, *Bonelum*, *Andiagum*, aliaque prædia, *quæ ſunt ſita in pago Engoliſmenſi*. Ibi ergo locandum Andiagum ſeu Andiacum, quod forſan eſt *Angeac*, in Archipreſbyteratu Juriniacenſi.

a *Sec. 4 Bened. part. 2 pag. 200.*

b *Ibid. pag. 227.*

LXXI. *Jopila* * *vel Jopilum, ſeu Jobii villa.*

* *Jupil aut Jopil.*

JOpilæ palatii ad Moſam, è regione Hariſtalli prope Leodicum, auctor ignotatur. Locus hic Pippino Majori-domus fuit in deliciis. Ibi graviſſimo morbo cùm detineretur, Grimoaldum filium in baſilica ſancti Landberti martyris trucidatum à
E Rantgario didicit: nec multo pòſt mærore conſumtus eſt anno DCCXIV. Pippinus alter, ſenioris nepos, anno DCCLIX Jopili paſcha dominicum celebraſſe dicitur in omnibus Francorum Annalibus: quo ex tempore ad Carolum Simplicem nulla Jopilæ mentio, quam ille cum aliis villis dominicis Giſleberto Comiti eripuiſſe; moxque ſuaſu Henrici Germaniæ Regis reddidiſſe fertur in Gallici ſcriptoris fragmento apud Conradum Abbatem Urſpergenſem.

LXXII. *Iſemburgum* *.

* *Iſembourg.*

F ISemburgum locus ultra Rhenum, in ditione Wledenſi, à Confluentibus ſex aut ſeptem Germanicis miliaribus diſtat. Regium ibi fuiſſe palatium docet Caroli Magni diploma, Maſſilienſi ſancti Victoris cœnobio conceſſum *Iſemburgi in palatio regio* pro jure vectigalis, quod penſitarent naves in portu Maſſiliæ juxta monaſterium ſub anchora reſidentes, uti ſub Theodberto vel Teutperto Pontifice referunt Galliæ Chriſtianæ auctores in Epiſcopis Maſſilienſibus. Errant qui Iſemburgum cum Hiſentiaco vel potius Sentiaco palatio confundunt. Hoc enim trans Rhenum, illud verò cis poſitum eſſe perſpicuum eſt.

Oo

 A

* *Iſſy ſur Seine.*

LXXIII. *Iſſiacum* * *vel Iſciacum.*

ISſiacum, villa olim regia ſeu fiſcalis, ambitus fuit ampliſſimi, verſus occiden-
talem plagam Luteciæ Pariſiorum. Iſciaci, qua parte civitatem propiùs attinge-
bat, Childebertus Francorum Rex, Chlodovei Magni filius, regias ædes habuiſſe
fertur, eaſque noſtro ſancti Vincentii, nunc ſancti Germani à Pratis monaſte-
rio addixiſſe. Jam Iſciaci nomen extrema dumtaxat antiqui fiſci pars retinet, eſtque
vicus nonnihil diſparatus à ſancti Germani ſuburbio, Valli-Gerardi conjunctus. B

* *Kirchem.*

LXXIV. *Kircheimum* *.

a *Doublet lib.* 4 *cap.* 1.

DUbletus [a] in hiſtoria Dionyſiana Kirkeimum Auſtriaci regni palatium me-
morat, olim excultum à Dagoberto: qua de re nihil in actis ejus ſive publi-
cis, ſeu domeſticis legere memini. Non tamen ficticia eſt hæc villa, cujus mentio-
nem habes in Chiffletii Trenorchiana [b] hiſtoria, ubi Carolus Craſſus anno DCCC
LXXXVIII degebat, cùm Blitgerio Abbati monachiſque Trenorchienſibus Duſeram
monaſterium *ad refugium victumque* conceſſit, *anno regni ejus in Orientali Francia* VI, *in*
Italia V, *& in Gallia* II. *Actum Kirkeim in Dei nomine feliciter.* Haud procul à Rhe- C
no poſitus videtur hic locus, quem fruſtra quæſitum in tabulis geographicis aſſe-
qui mihi non licuit.

b *Tournu pag.* 259.

* *Lagny.*

LXXV. *Latiniacum* *.

VIllas duas aut tres Latiniaci nomine conceſſas Dionyſiano monaſterio vete-
ra docent monumenta. Primam indicant Geſta Dagoberti Regis, *quæ ſita eſt*,
inquiunt, *in territorio Meldico, quam ipſe Rex cum Bobone Duce & Tacilone Comite pa-*
latii de ſuo proprio fiſco commutaverat. Aliam (ſi tamen aliam) ipſamet Dagoberti Ge- D
ſta paullo inferiùs memorant his verbis. *(Nanthildis) teſtamentum de villis, quibus eam*
Rex Dagobertus & filius ipſius Hludowicus ditaverant, eodem tempore ad loca opportuna
Sanctorum fieri ordinavit; in quo etiam Latiniacum villam, quæ ſita eſt in Briegiò, ad ba-
ſilicam domni Dionyſii tradens, inſerere juſſit. Latiniacum tertiam villam Dionyſiani quo-
que juris fuiſſe, certò probant Childeberti Regis litteræ primariæ, in quibus illa
Verno palatio atque villæ Cadolaico, *infra Verninſem terminum* conſtitutæ proxima eſſe
dicitur. Poſtremam hanc Latiniacum villam, ad Brigam fluviolum, prope ejus in Iſa-
ram confluentes poſitam, fortè à Dagoberto Dionyſianis conceſſam legit ejus ge-
ſtorum ſcriptor, & ad Latiniacum Brigenſe nominis errore lapſus tranſtulit. Ut E
ut ſit, ex ſuperioribus duabus (ut interim duas fuiſſe concedam) unam regio mu-
nere donatam fuiſſe prædicta loca non tam evincunt, quàm Theuderici Regis,
Chlodovei atque Balthildis filii, diploma primarium hìc editum, quo Latiniacum
Meldenſis pagi villam Dionyſianis attribuit. Præcepti hæc verba ſunt. *Theudericus Rex*
Francorum vir inluſter . . . veſtra cognuſcat induſtria, quòd nos pro ſalute animæ noſtræ, unà
cum conſilio Pontificum vel Obtimatum noſtrorum, villam nuncopante Latiniaco, quæ poni-
tur in pago Meldequo, quæ fuit inluſtribus viris Ebroino, Guarattune, Ghiſlemaro quondam
Majoriſdomus noſtros, & poſt diſceſſum ipſius Guarattune in fiſco noſtro fuerat revocata;
nos ipſa villa de fiſco noſtro ad ſugeſtione præcelſæ Reginæ noſtræ Chrodechildis, ſeu & inlu- F
ſtri viro Berchario Majorimdomus noſtro, ad monaſtherio ſancte Dionyſie . . . conceſſe-
mus &c.

Loci duo cognomines intra Briegium continentur, quorum unus Latiniacum eſt
ad Matronam, veteri monaſterio inſigni, quod Erchinoaldus Patricius annuente
Chlodoveo Rege condidit: alius in Goëlla pagi Meldici parte, vulgo dicitur La-
tiniacum ſiccum, *Lagny le ſec*, quo à priore Latiniaco (quod proſilientibus aquis
irriguum eſt) facilè diſcernatur. V. Cl. Hadrianus Valeſius Latiniacum-ſiccum, non
irriguum, Dionyſiano cœnobio legatum à Dagoberto Nanthildeve exiſtimat, quòd

A in irriguo minimè condi potuerit monaſterium à Furſeo ſive Erchinoaldo, ſi locum illum antea Dagobertus alteri cœnobio delegaſſet. Verùm idem incommodum recidit in Theudericum, qui Latiniacum in pago Meldico ſitum (quale legitur in Dagoberti Geſtis Dionyſiano conceſſum monaſterio) docet à Majoribuſdomus Ebroïno, Warattone, Giſlemaro denuò poſſeſſum, moxque *fiſco regio revocatum*, ac tandem Dionyſianis ſuggerente Chrodechilde Regina atque Berchario Majore domûs eſſe tributum. Deinde Latiniacum territorii Meldenſis in Goëlla poſitum *ſiccum* dicitur, quòd careat aquis: at verò Theoderici Latiniacum Dionyſiano monaſterio conceditur *cum terris, domibus, mancipiis, accolabus, vineis, ſilvis, campis, pratis,* B *paſcuis, farinariis,* AQUIS, AQUARUMVE DECURSIBUS &c. quæ omnia, nedum poſtrema in locum naturâ ſiccum cadere nemo faſſurus eſt, niſi hæc verba non ad rem ipſam referat, ſed ad formulas diplomatum vulgares.

Rotbertus quidem Francorum Rex in litteris anni MXVIII hîc editis refert, Stephanum Comitem ipſi *intimaſſe, qualiter quamdam Abbatiam, cujus monaſterium in Pariſienſi Comitatu fundatum, in loco ſitum habetur qui Latigniacus dicitur, quæ olim amplis terrarum ſpatiis, & largis poſſeſſionibus dilatata claruerat; ſed paganorum poſtea perſecutione deſtructa, ac penitus deſtituta fuerat, pater ſuus Comes Herbertus reſtauraverit, ac ſuis fidelibus cum cambis redditis Abbatiæ propriam terram pro parte maxima reſtituerit.* Verùm hæc C omnia Latiniacenſi monaſterio ante deſtructionem quidem paruiſſe probant: ſed à prima ſui conditione data fuiſſe, neque Rotbertus, neque beati Furſei geſta, ſeu quivis alius commemorat: adeo ut hæc villa titulo commutationis à Dionyſiano cœnobio ad ipſum Latiniacenſe, cui inhærebat, facilè tranſire potuerit: quod aliis ſæpe villis contigiſſe hîc alibique non ſemel deprehendimus. Jam verò, quod à Dagoberto & Nanthilde, atque Theuderico eorum nepote datum Latiniacum vidimus; ita debet accipi, ut vel Dagobertus atque Nanthildis villæ partem dumtaxat aliquam; Theudericus verò integram, & (ut ipſe loquitur) *omnia ex omnibus* in ea contenta tradiderit: vel certè, quòd tradita priùs à Dagoberto ejuſque uxore, occupata fuerit à prædictis Majoribuſdomûs, qui eam regio nomine ſuis uſibus addicebant. quod D Verno palatio contigiſſe dicemus inferiùs. Niſi ſi valere hîc quoque debet, quod aliàs ſæpe obſervatum, nempe Francorum Reges, cùm vel ablata reſtituerent, vel donationes ab anterioribus Regibus aliiſque factas roborarent; eas dicere ſolitos, dare ſe, monaſteria dotare, aliaque præſtare beneficia, quæ jam olim præſtita ab aliis, ipſi nova lege firmabant, aut priſtinum in ſtatum reſtituebant.

Hæc aliaque movent animum, ut unicam Briegii ſeu Meldenſis pagi villam Latiniacum Dionyſiano monaſterio conceſſam putem; cujus atque Latiniaci villæ juxta Vernum poſitæ Hilduinus in partitione bonorum cœnobii Dionyſiani mox edenda E (ubi duplex Latiniacum recenſetur) meminit: cùm acta Synodi Sueſſionenſis anni DCCCLXII in iterata ſub Ludovico Abbate bonorum partitione nonniſi Latiniacum unum contineant. An autem pro Latiniaco *ad Matronam* vel *ſicco* uſurpanda ſit hæc villa regia (quamquam Theuderici Regis præceptum ad Latiniacum irriguum ſpectare videtur) malim alios, quàm meipſum definire. Porro Latiniacum villam Brigæ impoſitam, vulgo *Lagne-ville*, ipſammet eſſe Latinobrigam ſeu Litanobrigam ab Æthico memoratam, inferiùs ubi de Verno palatio, fuſiùs exponemus.

LXXVI. *Laudunenſe.*

F LUgdunum Clavatum civitas in extremis Remorum finibus edito in monte locata, ſua beato Remigio Remorum Antiſtiti accepta refert decora atque incrementa, qui pontificalem ibi ſedem inſtituit & cathedrali ſanctæ Mariæ baſilicæ copioſi proventûs villas attribuit. A primæ ſtirpis Regibus etiam cultus eſt hic locus, ubi Salabergæ parthenoni multa prædia contulerunt. Nihil de Laudunenſi Regum palatio ſcriptum invenio ante Caroli Simplicis principatum: quo ex tempore civitas illa (ut Guibertus Novigentinus Abbas tradit) *regni caput, regiæ ambitionis thalamus, & unicum hac ætate propugnaculum* habita eſt. Lauduni plurima cùm ab ipſo

Carolo, tum ab ejus poſteris condita ſunt inſtrumenta, quorum hîc aliqua recen- A
ſemus. Anno regni XIII mancipia quædam Ernuſto Diacono atque Cancellario lar-
gitur in litteris hîc primùm editis. In tabulario Compendienſi autographum ipſius
præceptum exſtat pro eccleſiæ ſancti Clementis erectione, quod anno regni
ejus XXVI datum eſt *Lauduni caſtro.* Triennio pòſt Maricolenſibus in Hanno-
nia monachis privilegium duplex, alterum VIII *Idus Junii, actum palatio Laudu-
ni*, alterum, VIII *Idus Januarii Indict.* IX *in palatio Lauduno* indulſit. Poſt Rodulfi exi-
tum (cujus hîc litteræ primariæ referuntur ſancti Vincentii monaſterio conceſſæ)
Ludovicus Caroli Simplicis filius, redux ex Anglia, paterno ſolio Lauduni impoſi-
tus eſt XII Kal. Julias anni DCCCC XXXVI, ibique ſaltem manſit ad Kalendas Februarii: B
quo die Pariſienſi ſancti Mederici eccleſiæ præceptum dedit, in Gallia Chriſtiana
relatum. Hinc ad annum DCCCC XLIII Lauduni quoque ſæpe degebat Ludovicus,
ut Frodoardus notat in chronico: quo tempore Remigiani cœnobii jura ibi fir-
mavit.

Non minùs frequens Lauduni commoratus eſt Lotharius ejus filius, ut Frodoar-
dus atque Aimoïnus obſervarunt. Apud Miræum [a] diploma ipſius legi, quo Gan-
denſe ſancti Bavonis monaſterium, ab Arnulfo Comite ejuſque filio Balduino in-
ſtauratum, regia auctoritate firmat *in palatio Lauduni clavati apud monaſterium ſancti Jo-
hannis... anno I regnante Lothario Rege glorioſiſſimo.* quibus verbis regale palatium (ſi- C
quidem hoc loco ab urbe Laudunenſi diſtinguitur) in cœnobio ſancti Johannis
exſtitiſſe conſtat. *Regale palatium* dicit aliud ejuſdem Lotharii præceptum Remigia-
no apud Remos monaſterio *datum anno* I *regnante Lothario Rege Kal. Januar. Indict.*
XIV. *Actum Lauduni publicè regali palatio. Laudunum urbem regalem* dicit aliud ejuſdem
Regis diploma memoratum à Beſlio, *Actum Lauduno urbe regali.* Aliàs *Lugdunum* ſim-
pliciter ferunt duo Lotharii præcepta, Corbeienſi & Blandinienſi cœnobiis in-
dulta *anno Dominicæ Incarnationis* DCCCC LXIII, *Indict.* VI regni X. *Actum Lugduni* &c.
Iterum *Laudunum Clavatum* præferunt ejus litteræ anni DCCCC LXXVII pro Mari-
colenſi cœnobio, quibus, promovente Emma Regina, quaſdam villas à Fulberto Ca- D
meracenſi Epiſcopo conceſſas reſtituit. Poſtremo Lauduni etiam Lotharium anno
DCCCC LXXX degiſſe probat ipſius charta in Promptuario Tricaſſino edita apud Ca-
muſatum.

[a] Mir. Donat pag. 147 & Notit. cap. 59.

LXXVII. *Ad S. Leodegarium in Silva Liſga ſeu Liſica. ubi de Silva Aquilina.*

IN ſilva Liſga (quam à Cotia flumen Axona dirimit) Carolus Calvus Ludovico
filio nonniſi porcos, ſive apros anno DCCC LXXVII indulſit. Eamdem *Liſicam* E
vocant acta ſancti Drauſii Epiſcopi Sueſſionenſis, ubi de Rotundarum conditione
diſſerunt. *Leſgam* deflexo tantiſper nomine dicit Philippus Rex in diplomate anni M
LXXXIII; itemque anno M C LIV Ludovicus Philippi nepos in ſuo. Atrocius dein-
ceps violatum eſt priſcum ſilvæ iſtius nomen, quam, quia gallicè *Leſgue*, & vulgo
Laigle eſt dicta, nonnulli *Aquilinam* vocavêre. Illis jam inde à ſæculo XI accenſent
Helgaldum Rotberti Regis vitæ ſcriptorem, non aliam ob cauſam, quàm quòd
monaſterium ſancti Leodegarii in ſilva Aquilina conſtructum à Rotberto commemoret.
Eorum quidem opinioni ipſe quoque lubens accederem, ſi monaſterium iſtud eſſet
idem cum illa S. Leodegarii eccleſia, quam in caſtro ſilvaque Liſga poſitam, Phi- F
lippus Rex anno memorato Silvæmajoris monachis attribuit. At quo minùs ita ſen-
tiam, vetat id quod in chronico Mauriniacenſi lego ad annum M C XXIX, ſcilicet
Mauriniacenſes monachos inſperato Papæ Innocentii ſuum ad monaſterium acceſſu
turbatos, *miſiſſe velociter, qui Thomæ Abbati cum Guarino Priore, in Aquilina ultra S. Leode-
garium ad loculum quorumdam Eremitarum fortè profecto, talia nuntiet, ut venire feſtinet,*
quod ille protinus intra eumdem diem, aut potiùs *nocte illa adhuc tenebris durantibus*,
exſecutus eſt. Erat igitur ſilva Aquilina, *la Foreſt Iveline*, cujus meminit Pippinus
apud Dubletum, Mauriniacenſi cœnobio proxima, eaque continebatur S. Leode-

A garii monaſterium, auctore Rotberto ædificatum.

Duplex Ludovici Junioris præceptum exſtat, quorum unum cœnobio Dionyſiano conceſſum dicitur anno M C L, regni ejus XIV; aliud profert in fœdere chronologico Labbeus [a], utrumque verò *datum apud ſanctum Leodegarium in ſilva Aquilina.* quod dubito an de Liſga intelligendum ſit: cùm in litteris inferiùs referendis idem Ludovicus ſilvam hanc avito more *Leſgam* cognominet. Aquilinam ſilvam pro Liſga ſeu Liſica primus uſurpaſſe videtur Guillelmus Britto in Philippidos lib. I, ubi Philippi Auguſti viſum, quod ipſi in eccleſia ſancti Leodegarii contigit, deſcribere orditur ab his verſibus:

a Labbe tom. 2 pag. 2.

B *In caſtro ſilvis Aquilina quod undique cingit,*
Cui ſanctus nomen Leodegarius aptat &c.

Hoc viſum in Liſicenſi ſancti Leodegarii baſilica potius quàm in Aquilina contigiſſe ut credam, facit in primis rerum, qualis tunc erat, hoc eſt anno M C LXXXIV, ſtatus, qui Philippum tutando Vadenſi atque Viromandenſi pago Compendium invitabat: ubi & publicum regni conventum habuit. His adde Philippi diplomata non pauca, pro erigendis *Cerniaci*, *Chamoliæ*, *Belnæ*, *Chevisi*, *Cortoræ*, *Vernolii &c.* villarum Compendio proximarum *communiis*, eodem anno M C LXXXIV ab ipſo Compendii edita. Quid? quod nulla deinceps occurrit Liſgæ ſilvæ Latina mentio, quam ſæculo XIII & XIV procedente, cùm in regiis, tum in privatis litteris, vel gallicè
C *Leſgue* aut *Laigue* ſeu *Laigle*, latinè verò *Aquilinam* & *Aquilenſem*, vel *Aquilæ* dictam reperio.

In extrema ipſius parte, quâ Traciacum inferius attingit, Philippus Rex anno (ut jam dixi) M LXXXIII, regii juris eccleſiam monachis Silvæ-majoris attribuit, ipſo conteſtante in hunc modum. *Auditâ famâ nobilium virorum, qui in Silva-majori nuper incœperunt monaſterium ..... pulſavit animum meum mentio cujuſdam eccleſiæ ſancto Leodegario in ſaltu Leſga dedicatæ, quam eis obtuli in caritatis exhibitione. Hanc itaque eccleſiam cum altari & decima magna & minuta, & vineam quæ mea erat propria, cum tota juſtitia, & omnia quæ ad villam pertinebant, dedi dictis monachis & ſucceſſoribus*
D *ſuis ibidem Deo ſervientibus .... Dedi etiam domui & pertinentiis ſuis quaſcumque habuerit in ſilva mea de Leſga uſuarium &c.* Avi donationem confirmat Ludovicus Junior his verbis. *Eccleſiæ ſancti Leodegarii in Leſga ſitæ .... concedo & confirmo eleemoſynam ab anteceſſoribus noſtris factam & confirmatam, eccleſiam, altare cum univerſis decimis, villam cum tota juſtitia, &c. Acta ſunt hæc apud Compendium* M C LIV, *regni noſtri* XVII. Porro hæc omnia ſatis indicant Leodegarianæ villæ caſtrum ſive regias ædes fuiſſe adjunctas, quarum veſtigia ſecus Prioratum à monaſterio Silvæ-majoris etiamnum pendentem adhuc exſtare mihi relatum eſt.

E

LXXVIII. *Lingonenſe.*

LIngonas, urbem Romanis addictiſſimam, ſæpe memorant antiqui ſcriptores & notitiæ. Palatium ibi fuiſſe diſcimus ex uno Caroli Simplicis diplomate, quod anno DCCCC XXI edidit VIII *Idus Januar. Indict.* IX. *Actum palatio Lingonenſi.* Nec plura de Lingonenſi palatio apud Auctores.

LXXIX. *Liptina* *.

* Leſtines.

F LIptinæ ſeu Leptinæ, vetus palatium Cameracenſis pagi, teſte Aimoino [b], *cujus*, inquit Miræus, *rudera non procul à Binchio Hannoniæ oppido viſuntur*, priùs conditæ feruntur, quàm primi Francorum Reges ultra Camaracum regni fines protulerint. Fiſcum hunc regium à Regibus *venationis gratiâ frequentatum* docet Fulcuinus in Laubienſis monaſterii chronico, cujus abbates primos idcirco tradit pontificalibus inſulis ornatos fuiſſe, quòd *locus ille regiâ munificentiâ constructus, regio palatio contiguus, ſcilicet Leptinis, nulli aliter committeretur*: additque Urſmarum Epiſcopum *dum mundo exſularet, Regem apud Leptinas commorantem ſæpius inviſiſſe.* Anno DCC XLIII

b Aimoin. lib. 5 cap. 25.

Liptinis coacta eſt ſub Carolomanno Principe Synodus Epiſcoporum, in qua rebus eccleſiaſticis atque monaſticis conſultum. Eidem anno congruit ejuſdem Carolomanni diploma Theoduino Laubienſi Abbati conceſſum *Liptinas villa publica, quod facit Februarius dies ſex, anno* II *regnante Hilderico.* quæ temporis nota vix magis annum DCC XLIII, quàm ſynodi Liptinenſis celebrationem deſignat. A

Quod Hincmarus in epiſtola ad Rodulfum & Frotharium metropolitanos Aquitaniæ canonem refert *in ſynodo apud Liptinas habita* conditum, qui canon in vulgatis ejus concilii actis minimè legitur; uti & illud quod Patres Attiniacenſis concilii anni DCCC LVIII Liptinenſem ſynodum juſſu Pippini celebratam fuiſſe dicunt tempore belli Aquitanici, hoc eſt circiter annum DCC LVI; nonnullos movit, ut alteram quoque ſynodum Liptinis à Pippino coactam fuiſſe opinarentur. Sed ab eorum ſententia recedunt doctiſſimi Sirmundus atque Baluzius in notis ad Capitularium libros ſuis. Marlotus in Hiſtoria Remenſi cenſet, Childericum Liptinis oſtenſum Regem Francis optimatibus, quò tutiùs Majores-domus ſub regii nominis umbra principarentur. Certius illud quod in Caroli Calvi capitularibus anni DCCC LXX habetur, nempe *diviſione regni* Lothariani *facta in Procaſpide ſuper fluvium Moſam*... IV *Idus* Auguſti, *Karolum Leptinis uxorem ſuam obviam ſibi venire juſſiſſe.* Perampla fuiſſe Liptinarum palatii ſive nemoris ſæpta, diſcimus ex ipſo loci ſitu, qualis etiamnum cernitur. Liptinæ quoque plurali numero jure vocatur hoc palatium: nam & Liptinæ ſuperiores ſunt atque inferiores pro villarum regiarum uſitato more, haud paucis jugeribus ab invicem diſparatæ, cum duabus eccleſiis, quarum altera ſancto Martino, altera ſancto Remigio ſacra eſt. B C

LXXX. *Litta* *.

* *Litoy.*

REgiis villis, quas ſub Carolo Simplice occupavit Giſlebertus Comes & Lotharingiæ Dux, Littam accenſet vetus auctor Francus, apud Conradum Abbatem Urſpergenſem. Eam verò Giſlebertus ipſe Gerbergæ uxori ſuæ conceſſit in dotem, quam illa, poſt viri mortem Ludovico Tranſmarino Regi ſociata, Remigiano monaſterio attribuit, ut in ejus litteris apud Miræum & Marlotum [a] legitur, quarum autographum in archivo Remigiano legimus. Littæ nomen & ſitus in tabulis geographicis penitus obliterata ſunt: ut nihil inde certi ſperare liceat. Sunt qui Littam uſurpare ament pro Landino Pippini ſenioris villa in confinio Haſbaniæ & Bracbanti, prope ſancti Trudonis opidum poſita, unde Pippino Landinenſi nomen acceſſit: quos ego ridere malim, quàm confutare. Ex præcitatis tamen Gerbergæ litteris diſcimus, Littam non longe à Marſnenſi villa abfuiſſe, cujus appendix erat. Sincerum loci nomen gallicè *Litoy* dicitur in antiquis Remigiani Aſceterii membranis, ubi autographum Godefridi Bullionei diploma exſtat, quo cùm ipſe, tum ejus filii Godefridus atque Henricus *jam dictum alodium beati Remigii, Francorum apoſtoli, quod diu uſurpaverant & tenuerant..... prompta devotione reddiderunt, necnon fidei ſacramento & jurejurando firmaverunt, inſuper in præſentia domni Conradi Imperatoris illud abdicaverunt,* Littam Marſnæ appendicem, ac proinde fiſco regio addictam fuiſſe conſtat ex utroque hoc diplomate: at regali palatio inſignitam non lego. D E

[a] *Metrop. Rem. to. 1 pag. 605.*

LXXXI. *Locus-Sanctus* *.

* *Lourſain.*

IDem eſto judicium de Loco-Sancto, qui vicus eſt in diœceſi Pariſiaca ſub Brigenſi Archidiacono prope villam Epiſcopi, itemque Moiſſiacum Epiſcopi, cujus decanatu olim erat incluſus, nunc veteri Corbolienſi addicitur. Villam ibi fiſcalem vel regiam fuiſſe rectè docet eruditiſſimus Hadrianus Valeſius, quòd duos veterum Regum Francorum nummos *Loco-Sancto* inſcriptos viderit apud Boterovium. In villis quippe publicis ſeu fiſcalibus monetæ percutiebantur, ut aliàs non ſemel obſervatum. F

A

LXXXII. *Longlare.*

LOnglare vel Longolarium in ſilva Arduenna diœceſique Leodicenſi, Chlotharium II hoſpitem habebat, cùm Dagobertus Auſtraſiorum Rex, accepta clade, ſubſidium ab eo contra Berthualdum Saxonum Ducem imploravit. Eodem in loco Pippinum bis hiemaſſe, videlicet anno DCC LIX & DCC LXIII, antiqui docent Annales. Lotharii Auguſti præceptum Miræus [a] profert, *Actum Longlare palatio regio.* Et in Capitularibus anni DCCC LXXIX, *Ludovicus Karoli filius per Arduennam veniens* ... *Longlario* nativitatem Domini celebraſſe dicitur. Eſt in diœceſi Leodicenſi, non procul à S. Hucberti monaſterio, villa *Glare* ab incolis nuncupata, qui vicus truncato nomine *Longlaria* & Longlarienſis palatii antiqua ſedes exiſtimatur.

a Miræi Notit. pag. 53.

B

LXXXIII. *Lugdunum Seguſianorum* *.

* Lyon.

LUgduni Seguſianorum originem & antiqua decora multi laudibus celebrarunt, quos pleroſque omnes vir ſummæ eruditionis Hadrianus Valeſius in Notitia Galliarum compendio retulit. Ex illis unicum (qui ad rem faciat meam) huc adducam Hieronymum in chronico, qui Magnentium Imperatorem *Lugduni in palatio propria* ſe manu interfeciſſe conteſtatur. Aliquot vidi datas Lugduni Regum noſtrorum litteras, ſed recentioris omnes ætatis, quàm ut hîc locum obtineant.

C

LXXXIV. *Luſarca* *.

* Luſarche.

LUſarcam aut Luſarecam, caſtrum Pagi Pariſienſis, quâ parte Silvanectenſi atque Bellovacenſi connectitur, villam fuiſſe publicam regali palatio inſignem, primus docet Theodericus Rex, Chlodovei II filius, in Placito, quod ibi *ſecundo Kal. Julias, anno* VII *regni* ſui tenuit. De Bactilionæ-vallis poſſeſſione Acchildim inter & Amalgarium, Gaeltramni filium, agebatur. Neutri liquido jus ſuum conſtabat. Statutum igitur, ut *in oratorio*, inquit Theudericus; *noſtro, ſuper capella domni Martini, ubi reliqua ſacramenta percurrebant, hoc deberet* (Amalgarius) *conjurare* ... *venienſque ad ipſo Placito Luſareca in palatio noſtro* ... *ſacramenta* ... *in quantum inluſter vir Droctoaldus Comes palatii noſter teſtimoniavit, legaliter viſus eſt adimpleſſe.* Aliud Epiſcoporum Optimatumque Luſarcæ placitum habuit Chlodoveus Theuderici filius *ſub die Kal. Novembris, anno* II *regni* ſui, quo Nocitum, pagi Camiliacenſis villa, Chainoni Abbati Dionyſiano adverſus Agantrudem, Marſone Comite palatii comprobante, vindicatur. Utrumque placitum hîc habes ex autographis in lucem editum. Luſarcam dicit in alio diplomate Carolus Magnus, quo villam hanc monaſterio Dionyſiano concedit *anno* VII *&* I *regni* ſui apud Dubletum: & in Pariſienſis eccleſiæ tabulis locus hic ſubinde *Luſarchiæ* & *Luſarchium* nominatur: quo etiam nomine uſus eſt in libro de vita Ludovici Groſſi Sugerius.

D

E

LXXXV. *Mamacca & Mammaca*

* Maumaques.

MAmacas ſeu Mamaccas & Mammacas, aliquando etiam in vitiatis apographis Mamarctas, villam ſanè regiam, nonnulli inter ficticias numerare geſtiunt, quòd illam ipſam ſentiant eſſe, quam Eginhardus initio vitæ Caroli Magni deſcribit, innominatam quidem: Annales verò Mettenſes anno DC XCII, ut ſtatutam Theoderico Regi ſedem poſt pugnam Textriciacam conceptis verbis deſignant. Ibi generalem populi conventum ſæpius à Pippino Majoredomûs initum ejuſdem Theoderici principatu, ipſimet docent Annales, quibus ſuffragantur Childeberti Regis, Theuderici filii, inſtrumenta tria, quæ Dionyſianum archivum ſuppeditat. Primum eſt illud jam vulgatum, quo Solemium pagi Fanmartenſis villam Chillardo Abbati Childebertus anno regni XII *Mamacis* concedit. Et ejus quidem, ut jam in

F

verbo *Corſintiſce* præmonuimus, Dubletus, Miræus atque alii meminerunt. Aliud eſt generale regni Placitum *Mamacis* anno XVI regni ejus celebratum : quo in Placito, inquit Childebertus, *cùm in noſtra vel procerum noſtrorum præſentia Mamacis (reſideremus) venientes ... agentes Dalfini Abbatis, aſſerebant adverſus agentes inluſtris viri Grimoaldi Majoriſdomus, quod à longo tempore Chlodovius quondam avus noſter &c. per eorum præceptionis illo teleneu quidquid de omnes negotiantes ... ad ipſa ſancta feſtivitate domni Dioniſii ad illo marcado advenientes, ad ipſa baſelica S. Dionyſii in integritate conceſſiſſent*, &c. *Datum quod ficit minſis December dies* XIII, *anno* XVI *regni noſtri Mamacas feliciter.* Multa ſcitu digna continet hoc judicium. A

Poſtridie eodem in Placito compreſſa lis eſt, nata occaſione farinarii prope Latiniacum ad Brigam, non longè à Verno poſiti, quod *agentes* Grimoaldi Majoriſdomûs adverſus eumdem Dalfinum Abbatem ſibi vindicabant. quæ ſanè lis aliquo rei publicæ antiquariæ commodo videtur emerſiſſe. Nam ex confectis hac de re litteris à Childeberto Rege *anno regni* XVI, *die* XIV *Decembris*, non modo verum & germanum Vernenſis palatii ſitum diſcimus, ſed etiam regias quandoque villas Majorumdomus uſui, an juri ceſſiſſe; ſacramenta in Oratorio regio ſeu capella S. Martini ſolere *conjurari*; actores Majorumdomûs nuncupari *Auditores*; plures fuiſſe ſimul eodem in Placito Comites palatii, quales hîc Bero, Grimberchtus, & (ni fallor) Angilbladus, (niſi ſi Referendarius hic fuerit) aliaque non pauca, quæ priſcos temporum illorum ritus edocent. Eumdem locum anno regni II Dagobertus eo nomine tertius incolebat, cùm Herlemundo Cenomannenſi Epiſcopo Ardunum prædium confirmat *anno*, inquit, *ſecundo regni noſtri Mamaccas feliciter.* B C

Fuerunt ergo Mamacæ vetus Francorum Regum palatium : at ubinam gentium poſitus hic locus? Credidi aliquando ſtatuendum in vico etiamnunc dicto *Mamay*, quatuor à Perona leucis, unicâ dumtaxat ab Incra diſparato, in extremis Ambianicæ diœceſis finibus : cui prægrandis adjacet ſilva, quam partim Fricurtinam, partim Mamacenſem nominant. Ad hæc regiæ complures viæ huc undiquaque coeunt, ſupereſtque vetus caſtrum, quod olim regiæ par majeſtati fuiſſe videbatur. At veram & indubitatam Mamacarum ſedem in Noviomenſis pagi figendam loco, qui in tabulis geographicis gallicè *Maumaques* aut *Mommarques* ſcribitur, prope Pleſſiacum-Brionis, ad lævam Iſaræ ripam, in extrema ſilvæ Liſgæ ſeu Liſicæ parte (Mamacarum dicta tempore Philippi Auguſti) qua tenditur ad Berium-vicum, *le Bac à Bery*, quem ipſe locum ſtudioſiſſimè perſpexi. Hunc autem ut perveſtigarem, fecêre optima duo Caroli Calvi, & nepotis ejus Caroli Simplicis diplomata, Compendienſi eccleſiæ conceſſa, quæ hîc ſubjicimus aut delibamus. In priori namque Carolus Imperator, inter ampliſſima, quæ conditæ ab ſe baſilicæ prædia largitur, *capellam in Venitta, capellam in Vermeria, capellam in Nantoilo, capellam in Mamaccis, poſt diſceſſum Berthonis, decimas etiam fiſcorum ... hoc eſt decimam Caſini, Vermeriæ ... atque Mamaccis* &c. enumerat. quæ villæ omnes regiæ erant, & Compendio vicinæ. Rem ſignantiùs exprimit Carolus Simplex his verbis. *Et in Noviomenſi pago, in villa Seneſcicurte, de manſo uno, quem dedit eis præpoſitus Wanilo. In eodem namque pago de villa Mammacas, quam dedit Odo Rex ſancto Cornelio ad luminaria, volumus quoque ut indeſinenter ſingulis annis ... anniverſaria dies jam dicti Regis celebretur, & refectio fiat.* Igne conſumtum eſt Odonis præceptum, villæ iſtius donationem continens : at probandæ rei ſufficit Caroli diploma, quod ego vidi autographum, aliiſque videndum obtuli. Sufficit etiam pacifica atque imperturbata Mamacarum poſſeſſio, quam ab Odonis ævo retinent Compendienſes noſtri; quorum beneficio in ejus villæ notitiam veniſſe me cum grati animi ſignificatione lubens conteſtor. Tantum igitur abeſt, ut deinceps pro ficticiis ædibus habendæ ſint Mamacæ, quas undique ſilvæ veſtiunt ingentes; ut aptiſſimus ſeceſſui locus iſte fuerit, & adoleſcentiorum Regum, quales plerique poſt Theudericum primæ dynaſtiæ fuerunt Reges, commorationi, ſtudiis, ludis atque deliciis, & maximè venationi comparatus. D E F

Hæc ſcripſeram, cùm in Philippi Auguſti litteras incidi, quas ille anno MCC, regni XXI conceſſit, ubi hæc lego. *Noverint univerſi ... quòd cùm querela inter Johannem*

de

A *de Torota, & Abbatem & monachos eccleſiæ beati Medardi Sueſſionenſis ſuper quadam portione nemoris* de Leſgue *diutiùs verſaretur; tandem... terminata eſt in hunc modum. Prædicta eccleſia totam illam portionem nemoris quæ dicitur* Elloy, *& totam portionem quæ dicitur* le Foiller, *& omnes coſtas quæ ſunt à via* Delgres, *ad viam de* Chaiſnou *uſque ad cacumen montis, & commutationem nemoris quæ facta fuerat primitus pro nemore Fratrum Grandismontis, totumque reliquum nemus per medium filium Alneti nemoris de* Choiſy *uſque ad nemus* DE MOMAQUES *&c.* quæ poſtrema verba Mamacarum ſitum, qualem ſuperiùs deſcripſi, egregiè confirmant.

B LXXXVI. *Mantala* *.

GUillelmus Paradinus [a] in Annalibus Burgundiæ, Mantalam (qui modo vicus eſt agri Viennenſis, ubi quondam Boſonis Regis promotio in conventu XXIII Epiſcoporum celebrata eſt) regali palatio illuſtrem fuiſſe tradit. Pari intervallo Viennam inter ac Turnonem ſitus eſt iſte locus: cujus eccleſia *juris Cluniacenſis* erat jam inde à tempore Petri [b] Venerabilis, cui *Mantula* nominatur. *Prioratum S. Petri de Menthula* memorat catalogus Beneficiorum Cluniacenſium.

Cave Mantelam confundas cum alio gallicè cognomine, latinè diverſo, ſcilicet
C Meduntа opido ad Sequanam in confinio Normanniæ, quod *Mantela vicus* appellatur à Venantio Fortunato in actis [c] S. Paterni Epiſcopi Abrincatenſis: ubi etiam exſtat Prioratus ejuſdem Ordinis Cluniacenſis.

* *Mante.*

a *Paradin. Hiſt. Burgund. pag.* 104.

b *Petrus Vener. lib.* 1 *de mirac. cap.* 2; *col.* 1283.

c *Sæc.* 2 *Bened. pag.* 1105.

LXXXVII. *Mareleia ſeu Marlegium.*

MAreleia non minus antiquum, quàm illuſtre regni Auſtraſiani palatium, in Eliſatia poſitum, ſæpe à Gregorio Turonenſi, Fredegario, Geſtis Ludovici Pii, Annalibus Bertinianis, Moiſacenſi Chronographo, Geſtis Lotharii Regis, Aimoïno, & auctore vitæ ſancti Deicolæ Abbatis memoratur. Prætermiſſis iis, ob-
D ſervo tantùm, *quo tempore Lotharius Rex in Alſatia morabatur, fiſcum hunc nobilem.... cujus adhuc dignitatem miri operis mœnia excelſa teſtantur, repente antiqui hoſtis cauterio inuſtum eſſe.* Paucis antè diebus, idem Lotharius pro Grandi-vallenſi cœnobio præceptum ediderat à Pithoeo relatum, quod ita deſinit, *Datum* IV *Kal. April. Hblotarii Regis anno* XI *Indict.* IX. *Actum in Marlegia palatio publico &c.* Ibidem quoque Chrodhardus Comes, Fulradi Abbatis Dionyſiani frater, multa ipſi prædia vendiderat *in Ducatu Alamannorum & pago Briſigavienſi*, probante Pippino Rege. *Actum in villa quæ dicitur Mareleia publicè. Dat.* XVI *Kal. Auguſti anno* XIII *regni domni glorioſiſſimi Pippini Regis*, ut in litteris inferiùs ex autographo editis habetur.

E LXXXVIII. *Mariſcarius.*

CArolus Calvus in diplomate quod anno DCCC XLV dedit in gratiam Hincmari Preſbyteri, cui prædia quædam in agro Pinciacenſi concedit, *Mariſcarium Arvernici pagi* deſignat villam, in qua tum degebat. quam dubito regias ne inter villas numerare liceat. Iſtud autem præceptum, quod editur inferiùs ex alio item apud Dubletum Caroli diplomate vim & robur accipit, Hincmarique Remenſis Epiſcopi facinoribus illuſtrandis poteſt conducere.

F LXXXIX. *Marlacum* * *ſeu Morlacum.*

MArlacum aut Morlacum villam inter regias Chlotharii III ac Theuderici fratris ejus ætate celebrem, ſi rerum ibidem geſtarum ſeries attendatur, nemo, quem viderim, rerum Franci[illegible]um ſcriptor prodidit, nemo hactenus ſitum ejus inveſtigavit. In pago Pariſienſi villæ tres *Marliaci* ſeu *Malliaci* & *Marleri* nomen præferunt. Duæ priores *caſtelli* & *burgi* appellatione diſtinguuntur, ultra Sequanam non longè à Villa-petroſa atque Nuceto poſitæ. Tertia Caſtaneto & Puteolis in decanatu Sarcellæ proxima eſt. Dubletus [d] in hiſtoria Dionyſiana Pippini Majoris-

* *Morlay.*

d *Doublet pag.* 691.

domus diploma citat, quo villa *de Mareil*, aliaque in agro Pariſienſi prædia recupe-
rantur *anno* V *regni Childerici Regis*. At vereor ut locus hîc à Dubletò memoratus
idem ſit cum uno è Marliacis jam dictis; cùm in actis Synodi Sueſſionicæ anni DCCC
LXII Marogilum, Dionyſiani cœnobii villa, in pago Meldenſi conſtituatur. Ex
Marlaco proclive fuit, ut ſequiores *Malliacum* aut *Marliacum* formarent. unde non
levis conjectura eſt, villam hanc regiam in Marliaco pagi Pariſienſis caſtro fuiſſe
ſitam. Et ita quidem habere rem ultro aſſentirer, ni Chrothildis matronæ charta
Chlotharii III principatu edita, *Morlacas vicum publicum* haberet: tametſi alia duo
Theoderici Regis præcepta *Marlaco palatio regio* data comperi. Morlaci ergo ſitum
juvat inquirere, cujus nomen à Marlaco nihil fere diſcrepat. B

Poſitus eſt hic locus ſuper fluvium Saltum, vulgo *le Sault*, Domnam Mariam in-
ter (*Dammarie*) & monaſterium ſuper Saltum, *Moutier ſur Sault*. Adjunctam habet
ſilvam, quæ hodie quoque *Morlaci* nomen retinet. Proximum huic loco eſt Eſcu-
rienſe Ciſtertienſis Ordinis monaſterium; neque ab eo Janivillarienſe familiæ Præ-
monſtratenſis longiùs diſtat. Regiæ ſedi peridoneum fuiſſe hunc vicum, non tam
probat ſitus loci commodiſſimus, quàm Theoderici Regis præceptum in cauſa
Chramlini hîc editum. Sed in anteceſſum expendendæ Chrothildis litteræ; pro con-
ditione monaſterii beatæ Mariæ de Brogariis in pago Stampenſi exaratæ, quod illa
favente viro ſuo Charichardo à fundamentis erexit, dotávitque in gratiam Mum- C
molæ neptis ſuæ, quam ibidem Abbatiſſam conſtituit. His ſubſcribunt inluſtres
viri AGILPERTUS Epiſcopus, ERMERICUS, WANINGUS, GHISLEMARUS, GHISLE-
BERTUS, ADROALDUS, CHRAMNINO, RODOBERCTHUS, GALERAMNUS, MUMMO-
LENUS, RAGNOINUS, CHRODECARIUS ABBAS, GUNERIGO, URSINUS, CHRODO-
BARDUS, ECHARIGUS, MAUROLENUS, & URSIMANUS, plerique omnes magna no-
mina, penes quos Francicas ſtetiſſe res docent hiſtorici. Illud verò notandum in pri-
mis, quod Chlothario tertio inchoatos regni annos ſedecim aſſignat hæc charta,
quæ ſic deſinit. *Datum Morlacas vico publico quod fecit menſis Marcius dies decem anno*
XVI *regni domni noſtri Clothocharii glorioſiſſimi Regis &c.* Non ergo quatuordecim dum- D
taxat annis regnavit Chlotharius III; ſed ad decimi ſexti initia pervenit. Neque
verò ad Chlotharium II has litteras referre licet, quas ex optimatum ſubſcriptioni-
bus Chlotharii III principatu fuiſſe exaratas perſpicuum eſt.

Antequam alia duo Theoderici Regis profero diplomata, Morlaci edita; juvat
Childeberti præceptum hîc delibare, quod Theodericiano uni lucem afferre poteſt.
ſic autem habet. *Cum nos in Dei nomine Compendium in palatio noſtro.... reſideremus,
ibique veniens inluſter vir Aigobertus meneſterialis noſter.... ſuggerebat, eo quod ante hos
annus, quando genetur noſter Theudericus quondam Rex, partibus Auſter hoſtiliter viſus fuit
ambolaſſe; homo, nomine Ibbo, quondam ibi nullatenus ibidem ambolaſſet &c.* Quæ ſane E
verba docent bellum inter Theudericum Neuſtriæ ac Burgundiæ Regem atque Da-
gobertum, ope ſancti Wilfridi recens Auſtraſiis redditum, exarſiſſe: atque adeo
Theodericum circiter Marlacum (quod fere in trium regnorum confinio poſitum
eſt) degere potuiſſe. Id ampliùs innuunt bina Theoderici diplomata, quorum unum
eſt *Datum quod fecit menſis December dies* XII, *anno* V *regni noſtri Marlaco in Dei nomi-
ne feliciter.* alterum eamdem tenet epocham hoc modo: *Datum medio menſe September
annum* V *regni noſtri, Marlaco &c.*

Poſteriori hoc diplomate neſcio quid faciat magis, cùm ad ediſcendum rei pu-
blicæ ſtatum anno Theoderici quinto, tum ad eccleſiaſticos ritus, in cauſa Epiſco- F
porum dignoſcendos. Rem ſic exponit Theodericus ipſe. *Dum Epiſcopos de rigna no-
ſtra, tam de Niuſter, quàm & de Burgundia pro ſtatu eccleſiæ, vel* CONFIRMATIONE PA-
CIS *ad noſtro palatio* MARLACO *villa juſſemus advenire; & aliqui ex ipſis, qui in infide-
delitate noſtra fuerant inventi, per eorum cannones fuerunt judecati; inter quos adfuit
&* CHRAMLINUS, *filius Miecio, quondam qui Epiſcopatum Æbreduno civitate habuit;
inventum eſt quòd ſua præſumtione vel per falſa carta, ſeu per revellationis audacia, ſed non
per noſtra ordinatione ipſum Epiſcopatum reciperat; etiam nec, ſicut eorum cannonis contenent,
ad ipſum benedicendum ſolemniter Epiſcopi non adfuerant. Unde* GENESIO, CHADUNE,

A BLIDRAMNO, LANDOBERCTHO, & TERNISCO, *qui Metropoli eſſe videntur, vel reliqui quàm plures Epiſcopi ipſus judicantes; in noſtri præſentia fuit conſciſſus, adque de ſupradicto epiſcopato dejectus* &c. Ex his liquet anno Theoderici quinto PACEM aliquam fuiſſe initam, cùm Neuſtriæ dumtaxat atque Burgundiæ regnis potiretur. Pax autem illa nonniſi cum Dagoberto Rege Auſtraſiorum redintegrari potuit, quem Ebroïnus Theoderici Majordomûs bello appetiverat. Necdum ergo tunc exſtinctus fuerat Dagobertus, quem à ſuis anno DCLXXX trucidatum in S. Wilfridi Actis legimus. Quintus itaque regnantis in Neuſtria atque Burgundia Theuderici annus, prior
B eſt anno Chriſti DC LXXX, quo is Auſtrici regni acceſſione monarcha factus eſt. Porro Chramlini pſeudepiſcopi cladem, adverſamque fortunam tam claré repræſentat ſynodicum hoc præceptum, nihil ut ipſi addendum ulteriùs videatur. Habeamus interim in Morlaco regia villa celebratam Neuſtraſiorum atque Burgundionum Epiſcoporum & Optimatum generalem Synodum, antehac penitus ignotam, quam ex autographo Dionyſiano publicæ luci nunc primùm, utinam aliquo rei publicæ Chriſtianæ bono, exhibemus.

X C. *Marſna ſeu Marſana* *.

* *Merſen.*

C MArſna, Reginoni in Chronico *Marſana*, primo aut ſecundo lapide à Trajecto Moſæ ſita, olim Leodicenſis nunc Ruremundanæ diœceſis, regium habuit palatium, in quo duplex Francorum Regum conventus, anno ſcilicet DCCC XLVII & DCCC LI habitus eſt. Utriuſvis meminêre Patres in Synodo apud Bonoilum anno DCCC LVI congregati; Lotharius Rex in pacto cum Carolo patruo ad S. Quintini fanum biennio poſt inito; Epiſcopi Remenſis atque Rotomagenſis parochiarum in Cariſiacenſi cœtu anni DCCC LVIII, quibus adjuncti ſunt alii quoque Pontifices anno ſequenti Mettis Synodum agentes; item Ludovicus Germaniæ Rex *in adnunciatione apud Sablonarias* anno DCCC LXII facta; & (ut ceteros præter-
D mittam) ſcriptor Gallicus apud Conradum Urſpergenſem: ex quo diſcimus Carolum Simplicem Marſnam Giſleberto Duci, Henrici Regis inſtinctu reliquiſſe. Non diu tamen eâ Giſlebertus ejuſve heredes potiti ſunt. Mox enim ab ipſius morte, Gerberga ejus relicta, quæ Marſnam aliaſque regias villas acceperat in dotem; Ludovico Regi Ultramarino cùm nupſiſſet, eamdem villam uſibus addixit ſuis, dum anno DCCCC LXVIII eam Remenſi S. Remigii monaſterio tradidit, confectis hac de re litteris, quas Miræus [a] aliique retulerunt. Ibi poſtmodum erecta eſt Cella (Præpoſituram vocant) Remigianorum monachorum: cujus cellæ occaſione Petrus Cellenſis Abbas S. Remigii multis in locis Marſanæ meminit. Verùm illa cum
E frequentibus bellis pateret expoſita, annis ſuperioribus, inquit Miræus, vi permutationis aliorum in Francia prædiorum, ceſſit Canonicis regularibus cœnobii, quod Aquaſcurtas appellant vulgo *Eaucourt*, in Arteſia, prope Bapalmam. Habemus in Schedis noſtris deſcriptionem *theſauri de monaſterio Smarnæ* factam *à Domno Hugone Abbate* poſt medium ſæculum XII.

[a] *Miræi Cod. Donat. pag. 155 Marlot tom. 1 Hiſt. Rem.*

XCI. *Maſolacum ſive Maſolagum.*

MAſolaco villæ regiæ certos natales qui tradiderit, ex antiquis video ne-
F minem. Regni Burgundici palatium fuiſſe conſtat ante Chlotharii II principatum, qui, referente Fredegario, & poſt eum Aimoïno, ante annum regni XXXIV *Maſſolaco villa cum Proceribus reſedens, Aletheum (Patricium) ad ſe venire præcepit*; cumque *dum ſubjectis nequiret purgare ſe criminibus, gladio trucidari juſſit.* Eodem in loco (ſi Dagoberti Geſtis ſit fides) *poſt* Dagoberti ipſius *diſceſſum, filius ejus Hludovicus ſub tenera ætate ſibi regnum patris aſcivit, omneſque Duces de Neuſtria & Burgundia eum Maſſolaco villa ſublimant in regnum.* Exſtat in Burgundicis Perardi monumentis Chlotharii Francorum Regis Præceptum, quo Wlfechramno Abbati Benigniano *donationem Elariaci, quam Guntramnus* Rex *parens ſuus fecerat*, iterato *confirmat, anno* re-

gni VIII. Præceptum iſtud ad Chlotharium II refert Perardus ; ceteri tertio melio- A
ri jure adaptant. Ejuſdem Chlotharii III anno tertio *Manſolaco curte dominica* conſedit Epiſcoporum [a] Synodus, qui Emmonis Epiſcopi Senonenſis privilegio pro Senonenſi monaſterio S. Petri Vivi numero viginti quinque ſubſcripſerunt. Ignotus mihi Manſolaci ſitus, de quo altum deinceps ubique ſilentium.

a *Sæc. 3 Bened. part. 2 pag. 614.*

XCII. *Ad S. Medardum prope Sueſſionas.*

AMpliſſimum fuiſſe locum, in quo tumulum ædeſque ſacras Medardo Noviomenſi Epiſcopo poſuit Chlotharius Francorum Rex, docent antiqua cœnobii monumenta. B *Villam regalem Croiciacum* vocat Fortunatus ; & anonymus ſæculi X ſcriptor in libello de miraculis S. Medardi *illud rus in quo hæc agebantur, ex ditione regalis fiſci, cui Croiacus vocabulum eſt, ex antiquo profano idolorum cultui mancipatum* fuiſſe commemorat. Domeſtica Regum atque Pontificum inſtrumenta conditi monaſterii locum *Croviacum*, & *Croviacum fiſcum* ; priſca verò exempla in chartariis quandoque *Croniacum* mendosè nominant. Ut certum ſit totum illud Sueſſionicæ vallis ſpatium, quod extra portam urbis orientalem ab Axona circumfluente ad montes Croviaco vico proximos continetur, intra ſæpta Croiciacenſis regii fiſci fuiſſe olim circumſcriptum. Suum ibi Francicos Reges habuiſſe palatium conſtat apud omnes : immo non unicum, ſed plura inſimul exſtitiſſe, præter antiquam loci tabulam, docet C Chronicon vetus de Nortmannorum Geſtis, ubi ad annum DCCC LXXXVI hæc leguntur. *Poſt hæc Sigefridus famoſiſſimam eccleſiam S. Medardi igne cremavit*, & PALATIA REGIA, *interfectis & captivatis terræ accolis*. Præcipua ſedes erat verſus meridiem, (ubi nunc ſemirutum S. Sophiæ oratorium, intra cœnobii muros incluſum, cui etiamnum duodecim Canonici inſerviunt) illudque ad Axonam protendebatur. Aliud, ſi tamen aliud, cui adjuncta erat ſanctæ Trinitatis baſilica, vergebat ad orientem, prope eas ædes, in quibus Ludovici Pii carcer ſubterraneus oſtenditur. *Publicam cuſtodiam* & *antra ergaſtuli* appellat Ludovicus ipſe in actis tranſlationis S. D Sebaſtiani [b]. Huic loco non longo intervallo conjunctum erat nemus, quod Brolium antiqui dicebant : cujus etiam meminit Rothadus Sueſſionenſis Epiſcopus in privilegio Medardenſibus monachis ab ſe confirmato.

b *Sæc. 4 Bened. part. 1 pag. 407 & 408.*

His in palatiis varii Regum atque Pontificum habiti ſunt conventus atque Concilia ; quæ quoniam ad Medardenſis Aſceterii ſplendorem plurimum faciunt, hîc juvat leviter perſtringere. Et verò ne quid referam de Sigeberti Regis, Brunichildæ & Childeberti eorum filii conſeſſu frequenti apud Medardenſe palatium ; illic anno DCC XLIV Bonifacius Moguntiacenſis Epiſcopus, Zachariæ Papæ nomine, Synodum habuit ſub Pippino Majoredomûs, quem etiam anno DCC LI eodem in E loco Francis Regem impoſuit. Ibidem quoque Carolomannus, Pippini filius, anno DCC LXVIII, VII Idus Octobris ; Hermentrudis Caroli Calvi uxor anno DCCC LXVI ; Ludovicus Balbus (ſi quibuſdam habenda fides) anno DCCC LXXVIII ; ac tandem Rodulfus anno DCCCC XXIII regni ſumſerunt inſignia. Aliud ſub Leone Papa IV coactum eſt in Medardenſi baſilica concilium anno DCCC LII, ubi *Pippinus junior, Rex Aquitaniæ, regno ſpoliatus, tandem Clericus efficitur in habitu monachali.* Tertium ſequenti anno coram Carolo Rege celebravit Hincmarus in eccleſia ſanctæ Trinitatis ; ubi ventilata eſt eorum cauſa, qui ab Ebone deſtituto fuerant ordinati. Quartum anno DCCC LVIII juſſu Ludovici Germanorum Regis indictum ſcribit Frodoardus. F Quintum quinquennio pôſt præſente iterum Carolo Calvo ibidem convocatum, in quo Rothadus jam multis Synodorum vexatus ſententiis, epiſcopali ſede pellitur, & in Medardenſe cœnobium detruditur. Sextum quoque eodem anno Carolus Calvus agi conſtituit, in quo Judith, ejus filia, cum Balduino Comite, quem contra leges atque canones maritum acceperat, à communione ſummovetur. Nicolaus Papa I ſeptimum anno DCCC LXVI iniri juſſit occaſione Wlfadi, qui ad Romanum Pontificem adverſus Hincmarum provocaverat. Octavum Sueſſione circiter annum DCCC LXXVI, itemque aliud anno M LXVI celebratum lego, an in

A Medardenſi baſilica, non liquet. Certiſſimum illud, quod in Hiſtoria Trenorchienſi [a] Chifflетius ex autographo publicavit Synodicum Philippi Regis præceptum, Petro Abbati conceſſum pro ipſius monaſterii jurium confirmatione: cui præcepto Manaſſes Remorum Archiepiſcopus cum aliis Epiſcopis novem & regni Optimatibus ſubſcripſerunt: ita verò deſinit. *Datum publicè in palatio noſtro in caſtello S. Medardi, ad orientalem plagam, non longè ab urbe Sueſſionenſi, anno incarnati Verbi* M LXXV, *anno verò regni noſtri* XVII. *Goiffridus Pariſiorum Epiſcopus, Regis Cancellarius, concedendo legi, & relegendo laudavi.* Gallicanos quoque Epiſcopos pleroſque *in S. Medardi Capitulo* congregatos ferunt quædam ſcripta domeſtica, cùm illi anno M C, aut
B initio ſequentis, de Philippi Auguſti Regis cum Engelberga divortio ſententiam laturi Sueſſionas acceſſerunt. His adde S. Medardi eccleſiæ dedicationem [b] anno M C XXXI factam per Innocentium Papam II. qui paucis ante diebus Odonem Abbatem ejus loci, contradicente Epiſcopo Sueſſionenſi, Aurelianis benedixerat.

a Tournu pag. 316.

b Spicil. tom. 2 pag. 787 & 788.

Porro monaſterium atque palatium Nortmannorum (ut dixi) incendio deformata, meliorem in ſtatum reſtituit Odo Francorum Rex, ut probant ejus litteræ hîc primum ex antiquo chartario publicatæ. Poſt Odonem Otgiva Caroli Simplicis, tum Heriberti Comitis uxor, Medardenſi palatio an cœnobio ſæpius incubuiſſe conjicitur ex eo quod refert ſcriptor antiquus, monaſterii ipſius bona à Viromandenſibus Comitibus pervaſa, ipſi Otgivæ, aliorumque deinceps Comitum uxoribus
C ceſſiſſe in dotem. quam proinde Otgivam mirum non eſt in crypta Medardenſis baſilicæ ſepultam fuiſſe. Ejus epitaphium vide ſis in veterum Analectorum tomo I. Ad ſæculum XI graſſata eſt hæc peſtis, id eſt ad Rotberti Regis principatum: quo ex tempore ad patrum noſtrorum ætatem, nempe annum M D LXVIII (quo Medardenſe cœnobium à Calviniſtis violatum eſt) duraſſe ferunt regias illas ædes ſive palatia, quarum ſtupendæ molis rudera humi defoſſa viſuntur adhuc, & ſubinde marmorea fragmenta, nullis tamen uſibus idonea, eruuntur. Præter Medardenſes, alias etiam intra Sueſſionem regias ædes ſtetiſſe dicemus inferiùs.

D

XCIII. *Mettenſe* *.

* de Mets.

DIvodurum Mediomatricorum prius quàm Auſtraſiani regni caput efficeretur à Francis, ampliſſimi pagi metropolim fuiſſe conſtat, ſuumque & amphitheatrum & palatium habuiſſe, in quo ſæpius degebant Romanorum Imperatores, ut reprimendis Germanorum conatibus intenderent. Undecim à Theodorico Chlodovei Magni filio ad Dagobertum juniorem numerantur Francorum Reges Auſtriaci, qui regiam Mettis ſedem fixerunt. In his Childebertum II *intra Mettenſis urbis palatium*
E ſtetiſſe ſcribit Gregorius Turonenſis [c] Epiſcopus. Palatii ejuſdem Walafridus in vita S. Galli meminit, quo etiam Lotharium utrumque & Zuenteboldum Reges uſos eſſe nullus dubito. Multos Regum conventus atque Epiſcoporum concilia Mettis habita referunt Hiſtorici noſtrates, à quibus recenſendis, quòd ad rem meam faciant nihil, abſtinere conſtitui.

c Greg. hiſt. lib. 8 cap. 36.

XCIV. *Milidunum ſeu Meledunum & Melodunum* *.

* Melun.

MElodunum, inquit Julius Cæſar [d] *eſt opidum Senonum in inſula Sequanæ poſitum,* quod nunc in pago Waſtinenſi collocant; quamquam Gregorii Turonenſis
F ævo pagi proprii titulo jam gaudebat, quem ille in Hiſtoriæ libro VI, uti & Fortunatus in vita S. Germani Pariſiorum Epiſcopi *Miglidunenſem*; Carolus verò Calvus in Capitulis *Milidunìſum* alii *Milidunenſem* appellant. Jam inde à Merovingicis Regibus notum erat *caſtrum Milidunenſe*, quod Geſta Francorum etiam *Malidunenſe* ac *Miclito* vel *Miclitanum caſtrum*, & Nithardus *Miclido* dixerunt. Nithardo præiſſe videtur Leo Senonenſis Epiſcopus, quum in ſua ad Childebertum Regem epiſtola *Mecledone* Epiſcopum ſe invito ordinari non poſſe conteſtatur. Locum hunc, tametſi regium ad fiſcum pertinebat, ante Philippi Regis tempora palatium, *ſedemve regiam* nullibi

d Cæſ. lib. 7 de bello Gallico.

a Petr. Abæl. oper. pag. 4.

dictum reperio, quo nomine Petrus Abaëlardus [a] in epiſtola ad amicum, Melodunenſe caſtrum donavit. Ibi Rotbertum Regem ferunt delicias theſauroſque ſuos collocaſſe, quibus, occupato caſtro cum aliis à me jam dictis, Conſtantia regina adverſus Henricum filium natu majorem aliquandiu potita eſt. Ibi etiam Philippus ſæpe degebat: attandem inquit Sugerius *cùm ferè ſexagenarius eſſet, Regem exuens, apud Milidinum caſtrum, ſuper fluvium Sequanæ, præſente domino Ludovico extremum clauſit diem.* Ejus aliorumque diplomata Miliduni conceſſa referre hîc piget, quòd ubique *Miliduni caſtri* nomen, *palatii* nuſpiam exhibeant. A

B

XCV. *Moguntinum.*

MOguntiacenſem urbem hîc accenſeo, non quò priſci loci ejus decora perſequi velim, quæ paſſim apud auctores pervulgata ſunt: ſed ut regias ibi Francorum Principum ædes ſeu palatium exſtitiſſe demonſtrem. Id docet in primis Marquardus Freherus in ſuo de Lupoduno tractatu, ubi Dagoberti Regis præceptum exhibet, hac clauſula terminatum, *Godefridus recognovit. Datum ſub die* XI *Kalend. Octob. anno regni noſtri* VI. *Actum Moguntiæ palatio regio feliciter, Amen.* Pippini quoque Regis diploma lego apud Miræum [b] S. Maximini cœnobio *datum menſe Januario anno regni* XIV, *in palatio publico Moguntiæ.* quo tamen ex loco, ſi non ob ipſius chartæ ſpurium fetum, certè propter varias interpolationes nihil conficias. C

b Miræi dipl. Belg. pag. 14.

* Montreüil.

XCVI. *Monaſteriolum * in Pontivo.*

MOnaſteriolum, pagi Pontivi atque diœceſis Ambianicæ caſtrum munitiſſimum, à S. Salvii monaſterio ita dictum eſt, cùm forte priùs Bragum vocaretur, ex Anſegiſi teſtamento: quod tamen vereor, ut hoc loco ſincerum ſit, neuve pro monaſterio *S. Salvii in Brago*, *S. Salvatoris in Brago* ſeu *Brigaco* (qui locus eſt diœceſis Senonenſis) reponi debeat. Ut ut ſit, *monaſteriolum ſupra mare, caſtrum Regis Franciæ* ferunt Geſta [c] Ludovici VIII Francorum Regis, & Hariulfus in Chronico Centulenſi *caſtrum regium* vocat, quod Arnulfus Flandrenſium Comes expugnavit: unde totius Pontivi pagi ſubſecutâ clades atque direptio. Ibi Bertam uxorem Philippus I dato repudii libello relegavit. Ibi Hugo, Capetiorum Regum caput, ob præſtitum ſacris Walarici Richariique reliquiis obſequium, in ſpem regni erectus, illuſtre pietatis ac religionis præmium reportavit. Videtur etiam illud ipſum eſſe *caſtellum Herluini maritimum, quod vocatur Monaſteriolum,* cujus meminit Frodoardus ad annum DCCCCXXXIX, quod à Nortmannis occupatam Herluinus uſibus ſuis aptaverat. Suos poſtea Comites habuit Monaſteriolum, qui ſimul & Pontivenſes dicti ſunt, à quibus jam pridem locus ille (modò urbis validæ, nec ſpernendæ magnitudinis nomen ferens) regium in fiſcum eſt revocatus. D E

c Cheſn. hiſt. tom. 5 pag. 285.

* Montecaux.

XCVII. *Monticelli * ſeu Moncelli.*

ACta Synodi Sueſſionis anno DCCC LXII celebratæ Monticellos inter Dionyſiani cœnobii villas reponunt, At varii ejuſdem nominis Monticelli. Crediderim hunc locum à Patribus Sueſſionenſibus memoratum agri Pariſini vicum eſſe inter Junnam & Sequanam fluvios, non longè ab Exona atque Corboilo. Alia eſt in pago Meldenſi villa regia, quam Monticellos vocant, duabus à Meldorum civitate diſtans leucis, verſus orientem. Ibi regias ædes ſæptaque ampliſſima Henricus IV Francorum Rex magnificentiſſimo opere conſtruxit: quæ non tam annorum lapſu, quàm longâ Regum noſtrorum abſentiâ, ſtudiiſque aliò converſis propemodum fatiſcunt. Sic ergo F

Mors etiam ſaxis marmoribuſque venit.

XCVIII. *Montiniacum* *.

* Montigny.

MOntiniacum ſuper Albam in Epiſcopatu Lingonenſi locant tabulæ geographicæ. Aliud quoque in agro Pariſiaco, non longè à Cormiliis & Argentolio viſitur Montiniacum. Neutro in loco poſitum erat *caſtrum, nomine Montiniacum*, quod tradente Frodoardo ad annum DCCCC XXXVIII *Ludovicus Rex*, Tranſmarinus dictus, adverſus *Serlum quemdam vi cœpit, & opidum evertit:* quem locum idem auctor ad annum DCCCC LXV vocat *caſtellum Regis Montiniacum, quod Bernardus Silvanectenſis Comes, & Tetbaldus cum Heriberto Paſchæ diebus aggreſſi capiunt, incendunt ac dirimunt.* Montiniacum iſtud idem eſſe videtur cum eo, quod ipſemet Frodoardus ad annum DCCCC XLIV deſcripſerat, nempe *caſtrum quoddam, vocabulo Montiniacum, in pago Sueſſionico ſitum, quod erat ex Abbatia S. Criſpini (quam dudum perceperat reddentibus eam ſibi filiis Heriberti, & Ragenoldo dederat) proditione quorumdam opidanorum fideles Regis cœperunt... proditore ab Andrea peremto.* Regium ergo vocatur hoc caſtrum, quòd acerbiſſimis illis temporibus regias in manus, jure belli, non hereditario conceſſerat.

V. Beſly Hiſt. Com. Pict. pag. 152.

XCIX. *Nantogilum ſeu Nantoilum* *.

* Nanteuil.

NAntoilum palatium in Chronico Fontanellenſi memoratur anno I Chlodovei Regis, Dagoberti filii, quo is Rotmaro cuidam Fontanellenſe prædium confirmat[a] in hunc modum. *Edita eſt hæc confirmatio pridie Nonas Februarias anno I præfati Regis, Nantoilo palatio* &c. Locum eſſe puto Nantogilum Halduini, vulgo *Nanteüil le Haudoüin* in pago Vadenſi, regiis villis accenſendum, quòd Ludovicus Pius reſumtis in Dionyſiana baſilica regalibus inſignibus, inde *Nantogilum, ac poſt Cariſiacum* perrexiſſe feratur apud Aſtronomum. Quippe Francorum Reges nonniſi in villis fiſcalibus, aut locis Deo ſacratis hoſpitari ſolebant. Sunt qui velint Nantogilum Matronæ flumini contiguum, nec longè poſitum à Firmitate-Auſculfi, regiam quoque villam exſtitiſſe: & in hujus rei aſſertionem Caroli Regis diploma referunt datum *Nantoilo villa ſuper Matronam,* quod etſi integrum cernere non licuit; ejus tamen rei fidum argumentum eo libentiùs ſumo, quòd haud quaquam differre videatur à *fiſco Namtolialinſe*, cujus appendix erat *Raſbacis* ſeu *Reſbacis* in ſaltu Briegio locus, ubi Audoënus, qui & Dado, ejus nominis monaſterium erexit in Agili Abbatis vita celebratum. Porro Nantogilum Halduini à regia manu jam tandem in Stratenſis Ducis dominium tranſiit, qui caſtrum aut ædes editiori in colle ſuperbas regalibuſque non impares ibi poſſidet.

a Spicil. tom. 3 pag. 194.

C. *Narbonenſe.*

NArbonenſe palatium Romanis Gallias obtinentibus jam pridem erectum, loco non prorſus elato ſitum fuiſſe innuit Gregorius Turonenſis Epiſcopus in libro de Gloria Martyrum, ubi Notat Felicis Gerundenſis Martyris baſilicam obſtitiſſe, *ne Liguria, quod eſt locus amœniſſimus, à palatio Regis cerneretur.* Præter has ædes Narbone erat & Capitolium, amphitheatrum, ceteraque Romanæ dignitatis monumenta: quibus addendum Minervæ ſeu Minerbæ caſtrum, intra pagum Narbonenſem contentum, Carcaſſoni tamen viciniùs, de quo in Caunenſibus litteris hîc editis mentio frequens occurrit.

C I. *Nemetenſe* *.

* de Spire.

NOviomagus Nemetum Spira, vetuſtis auctoribus ſæpe memoratur. Reges Francos palatium hîc habuiſſe docet Caroli Magni pro Bremenſi eccleſia præceptum, cujus epocha anno Chriſti DCC LXXXVIII illigatur, ſic tamen, ut cum Indictione XII ibi appoſita minimè conveniat. Alia ſunt nonnulla tum initio, tum

in fine diplomatis, quæ non ex autographo, ſed ex exemplo chronologicis in notis vitiato tranſſcriptum oſtendunt. Nihilo tamen minus inde conſtat Carolum in Spirenſi vel Nemetenſi degiſſe palatio, cum diploma iſtud Willehado Pontifici conceſſit: quod unum inſtituto noſtro ſufficiebat. A

CII. *Nemetodorum aut Nemptodorum* *.

* Nanterre.

NEmetodorum agri Pariſienſis villam regiam non procul à Rotoïalo & Sequanæ ripa, Genovefæ Virginis natales magis extulêre, quàm Chlotharii II Francorum Regis baptiſmus, quem ibi ſacris undis ablutum voluit Guntchramnus Rex, pupilli patruus, cui tum Chlotharii nomen, cum eatenus fuiſſet anonymus, impoſuit. B

CIII. *Novientum vel Novigentum, vulgo S. Chlodoaldus* *, *ubi de variis Novigentis.*

* S. Clou.

QUàm plures villas invenio Novigenti nomine donatas, quarum omnium antiquior eſt, quæ nunc S. Chlodoaldi dicitur, ad Sequanæ ripam, in agro Pariſienſi, verſus occidentem, ab ipſis etiam Regni primordiis fiſco addicta. Huc ſeceſſit Chlodoaldus, Chlodomiris Aurelianorum Regis filius, ibique monaſterium ædificavit. Proximæ cœnobio ædes ſtabant regiæ, in quibus Chlodoveus, Theuderici Regis filius, anno regni II Placitum habuit hîc editum in cauſa Chainonis Abbatis Dionyſiani, contra Ermenoaldum Abbatem, ex quo multa ſcitu digna eruuntur. Childebertus quoque Chlodovei germanus, litteris anno item regni II Noviginti datis, Tuſonis-vallis monaſteriolum, quod Charderieus Abbas Dionyſianus in pago Camliacenſi exſtruxerat, nepoti ejus Magnoaldo aſſerit, ipſiuſque loci ratas habet poſſeſſiones, ut ejuſdem Childeberti præceptum edocet. Proxima Novigento erat *Roveritus* ſilva (nunc S. Chlodoaldi) *ſecus fluvium Segona*, quam *unà cum illo foreſtario nomine Lobecino... baſilicæ S. Dionyſii ... ad petitione inluſtri viro Ragamfredo Majorimdomus noſtro*, inquit Chilpericus, cognomento Daniel, *viſi fuemus conceſſiſſe... annum ſecundum regni noſtri* &c. C D

Alia eſt agri quoque Pariſienſis villa regia Novigentum ad Matronam prope Confluentes, in qua Gregorius Turonicus anno DLXXXI Chilpericum Regem cum ſuis manſiſſe tradit in Hiſtoriæ libro VI, *Nogentum* vocant recentiores, *Novigentum villam* Aimoïnus. Villam Novigentum ſuper Sequanam in pago Morivenſi ſeu Mauripenſi, *le Hurpoix*, notant acta conventus anno DCCC LXII Sueſſione habiti, & inter Dionyſianas villas recenſent. Huc metu Nortmannorum delatæ S. Dionyſii reliquiæ, quemadmodum Annales Bertiniani ad annum DCCC LIX docent his verbis. *Oſſa beatorum Martyrum Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii metu Danorum in pagum Mauripenſem in villam ſui juris Novientum devecta ſunt*, *atque* XI *Kal. Octob. in loculis diligenter conlocata.* Diſtat hic locus ab urbe Pariſiaca leucis decem & ſeptem: partimque regium ad fiſcum, partim ad Dionyſianos Aſcetas pertinet. *Novientum in pago Andegavenſe* lego in Geſtis Dagoberti Regis. quo forſan loco editum eſt Caroli Calvi præceptum in gratiam Hebroïni Abbatis Monachorumque Glannafolienſium, quod ita definit apud Beſlium [a]: *Data* XII *Kal. Novemb. anno* VI *regnante Karolo glorioſiſſimo Rege Indict.* IX. *Actum in villa Noviente* &c. E

a Beſly Epiſc. Pict. pag. 24.

In memoratis Synodi Sueſſionicæ actis alia villa Novigentum ad Iſaram in Bellovacis, Credilio oppoſitum, vulgo *Nogent les Vierges*, memoratur. Præterea Novigentum Rotroci in Pertico; Novigentum Regis ad flumen Auturam; Novigentum Bernardi & Erencberti ſuis in locis; ac denique Novigentum eſt in pago Laudunenſi, villa, ut quidam volunt, olim regia, ſub Codiciaco poſita, *Nogent ſous Couci*, in qua *jam recuperato regno Theodericus reſidebat ſecurus, cùm repentino ſuperventu Ebroïnus cum Auſtraſiis affuit*, qui protinus Regem inde ad flumen Iſaram, mox Baſiu palatium, ac tandem Criſciacum fugere, ibique imperata facere coëgit. Erectum poſtea eſt Novigenti F

ordinis

A Ordinis noſtri monaſterium, cui ſæculo XII ineunte præfuit Guibertus Abbas, vitæ integritate, ſcriptiſque ſuis clariſſimus.

C IV. *Noviomagus* * *Batavorum ſive Neomagus.*

* Nimegue.

NOviomagus Batavorum, pleriſque Neomagum ad Vacalim, urbs fuit, etiam Romanorum temporibus, celebris. Ejus meminit tabula Theodoſiana aliique veteres, quos, ſi tanti eſt, conſule apud Grotium. Villam quoque regiam fuiſſe, quam Carolus Magnus inſigni palatio ornaverit, teſtatur Eginhardus his verbis. *In-* B *choavit & palatia operis egregii, unum haud longè à Moguntiaco, ... alterum Noviomagi ſuper Vahalim fluvium, qui Batavorum inſulam à parte meridiana præterfluit.* Eumdem in locum anno DCC LXXVII *Carolus primo vere ... profectus eſt*, ibique celebravit *Paſchalis feſti ſollemnitatem.* Ad *ſeptimum Idus Junii* commoratus ibi eſt Carolus *in palatio publico*, uti docet ejus diploma [a] eccleſiæ Ultrajectinæ hac die conceſſum. Idem anno DCCC VI *de villa Theodonis ... Noviomagum navigavit, ibique ſanctum Quadrageſimale jejunium ... celebravit.* Tunc condita ſunt Capitularia novem & decem, quæ V. Cl. Stephanus Baluzius [b] retulit. Ludovicus Imperator anno DCCC XVII *Noviomagum profectus, venatu ſe ſe exercuit*, & anno DCCC XXI eo jubente *iterum conventus* C *menſe Maio Noviomagi habendus condictus eſt.* Celeberrimum verò Placitum anno DCCC XXX Niumagi Ludovicus habuit; quo non Gallici tantùm proceres, ſed *omnis* quoque *Germania confluxit, Imperatori auxilio futura.* Ubi *Hilduinus Abbas palatio exire juſſus eſt, ... & Walach Abbas juſſus eſt ad monaſterium redire Corbeiæ, ibique regulariter obverſari.* Rem explicatiùs tradit Paſchaſius in ipſius Walæ Epitaphio. *Niumagum palatium ingentis magnitudinis mirique operis* extollunt Annales Mettenſes: cujus etiam regiam amplitudinem commendant *Geſta Nortmannorum ante Rollonem Ducem* in Chronico Reginonis, illudque anno DCCC LXXXI Danorum incendio periiſſe commemorant. Non tamen penitus exciſum à Danis, aut certè poſtea inſtauratum fuit D hoc palatium, de quo vide ſis Lambertum Schafnaburgenſem ad annum M XLVI, Willelmum Hedam [c], & alios.

a *Miræus in Notit. eccleſ. Belg. pag.* 36.

b *Baluz. Capitul. tom.* 1 *col.* 451.

c *Heda primæ edit. pag.* 216 & 244.

C V. *Noviomagus Veromanduorum* *.

* Noyon.

NOviomagus Veromanduorum, recentioribus Noviomum dicitur & Noviodunum: quæ tamen poſtrema nominis uſurpatio multis ex capitibus ipſi repugnat, præſertim verò à loci poſitione. Nam *Dunum* apud veteres Gallos *montem* ſignificat. qui ſitus Noviomago aptari non poteſt, quem in aperta planitie poſi- E tum Ratbodus ejus urbis Epiſcopus ante annos D L ita deſcribit in vita S. Medardi. *Ipſe inter duos rivulos conſtitutus eſt Noviomus: ab oriente Galliola*, la Golle, *ab occidente Margareta*, la Marguerite, *circumluitur; quos ambos tertius ſuſcipit, qui Verſa*, La Verſette, *nominatur: & ſic pariter confluentes, non longè à mœnibus illius in Iſaram, qui magni eſt nominis, delabuntur.* Auctor vitæ Godebertæ Virginis refert Eligium Noviomagenſem Epiſcopum *in villa Ambianenſi* Godebertam *in conſpectu* Chlotharii *Regis anulo ſuo deſponſaſſe Domino. Inde*, ſubdit, *perveniens ad Noviomenſem civitatem, Rex dedit illi palatium ſuum cum oratorio S. Georgii martyris, & villas duas, & duodecim feminas, quæ in illo monaſterio ſedulo ſerviebant.* Hoc ſi ita eſt, Noviomagi palatium F erat Chlothario Regi tertio. Ut ut ſit, id de Carolo Magno certum videtur, qui anno DCC LXVIII ibidem *elevatus eſt in regnum*, ut communi ore tradunt hiſtorici. Certum etiam de Hugone Capetiorum auctore, quem *anno Incarnationis dominicæ* DCCCC LXXXVII *Franci aſſumentes, Noviomo illum ſublimant in regali ſolio*, quemadmodum refert auctor æqualis apud Cheſnium [d]. Subinde Noviomagenſibus Epiſcopis ceſſiſſe videtur hoc palatium, quibus non tantùm urbis regiæ, ſed etiam pagi Noviomenſis, Cariſiaci regiæ villæ in eodem pago, aliarumque ceſſit dominium, titulo Comitivæ, quem ipſi ante annos ferè quingentos in litteris ſuis uſurparunt.

d *Cheſn. tom.* 3 *pag.* 344.

* *Noiſy.*

CVI. *Nucetum * ſeu Nocetum ad Matronam.* A

NUcetum majus, villa regia ſecus Matronam, in agro Pariſienſi, Chlodovei Principis, Chilperici ex Audovera filii nefandâ cæde noſcitur apud Gregorium [a] Turonenſem, cujus hæc verba. *Ipſe Rex*, (Chilpericus) *Calam Pariſiacæ civitatis villam advenit. Regina* (Fredegundis) *vinctum juſſit* (Chlodoveum) *tranſire Matronam fluvium, & in villa, cui Nuceto nomen eſt, cuſtodiri. in qua cuſtodia percuſſus interiit, ipſoque in loco ſepultus eſt ſub ſtillicidio oratorii.* Alias ejuſdem nominis villas quære apud V. Cl. Hadrianum [b] Valeſium.

[a] *Greg. Tur. Hiſt. lib. 5 c. 40.*

[b] *Valeſ. Notit. pag. 388 & 426.*

* *Orreville.*

B

CVII. *Odreiavilla *, ſive Audriacavilla.*

CLariſſimus Sirmundus in notis ad Capitularium libros Audriacam-villam eamdem eſſe putat cum Odreïa-villa, à Carolo Calvo memorata; ejuſque ſitum inter Ambianos & Atrebatas ex Aimoïno rectè conſtituit: at quo ſignanter loco, minimè deſignat, ratus forſan tanti non eſſe, cur hic locus Danorum ſtrage vel temporum injuria deletus, ad alia feſtinantem retardaret. Propiùs rem affecit Petrus Bertius, quum in Gallicani ſub Carolo Magno Imperii tabula geographica, Audriacam-villam ad Alteiæ fluminis ortum defixit; à quo revera quinque vel ſex dum- C taxat milibus eſt diſparata. Quippe Ordreia-villa (quam cum adjacente ſilva cognomine, *Orreville* etiamnum vocant) poſita eſt ad dextram Alteiæ ripam, æquali duorum milium ſpatio media inter Donincum ſeu Dulendium ad Occidentem, & Alteiam vicum (à quo fluvius Alteia nomen ſumſit) verſus Orientem.

Locum illum quidam cum Aria, ſive Ariaco palatio (de quo mira, ſed à nemine recepta tradit Malbrancus in Morinis) malè confundunt. Ejus verò natales, etſi ad Meroveadum tempora ſpectare videntur, reducimus ad Carolinos, quòd de ipſa nihil antiquius ſuccurrat Caroli Magni præcepto, quod Hadoni ſeu CHadoni Corbeienſi Abbati conceſſit XVII *Kal. April. anno primo cum regnare cœpit. Actum Audriaca villa, in Dei nomine feliciter.* Carolum excipit Eginhardus, quo auctore diſcimus [c], D Hludovicum an Hlotharium Auguſtum ibi cum conjuge diutiùs eſſe commoratum. Eamdem villam regiam quatuor in locis memorant Annales Bertiniani, qui anno DCCC LXV tradunt, Carolum Regem *ad Odriacam-villam medio menſe Septembrio venandi gratiâ perrexiſſe*: itemque anno DCCC LVI *causâ venandi & expendendi autumnale tempus, in Abbatia ſancti Vedaſti, & in Audriaca-villa, ac circumcirca morandi diſpoſuiſſe.* quem etiam Caroli apud Audriacam-villam ſeceſſum Aimoïnus [d] commemorat. Anno ſequenti, referentibus iiſdem Annalibus Bertinianis, ſimilem ob cauſam ipſemet Carolus, dimiſſo adverſus Danos Carolomanno filio, tertiò *Audriacam-villam* E *gratia venandi perrexit.* Denique progreſſurus in Italiam anno DCCC LXXVII, Ludovico filio præcipit, *ut in Odriaca-villa porcos non accipiat; & non ibi caciet, niſi in tranſeundo.* Caroli ſecutus exemplum Ludovicus, cognomento Balbus, *accepto*, inquiunt Annales Bertiniani, *nuncio in Audriaca-villa de morte patris ſui .... iter agens per Cariſiacum & Compendium, uſque ad Vernum, ad ſepulturam patris ſui apud monaſterium ſancti Dionyſii pervenit.* quæ omnia Carolum atque Ludovicum propenſo in hanc villam fuiſſe animo; ibique autumnales delicias collocaſſe palam innuunt. Nec planè ſua loco deeſt amœnitas, ubi pingue ſolum, proſpectus jucundior, regiæ viæ, pons Alteïæ impoſitus, ſilva ingens feris olim avibuſque ferax, aliarumque rerum F copia ſuppetit. Jam pridem Odreia-villa privatorum deflexit in manus, & ad Comitem ſancti Pauli in Arteſia nobiliſſimum pertinet.

[c] *Egin. epiſt. 52.*

[d] *Aimoin. lib. 5 cap. 31.*

CVIII. *Palatiolum.*

ANtiquitate ſua clarius eſt, quàm nominis dignitate Palatiolum, villa ſeu villula regia pagi Pariſienſis, haud longè à Longo-Gemello, in Caſtrifortis Decanatu poſita. Anonymus Fontanellenſis monachus tradit, Wandregiſilum Abbatem *anno ſeptimo tertii Regis Hlotharii ... ad eumdem Regem acceſſiſſe, & privilegium regiæ confir-*

A *mationis ſuper area præfati cœnobii ſuſcepiſſe ... in territorio Caſtrinſe, in eo palatio, quod*
diminutivo vocabulo cenſetur Palatiolum. Erat ergo Chlotharii III ætate Palatiolum re-
gia villa, quam Pariſienſi S. Germani cœnobio datam à Pippino luculentiſſimè do-
cent ejuſdem Pontificis tranſlationis Acta, deſcripta Caroli Magni principatu:
quibus etiam ſuffragatur Codex cenſualis Irminonis, eximii Abbatis, qui Caroli
Magni teſtamento anno DCCC XI ſubſcripſit. Polyptychi verba ſunt. *Habet in Pa-*
latiolo manſum dominicatum cum caſa & aliis caſticiis ſufficienter. Habet ibi de terra arabili
culturas VI, *bunuaria* CC LXXXVII, *ubi poſſunt ſeminari de frumento modii mille trecenti,*
de vinea aripennæ C XXVII, *ubi poſſunt colligi de vino modii* DCCC. tum in fine. *Habet in*
B *Palatiolo manſos ingenuiles* C VIII, *qui ſolvunt omni anno ad hoſtem carra* VI, *ad tertium an-*
num ſegales C VIII, *ad alterum annum vervices cum agnis* C VIII, *de vino in Paſtrine mo-*
dios CC XL, *de argento in Lignericia ſolidos* XXXV, *pullos* CC L, *ova mille ducenta quin-*
quaginta, de cap. ſolidos VIIII. Præterea viſitur in baſilica noſtra Germanenſi lapis qua-
dratus, cui rubea crux inſculpta eſt, quam undique claudit hæc epigraphe, vetuſtiſſi-
mis implicatiſque litteris efformata, qualis apud Brolium [a] ære inciſa cernitur. Sic au-
tem præfert epigraphe. *Hîc pauſante ſancto Germano in die Tranſlationis, dedit ei Rex*
Pippinus Palatiolum cum appendiciis ſuis omnibus.

a *Du Breül pag.* 192 *editionis anni* 1640.

Hæc fuſiùs referre viſum eſt, tum ut ſua hiſtoriæ Tranſlationis S. Germani con-
C ſtet auctoritas: tum ut meliùs occurratur eorum opinationi, qui Palatiolum Ger-
manenſi cœnobio traditum à Pippino fuiſſe ſubdubitant, quòd is eamdem villam
Dionyſiano, ubi ſepultus eſt pater ejus Carolus, conceſſiſſe memoretur. Quippe Pa-
latiolum inter Dionyſiani monaſterii villas, nulla ejus loci monumenta, ſeu vetuſta,
ſeu nova recenſent: non Pippini litteræ, quæ tamen autographæ ibi multiplices
habentur; non Hilduini partitio, vel Ludovici Abbatis in Synodo Sueſſionis an-
no DCCC LXII celebrata. Nihil etiamnum apud Palatiolum Dionyſiani noſtri
poſſident. quo fit, ut (ſi qua donationis iſtius relationi fides habenda) Palatiolum
pro *Placicio* uſurpatum facilè credam; quòd Placicium (ut ex ſubjecto inſtrumento
D diſcimus) Monaſteriolum agri Pinciacenſis Dionyſiano cœnobio vindicavit Carolus
Magnus, Pippini filius, adverſus Erchenradum Epiſcopum Pariſienſem, qui locum
hunc eccleſiæ ſuæ conceſſum aſſerebat. Fuerit ergo Pippini Regis diploma, quo
Placicium ab Optimate Franco Dionyſianæ baſilicæ legatum eidem confirmarit:
quo in diplomate locus ille à ſequiori quodam librario in Palatioli nomen, certè
non multum abſimile, ſit commutatus, non ſine antiquitatis præjudicio, cui hac
in parte conſulendum exiſtimavi. Porrò jam pridem neſcio qua ſorte diſtractum eſt
illud prædium à monaſterio S. Germani; & ſæcularem habet dominum, Palatiolen-
ſis Marchionatus titulo illuſtrem.

E

CIX. *Pandiacum pſeudopalatium.*

PIgeret hîc in Pandiaci pſeudopalatii natales inquirere, niſi eos Miræus [a] jam
publicaſſet. Profert igitur auctor ille Caroli Calvi diploma Dononienſi par-
thenoni anno DCCC LXXVII conceſſum hortatu Giſlæ ſororis ejus, quod ita deſinit.
Signum Bernardi .... Notarius ſcripſi Pandiaco palatio regali. amen Inuſitata prorſus
iſthæc diplomatis clauſula, quæ (ceteros chartæ nævos ut diſſimulem) aptiſſima
eſt, ut palatium iſtud Pandiacenſe, ſinceris auctoribus penitus incognitum,
F Morboniam in inſulam ablegetur. Hîc tamen viſum eſt aliqualem ejus memoriam
ingerere, quòd huic inſtrumento ſit additum, in quo plurimis ſub interpolationi-
bus ſublucet quidam infucatæ vetuſtatis ſplendor, qui chartam hanc non fictam
ex compoſito, ſed ad genuinæ ideam pereuntis efformatam inſinuat. Eſto igitur
corruptus iſte locus, quemadmodum apud Caniſium Synodus *Regiaticina*, quæ non-
nullos fefellit, quaſi hæc vox una eſſet ad deſignandum locum: cùm duplex ſit,
quâ ſignificatur, Synodum habitam fuiſſe in *regia Ticina*, hoc eſt in palatio Ticinenſi.
Eo in Palatio, ut id obiter moneam, anno DCCC LXXVI celebratum eſt Conci-
lium, in quo decreta conventus Pontigonenſis *cum Miſſis Domni Apoſtolici Iohannis*,

e *Miræi dipl. Belg. pag.* 262.

aliiſque multarum provinciarum Epiſcopus confirmata ſunt. A

C X. *Pariſienſe.*

LUteciam Pariſiorum, tametſi anguſtiori pomœrio circumſæptam, ſub Roma-
nis Imperatoribus Juliano & Valentiniano majore (quos illic hiemaſſe tra-
dunt hiſtorici) palatium cum thermis, amphitheatrum ſive arenas, aliaque publica
ædificia habuiſſe nullus dubito. Hæc ubi poſita fuerint, operæ pretium eſt inveſti-
gare. Cæſaris thermas, ſive *locum thermarum Cæſaris*, memorant Collegii Sorbonici
veteres chartæ; quas thermas alii *palatium*, *domum*ve *thermarum* dicere maluerunt: B
ubi etiam Julianum Auguſtum habitaſſe ſcribit Brolius, & anno M D XLIV, dum
muri urbis effoderentur, repertos fuiſſe lapideos canales vetuſtiſſimos, quibus
olim ex Arculio villa prædictas ad thermas aquæ ſubterraneæ derivabantur. Hinc
vico (quem modo Maturinorum dicimus) Thermarum nomen, quæ eo ſitæ loco
erant, ubi nunc viſuntur Cluniacenſes ædes, *l'Hoſtel de Cluny*, in quibus Apoſto-
lici Nuntii ſive Oratores degere conſueverant. Et hîc quidem indubiè Cæſaris
aut Julianarum thermarum ſedes extra civitatem; (quarum etiamnum antiqua
exſtant veſtigia, cum fano ſeu delubro vetuſtiſſimo, quod Romanorum opus
eſſe non invitus agnoſco) an etiam palatii? nonnulli ſubdubitant, quibus haud- C
quaquam vero ſimile videtur, Romanorum Imperatoribus atque Præfectis nullam
intra urbem fuiſſe domum publicam, in qua degerent ipſi, populis jura dice-
rent, factioſos in officio continerent. Res penitiùs inſpicienda.

Poſt Francorum in Gallias adventum, cùm Chlodoveus Luteciæ regni ſedem
poſuiſſet, tum ipſe, tum poſteri ejus frequens apud Pariſios ſunt demorati: immo
Childebertus ejus filius, *Pariſiorum Rex* à Gregorio nominatur. Illum Luteciæ regias
a Fortunat. lib. 6 carm. 8. ædes inſediſſe conſtat ex Fortunato, qui de ipſius Childeberti per hortum ſuum
in Vincentianam baſilicam (ubi nunc jacet) itinere ſic canit: [a]

Hac iter ejus erat, cùm limina ſancta petebat, D
Quæ modò pro meritis incolit ille magis.

Et hæc quidem baſilicæ noſtræ proximum Childeberti fuiſſe hortum, ac pro-
inde regiam, ſatis probant. ſed quam ad plagam conſiti erant horti illi? quæ &
qua parte ſita hæc Childeberti regia? unicane vel multiplex, intra vel juxta
Luteciam poſita exſtitit? Sunt, qui velint memoratos à Fortunato Childeberti
hortos non alii, quàm thermarum regiæ fuiſſe adjunctos, ex quibus per vicum
Minorum ad portam ſancti Germani, tum ad monaſterium recta via inſtituitur.
Idque confirmant ex Gregorii libro VII cap. XXXII, ubi ſcriptum aiunt, Chil-
pericum, cui eadem ac Childeberto domus erat, ab eccleſia Pariſiaca per pla- E
team & pontem (minorem ſcilicet) palatium repetiſſe. Verùm ſi vetera quædam
monumenta conſulimus; ad occidentalem Iſciacenſis fiſci partem, ſecus flumen
Sequanam poſitæ erant Childeberti Regis ædes extramuranæ, unde rectâ tende-
batur ad novelli monaſterii atque baſilicæ portas, quæ non ad urbem ſive
orientem; non (ut modò) ad meridiem, ſed verſus occaſum patebant. Deinde
in præcitato Gregorii loco lego quidem, *egreſſo* Chilperico *Rege cum Regina
de eccleſia ſancta, Leudaſtem uſque ad plateam eſſe proſecutum*, & *inopinantem quid
ei accideret, domus negotiantium circumiviſſe.* quò *ſubito advenientes pueri Reginæ, volue-
runt eum vincire catenis .... Cumque per pontem urbis fugeret, elapſo inter duos axes,* F
qui pontem faciunt, pede, effractâ oppreſſum eſſe tibia, & cuſtodiæ mancipatum. At
Chilpericum *ab eccleſia ſancta per pontem* ad palatium revertiſſe, neque in hoc
loco, neque alibi lego apud Gregorium. Quidni enim juxta plateam Chilperici
aula intra civitatem eſſe potuit? Quid ex præcipiti Leudaſtis fuga per pontem,
pro thermarum extramurano palatio (quod fortè nuſpiam fuit) rectè conficias?

At exſtitiſſe aliquando Julianis in thermis vetus Regum palatium, quo etiam
b Sac. 1 Bened. pag. 126. Childebertus major ſit uſus, tribus maximè probari poteſt argumentis. Primum
eruitur ex vita ſancti Leobini Carnutenſis Epiſcopi, in qua ſic legunt. [a] *Dum B.*

A *Leobinus ..... à Childeberto Rege Pariſius fuiſſet invitatus, à parte baſilicæ beati Laurentii noctu edax ignis exſiliens, domos pendulas, quæ ſupra pontem conſtructæ erant, exurere cœpit ..... Ut autem Rex ob clamorem populi expergefactus, ſopore quietis abrupto, cauſam tumultus agnovit, confeſtim ad beatum Leobinum dirigit miſſum, ut celeriter veniens ſuccurreret civitati.* Quæ verba, ut pro thermarum palatio faciant, nonnulli recentiores ſic explicant, ut Laurentiana baſilica cum adjacente monaſterio, neſcio quo loco ſtatuatur in ſuburbanis meridiem ſpectantibus; non ad ſeptemtrionem, ubi parœcialis S. Laurentii eccleſia modò conſpicitur.

B At verò longè aliter rem ſe habere, atque adeo nihil inde pro Childebertino thermarum palatio confici poſſe, docet in primis authenticum diploma Childeberti junioris pro *mercato* ſeu nundinis Dionyſianis conceſſum, in quo non modò Laurentianæ baſilicæ priſcus genuinuſque ſitus; verùm etiam nundinarum, quas vulgo Laurentianas dicunt, *la foire de S. Laurens*, occaſio ſive origo certa deſcribitur. Sic autem in autographo Placito, mox edendo, Childebertus. *Et quatenus retrohactis temporibus clade interveniente, de ipſo vigo ſancti Dionyſii ipſe marcadus fuit emutatus, & ad Pariſius civitate* INTER SANCTI MARTINI ET SANCTI LAURENTII BASILICIS *ipſe marcadus fuit factus, & inde præceptionis prædictorum Principum acceperant, ut in ipſo loco, aut ubique ad ipſa feſtivitate reſedibant ad eorum negucia vel commercia exercienda,* C *ipſo teneleu prædictæ baſilicæ domni Diuniſii in integritate reciperit. Et ſe evenit aut pro clade, aut per quamcumquelibet debecione interveniente, aliubi fieri ipſe marcatus emutatus; prædictus teleneus in integritate ad ipſa caſa Dei præſentis temporebus & futuris in lumenarebus ipſius ſancti Dioniſii, pro reverentia ipſius ſancti loci permaneat conceſſus atque indultus.* Hinc apertè conficitur, longè ante Childeberti junioris ætatem, hoc eſt ante finem ſæculi VII, Laurentianam baſilicam atque monaſterium eodem prorſus ſtetiſſe loco, quo nunc viſitur parœcialis ejuſdem Martyris eccleſia; nec aliter de ipſius ſitu ſenſiſſe Leobini vitæ ſcriptorem, cùm de Pariſienſibus ædibus, verſus eam partem in ponte conſtitutis, mentionem fecit.

D Anonymo ſuffragatur Gregorius[a] Turonenſis Epiſcopus, cùm in Hiſtoria ſcribit, *tantam inundationem Sequanam, Matronamque circà Pariſius intuliſſe, ut inter civitatem & baſilicam ſancti Laurentii naufragia ſæpe contingerent.* Hæc quippe Gregorii verba, auſtrali ſuburbanorum parti (quæ editior eſt) aptari nequeunt: ſed apprimè cadunt in aquilonalem, ubi fundus humilior eſt atque depreſſior, noſtra quoque ætate crebra fluminis exundatione conſperſus. Sunt qui velint aquilonalem hanc plagam non tantùm in exundationibus dumtaxat inſolitis, uti modò, Sequanæ undas recepiſſe. «Huc enim, inquiunt, Sequanæ alveolus ferebatur; qui prope muros urbis, hodierno armamentario conjunctos, à reliquo fluvio ſecatus, proximis ſe paludibus E immiſcebat, tum loci humore accitiſque vicino è monte pluvialibus aquis fortior, volvebatur inter ſanctorum Martini atque Laurentii baſilicas; indeque majoris alvei curſum quaſi peracto ſemicirculo repetebat. Cujus rei veſtigium ſupereſt in ſordido rivulo, qui etiamnum eadem fermè loca ſeu ſpatia præterfluit. Verùm id ab antiquo ſcriptore teſtatum vellem.» Quidquid ſit, tantum abeſt, ut expergefactus occaſione nocturni incendii Childebertus, extra Luteciam in thermarum palatio quieviſſe cenſendus ſit: ut potius intramuranis in ædibus conſtitiſſe videatur; ubi vociferantis populi clamor imminenti periculo præcaventis, eum maturiùs excitaverit.

F His quæ de Laurentianæ baſilicæ ſitu docet Childeberti junioris præceptum, robur accedit ex relatu clariſſimi viri, Nicolai Gobillonii, Doctoris ac Socii Sorbonici, necnon Laurentianæ eccleſiæ Paſtoris, quo teſtante accepi, in ejus eccleſiæ viciniique cœmeterii parietinis non ita pridem reperta fuiſſe ſarçophaga gypſanea, plurimos, & quidem nongentos circiter annos præferentia; quibus apertis, nigræ veſtes, ſeu quaſi monachorum effigies religioſis veſtibus indutorum apparuerunt: quæ mox ut novo puriorique aëre ſunt afflatæ, ilico præ vetuſtate diſſipatæ, ac tenues in favillas vel cineres redactæ ſunt. Ut vel inde S. Laurentii vetus monaſterium, in quo ſub primis Francorum Regibus Domnolus abbatiale munus geſſit,

[a] *Greg. Tur. Hiſt. lib. 6 cap. 15.*

hoc in loco ſtetiſſe pro comperto habendum ſit. Ad palatium revertor. A

Aliud pro thermarum palatio argumentum deſumitur tum ex Gaufridi Meldorum
Epiſcopi litteris anno M CC X datis, ubi *ultra metas parœtiæ S. Severini* .... MUROS
REGIS conſtituit: tum ex aliis Willelmi Pariſienſis Epiſcopi, in diplomate anno M CC
XXX exarato teſtantis, *locum cum domibus ſitum in parœcia SS. Coſmæ & Damiani* INFRA
MUROS DOMINI REGIS, *prope portam Gibardi Abbatem & conventum S. Germani com-
modaviſſe fratribus Minoribus , ut ibi tamquam hoſpites manerent.* Immo verò muri illi
Regis ſunt dicti, non quòd regiam domum vel hortos clauſerint, ſed quòd à Re-
ge nuper fuerint erecti. Id ultro fatebitur, quiſquis rerum, qualis tunc erat, ſtatum
perſpexerit. Ita verò habuit. Anno M C XC Philippus Auguſtus Luteciam Pariſiorum B
adverſus hoſtes firmaturus, novum murorum ambitum cum foſſis atque vallis è re-
gione Academiæ adortus eſt: quam ob rem fundum proprium Germanenſis Abba-
tia; reliquos operarum ſumtus ipſe ſuppeditavit. Id patet ex litteris utrimque con-
fectis. Ad id uſque tempus totum illud ſpatium, quod intra muros novos incluſit
Philippus, *Territorium de Laas* vocabatur, eratque vineis undiquaque conſitum, uti
varia temporum illorum docent inſtrumenta. Innocentii Papæ III litteras huc pro-
ferre ſufficiat, in quibus ſic ait Pontifex. *Cum per medium vinearum veſtrarum infra pa-
rochiam S. Sulpicii poſitarum (quæ ad monaſterium veſtrum pertinet pleno jure) ad munitio-
nem civitatis Pariſienſis* CONSTRUANTUR DE NOVO MURI , *ſicut ex veſtra inſinuatione* C
didicimus; provideri ſuper hoc vobis auctoritate apoſtolica petiiſtis. Ne igitur hujuſmodi OCCA-
SIONE MURORUM, *parochiale jus in monaſterii veſtri diſpendium minuatur, ... concedimus*
&c. Eadem de territorio *de Laas*, etiam ultra novos muros protenſo, propugnacu-
liſque, ſeu nova mœnium ædificatione, jam memoratus Gaufridus Meldenſis Epiſ-
copus, Michaël Decanus S. Marcelli, & frater Guarinus in litteris ſuis confirmant.
Conſtat igitur illos *muros Regis* ſic dictos, quòd recens excitati à Rege fuerant. non
ſecus ac hortum regium, regios vicos, & quædam ædificia parem ob cauſam regia
dicimus ; minimè verò quòd veteris Regum palatii vel horti reſidua pars exſti-
terint. D

Denique pro thermarum palatio regali validius argumentum ex Hugonis mo-
nachi Vizeliacenſis Chronico promitur, ubi hæc lego. *Abeuntibus igitur Vizeliacen-
ſibus monachis* ex palatio Regis (*Ludovici VII*) *& populis proſequentibus; proceſſerunt ob-
viam illis uſque ad vetus Palatium omnes Fratres monaſterii S. Germani à Pratis, & ſuſce-
perunt eos cum fletu & gemitu gravi.* Hæc ſanè verba non abnuo quin pondus afferant
eorum opinioni, qui *in Thermis* vetus Regum palatium conſtituunt: cùm locus ille
Germanenſibus monachis , Vizeliacenſium turmæ obviam procedentibus , prope
adeundus eſſet. Verùm enimverò fortè Ludovicus VII Luparæ regiam , de qua mox
ſum dicturus, jam incœperat, in eaque tum morabatur, quum monachi Vizelia- E
cenſes illum adierunt. Aut certè in Rotberti Regis palatio, prope S. Martini baſi-
licam degebat; ut circa *vetus palatium* media in urbe poſitum Germanenſes Vizeliacen-
ſibus occurrerint, eoſque ſecum duxerint hoſpitio recipiendos. Ut ut ſit; ut palatium
illud Ludovico VII *vetus* dictum, extra priſcum Luteciæ pomœrium in thermis exſti-
terit; ergone in agro Pariſienſi priſcis Regibus tam multæ, tam ſplendidæ erant villæ
regiæ, Bigargium, Bonogilus, Cala, Captonacum, Clippiacum, Exona, Gentiliacum,
Luſarca , Nemptodorum, Novigentum, Palatiolum, Pinciacum, Rotoïalum, Spino-
gilum, Vicenæ &c. nullum verò Childebertus atque Chilpericus ceterive Reges in ſua
metropoli palatium habuiſſent? Locuticium collem prope S. Genovefæ baſilicam, pa- F
latio ornatum volunt aliqui, vocantque *Caroli Magni palatium* ob ſtudia ibi à Carolo
juvene (ut putant) impenſa. Verùm extra urbem poſitus erat hic locus, ubi illi re-
gias ædes levibus ſanè expenſis recèns ædificant.

Intramuranam Regibus noſtris ſedem quærenti, nulla ejus certa mentio occurrit
ante *Hugonis Franciæ Ducis* tempora, quam Hlotharius, cum Hludovico filio poſtre-
mus ſtirpis Carolinæ Rex, ingerit in ſuis apud Brolium litteris, pro conditione mo-
naſterii SS. Bartholomæi atque Maglorii, *quod* (ait Henricus Rex in diplomate iti-
dem ſuo) *juxta aulam noſtri palatii piæ memoriæ Hugo avus noſter fundaverat.* Eumdem

A locum deſignat ipſemet Hugo, atque Robertus filius, regni conſors, in diplomate,
quod regni ipſorum octavo anno conceſſum Beſlius[a] commemorat. Fuit igitur vetus
Regum palatium in ipſo urbis meditullio, forſitan à Chlodoveo Magno, multiſque
poſt illum Regibus cultum habitumque ad Philippum, cognomento Pulcrum, qui fixis
ab ſe & ſtabilitis Luteciæ ſupremis Parlamenti Judicibus regiam domum reliquit.

a Beſly Comit. Pict. pag. 278.

Præter has ædes, alias (ut jam monui) Rotbertus Francorum Rex juxta baſili-
cam S. Martini de Campis habuit, Helgaldo monacho teſtante, nempe *palatium
inſigne, quod in Pariſius ſuo conſtruxerant juſſu Officiales ejus*, cui quoque Rotbertus *ec-
cleſiam in honore S. Nicolai Pontificis in palatio* adjunxit. Quamdiu ſteterit hoc pala-
B tium, haud ſatis liquet. Quidam putant illud ab Henrico vel Philippo Martinianis
datum, cujus Philippi diploma[b] monaſterio Dionyſiano conceſſum eſt *anno* VII
regni ejus in palatio Pariſienſi. Malunt alii ad Philippum Auguſtum duraviſſe. Aliud re-
gale palatium (Luparam vocant) extra muros urbis Philippus Auguſtus anno MCC
XXIV abſolvit, ibique ferream erexit turrim, in qua Ferrandus Flandrenſium Co-
mes, in Bovinarum prœlio captus, eodem anno conjectus eſt. Fatiſcentes has ædes
Carolus V, cognomento Sapiens, reſtituit anno MCCCLXIV: cui ſubinde Franciſ-
cus I, Henrici duo, II atque IV, Ludovicus XIII; maximè verò omnium Ludovi-
cus Magnus egregia decora atque ornamenta addiderunt. Præterea jam laudatus Ca-
C rolus V palatium Turricularum, aliàs Turnellarum, à frequentibus turriculis, pro-
pe S. Pauli baſilicam exſtruxit: cui adjunctum erat nemuſculum, quod etiam Tur-
ricularum ſæptum, *le parc des Tournelles*, vocitabant. Verùm peremto ibi anno MD
LIX ludicra in pugna Henrico II Rege, Catharina Medicea, anni MDLXV menſe
Auguſto, ferales has ædes, hortum ac nemus excidit. quæ omnia poſtmodum ſub
Henrico IV ac Ludovico XIII in aream regalem, vulgo *la place royale*, arcuatis ma-
gnificiſque domibus ornatam converſa ſunt. Latericienſi palatio Catharina quo-
que Medicea anno MDLXIV dedit initium, quod poſtea Henricus Magnus promo-
vit, multis verò decoribus atque hortis amœniſſimis auxit Ludovicus, Henrici nepos
D longè Maximus.

b Doublet pag. 835.

CXI. *Peronenſe* *.

* de Peronne.

HOc priſcis Francorum Regum palatiis convenit, ut quæ ſunt iis in provin-
ciis poſita, quas illi in Gallias effuſi primas inſederunt, antiquiora ferè ſint,
& ipſis regni natalibus prope coætanea. In his Peronenſe ad Suminam palatium,
Chlodoveo Magno ſi non prius, certè compar exſtitit. Nam Chlotharii primi
ætate jam villis regiis accenſebatur, docente in primis Fortunato in vita Radegun-
E dis, quæ *etiam adhuc in palatio laica,... in Perunna villa dum ambularet per hortum, vocife-
rantes de carcere reos* liberavit. Hinc Peronæ celebris Radegundæ cultus, cujus nomi-
ni ſuburbana pridem eccleſia dicata eſt. Eamdem villam à priſcis Regibus habitatam
probare videbatur Guntchramni Regis Conſtitutum, ſive *Præceptio ad Epiſcopos & Judi-
ces de obſervando die dominico & aliis*, PERUNNAS *data ſub die* IV *Idus Novembris, anno* XXIV
regni ſupra ſcripti Regis, qui incarnati verbi anno DLXXXV reſpondet. Verùm hic Pe-
runnæ locus eſt in Matiſconenſi pago ſitus, vulgò *Perrone*, cujus Willelmus Comes
Viennenſis & Matiſconenſis anno MCCXVI meminit in litteris[c] apud Trinorchium
datis; ubi *Hugo de Azié Decanus de Perrona* nominatur.

c Guich. Bibliot. Sebuſ. pag. 151.

F Regnante apud Francos Chlodoveo juniore, Erchinoaldus Major domûs regiæ
Peronam villam fiſcalem uſibus addixit ſuis, quæ poſt ejus mortem *regium in fiſcum*
revocata eſt. Nonnullos moveat hæc Erchinoaldi Peronæ poſſeſſio, ne regiis hanc
villis accenſeant. At cetera ſi deeſſent, illud ipſum haud parum faceret ad vindi-
candam regio fiſco Peronam, quòd illa tunc temporis Majorum domus juri con-
ceſſerat. quandoquidem ipſi maximè regiis ex villis (quas etiam dicebant ſuas) mu-
neri & dignitati ſuæ pares ſumtus atque ſubſidia comparabant. Sic enim idem Er-
chinoaldus apud Latiniacum villam regiam, quæ ipſi competebat, monaſterium ſtru-
xiſſe fertur in antiquiſſima B. Furſei vita: quæ etiam villa *in pago Meldico* poſita,

inquit Theudericus Rex, poſt Erchinoaldi mortem *fuit inluſtribus viris Ebroïno Wa-* A
rattune, Ghiſlemaro, quondam Majoris domos noſtros, & poſt diſceſſum ipſius Warattune in fiſco
noſtro fuerat revocata, nos ipſa villa de fiſco noſtro ad ſugeſtione præcelſæ Reginæ noſtræ Chro-
dochildis, ſeu & inluſtri viro Berchario Majorimdomus noſtro ad Monaſtherio domni Dioni-
ſii conceſſimus. Illam tamen Geſta Dagoberti regio ex fiſco dimanaſſe commemorant.
Sic etiam Childebertus, Theodorici filius, *Napſiniacum pagi Biturici* vicum, *quem apo-*
ſtolicus vir domnus Godinus Lugdunenſis urbis Epiſcopus .... ad parte fiſci in commutationis
titulum viſus fuit dediſſe, & poſtea de fiſco inluſtri viro Pannichio fuerat conceſſum, & poſt
diſceſſum prædicto Pannichio ad parte fiſci noſtri fuerat revocatum, Chainoni Abbati con-
ceſſiſſe in ſubjectis ejus litteris ſcribitur. Et ut in pauca rem contraham, idem ipſe B
Childebertus in Placito, apud Mamacas anno regni XVI habito, Vernum palatium
(quod regium præ ceteris fuiſſe nemo negaverit) *inluſtris viri Grimoaldi Majoriſdo-*
mûs villam dicit, quam etiam *Ebroïnus Majorimdomus ſuo tempore poſſidebat.* Quod igi-
tur Erchinoaldus Patricius *villam ſuam Peronam* memorat apud Bedam, nihil offi-
cit, quo minùs hæc ante poſtque ipſum verè regia fuerit. Suam enim dicit, quòd
ipſi à Chlodoveo Rege tradita relictave fuerat.

Memorata Furſei Abbatis vita, quam Beda in Hiſtoriæ Anglorum libro tertio
laudat, ac nonnunquam de verbo ſequitur, *Palatium Perronenſis vici* memorat: ubi
proprium filium ſacris undis ablui voluit Erchinoaldus in baſilica ſanctorum Apo- C
ſtolorum, recens ab ſe condita, cum cœnobio Scottorum monachorum, quæ de-
functi Furſei corpus excepit. Poſitam ferunt editi libri *in monte Cygnopum*, quidam
longè mendoſiùs *in monte Cygnophii.* quo loco reponendum *in monte Cygnorum, Le*
mont des Cygnes, aliàs deprehendi in vetuſtiſſimo codice litteris Saxonicis exarato,
quale procul dubio ſcripturæ genus jam multis à ſæculis librarios plures fefellit Sa-
xonicorum characterum ignaros, qui *Cygnopum* pro Cygnorum intrusêre, quòd Sa-
xonicum *r* ad *p* Latini ſeu communis formam propiùs accedere neſcirent. Id obi-
ter notare viſum eſt.

Mortuo Erchinoaldo, poſt Rodobertum ſucceſſit Ebroïnus Majordomus, quo impel- D
lente *juſſu Theodorici ad Perronam, quæ eſt urbs regia in pago Viromanduorum, uſque perductus*
Amatus Senonum Antiſtes, ut vitæ ejus ſcriptor retulit, *ibidem ſub honorifico Abbate Ul-*
tano cuſtodiæ fuit mancipatus, ... qui curâ paternitatis de Perronenſi monaſterio implicatus erat.
quo in loco *ſacer Præſul non parvo temporis ſpatio exſulavit* Ducendo Perronam, ac deinde
Brolium Amato delectus eſt Mauruntus, vir optimus, ex Rictrudis Abbatiſſæ vita,
& Cheſniano Amati vitæ fragmento. Non multo poſt Theoderici Regis milites *ex*
Textriciaco prœlio fugâ lapſi, eccleſiis & monaſteriis ſeſe defendendos crediderunt. quorum ma-
xima turba ad beati Quintini Martyris limina, nonnulli ad Perronam Scottorum monaſte-
rium, in quo B. Furſeus corpore requieſcit, confugium fecerunt, pro quibus interventu Abba- E
tum locorum illorum Pippinus *vitam & integritatem donavit*, inquiunt Annales Metten-
ſes. Fontanellenſis Chronici fragmentum eximium apud Cheſnium, quod res à
Francis Regibus geſtas ab anno DCCC XLI ad DCCC LVI perſtringit, ſic habet ad an-
num DCCC XLIX. *Eodem anno menſe Januario Clotharius & dominus Carolus Rex ad Per-*
ronam palatium accedunt, ibique jure amicitiæ ſe ſe conſtringentes, datis invicem muneribus,
unuſquiſque in proprium ſibi regnum ingreſſus eſt. Sic in Carolini regni partem venit Pe-
rona, paguſque *Vermandiſus*: ſed tandem anno DCCCC XXV, referente Frodoardo,
à Rodulfo Rege tradita eſt Heriberto Veromanduorum Comiti, qui Carolum III,
Calvi nepotem plane deteſtando facinore ibi incluſum ad mortem uſque detinuit. F
Hinc vulgo nefarius ille Heribertus *Peronæ Comes* dicitur. quo etiam titulo multi
Viromandui Comites donati ſunt ad Radulfum, ſub Ludovico VII Dapiferum,
quem Hugo de Cleëriis *Peronæ Comitem* nominat: alios Peronæ Principes vocant
chartæ veteres inferiùs memorandæ.

Poſt Ludovici Balbi præceps funus, anno DCCC LXXXI Peronenſe palatium de-
formarunt pagani, qui, ut in veteri ſermone de Quintini Martyris tumulatione ſcri-
bit anonymus, *Curtraium invadentes, & Franciam ſine Rege & Principibus reperientes,*
uſque Peronam Scottorum venerunt, eamque igni ſuccenderunt. Hic monachorum exitus
Peronæ

A Peronæ fuit, quorum deſertas violataſque ſedes Clerici mox occuparunt, non qui-
dem ibi ſub Erchinoaldo Principe conſtituti ab initio, quod fruſtra contendit Deſ-
maïus, S. Furſei Canonicus, quem hoc in negotio duci partium ſtudiis, & indubi-
tatis veterum teſtimoniis adverſari conſtat.

Relicta Viromandenſibus Comitibus Perona, lætos proſperoſque ſucceſſus ha-
buit, in quibus anno M XCI *Odonem Rotberti filium, virum chriſtianiſſimum, & Peronenſi
principatu magnificè ſublimatum*, recenſet Compendienſis charta authentica inferiùs
edita, cui ipſe *Odo Peronenſis dominus, & Lucia uxor ejus* ſubſcribunt. Odonis pater Ro-
bertus, is ipſe eſt Robertus de Perona, dominus Capiaci, ſapientiæ laude in vita
B Ludovici Groſſi commendatus. Anonymus S. Remigii Monachus, qui S. Marculfi mi-
racula Peronæ anno M C I patrata deſcripſit [a] *nobiliſſimam matronam, uxorem ſcilicet* [a] Sæc. 4 Bened.
Principis ipſius caſtri, nomine ADELIDEM, laudat egregiè: qui ſanè Princeps inferiùs Part. 2 pag. 522 &
Princeps opidi dictus, non alius videtur ab Hugone Viromandenſi Comite, quem ſeq.
Jeroſolyma profectum narrat Sigebertus. Audiendus in Peronæ deſcriptione mox
laudatus ſæculi XII ineuntis ſcriptor. *Opidum ſitu quidem loci munitiſſimum, incolarum
numeroſitate populoſum, præeminenti ædificiorum magnitudine celeberrimum, opulentæ variæ
ſupellectilis & antiquæ dignitatis gloria ceteris Viromandenſis provinciæ caſtris præcellens, ha-
bens in ſe non modicæ quantitatis & operoſæ compoſitionis templum, meritis & corpore beati
C Furſei amplitudine decoratum, & ad ſuæ magnificentiæ cumulum, honeſtiſſimi Cleri ibi ſer-
vientis, quaſi cujuſdam egregii Senatûs nobilitate venuſtum &c.* Ita ille.

Dum Radulfus Viromanduorum & *Peronæ Comes* jam laudatus, regnique Dapifer, pa-
latinis officiis intenderet, aliique poſt ipſum; caſtri Peronenſis curam Caſtellanis per-
misêre, qui ejuſdem ſe loci dominos (uti & alibi paſſim) aſſumto etiam *Peronæ* no-
mine ferebant. Hinc illuſtris Caſtellanorum Peronenſium familia, unde nobiliſſi-
mus juvenis *Gaufridus de Perona*, ad quem S. Bernardus litteras dedit, traxit origi-
nem. Ejuſdem generis fuit Hugo *de Perona* ſeu *de Malovicino*, Corbeienſis primùm
monachus, tum Abbas S. Quintini de Monte, ac demum anno M C LXXII ad Cor-
D beienſis cœnobii regimen evocatus. Anno M C LXXXIV Comes Flandrenſium atque
Viromanduorum, cùm Philippi Regis viribus imparem ſe videret, Viroman-
dico ceſſit Comitatu, Regem obſteſtatus, ut *caſtrum S. Quintini* [b], *& caſtrum quod* [b] Rigordus pag. 13.
Perona vocatur, dono regio quamdiu viveret ſibi dimitteretur. His fermè temporibus erecta
eſt communia *in villa* ſeu *caſtro Peronæ*, cujus leges, nondum (quod ſciam) editas, in
autographo legere memini. Anno M CC XV Philippus [c] *movit in craſtino feſti B. Ma-* [c] pag. 58.
riæ Magdalenæ de caſtro quod Perona vocatur, & intravit in manu forti terram Ferrandi
Flandrenſium Comitis. Alter Philippus, cognomento Pulcher, *apud Peronam opidum
Veromandenſe, & in ejus confinio, expeditionem ac multos valde exercitus congregavit*, ſed
E infauſto prorſus exitu, inquit Guillelmi Nangiacenſis continuator. Poſtea Burgun-
dicis Ducibus oppigneratâ cum reliquis ad Suminam urbibus Peronâ, tantum non
abfuit, ut anno M CCCC LXVIII Ludovicus XI hanc urbem cum Carolo Duce for-
tuitò ingreſſus, ſimilem Carolo Simplici fortunam expertus ſit. Vigebit diu Pero-
neæ obſidionis felix celebriſque memoria, quam Carolus V Imperator, multis ſuo-
rum amiſſis, anno MD XXXVI ſolvere coactus eſt. Unde præclarum urbi, PUELLæ, id
eſt intactæ & inviolatæ nomen, *Peronne la Pucelle*, multa decora, Regumque privile-
gia acceſſerunt. Eſt & Perona vicus in Epiſcopatu Cameracenſi, non longè à Bin-
chio, cui proximum eſt S. Andreæ cœnobium, ut Baldricus in Chronico, Miræus,
F aliique ſcriptores obſervant.

CXII. *Petraficta.*

DUo ſunt quæ Petræfictæ palatium nobis commendant, unum Pippini junioris,
Aquitanorum Regis diploma, Hilbodo Abbati S. Filiberti conceſſum [d], quod [d] Tournu pag. 192.
Saxobodus Diaconus recognovit & ſubſcripſit. Data XV *Kal. Junii anno* XIII *Imperii domni
Hludovici sereniſſimi Auguſti, &* XII *regni noſtri. Actum in Petræfictæ Palatio* &c. Aliud eſt
Carolomanni Regis, Ludovici Balbi Filii, pro ſanctæ Crucis Aurelianenſi eccleſia da-
tum Gualtero Pontifici *apud villam Petramfictam, anno* III *regni Karlomanni glorioſiſſi-*

mi Regis, *in menſe Maio*, *Indictione* XIV, &c. ut habet appendix Capitularium Baluziana. Quàm verò certum inde ſit, Reges noſtros apud Peramfictam habuiſſe palatium; tam obſcura relinquitur ejus loci poſitio, quem hoc nomine multiplicem lego in tabulis geographicis. Notiſſima eſt Petraficta, Pariſienſis agri villa, quæ in veteri polyptycho in Goneſſæ decanatu, nunc in Montiſmaurentiaci collocatur, pertinetque ad Dionyſianum aſceterium jam inde ab annis ampliùs octingentis; cujus loci villis acta Synodi Sueſſionicæ anni DCCC LXII Petramfictam accenſent. Hanc verò regium ad fiſcum pertinuiſſe Ludovici Auguſti principatu, vetat ut credam Pippini Aquitanorum Regis diploma; quod locum hunc in Aquitania collocandum inſinuat. at quo pago, reſcire nec dum potui. Quamquam non ſemper in Aquitania verſabatur Pippinus, quem in Ludovici parentis comitiva ſæpius fuiſſe tradunt hiſtorici: quo tempore regias litteras Herienſi Abbati extra patriam dare potuit. Palatii iſtius ſedem ut in Epiſcopatu Lingonenſi pagoque Baſiniaco ſtatuam, inclinat animus. Nam ibi Petraficta vicus eſt, decanatu caſtroque antiquo nobilis, haud procul ab Amancia & Airone fluminibus. Proximam habet ſilvam, quæ regiæ venationi ſatis comparata videtur. Huic loco vicina eſt Bellilocenſis Ciſtertienſium Abbatia, Cavalerium duplex, urbs & Caſtrum, Preſſigniacum ac Firmitas ſuper Amanciam, monaſterio quoque inſignis.

* *Pierreſons.*

CXIII. *Petræfons**.

PEtræfons, ſilvas inter Reſticenſem & Cotiam, ab ipſo loci ſitu petroſo, aquiſque irriguo nomen invenit. Ampliſſimo quondam pomœrio cingebatur, nunc longè anguſtiori. nam Caſnum villula, ſeu domus fiſcalis, ubi regni Optimates anno DCCC LXXVII conſederunt, nunc ab ipſo diſcreta, ipſi olim proximè conjungebatur: unde regii quoque fiſci pars erat Petræfons, ab eo ſaltem medio ſæculo XI divulſus. Quippe ante annum M LX proprios habuit dominos, quorum varia paſſim exſtant diplomata, circumpoſitis eccleſiis conceſſa. Ab ipſis erectum ferunt Petræfontis caſtrum munitiſſimum, quod dubito an illud ipſum ſit, quod Philippus Auguſtus in litteris anno M C LXXXIII datis in gratiam ſanctimonialium S. Johannis in ſilva Cotia, *domum ſuam* vocat his verbis. *Sanctimonialibus de Cuiſia concedimus decimam panis & vini, quod expendemus apud Petramfontem in domo noſtra, quando ibi erimus.* Ludovicus quoque Hutinus Petramfontem regiis aliis villis jungit in hunc modum. *Quotiens, inquit, ſumus Compendii, Verberiæ, Beſtiſiaci, Cauſiaci, apud Petræfontem* &c. *Actum apud Villam-Colli Reſti anno Domini* M CCC XV *menſe Novembri.* Ibi S. Sulpicii Prioratus, quem vetus polyptychon inter alia diœceſis Sueſſionicæ ſacerdotia connumerat.

CXIV. *Pictavenſe.*

AUguſtoritum Pictonum, caput gentis ampliſſimæ, priſci memorant auctores & veteres tabulæ, quas hîc exſcribere non fert animus. Francicos Reges atque Duces Aquitanorum ibi palatium habuiſſe, probat in primis Ludovici Pii diploma relatum à Perardo in monumentis Burgundicis, quo jam dictus Imperator Heccardo Comiti Patriciacum villam aliaque prædia largitur IV *Kal. Januarii anno Chriſto propitio* XXVII *Imperii domni Hludovici ſereniſſimi Imperatoris*, *Indict.* III. *Actum Pictavis civitate palatio regio* &c. Plura de Pictavorum civitate, Comitibus atque Epiſcopis legeſis apud Beſlium in Hiſtoriis.

* *Poiſſy.*

CXV. *Pinciacum **.

PInciacum ad Sequanam, in extremis Carnotenæ diœceſis finibus, prope Lediam ſilvam, nunc S. Germanum in Laïa, cum Piſtis confundunt Georgius Colvenerius, Dubletus, aliique recentiores. quæ tamen loca non parum diſſidere perſpi-

A cuum eſt. Nam in Capitulis Caroli Magni *Pinciacenſe* Carnotenſi pago adnectitur, & in Caroli Calvi capitulis *Caſtriſo Madreſiſo*que medius interponitur *Pinceſiſus*: Piſtas verò in pago Rotomagenſi conſtitutas eſſe mox videbimus. Piſſiacum perperam ſcribunt plerique, quibus neſcio an prævivit Carolus Rex, Calvus an Simplex, quùm monaſterio Floriacenſi eccleſiam beatæ Mariæ aliaque prædia in vico *Piſcis* anno regni XX conceſſiſſe legitur. *Sedes regalis*, inquit Helgaldus in Rotberti vita, *Piſciacus dicta, ſuper Sequanam poſita, Francorum Regibus ſatis eſt opportuna. In ea monaſteria tria ab antiquis viris didicimus facta; unum in honorem ſanctæ Mariæ, aliud ſancti Johannis, tertium S. Martini Confeſſoris.* Qui fuerint illi Reges, quibus op-
B portuna Pinciacenſis viſa eſt ſedes, reticet Helgaldus, aliique ante ipſum Hiſtorici. Commoratum hoc loco Rotbertum anno M XXX probat ejus diploma Adraldo Germanenſi abbati conceſſum, quo Drogonis Comitis illicitas exactiones apud Domnum-Martinum aliaſque monaſterii noſtri villas reprimit. *Actum publicè Piſciacenſi palatio, anno incarnati Verbi milleſimo* XXX°, *regnante verò Rege Rotberto* XXX° VIIII°. *Balduinus Cancellarius ſcripſit & ſubſcripſit.* Porro diplomatis iſtius ectypon æri inciſum, hîc primùm ex autographo publicamus.

Piſciacum inter illa Rotberti palatia numeratur, quæ *poſt funus mariti* Conſtantia *Regina in ſuam detorſerat dominationem*, ut habet Henrici vitæ fragmentum à Cheſnio
C relatum. Aliud hîc cudimus Philippi Regis præceptum Iſembardo Abbati noſtro datum adverſus Hugonem, cognomine Stavellum, monaſterii prædiorum invaſorem: quo in præcepto poſt decem & octo tam Epiſcoporum quàm procerum ſubſcriptiones, hæc leguntur. *Actum Piſſiaco caſtro, anno Verbi incarnati milleſimo* LXXXII^{mo}, *regnante Philippo Rege anno* XXIII. *Giſlebertus Clericus nutu Gausfredi Pariſiorum Epiſcopi, necnon etiam Cancellarii ſubſcripſit. Data menſe Januario die ſexto, Indictione quinta.* Ejuſdem Philippi Regis chartæ pro Martinianæ baſilicæ dedicatione ſubſcribunt *Stephanus Præpoſitus Pariſienſis, Walbertus Præpoſitus Aurelianenſis, Walterus Præpoſitus Piſciacenſis.* ex quo loci ejus dignitas & prærogativa non parum elucet. Denique in Biblio-
D thecâ Labbeanâ [a] Philippi quoque litteræ habentur datæ *Piſſiaco, anno ab Incarnatione Domini* M CVI, *anno verò regni noſtri* XLVII.

a Labbe Bibl. to. 2 pag. 585.

His ferme temporibus, Ivo Carnotenſis Epiſcopus, Pinciacum corrupto nomine *Pixiacum* appellat; melius Pinciacum Sugerius in Ludovici Groſſi vitæ capite ſecundo, occaſione Burchardi Montemauriacenſis. Pinciaci degebat Philippus Auguſtus anno M C LXXXVI, quo nundinas in Calvimontenſi ſancti Petri Cella Dionyſiana ter in hebdomada fieri indulſit, datis litteris *Piſciaci, anno ab Incarnatione Domini* M C LXXXVI, *regni octavo.* Sed nihil eſt, quod Pinciacenſis regiæ decus extollat magis, quàm Ludovici IX piiſſimi Regis natales, ſacrique fontis ablutio, quibus
E ille, teſtante Guillelmo Nangiacenſi; præ regii generis dignitate ac pompâ religioſiùs gloriari ſolebat. Eo verò loco ubi editus eſt in lucem Ludovicus, inſignem baſilicam erexit, cum nobili Virginum parthenone, quæ hactenus ſancti Dominici normam inſtitutaque ſectantur.

C X V I. *Piſtæ* *.

* Piſtes, al. Piſtres.

PIſtas ad Sequanam, olim Patremamulum, melius Petromantalum, (de quo Æthicus in itinerario) vocatas fuiſſe tradit Fontanellenſis Chronici fragmen-
F tum Cheſnianum. Sed hoc loco decipi Chronographum ex ipſomet conſtat Æthico, cui Petromantalum ſedecim à Rotomago milibus, viginti novem à Lutecia, à Bellovaco ſeptem & decem, & à Briva-Iſaræ quatuordecim eſt diſparatum. quæ ſanè omnia, non Piſtis, ſed Meduntis optimè conveniunt. Melius Piſtarum nomen ſitumque deſignat ſcriptor antiquus, qui vitam Condedi anachoritæ ſcripſit, in qua docet, *undam marinam tempore Malinæ & Lidonis tanto vigoris impetu agitari, ut ultra (Belcinnacam) inſulam ad orientalem plagam* LX *milibus & amplius* per *lympham Sequanæ retrorſum incedens, uſque ad locum qui dicitur Piſtas accedat, cùm à mari uſque ad hanc inſulam lymphaticam iter* XXX *fere milibus æſtimetur.* Loci ipſius ſitum fixerunt Anna-

les Bertiniani ad annum DCCC LXII, nempe *ubi ex una parte Andella, & ex altera Audura Sequanam influunt.* Sunt igitur Piſtæ, vulgo *Piſtres*, ad Indellæ ſeu Andellæ atque Auduræ confluentes poſitæ, juxta Pontem-Arcus (quem locum aliquando pro Piſtis uſurpavit Cheſnius) non in Oſcello Sequanæ fluminis inſula, Rotomago inferius poſita; quemadmodum ex Nortmannorum ibidem conſeſſu, Caroli proclamatione adverſus Wenilonem, & Frodoardi libello de Noviliaco villa Sirmundus conjectabat. *Anno DCCC LXV maxima claſſis Danorum*, inquit Fontanallenſe Chronicon, *fluvium Sequanæ occupat duce Sidroc, & uſque Piſtis caſtrum venire contendunt.* Pulſis inde Nortmannis Carolus *pontem miræ firmitatis adverſum impetum eorum ſuper fluvium Sequanam fieri conſtituit, poſitis in utriuſque capitibus caſtellis artificioſiſſimè fundatis.* B qua de re Hincmarus Remenſis Epiſcopus, referente Frodoardo [a], litteras ad Regem miſit *de opera pontis, quem Rex cum ipſo ac cæteris nonnullis fidelibus ſuis faciebat ad Piſtas in Sequana.* Interea Carolus (ut tradunt Annales Bertiniani) *primores regni ad locum, qui Piſtis dicitur, circa Junii Kalendas cum multis operariis & carris convenire facit,* dum ipſe Maidunum cum Carolo filio congreſſurus proficiſcitur. Abſente Rege operi præfectus eſt Wenilo Rotomagenſis Pontifex, [b] *quem de operariis & opera quam faciebat ad Piſtas in Sequana*, Hincmarus Remenſis interpellat. Aquitaniâ reverſus Carolus, *per Cenomannos & Ebroicenſe opidum ſecus caſtellum novum apud Piſtas Ambianos pervenit*: moxque Piſtas denuo contendens, *quo placitum ſimul & ſynodum ante condixerat, inter operandum de ſancta eccleſiæ ac regni negotiis cum fidelibus ſuis tractat.* C Hæc quiſquis animo ſtudioſè reputat, facilè videt Carolum Regem atque Epiſcopos diutius ibi commoratos fuiſſe. Hunc verò regni conventum, non anno DCCC LXII (ut hactenus creditum eſt) ſed præcedenti incœpiſſe, planè demonſtrant authenticæ litteræ Synodi Piſtenſis, quas quidem Dubletus [c] jam edidit; hîc verò collatæ ad autographum meliores prodeunt, & ob Epiſcoporum, ſuo quiſque modo ſubſcribentium, dignitatem æri inciduntur. Sic autem deſinunt. *Datum VII Kal. Julii anno ab Incarnatione Domini DCCC LXI, Indictione IX, regni verò glorioſiſſimi Regis Caroli XXII, in ſupradicto loco Piſtis.* Patres ibidem congregatos perſeveraſſe ad annum ſequentem, D immo tunc longè plures conveniſſe, multa probant authentica documenta, ex quibus unum eſt *de villa Lirado*, Turonenſi ſancti Martini cœnobio *datum anno DCCC LXII, menſe Auguſto die XX ipſius menſis*, cui plurimi ſubſcribunt Epiſcopi. Aliud videſis in Spicilegii tomo VI. Eximium ſane profert iterum Dubletus [d], cujus hoc initium. *Anno ab Incarnatione Domini octingenteſimo ſexageſimo ſecundo, Indictione decima, regni verò glorioſiſſimi domni noſtri Regis Karoli vigeſimo tertio, evocatis nobis Epiſcopis.... ET JAMDIU in tractatu rerum eccleſiaſticarum occupatis in loco qui dicitur Piſtis, rurſuſque à regia poteſtate Sueſſionica urbe delatis &c.* Jam diu ergo Piſtis in ſua regali Synodo conſederant Epiſcopi, ut eccleſiæ regnique vulneribus mederentur: E at paganorum incurſionibus fatigati, Sueſſionas recipere ſe coacti ſunt. Multa tamen Piſtis anno DCCC LXII ſancita fuerant, quæ in Conciliis & Capitularibus non ſemel edita ſunt.

Rurſus tamen anno DCCC LXIV Epiſcopos cum Carolo Piſtas coiviſſe docet, non ſolùm ejuſdem *Caroli adnunciatio anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCC LXIV, anno videlicet regni noſtri ipſo propitio XXV, Indictione XII, VII Kalend. Julias, in hoc loco qui dicitur Piſtis*; ſed etiam Annales Bertiniani, quibus *Carolus Kal. Junii in loco qui Piſtis dicitur generale placitum habuiſſe, in quo annua dona, ſed & cenſum de Britannia .... L libras argenti recepiſſe* traditur. F Ibi privilegium Autiſſiodorenſi S. Germani cœnobio conceſſerunt Epiſcopi, quale noſter Acherius edidit [e], & hîc partim in æs inciſum futuris ſæculis perennamus. Cauſam autem iterati apud Piſtas conventus Patres ediſſerunt: quo nempe eos *generalis neceſſitas traxerat inſtituendi munitiones contra Nortmannos, & pro confirmando regni ſtatu regia præceptio evocavit.* Quinquennio poſt aliud habitum eſt Piſtis concilium, in quo capitula XIII, & *adnunciatio Karoli Regis* quadruplex conſtituta ſunt: ubi etiam Eigil Senonum Antiſtes Alſonis villam ab ſe ſancti Petri vivi cœnobio legatam firmari curavit ab Epiſcopis Synodum agentibus, ut eorum litteræ ſynodales apud memoratum Acherium [f] edocent. Eo-

[a] Frod. Hiſt. Rem. lib. 8 cap. 18.

[b] Id. cap. 21.

[c] Dubletpag. 457.

[d] Id. pag. 772.

[e] Spicil. to. 2 pag. 588.

[f] Id. to. 2 pag. 712.

A dem in cœtu Carolus Rex Benignianis monachis prædia contulit [a] XII *Kal. Aug. Indict.* II, *anno* XXX regni .... *Actum apud Piſtas &c.*

a Labbe Miſcell. pag. 741.

Ex his omnibus perſpicuum fit, Caroli Calvi principatu Piſtas rebus publicè geſtis inclaruiſſe, quas tamen ante ipſum regiæ ditionis ſeu fiſci exſtitiſſe non puto. ut locus ille à Carolo publicæ rei ergô comparatus, ponte, caſtroque ſeu domibus regiis munitus atque ornatus, caſu regiam ſeu *fiſcalem* in villam evaſerit; quo nomine à Carolo Simplice cenſetur in ipſius litteris hîc primum editis, quæ ſic habent. *Igitur .... Rodulfus venerabilis Epiſcopus, atque Comes Odilardus accedentes ad noſtræ altitudinis præſentiam, deprecati ſunt, ut cuidam Diacono noſtroque Ernuſto Cancellario quædam mancipia .... concederemus .... & illi ex fiſco Piſtis ſuper fluvium Sequanam in pago Rotomagenſi hæc mancipia proprietatis jure donamus .... Ernuſtus Diaconus ad vicem Aſkerici Epiſcopi ſubnotavit & ſubſcripſit &c. actum Lauduni &c.* Poſtea Nortmannis ceſſit Piſtenſe caſtrum, quod ſæpe dirutum inſtauratumque, tandem evaſit in exigui nominis vicum, ſecus dextram Sequanæ ripam, Poſiſque, vulgo *Poſes*, lævam tenentibus contra poſitum. Sunt & Piſtæ in pago Tellao Dionyſiani olim juris, quas Pippinus Rex in diplomate apud Dubletum [b] edito commemorat: ubi tamen *Piſtus* pro Piſtis errore librario, uti ſæpe aliàs, intruſum eſt.

b Doublet pag. 693.

C CXVII. *Poncianum.*

NArbo provinciæ nobiliſſimæ caput, præter cetera, vicinum habuit Poncianum palatium, in quo Bernardus Comes & Marchio Gothiæ anno Caroli Calvi XX litem occaſione quorumdam prædiorum monaſterii ſancti Tiberii ſeu Cæſarionis enatam compeſcuit, ut legitur in ipſius judicato, quod inferiùs attexere viſum eſt. Pontiani palatii ſitus & origo, fateor, me latent.

CXVIII. *Pontico, ſeu Pontigo* *.

* Pontion.

D VAriè à multis peccatum eſt in deſignando Ponticonis villæ regiæ ſitu. Fallitur imprimis Maſſonus, dum Ponticonem vel Pontigonem pro ponte Icaunæ aut Iguonæ *Pont-ſur-Yonne* dici exiſtimat. Nam pontes Icaunæ tribus vel circiter milibus diſtant ab urbe Senonum metropoli: quo loco Pontigonenſe palatium ſtatuet nemo, qui veterum ſcripta ſtudioſè perlegerit. Non minus eſt Severini Binii mendum in notis ad Concilium Pontigonenſe anni DCCCLXXVI, ubi ſic loquitur. *Concilium Pontigonenſe ſic dictum à Pontigono. Eſt autem Pontigonum vel Pontigedunum (ut habet Kalendarium ſancti Johannis Vallenſis ad Carnutum urbem) pagus Galliæ Celticæ, in diœceſi Carnotenſi, vulgo dictus* PONT-JOYE. Leviùs circa Pontigonem delinquit Blondellus, quem ad Ornam flumen in pago Pertenſi reponit. Nam re vera E ſitus eſt hic locus in pago Pertenſi, non procul à Victoriaco-Incenſo, duabus leucis ſupra Victoriacum-Franciſci, ad quod Saltus in Matronam devolvitur. Situs eſt, inquam, Pontigo, ſi loci ipſius ſolum, quale nunc exſtat, attenditur, ſuper Saltum flumen: at ſi veterum palatii ſæptorum habeatur ratio, *ſuper fluvios Saltum & Bruſtionem*, uti docet Caroli Simplicis diploma, non ſemel vulgatum, quod ipſe in archivis Compendienſibus ex autographo emendavi. Certè vicus Bruſtio, *Bruſſon*, ſic dictus ab amne cognomine præterfluente, hactenus eſt paræciæ Pontigonenſis. Orna verò fluvius, Salto vel Saltui *la Sault* miſcetur ad vicum *Pargny ſur Sault* nuncupatum, F leucis minimùm duabus ſupra Pontigonem, ut tabulæ geographicæ palam demonſtrant.

Antiquiſſima eſt Pontigonenſis villa, ubi teſte Gregorio Sigebertus Auſtraſiorum Rex Theodebertum Chilperici fratris filium *cuſtodiri juſſit per annum integrum*, & Lupentius Abbas baſilicæ S. Privati à Brunichilde Regina arceſſitus, & ab Innocentio Comite ad *Ponticonem villam* deductus, multis ſuppliciis eſt affectus. Theoderici Regis præceptum Dubletus edidit, cujus poſtrema verba, ſic ex autographo debent emendari. *Datum quod ficit minſis marcius dies* III, *annum* VI, *regni noſtri, Pontegune palatio noſtro &c.* Ibidem, referente præ ceteris Anaſtaſio, Pippinus

Francorum Rex Stephanum III excepit Pontificem, cui Carolus Princeps obviam proceſſerat. Hac occaſione Fredegarii Continuator locum hunc Pontem Hugonis, uti & annales Mettenſes ad annum DCC LIII cognominant. Rectiùs Pontionem Caroli Calvi diploma pro monaſterio SS. Emeterii & Geneſii in diœceſi Gerundenſi, itemque aliud pro Urgelitana eccleſia *datum* XIII *Kal. Decemb. Indict.* VIIII, *anno* XXI *regnante Karolo glorioſiſſimo Rege. Actum in Pontione palatio regio* apud Clariſſimum Baluzium in Capitularibus. Tertium pari modo Martinianæ eccleſiæ conceſſum Sirmundus in notis ad Capitularium libros perſtrinxit. Anno DCCCLVIII, menſe Julio, ſi annales Bertinianos & maxime Fuldenſes audimus, Carolus Rex Ludovico fratri *ad villam regiam quæ vocatur Ponticona* ſeu *Pontione* occurrit, idemque poſt acceptas Romæ Imperii infulas anno DCCC LXXVI reverſus ex Italia, Ticinenſis Synodi conſtituta patribus Pontigone coactis approbavit. Edita ſunt iſtius geſta Concilii, quæ pluribus memorant Odorannus monachus, Ordericus, & Aimoïni ſupplementum. Ex eo tempore *Pontigonum Curia Karoli Imperatoris* dici cœpta: quo nomine Philippus Rex Auguſtus locum illum donat in litteris[a] anno M C LXXX exaratis. Id confirmant privilegia non pauca, quæ variis eccleſiis Carolus Imperator ibidem conceſſit: unum Bellilocenſi Lemovicum monaſterio, relatum à Juſtello in hiſtoriæ Torinenſis probationibus; duo profert Labbeus[b] in Miſcellaneis, ac tertium Baluziana Capitularium appendix, in quibus omnibus par ubique forma, *palatiique imperialis* nomen conſentit. Dum Pontigone degeret Carolus Imperator, morbo conflictatus eſt: unde V *Kal. Auguſti movit à Pontigone & III Kal. venit ad Catalaunis* inquiunt annales Bertiniani, & ex illis Aimoïnus. cum ſupremo vitæ anno, *de Cariſiaco Compendium, inde per Sueſſionem ad Remum civitatem; & ſic iter ſuum per Catalaunos & Pontigonem atque Lingones peragens* Italiam petiit. aliquam tamen Pontigone traxit moram, ut Nivellenſi atque Marchianenſi Virginum parthenonibus prædia confirmaret VII & V *Idus Julii Indict.* X, *an.* XXXVIII *reg.... in Francia, & Imperii* II, *& in ſucceſſione Lotharii Regis anno* VII. *Actum Pontigone palatio regali.* Et hic quidem Caroli Calvi donationum finis.

A

B

C

D

a *Bibliot. Sebuſ. pag.* 223.

b *Labbe Miſcell. pag.* 108, *&* 479.

Poſt Carolomanni fatum, *Carolus Imperator*, cognomento Craſſus, referente Chronico de Nortmannorum geſtis, *venit uſque Pontionem; ibique Franci ad eum venientes, ejus ſe ſubdiderunt imperio.* Denique Carolus Simplex, in jam memoratis ejus litteris præter Corbiniacum aliaque, Frederunæ uxori dotalitio jure tradit *Pontigonem in pago Pertenſi, ſuper fluvios Saltum & Bruſtionem, anno regni* XV, *redintegrante* X: quam illa dotem, annuente Carolo, in Compendienſem ſancti Cornelii baſilicam tranſtulit VII *Kal. Auguſti, Indict.* V, *anno* XXV *regnante Karolo Rege glorioſiſſimo, redintegrante* XX, *largiori verò hereditate indepta* VI: hac tamen lege, *ut dum adviveret frater ejus Bovo Catalaunenſis antiſtes, jure beneficiario ſupradictam villam retineret, ad exſolvendum uno quoque anno argenti libram unam in die anniverſarii noſtræ conjugis præfatis fratribus, quæ eſt* IV *Idus Februarii &c.* Hac villâ quominus quietè potirentur Compendienſes, prohibuit Heribertus Comes Viromandenſis, qui, ut Frodoardus ſcribit ad annum DCCCC LII, *Pontigonem fiſcum invaſerat*, à quo tunc pulſus eſt ab Ludovico Rege, Caroli filio, qui hanc, aliamque *munitionem contra Victuriacum inſtruxit*, eaſque fidis ſibi militibus commiſit.

E

CXIX. *Pontiliacum.*

F

Pontiliacæ regiæ meminit unicum Caroli Calvi diploma in monumentis Burgundicis relatum à Perardo[c], quo Iſaac Lingonenſis Epiſcopus eccleſiis ſancti Michaëlis & ſancti Stephani apud Divionem monetæ jus *quam antea habere non conſueverant*, obtinuit. Chartam *Audacer Notarius ad vicem Gauſleni recognovit & ſubſcripſit. Data* XII *Kal. Sept. Indict.* II, *anno* XXXIV *regnante Karolo glorioſiſſimo Rege. Actum Pontiliaco palatio regio &c.* Pontiliaci ſitum certò definire non auſim: nihilque de eo melius accepi, quam quod à nobiliſſimo de Marra Senatore Divionenſi mihi ſuggeſtum eſt, nempe Pontiliacum ipſum videri locum gallicè *Pontaillé* nuncupatum,

c *Perard pag.* 48.

A ad Ararim; qui tamen locus, in quibuſdam chartis *Ponſſciſſus*, nuſquam Pontiliacum dicitur. Ego verò *Pontiſſciſſi* nomen à Gallico *Pontaillé* recens derivatum exiſtimo.

CXX. *Regalis locus * prope Compendium.*

* Royaulieu.

REgalis locus miliari diſparatus à Compendio, prope Cotiæ ſilvæ oram, ad annum M CCC VIII *Nova villa in Boſco juxta Compendium* vocabatur. Palatii iſtius originem hactenus retexit nemo, quam fortè non malè fuerit auguratus, qui
B Novam hancce villam ex Cotiæ regiæ meliori fato ſurrexiſſe conjectabit. Philippus cognomento Pulcher, *ſpeciali devotione, quam ſemper ad ſanctum Ordinem Vallis-Scholarium*, inquit in diplomate ſuo, *habuimus & habemus inducti, conventum viginti Fratrum ipſius Ordinis ſub regimine Prioris, ut fieri ſolet in ordine, gubernandum, in Capella noſtra domus noſtræ de Nova villa in boſco juxta Compendium... ſtatuimus & fundamus...* ita ut *Fratres prædicti tamquam noſtri proprii Capellani ſuam habitationem habeant infra clauſuram domus prædictæ ... Actum Pariſiis anno Domini* M CCC III *menſe Junii.* Idem Philippus in litteris anno M CCC VIII exaratis Prioratum illum REGALIS LOCI nomine deſignat: qua de re decretum ab ipſo emanaſſe docet Philippus Longus, ejus
C filius, in præcepto anni M CCC XVII, in quo ſic lego. *Cariſſimus dominus & genitor noſter domum ſeu Prioratum Ordinis Vallis-Scholarium, quam ſeu quem Regalem locum nominari decrevit, in villa quæ dicitur Nova-villa in boſco prope Compendium ... fundavit.* Hinc etiam Novæ-villæ palatium nonniſi *Regalis locus* audiit, ut pleraque Regum diplomata conteſtantur; in primis Philippi Pulcri anno M CCC XI, Ludovici Hutini M CCC XV, Philippi Longi M CCC XIX & ſequenti, quæ omnia hunc in modum deſinunt. *Actum apud Regalem locum* &c. Poſt inſtauratum à Carolo V palatium Compendienſe, Regalis locus Vallis-Scholarenſibus Canonicis relictus eſt totus, quem illi poſtmodum cum Virginibus Benedictinis monaſterii S. Johannis in Cotia ſilva
D maximò illarum commodo permutarunt, uti ſuperiùs à nobis obſervatum eſt.

CXXI. *Remenſe.*

REmorum metropolim Durocortorum laudat Strabo, quòd *habitetur frequentiſſimè, & Magiſtratibus Romanis hoſpitium præbeat.* In publicis ædibus eos habitaſſe, ibique leges ac populis jura edixiſſe tranſdubium eſt. Effoſſa nuper rudera teſtantur Remos ſuam olim Remo Romuloque Romæ conditoribus tribuiſſe originem, immo & conſecraſſe. Hinc procul dubio artiſſima illa mutua neceſſitudo, quam Cæſar
E aliique poſt ipſum tantopere jactitant. Pulſis inde Romanis Chlodoveus Francorum Rex Remis juxta oratorium S. Petri *domum regiam* habuit, conteſtante Hincmaro in vita Remigii Pontificis, qui inde *ad oſtium regii cubiculi pulſaturus acceſſit, ut videlicet per alta ſilentia noctis aliis curis Regi abſoluto liberiùs poſſet committere ſacra myſteria verbi. Quem oſtiis apertis cubicularii Regis reverenter ſuſcipiunt, & cum honore debito uſque ad penetralia Regis introducunt.* Idem Chlodoveus Theodorico filio Remorum civitatem, regni caput, attribuit: & poſt Chlotharii Majoris deceſſum, Sigebertus *Regnum Theuderici accepit, & ſedem habere Remis civitatem conſtituit*, ut Geſta Regum Francorum, atque Rorico tradiderunt. Neſcio an regium iſtud palatium duraverat
F ad S. Bernardi Clarævallenſis tempora, quem *in palatio civitatis Remorum cum Joſleno Sueſſionenſi Epiſcopo conſediſſe* lego in ipſius vita. Archiepiſcoporum tunc fuiſſe crediderim, quibus jam pridem, anno videlicet DCCCCLX, ut ſcribit Frodoardus in Chronico, Ludovicus Rex Ultramarinus *Remenſis urbis monetam jure perpetuo poſſidendam; ſed & omnem Comitatum Remenſem contulerat.* Hinc Remorum Antiſtes inter Proceres eccleſiæ *primus Dux & Franciæ Par* audit, & in regni comitiis, ac ſuprema Pariſienſi curia principem inter illos locum obtinet.

A

CXXII. *Roſiacum ſeu Ruſiacum.*

ROſiacum ſeu Ruſiacum villas multæ complectuntur Galliarum provinciæ. *Er-*
a Perard. pag. 9. *menoara Deo ſacrata*, in Perardi monumentis Burgundicis [a] memorat *villam*
Ruſiacum, quæ in pago Atoariorum (ſcilicet Gallicanorum) *eſt, vel in ipſa fine*, hoc
eſt, in Lingonum finibus, ſive inter Cabilonenſem & Lingonicum Comitatus,
ex Annalibus Bertinianis, quam Benigniano monaſterio concedit. *Actum Ruſiaco pu-*
blicè... ante Kalendas Madias, defuncto domno Theoderico, & electo Carolo Majoredomus.
Ermenoaræ præiverat Guntchramnus Rex, qui in litteris Cabilonenſi S. Marcelli B
cœnobio datis, *Roſiaci* villæ colonos ædificandæ *Porticui S. Petri* deſtinat. Aliud eſt
Roſiacum ſeu *Ruſiacum villa, quam in Lemovicis* partibus ſitam dicit Erimbertus in vi-
ta S. Vincentiani; & poſt illum tabulæ Bellilocenſes. Aliud item Ademarus in Chro-
nico juxta Montiniacum in Ecoliſmenſi comitatu, ac veteres chartæ cœnobii S.
Eparchii *in vicaria Petriacenſe* collocant. Suum quoque diœceſis Narbonenſis continet
Roſiacum *Roſiac*: & in Bituricenſi pago *Roſiacum* villam Leo Papa VI & Benedi-
ctus V an VI, eccleſiæ Aurelianenſis prædiis attribuunt. Præterea Roſiacum caſtrum
in Sequanis, vulgo *Ruffec*, quinque vel ſex ab urbe Biſuntina leucis remotum inve-
nitur. Denique in Eliſatia ſuperiore non longè à Rheno proſtat Roſiacum. C

Verùm ab illis omnibus differre videtur *Roſiacum villa*, ad quam, ceu villam re-
giam, Carolus Calvus anno DCCCLV Compendio *veniſſe* dicitur in Annalibus Ber-
tinianis, & *Adalardo, cui cuſtodiam contra Nortmannos commiſerat, honores tuliſſe, &*
per diverſos diſpoſuiſſe. Eſſe namque oportuit Ruſiacum in Neuſtria locum Danorum
infeſtationi obvium, quem munitione firmari Carolus è republica eſſe exiſtimabat.
Hunc ibi conſediſſe anno DCCCLVIII probat ejus Placitum de Ingelwino ſervo ha-
b Doublet pag 417. bitum, cujus notitiam Dubletus [b] protulit, in qua legitur, *qualiter veniens Electra-*
dus... Advocatus S. Dionyſii ante... Carolum in Ruſiaco villa (non Rufflaco villa, ut
perperam ſcripſit Dubletus) *viſus eſt ibi interpellare ſeu admallare quemdam hominem* D
&c. III *Idus April. anno* XXVIII *regn. domno noſtro Karolo glor. Rege.* Immo & anno
DCCCLXVII Caduſſam vicum ſuper *fluvium Seræ in Comitatu Laudunenſi* aliaque Dio-
nyſiano cœnobio conceſſit IV *Kal. Septemb. Indict.* XV *anno* XXXVIII *regni... Actum*
in Ruſiaco villa &c. A Nortmannis everſum puto Roſiacum iſtud, cujus nullum in
tabulis veſtigium aucupari licuit.

* de Remiremont.

CXXIII. *Romaricenſe* *.

HAbendenſi caſtro monaſterium duplex, virorum unum, alterum Virginum E
Romaricus in Voſago monte ſilvaque adjunxit. Ibi Salaberga ſæculo nun-
cium remittere cogitabat, ubi per annum ſepultus jacuit Arnulfus Epiſcopus, ni
votis ejus parentes, Rexque in primis obſtitiſſent. Carolus Magnus, referente ad
annum DCCCV Eginhardo, *poſt reverſionem exercitus ad Rumerici caſtellum profectus, ibi*
aliquantum temporis moratus eſt. Hinc Romarici montem jam tum regias in manus ve-
niſſe conjicias. Nonniſi enim publicis in villis commorari ſolebant Francorum Re-
ges. Quos inter Ludovicus Pius anno DCCCXXV *in Vogeſum ad Rumerici montem ve-*
nandi gratia profectus, filium ſuum Lotharium ibi ſuſcepit. Idem Imperator *in parte Ru-*
merici montis per Voſagum tranſit: ibique piſcationi atque venationi quamdiu libuit, indulſit, F
ex Aſtronomo in ipſius vita ad annum DCCCXXXI: & quadriennio poſt ipſemet
Ludovicus *poſt ſanctæ Pentecoſtes feſtivitatem in partes Rumerici montis venationi atque*
piſcationi operam dedit. In eadem villa Lotharius Imperator anno Chriſti DCCCXLIX
Grandis-vallenſe monaſterium Luithardo Comiti illuſtri confirmavit. *Actum Roma-*
c Spicil. tom. 7 pag. 184. *ricimonte in palatio regio* &c. ut habetur apud Acherium [c]. Illa verò Ludovici parti-
bus ceſſit in ea Lothariani regni diviſione, quam in procaſpide ſuper Moſam cum
Carolo fratre ſortitus eſt. Exeunte ſæculo IX cùm ab Hungaris dirutum fuiſſet
Romaricenſe caſtrum atque monaſterium, illud Ludovicus Arnulfi Imperatoris
filius

A filius non in vertice, ubi prius ſteterat, ſed ad radices montis inſtauravit. Porrò
Romaricenæ ſanctimoniales, quæ pridem monaſticis S. Benedicti regulis erant
addictæ, poſtmodum in ſæculares Canonicas, nullis conſtrictas votis ſeu repagulis,
evaſerunt.

CXXIV. *Romiliacum* *.

* *Reuilly les Paris.*

ROmiliacum, Lutetiæ proximum, ad orientalem urbis plagam, non aliàs quàm
Gomatrudis Reginæ nuptiis caſuque inclaruit. Auctor Fredegarius ad annum
B VII Dagoberti ſenioris, qui *per civitatem Senonas Pariſius venit, ibique Gomatrudem
Reginam in Romiliaco villa, ubi ipſam in matrimonium receperat, relinquens, eo quòd eſſet
ſterilis,* ... *Nanthildem* ... *Reginam ſublimavit.* Nec plura de Romiliaco.

CXXV. *Rotoialum,* * *ſeu Riogilum, Riolium & Rodolium.*

* *Ruel.*

CHildeberti majoris ætate regiis jam villis addicebatur Rotoialum, ubi is Leo-
binum Epiſcopum opperiebatur. Illuc Chilperici defuncti Regis puſillum
Guntchramnus patruus evocavit, ut Nomptodori ſacris baptiſmi undis ablueretur,
C docente Gregorio [a] Turonenſi Epiſcopo. Hanc ipſam *Riolium* villam Ludovicus
Pius ſtatuit in pago Pinciacenſi, datis Irminoni Abbati noſtro litteris, quæ in actis
Benedictinis [b] editæ ſunt. *Riogilum* verò (quod à priſco miraculorum S. Dionyſii
ſcriptore [c] *fiſcus regius* ſemel & iterum dicitur) Carolus Calvus in Capitulis Pariſiaco
ſimul ac Pinciacenſi pago attribuit, quam, uti ſui juris villam, apud Dubletum cum
foreſta aquatica à fluvio Sauræ uſque Cambreias S. Dionyſii monaſterio conceſſit. Unde
ipſius Caroli epitaphium in baſilica Dionyſiana ſic præfert.

Multis ablatis, nobis fuit hic reparator
Sequanii fluvii, Ruoliique dator.

a *Greg. Hiſt. lib.* 10 *cap.* 18.
b *Sæc.* 3 *Bened. part.* 2 *pag.* 118.
c *ibid.* 354 & 357.

D Rem explicat Sugerius litteris anno M C LXXXVII datis, ubi hæc verba. *Carolus
Imperator tertius ſumtibus ſeptem lampadum ante ſanctum altare die & nocte ſemper arſura-
rum, & Anniverſarii ſui, & ſervorum Dei refectioni poſſeſſionem ſuam, quæ dicitur Ruo-
lium, tum appendiciis, ſigillis aureis confirmavit.* Ea potiti ſunt Dionyſiani noſtri ad no-
ſtrum uſque tempus, quo Cardinali Richelio partim relicta, caſtello, hortis & ſcatu-
rientibus aquis percelebris evaſit. Eſt & aliud Rotoialum ſeu Riolium [d], in epiſcopatu
Rotomagenſi, memoratum à Gregorio, Fredegundiſque diſceſſu notiſſimum; cui for-
ſan haud malè tertium adjeceris, in quo ſancti Germani baſilicam exſtitiſſe liber [e] de
ejus miraculis ſecundus docet.

d *Greg. Hiſt. lib.* 7 *cap.* 19.
e *Sæc.* 3 *Bened. part.* 2 *pag.* 114.

E

CXXVI. *Salmonciacum* *.

* *Samoucy.*

SAlmonciacum Lauduno proximum, Auſtraſiani regni pars itemque palatium fuit,
in quo Pippinus Rex anno DCCLXVI natale Domini celebravit. Carolomanno
Pippini filio in deliciis fuiſſe videtur hic locus, in quem, mox ut à Francis Sueſ-
ſionis eſt elevatus in Regem, ſe recepit. Id teſtantur egregia duo ipſius diplomata,
hîc primùm edita, quorum altero, villis & latifundiis Dionyſiani cœnobii, altero
privilegiis & à teloneis immunitatibus præcavetur. Simile prorſus edidit Carolus
F ipſius frater, *anno*, inquit uterque, *primo regni noſtri. Actum Salmonciaco palatio in Dei
nomine feliciter amen. Anno* DCC LXXI, ut præ ceteris ferunt Annales Tiliani, *Caro-
lomannus Rex defunctus eſt in Salmonciaco prid. Non. Decembr.* cujus corpus in Remi-
gianam apud Remos baſilicam illatum eſt. In Galliæ Chriſtianæ tomo II Ludovici
Pii diploma lego Andegavenſi eccleſiæ conceſſum *Salmunciaci*, quod quidem anno
deſtituitur; ſed aliud [f] ab eodem cum Lothario filio imperante cœnobio Karofenſi
indultum eſt anno Ludovici XVII, Lotharii octavo, *Actum Salmontiaco palatio* &c. Ni-
thardus anno DCCC XLII tradit, Carolum Calvum cum Adelgario ſuo *Salmonciacum
ab urbe* (Lauduno) *diſceſſiſſe*, quam quoque villam poſt invaſum Lotharii regnum

f *Labbe Miſcell. pag.* 457.

anno DCCC LXVIII ita comparavit, ut in ejuſdem regni partitione, cum Ludovico fratre anno DCCC LXX inita, dum viveret ſuam eſſe voluerit. Ad palatium quod Salmontiacus dicitur, in Laudunenſi parochia, jam priùs ſe contulerat idem Carolus unà cum Hincmaro Remenſi aliiſque ſuis Epiſcopis XIII *Kalend. Junii præſentis* XV *Indictionis*, id eſt anno DCCC LXVII, cùm *ad colloquium fratris ſui Hludovici glorioſi Regis ad Mettis civitatem pergeret*, referente Hincmaro in epiſtola ad Nicolaum Papam. Placitum etiam ibidem à Carolo celebratum anno DCCC LXXVI tradit Aimoïnus [a]: ac tandem in capitulis Cariſiacenſibus anni ſequentis Ludovico ipſius filio Salmonciaci venatio interdicitur. Altum deinceps de Salmonciaco ubique ſilentium: qui locus poſtmodum Præmonſtratenſibus ſancti Martini in urbe Lauduno Canonicis neſcio quo pacto ceſſit.

CXXVII. *Ad Saponarias* *.

NOn aliam ob cauſam Saponarias regiis villis accenſeo, quàm ob priſcam loci celebritatem, quæ ex Synodo anni DCCC LIX inibi coactâ etiamnum ipſi conciliatur. Poſitus eſt hic locus prope Fagum opidum, *Foug*, unâ amplius leucâ diſparatus à Tullo-leucorum, ad radicem montis, quà Tullo Commerciacum tenditur. Hîc memorato anno *Epiſcopi duodecim provinciarum* conſiſtentes *menſe Junio*, *Indictione* VII, *Nicolai Papæ anno* II, *Caroli* XIX, primò duodecim canones ediderunt de iis quæ ad rem publicam facere videbantur. tum Caroli Regis proclamatio adverſus Wenilonem Senonenſem Archiepiſcopum ſubſecuta, cum ſynodalibus ad eumdem litteris: deinde alia ad Epiſcopos Britonum epiſtola, itemque indiculus ad Salomonem Ducem. poſtremò commonitoriæ ad Britonum proceres, variorum ſcelerum conſcios, litteræ, quibus, ut ſaniorem ad mentem redeant, inducuntur. Nulla jam ibi vici, nedum regiarum ædium veſtigia ſuperſtant: ſed exigua dumtaxat eccleſia, beato Michaëli ſacra: fundus ad ſancti Apri cœnobitas pertinet.

CXXVIII. *Satanacum* * *ſeu Aſtenidum.*

SAtanacum, nunc opidum munitum pagi Vabrenſis ad Moſam, in diœceſi Trevirenſi & Decanatu Epoſienſi * poſitum eſt. Exiſtimant quidam viri docti idem eſſe cum *Aſtenido*, in capitulis Caroli Calvi inter villas regias memorato. Favet loci ſitus, qui ſilvæ Vabrenſi ampliſſimæ (Moſacenſem * à Moſaco villa vulgus appellat) & amœniſſimis pratis latè patentibus vicinus eſt. Satanacum ſcriptores Carolo poſteriores vocavêre: quos inter Gerbertus *Satanacam villam* memorat in epiſtola C III, *villam Satanicum* in epiſtola C XX. Locum muris cinxit anno M LXXXVIII Godefridus Bullonius, cùm inter eum & Theodericum Verodunenſem de ejus urbis præfectura grave bellum exarſiſſet, ut fusè narrat Johannes Leodicenſis in appendice ad Bertharium de Epiſcopis Virdunenſibus, editus in Spicilegii tomo XII, cujus Johannis fragmentum retulit Wilthemius [b] in notationibus ad acta ſancti Dagoberti. Templum ibidem & monaſterium Canonicorum, à Carolo Calvo conſtructum, memorat idem auctor: additque Godefridum Barbatum, Lotharingiæ Ducem, & Beatricem ejus conjugem, pro Canonicis monachos iſtuc induxiſſe [c]: denique ſub annum M DC V à Carolo Lotharingiæ Duce cellam Satanacenſem, quæ ab anno M C XXIV, cœnobio Gorzienſi paruerat, ſacerdotio Nanceïano [d] fuiſſe attributam. Iſtic in eccleſia beati Remigii primùm ſepultus eſt ſanctus Dagobertus, qui *Regis* nomine donatur in mſ. Pſalterio ſeu Kalendario Emmæ Francorum Reginæ ante annos ſeptingentos, ad diem X Kal. Januarii, quem Dagobertum eſſe ipſummet Sigeberti Auſtraſiorum Regis filium, oſtenſum eſt in præfatione ad Sæculum quartum Benedictinum [e].

Sunt qui exiſtimant, *Stadiniſum* ſeu *Stadinenſem Stadonenſem*ve pagum ab Aſtenido dictum; nec alium eſſe, quàm Satanacenſem. Mihi verò perſuaſum eſt, rem aliter habere. Quippe Stadonenſis pagus Campaniâ continebatur, teſte Frodoardo [f],

a Aim. lib. 5 cap. 34.

* Savonnieres.

* Stenay.

* d'Ivois.

* de Mouza.

b Wiltnem. pag. 71.

c ibid. pag. 69.

d ibid. pag. 80. & ſeqq.

e Sæc. 4 Bened. part. 1 præf. num. 207. & ſeqq.

f Frod. Hiſt. Rem. lib. 2 cap 8.

A apud quem Wlfarius miſſus dominicus ante epiſcopatum dicitur *conſtitutus ſuper totam Campaniam , in his quoque pagis , Dolomenſi , Vongenſi , Caſtricenſi , Stadonenſi , Catalaunenſi* &c. atqui Satanacum pertinet ad Treviros ; ſitumque eſt trans Moſam, omnino extra Campaniam , atque adeo in pago Vabrenſi. Quis igitur pagus Stadonenſis ? Mihi quidem non alius videtur eſſe , quàm ille , qui Dolomenſi ſeu Dulcomenſi * conterminus eſt inter Moſam & Axonam uſque ad Caſtricenſem : qui Caſtricenſis Macerias vicoſque inter Axonam & fluviolum Bairum poſitos complectens, nunc Regiteſtenſis * pagi nomine donatur. Stadonenſis porro dictus eſt pagus à Stadone vico , etiam nunc exſiſtente in edito colle , duabus à Moſomago B leugis , vulgo *Staonne* : ubi disjecti caſtelli rudera hodie quoque cernuntur. * le Dormois. * le Retelois.

Stadonenſi pago adjacet Argonnenſis , in quo poſita opida, Bellus-mons * in Argonna cis Moſam , infra Satanacum , olim Nova-villa dictus ; Villa-franca , Clarus-mons , & Bellilocenſe monaſterium prope opidum ſanctæ Manechildis. Is pagus memoratur à Richardo Abbate in actis ſancti Rodingi Abbatis ejus loci ac primi conditoris : qui *ſaltum Argoënnæ ſolitudinis* adiiſſe perhibetur , & deveniſſe ad locum , *cui antiquitas vocabulum indidit Waſlogium.* Exſtat unâ leucâ prope Bellilocenſe monaſterium vicus dictus *Waſly* , quem ipſummet eſſe non dubito Waſlogium, à quo cœnobium Waſlogienſe dictum eſt. Itaque hic pagus Argonnenſis ſecus Moſam à Bello-monte opidò incipiens , deſinenſque in Bellilocenſe monaſterium, C proximus erat Stadonenſi , de quo mox agebamus. * Beaumont en Argonne.

Vabrenſis pagus longè amplior erat, porrectus Moſellam inter & Moſam , Carumque ; qui paullo infrà Duciacum influens , pagum Vabrenſem dirimit à Luciliburgenſi. Vabrenſis quippe continebat (quod ex Wilthemio [a] intelligitur) tres ſaltem Comitatus , Verodunenſem , Scarponenſem , & Caſterejenſem. tametſi in diviſione regni Lotharii duo tantùm leguntur. Scarponenſis à Scarponna olim caſtro dictus eſt , vulgo *Charpeigne* ſeu *Sarpeigne* : cujus caſtri reliquiæ cernuntur in quadam Moſellæ inſula, ſeſquileuca ſupra Muſſipontem , prope opidulum *Dieulouard*, D Caſterejenſis ignotus, niſi ad Hattonis-caſtellum referatur. Vabrenſis denique originem traxit à Vabrenſi caſtro , neſcio an ab illo opidulo , quod Turris-Vabrenſis, *la Tour de Voiſvre* , appellatur , ſitum inter Mettas & Verodunum : quo in pago, tametſi nunc anguſtiori, hodie quoque locantur *Eſſey en Voiſvre* ad Madum amnem, & *Freſne en Voiſvre* , inter quæ jacet Hattonis-caſtellum , *Hatton-chaſtel.* [a] *Wilthem. pag. 62. & ſeqq.*

CXXIX. *Scladiſtadenſe* *.

* Schleſtat.

Scladiſtatum in Eliſatia ſuperiore , quod Ella fluvius alluit, Helellum eſſe veterem, ſive Eleebum & Helvetum in tabula Peutingeriana , & à priſcis geogra- E phis memoratum , Rhenanus & Joſias Simlerus exiſtimant. *Scladiſtat* dicitur in antiquis Francorum annalibus , qui anno DCCLXXVI Carolum Magnum *celebraſſe natale Domini in villa Scladiſtat* aſſerunt. Palatium ibi fuiſſe docent in primis tria Caroli Craſſi Imperatoris præcepta , quorum unum ex autographo refert Labbeus [b] Geiloni Epiſcopo Lingonenſi conceſſum anno DCCCLXXXVI. *Actum Selenſtat palatio feliciter. amen.* Aliud Perardus [c] edidit eidem Geiloni datum anno ſequenti *Seletiſtach palatio.* Tertium denique in Galliæ Chriſtianæ tomo II legitur , ubi de Epiſcopis Lingonenſibus , quod ita deſinit. *Actum Schelenſtat palatio* &c. Hactenus F perſtat hic locus , quem novis in dies propugnaculis à Chriſtianiſſimo Rege firmari inaudio.

[b] *Labbe Miſcell. pag. 490.*
[c] *Perard. pag. 50.*

XXX. *Senonenſe* *.

* de Sens.

AGedincum Senonum , caput gentis ampliſſimæ , quæ Romanis olim arcibus tantum timoris incuſſit , Burgundionibus quidam attribuunt , alii meliùs diſcernunt ab eis. Etſi enim eo potiti ſunt aliquando Burgundiæ Reges ac Duces , non tamen Burgundicis limitibus continetur magis , quàm Genabum Aurelianorum,

quod Chlodomiris regni metropolim, & Burgundici Reges, uti tetrarchiæ ſuæ partem nobiliſſimam habuêre. In Carolinorum Regum diplomatibus non ſemel lego, *Actum Senonis*, vel *Actum Senonis civitate*; palatii nomen ante Capetiorum tempora nuſquam invenio: quo fit ut ab illis putem dumtaxat erectum Senonis palatium, quod Henricus anno M LXVIII, regni XVIII nominat primus in diplomate Pruvinenſi S. Aigulfi monaſterio conceſſo apud Camuzatum[a], & ſubinde Philippus ejus filius anno M LXXI, regni XII pro Cellenſi: qui ambo dati præcepti locum ita exprimunt: *Actum publicè in Senonico palatio* &c. A

a Camuz. Prompt. Ant. fol. 23, & 24.

CXXXI. *Sentiacum*, * *corruptè Hiſentiacum.* B

* Sentzich.

De *Hiſentiaco palatio à Moſella flumine octo ferè milibus conſtructo* loquuntur Annales Bertiniani ad annum DCCC XLII, quum Ludovicus & Carolus Reges, Lotharii fratris congreſſu fruſtra quæſito, Confluentes pervenêre: quem locum in editis apertè vitiatum eſſe docent Nithardus, Annales Fuldenſes, atque Mettenſes inferiùs referendi, in quibus omnibus *villa Sentiaca*, vel *Sinciacum* & *Sincicha* ſcribitur. In Bertinianis igitur Annalibus pro *Hiſentiaco palatio* legendum, *In Sentiaco*, quæ villa ad citeriorem Rheni fluminis ripam eſt poſita, non longè ab Anternaco, & Teutonico vocabulo *Sentzich* etiamnum dicitur. Hanc dumtaxat *villam* Annales Fuldenſes vocant ad annum DCCC XLII, at Nithardus eodem anno *ſedem* ſeu regiam appellat, quæ etiam in Mettenſibus Annalibus anno DCCC LXXXV inter *fiſcos obſequiis imperialibus deditos* numeratur. Sentiaci palatii auctorem, vel conditionis tempus reſcire necdum potui. Locum hunc pro Iſemburgo ſuperiùs memorato nonnulli perperam uſurpant. C

CXXXII. *Silvacus ſeu Silviacus* *.

* Servais.

Silvacum, ſeu (ut pleraque autographa habent) Silviacum, Belgicæ ſecundæ villam regiam, Carolo Calvo gratiſſimam fuiſſe conſtat. Inſignis lapſus eſt Papyrii Maſſoni[b], qui Silviacum in Lupi Abbatis epiſtolis memoratum idem eſſe cum Nemoſio* putat. Sunt qui regiam hancce villam confundunt cum loco dicto Salvatorio, *le Sauvoy*: ſunt alii, qui eſſe Villam-in-ſilva, vulgo *Ville-en-ſelve*, exiſtimant, quod utrumque hoc loco expendendum. D

b Maſſon de flum. Gall. pag. 191.
* Nemours.

Salvatorium cœnobium eſt virginum Ciſtertienſium ad radices montis Laudunenſis: cujus loci vocabulum neque Ordine Ciſtertienſi antiquius eſt: neque, etiamſi antiquius eſſet, Silviaco rectè tribui poteſt. Longè quippe aliud eſt Salvatorium à Silviaco, quæ villa Carolinis temporibus percelebris fuit. Ejus enim mentio eſt tum in epiſtola Hincmari Laudunenſis[c] ad Remenſem, tum in variis Hincmari Remenſis atque in duabus Lupi[d] Abbatis epiſtolis, tum in Capitularibus Caroli Calvi, quorum duodecimum apud Silvacum conditum eſt. Quod ſi Salvatorium (ut quidem exiſtimo) non ante erectum Virginum Ciſtertienſium cœnobium vulgari cœpit; nullatenus Silviaco convenit hic locus. Deinde Silviaco vicinæ erant ſilvæ regiæ, venationi aptiſſimæ. At Salvatorium ex una parte cingunt paludes; ex alia mons & urbs Laudunenſis: nec aliam habet adjunctam ſilvam, præter Lætitienſem, unâ ſemileucâ diſſitam: quæ ſanè perexigua eſt, nec venationi regiæ admodum congrua & opportuna. E F

c V. Conc. tom. 8 col. 1789 & ſeqq.
d Lup. epiſt. 55 & 57.

Villæ-in-ſilva non magis competere poteſt Silvaci nomen ac ſitus. Exſtat quippe hic locus inter Noviomagum & Hammum, adjacens ſilvæ Banienſi*, ſed extra Laudunenſem pagum: quo quidem pago Silvacum continebatur, ut probat Capitulare Caroli Calvi anno DCCC LXXVII editum, in quo *Silvacus cum toto Laudunenſi* à venatione Ludovici Caroli filii excipitur. At verò Villa-in-ſilva in Noviomagenſi pago jacet. Alibi proinde Silvaci locus ac ſitus quærendus eſt, & quidem in pago (ut præmiſſum eſt) Laudunenſi.

* Foreſt de Baine.

Nullus mihi in eo pago locus magis ad Silvacum accedere videtur, quàm vicus

A Selviacus, vulgo *Servais*, dimidiâ leucâ remotus à Fara opido, quod ad Iſaram ſi-
tum eſt. Id enim in primis ſuadet conformitas nominis *Servais* cum Silvaco, quod
ex vocabulo *Selvais* haud dubiè deflexum eſt. Familiare quippe eſt noſtratibus Fran-
cis, vocem *Silvam* reddere *Selve*; & nomina in *acum* deſinentia in *ais* aut in *ay* com-
mutare. quod utrumque multis exemplis probari poteſt. Sic ergo ex Silvaco effectum
eſt *Selvais*, tum *Servais*, *l* in *r* commutata.

Non minùs favet vox Latina ab Helinando Laudunenſi Epiſcopo uſurpata in lit-
teris pro monaſterio ſancti Vincentii conceſſis, in quibus *Servais*, *Selviacus vicus* ap-
pellatur his verbis. *Sed & altare ſancti Gobani ſitum in Vecoſiaca ſilva, quod Iſembardo*
B *Canonico noſtro, cui fuerat commiſſum, defuncto, in manum noſtram redierat; cum capella de*
Selviaco vico, & cum omnibus ad ipſum altare pertinentibus, eo tenore, ut inibi in poſte-
rum à monachis Deo & ipſi Sancto inſerviatur, jam dicto ſancti Vincentii loco, ſibique fa-
mulantibus, ſalvo eccleſiaſtico jure, perpetualiter poſſidendum conſilio & aſſenſu omnium Ca-
nonicorum noſtrorum & fidelium ex integro concedimus &c. *Actum Incarnationis dominicæ*
anno M LXVIII. Hæc ex chartulario Laudunenſis monaſterii ſancti Vincentii: ubi
Selviacum appellat Helinandus pro Silviaco, habita ſcilicet ratione vulgaris no-
minis *Selvais*. Certè Silvacum plerumque *Silviacum*, aliquando *Silvaicum*, *Silva-*
*gium*ve in vetuſtis monumentis vocatur. Habemus præ manibus diploma autogra-
C phum Ludovici Pii, de quadam commutatione inter Hilduinum Dionyſiani cœ-
nobii Abbatem & quemdam Hairardum facta anno VII imperii, datum *Silviaco*
palatio regio. Præterea huic vico adjacens eſt ſilva Vecoſiaca, ſeu (ut alii ſcribunt)
Vedogienſis, & *ſilva Vedogii*, vulgari nomine olim *Vooas*, nunc ſilvæ Codiciacen-
ſi attributa. quæ ſanè ampliſſima & venationi regiæ aptiſſima eſt, qualem fuiſſe
oportet eam, quæ Silviaco adhærebat. Addunt quidam, veteris caſtelli parietinas
hactenus cerni prope vicum ſancti Gobani, Selviaco adhærentem: quod antiqui
palatii reliquias eſſe non auſim affirmare.

Denique non multum à Codiciaco remotum erat Silviacum. ſiquidem Hinc-
D marus Remorum Antiſtes à Carolo Silviacum vocatus, primùm Codiciacum ven-
turum ſe pollicetur. *& in craſtino*, inquit, *ubi vos eſſe audiero*. At vicus *Servais* à Co-
diciaco non integris quatuor leucis diſtat.

Supereſt ut illuſtriora facta apud Silviacum patrata recenſeam, ad locum illuſtran-
dum. Et primùm quidem Carolus Calvus unus omnium maximè eo loco delectatus
eſt poſt Ludovicum Pium, cujus diploma hîc editum, Hilduino Abbati *Silviaco*
palatio regio conceſſum, modò commemorabam. Aliud ejuſdem Caroli Præceptum
ſuppeditant ſcrinia monaſterii S. Michaëlis ad Moſam, datum *regni* ejus *anno* VI, *Ind.*
VIIII. *Actum Silviaco palatio.*

E Anno DCCCLXXI, cognito falſum eſſe rumorem de nece Ludovici Imperatoris,
Carolus Veſontione recto itinere *per Pontigonem, & inde per Attiniacum uſque ad*
Silvacum venit, quo Placitum cum ſuis conſiliariis habuit; & eorum conſilio Caro-
lomannum iterum Silvanectis cuſtodiæ mancipavit. Ad iſtud Placitum accerſitus
videtur Hincmarus Laudunenſis, qui Silvacum retruſus eſt, uti ipſe de ſe teſtatur.

Anno DCCCLXXV idem Carolus Duziaci ſecus Arduennam accepto nuntio Lu-
dovici Imperatoris, mox inde movens, Pontigonem, & inde Lingonas pervenit:
Richildem verò uxorem ſuam *per civitatem Remenſem ad Silvacum* remiſit.

Denique anno DCCCLXXVI, idem accepta imperiali corona ex urbe Roma re-
F verſus, XIX *Kal. Septembris venit Remis*; indeque recto itinere venit ad Silvacum, haud
multo poſt Cariſiacum profectus, ubi nuntium de obitu Ludovici Germaniæ Re-
gis accepit. Hæc ex Annalibus Bertinianis. His adde ejuſdem Caroli Præceptum
pro Ingelvino Pariſienſi Epiſcopo, *Actum Silvagio palatio*.

CXXXIII. *Silvanectum* *.

* *de Senlis.*

LAtinum Celticumne fuerit nomen Silvanectum, apud auctores haud conſtat. Certè
ſilvis ingentibus circumſæptum eſſe Auguſtomagum Silvanectum diffiteri nemo

poteſt. Ibi Reges Carolinos munitiſſimum caſtrum ſive palatium habuiſſe probant A
in primis Ado, Regino, Aimoïnus, & Caroli Calvi Geſta, qui Pippinum ex
fratre nepotem, Carolomannum filium, & Juditham quoque filiam ibi detinuit.
Duo ipſius præcepta legi, cùm apud Dubletum, tum ex Centulenſi chronico data
Silvanectis civitate: quam furori Nortmannorum ſubductam fuiſſe comperio. Hanc
tamen poſt annum DCCCC XII titulo Comitatûs à Carolo Simplice conſecutus eſt
Herbertus Danus, quem ſub Ludovico Transmarino Nortmannorum Geſta perſæpe memorant. Notus & Bernardus Comes Silvanectenſis, Herberti filius an heres.
Non tamen integro ſæculo divulſum eſt à fiſco Silvanectum, quod ſaltem anno
DCCCC XCI ad eum rediiſſe probat Hugonis Francorum Regis præceptum, Aurelianenſi B
eccleſiæ conceſſum *Silvanectis palatio, menſe Novembri, Indict.* IV, *anno* IV, *regnante
Hugone Rege &c.* Probat & aliud Rotberti diploma, eidem eccleſiæ ſimilem ob cauſam datum ejuſdem anni eodem die: cui & conſonat ipſius charta Fiſcamnenſibus
monachis data [a] *anno incarnati Verbi* M V. *Actum Silvanectis in palatio, in Epiphania
Domini* &c. Non abſimile Philippi Regis præceptum pro Dionyſiano cœnobio
Dubletus [b] refert, *datum .... anno ab Incarnatione Domini* M LXVIII, *Indict* VI. *Actum
Silvanectis palatio regio.* Ludovicus Philippi filius anno M C XII privilegium Vizeliacenſis monaſterii confirmat *Silvanectis.... anno regni noſtri* XI, *Adelaidis Reginæ* V
&c. ut habet Perardus [c] in monumentis. Denique ſub annum M CC LXI S. Ludovicus Francorum Rex novam *eccleſiam ſeu capellam juxta regale palatium* Silvanectis C
ædificare diſponens, à Guillelmo Agaunenſi Abbate Thebæorum martyrum reliquias obtinuit, quibus excipiendis *juxta domum regiam* (inquit ipſe in litteris [d] hac
de re anno M CC LXIV confectis) *baſilicam ſeu capellam aliam fundandam duximus....
quæ quidem prima die Junii dedicata fuit ſollemniter nobis præſentibus, per dilectum ac fidelem noſtrum Robertum Silvanectenſem Epiſcopum.* Jam S. Mauricii prioratus vocatur hæc
capella, quam à principio Canonici regulares ordinis S. Auguſtini poſſident.

a *Labbe Miſcell. pag.* 153.
b *Doublet pag.* 838.
c *Perard pag.* 212.
d *Gall. Chriſtian. tom.* 3. *pag.* 1020 & *tom.* 4 *pag.* 16.

CXXXIV. *Spinogilum ſeu Spinoilum* *. D

* *Eſpinay.*

SPinolium aut Spinoilum triplex in Pariſienſi pago memorat vetus polyptychon, nempe Spinolium, olim in decanatu Linarienſi, nunc Montis-letherici ad Urbiam ſeu Ordeam, *l'Orge*: Spinolium quoque *in Briegio* ſeu Moiſſiacenſi
decanatu, cujus eccleſia S. Genovefæ monaſterio ſubditur. Longè nobilius eſt Spinogilum, Dagoberti majoris villa regia, quam Fredegarius [e] memorat his verbis.
Anno XVI *regni ſui Dagobertus profluvio ventris in Spinogelo villa ſuper Sigona fluvio, nec
procul à Pariſiis, ægrotare cœpit: exinde ad baſilicam S. Dionyſii à ſuis defertur; poſt paucos
dies emiſit ſpiritum, ſepultuſque eſt in eccleſia S. Dionyſii, quam ipſe prius condignè in circuitu fabricare præceperat.* In actis Synodi Sueſſionicæ anni DCCC LXII recenſetur Spi- E
nogilum Dionyſianas inter villas, quod quidem prius erat in Gauniſſæ decanatu,
nunc Montiſmauriacenſi continetur.

e *Fredeg. chron. pag.* 763.

CXXXV. *Spiſſia ſeu Spinſia* *.

* *Eſpoiſſe.*

APud Spiſſiam, *villam publicam*, aliàs Spinſiam, Theodericus Rex morabatur, cùm illum increpaturus adiit Columbanus, ut in ejuſdem ſancti vita
Jonas memorat. Poſitus eſt hic locus inter Sinemurum & Montem-regalem, non F
longe à Sereno fluvio, qui emenſo pago Autiſiodorenſi, Icaunæ conjungitur.

CXXXVI. *Stampenſe* *.

* *d'Eſtampes.*

STampenſis pagi Gregorius in hiſtoria meminit non ſemel [f]. Gregorio ſuccinit
Fredegarius ad annum Chlotharii junioris XLIV, qui etiam ſuperiùs Theudericum Regem *in nativitate Domini cum exercitu Stampas ſuper fluvio Loa perveniſſe*; ibique Meroveum Chlotharii Regis filium obvium habuiſſe deſcribit [g]. Hoc in loco

f *Cheſn. tom.* 1 *pag.* 420 & 449.
g *Ibid. pag.* 747.

A Cheſnius ad marginem notat legendum eſſe, *per fluvium* ſeu *fluvio Loa* *; & mſſ. codices * *le Lo.*
nonnulli conſentiunt, tametſi repugnat vetuſtiſſimus Sirmundi codex, & alii cum
eo. Quippe ad Juinnam *, Loa majore, itemque minore auctum, collocandæ * *la Iuine.*
ſunt Stampæ *veteres* ac *novæ*, contra quàm præferunt geographicæ Samſonis
tabulæ; quæ Stampas ad Loam minorem * conſtituunt, & Juinnam duabus ab hinc * *le petit Lo.*
tribuſve ſummovent leucis. Porro jam inde à ſexcentis vel circiter annis Stampas *ve-*
teres diſtingui à *novis*, docent non ſolum Mauriniacenſe chronicon [a], ſed etiam
Philippi I Regis, atque Ludovici ejus filii diplomata hîc edita, ubi *eccleſia beati Mar-*
tini de VETERIBUS STAMPIS.... *monaſterio de* NOVIS STAMPIS *& Raynaldo*
B *ejuſdem loci, qui Maurigniacus vocatur, Abbati* conceditur. Ejus autem diſtinctionis
ratio inde peti debet, quòd veteribus Stampis, ubi S. Martini Abbatia, olim ca-
nonicalis, nunc Prioratus Mauriniaco ſubjectus, à priſcis temporibus ad hocuſque
tempus conſiſtit, novæ ſubinde ædes acceſſerint, quæ à vetere opido muris diſpa-
ratæ, quaſi novum opidum conſtituerunt, novas Stampas dictum, in quo eccleſia
collegiata & parochialis B. Mariæ cum Regis palatio ſita eſt. Novis Stampis in colle
declivi poſitis fere continuum erat Mauriniacenſe monaſterium, quod in pratis in-
terfluente fluvii parte irriguis locatum eſt. Hinc olim novarum Stamparum nomen
etiam loco inditum erat, qui à novis Stampis uno lapide modò ſejunctus cernitur. Præ-
C ter Gregorium & Fredegarium ſuperiùs memoratos, Stampenſem quoque pagum Ca-
pitularia ſæpe notant: at ejus loci palatium ſeu caſtrum nemo ante Helgaldum [b]
nominat: quo auctore diſcimus, Conſtantiam, Rotberti Regis uxorem, *Stampis pa-*
latium nobile conſtruxiſſe, ubi Rotbertus *monaſterium S. Mariæ in Stampenſi caſtro*,
atque eccleſiam in palatio ædificavit. Locus ille ſanctæ Mariæ ſacer, quo minus
pro Mauriniacenſi cœnobio uſurpetur, vetat id quod in ejuſdem loci chronico [c] de
Stampenſium beatæ Mariæ canonicorum cum Thoma Mauriniacenſi Abbate diſci-
diis ſubjungitur. In Stampenſi palatio degebat Rotbertus anno MXXX, quo tem-
pore regium præceptum *Adraldo Abbati monaſterii S. Vincentii & S. Germani in ſub-*
D *urbio Pariſiacæ urbis ſiti* conceſſit pro *vicaria* ſeu advocati jure, quod in vico Anto-
niaco Warinus miles *rapaciter & injurioſè uſurpaverat.... Actum Stampis palatio pu-*
blicè, anno incarnati Verbi milleſimo XXXmo, *& regni Rotberti glorioſiſſimi Regis* XXXmo
VIIImo. A regia manu tranſiit ad Comites & Vicecomites Stampenſe dominium,
quorum aliquos Mauriniacenſe chronicon recenſet.

a Cheſn. tom. 4. pag. 360 & 364.

b Cheſn. tom. 3 pag. 64. & 77.

c Cheſn. tom. 4 pag. 368.

CXXXVII. *Sterpiniacum aut Stirpiniacum* *.

* *Eſtrepagny.*

E STerpiniacenſe Dagoberti Regis palatium nemo melius indicare poterat Au-
doëno ejuſdem Dagoberti Referendario, cujus hæc ſunt verba in lib. I de vita
ſancti Eligii. *Alio quoque tempore ſub laicali habitu carpebat iter cum pueris ſuis de villa*
regali, quæ vocatur Sterpiniacus. Eodem in loco degebat Chlotharius III Dagoberti
nepos, anno regni V, cùm Baldechildis parentis nutu Corbeïenſes novellos mo-
nachos ab omni teloneorum jure eximit datis litteris [d] *ſub die* XXIII *menſis Decem-*
bris, anno quinto regni noſtri, Stirpiniaco. Stirpiniaci meminêre Geſta Dagoberti Re-
gis, ejuſque litteræ apud Dubletum, quæ villam hanc regio munere Dionyſiano
monaſterio collatam fuiſſe teſtantur. His robur accedit ex actis Synodi Sueſſio-
nicæ anni DCCCLXII, ubi Dionyſianas inter villas *Stirpiniacum* numeratur. Adſti-
F pulatur incertus auctor in libro tertio chronicorum, & Geſta Ludovici Groſſi, quæ
in *Wilcaſſino Normannico Sterpiniacum Gammachiaſque* collocant, nempe haud procul
à Giſortio. Aliud eſt Stirpiniacum ad Junnam flumen, inter Bonnam vicum &
Stampas, quod ad Mauriniacenſe cœnobium pertinet, uti chronicon ejuſdem lo-
ci vetereſque tabulæ conteſtantur.

d Sirmund. Conc. Galliæ tom. 1 pag. 502.

CXXXVIII. *Stirpiacum.*

CArolus Craſſus Imperator in diplomate hîc primùm edito, quod pro monachorum in S. Apri cœnobio Tullenſi reſtitutione conceſſit, Stirpiacum *villam publicam* nominat. quæ villa procul dubio Auſtriæ regno continebatur. Quæſitus à me locus locorum gnaros penitus latet: ut exciſum fuiſſe, vel mutato nomine violatum facilè crediderim.

CXXXIX. *Stramiacum* *.

* Cremieu.

NOn aliam ob cauſam Ludovicus Pius Stramiacum, pagi Lugdunenſis villam, habendo conventui delegit, quàm quòd illa fiſcalis ſeu regia tum exſtaret. Rem narrat his verbis Aſtronomus in Ludovici vita. *Anno* DCCC XXXVI *conventum Imperator in pago Lugdunenſi habuit tempore æſtivo, in loco qui vocatur Stramiacus, cum Pippino & Ludovico filiis*, ubi Agobardi Lugdunenſis & Barnardi Viennenſis Epiſcoporum cauſa ventilari cœpit. Quatuor aut quinque leucis à Lugduno diſtat hæc villa, non procul ab Antone fluvioque Rhodano conſtituta.

CXL. *Sueſſionenſe* *.

* de Soiſſons.

PRæter Croviacenſe ſeu Medardenſe palatium, ſecus Auguſtam Sueſſionum (quod ſuperius indicavimus) regiam quoque intrà Sueſſionicæ urbis muros fuiſſe domum, Francicis Regibus excultam, multa ſunt, quæ vel invito perſuadeant. Et ut nihil de priſcis Gallorum Regibus, Divitiaco & Galba, nihil de Romanorum ducibus ſive præfectis, nihil de Ægidio Syagriove Regibus, nihil etiam de Chlodoveo atque Chlothario referam, quos apud Auguſtam Sueſſionum regni ſedem habuiſſe conſtat: verone ſimile cuiquam videatur, Chilpericum in ſua metropoli degiſſe abſque regia? maximè cùm Croviacenſis fiſcus, quamtumvis urbi Sueſſionicæ vicinus, atque adeò Medardenſe palatium, ad Sigeberti Regis Auſtraſiani ſortem ſive regnum pertineret: quod uſque ad ulteriorem ſive dextram Axonæ ripam quadripartita Chlotharii filiorum ſorte protenſum inde quis meritò inferat, quòd Chlotharius Rex, Medardenſis auctor baſilicæ, relicta Sigeberto Auſtriæ, eidem quoque cœpti monaſterii curam omnem commiſerit. quam ſanè rem is minimè facturus erat, ſi locus ille Chilperici regno fuiſſet contentus. Adde Salmonciacum palatium, quod Auſtriæ regno ſemper tributum agnoſcunt omnes, à Medardenſi ſeptem aut octo dumtaxat leucis; Durocortorum verò Remorum, Auſtriæ caput ſub eodem Sigiberto, nonniſi tredecim eſſe diſparatum.

Fuit igitur intramuranum Sueſſione palatium, & meo quidem judicio multiplex. Si veteribus quibuſdam monumentis ſit fides, ad occidentalem urbis plagam, haud procul à porta quàm vocant Pariſiacam, conditum erat vetus Sueſſionenſe palatium, in cujus non ita pridem effoſſis ruderibus fragmenta marmorea, plures aureæ, plures & argenteæ veteres monetæ repertæ ſunt. Non tamen rectà verſus occidentem palatii iſtius ædes protendebantur; ſed nonnihil deflectebant ad aquilonem, eorumque horti ferè Axonam contingebant. Is adjunctum erat amphitheatrum, (veteres Caveam dicebant) ubi nunc S. Criſpini *de Cavea* monaſterium; erat & circus, nec ullum priſcæ dignitatis Romanæ monumentum ibi deſiderabatur. Melchior Reginaldus in Hiſtoriæ Sueſſionenſis compendio vetus aliud Sueſſionenſe palatium vocatum dicit *Comitum Turrim*, cui includebatur Canonicorum ſeu *Clericorum S. Principii* baſilica, quâ pridem everſâ, Clericorum redditus Leodegarianis addicti ſunt: ad rei verò memoriam in recentiori caſtro exſtare adhuc loculum Deo ſacrum, aut *Capellam*, quæ S. Principii nomine dicata eſt. Hîc ſi olim regium fuit palatium, non tam Regum deliciis, quàm muniendæ urbi comparatum crediderim. Contra utrumque hoc palatium memoratæ arenæ ſeu Caveæ cum circo poſitæ erant,

A erant, ut utrique tantum non ex æquo reſponderent. Non ab re forſan alia inſuper Chilperici Regis aut ejus poſterorum regia Sueſſionenſis eo ſtatuetur loco, quem Ebroïnus Majordomûs in B. Mariæ parthenona commutavit; ubi Ebroïni ipſius ædes atque palatium ſtetiſſe olim tradunt indigenæ, quibus etiamnum vicus ſeu compitum *Ebroïni* prope cœnobii muros memoratur. Non enim aliud putem Ebroïno fuiſſe palatium, quàm regium, fortean ipſius nomine dictum à poſteris, quòd in illo frequentiùs, amore patriæ, commoratus, regias partes propè omnes impleret.

Miſſa facio quæ de famoſis *Criſæ Alabaſtri* caſtris ſive palatiis circumferuntur. Fi-
B ctitiæ nec-ne ſint hæ domus, certè nullam hiſtoriæ lucem, nullum antiquis Sueſſionibus nomen ſplendoremve conferunt. Sunt qui velint utrumque hoc caſtrum non differre ab iis, quæ priori loco mox deſcripſi: & quidem *Criſæ* caſtrum juxta Pariſiacam portam; *Alabaſtræ* verò ſecus eccleſiam S. Principii locata fuiſſe. Hæc ita ſint, per me licet, ne quis pejora comminiſcatur. Porro *Alabaſtræ* palatium (ſi conſtitit uſpiam) à lapidum albedine, quæ apud Sueſſionas inſignis eſt, non ab alabaſtri copia fuit nuncupatum. Dubletus [a] Pippini Regis præceptum edidit, *Actum Sueſſionis palatio, die* III *Non. April. Indict.* IV, *anno verò regni domni noſtri Pippini* VI. quod quia vel ſpurium eſt, vel graviſſimis interpolationibus deformatum, in Sueſſionici palatii lau-
C dem adſcribere nolim. Sincerius Lotharii Imperatoris diploma eſt apud eumdem Dubletum, quo Lotharius monaſterii Dionyſiani ſubditos in Valle-Telina ab omomnibus teloneis eximit [b], *Actum Sueſſionis civitate* &c. Et hæc quidem de Medardenſibus atque Sueſſionenſibus regiis.

a Doublet pag. 697.
b id. pag. 741.

CXLI. *Theodonis-villa* *.

* Thionville.

QUæ à Theodone Franco villa ſub Meroveadis Regibus nomen accepit, ſub iiſdem regio fiſco videtur acceſſiſſe. Nam Pippini Carolingorum parentis an-
D no regni II, Chriſti DCCLIII, *Theodone villa publica ſuper Moſella* dicitur à Fredegarii Continuatore, quam deinceps alii certatim *Theodonis palatium* vocitare maluerunt. Sic Annales Francorum Tiliani & Oiſeliani, Eginhardus non ſemel, Theganus ad annum DCCCXXXI, Ludovici Pii Geſta, & ut ceteros prætermittam, Annales Bertiniani. Conventus apud Theodonis-villam habitos memorant Capitularia Francorum Regum & Concilia. His addo Caroli Magni ejuſque poſterorum diplomata non pauca, quæ hoc in loco condita ſunt. In his Caroli Magni unum pro monaſterio Flaviniacenſi [c] anno regni VII. aliud in rerum [d] Germanicarum tomo I memoratum: duo cùm Martiniano, tum Dionyſiano cœnobiis *anno octavo & ſecundo regni* con-
E ceſſa, apud Dubletum & Labbeum. Ado in Chronico, cui adſtipulatur mſ. codex Dionyſianus à Dubleto citatus, Theodonis-villæ meminit his verbis. *Anno* DCCLXXXIII *Incarnat. domin. Hildegardis Regina pridie Kal. Maii, vigilia Aſcenſionis Domini, in villa, quæ dicitur Theodonis, moritur.* Morienti adſtitit Carolus, qui & ibi præceptum dedit pro Mettenſi S. Arnulfi monaſterio, quod quidem exſtat apud Madaurum, ſed aliquibus mendis vitiatum, uti ex autographi collatione conſtat. Ludovici quoque Auguſti diploma partim hîc edimus, pro commutatione quorumdam prædiorum inter Hilduinum Abbatem & Richbotonem in pago Vilcaſſino datum anno VIII ejus imperii, *Theodonis villæ palatio* regio. Hoc conſequitur aliud pro Mar-
F tiniana baſilica ibidem conceſſum anno Ludovici XVIII, ac tertium à Chiffletio [e] memoratum, quo villa *Maſteces* Hildigiſo Abbati Duſerenſi vindicatur anno XXII. Acherius [f] Lotharii Auguſti præceptum refert, datum in gratiam Jonæ Auguſtodunenſis Epiſcopi anno *imperii in Italia* XXXIV, *& in Francia* XIV, *Indictione* I. *Actum Theodonis villa palatio regio.* Ad hæc Carolus Simplex hac villâ potitus eſt aliquando, uti diſcimus ex duplici præcepto, quorum unum ex autographo S. Michaëlis in pago Virdunenſi eruimus, datum regni *anno* XXIII, *redintegrante* XVIII, *largiore verò hereditate indemptâ* V. *Actum Theodonis villa*: aliud Miræus [g] publicavit. Denique Otto II Imperator anno DCCCCLXXVII S. Arnulfi privilegia confirmavit litteris apud Theo-

c Chron. Virdun. pag. 170.
d Rerum Germ. tom. 1 pag. 60.
e Tournu pag. 261.
f Spicil. tom. 8 pag. 141.
g Miræus dipl. Belg. pag. 171.

donis-villam exaratis, cujus autographum exſtat etiam nunc. Jam Luciliburgico Ducatui tribuitur hæc villa, quam Francico regno Ludovicus Borbonius anno M DC XLIII reſtituit. A

* Doüé.

CXLII. *Theodvvadum* *.

THeodwadum ſive Theodadum, quamquam inter Aquitanici Regni villas cenſebatur olim, Andegavenſi tamen pago & epiſcopatu jam contineri palam eſt. Non longè enim à Monaſteriolo-Bellaïi & Font-Ebraldenſi aſceterio, ſed à fluvio Ligere XV paſſuum milibus diſtat. *Tedoad* vocant Annales Tiliani, cùm Pippini Regis iter Aquitanicum anno DCC LX referunt; Oiſeliani cum Eginhardo *Theodoad* exhibent. Ibi Ludovico Regi Aquitanorum ſedes hiberna fuit à Carolo patre anno DCC XCVI conſtituta; cui tum inerat, cùm anno DCCC XIV parentis obitum *plurimis deferentibus accepit*. Hinc *trigeſimo die poſt mortem patris ſui venit Aquis*, Hincmaro in epiſtola ad Ludovicum Balbum, poſt Aſtronomum conteſtante. Anno DCCC XXXII Pippinus Ludovici Imperatoris filius, *audiens imperium patris*, inquit Theganus, *incipiebat ire uſque ad Theodwadum palatium*, ubi etiam Ludovici imperantis anno XXII & regni ſui XXI Malaſtenſis cœnobii ſeu Montiſolivi privilegia confirmavit, ut docet ejus præceptum, hîc ex autographo aheneis typis expreſſum. *Doadum caſtellum* ſeu *Doadium* ſcribunt Gaufredus & Ulgerius Epiſcopi Andegavenſes, itemque Calliſtus Papa II & alii, nomine trunco quidem, ſed ad Gallicum *Doüé* (quo jam afficitur) propiùs accedente. Superſunt etiamnum veteris iſtius palatii rudera, necdum ſolo penitus æquata: quæ non malè deſcripſiſſet Juſtus Lipſius, ni ea pro Romani amphitheatri reliquiis habuiſſet. Porro Theodwado palatio nomen dediſſe videtur Toëdus fluvius, quem modò *Le Toé*, mendosè in quibuſdam tabulis *Le Tou*, ſcriptum invenio. B C

CXLIII. *Toloſanum*. D

TOloſa Volcarum Tectoſagum Romanis obtinentibus notiſſima, Capitolium, amphitheatrum, ceteraſque ædes Romano more publicas habuit. Deinde à Veſigothis ſubacta, eorum regia fuit, ac *caput regni Toloſani*. Tum à Chlodoveo Magno rebus addita Francicis, poſtmodumque tradita Chariberto Dagoberti majoris fratri, nihilo minùs Aquitanici regni ſedes atque metropolis, maximè ſub Ludovico Pio ejuſque poſteris audiit. Hanc etiam Duces & Comites à Regibus ſuffecti maximo in pretio habuerunt: ut ante omnem hominum memoriam inſigni ſplendore vicinis urbibus Toloſa præfulſerit. Ibidem quoque palatium à Romanis exſtructum ferunt, cujus modò nulla ſuperſtant veſtigia, niſi ſi Capitolio fuit adjunctum, ad quod ætate Petri Venerabilis multis gradibus aſcendebatur. Petri verba ſunt in epiſtola ad Petrobuſianos. *Iſta cùm in Capitolio Senatorum, quales vos aggregare ſoletis, de conſulari vel regio tribunali declamatorio ore vobis proferre moris ſit ... ſtatim ... orationi ſubito acclamatur.* Hinc *Capitolini* magiſtratus publici Toloſæ ſunt dicti *Capitous*, quos alibi Conſules Scabinoſve nuncupare ſolent. Frequens in Geſtis Francorum Regum & Capitularibus libris Toloſæ fit mentio, quam Carolus Calvus à Pippino juniore, Pippini Regis filio, accitiſque ab ipſo Normannis ut eriperet, properè contendit in Aquitaniam, ibique Chriſtiani nominis hoſtes profligavit. Dum Toloſam obſideret Carolus, eâque captâ dum potiretur, aliquot eccleſiis atque monaſteriis privilegia conceſſit: quorum unum clariſſimus Baluzius in appendice Capitularium primus edidit in lucem: alterum egregius Sirmundus in eorumdem Capitularium Notis indicavit. E F

A

CXLIV. *Trajectum ad Moſam* *.

* *Maſtrich.*

SCriptor Gallicus, qui apud Conradum Urſpergenſem villas regias à Giſleberto Duce Lothariorum Carolo Simplici ereptas memorat, iis Trajectum accenſet: ut regii fiſci partem fuiſſe nemo poſſit infitiari. Longè antiquior ejus rei conjectura petitur ex vetuſtis Regum Francorum nummis, *Triecto* ſeu *Trajecto* cuſis, quorum aliquot Boterovius edidit hanc inſcriptionem, *Triecto fit*, præferentes. Suum olim *pagum*, ſuamque *diœceſim* habuit Trajectum, quod ſubinde *vicum*, *caſtrum*ve aut
B *municipium*, aliquando *urbem* veteres nominant. Vicum dici Trajectum, ſcitè advertit eruditiſſimus Valeſius, ob adjunctum ipſi ſuburbium ultra pontem, quod etiamnum Wicus, *Wic* appellatur.

CXLV. *Trevirenſia* *.

* *de Trever.*

AUguſta Trevirorum non modò colonia, ſed etiam Romanorum Imperatorum ſedes in Gallia, circum ingentem, *æmulum Romano*, inquit Eumenius, amphitheatrum, capitolium ad Moſellæ ripam, horrea, ſolitaſque ædes publicas
C habuit. Ibi fama eſt palatia quoque fuiſſe duo, *vetus & novum*, quod *Horreum* ſeu *palatium Dagoberti* nominant. Hoc ſi ita eſt, non duo, ſed minimùm tria fuiſſe oportet. Nam Horreenſe continendo primùm frumento, non excipiendis Ducibus aut præfectis Romanorum adhibitum quis neget? Vetus autem, non in urbe, ſed in ſuburbio poſitum fuiſſe docet fragmentum [a] hiſtoricum de Geſtis Epiſcoporum Trevirenſium. His ergo duobus palatiis antiquior fuit Trevirenſis Auguſtorum ſedes intramurana, quam illi ſæpius inviſerunt. Mutato verò à Francis Regibus in palatium veteri Romanorum horreo, Horreenſis nomen relictum eſt, ubi deinceps nobilem parthenona Modoaldus Trevirorum Antiſtes in gratiam Irminæ & Mode-
D ſtæ regiarum Virginum erexit. Idem ipſe Pontifex [b] *aliam in palatio antiquo, in ſuburbio ſito, congregationem Virginum inſtituit, quibus matrem Baſiliſſam præfecit.* Conſule Godefridi Henſchenii Diatribam de tribus Dagobertis, & rerum Trevirenſium ſcriptores.

a *Sæc. Bened. tom. 4 pag. 611.*

b *ibid.*

CXLVI. *Trosleium* *.

* *Troſly.*

QUam clarum eſt Synodis ſuis Troſleium, pagi Sueſſionenſis villa regia; tam obſcura fuit hactenus loci ejus vera atque germana ſedes. Quippe duplex habetur in eodem pago Sueſſionenſi Troſleium. Unum eſt ad Axonam flumen, in-
E ter Sueſſionas & Compendium, Compendio tamen vicinius; quod ipſe oculis ſtudioſè perluſtravi: ſed nulla hîc ſeu villæ regiæ, ſive ædificii celebrandis conventibus idonei veſtigia. Neſcio an ipſum aliudve memorant antiqua duo monaſterii beatæ Mariæ apud Sueſſionas inſtrumenta nuper edita [b], ex quibus Troſleii noſtri ſitus deprehendi minimè poteſt. Alterum circiter tribus ab Auguſta Sueſſionum diſtat leucis; & Novigento pagi Laudunenſis monaſterio Blericurtem, *Blerencourt*, tendentibus obvium eſt. Hîc regias fuiſſe ædes, in quibus quatuor habita ſunt Concilia, nempe annis DCCCC IX, DCCCC XXI, DCCCC XXIV & DCCCC XXVII, inſinuat clariſſimus Sirmundus, cùm in notis ad Concilia Galliæ dicit, *Troſleium vici nunc*
F *etiam nomen eſſe, paucis millibus diſtantis ab Auguſta Sueſſorum.* Nam ſi hôc loco Troſleium ad Axonam intellexiſſet Sirmundus, Compendii potiùs (ad quod propiùs accedit) quàm Auguſtæ Sueſſionum meminiſſe debuerat. Rem verò ita ſe habere, multa ſunt quæ omnino perſuadeant. Id docet in primis Zuentiboldi præceptum nunc primùm ex autographo ſancti Michaëlis pagi Virdunenſis erutum, quod ita deſinit. *Data nono Kalend. Septemb. anno Domini* DCCC XCV, *Indictione* XIII, *regnante domno Rege Zuentiboldo anno primo. Actum in vico Droslei juxta Novionam civitatem in Dei nomine feliciter. amen.* qui locus idem ipſe eſt, quem mox indicabam. Etſi enim intra Sueſſionicæ diœceſis vicos numeretur; unico dumtaxat miliari plus

b *Hiſt. B. Mariæ Sueſſ. gallicè pag. 429 & 438.*

diſtat à Noviomago, quàm ab Auguſta Sueſſionum : à qua forſan magis recedere A
viſus eſt Zuentiboldo, quòd ab illa præruptis montibus, nec paucis ſeparetur: inde verò ad Noviomagum rectum iter ac facile inſtituatur. Duplex eo in loco cernitur vicus, nempe Troſleium *ſuperius* & *inferius*, utrumque proximè conjunctum; quod regiis plerumque villis contigiſſe, jam ſæpe notavimus. Duplex quoque ibi eccleſia, quarum una eſt ruſticanis aliis longè præſtantior: caſtellum utrique eccleſiæ intermedium, quod olim regium fuiſſe tradunt indigenæ. Et verò ſatis probat loci dignitas eminentior, elatæ regiæque viæ, ſilvæ adjacentes, & in circumpoſitos viculos dominium. Alia ſunt ibidem caſtellula ſeu militum domus (feuda vocant) & accolarum caſæ frequentiores, quàm in multis ejus provinciæ vicis. Præ- B
ter indicatas à Sirmundo Gallicanis in Conciliis Troſleianas Synodos, ibi etiam anno DCCCC LV Hlotharius Rex Placitum habuit, cujus mentionem faciunt ipſius
a Tournu pag. 280. litteræ à Chiffletio [a] memoratæ in hunc modum. *Signum Hlotharii glorioſiſſimi Regis Francorum. Signum Emmæ Reginæ. Signum Hludovici Regis filii eorum. Guido Cancellarius ad vicem Artoldi Archiepiſcopi ſummique Cancellarii recognovit. Actum* [*apud*] *Troſliacum, in Placitum* (*lege Placito*) *ſub die* VII *Idus Novembris, Indictione* XIIII, *anno verò* II *regnante Hlothario Rege glorioſiſſimo.* Ubi Chiffletius providè admonet, alia manu & dilutiore atramento Emmæ atque Hludovici ſubſcriptiones fuiſſe adjectas poſt annum DCCCC LV, ad confirmandum Lotharii privilegium, more priſcis ſæculis ſatis uſitato. C

CXLVII. *Tuſiacum* * *vel Tuſciacum ſuper Moſellam.*

* Tulley.

TUſiacum ſeu Tuſciacum in pago Tullenſi, quidam perperam confundunt cum Duſiaco ſuperiùs memorato, quod etiam *Tuſciacum ſuper Moſam* dicitur in vulgato chronico Frodoardi ad annum DCCCC XXXXIII, ſive facili litterarum *D* in *T* commutatione, ſeu librariorum errore. Nam aliud eſt (ut mox dicebam) Tuſiacum agri Tullenſis, modò in ſimplicem vicum redactum, in quo rudera veteris caſtelli cernuntur colli impoſita, cùm vicus ad radicem ſitus ſit, pridem à ſancti D
Manſueti cœnobio pendens, *Tulley* ſeu *Tullé aux groſeilles* vulgo appellatus, duabus leucis diſtans à Tullo-Leucorum, inter Moſellam & Moſam. Inſignis quondam fuit hæc villa, ut conſtat tum ex Concilio quatuordecim provinciarum ibidem anno DCCC LX celebrato, in quo Carolus Calvus Jonæ Epiſcopo Æduenſi privilegium indulſit : tum ex ejuſdem Caroli Calvi Capitulis, ſive *in Burgundiam miſſis per Gauſlenum* alioſque *de Tuſiaco anno Incarnationis Dominicæ* DCCC LXV, ſeu Tuſiaci populo *adnunciatis.* ubi etiam de Engeltrude Boſonis Comitis uxore ſermo ventilatus : qua de re Nicolai Papæ exſtant ad Carolum Calvum litteræ, & Hincmarus agit in libro de Lotharii Regis divortio. Nec plura de Tuſiaco ſuppetunt. E

CXLVIII. *Valentianæ* * *ſeu Valencianæ.*

* Valenciennes.

VAlentianas à Valente Auguſto ſic dictas non immerito viri docti conſentiunt, quorum opinioni favet in primis notitia dignitatum Imperii per Gallias *ante Arcadii Honoriique tempora deſcripta*, ubi *cum viro illuſtri Magiſtro Equitum Galliarum* Valentinianenſes, inter Ampſivarios & Batavos collocantur medii, longeque pluribus, ſanè nobiliſſimis præponuntur. Nec minore loco apud Francorum Reges fuerunt Valentianæ, inter quos Chlodoveus III anno regni III, *cum Valen-* F
cianis, inquit, *in palatio noſtro cum apoſtolicis viris in Chriſto Patribus noſtris Anſoaldo* &c. *Epiſcopis, ſeu & inluſtribus viris, Godino* &c. *ad univerſorum cauſas audiendas vel recto judicio terminandas reſederemus* &c. Ibidem Theodericus, cognomento Calenſis, *ipſa die Kal. Martias anno* quoque *regni* III anteriora Regum atque Pontificum privilegia Dionyſiano cœnobio indulta Valentianis confirmavit. Aliam *Synodum habuit ad* Valentianas Carolus Magnus anno DCC LXXI, uti veteres Francorum annales cum Eginhardo referunt. Poſt Fontaneticam verò pugnam, Nithardo teſte, Carolus Calvus, ducta Hermengarde uxore, *Valentianas quoque qui de fidelibus ſuis*

A *inter Moſam Sequanámque cauſâ cuſtodiæ remanere deberent , ordinavit.* quo tempore Nivelongo fideli ſuo præceptum dedit , à Perardo [a] relatum, *Idib. Januar. anno* III, *Indict.* VI.... *actum Valentianis regio palatio* &c. Eumdem in locum decennio pòſt cum Lothario fratre convenit Carolus,ubi mutuæ concordiæ pactum firmarunt. In Chronico [b] Centulenſi fertur idem Carolus Valentinianis placitum tenuiſſe. quod vereor ut ſatis exploratum ſit , cùm Lothariani regni pars tum eſſent Valentianæ, quas nonniſi exſtincto Lothario Rege Carolus occupavit. Valentianas Eginhardus [c] *pagi Fanomartenſis vicum* appellat, quas cæteri *urbem, fiſcum , opidum, caſtrum*que muB nitiſſimum potiori jure cognominant. Videndum Lotharii diploma apud Dubletum [d] (cujus ſpecimen æri inciſum hîc promimus) ubi *in pago Fanomartenſe , ſuper fluvium qui vocatur Scaltus , manſum unum ex fiſco Valentianas* concedit anno regni V , *Indict.* VIII. *Actum Valentinianas palatio regio* &c. Poſtea Flandrorum , ac deinde Hannoniæ Comitibus obtigit hic locus, qui cum Montibus provinciæ totius principem locum publicis in comitiis obtinuit: donec tandem Ludovici Magni victricibus armis ſtupendo eventu ceſſit.

[a] Perard. pag. 143.
[b] Chron. Centul. lib. 3 cap. 12.
[c] Eginh. de Tranſl. SS. Marcelli & Petri lib. 4.
[d] Doublet pag. 786.

CXLIX. *Vendopera* *.

* Vandevre.

C REgium ad fiſcum Vendopera in Lingonibus ſita ſpectabat, cùm *Ludovicus Imperator eam S. Petro tradidit.* Huc *receptam ſub defenſione Karoli* Engeltrudem, uxorem Boſonis, *quæ cum quodam adultero in Lotharii regnum aufugerat*, Annales Bertiniani ſcribunt in anno DCCC LXV, dubiumque relinquunt, Auſtricine regni, an Burgundici fuerit hæc villa : quam in utriuſque confinio poſitam ſic puto , ut tamen intra Burgundiæ limites contineretur. quamquam ex Nicolai Papæ Hincmarique Remenſis litteris conſtat, Lotharium in regno ſuo deſultoriæ iſti feminæ confugium permiſiſſe : quo nomine etiam apud Patres Tuſiaci congregatos malè audiit. Hanc Tricaſſinæ diœceſi adverſus Iſaac vindicare conatus eſt Ottulfus Epiſcopus , ut legitur D in actis Synodi Trecis anno DCCC LXXVIII celebratæ. Eam denique S. Petro, hoc eſt Pultarienſi monaſterio , reſtitui poſtulat Johannes Papa VIII in epiſtola ad Boſonem Comitem , qui præceptis apoſtolicis videtur obtemperaſſe. nam poſtea locus ille ſub Ludovico VII cellis Cluniaco ſubjectis annumeratur. Eſt & Vendopera apud Cenomannos , ubi Leonardus Abbas piiſſimus cœnobium conſtruxit. Sunt & Venderæ ſeu Venderiæ , *villa regia in territorio partim Mettenſi , partim Tullenſi*, ab anonymo Gorzienſi monacho in hiſtoria tranſlationis S. Gorgonii memoratæ [f].

[f] Sæc. 3 Bened. part. 2 pag. 215.

CL. *Venitta ſeu Venita* *.

* Venette.

E INter regias villas Compendienſi palatio proximas haud poſtremo loco cenſeri debet Venitta , quam in pago Bellovacenſi, ad dextram Iſaræ ripam, infra Compendium leucâ dumtaxat unâ poſitam Aigradus monachus in S. Anſberti vita [g] memorat his verbis. *Hadulfus venerabilis Abba unà cum comitibus ſui itineris* .... (corpus S. Anſberti) *uſque ad Venittam villam regiam , quæ ſita eſt in pago Bellovacenſi ſecus fluvium Iſeram , cum ingenti reverentia proſecutus eſt.* Et infra : *Venientes ergo ad præfatam villam Venittam , illic affuerunt obviam ſancti Præſulis corpori comprovinciales urbis Rotomagenſis Epiſcopi* &c. Regiam ejuſdem loci capellam Carolus Calvus anno DCCC LXXXVII F monaſterio Compendienſi attribuit , in conditionis litteris , quarum hîc ſpecimen exhibemus, in quibus nonniſi regiarum villarum capellas deſignat, nempe *capellam in Venitta , capellam in Vermeria , capellam in Nantvilo , capellam in Mammacis* &c. Idem ipſe Carolus in aliis litteris *Venittæ mercatum liberum* eidem Compendienſi baſilicæ tribuit : & Carolus Simplex addit *eccleſiam cum duodecim manſis*, item alios *manſos duos , quos impetratos à Rege dedit Riulfus* ; ac tandem *in villa Venitta de cultura quam dedit Lando S. Cornelio , & duodecim bunuaria de alode , quam tradiderat Hadigero Capellano*, confirmat. Deinde cùm ipſe , tum filius ejus Ludovicus *uſque ad pontem Venitæ flumen (Iſaram) & de tranſitu navis in Venita nonam & decimam partem* ; *de*

[g] Sæc. 2 Bened. pag. 1060.

cenſu quoque vini quod accipitur de Compendio & de Venita nonam partem concedunt. Ex A quibus omnibus inferas locupletem fuiſſe Venittam; unde regio fiſco tot jura proventuſque deferri ſolebant. Sunt qui velint à circuminſitis vineis ortum Venitæ ſeu Venittæ nomen. Mihi ariolari non vacat. Quamquam ejus loci vina prædicat, qui ibi natus eſt, Nangiacenſis Continuator[a] alter ad annum M CCC LVIII. quo anno *Veneta* incendio per Anglos corrupta memoratur.

CLI. *Vermeria* *.

VErmeria, corruptè Verimbria, propè flumen Iſaram, qua Ottenettam recipit amniculum, Compendio Silvanectum petentibus obvia, jam indè à Mero- B vingicis Regibus villa fiſcalis erat. Id docet Fredegarii appendix, ubi legimus Carolum Majoremdomus anno DCC XXXIX *reverſum in regionem Francorum, ægrotare cœpiſſe in villa Verimbrea ſuper Iſſara fluvio*, ſeu (ut corrigit Aimoïnus) *ſuper fluvium Iſaram*, ubi etiam Chronicon Hildesheimenſe mortuum illum *in villa publica Wrembria anno* DCC XLI perperam refert. Id enim Cariſiaci ſuper eumdem fluvium contigiſſe, melioris notæ Annales conſtanter docent. Pippinus Caroli filius anno DCC LII apud Vermeriam palatium epiſcopalem ſynodum indixit, cui & interfuiſſe Burchardo, Ivoni & Gratiano dicitur, probatque ejus præceptum[b] *datum Kalend. Marcias anno* I *regni noſtri Vermeria feliciter.* Subſequitur aliud[c], cui appoſitum eſt *Signum* C ✠ *inluſtris viri domni Pippini glorioſiſſimi Regis, dat. anno* III *regni noſtri Vermeria in Palatio.* Tertium Pippini Regis præceptum Galliæ Chriſtianæ auctores proferunt in Archiepiſcopis Ultrajectinis[d], quod is petente Bonifacio anno regni II conceſſit. Quartum exhibet eodem anno Chronicon Fontanellenſe;itemque aliud Aninſolenſes tabulæ, *datum* IV *Idus Junias, anno* X *regni noſtri*, quæ omnia in *Vermeria palatio* condita ſunt.

Non minùs Pippino parente Vermeriam coluit Carolus Magnus, ubi anno regni VIII ineunte Dionyſianorum juribus cautum eſſe voluit. Aliquid etiam operis novi Vermeriæ molitum anno DCCC VIII, docet ipſius Capitulum *de operibus pala-* D *tii ad Vermeriam.* At nepoti ipſius Carolo Calvo longè frequentior hic locus. Quippe teſtante Fontanellenſis Chronici fragmento anno DCCC L *Carolus Placitum in Vermeria palatio tenuit in menſe Junio.* quod tamen ante Junium menſem inchoatum fuiſſe docet Frodoardus[e], prolatis litteris Remenſi eccleſiæ conceſſis VI *Kal. Junii, anno* X *regnante Carolo glorioſo Rege, Indict.* XIII. *Actum Vermeriæ palatio regio.* Eodem in conventu Villalupenſe monaſterium Cormaricenſi attribuit, dato præcepto, quod etiam Carolum ante Junium Vermeriam appuliſſe demonſtrat. Alia Vermeriæ ſynodus *juſſu glorioſi Principis Karoli anno ab Incarnatione Domini* DCCC LIII, *Indict. prima*, VI *Kal. Septemb.* congregata eſt, in qua Herimanno Nivernenſi Epiſcopo *eccleſiæ ſuæ diſpoſi-* E *tionem* reſtitutam ferunt acta Concilii: quibus adſtipulatur Caroli præceptum anno regni XIII eidem Herimanno Vermeriæ conceſſum, quod hìc ex Chartario Nivernenſi publicamus. Conſultum pariter Dionyſiani monaſterii Cellæ Lebrahenſi ſancti Hippolyti, quam Conrado Comiti dari in precariam, ſcriptâ ſynodali epiſtola Patres vetuerunt. Denique relata ibi concilii Sueſſionenſis Capitula. Anno regni XV Vermeriæ quoque degebat Carolus, cùm Immonem Tornacenſem Epiſcopum privilegio donavit VIII *Kal. Aug. Indict.* IV, *anno* XV., regni. Vitio laborat hæc Indictio IV, qualis edita eſt[f]: ſed illam emendat ejuſdem Caroli diploma, quod in archivo monaſterii S. Criſpini Majoris apud Sueſſionas authenticum vidimus, da- F tumque eſt *Fulberto Diacono, & ſacri palatii noſtri cantori*, pro quibuſdam rebus commutatis *in pago Breenſi ſuper fluvium Urc* &c. ubi poſt ſubſcriptionem *Æneæ Notarii ad vicem Ludovici*, intra ſpatium ſigni manualis leguntur hæc duo verba, *Leutbodus Cantor*, cum quibuſdam notis Tironianis, quæ fortè verbum, *ambaſciavit*, exprimunt: ac poſtremo, *Data* V *Kalend. Julii, Indictione* III, *anno* XV *regni Caroli glorioſiſſimi Regis. Actum Vermeriæ palatio regio* &c. Quæ Synodus Cariſiacenſis Nonis Julii anno DCCC LVI habita, de generali conventu Vermeriæ ad XIV & VII Kalendas Auguſti tenendo præmonet, non ad annum Caroli XVI, ſed ad decimi ſeptimi ini-

a *Spicil. tom.* II *pag.* 861

* *Verberie.*

b *Doublet pag.* 693.

c *ibid.*

d *V. Vvill. Hed. prima edit. pag.* 222, *& Joh. à Leydis lib.* 3 *cap.* 12.

e *Frod. Hiſt. Rem. lib.* 3 *cap.* 4.

f *Capitul. Baluz. tom.* 2 *pag.* 71.

A tium ſunt referenda, ut docent ejuſdem Regis præcepta duo, quæ etiam primaria legimus. Unum eſt Ludovico Abbati Dionyſiano conceſſum pro quibuſdam prædiis mancipiiſque commutatis IIII *Idus Julii*, anno Carolini regni XVII. Aliud pro Gorbeienſi monaſterio, *Datum* V *Nonas Octobris*, *Indict. .. anno* XVII *regni glorioſiſſimi Regis Karoli. Actum Vermeriæ palatio regio :* cùm *Edilwlf Rex occidentalium Anglorum Roma rediens*, *Judith filiam Karoli Regis*, *menſe Julio deſponſatam*, *Kalendis Octobris in Vermeria palatio in matrimonium accepiſſet*, ex Annalibus Bertinianis. Aliam quoque Synodum Vermeriacenſem Sirmundus indicat anno DCCC LXIX celebratam, *in qua accuſatus Hincmarus Epiſcopus Laudunenſis*, *ad ſedem apoſtolicam appellavit*. Hæc procul
B dubio ipſa eſt, quam Miræus [a] ad annum DCCC LXX minùs bene collocat, ubi Hincmari Remorum Archiepiſcopi & aliorum Epiſcoporum apud Vermeriam congregatorum diploma refert de libertate & prædiis Abbatiæ S. Vedaſti [b]. Denique Compendienſi monaſterio ab ſecondito Carolus anno DCCC LXXVII, vitæ poſtremo, *Capellam in Vermeria*, *& decimam Caſini Vermeriæ* concedit litteris editis, quarum inſigne ectypon hic repræſentamus.

Inter bellorum diſcrimina, Carolomannus Ludovici Balbi filius, S. Criſpini monaſterio Sueſſionenſi *duos manſos in Vermeria ad petitionem dicti Eriſonni* largitur IV *Idus Decemb. anno regni* VI, *Indict.* III. *Actum Andeliaci monaſterio.* In antiquitatibus Atre-
C batenſibus, Odonis quoque Regis diploma partim editum eſt, XII *Kal. Januarii, anno regni* VI, *Vermeriæ palatio :* itemque aliud ejuſdem Odonis pro Arremarenſi cœnobio datum *apud Coneda*, ubi hæc lego [c]. *Quamobrem cùm ad Placitum noſtrum apud Vermeriam veniſſemus*, *affuerunt inibi Fulco* &c. *Data* XI *Kal. Octob. Indict.* X, *anno Incarnationis dominicæ* DCCC XCII, *anno quinto regnante domno Odone* &c. Necdum à Nortmannis violatum fuerat hoc palatium anno Caroli Simplicis VIII, Indict. III, Chriſti DCCCC, quo Carolus Waloni Æduenſi Epiſcopo litteras dedit in tomo ſecundo Galliæ Chriſtianæ publicatas: immo nec anno DCCCC XVIII, regni Caroli XXVI, Indict VII, quo *duos manſos in Vermeria interjacentes cum mancipiis* &c. *ad Capellam S. Clementis*, quam
D Compendii Frederuna ejus uxor erexerat, *culturam namque prope pontem Vermeriæ*, *contra palatium ſitam*, *& de ipſo quoque fiſco collaboratûs noſtri partem* &c. quæ ex authenticis ipſius litteris hîc eduntur. Detento Peronæ Carolo pervaſam ferunt à Nortmannis Vermeriam, non tamen penitus exciſam. Nam Lotharius Rex, Caroli nepos, anno DCCCC LXIX, regni XIII ibi degebat, ut patet ex ipſius litteris Richardo Floriacenſium Abbati, *Nonis Junii*, *Indict.* X datis *Verberiaco palatio:* quibus ferè ſimiles ejuſdem anni Idibus Juliis conceſſas Bonævallenſi cœnobio Labbeus [d] indicat. Poſtremo Rotbertus anno M XX VIII *Biſtiſiacum prædium noſtræ ſedi Vermeriæ contiguum* vocat in litteris aliàs memoratis, cujus etiam ſedis Ludovicus VII, atque Phi-
E lippus Auguſtus in præceptis pro conditione ac dotatione parthenonis S. Johannis in ſilva Cotia meminerunt.

[a] *Mir. dipl. Belg. pag.* 22.
[b] *V. Beſly Hiſt. Comit. Pict. pag.* 152.
[c] *Gall Chriſt. tom.* 4 *pag.* 80.
[d] *Labbe Miſcell. pag.* 140.

CLII. *Vern ſeu Vernum* *. *ubi de Litanobriga*, *meliùs Latinobriga.*

* *Verneuil.*

VErnenſis palatii nomen, ſitus, & origo perobſcura ſunt; ideoque diligentiùs perquirenda. Locum illum Childebertus, Theuderici Regis filius, in Placito, quod hîc ex autographo promimus, *ad Verno* ſeu, *Vernum*, & *infra terminum Verninſem*
F dicit, uti & Pippinus, ni fallit Dubletiana præcepti ipſius editio : econtra verò Ludovici Pii diplomata duo primaria, Lotharii alterum à Chiffletio memoratum, itemque aliud Caroli Calvi authenticum, non *Vernum*, ſed VERN tetragammaton indeclinabili modo præferunt. quod villæ iſtius, Gallicum an Francicum, vetus nomen fuiſſe, aliquando Latinè *Vernis*, ſæpius *Vernum* in Conciliis redditum exiſtimo.

Sunt qui Vernum intrudant pro Vernone ad Sequanam opido : quos ſatis refellunt duobus in locis Annales Bertiniani. Alii Vernum ad Ottenettam fluviolum in loco *Vez* aut *Ver* (de quo Monſtreletius) ſtatuunt inter Criſpiacum & ſilvam Reſticenſem ; neque huc levibus conjecturis feruntur. Nonneminem etiam vidi, qui

loci ductus oportunitate , Vernum haud aliud eſſe contendit à Vermeria , notiſſi- A
mo ſcriptoribus noſtris palatio. At longè plures (uti paſſim ex Nanto Nantoilum
aut Nantolium) ſic ex antiquo VERN ſeu VERNO docent conflatum eſſe Vernolium
ad Iſaram , media in ſilva poſitum , olim Marchiæ , nunc Ducatus titulo inſigne.
Et hic quidem locus , Compendio tendentibus ad S. Dionyſii monaſterium, ſatis
obvius eſt , ut inſtituto ab Ludovico Balbo ſecundùm Annales Bertinianos itineri
conveniat. Quin etiam vaſtiſſimis undiquaque veſtitur ſilvis , quales Vernum ha-
buiſſe circum poſitas , ex aliis ejuſdem nominis locis clariſſimus Hadrianus Valeſius
ſagaciter opinatur. Inter hæc fluctuanti ſuccurrit memoratum Childeberti Regis di-
ploma , Dionyſiano cœnobio conceſſum : unde figendo huic loco certiſſimum ar- B.
gumentum eruitur. Sic autem profert diploma. *Venientes agentes baſilicæ .... domni
Dionyſii Mamaccas in palatio noſtro , nobis ſuggeſſerunt , eu quod farinario illo nocopante
Cadolaico , infra termino Vernînſe , quem à longo tempore anteceſſores ſui ad villa ipſius ba-
ſilecæ Latiniaco ſemper poſſederunt. Agentes verò inluſtri viro Grimoaldo Majorimdomus
noſtræ .... dicebant, quòd à villa ſua Verno fuiſſit aſpectus. Dicebant poſtia ipſe agentes S.
Dionyſii, eu quod de plurimum annorum ſpacia ipſe farinarius ad ipſo Verno nonquam aſpe-
xiſſet , niſi ad villa ipſius baſelicæ Ladiniaco : Ebroinus Majorim domus ſuo tempore quando
ipſa villa poſſidebat , ibidem eum ficiſſet aſpectum.* Ex his conſtat, *Cadolaicum* villam atque
farinarium, infra terminum Verninſem, non longè à *Latiniaco* conſtitiſſe : quæ villa utra- C
que monaſterii Dionyſiani , ſi ut Verno ; ita etiam Vernolio proxima inveniatur ;
jam certum habebimus de iſtius palatii germano ſitu teſtimonium.

Conſulti hac de re locorum periti (quandoquidem aliter non licebat) retulêre
Vernenſis palatii ædes antiquas non eodem prorſus fuiſſe loco , quem nunc recens
Vernolium caſtrum occupat : ſed inferiùs in convalle poſitum fuiſſe , ubi etiam nunc
quædam ſuperſunt ædificia, quibus *veteris caſtri* nomen perſeverat. Priſci hujus palatii
dominium , vel (ut loquitur Childebertus) *terminus Verninſis* , non definebat ad Iſa-
ram flumen , uti neque modò definit ; ſed eo prætergreſſo , in Bellovacenſis pagi
vicos nonnullos protendebatur , non longè à Briga fluviolo , *la Breche* , qui con- D
tra Vernum Iſatæ miſcetur. Duplici fere miliari ſupra ejuſdem Brigæ confluentes
memorata villa Cadolaicum , farinariumque locata erant , uti & Latiniacum villa
qui locus *Lagnieville* aut *Lagneville* modò dictus , etiamnum priſcæ amplitudinis ſpe-
ciem non minimam exhibet. Poſitus eſt ad ripam Brigæ dexteram , quæ ibi ſcindi-
tur in duos alveolos , ut molendinis ſex inferiùs poſitis uberior aqua ſuppetat. Utrum
ex iis Cadolaicum vetus fuerit, non ita certò conſtat. quamquam illud quod vicu-
lo , jam *Monſtier* vocato , proximius eſt , pro Cadolaico , uti viculus ipſe , uſur-
pandum videtur. Illud tamen movet in contrarium , quòd ipſi Latiniacenſi villæ
manſus (feudum appellant Antiliacum vel Cantiliacum) includatur , qui vel ipſo E
nomine ad Childeberti Cadolaicum proximè accedit. Ad hæc verſus aquilonalem
Latiniaci-villæ partem, ad ipſam Brigam , viculus alter , *Saqueville* aut *Sacheville* nun-
cupatus, cum molendino cognomine ponitur , qui etiam Latiniaco paret , nec videtur
à Cadolaico-villa plurimum abhorrere. Ut ut ſit , conſtat Latiniacum , in memora-
to Childeberti præcepto deſignatum , Verno palatio contiguum fuiſſe : atque adeo
non alium à Latiniaco-villâ , *Lagneville* hodie dictâ ; ubi Melitenſium Equitum
præfectura nobilis (Commendatoriam vocant) poſtmodum erecta eſt : cujus præ-
fectus ſeu Commendator ,non ſolum loci incolis, atque eccleſiæ parochiali , beato
Remigio ſacræ , dominatur ; verùm etiam multis aliis cùm vicinis , tum in Briegio F
atque Flandria poſitis gaudet latifundiis , quæ pinguem hanc atque opimam inter
Melitenſes dignitatem commendant.

Circa Latiniacum villam crebri fontes oriuntur , qui dulces aquas eo maxime
loco derivant in Brigam , ubi viculus *Saqueville* , aut *Sacheville*, ipſi ponte conjun-
gitur. Hinc certò conficias , villam Latiniacum Brigæ impoſitam , ipſiſſimam eſſe
Litanobrigam , ſeu (ut habent optimæ notæ codices) *Latinobrigam* , quaſi *Latinio-
briga* , ſeu *Latinium-brigæ* , aut Latiniacum ad Brigam diceretur , ab Æthico in Iti-
nerario memoratum , quod Childebertus in ſuo diplomate Latiniacum dumtaxat

villam

A villam nuncupavit, prætermiſſo *Brigæ* nomine; cujus loco recentiores Latinia-
cenſi villæ gallicum *Lagneville* nomen indiderunt. Porro ſive Brigæ nomine
pontem, uti veteres apud Spelmannum; ſeu fontem, quod malunt alii; ſeu denique
Brigam fluvium intelligas, *la Breche*; in Latiniacum villam tria hæc ita coïncidunt,
ut nulli alteri poſſint melius convenire. Ab hujus loci cum Verno palatio vicinia
Cluverius, aliique recentiores inter Geographos doctiſſimi, cùm priſcæ hujus La-
tiniaci villæ nullam haberent notitiam; habitâ ratione milium ab Æthico ſtatutorum
à Samarobriva Sueſſionas hoc modo, *Carmiliaca M. P.* XI. *Cæſaromago M. P.* XIII.
Latinobriga M. P XVIII. *Auguſtomago M. P.* III. *Sueſſionas M. P.* XII. Litanobrigam
B ſeu Latinobrigam pro Verno aut Vernolio uſurparunt: quam tandem priſtinæ ſedi
reſtitutam, ac ſincerum Verni palatii ſitum, occaſione Cadolaici farinarii villæque
Latiniacenſis detectum, opinor, gratulabuntur.

Æthici Latinobrigam qui Verno adaptarunt, loci ejus natales ad Romanorum
tempora refundere ſunt coacti. Verùm ut recentiùs conditum ſit Vernenſe palatium,
ſaltem Chlotharii III principatu regias inter villas locum habebat, ex vita S. Baboleni,
ad quem exſtat Chlotharii Regis epiſtola *facta Verno regali palatio.* Mox locum illum
uſibus ſuis addixit Ebroinus Majordomus regiæ. quod an Chlothario vivente con-
ſecutus ſit, vel Theuderico permittente ſibi vindicarit, ſuperiores Childeberti litte-
C ræ non produnt. Eumdem in locum victor à Saracenis rediens Carolus, cognomen-
to Martellus, divertit: quem Eucherius Epiſcopus Aurelianenſis *Vernum fiſcum pu-
blicum* ſecutus eſt, ut ferunt ipſius acta caſtigatiora. Anno V Childerici Regis Pip-
pinus itidem Major-domus *Verno in palatio publico ad univerſorum cauſas audiendas*
reſediſſe in Hiſtoria Dionyſiana memoratur. Factus Rex *univerſos prope Gallia-
rum Epiſcopos aggregare fecit ad Concilium Verno palatio publico, recuperare aliquantiſper
cupiens inſtituta canonica*; ſcilicet menſe Julio anni DCC LV, non ſequentis, quem-
admodum ſcribit Baronius, qui neſcio qua de cauſa quindecim dumtaxat canones
huic Concilio attribuit; cùm in editis triginta numerentur. Vernenſem hunc con-
D ventum ſubſequuntur capitula decem *de alia Synodo ſub ipſo domno Pippino facta*, quam
alii Verno iterum, alii Mettis coiviſſe exiſtimant. Concilii Vernenſis meminit *al-
tera Synodus .... Kalendas Martias Liptinis habita*, ubi inquit Pippinus, vel certè Ca-
rolomannus, de *decimis* ac *nonis*, quæ *monaſterius dari pleniter debeant, ſicut eis ad Ver-
num pleniter ordinavimus.*

Anno DCCC II Carolum Imperatorem Ludovicus Pius Aquitaniæ Rex, Turo-
nis *in Franciam redeuntem, Vernum uſque proſecutus eſt*, referente Aſtronomo in Ludo-
vici vita: qui poſtea cum Lothario filio monaſterium Dionyſianum à graviſſimo
ducentorum vini modiorum onere liberavit: quod cùm ſemel in penuria vini qui-
E dam Dionyſianus Abbas *ad palatium Vern* liberè contuliſſet, ab actoribus regiis
tamquam debitum deinceps exigebatur. Præcepti verba ſunt. *Hilduinus.... noſtræ
innotuit celſitudini, quod cujuſdam anteceſſorum ſuorum tempore, pro indigentia vini inter-
veniente, ab eo qui tunc temporis Rempublicam gubernabat* (Ebroinus an Ghiſlemarus)
præ... neceſſitatis & indigentiæ, ex monaſterio S. Dionyſii ad VERN *villam noſtram præ-
berentur. Unde cum idem Abbas qui illo in tempore eidem ſanctæ eccleſiæ præerat, ducenta mo-
dia vini illic propter jam dictam petitionem tribuiſſet; & ceteri qui poſt illum Rectores ejuſ-
dem loci fuerunt, ſimiliter egiſſent, atque hujus.... pro lege & debito cenſu in ipſa villa ab
actoribus regiis teneri videretur* &c. Idem Ludovicus Mintriacum villam Dionyſiano
F quoque cœnobio dedit, ut probat ejus præceptum hîc editum XIX *Kal. Februar. an-
no Chriſto propitio* XIX *imperii domni Hludovici piiſſimi Auguſti, Indict.* XI, *actum Vern
palatio regio, in Dei nomine feliciter.* ac tandem anno DCCC XXXVIII *directo Ca-
rolo in partes Cenomannicas, ipſe in Verno.... ſtativa habuit.* Mox ab obitu parentis Lo-
tharius Auguſtus Hildigiſo [a] Duſerenſium Abbati conceſſit immunitatem *in Vern* [a] Tournu pag. 254.
palatio regio. Ceteris abſtineo.

Notiſſima ſunt, maximè ex Lupi Abbatis ad Hincmarum epiſtola XLII, Conci-
lii Vernenſis decreta, *ubi præſedit Ebroinus Pictavorum Epiſcopus* cum aliis, *anno.* V *re-
gni domni noſtri Karoli, filii Hludovici Imperatoris menſe Decembri, Indict.* VII. quæ non

ad annum DCCC XLV, ut plerique ſolent, ſed ad præcedentem eſſe revocanda, docet A
Indictio VII ibidem appoſita. de quibus etiam capitulis patres apud Bonoilum anno DCCC LVI congregati agere videntur. Ibidem VII *Id. Ag. anno VII regnante Karolo glorioſo Rege, Indictione* VIIII, agente Hebroïno Epiſcopo Carolus monaſterii noſtri Germanenſis navibus liberam à teloneis transfretandi facultatem *ſuper fluvium Sequanam, ſive per alia flumina in ipſum confluentia, id eſt per Matronam, per Ionam, Iſam & Axonam* indulſit. *Actum Vern palatio regio* &c. ſic Caroli ipſius autographum, quod non ſine mendis Labbeus[a] publicavit. Hemeræus in Auguſta Viromanduorum aliud Caroli Regis diploma recenſet anno regni XIII, *Actum Verno palatio.* quo etiam Carolus ſe recepit anno DCCC LXI, ex ipſius præcepto *Indict.* VIIII, *anno* XXI, regni con- B
ceſſo; prout hic editur: uti *anno* DCCC LV, *regni* XV, *Indict.* III, priùs egiſſe diſcitur ex permutatione facta[b] inter Hirmintrudem Reginam & Ainardum Abbatem Foſſatenſem. Præterea anno DCCC LXV iterum *Vernum villam veniens, Epiſcopos ac ceteros Aquitaniæ primores ibidem obvius ſuſcepit, ad quorum multam petitionem filium ſuum Carolum necdum bene ſpaſſatum in Aquitaniam ... redire permittit.* Denique in Capitulis anni DCCC LXVII Ludovico filio præcipit, ut *in Verno porcos accipiat tantùm.* Qui Ludovicus eodem anno iter egit *per Cariſiacum & Compendium uſque ad Vernum, quatenus ad ſepulcrum patris ſui apud monaſterium S. Dionyſii perveniret*, ut ſcribunt Annales Bertiniani. Karolomannus Ludovici filius *ad palatium Vernis anno dominicæ Incarnationis* C
DCCC LXXXIV, *anno autem regni* V, *Indict.* II, *menſe Martio convenit cum parte fidelium*, ubi Capitula quatuordecim confecta ſunt. Et anno regni VI Adalgardi S. Crucis apud Pictavos Abbatiſſæ jurium atque immunitatum tuitionem *Verno palatio* impertivit. Nunc ad sereniſſimum Henricum Borbonium pertinet Vernum ſeu Vernolium: quem virum Principem, de nobis optimè meritum, Deus incolumem ſervet.

a *Miſcell. pag.* 462.

b *Baluz. Capitul. tom.* 1 *col.* 1404.

CLIII. *Vernimptæ.*

VErnimptas fictitium villæ nomen facilè crederem, niſi penes me eſſet Caro- D
li Calvi diploma primarium, quod ejus loci mentionem ingerit. Sic igitur ille fiſcum Cormilias (poſtea Dionyſianis villis additum) in pago Vilcaſſino, prius à Reginaldo Comite detentum, jure beneficiario cuidam Geilino ſeu Gailino in proprium concedit XII *Kal. Martii, anno* III (qui Chriſti DCCC XLII reſpondet) *Indict.* V, *regnante Karolo glorioſiſſimo Rege. Actum Vernimptas villa* &c. Vernimptarum ſitus me fugit. Eas haud procul ab agro Pariſiaco fuiſſe crediderim.

CLIV. *Verſaliæ* *.

* *Verſailles.*

VErſalias, agri Pariſienſis villam, non longè à Valle-Criſonis inſalubri cælo, E
ſolo ſterili, & aquarum penuriâ laborante; indeque vix ulli notas, præter quàm in polyptychis, & veteribus eccleſiæ Pariſiacæ chartariis, Ludovicus XIII Francorum Rex, ceu ſtativum venationi regiæ locum, comparavit, ibique minimè ſuperbas erexit domos. Ludovicus verò re ac nomine Magnus, paternas ædes magnificentiſſimè ampliavit, vaſtiſſimos addidit hortos, & aquis, præter loci naturam, incredibili ſumtu ac labore deductis, irrigavit: quos ſimul ac regiam totam exquiſitiſſimis operibus exornat & perficit in dies. Catalogus Abbatiarum & Prioratuum diœceſis Pariſiacæ *in Decanatu de Maciaco Prioratum de Verſaliis* collocat: nunc F
locus ille in Caſtrifortis Decanatu recenſetur.

CLV. *Vicenæ ſeu Vicennæ* *.

* *Vincennes.*

VIcenas præclarè Hadrianus Valeſius[c] dictas obſervat, quod vicenis ſeu viginti ſtadiis abeſſent ab urbe Lutecia; hoc eſt paſſibus bis mille & quingentis. Apud Rigordum *Philippus Auguſtus anno* M C LXXXIII *nemus Vicenarum, quod toto tempore prædeceſſorum ſuorum fuerat diſcluſum, & omnibus tranſeuntibus patens & pervium,*

c *Notit. Gall. pag.* 434.

A *muro optimo cinxit*; ubi, conteſtante etiam Guillelmo Brittone, *incluſit maximam mul-*
tudinem caprarum & damarum & cervorum. Hinc regio fiſco pridem addictum hoc
nemus conficias, quod *toto tempore* Philippi ac *prædeceſſorum tranſeuntibus patuerat.* Ibi-
dem Grandimontenſibus monachis cœnobium erexit Philippus, quod poſtea Fran-
cici de Paula religioſis ſectatoribus Minimis Henricus III addixit, dato Grandi-
montenſibus in urbe Pariſiaca collegio, ubi etiam nunc ſtudiis vacant. Ferunt re-
gias ædes in nemore Vicenarum ab eodem Philippo conſtrui cœptas, in quibus an-
no M CC L S. Ludovicus, Philippi nepos, eximium præceptum edidit à Caſſeno-
vio [a] memoratum, quo *feudis & negotiis Seneſcalliarum Carcaſſonæ & Bellicadri, &* a *Franc Allen de Languedoc pag.* 291.
B *Toloſanæ & Caturcenſis & Rutenenſis*, leges imponit. Idem quoque anno M CC LXIX,
& Philippus Audax ejus filius anno M CC LXXVII ac M CC LXXIX, litteras à Dubleto
relatas in gratiam Dionyſiani monaſterii Vicenis condiderunt: quos imitati Carolus
Pulcher anno M CCC XXIV, & Philippus Valeſius anno M CCC XXXVIII, Latiniacen-
ſibus rebus cautum eſſe voluerunt. Ludovicum X ibidem anno M CCC XVI fato fun-
ctum eſſe, itemque anno M CCC XXVII Carolum IV fratrem ejus, cognomento Pul-
crum, atque Carolum IX anno M D LXXIV communi ore tradunt hiſtorici. Vice-
nas *Manerium regale* vocat Stephanus Epiſcopus Pariſienſis anno M CC LXX in lit-
teris, quibus Jolendis Comitiſſæ Nivernenſis *de caſtro & caſtellania Montis-Gaii re-*
C *cepiſſe ibi homagium ... ac eam inveſtiviſſe per anulum aureum* memoratur. Caſtri ejus,
quale modò conſpicitur, primarius auctor habetur Philippus Valeſius, cujus fun-
damenta jecerit anno M CCC XXVII; opus à patre inchoatum promoverit Johannes
ad tertiam contignationem; eique manum ſupremam Carolus V impoſuerit: qui
etiam ſub anno M CCC LXXIX collegium Canonicorum ibi inſtituit. Poſt longa
verò temporum intervalla Ludovicus XIV Rex, longè Maximus, Vicenarum re-
giam novis duobus ædificiis, ab orientali ſcilicet parte & occidentali, fecit amplio-
rem. Sub finem anni M CCC XXXII [b] celebris Epiſcoporum, Abbatum, ac virorum b *Nangii Continuator id refert ad ann.* 1333.
Cleri Gallicani præcipuorum, unà cum regni Principibus in veteri caſtro Vicena-
D rum habita eſt Synodus: ubi quid de ſtatu animarum carne ſolutarum ſentiret Eccle-
ſia, diu multumque diſceptatum eſt, occaſione vulgatæ Johannis Papæ XXII ſen-
tentiæ: ac tandem ejuſdem anni dominicâ quartâ adventûs, *eas frui clarâ, beatificâ,*
intuitivâ, & nudâ divinæ eſſentiæ, & ſanctiſſimæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus-
Sancti viſione, diffinitum eſt.

CLVI. *Victoriacum* *. * *Vitry.*

E ANtiquiſſima eſt pagi Atrebatenſis villa, duabus leucis à Duaco remota, Vi-
ctoriacum ad Scarpam; ubi, teſte Fortunato, Chlotharius Magnus Radegun-
dem puellam toro adſciſcere parabat. Gregorio non ſemel memoratur hæc villa,
quam Jonas in vita S. Columbani, & poſt illum Hariulfus *villam publicam* appellant.
Ibi Sigibertus à Neuſtraſiis eſt elevatus in Regem, moxque à ſicariis Fredegundis
impulſu trucidatus. Ibi etiam Chlotharium infantem, inquit Gregorius, *nutrire præ-*
cepit Chilpericus Rex, dicens: *ne fortè* dum *publicè videtur, aliquid mali incurrat &*
moriatur. Victoriaci quoque alterius caſtri meminit in libro tertio Gregorius, in quod
Mundericus, *qui ſe parentem Regum adſerebat*, ſe recepit. Locum illum in Arvernis
ponit Aimoïnus libro ſecundo. fortè illud ipſum eſt Victoriacum, de quo Ludo-
F vicus Pius in præcepto [c] Brivatenſi eccleſiæ conceſſo loquitur. qua de re fides ſit c *Baluz. tom.* 2 *Capitul. col.* 1426.
penes Aimoïnum. Exſtat in Pertenſi pago atque diœceſi Catalaunica Victoriacum
ſeu Victuriacum duplex, *Incenſum*, & *Franciſci*; prius ad Saltum flumen, *Pontigoni fiſco*
proximum, quod Lotharius *anno regni* IX, *Indict.* VI, hoc eſt anno DCCCC LXIII, obſediſſe
videtur, ut patet ex ipſius litteris Willelmo Pictavorum Comiti datis apud Beſlium [d] d *Beſly Comit. Pict. pag.* 253 & 259.
quæ ſic deſinunt. *Actum circa caſtellum Victerii.* Locum hunc cum *Boſonis caſtello* tum
pervaſerat Heribertus Veromanduorum Comes, ut ex Frodoardi Chronico ſatis intel-
ligitur. Porro *Incenſum* dictum eſt Victoriacum, quòd à Ludovici Junioris militibus
conſumtum fuerit. In ejus loci eccleſia quondam unus è clavis Chriſti Domini aſ-

ſervabatur [a]. Victoriacum Franciſci ad Matronæ Saltuſque confluentes, à Franciſco A
primo erectum, ab ipſo Franciſci nomen accepit. Cetera ejuſdem nominis loca lubens prætermitto.

a Sac. 2 Bened. pag. 851.

CLVII. *Victriacum ſeu Vitriacum* *.

* Vitry.

IN Aurelianenſi ſilva Victriacum duplex eſt, unum *ad Logias*, & aliud ſimpliciter dictum. Prius videtur appendix poſterioris, quod memorat Helgaldus in Rotberti vita, ubi ait *monaſterium S. Medardi in Vitriaco caſtro* ab ipſo fuiſſe conſtructum. An etiam Vitriacenſem regiam condiderit Rotbertus, quem Aurelianis B
delectatum fuiſſe conſtat, penitus incertum. Henrici Regis præceptum exſtat in Appendice Baluziana ad Lupum Ferrarienſem, Arvernenſi monaſterio Caſæ-Dei conceſſum *Victriaco palatio publicè, menſe Septembri, luna* XI, *Indictione* II, *ab Incarnatione Domini anno* MLII, *regni domni & invictiſſimi Henrici* XXI. Huic præcepto Tortarius [b] Floriacenſis monachus ſuffragatur his verbis. *Giſlebertus Victriacum advenit: qui locus regalis palatii honorificentia noſtris temporibus*, hoc eſt ſæculo XI, *decorabatur*. Poſitum eſt Vitriacum in Archidiaconatu Pitiverenſi, Prioratumque habet cùm baptiſmali S. Medardi eccleſia Floriaco ſubjectum.

b Sac. 4 Bened. part. 2 pag. 409.

C

CLVIII. *Viennenſe*.

VIennenſis civitatis antiqua decora perſequi non eſt animus. Duntaxat obſervo Romanos Imperatores ac Reges Francorum ſuum ibi cum ceteris ædibus publicis palatium habuiſſe: cujus rei luculentus eſt teſtis Sulpicius Alexander in hiſtoria, ubi *de clauſo apud Viennam palatii ædibus Principe Valentiniano* loquitur. Quin etiam Gregorius [c] Turonenſis Epiſcopus, non unicam, ſed plures ſimul prodit Viennæ regias ædes, cum *ſubito palatium regale intramuranum divino igne ſuccenſum* commemorat. Ad quid enim *intramuranum* dixiſſet hoc palatium, ſi non aliud quo- D
que poſitum extra muros, & flammis intactum noviſſet? Francorum Regibus Burgundicis inter præcipuas regni ſedes habita ſemper eſt Vienna, ubi ſæpius commorati, multa, quæ paſſim eduntur, diplomata confecerunt.

c Greg. Tur. lib. 2 cap. 9.

CLIX. *Villa Colli-Reſti* *.

* Villers-Coſterez.

REſtica ſilva pagi Vadenſis ampliſſima, venationi aptior eſt, quàm ut in illa Francici Reges publicam villam non habuerint, in qua conſuetos vernalium autumnaliumque venationum labores quandoque ſolarentur. Hanc in rem exſtru- E
cta Villa Colli-Reſti, in qua nobile caſtrum, ceu Vadenſis Ducatûs caput, aſſurgit, quod Philippo Aurelianenſi, Regis unico fratri nunc eſt in deliciis. Palatii iſtius fortean auctor Ludovicus X, cognomento Hutinus, quem *apud Villam Colli Reſti anno Domini* MCCCXV, *menſe Novembri* degiſſe probat ejus præceptum, quo *religioſis mulieribus monialibus monaſterii S. Johannis de Cuiſia totam decimam panis & vini noſtri quotiens*, inquit, *ſumus Compendii, Verberiæ, Beſtiſiaci, Cauſiaci, apud Petræfontem* &c. concedit.

CLX. *Villa-nova Regis* *, & *Villa Regis* *. F

* Ville-neuve-le-Roy.
* Ville-Roy.

IN agro Pariſienſi, & Linarienſi Decanatu, aliàs Montis-Letherici, vicus exſtat Villa-nova-Regis, nuncupatus. Hunc eſſe Novum-vicum, cujus Boterovius in Numiſmatibus ob nummum *Novo-vico* inſcriptum meminit, quidam exiſtimant. Quidni potius fuerit *Vicus-novus* à Fortunato in vita S. Germani memoratus his verbis. *Igitur Paſtor bonus cùm de vico Novigento ad Vicum-novum viſitandi gregis curâ ſolitâ perveniſſet* &c. Regium ad fiſcum pertinuiſſe Villam-novam Regis, nomen ipſum per ſe ſatis indicat: quo ferè nomine hîc locum obtinuit.

A · Par eſt ratio de Villa-Regis, Pontibus Icaunæ proxima, & de altera villa Regis poſita in decanatu Montis-Letherici: quas regii quoque fiſci partem aliàs fuiſſe nemo eſt qui non agnoſcat.

CLXI. *Warmatia ſeu Wormatia.*

PRiſcis in tabulis, notitiiſque provinciarum atque dignitatum Romani Imperii, Warmatia, caput gentis, & Germaniæ primæ civitas agnoſcitur. Hanc ſæpe Francici Reges à mille & amplius annis rebus publicè geſtis exornarunt, quas B hîc perſtringere juvat. Exſtincto Theuderico Chlotharius Rex cùm ad capeſſendum Auſtriæ regnum advolaret, *Brunichildis cum filiis Theuderici Warmaciæ reſidebat: unde legatos ad Chlotharium direxit*, Fredegario atque Aimoino conteſtantibus. Ibidem Pippinus Rex anno DCC LXIV, ut Annales Tiliani, Reginoque Abbas commemorant, *populi ſui generalem conventum habuit*, in quo duplici, Aquitanico Bajoaricoque bello provideret. Eumdem locum publicis comitiis peridoneum nanctus eſt Carolus Magnus, qui anno DCC LXX habuiſſe Synodum ſuam in Warmatiam civitatem fertur in Annalibus Francorum Oiſelianis & duplici ipſius vita. Biennio pòſt aliam idem ipſe *Karolus Rex Synodum tenuit in Wormatia, & inde perrexit in Saxoniam prima vice*, ut Annales Fuldenſes memorant. Saxonum eorumdem perfidia anno C DCC LXXVI Wormatienſi Concilio III dedit occaſionem, quod vita Caroli Magni prodit in hunc modum. *Cùm autem in Warmatia dominus Rex Karolus hæc audiſſet, tenuit ibidem Synodum, & publicum placitum, & Concilio habito introivit cum ſumma feſtinatione Deo juvante in Saxoniam.* Warmatiæ quoque Carolus anno DCC LXXXI Synodum agebat, ubi *Taſſilo Dux in præſentiam piiſſimi Regis apud Warmatiam renovans Sacramenta, dedit duodecim obſides electos*, docente in primis auctore incerto in Caroli vita. qui Carolus biennio pòſt, referente monacho Ecoliſmenſi, *cùm Warmatiam perveniſſet, ſociavit ſibi in matrimonium Faſtradam Reginam*, ad quam anno DCC LXXXVII iterum *Warmatiam venit, ubi ad invicem congratulati, Dei miſericordiam* D *collaudaverunt. Deinde congregata Synodo ad eamdem civitatem*, perſtricta eſt Taſſilonis verſutia, decretaque ad illum de præſtanda fide legatio. At cùm in pertinacia ſua Taſſilo mentem obſirmaret, anno ſequenti Wormatiæ cum ſuis redactus in ordinem eſt. Poſtrema hæc duo Placita Synodus anni DCC LXXXVI præceſſerat, in qua Carolus rebellantes quoſdam Britonum Comites & *nonnullos etiam nobilium in partibus Auſtriæ.... juſſit ad ſe venire. tum menſe Auguſto apud Wormatiam Synodum Epiſcoporum ac conventum magnificum coire fecit*, ubi lata in reos ſententia, innoxii *clementer abſoluti*. Sic ferunt cum Reginone jam ſæpe laudati Francorum Annales. Eodem in conventu Carolus Madriolas villam Germanenſi cœnobio noſtro aſſeruit, E conceſſis litteris quæ ita deſinunt in autographo. *Data Nonas Novembris anno nonodecimo & tertio-decimo regni noſtri. Actum Warmaſia palatio in Dei nomine feliciter.* Aliud Wormatiæ placitum, ubi Carolus *ea quæ utilia videbantur eſſe in regno ſuo diſpoſuit*, anno DCC XC conſignant Annales Mettenſes: quo, uti & ſequenti, *Natale Domini & Paſcha ad Warmaciam* celebravit, ut Tiliani ſcribunt. Præterea Carolum Imperatorem circiter annum DCCC III *flexis poplitibus in generali populi conventu* precati ſunt Epiſcopi & Sacerdotes, *ne in hoſtem aut pugnam pergerent, & quale eis omnibus immineat periculum*, ut habent noviſſima ejus Capitularia.

Anno DCCC XXI, ſi Theganum audiamus, *Lotharius venit* Wormatiam cum F uxore Irmingarda; itemque quinquennio pòſt Ludovicus Imperator *venit Wormatiam, ubi Karolo filio ſuo.... terram Alamannicam & Ræticam, & partem aliquam Burgundiæ coram filiis ſuis Lothario & æquivoco ſuo Lodewico tradidit.* Ad hæc relictis Aquis Grani Ludovicus anno DCCC XXIX *ſtatuit Vormatiam ad celebrandum generalem populi conventum properare*, ubi *de his quæ viſa ſunt ſtudiosè tractavit.* Ventilata ibi capitula quædam ſuggerit Hincmarus in tractatu *de divortio Hlotharii & Tetbergæ*. Poſtremo Judithæ Auguſtæ ſuaſu idem Ludovicus placitum ibidem anno DCCC XXXVIII *condixit*, ad quod pariter venit *Hlotharius poſt Paſchæ ſollemnitatem*. Ipſimet Lothario, paullo poſt defunctum parentem Wormatiæ agenti, *Ebbo, deducente Boſone Abbate, cui commendatus*

fuerat, occurrit, ut habent Acta Concilii Tricaſſini anno DCCC LXVI celebrati. Commendatione digna eſt in Ludovico Rege pænitudo animi, qua delictorum indulgentiam *pridie Nonas Junias in Wormatia* petiit ab Hincmaro Remorum Antiſtite, cujus eccleſiæ bona deprædatus fuerat. Id ad annum DCCC LIX revocant Annales Pithœani, quo *Ludovicus Rex quaſi inchoante verno tempore Gallia rediens, Wormaciam venit.* Ex quibus omnibus videas, quænam ſit vulgatis quibuſdam Annalibus fides adhibenda, qui anno DCC XCI *palatium Wormacenſe incendio conſumtum* eſſe comminiſcuntur. Hactenus de Regum geſtis apud Wormatiam. A

B

* VVeſel.

CLXII. *Waſalia * ſeu Waſalicum, olim Voſavia.*

DUplex ad Rhenum Waſalia, ſuperior & inferior. Inferior ad Germanicam ejus fluminis ripam poſita, Batavorum ditioni nunc ſubeſt. Superiorem aliquando Germani *Oberweſel*, id eſt ſuperius Waſaliacum; at ſæpius *Weſel* abſolutè nominant. Ipſa eſt Voſavia, quæ in tabula Theodoſiana Bodobricam inter & Bingium locatur. Situm ejus Rabanus in Martyrologio ſic deſcribit. II *Nonas Julii depoſitio B. Goaris Preſbyteri & Confeſſoris, qui in ultimos Galliæ fines, in provinciam, quæ Rheno contigua, Frigoria vocatur, & ad diœceſim pertinet Trevirorum, intra terminos Vaſaliacenſes, pervenit.* Frigorius igitur pagus Rheno flumini adjacens, Waſaliam, atque vicinum S. Goaris monaſterium, vulgo *S. Gower*, complectitur. Rem amplius declarat Wandalbertus Prumienſis Diaconus [a] in miraculis S. Goaris, quo auctore diſcimus, Waſaliam Trevirorum regiis villis annumeratam fuiſſe. Sic enim ille *ſub eodem Aſſuero* (qui primus cœnobio Prumiæ præfuit) *quidam major regiæ villæ, quæ non longè* (à monaſterio S. Goaris) *poſita Waſalia dicitur:* & inferius: *Per idem tempus accidit Rheni fluminis aquam nimio frigore congelaſcere ... Erat autem regiæ villæ colonus, quam ſuprà Waſaliam diximus appellari, cujus vinea haud procul à monaſterio, vineis S. Goaris adhærebat.* Quid apud regiam hanc villam præſtiterint Francici Reges, fateor mihi penitus incompertum. C D

a Sæc. 2 Bened. pag. 290 & 291.

CLXIII. *Veimodus.*

NOn aliunde villa hæc regia mihi nota eſt, quàm ex Rodingi ejuſque conjugis Bebelenæ litteris apud Miræum [b], quibus illi Willebrordo Epiſcopo caſtri Antuerpienſis eccleſiam & tertiam partem teloneorum concedunt. *Actum eſt publicè hoc* WEIMODO *regia villa, cùm fecit October dies viginti, regnante Theoderico Rege anno ſexto.* Is eſt Theodericus Calenſis, cujus regni annus VI cum anno Chriſti DCC XXV aut ſequentis initium convenit. De palatiis ſatis. E

b Mir. Cod. donat. pag. 27.

DE RE DIPLOMATICA LIBER QUINTUS,

In quo exhibentur, explicanturque ſpecimina veterum ſcripturarum.

POſt longam de Regum palatiis digreſſionem, nunc demum ad ſcopum deſtinati operis me recipio, relaturus & expoſiturus ſpecimina veterum ſcripturarum, ex quibus partim pendet judicium de priſcorum autographorum veritate. Huc autem revocanda ſunt ea, quæ de variis ſcripturarum generibus diximus in capite XI libri primi: ſimulque advertendum (quod eo in loco monuimus) diſtinguendam in unoquoque ſæculo ſcripturam forenſem ſeu diplomaticam à litteratoria, quæ hominibus litteratis convenit; diverſa item ab uſuali, quæ non ita elaborata eſt atque illa, quæ in mſſ. codicibus reperiri ſolet.

Quapropter ut rectius de duplici iſto ſcripturæ genere, litterario ſcilicet ac diplomatico, judicium ferri poſſit; omnia ſpecimina revocamus in duas claſſes, quarum prima exhibet litteratoriam, altera forenſem ſeu diplomaticam ſcripturam, ordine temporum utrobique ſervato. Ex primo quidem proponuntur ſpecimina variarum ſcripturarum, nempe Romanæ antiquæ, Gothicæ, Francogallicæ, Saxonicæ, Langobardicæ, aliarumque cum ſuis alphabetis: tum pro ſæculorum ſerie varia earum ectypa repræſentatur uſque ad ſæculum XV. Dein ſubſequuntur ectypa diplomatum maximè Regum Francorum, à Dagoberto I ad ſanctum Ludovicum: quibus ſpecimina bullarum pontificiarum ſubjungimus à Johanne V ad Paſchalem II, adjectis inſignioribus ectypis actorum Synodicorum, quorum genuinæ ſubſcriptiones proferuntur. Hæc omnia tabellis LVIII conſtant, majoribus partim & minoribus, quibus explicationes, quoad fieri potuit, è regione vel inter verſus appoſuimus in commodum lectorum. Porro ſpecimina diplomatum pleraque efficta ſunt ex autographis Dionyſianis, quæ multa cum dexteritate atque labore indefeſſo expreſſit unus ex ſodalibus & amicis meis.

I.

SPECIMINA

veterum codicum & inſcriptionum.

IN TABELLA I.

Scriptura Romana primæ ætatis.

I. F*Ragmentum Legis agrariæ.* Hoc ſpecimen ex ærea tabella, quæ in regio cimeliarchio apud Fontem-Blaudi olim ſervabatur, eruit Petrus Hamo, Caroli IX domeſticus & à Secretis, de quo plura diximus in Præfatione. Hoc autem fragmentum Hamo ait eſſe legis Romanæ, quæ Africæ domitæ à Romanis impoſita eſt. quod meliùs congruet ſequenti fragmento, in quo agitur de Tampſitanis, Leptitanis, Aquilitanis, Uſalitanis, & Teudalenſibus, Africæ incolis. Titulum ex Hamone adſcripſimus, uti & ſequentem.

II. *Fragmentum legis Romanæ.* Hamo itidem expreſſit ex ærea tabella, quæ in penu regio etiam apud Fontem-Blaudi anno M D LXVII aſſervabatur, litteris utraque ex parte inciſis, & quidem (ut vides) inæqualibus; igni aut caſu neſcio quo multùm violata. Primus verſus ita legi debet. *Duumvir qui ex honeſto loco factus* &c. Nota in fine lineæ quintæ ſignificat numerum C M. id eſt centum millia.

III. *C. Iulij Cæſaris teſtamentum L. Piſone ſocero recitatum in domo Idibu Septembris.* Et hic titulus à tergo appoſitus erat inſtrumento in cortice ſeu papyro Ægyptiaca ſcripto, & in eodem regio ſcrinio anno M DLXVI (quo Hamo ſub oculis Goſſelini Bibliothecæ Fontis-Blaudenſis curatoris iſtud expreſſit) religioſiſſimè aſſervato. Lata erat papyrus uno pede, longa quinque. Titulus apprimè iis convenit, quæ de Iulii Cæſaris teſtamento ſcribit Suetonius in hunc modum. *Poſtulante ergo L. Piſone ſocero, teſtamentum ejus aperitur; recitaturque in Antonij domo, quod Idibus Septembribus proximis in Lavicano ſuo fecerat* &c. At certum eſt titulum ſuperiorem regio inſtrumento perperam fuiſſe impoſitum à nebulone quodam malè feriato, qui Hamoni, mihique ſubinde fucum fecit. Quippe fragmentum iſtud excerptum eſt ex charta plenariæ ſecuritatis, quam Briſſonius ex corticeo Bibliothecæ regiæ archetypo primus vulgavit, & poſt eum Gabriel Naudæus. Hanc fraudem non ſtatim detexi: ſed mihi aliquamdiu impoſuit ſpecioſa inſcriptio, quam ex fragmenti verbis non facilè emendare poteram. Sed tandem dum Briſſonii formulas identidem revolvo, in memoriam venit ea ipſa verba, quæ Julii Cæſaris teſtamento tribuebantur, in charta illa omnino reperiri. Hìc proinde monendum lectorem duxi, ubicumque in ſuperioribus libris fit mentio dè ſpecimine Iulii Cæſaris teſtamenti; id de charta plenariæ ſecuritatis eſſe intelligendum, quæ condita eſt, *imperante domino Iuſtiniano PP. Aug. anno* XXXVIII *Ravennæ, P. C. Baſilii, anno* XXIII, *Id. Iul. Indict.* XII. quæ notæ quadrant anno Chriſti D LXIV. Itaque ad ſæculum VI revocanda eſt hæc ſcriptura, de qua vide quæ à nobis dicenda ſunt ampliùs ad tabellam LVIII libri V. Sed tandem quia difficilis eſt hujus ſpeciminis lectio, hoc loco in commodum lectorum ita reddenda eſt.

Tunc non ſolum ut perjurii reatus incurram ſecundum leges, verùm etiam daturum me promitto, heredeſque meos tibi iſte Germanæ heredibuſque tuis pænæ.. ante litis ingreſſum auri ſolidos triginta & ſex, ſuppoſitis omnibus rebus meis ypoticae titulo, quas habeo abituruſve ſum manente, & dictavi, in qua pro ignorantia feci ex auctoritateque roborata. Actum Rav. Id. & P. C. iſti Ind. iſta duodecima. Item &c. id eſt. *Actum Ravennæ Idib... & poſt Conſulatum iſtius* (*Baſilii*) *Indictione iſta* XII. quod interpretabar, *in die iſta* XII, ante detectum fucum fallacis inſcriptionis.

SCRIPTURA ROMANA PRIMÆ ÆTATIS

A B C D E F G H I L M M N O P T Q R R S T V X

1 Fragmentum legis agrariæ

QVAE TRO AGREIS LOCEIS AEDIFICEIS QVEI . S . S . S . TOPVLO
DEBERETVR DEBEBITVRVE ALITER EX SIGRATVR ATQVE VTEIQVE
IN . H . L . S . EST . QVAE . S . S . S . ARB . TR . QVEI INTE CEIVES . TVM
ROMAE IOVS DEICET . SATIS SVPSIGNATO

A B C D E F G H I K L M N
O P Q R S T T T V X X V Z

2. Fragmentum legis romanæ

II VIR . QVEI EX H . L . FACTVS . CREATVSVE ERITIS . FACITO IN
DIEBVS CCL PROXSVMEIS QVIBVS H &c TAMPSITANORVM
LEPTITANORVM AQVILLITANORVM . VSALITANORVM . TEVDA
LENSIVM . QVOM . IN AMEICITIAM . &c

DEIXERIT . PRAETOR EX . H . L . QVAERETITA DICAREIS HS . N
QVOTIENS . QVOMQVE AMPLIVS BIS . IN . VNO . VBI DVAE PARTES &c
QVOD . SINE MALO PEQVLATVM . FIAT . TR . QVEI &c
QVOD . EX HACE LEGE . FACTVM . NON ERIT &c

3. C. Iulii Cæs. Tes[illegible] L pirsone
[illegible]

[illegible]

a a b c d d e e f f 3 3 3 h l i l L l m n 8 s o p q r p p r r a a u x r

A

IN TABELLA II.

Alphabeta varia.

1. G*Allicum.* In hac & ſequentibus tabellis exhibenda ſunt varia alphabeta ſcripturarum, quæ uſitatæ fuerunt apud Latinos. Primum locum poſt Romanum damus Gallico, quod Borerovius ex veterrimo lapide ſepulcrali, apud Ambianos reperto, expreſſit. Quamquam non ita accuratum exiſtimo, ut pro characteribus gallicis planè genuinis omnino cenſeri poſſit. Neque tamen viſum eſt prætermittendum, ſi quid afferat ad gentis noſtræ veterem litteraturam illuſtrandam. B

2. *Carolinum ſeu Francicum.* Ipſum eſt quo Reges Francorum, præſertim Carolini, uſi ſunt in verbis initialibus & in ſubſcriptionibus diplomatum ſuorum, quod aliquanti erit momenti ſtudioſo lectori. Minoris characteris item Carolini ſyllabas quaſdam difficiliores adjunximus. Francogallicam ſeu Merovingicam ſcripturam damus in tabella ſequenti. Vide tabellam xx & proximas pro majori charactere Merovingico.


3. *Gothicum.* Quod Ulfilas Gothorum Epiſcopus ante annos mille & ducentos adinvenit ſcripturæ genus, id Franciſcus Junius ſinceris typis expreſſit ex codice argenteo, qui Evangelia gothicis litteris pervetuſtis ſcripta complectitur. Idem in altero volumine adjecit gloſſarium gothicum, præmiſſo veteri alphabeto, quod hîc ex ipſo repræſentamus. Illum adi, ſi plura cupis de gothica litteratura.

4. *Runicum.* Et hoc Junius in ſui gloſſarii limine expreſſit: ſed accuratiùs de eo egit Olaus C VVormius, tum in libro ſingulari de Runica litteratura, quæ etiam Gothica & Danica dicitur: tum in libris ſex Danicorum monumentorum, ubi permultas refert ejuſmodi Runicas inſcriptiones. Vide quæ de hoc ſcripturæ genere diximus in libri primi capite xi.


5. *Ex Paulinis epiſtolis græco-latinis.* Exſtat in Bibliotheca noſtra Germanenſi veterrimus codex græco-latinus, ab annis mille ſcriptus, epiſtolas Pauli complectens, prout habet ſpecimen hîc ex adverſo expreſſum: in quo græcos accentus & ſpiritus primaria manu adſcriptos vides, tametſi à noſtris aliquanto diverſos. Non ergo adeo recentes videri debent accentus græci, ut nonnulli opinantur.

ALPHABETA VARIA


1. Gallicum Vetus.



2. Carolinum Seu Francicum.




3. Gothicum.



4. Runicum



5. Ex Paulinis Epistolis



IN TABELLA III.

Scriptura Francogallica ſeu Merovingica.

1. EX *Gregorio Tur. Ioliano.* Hic codex eſt viri clariſſimi & eruditi Claudii Jolii Cantoris Pariſienſis, Gregorii Turonenſis Epiſcopi libros aliquot de Francorum hiſtoria complectens, quo uſus eſt eruditiſſimus Hadrianus Valeſius in ſcribendis libris rerum Francicarum. Locus hic expreſſus ex libri ſecundi capite IX deſumtus eſt.

2. *Ex Gennadio Corbeienſi n°.* 142. Eodem ſcripturæ genere, tametſi difficiliori, exaratus eſt codex iſte Corbeienſis, in noſtra ſancti Germani Bibliotheca modò aſſervatus, qui Hieronymi & Gennadii libros de viris illuſtribus, continua capitum ſerie ordinatos exhibet, prout hæc ordinata ſunt à Caſſiodoro, uti ipſe teſtatur in capite XVII libri divinarum lectionum. In hoc codice maxima eſt diſcrepantia ab editis, ut nuper obſervavi in tomo ſecundo Analectorum, ubi hunc locum de Auguſtino exhibui in diſcriminis iſtius argumentum. Hîc tantùm ea, quæ in oppoſita tabella habentur, reddere viſum eſt ad levandam ſtudioſorum operam in lectione hujuſmodi ſcripturæ. Eam Francogallicam ſeu Merovingicam appellavimus in libri primi capite XI, propterea quòd à Francicis ſeu Merovingicis Regibus aliiſque Francis uſurpata eſt præſertim in publicis inſtrumentis, ut diplomata primæ ſtirpis conferenti perſpicuum fiet. Sic autem habet lectio.


Auguſtinus diſcipulus beati Ambroſii, Yppone-regiae Africae oppidi Eps, vir eruditione divina & univerſo orbe clarus, fide integer, vita purus, ſcripſit quanta nec invenire poſſunt. Quis enim glorietur ſe omnia illius habere? aut quis tanto ſtudio legat, quanto ille ſcripſit? Ededit jam ſenex, quos juvenis coeperat, de Trinitate libros XV, *in quibus, ut Scriptura ait, introductus in cubiculum Regis, & decoratus veſte multifariae ſapientiae Dī, exhibuit ecclesiā non habentem maculam aut rugam, aut aliquid ejuſmodi. De Incarnatione quoque Dni idoneam ededit pietatem. Reſurrectionem etiam mortuorum ſimile cucurrit ſinceritatem: egregio ingenio, etſcellenti ſtudio ecclesiae ſerviens.*

In hoc fragmento duæ in editis occurrunt interpolationes, aut (ſi mavis) additiones. Prima poſt hæc verba, *quanto ille ſcripſit*, ita habet. *Vnde & multa loquenti accidit, quod dixit per Salomonem Spiritus-ſanctus: In multiloquio non effugies peccatum. Edidit tamen ſenex*, &c. Altera poſt hæc, *ſimili cucurrit ſinceritate*, inſerit ſequentia. *Licèt minus capacibus dubitationem de abortivis fecerit. Catholicus permanſit tamen, & error illius ſermone multo (ut dixi) contractus, luctâ hoſtium exaggeratus, necdum hæreſis quæſtionem dedit.* Quæ verba, ſi Gennadii ſunt, fortaſſe reſecuit Caſſiodorus, aut aliquis Auguſtini ſtudioſus ante annos mille: quo fere tempore ſcriptus eſt codex Corbeienſis, quem Langobardicis characteribus conſtare olim opinatus eram.


TAB. III.

SCRIPTVRA FRANCOGALLICA SEV MEROVINGICA


I. Ex Gregorio Turon. Ioliano.



2. Ex Gennadio Corbeiensi N.° 142.



3



IN TABELLA IV.

Scriptura Saxonica.

1. E*X codice Corbeienſi n°. 267.* Superfluum videretur hic edere ſpecimina ſcripturæ Saxonicæ, niſi hæc multum diſcreparet à vulgatis, utpote curſoria, & ſuo tempore uſualis. Primum hoc ſpecimen erutum eſt ex codice Corbeienſi, qui Iſidori de officiis libros complectitur cum aliis nonnullis. Lectio ejus ita inſtitui debet.

Domino meo & Dei ſervo Fulgentio Epiſcopo Yſidorus Epiſc. Quaeris à me originem officiorum, quorum magiſterio in aecleſiis erudimur : ut quid ſint inventa auctoribus, brebibus agnoſcat indiciis. Itaque, ut voluiſti libellum de genere officiorum ordinatum miſi, ex ſcripturis vetuſtiſſimis auctorum, ut locus obtulit, commentatum, in quo pleraque meo ſtilo elicui.

Et poſt multa, id eſt in lib. II cap. XVII.

Quatuor autem genera Apoſtolorum : unum à Deo tantùm, ut Moyſes : alterum per hominem & Deum, ut Ioſue : tertium tantùm per hominem, ſicut his temporibus favore populi & poteſtatum Sacerdotum ſubrogantur: quartum autem genus ex ſe eſt, ſicut ſedoprofetae & ſeudoapoſtoli. Quid ſit autem Apoſtolorum nomen. Apoſtoli in latina lingua ... Miſſi interpretantur. quum ipſos miſit Xps evangelizari ad inluminationem omnium populorum. Epiſcopatus autem, ut quidam prudentium ait, nomen ejus operis, non honoris. Græcum eſt enim, atque inde ductum vocabulum, quod ille qui ſuperefficitur, ſuperintendit, &c.


Quicunque vult ſalvus eſſe, &c.

2. *Ex alio codice Corb. n°. 660.* Hæc ſcriptura aliquanto diverſa eſt à ſuperiori, licet ejuſdem ſit generis. Omnes verſus hic reddere juvat, qui ſunt Hieronymi in Iſaiam.


Ecce cum juſtitia de adventu Xpi loquitur. Iſte enim Rex regnavit juſte, non accipiens perſonam in judicio, & principes illius cum veritate præerunt, cauſas non homines conſiderantes : & quicumque ſub ejus umbraculo fuerit, ſic tutus erit in tribulationibus & anguſtiis & in mundi iſtius tempeſtate, quomodo qui ventum & turbinem fugiens ſe tuto abſcondit loco, & qui puriſſimos fontes invenit in deſerto, & qui in vehementi aeſtu ſolis ardore cuncta torrente ſub prominenti ſaxo requieverit. Cùm ergo Xps regnaverit, & principes ejus præfuerint in judicio, non caligabunt oculi credentium, & aures audientium diligenter adtendent, quæ prius ſurdæ erant; & cor quondam ſtultorum intelleget ſcientiam ; & lingua balbutientium atque mutorum quæ Xpm orare non poterat, pleno aptoque ſermone Dominum vocabit. Non vocabitur ultra his, qui ſtultus eſt, princeps : (ſtultam enim fecit Ds [*Deus*] D *ſapientiam hujus mundi :) neque fraudulentus doctor atque perverſus appellabitur magnus in populis, Scribæ videlicet & Faris. Verè enim fatuus fatua loquetur, & cor ejus perficit iniquitatem, qui ibi timuit, ubi non erat timor, & abutebatur ſtultitia pro ſapientia, ut perficiat ſimulationem.*


SCRIPTVRA SAXONICA

1. Ex codice Corb. n° 257.



2. Ex alio codice Corb. n° 660.





 A

IN TABELLA V.

Scriptura Langobardica.

1. EX *codice Corb. n°.* 598. Iſte codex continet Venantii Fortunati poëmata cum aliis nonnullis. Ejus ætas nullo certo charactere probari poteſt : ſed tamen facilè ad octingentos annos revocabitur comparatione facta cum ſequenti.

2. *Ex hiſtoria tripertita n°.* 507. Et hic codex eſt Corbeienſis Bibliothecæ , in noſtra modò aſſervatus. Eum tum ſcribi curavit beatus Adalhardus Abbas , cùm juſſu Ludovici Auguſti in Herienſi Monaſterio, inter Pictones & Armoricos olim ſito , exſularet, nimirum ab anno DCCC XIV ad DCCC XXI. B

3. *Ex codice Vaticano n°.* 4939. Chartarium ſeu chronicon eſt Benedictini cœnobii ſanctæ Sophiæ apvd Beneventum, editum apud Ughellum in Italiæ ſacræ tomo IX. Ejus ſpecimen cum ſubſequenti mihi communicari curavit eminentiſſimus Caſanata Cardinalis.

4. *Ex codice Ghiſiano n°.* 1521. Initium eſt pſalmi XXXIV, à vulgata noſtra aliquanto diverſum.

5. *Ex Tacito Mediceo-Laurentino.* Et hoc debemus humanitati clariſſimi Magliabeci, qui hoc fragmentum, ex initio libri XII Taciti Annalium expreſſum, mihi tranſmiſit.

C

IN TABELLA VI.

Scriptura Romana ſecundæ ætatis.

1. EX *Virgilio Vaticano.* Romanam ſcripturam primæ ætatis exhibuimus in tabella prima : hîc damus ſecundariam , in qua primum locum obtinet Virgilius Vaticanus , uncialibus litteris exaratus. Ejus ſpecimen , id eſt verſum ex Eclogæ ſecundæ initio , pro ſuo in litteras ſtudio ad me tranſmittere haud gravatus eſt eminentiſſimus Cardinalis Caſanata , cujus humanitatem & eruditionem prædicat chorus litteratorum. Hoc Virgilio Aldus junior in libro ſuo de orthographia uſus eſt, uti apparet ex pag. 35. AMOENUS , inquit , *cum oe libri veteres , Virgilius Carpenſis & Vaticanus , & lapides.* & pag. 728. SOLLERS *duplici* LL. *Martianus lib.* 3. *libri veteres , Virgilius Carpenſis & Vaticanus , & lapides.* VOLCANUS etiam ex eiſdem probat pag. 789. Adde FORMONSUM pro FORMOSUM. De Virgilio Carpenſi infra in num. 4. Vaticanus hic accedit ad primam ætatem ſcripturæ Romanæ. D

2. *Ex Prudentio regio.* Nec multum ab ea differt iſte Prudentius , qui in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi aſſervatur. Singularis eſt forma litteræ H in voce HYMNUS , & in CHRISTUS , ubi poſt R tranſponitur.

3. *Ex Terentio Vaticano.* Et hoc Terentii Vaticani , ſanè antiquiſſimi , fragmentum mihi ſubmiſit eminentiſſimus Cardinalis Caſanata. Duo verſus ſunt ex Phormionis actu V Scena VI.

O fortuna ! ô fors fortuna ! quantis commoditatibus
Quàm ſubito meo ero Antiphoni ope veſtra hunc oneraſtis diem !


4. *Ex Virgilio Florentino.* Hoc ſpecimen cum aliis acceptum refero humanitati eruditiſſimi Antonii Magliabeci , multis mihi nominibus colendiſſimi , qui etiam illuſtrandi iſtius codicis Florentini materiam ultro ſubminiſtrauit. Fuit olim iſte codex Rodulfi Pii Cardinalis Carpenſis ſub Paulo III Pontifice maximo : deinde ab ipſo legatus Bibliothecæ Vaticanæ , atteſtante Aldo juniore in pagina 22 Orthographiæ ſuæ in hæc verba. ÆTHERIUS , *non* ÆTHEREUS , *ſicut* ÆRIUS *ex antiquiſſimis libris , & ex Virgilio majuſculis litteris perſcripto eo tempore , quo Curcius Rufius Apronianus vivebat : quod ipſius Curcii manus indicat. qui liber quidem aſſervabatur à Rodulpho Pio Cardinale Carpenſe : nunc Bibliotheca Vaticana ab eodem teſtamento legatus , ubi ſit planè ignoro. nec enim eum video in Bibliotheca Vaticana cuſtodiri ; & opinor ab aliquo furto ſurreptum , &c.* De hoc Rodulpho in limine ejuſdem codicis præfigitur ſubjectum epigramma Achillis Statii Luſitani. E

Purpureos ſparge in frontem atque ... cornua flores ,
Albaque ter plenis lilia da manibus. F
Namque vides ſacli monumentum inſigne prioris ,
Quo neque nobilius , nec prius exſtat opus.
Felix ſorte tua , & vitâ Maro dignior ? unum
Hoc ſupereſt de tot millibus archetypum.
Mæcenas ne tu cum re ſimul ipſe perires ,
Arma feri juſſit militis eſſe procul.
Et tua , RODULFI , *quæ non oblitteret ætas*
Vlla , piæ ſervant hæc monumenta manus.


Holſtenius in ſuo catalogo ita de iſtius codicis antiquitate ſcribit. *Virgilius majuſculis litteris ſcriptus in quarto quadrato , omnium codicum hujus Bibliothecæ eſt antiquiſſimus , mille ducentorum circiter*


SCRIPTURA LANGOBARDICA

1. Ex Codice Corbeiensi Nº 598




2. Ex Historia Tripertita Corb. Nº 507.







3. Ex codice Vaticano Nº 4939




4. Ex Codice Ghisiano Nº 1521.



5. Ex Tacito Mediceo-Laurentiano







circiter annorum, nam circa Valentis aut Theodosii tempora scriptum existimo. Idem probat Curcii Rufii inſcriptio, cujus ſuperiùs meminit Aldus junior. Inſcriptio ſic habet.

CURCIUS RUFIUS APRONIANUS V̄C̄ ET INL: EXCOMITE DOMESI. PROIECI. EXCOM̄ PRIV̄ LARG̅ EX PRAEF̄ URBI PATRICIUS ET CONSUL ORDIN̄ LEGI ET DISTINCXI CODICEM FRATRIS MACHARII V̄C̄ NON MEI FIDUCIA SET EIUS CUI SI ET AD OMNIA SUM DEVOTUS ARBITRIO XI KAL. MAI. ROMAE.

F

Diſtincxi emendans gratum mihi munus amici,
Suſcipiens operi ſedulus incubui:
Tempore quo Penates circo ſubjunximus, atq.
Scenam Euripo extulimus ſubitam.
Ut ludos curruſq. ſimul, variumq. ferarum
Certamen junctim Roma teneret ovans.
Ternum quippe ſofos merui terna agmina vulgi;
Per caveas plauſus concinuere meos.
In quaeſtum famae cenſus jactura cucurrit.
Nam laudis fructum talia damna ferunt.
Sic tot conſumptas ſervant ſpectacula gazas,
Feſtorumq. trium permanet una dies:
Alterinumq. ſuum vivax tranſmittis in aevum,
Qui parcas trabeis tam bene donat opes.
Quiſque locus relegas felix parcaſq. benigne,*
Si qua minus vacuus praet . . . mans.

F

Denique hic codex Aldo juniori (ut jam dixi) in Orthographia ſua uſui fuit, caſu neſcio quo delatus Florentiam, ubi nunc cuſtoditur in Bibliotheca ſereniſſimi Ducis. Ita verò nunc obliterari cœperunt primi verſus, ut difficile fuerit accuratè exprimere ſingulos apices litterarum: in quibus littera A non bene ligata videtur cum littera I in voce TROIAI, nec B cum I in OB IRAM, quandoquidem in præpoſitione AB primi verſus littera B ſolito more figurata eſt.

5. *Ex Oroſio Mediceo-Laurentiano.* Hoc ſpecimen etiam debemus Antonio Magliabeco, in quo certant eruditio & humanitas ſingularis.

6. *Ex Hilario eccleſiæ Vaticanæ.* Verba hæc deſumta ſunt ex initio libri ſexti de Trinitate ſancti Hilarii Epiſcopi Pictavenſis, prout jacent in vetuſtiſſimo codice, qui Romæ in archivo eccleſiæ Vaticanæ aſſervatur. Ejus ſpecimen deſcribi curavit noſter Johannes Durandus, annuente Dom-

no Joſepho Balduino Presbytero Romano, & cuſtode archivi ſancti Petri de Urbe, & Sacriſta ejuſdem eccleſiæ. Scriptus eſt codex (ſi priora folia recentioris ſcripturæ excipias) ſub finem ſæculi quarti, aut ineunte quinto, ut intelligitur ex adjuncta inſcriptione cujuſdam ſtudioſi, quam ſic reddo. *Contuli in nomine Domini Ieſu-Chriſti aput Kaſulis conſtitutus, anno quarto-decimo Traſamundi Regis.* Qui catalogum archivi prædicti ordinavit, pro *aput Kaſulis*, legit *Putzalis. quod eſt in Africa*, inquit, *in regione Numidiæ ſeu Barbariæ. Vulgo appellatur* Putrazzio, *ſitum inter Tunetum & arcem Goletæ.* Si rectè apices codicis aſſequor, non dubito eſſe legendum, *aput Kaſulis*, quæ urbs erat provinciæ Bizacenæ, Antonino *Caſula* dicta: cujus Epiſcopus Quintianus legitur in Notitia Africæ, *Quintianus Caſulis-carianenſis.* Facilis quippe eſt d in t permutatio, qualis eſt in vocibus *haut*, *ſet*, aliiſque ſimilibus, quæ in mſſ. codicibus non raro occurrit. Holſtenius ad oram hujuſce adnotationis manu ſua ſcripſit annum quartum-decimum Traſamundi Regis convenire anno Chriſti D X. A B

7. *Ex Auguſtino Petaviano corticeo.* Exſtat etiam nunc codex iſte in reliquiis Bibliothecæ illuſtriſſimi Petavii Senatoris Pariſienſis, papyro Ægyptiaca majori ex parte conſtans, intermiſtis membraneis foliis ad continenda corticea. Auguſtini varios ſermones complectitur. De eo diximus in libri ſecundi capite VIII num. XI.

IN TABELLA VII.

Scripturæ Sæculi VI.

1. EX *Pſalterio S. Germani.* Scriptus eſt codex iſte litteris argenteis, præter titulos pſalmorum & nomen Dei, quæ aureis litteris exarata ſunt. Vulgato pſalmorum numero adjicitur centeſimus quinquageſimus primus, *Puſillus eram inter fratres meos*, cum hoc titulo. *Hic pſalmus ſibi propriae ſcriptus eſt David, extra numerum* CL, *cum pugnavit cum Golia.* Pſalterium iſtud uſui fuiſſe B. Germano Pariſiorum Epiſcopo, patrono noſtro, qui anno D LXX ad ſuperos abiit, hujuſce loci vetus traditio eſt, ut probat index theſauri noſtri, ante annos quadringentos ſcriptus. Audiendus Jacobus Brolius in admonitione iſti Pſalterio præfixa. *Hoc Pſalterium Davidicum, quo beatiſſimus Germanus Pariſiorum Antiſtes quondam uſus eſt, cùm inter Sanctorum reliquias diu in ſacrario conſervatum fuiſſet; ad Bibliothecam ſtudioſorum gratiâ tandem tranſlatum eſt.* Et infra. *Anno incarnat: Verbi* M CC LXIX *erat hujus monaſterii ſacriſta pius ac devotus, Alexander nomine, qui in dinumeratione reliquiarum, ſuæ fidei commiſſarum, ſpecialiter Pſalterium S. Germani nominat, &c.* C

2. *Ex collectione Canonum Corb. n. 26.* Complectitur hæc collectio varia Concilia ab Ancyrano ad Pariſienſe IV anni D LXXIII, cum nonnullis epiſtolis, præſertim Romanorum Pontificum, præmiſſo eorum catalogo, qui in Vigilio deſinit, prout cernitur in ſpecimine hîc appoſito. Omittitur Anacletus. Obſervandi ſunt numeri in Joſemo ſeu Zoſimo, qui ſic reddi debent. *Ioſemus ſedit annis* VII, *menſes* VIIII, *dies* VIIII. propter ἐπίσημον ϛ græcum, de quo diximus in libri ſecundi capite XXVIII num. XIII. Multa ſunt numerorum ab editis diſcrimina, quæ aliàs referemus. Quæ ex eodem codice ſequuntur, expreſſa ſunt ex epiſtola Innocentii ad Decentium Eugubinum. D

3. *Ex Pandectis Iuſtiniani Florentinis.* Hoc ſpecimen accepi ab humaniſſimo Antonio Magliabeco, ita legendum. *Imperator Caeſar Flavius Iuſtinianus, pius, felix, inclutus, victor ac triumfator ſemper Auguſtus, Triboniano Quaeſtori ſuo ſalutem.* Ejuſmodi ſcripturam *Piſanam* appellant viri docti, qui eas viderunt, atque archetypas exiſtimarunt. Ad funalia olim oſtendebantur, conteſtante inter alios Politiano in Miſcellaneis ſuis, maximè in capite XLI. Locuples item teſtis accedit Budæus in annotationibus ad Pandectas pag. 47 editionis Lugdunenſis anni M D LI. *Harum autem archetypos Florentiæ eſſe putant, quæ littera Piſana vulgo dicitur: & nos cùm Florentiâ Romam iter faceremus in numero legationis regiæ, funalibus eas accenſis, non ſine ambitu, honoris loco ac numero vidimus.* Spelmannus in Gloſſario de illis ita ſcribit. *Has cùm Amalfium cepiſſet Lotharius Imperator, à VVarnhero inventas honorario munere Piſanis dedit: ſed Florentiam poſtea delatæ, in palatio Ducis cuſtodiuntur.* Hanc *prædæ Piſanæ portionem* vocat Politianus in capite XLI Miſcellaneorum, atque Juſtiniani *Digeſtorum ſeu Pandectarum dubio procul archetypum* eſſe ait, & quidem ſcriptum *majoribus characteribus, nulliſque intervallis dictionum, nullis item compendiariis notis.* Ab ea ſententia recedit Antonius Auguſtinus in libro de correctionibus Pandectarum, quas ad Florentinum exemplar cum Gregorii Haloandri editione comparavit. *Magis probo*, inquit, *eos libros, cum jus civile Byzantii traderetur, ſcriptos poſt aliquot annos, quàm Iuſtinianus è vita migravit: fuiſſeque ſtudioſi alicujus viri in Græcia, non publicos, mihi fit veri ſimile. Maximum hujus rei ſignum eſt, quòd numerorum & verborum notis uſi multis locis librarii ſint, quas notas Iuſtinianus tribus conſtitutionibus fieri prohibuit. Hoc habent ab Iuſtiniani temporibus alienum. Item quod antea dicebam alios reprehendere, menda frequentia partim ſublata, partim ſcriptorem deſiderantia. Quæ ablata ſunt, oſtendunt ad alicujus libri exemplum eos libros emendatos: quæ adhuc deprehenduntur, indicant, non ut ſingulare quoddam juris monimentum, ut nunc meritò habentur, initio habitos eos libros.* Satis de Pandectis iſtis, quæ modò Florentiæ in palatio veteri cuſtodiuntur, monſtranturque ſine funalibus, ſed non ſine permiſſu Principis, ut eruditus Magliabecus litteris ſuis mihi conteſtatus eſt. E F

TAB. VII.

1. Ex Psalterio S. Germani

CXXXI. CANTICUM GRADUUM
MEMENTO DNE DAUID
ET OMNIS MODESTIAE EIUS
SICUT IURAUIT DNO
UOUIT DS. IACOB
SI INTRABO IN TABERNACULO
DOMUS MEAE
SI ASCENDERO IN LECTUM
STRATUS MEI

2. Ex collectione Canonum Corb. n° 26.

INCIPIUNT NOMINA APOSTOLORUM

PETRUS	SED	ANNS	XX	MENS II	D III
LINUS	SED	ANS	XI	MENS III	D XII
CLETUS	SED	ANS	XII	MENS I	D II
CLIMENS	SED	ANS	VIIII	MENS XI	D I
EUUARISTUS	SED	ANNS	VIII	MENS X	D II
Zosimus	sed	ann	ui	mens uiiii	d uiiii
Siluerius	sed	ann	I		
Uigilius	sed	ann	XIIII		

INCIPIUNT CAPITULA DECRETALIA INNOCENTI
INNOCENTIUS DECENTIO EPO EUGUBINO SI INSTITUTA
ecclesiastica ut sunt a beatis apostolis tradita
integra uellent seruare dni sacerdotes nulla
diuersitas nulla uariatas in ipsis ordinibus et
consecrationibus haberetur sed dum unusquisque
quae non quod traditum est sed quod sibi uisum
fuerit hoc estimat esse tenendum

3. Ex Pandectis Justiniani Florentinis

DE CONCEPTIONE DIGESTORUM

Imperator caesar flauius iustinianus pius felix inclutus uictor ac
triumfator semper augustus triboniano quaestori suo salutem

A

IN TABELLA VIII.

Scripturæ Sæculi VII.

1. E*X Pſalterio S. Salabergæ Laudun.* Fuit hæc conditrix & Abbatiſſa prima cœnobii S. Johannis in urbe Laudunenſi, in monachorum cœtum converſi ante annos quingentos. Iſtic in ſacrario etiam nunc cuſtoditur Pſalterium, S. Salabergæ creditum, pſalmos omnes continens duabus columnis, præmiſſo Symbolo, cujus ſpecimen damus. Salaberga devixit ſub annum DC LV. ac proinde ejus Pſalterii ſcriptura ad ſæculum VII revocanda eſt. Proceſſio Spiritus-ſancti hoc modo exprimitur. *Et in Spiritum-ſanctum, Dominum vivificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum.* B

2. *Ex Auguſtino Bellovac. in epiſt. Iohannis.* Hunc codicem nobis communicavit Godefridus Hermannus, Canonicus Bellovacenſis, eruditione & ſcriptis clarus. Tempus exarati codicis exprimitur in fine ejus, prout hîc legitur, nempe, *apud cænubium Luſſovium anno duodecimo Regis Chlothacarii, Indictione tercia-decima, anno* XL*mo Patris noſtri feliciter peracto.* quod interpretatus ſum de ſancto Columbano, & de Chlothario ſecundo, cujus annus in Burgundia duodecimus cum anno Chriſti DC XXV, Indictione XIII prædito, coincidit: idemque à Luxovienſibus forſan computabatur annus quadrageſimus Columbani adventûs in Burgundiam. Si quis verò id ad regnum Chlotharii tertii, & ad regimen VValdeberti Abbatis, qui Luxovio annis XL præfuit, rovocandum eſſe contendat: dicendum eſſet, VValdebertum annum DC LXV, qui ei ſupremus C aſſignari ſolet, exceſſiſſe, & perveniſſe ad annum DC LXX, qui ſub Chlotharii tertii principatu Indictione XIII præditus erat.

3. *Ex codice Regularum Corb. n°. 630.* Sub finem iſtius codicis habetur index Romanorum Pontificum, paullo recentiori manu ſcriptus, deſinens in Johanne VI, qui anno DCC I cœpit ſedere in annos tres. Deeſt in iſto indice Anacletus. Complectitur codex quædam Auguſtini & aliorum, cum inſtitutis Nili, Regula ſanctorum Patrum, & Regula Magiſtri, ex cujus capite XCV ſcriba quidam otioſus charactere Francogallico exaravit verba quæ hîc vides. *Duobus fratribus ætate decrepetis cella inter are...*

1 Ex Psalterio S. Salabergæ Laudun.

INCIPIT SYMBULUM

CREDO IN UNUM DM̄ PATREM OMNI
POTENTEM FACTOREM CAELI ET TERRAE
UISIBILIUM OMNIUM ET INUISIBILIUM
ET IN UNUM DN̄M IHM̄ XPM̄ FILIUM DĪ UNIGE
NITUM NATUM EX PATRE ANTE OMNIA SAECULA LUMEN
DE LUMINE DM̄ UERUM DE DEO UERO NATUM NON FAC
TUM CONSUBSTANTIALEM PATRI PER QUEM OMNIA

---

2. Ex Augustino Bellovac. in Epist. Johannis

MEMINIT SCITAS
UESTRA EUANGELIUM
SECUNDUM IOHANNEM EX ORDINE LECTIONUM
NOS SOLERE TRACTARE SED QUIA NUNC INTER
POSITA EST SOLEMNITAS SCŌRUM DIERUM
QUIBUS CERTAS EX EUANGELIO LECTIONES
OPORTET IN ECLESIA RECITARI QUAE ITA SUNT
ANNUAE UT ALIAE ESSE NON POSSINT

Explecit opus fauente dnō
apud coenubiū Lussouiū anno
duodecimo regis chlothacha
rii indictione tercia decima
Anxp̄simo pisnī ... p̄ acto

---

3. Ex codice Regularum Corb. nº 630.

DOMINO UERE SCŌ AC NOBIS UENERABILITER SUPER
OMNIA PRAEFERENDO ET PIA EXULTATIONE COLENDO BEATIS
SIMO PAPAE AUGUSTINO UALENTINUS SERUUS TUAE SCĪTATIS

EXPL REGULA SCŌRUM PATRUM

INCP̄ DE EPIS ROMANAE ECCLESIAE
LINUS SEDIT ANNOS XII MENSES V DIES XII

[illegible]

IOHANNES SD AN̄ . D X .
CONON SD MENS XI .
SERGIUS SD AN
IOHANNES SD .

 A

IN TABELLA IX.

Scripturæ Sæculi VIII.

1. EX *Kalendario Corb. n°.* 264. Hunc locum exhibemus ad probandum id, quod in ſuperiori tabella III expoſuimus, primâ numericâ notâ hîc ſignificari numerum V. quandoquidem Nativitas Domini colitur VIII Kal. Januarii.

2. *Ex Ambroſio in Lucam Corb. n°.* 122. Quo tempore exaratus ſit codex iſte, intelligitur ex clauſula, quæ in ultimo folio vacuo appoſita eſt, uti hîc cernitur. Quippe Leutcharius Abbas Corbeienſis B iſtum librum ſcribi curavit ſub annum DCC LV, quo Corbeiæ præerat. Paſchaſius Radbertus, vir ſanctus & doctus regnante Ludovico Pio & poſt eum Carolo Calvo, nomen ſuum adſcripſit, & quidem propria (ut reor) manu.

3. *Ex Dionyſio Exiguo S. Germani n°.* 423. Tempus ſcripti codicis indicat clauſula, nempe, *anno* XXXVII *regnante Domno Karlo Imp.* id eſt anno Chriſti DCCC V. Huic canonum collectioni præmittitur elogium ejuſdem Caroli M. quale editum eſt apud Sirmundum in tomo ſecundo Galliæ Conciliorum.

4. *Ex Pauli Diaconi epiſtolis Gregor. n°.* 169. In hoc codice habentur epiſtolæ Gregorii M. LV, ſcriptæ curâ Pauli Diaconi monachi Caſinenſis ad Adalhardum Corbeienſem Abbatem ſanctum, C qui Gregorianas epiſtolas ab ipſo poſtulaverat. Ex illis epiſtolis triginta quinque Paulus manu propria correxit, præmiſitque epiſtolium ad Adalhardum, quod integrum editum eſt in Sæculo I Benedictino pag. 397. Porro ante annum octingenteſimum Paulus deceſſiſſe mihi videtur, quem Caroli M. æqualem fuiſſe conſtat. Ceterum in illis habetur epiſtola ad Secundinum, in qua locus de lapſorum Sacerdotum reſtitutione legitur.

5. *Ex collectione Canonum Corb. n°.* 424. Collectio iſta diverſa eſt à Dionyſiana, nec ullum auctoris nomen præfert, nec ullam temporis notam. tametſi ſæculo VIII ſcripta videtur, aut nono ineunte. Nullas apocryphas epiſtolas aliave ſpuria complectitur. Laudat Dionyſium Areopagitam, Origenem, Baſilium, Hieronymum, Auguſtinum, Caſſianum, Patricium, Veranum Epiſcopum, itemque Lupum, alioſque, præter Gregorium, Iſidorum, & Theodorum Cantuarienſem, D noviſſimos. Locus ex Gregorio M. refertur, quem refert ex eodem Ratherius Epiſcopus Veronenſis. *Gregorius dixit: Cauſa ruinæ populi Sacerdotes mali.* Laudat item Gregorii epiſtolam ad Leandrum de trina merſione. Varia in his omnibus fragmenta leguntur inedita, ex quibus aliqua hîc delibamus. In his eſt locus Dionyſii dicti Areopagitæ. *Dionyſius Areopagita dixit: Blaſphemias Deo facit, qui Miſſas offert pro malo homine.* Præcipua eſt Verani Lugdunenſis (ut puto) Epiſcopi ſententia de continentia Sacerdotum, in hæc verba, quorum ſpecimen exhibemus.

Qui præſedentem ſacris altaribus, atque ad ipſa ſancta ſanctorum honoris previlegio venientem, indigniſſimis carnalium voluptatum contaminari inlecebris patiatur, ac ſub ipſo conjugalis licentiæ nomine adquieſcat quempiam Clericorum & Sacerdotis agere officium, & mariti implere perſonam: E *cum purificatis corporis atque animi motibus multa cogitatione perpendendum, quàm idoneus eſſe debet is, qui ad celebranda myſteriorum loca, non ſolum pro ſuis, verùm etiam pro alienis peccatis interceſſurus accedit. Incongruum ſiquidem mihi videtur, de conjugali thoro aliquem conſurgentem altariorum ſepta penetrare. Ipſi utique inluminati & docti de Spiritu-ſancto obtimè noſtis, oblaturum ſpiritalis ſacrificii victimas quale oporteat igne flagrare. Si enim in lege veteri, ubi necdum evangelicæ perfectionis auctoritas præfulgebat, ſancto David, cùm fugæ neceſſitate premeretur, Sacerdos Sadoch * non prius panes propoſitionis tradidit, quàm ſe & pueros ſuos jam die tertio mundos eſſe à mulieribus fateretur: quis immaculatas Agni carnes, ad ſalutem mundi præſtitas, poſt paſſionum inquinamenta vel etiam audeat conſecrare? Beatus Paulus Apoſtolus in veritate nos conteſtatur dicens: Probet ſe unuſquiſque miniſtrorum, & ſic panem illum præſumat offerre. Notum vobis eſt circa loca beatitudinis veſtræ ſub magnorum patrum diſciplina monachorum congregationes eſſe non parvas, unde ad ſupplenda Clericorum* F *officia in promptu eſt viros bonos adſumi. Vtilior eſt enim in AEccleſia paucorum bonorum electa probatio, quàm erraticæ multitudinis præſentia conglobata: ac plus ædificationis adferunt rara virtutis exempla, quàm popularis licentiæ abundans & incorrecta præſumptio.*

* l. Achimelech.

1. Ex Kalendario Corb. n° 264.

GIII Kl IAN NATIUIT DNI SALUATORIS
ET PASSIO SCAE EUGENIAE UIRG

2. Ex Ambrosio in Lucam Corb. n° 122.

EXPOSITUM SCI
AMBROSII IN LUCA
EUANGELISTA

SCRIPTURI
euangeli librum
quem lucas scs
pleniore quo
dammodo rerum
dominicarum dis
tinctione diger
sit stilum ipsum
prius exponendum putamus

3. Ex Dionysio Exiguo S. Germani n° 423.

INCIPIT BRE
UARIUS AD
inquirendum senten
tias infra canonum
apostolorum

In primo capitulo in canone aposto
lorum de ordinatione epi

Et in II capit. de ordinatione
prbterorū & diaconorum ut
ceterorum

Facto hunc libro in anno
XXXIII regnante domno
karlo imp.

4. Ex Pauli Diaconi Epistolis Gregor. n° 169.

LEUTCHARIUS
ABBA IUSSIT FIERI
RATBERTUS

leutcharius iussit hunc sanctū scribere librū

+ Carissimo fratri & domino adalardo uiro ... paulus suppl&
Cupieram dilectem mi aestate praeterita uidere faciem tuam
quandoquidem in partibus fui sed prospectus asperitudine omi-
pedum ad te uenire non potui. Interioribus tamen oculis
quibus solis ualeo tuae fraternitatis dulcedinem frequenter
aspicio; uoluerum equidem tuis imperiis amanter parere sed

5. Ex Collectione Canonum Corb. n° 424.

CANON IN GRAECA LINGUA DICI tur, et quid interpretatur.
RESP canon grece, latine regula dicitur. INT cur di
citur regula RESP regula dicitur eo quod regat uel eo
quod normam recte uiuendi prebeat uel quod distortum
ac prauum corrigat. &c

Ueranus eps dixit.

Qui praeexcellentem sacris altaribus atque ad ipsa scā scorū honoris preuilegio
uenientem in dignissimis carnalium uoluptates contaminari inlecebris
patiatur ac sub ipso coniugalis licentiae nomine adquiescat &c

Tab. X. SCRIPTVRÆ SÆCVLI NONI

1. Ex codice Remigiano

EX PRÆCEPTO PIISSIMI ABBATIS
VVOLFARII ET ARCHIEPI
ERCHANRAO VERO PRÆPOSITO

IN NOMINE DNI INCIPIUNT EXPOSITIONES
PSALMORUM SCI AUGUSTINI A QUADRAGE
SIMO PRIMO USQ; IN QUINQUAGESIMU
...

2. Ex alio codice Remigiano

HIC CODEX CONSCRIPTUS EST IN MO
NASTERIO SCI REMIGII EX
PRÆCEPTO PIISSIMI ABBATIS EBONIS ET
ARCHI EPI ERCHANRAO VERO PREPOSITO

IN CIPIT EXPLANATIO SCI AUGUSTI
NI EPI DE PSALMO CXLI

Sollemnitati martyrum sicut devote celebratur ...

3. Ex Sacramentario Corb. Nº 592

Ego Rodradus misericordia dī indigens uictus hilmeradi antistitis iussionibus uinctusq; episcopalis auctoritatis excōmunicationibus IIII non. mar. sacerdotalis ministerii trepidus suscepi officiū anno incarnationis domini DCCCLIII indictione I epacta VII concurrente VII termino paschali IIII kal. apl.

Communicantes et memoriam uenerantes inprimis gloriosae semper uirginis mariae genitricis dī et dnī nri ihu xpi.

4. Ex Rabano Corbeiensi

Sedis apostolicæ princeps lux aurea romæ
Et decus & doctor plebis & almus amor
Tu caput æcclesiæ es primus patriarcha per orbem
Præclarus meritis & pietate potens
Sal terræ mundi lux atque urbis inclita xpi
Perpetuæ præbens lucis iter populo
Uestra ualet cælum reserare & claudere lingua
In terris positus clauiger ætherius.

5. Ex alio codice Corb. Nº 2.

Deinde domnus karolus solus regnum suscepit & dō protegente gubernat usq; in praesentem annum feliciter qui ē annus regni eius XLII imperii autem VIIII.

IN TABELLA X.

Scripturæ Sæculi IX.

1. E*x codice Remigiano.* Hoc ſpecimen tempus ſcripti codicis exhibet; quandoquidem VVolfarius Remorum Archiepiſcopus fuit Carolo M. imperante.

2. *Ex alio codice Remigiano.* Nec minùs exploratum eſt iſtius ſcripturæ tempus ex pontificatu Ebonis, qui conſtanter cum unico b apud veteres ſcribi ſolet, ſeditque ſub Ludovici Pii principatu.

3. *Ex Sacramentario Corb. n°. 592.* Sacramentarium iſtud vocatur Rodradi à ſcriptore, qui Sacerdotis ſuſcepit officium anno DCCC LIII. Menardus noſter hoc codice uſus eſt in ſuo Gregorii M. Sacramentario. Advertendæ hic ſunt chronologicæ notæ ab epacta, concurrente, & termino paſchali: de quibus diximus in libri ſecundi capite XXIV.

4. *Ex Rabani Corbeienſi.* Hoc fragmentum idcirco retuli, ut demonſtrem, diphthongum æ ſimul conjunctis litteris, prout expoſui in libri ſecundi capite I, num. XI. ſcriptam aliquando fuiſſe in codicibus mſſ. per ſæculum nonum: quo tempore egregium huncce codicem, Rabani libros de cruce continentem, exaratum fuiſſe probat ipſius ſcripturæ forma. Lege quæ hac de re dicta ſunt in libri ſecundi capite I num. XI. ſimulque obſerva, in tabellæ primæ numero 3, ubi Julii Cæſaris teſtamenti ſpecimen relatum eſt, primam *Cæſaris* ſyllabam ſcriptam eſſe per ę caudatum. quod etiam in ſpeciminibus tabellæ IV advertere licet.

5. *Ex alio codice Corb. n°. 2.* In fine iſtius codicis, qui Bibliorum partem complectitur, ſubjicitur breve chronicon, quod in Caroli M. annum regni XLII, Chriſti DCCC IX deſinit, eodémque anno ſcriptum eſt. tametſi hæc clauſula (uti accidit non raro) ab aliquo poſteriori ſcriptore tranſſcribi potuit, at certè codicis characteres elegantes id tempus ſapiunt.

A

IN TABELLA XI.

Scripturæ Sæculi IX à medio.

1. EX *Bibliis Colbertinæ Bibliotech. n°. 1.* Inſignis eſt iſte codex, magnæ molis, elegantiſſimè ſcriptus, picturis & imaginibus ornatus: quem Vivianus Abbas eccleſiæ S. Martini Turonicæ cum ſuis Canonicis dono dedit Carolo Calvo, uti probant non ſolùm verſus hîc excuſi, ſed etiam egregia tabella, quam V. Cl. Stephanus Baluzius in æs incidi curavit, inſeruitque Capitularium tomo ſecundo. Delatus eſt codex neſcio quo caſu in Metrenſem S. Stephani eccleſiam; indeque tranſlatus in ampliſſimam Bibliothecam illuſtriſſimi Johannis Baptiſtæ Colberti, ubi nunc B ſervatur.

2. *Ex alio codice Colbertino n°.* 1359. De hoc codice audiendus eruditus Baluzius, Bibliothecæ Colbertinæ curator. *In eamdem*, inquit, *Bibliothecam Colbertinam delatus eſt, euſdem inſignis Capituli (Metenſis) beneficio, liber precum ejuſdem Karoli Calvi, literis aureis ad miraculum ſcriptus, gemmis & ebore veſtitus; ut planè deſcriptus videri poſſit in epiſtola Hieronymi ad Euſtochium, in qua » hæc leguntur: Inficiuntur membranæ colore purpureo, aurum liqueſcit in literas, gemmis codices ve» ſtiuntur. Hunc codicem probabile eſt Karolum eccleſiæ Metenſi ſancti Stephani ea tempeſtate donaſſe, nimirum poſt acceptum nuntium de morte Hirmintrudis Reginæ, quæ pridie Nonas Octobris obiit apud ſanctum Dionyſium, quo tempore Karolus erat in villa Duciaco.* Ita vir clariſſimus, cujus humanitati multum debemus. Duo priores verſus, quos ex eo codice, majoribus litteris exarato, exhibemus, C leguntur in tabella Carolum repræſentante, prout cernitur in ectypo Baluziano in Notis ad Capitularia: alii poſteriores ex litaniis deſumti ſunt.

3. *Ex Sacramentario Bibliothecæ illuſtr. Harlæi Proc. Gen.* Hunc codicem illuſtriſſimo Johanni Baptiſtæ Colberto recens conceſſit illuſtriſſimus Harlæus, fiſci regii cauſarum Cognitor æquiſſimus. Codicis titulus ita habet. *In nomine Domini incipit Sacramentorium de circulo anni, expoſitum à ſancto Gregorio Papa Romano, editum, ex authentico libro bibliothecæ cubiculi ſcriptum, qualiter Miſſa Romana celebratur*, &c. Oblatus eſt Nonantulano monaſterio ab Johanne Epiſcopo Aretino, qui eam ſedem jam regebat anno DCCCLX, atque Caroli Calvi Imperatoris coronationi interfuit. Titulus donationis, cujus ſpecimen ex parte damus, his omnino verbis conſtat. *Iohannes Aretinæ civitatis Epiſcopus, & beati Donati cuſtus, optulit Deo & beato Silveſtro Nonantulanis monaſterio hoc* D *librum Sacramentorum. Si quis ei abſtulerit, anathema ſit maranatha in die juditii, & cum Iuda traditor partem habeat ſemper.* De Johanne vide Italiæ ſacræ tomum I col. 461.

4. *Ex codice Corbeienſi n°.* 203. Complectitur hic codex Auguſtini libros de Doctrina Chriſtiana, quos Angilbertus Abbas Corbeienſis obtulit Ludovico & Carolomanno Regibus Francorum, filiis Ludovici Balbi, ut fuſiùs oſtendi in Analectorum tomo ſecundo, ubi integros Angilberti verſus exhibui.

TAB. XI.

1. *Ex Bibliis Colbertinæ Biblioth. N.° 1.*

INC̄ LIBER GENESIS

IN PRINCIPIO CREAUIT DS̄ CAELUM ET TRĀ

I gitur perfecti sunt caeli et terra

R EX BENEDICTE TIBI HAEC PLACEAT BIBLIOTECA CARLE
TESTAMENTA DUO QUAE RELEGENDA GERIT
H AEC ETIĀ PICTURA RECLUDIT QUALITER HEROS
OFFERT VIVIANUS CUM GREGE NUNC HOC OPUS

2. *Ex alio codice Colbertino n.° 1339*

CUM SEDEAT KAROLUS MAGNO CORONATUS HONORE
EST IOSIAE SIMILIS PARQUE THEODOSIO
UT MIHI KAROLO A TE REGI CORONATO UITAM
ET PROSPERITATEM ATQUE UICTORIAM DONES
TE ROGO AUDI ME
UT HIRMINDRUDIM CONIUGEM NOSTRAM CONSER
UARE DIGNERIS TE ROGAMUS AUDI NOS

3. *Ex Sacramentario Bibliothecæ Illustr. Harlæi Proc. Gen.*

BENEDICT EPISCOPORUM

A DESTO SUPPLICATIONIBUS NOSTRIS
omnipotens dS̄. et quod humilitatis nostrae gerendum
ē ministerio tuae uirtutis impleatur effectu. P.

IOHS ARETINE CIUITATIS EP̄S
ET BEATI DONATI CUSTUS
OPTULIT DŌ ET BEATO SILUES
TRO NONNTULANIS MONASTER

4. *Ex Codice Corbeiensi n.° 203.*

H ic augustini aureli pia dogmata fulgent
que de doctrina dedidit almifica

H unc abbas humilis iussit fabricare libellum
angilbertus enī uilis et exiguus

IN TABELLA XII. A

Scripturæ Sæculi x.

1. EX *mſ. codice Remigiano.* In eo codice continentur Vitæ quædam Sanctorum cum actis Synodicis nonnullis. Scripturæ ætatem colligimus ex titulo *fratris Emmonis*, qui illum quondam habuit *dono Teutboldi.* Emmo fuit monachus Remigiani apud Remos cœnobii Hincmaro Abbate, qui loco præfuit ab anno DCCCC XLV in annos XXII. Itaque ad ſæculum x pertinet iſtius codicis ſcriptura, ſi quædam excipias recentioris ætatis ex S. Faronis relictis membranis, ſimul compaginata. B

2. *Ex Sacramentario Ratoldi Corb. n°.* 587. Ratoldi vocatur hic codex Gregoriani Sacramentarii, propterea quod Ratoldi juſſu deſcriptus eſt. Fuit autem Ratoldus Abbas Corbeienſis, qui anno DCCCC LXXXVI vivere deſiit. Inſertum eſt huic codici Kalendarium, in quo Ratoldi obitus Idibus Martii ſignatur diſticho hîc expreſſo. Multa veniunt obſervanda in illo codice, quo uſus eſt Menardus noſter in Notis ad librum Sacramentorum. Id unum hîc adnotare juverit, nempe diphthongum æ, quæ ſæpiſſimè diſtinctis litteris in eo exprimitur, aliquando ę caudato, aliquando etiam conjunctis de more vocalibus ſcribi. ut ad marginalem numerum XXVI, ubi de benedictione Regis, in extrema parte, *Hæc tria præcepta populo Chriſtiano ſibi ſubdito præcipere*, ſcilicet in *præcepta* & *præcipere*. num. C LXXVIIII in benedictione, *vitæ;* & in eadem pagina, *lætificas;* in ſequenti, *perpetuæ;* num. C LXXXI ad veſperas, *præſtatur;* & ſimilia non pauca. Unde colligas, C
ejuſmodi diphthongos non præjudicare antiquitati Rabanici libri Corbeienſis de cruce, in quo ſimiles reperiuntur, ut in ſuperiori tabella obſervatum eſt.

3. *Ex codice Thuaneo-Colb. n°.* 537. Hic codex olim fuit Bibliothecæ Dionyſiani prope Pariſios monaſterii, uti ex litaniis apparet, in quibus orationes funduntur pro Abbate & congregatione ſancti Dionyſii. Præmittitur appellatio Sanctorum, quorum corpora etiam nunc ibidem coluntur, nempe Hyppoliti, Cucuphatis, Euſtachii, Peregrini, atque Hilari Epiſcopi Mimatenſis, præter S. Dionyſium ac ſocios, quibus præit S. Clemens, cui eorum miſſio vulgo tribuitur. At de poſſeſſione corporum S. Dionyſii, S. Hyppoliti, S. Innocentii, & S. Cucuphatis antiquius exſtat teſtimonium in diplomate Caroli Calvi, quod in libro VI referemus num. XCV. Etſi verò nulla eſt de tempore ſcripti codicis certa nota; ipſa tamen ſcripturæ forma eam ſaltem ad ſæculum x referendam eſſe D
probat. Jam tum ergo eo in cœnobio vigebat uſus Miſſæ græcæ, uti ex hymno angelico & ſymbolo græcis intelligitur. qui ritus hactenus in quinque præcipuis anni feſtivitatibus obſervatur.

SCRIPTURAE SAECULI X.

1. *Ex Ms. codice Remigiano*

INCIPIT PASSIO SCORUM FLO
RENTINI ADQ; HYLARII
ACTA SUB CROCO UUANDALO
RU REGE. V KL OCTOBRIS

BEATORUM MARTIRUM florentini & hylarii historia facti huiusmodi ordine prosequitur. Cum rabies guandalice persecutionis & insania circumquaq; gallorum populos dirissime p(er)imeret. Nam ea de gens ab ultimis finib; galliae egressa ab ea parte scilicet qua uuandelicus fluuius unde & ipsis nom(en) gallus p(rae)ter fluit. maxima parte orbis depopulando afflixisset. tunc tempore ss beatus florentinus mundo adhuc militiae exercens finib; & eluorum p(er)longe tractum pagum dusmensem inhabitabat.

Hic post paululum contempta retectaq; militia quam mundo cogente actenus tenuerat. cumq; manus armaq; submiserat. ad ueram xpi militiam cum mundi &c.

LIB frisemmonis dono teutboldi

---

2. *Ex Sacramentario Ratoldi Corb. n° 587.*

IN NOMINE DNI. INCIPIT LI
BER SACRAMENTORUM DE
CIRCULO ANNI A SCO GRE
GORIO PAPA ROMANO EDITUS

Memento dne famulorum famularumq; tuarum omis congregationis beati petri apli tui omniumq; p(ro)pinquorum meorum. & quorum elemosinas suscepimus. seu qui mihi confessi sunt. nec non & quorum nomina sup(er) scm altare tuum scripta habentur. & omnium circumadstantium quorum t(ibi) fides cognita e(st) & nota deuotio p(ro) quib; tibi offerimus t qui t(ibi) offerunt hoc sacrificium laudis p(ro) se suisq; omib; p(ro) redemptione animarum suarum p(ro) spe salutis & incolomitatis sue tibiq; reddunt uota sua aeterno do uiuo & uero.

Abbatis domni stat mentio scâ ratoldi. Iste qui fecit scribere quippe librum

---

3. *Ex codice Thuaneo-Colb. n° 537*

VIII ID In gallus uigilia beatissimorum martirum DIONICII RUSTICI ETELEUTHERII
VII ID IN GALLIIS PARISIUS. V. FERME AB URBE MILIARIO. PASS PRETIOSISSIMOR: XPI MARTYRUM DIONICII EPI. RUSTICI PRBI. ETELEUTHERII DIACONI

Sce clemens
Sce dionisi
Sce rustice
Sce eleutheri
Sce ypolite
Sce remmine
Sce eucuphar
Sce eusthachi
Sce peregrine
Sce benedicte
Sce hilari
Sce hilare

Ut abbatem & cunctam congregationem sci dionisii in tuo apto seruitio conseruare digneris te r(ogamus).

YMNUM ANGELICUM

gloria in excelsis deo & sup(er) terram pax
Doxa en ypsistys theo keepigis irini ......

credo in unum deum patrem & in
Pisteugo. isena theon. patera .... ke is to.

spiritum scm dnm & uiuificantem de patre
pneuma to agion to kirion ke zo opion to ectu patros.

 A

IN TABELLA XIII.

Scriptura Sæculi XI.

1. E*X codice noſtro S. Germani n°.* 547. Complectitur iſte codex varios de computo tractatus, ſcilicet Bedæ, Hilperici & aliorum. Inſerta ſunt hiſtorica quædam, ut breve chronicon ad cyclos paſchales, & genealogia hæc Regum Francorum, in Heinrico primo deſinens: cujus tempore codex exaratus eſt.

2. *Ex codice Regio.* S. Auguſtini expoſitio in Pſalmos, eleganti charactere ſcripta, habetur in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi, duobus voluminibus conſtans, ex quorum priori hoc ſpecimen deſumtum eſt cum ſubſequente inſcriptione, quæ in primo folio vacuo legitur. Nullam temporis B notam præfert uterque codex: at characteres ipſi ſæculum undecimum ſapiunt. Johannes Boccacius de Certaldo *hoc immenſum opus* (ſic inſcriptio habet) dono dedit anno M CCC LV. ſed cuinam, inde non conſtat. non dubium, quin Franciſco Petrarchæ, cujus epiſtola ad eumdem Johannem exſtat in gratiarum actionem de hoc opere, quod *opus immenſum* itidem vocat, uti hæc inſcriptio. Hæc epiſtola in editione Veneta anni M D III ordine eſt vigeſima quarta poſt ſeniles, ſub hoc titulo: *Epiſtolæ domini Franciſci Petrarchæ ad Iohannem de Certaldo.* At in Baſileenſi anni M D LXXXI eſt vigeſima ſecunda variarum, ita inſcripta: *Franc. Petrarcha Iohanni Boccacio ſuo ſalutem.* Epiſtola incipit in hunc modum. *Beaſti me munere magnifico & inſigni: jam Davidicum pelagus ſecurior navigabo.* Et paullo poſt. *Hos inter æſtus puppim tu mihi prævalidam & nauclerum induſtrium deſtinaſti, divini ingenii Auguſtinum: cujus opus immenſum, quod vulgo tres in partes, apud quoſdam plurifariam diviſum, multis & magnis voluminibus continetur; totum uno volumine* C *comprehenſum, & à te mihi tranſmiſſum, lætus ſtupenſque ſuſcepi.* Nunc illud idem opus in duo volumina pro commodo lectorum diviſum ſervatur in regia Bibliotheca, neſcio qua ſorte eò tranſlatum. nam eſſe ipſum Petrarchæ munus Boccacianum, inſcriptio dubitare non ſinit. Quippe non modò Boccacii nomen annuſque, ſed & dies rectè convenit cum hac epiſtola quæ data eſt *Mediolani* V *Idus Maii.* cùm inſcriptio diem accepti à Petrarcha muneris aſſignet decimum Aprilis. Petrarcha porro ut ſe Boccacio gratum præberet, ejus in teſtamento ſuo meminit his verbis. *Domino Iohanni de Certaldo ſeu Buccacio, verecundè admodum tanto viro, tam modicum lego, quinquaginta florenos auri de Florentia, pro una veſte hiemali ad ſtudium lucubrationeſque nocturnas.*

3. *Ex codice Beccenſi, modò S. Germani n.* 197. Hos collationum libros propria manu correxit Lanfrancus, poſtea Cantuarienſis Antiſtes, ut teſtatur epigraphe hîc ſubjecta. D

4. *Ex codice noſtro S. Germani n°.* 607. Is complectitur ſeptemdecim libros Richardi Abbatis Pratellenſis in Exodum: qui Richardus ſub finem ſæculi XI floruit, varioſque commentarios morales in Scripturam fere univerſam compoſuit. In hoc codice, qui auctoris ætate ſcriptus eſt, accentus duo duplici litteræ ii apponi ſolent, non ſimplici, ut ex oppoſito ſpecimine aliiſque locis manifeſtum eſt. Idem obſervare licet, non quidem in omnibus, ſed in quibuſdam ſæculi XI codicibus mſſ. itemque in ſequenti epiſtola Philippi Regis, & in ſpecimine ſecundo tabellæ ſequentis: quod ſpecimen ex Chartario Caſaurienſi deſumtum eſt. Confer adnotationes noſtras ad tabellam XV num. II, & quæ diximus in libri primi capite XI num. XIX.

5. *Ex autographo Majoriſ-monaſterii.* Epiſtola hæc Philippi primi primaria eſt cum ſigillo olim appenſo ex ligula membranea. Eam integram hîc reddere juvat.

PHILIPUS *Dei gratia Francorum Rex* BERNARDO *venerabili Majoriſ-monaſterii Abbati*, E *omnique congregationi ſibi commiſſæ, ſalutem. Quamvis ſanctitatem veſtram in multis me exaſperaſſe cognoverim; tamen volo vòbis manifeſtum eſſe, eccleſiam veſtram ſuper omnes alias monaſtici ordinis eccleſias dilexiſſe, & propter humilitatem & patientiam veſtram amodò diligendam diſpoſuiſſe. Verùm quia multis & magnis præpeditus negotiis, peccatis meis, fateor, exigentibus, veſtræ ſanctitati ſatisfacere neglexi; nunc obnixè deprecor, ut me, licet immeritum, deinceps in orationibus veſtris ſuſcipiatis: quatinus per eas in præſenti & in futuro merear adjuvari. Confido enim quod magnam apud Deum habent efficaciam. Nunc igitur ſequendo veſtigia prædeceſſorum noſtrorum, monaſterium ſanctæ Mariæ ſemper Virginis ſanctæque Faræ, in quo ex infirmitate & incuria inhabitantium omnis religio & monaſticus ordo penitus eſt adnullatus, & (quod miſerabilius eſt) proſtibulum factum eſſe condolemus; pro ſalute amimæ meæ per præſentem cartam in cellam vobis jure perpetuo poſſidendum tradimus, concedimus, & auctoritate regia confirmamus. quatinus per ſanctitatis veſtræ prudentiam, &* F *orationum veſtrarum inſtantiam ordo monaſticus ibidem reformetur: & eccleſia Dei, quæ actenus (prô dolor!) adulterinis fedata eſt complexibus, & tanto tempore à ſervitio Dei privata eſt, cum eccleſiæ veſtræ filiis de valle lacrimarum aſcendere, & canticum graduum ſe cantare congratuletur. Confortamini itaque in Domino, nichil hæſitantes, ſcienteſque auxilium meum vobis in nullo defuturum. Valete.*

Hæc epiſtola intelligenda eſt, non de Eboriacenſi ſanctæ Faræ apud Brigenſes parthenone diœceſis Meldenſis, ſed de quadam cella ei ſubjecta, neſcio an de Gajaco pagi VVaſtinenſis, B. Mariæ ſacro: quod Ludovicus Auguſtus S. Faræ celebri parthenoni attribuit, idque confirmavit Lotharius Auguſtus in gratiam Rothildis Abbatiſſæ *amitæ* ſuæ. quæ proinde non Caroli Calvi, ſed Magni filia dicenda eſt, contra quàm ego aliquando cum aliis viris doctis opinatus ſum.

6. *Ex autographo Majoriſ-mon.* Ivonis eſt epiſtola item primaria, ex qua appendet vinculum membraneum, ſigillo avulſo.

TAB. XIII.

1. Ex Codice nostro S. Germani N.° 547.

GENEALOGIA REGUM FRANCORUM

Ex genere priami fuit meroueus. qui genuit childericu. Childericus genuit chlodoueu. Chlodoueus genuit chlotharium ... Karol. gen. pippinum. Pippin. gen. Karolu magnu ... hludouic. gen. hlotharium deq; nat. ē hludouic. q fuit huius psapię regalis rex ultimus. hludouico qq; defuncto francorum pceres supse rege eleuauer. hugone q fuit filius hugonis magni ducis. hugo u rex gen. Rotbtu rege. Rotbt rex genuit hugone. hugone defuncto. patre supstite. eleuat ē heynricus rex frat eius p eo.

2. Ex Codice regio

INCIP EIUSDEM PSALMI NONAGESIMI

Psalmus iste est de quo dnm nrm ihm xpm diabulus teptare ausus est. Audiamus ergo ut possimus instructi resistere tep tatori. Non psumenter in nob sed in illo qui prior teptatus est ne nos in tep tatione uinceremur. Illi eni teptatio non erat necessaria. Et

Hoc inmensu op donauit m uir egregi dns Jobes boccaciu de certaldo poeta nri tpis. qd de floz mediolanu ad me puenit. 1359. april. 10.

3. Ex Codice Beccensi modo S. G. n.° 197

INCIPIT PREFATIO BEATI IOHIS IN DECEM COLLATIONES SANCTORUM ... DEBITUM QUOD BEATISSIMO PAPAE CASTORIO IN EORUM VOLUMINUM PREFATIONE pmissu est. quę de institutis coenobioru. & de octo principaliu uitioru remediis. duodecim libellis dno adiuuante digesta sunt.

Lanfrancus huc usq; correxit.

4. Ex Codice nostro S. Germani N.° 607.

Secuntur. Feceruntq; ita moyses & aaron sic preceperat dns. Et eleuans uirgam. pcussit aquā fluminis coram pharaone & seruis eius. Que uersa est in sanguinem & pisces qui erant in flumine, mortui sunt. Conputruitq; fluuius & non poterant egyptii bibere aquam fluminis. et fuit sanguis in tota terra egypti

5. Ex Autographo Maioris Monasterii

philip. dī grā francoz rex bernardo uenerabili maioris monasterii abbi omniq; congregationi sibi comisse. salute. Quātus sctitate urm in multis me expsse cognouerit. tam uolo uob manifestu ee ecclam urm sup oms alias monastici ordinis ecctas dilexisse. & propt humilitate & patientia urm amodo diligenda disposuisse. Verūqa multis & magnis ppedit negociis peccatis meis fateor exigentib; urę sctati satisfacere neglexi. nc olmpt depcor ut me uce meritu deincep in orationib; filius. Confortamini itaq; in dno. nichil hesitantes. scientesq; auxiliu meu uob in nullo defuturu. VAL.

6. Ex autog. Maioris m.

J. humilis ecctae carnotensis minister. A. nobili comitisse salutem. Semota omi mundana cupiditate piam uram intentione laudo. qd ecctam sci martini de ualle quę olim monasteriu fuit in antiquum statu reformare desidatis simul q; consulo. ut qd pie desideratis ad celere effectum caute pducere studeatis. ne antiquus hostis intentione uram prepediat & ad desideratu finem puenire n sinat. Ego enim ad hoc implendum. put racio & facultas pmiserit. & consilium pmitto & auxilium. VAL.

A

IN TABELLA XIV.

Scripturæ Sæculi XII & XIII.

I. EX *Floro Corb. nº.* 488 & 489. Hæc Flori collectio ex ſcriptis Auguſtini, quæ Bedæ venerabili vulgo tribuitur, conſtat duobus voluminibus magnæ molis, ſcriptis anno M C LXIV. de quibus aliàs egimus in tomo I Analectorum, ubi hanc collectionem Floro Diacono Lugdunenſi aſſeruimus. Notanda eſt ſubſcriptio ſcriptoris, quæ ſic habet in fine voluminis ſecundi. *Compoſitus eſt liber iſte à Richero ſuppriore, & Iohanne ſuo ſcriptore monoculo, anno quo reſtituta eſt eccleſia* B *ſancti Iohannis Corbeiæ, & Turonis eſt ſecunda ſedes Romanæ urbis, anno* M C LXIIII, *Ludovico Rege Francorum, Theodorico Epiſcopo Ambianenſi, Iohanne Abbate Corbeienſi.* Ubi verbum, *compoſitus*, idem ſignificat quod *ſcriptus* & *compaginatus.*

2. *Ex Chartario Caſaurienſi.* Inſigne eſt hoc Chartarium cœnobii Caſaurienſis in inſula Piſcarienſi, à V. CL. Antonio Herovallio litterarum patrono nobis commodatum; ex quo noſter Acherius chronicon ejuſdem monaſterii vulgavit in Spicilegii tomo V. De hoc chartario actum eſt in ſuperioris libri tertii capite IV, & ex eo quædam in libro VI referemus. Johannes Berardi ejus auctor eſt, qui chronicon ſuum perduxit ad mortem Leonatis Abbatis, quam contigiſſe memorat anno M C LXXXXII. Hujus Abbatis facta referens Johannes, *Hunc quoque librum*, inquit, *inſtrumentorum ſeu chronicorum, quem ego frater* JOHANNES *compoſui & ordinavi, & magiſter* C *Ruſticus manibus ſcripſit; ipſo permittente, immo jubente, ac amminiculante perfecimus.* In hoc codice duplici litteræ ii accentus ſuperponuntur, ut in ſuperiori tabella jam obſervatum eſt.

3. *Ex codice noſtro S. Germani nº. 66.* Pſalterium eſt huic Bibliothecæ conceſſum à Nicolao Clerico tempore Guarini ſeu Garini Abbatis Victorini apud Pariſios, qui deceſſit anno M C XCIV.

4. *Ex codice Victorino. nº. Aa.* Hæc inſcriptio legitur in codice Bibliorum Bibliothecæ Victorinæ, quem codicem Blancha Regina, S. Ludovici parens, iſti Bibliothecæ conceſſit.

1. Ex Floro Corb. N.° 488. et 489.

Ex libro de spu et litta.

PAVLUS apls. Qui cum saulus pius uocaretur n ob aliud qm ut mi uidetur hoc nomen elegit n ut se ostenderet paruum tanqm minimu aplorum. Multum contra supbos et arrogantes. et de suis opibz psumentes p commendanda di gra fortiter atqz acriter dimicat. quia reuera in illo euidentior et clarior apparuit. qui cum talia operaretur. uehementer eccliam di psequens p quibz summo supplicio dignus fuit. misericordiam p dampnatione suscepit. & p pena consecutus est gram &c.

Compositus est liber iste a Richero subpriore et iohanne suo scriptore & monoculo. Anno quo restituta est eccla sci iohis corbeie. & turonis est. secda sedes romane urbis Anno M. C. Lx. IIII.

2. Ex Chartario Casauriensi:

Cābiu int Berthariu Casinens. 7 Rom casauriens abbtes.

In noe dni nri ihu xpi. dom karlomannus rex. anni regni eius mdi noe in italia primo. 7 iii. ann comitat Widonis comitis die vi. msis Junii. indic xi. Ido Constat me Berthariu abbm de monast sci Bendicti de territorio Beneuentano de loco q dr Castru casinu. bona 7 spont mea uolunt p consensu 7 uoluntate de congregatione sup monast. Cambiasse. 7 cambiaui tibi Ro. a. de monast s R.................. dein in pin mens 7 in dic sup feliciter. ✝ Ego Bertharius abbas in hac cartula cābiationis a me facta m. m. ss. ✝ Ego angelardiac. ✝ Ego audebo diac. ✝ Ego Bonerisi ptr. in hac cart consensi 7 manibus nris s.

Frater Johannes Berardi.

3. Ex codice nostro S. Germani N.° 66

Ex Jouinac uniuſi pſentes pariter 7 futuri. quendā do deuotū clicū noīe nicholau. apd scm uictore de hoc seclo migrasse. Cui gmisit res suas iā dicte ecclie attribuendas domno Garino uiro religiosissimo. ut eas uicinis ecclijs p obitū suum ut sapiens dispensator pdenter erogaret. Et qm abbas ipse mam ecclia qdā familiaritate p lris ceteris tenebat diligere. ex rebz sibi gmissis psens psaltium p remedio aie iā dicti clici. huic ecclie pposuit erogare. Qd qui furatus fuerit. ul uendiderit. aut inuadiare psumpserit excommunicet. & in gehenne ignibz ugi pena crucietur.

4. Ex codice Victorino N.° Aa.

Iste liber est sancti Victoris parisien. Quicumqz eum furatus fuerit uel celauerit ul tytulum istum deleuerit anathema sit amen. ss. Hanc bibliothecam dedit ecclie sancti victoris parisien Blancha. Illustris regina francie. mater regis sancti gentilduwig.

IN TABELLA XV.

Scripturæ Sæculi XIV & XV.

1. EX *codice S. Germani n°.* 283. Iſta legenda (quam vocant) ſcripta eſt *anno* M CCC XVI, *menſe Novembris , anno quo terra tremuit.* Hujuſce terræ motus meminit Continuator Nangianus. *Die Veneris poſt Nativitatem beatæ Virginis factus eſt terræ motus apud Pontiſaram & villam ſancti Dionyſii in Franciæ , quamvis rarus in iis terræ partibus evenire ſit ſolitus , & aliàs inauditus.*

2. *Ex alio n°.* 37. Gloſſas continet in Scripturam , ſcriptas anno M CCC XXX.

3. *Ex alio n°.* 20. Et hic codex Germanenſis exaratus eſt anno M CCC XXXIII.

4. *Ex codice Thevenotiano,* Hic codex , qui modò eſt clariſſimi Thevenoti , etſi temporis notâ deſtituitur; peritorum tamen judicio, qui illum viderunt, ad annos quadringentos accedit. In ea ſententia ſunt eruditiſſimi viri , Antonius Faurus & Blaſius Feronius Doctores Sorbonici , Carolus Freſnius de Cangio , Antonius Vion Herovallius , Stephanus Baluzius , & Thevenotus ipſe , aliique , apud omnes litteratos notiſſimi. Thevenotianus autem iſte codex complectitur librum primum de Imitatione Chriſti , cum alio tractatu *de paupertate , humilitate , & patientia* ; & cum Meditationibus Domni Guigonis , Cartuſiæ Prioris quinti. Quod ſi ea eſt hujus codicis ætas, præſcriptum erit adverſus venerabilem Thomam à Kempis , cui libellus iſte cum tribus aliis de imitatione libris auctori à nonnullis tribuitur. Judicium erit penes alios in ejuſmodi ſcripturis exercitatos , qui ex noſtro ſpecimine facilè de codicis ætate ſententiam ferent , comparatione facta cum aliis certi temporis ſpeciminibus , in hac tabella expreſſis.

5. *Ex Gerardi-montenſi.* Continet iſte codex libros quatuor de imitatione Chriſti cum aliis opuſculis nonnullis , Thomæ Kempenſi vulgo adſcriptis : ſed quæ auctoris nomine hîc deſtituta ſunt uti & temporis notâ. tametſi unus è cœnobitis Gerardimontenſis monaſterii in Hannonia , ex quo huc delatus eſt iſte codex , ſanctè jurat , in ultimo folio vacuo , quod exciſum eſt , ſcriptum fuiſſe ſcribæ nomen , nempe Ludovici de Monte , quem ante annum M CCCC obiiſſe teſtatur. Alii oculis ſuis ex ſpecimine dijudicent.

6. *Ex codice S. G. n°.* 302. Gloſſæ ſunt Richardi de ſancto Angelo , monachi Caſinenſis , in Regulam S. Benedicti, ſcriptæ anno M CCC LXXIV.

7. *Ex codice Antonii Foy.* Is Canonicus eſt inſignis eccleſiæ Bellovacenſis doctiſſimus , qui nobis hunc codicem , libros quatuor de imitatione Chriſti continentem , humaniſſimè commodavit. Hic codex olim dono conceſſus eſt cuidam monacho Montis-oliveti anno M CCCC LXVIII , ut patet ex ſubjecta clauſula , quæ multo recentior eſt ipſius codicis ſcripturâ.


8. *Ex autographo Kempenſi.* id eſt ipſius Thomæ à Kempis , quod eſt penes reverendos Patres Societatis Jeſu domus profeſſæ Antuerpienſis. Nullum Thomæ exemplar hactenus prolatum eſt antiquius hoc autographo : cujus & ipſa clauſula ſcribam indicat , non auctorem , uti Kempenſes quique ſinceriſſimi modò confitentur , probantque clauſulæ ſimiles , qualis eſt hîc alia num. II *Scriptum per me R. Viart.* Sed hæc non ſunt hujus loci.

9. *Ex Cavenſi.* Cavenſe monaſterium eſt Ordinis S. Benedicti in Italia , ex quo huc delatus eſt iſte codex egregiè ſcriptus , in cujus initio monachus Benedictinus crucem ferens pingitur. Illud in hoc codice ſingulare eſt in primis , quod numeri Romani in ſerie capitum permiſti ſunt cum Arabicis. Deinde quod ad ſignificandum numerum XLIII non abjicitur nota o numeri 40 , ſed ſimul cum nota numerica 3 retinetur hoc modo , 403.


10. *Ex noſtro S. G.* Elegantiſſimè admodum pictus eſt is codex ſub nomine Johannis Gerſon , ſcriptus anno M CCCC LX , vivente Thoma Kempenſi.

11. *Ex codice S. G. n°.* 531. Hoc fragmentum præcipuè refero ad exhibendam figuram veterum cifrarum , præcipuè in numeris 4 , 5 & 7 , quales cernuntur hîc in anno Domini 1454 die 17 Septembris. Confer tabellam XIII , ubi Petrarchæ numeros compendiarios retulimus. Porro in omnibus duarum poſteriorum tabellarum ſpeciminibus obſervare licet , minutæ litteræ i paſſim apponi accentum , non punctum , præterquam in codice 10 hujus tabellæ : at verò duplici litteræ ii , itidem accentus duos ſuperſcribi , ut vides in codice 3 oppoſitæ tabellæ : qui duo accentus in duplici littera uſui fuerunt ante accentum in ſolitaria , ut ad ſuperiores tabellas obſervavimus. Confer quæ hac de re diximus in libri primi capite XI num. XIX.


1.° Ex Codice S. Germani N.° 283.




2.° Ex alio N.° 37.




3. Ex alio N.° 20.




4. Ex Codice Thevenotiano




5. Ex Gerardi-montensi




6. Ex Codice S. G. N.° 302.




9. Ex Cavensi







7. Ex Codice Antonij Foy.




8. Ex Autographo Kempensi



10. Ex nostro S. G.



11. Ex Codice S. G. N.° 531.




II.

SPECIMINA DIPLOMATVM REGIORVM.

Tab. XVI.



DAGOBERTI I REGIS



IN TABELLA XVI.

1. DAgoberti I Regis. Mirabitur forſan nonnemo, quòd cùm à ſæculo IV chartarum ac diplomatum antiquitatem aſſeruerimus, nullum tamen Dagoberto primo antiquius proferamus. Sed longè antiquior eſt charta Ravennenſis apud Lambecium excuſa, quam, quia ſeriùs ad nos pervenit, in finem hujuſce libri rejicere coacti ſumus, aliis ſpeciminibus jam ordinatis, & pleriſque excuſis. Nullus verò dubito, quin alibi ſimilia reperiantur, quæ videre nobis non licuit. Verùm etſi nulla ejus ætatis ſupereſſent, hæc rerum veterum, maximè fragilium, fortuna eſt, quòd nec ſemper durent; nec porro chartas durare ſinant variæ temporum procellæ, quæ hæc vetera monumenta devorarunt. Erant olim in majoribus eccleſiis, præſertim in Romana, archiva publica, in quibus recondebantur autographa ſanctionum eccleſiaſticarum: erant & palatina, in quibus majoris momenti inſtrumenta civilia ſervabantur. at quantula earum rerum portio ad nos uſque pervenit? ſanè vix ulla, ut de palatinis Regum Francorum archivis manifeſtum eſt, quæ nulla priſcorum Regum monumenta continent edita ante annos ſeptingentos. Reſtabat ante paucos annos in Bibliotheca regia charta plenariæ ſecuritatis, ſcripta in papyro Ægyptiaca Juſtiniani Imp. principatu: ſed neſcio quo caſu intercepta eſt. Non ergo mirum, ſi nullum Dagoberto antiquius ſpecimen diplomaticum proferamus: immo mirum, quod vel has reliquias habuerimus. nam de priorum auctoritate certa nobis relicta ſunt argumenta, quæ ſuo loco retulimus.

Jam verò hoc Dagoberti ſpecimen ex papyro Ægyptiaca, partim lacera, deſumtum eſt, cujus reliquum contextum, quantum quidem ex mutilo inſtrumento exprimere licuit, in libro VI habes num. V. In hoc & ſequentibus diplomatum ſpeciminibus explicationem inter verſus, ubi intervallum ſinebat, adhiberi curavimus, cum ſuis aliquando breviationibus. ut hic in verſu ſecundo, *Raganrico dom.* id eſt *domeſtico.* quod alicubi factum eſt ad reddendam accuratiùs ex ſingulis litteris ſcripturam.


Quia verò in autographo Dionyſiano, ex quo hoc ſpecimen eruimus, comminutum eſt Regis ſigillum; id ſupplevimus ex moneta Dagoberti Regis, cujus utramque partem exhibemus, interpoſito ſigillo Childerici I Regis, quod aureum ſervatur in regio cimeliarchio, quale à Chifletio in Anaſtaſi Childerici expreſſum eſt cum ſapphireo ſigillo ſancti Ludovici. In averſa parte Dagoberti monetæ ſententia legitur Chriſtianiſſimo Principe digna, DEUS REX. Sed an Dagoberti primi cenſenda ſit, an verò Dagoberti Auſtraſiorum Regis in regnum reſtituti, dubitat Boterovius, propendetque potiùs in ſecundum, cui hanc inſcriptionem aptius convenire putat propter inſperatam reſtitutionem in regnum. Sed hæc ratio tanti non eſt, ut eam Dagoberto primo tribuere non liceat. In hoc porro ſpecimine egregia eſt ſubſcriptio Dagoberti, regia manu facta: cui reſpondet ſubſcriptio Dadonis Referendarii, qui & Audoënus dictus eſt, poſtea Epiſcopus Rotomagenſis.

In litteris & diplomatibus Regum noſtrorum non apponitur Indictio ante Carolum M. ut diximus in libri II capite XXVI. contra in actis eccleſiaſticis, id eſt ſynodicis ac privatis Galliæ Epiſcoporum jam inde à ſæculo VI, ſaltem nonnullis. Ante id tempus Conciliorum tempora per Conſules deſignari mos erat; nec alius mos obtinebat in epiſtolis Pontificum Romanorum, ex quibus Gregorius M. inter primos (ſi non omnino primus) Indictionem adhibuit. Ex Conciliis Calchedonenſe Indictionem præfert, cetera fere Conſules. Epiſcopi Gallicani ſæculo VI annos Regum apponere cœperunt in actis ſynodicis, aliquando cum Conſulibus, ut in Concilio Agathenſi, quod notatur *ſub die* III *Id. Sept. Meſſala V. C. Conſule, anno* XXII *regni domini noſtri Alarici Regis*, id eſt anno D VI. aliquando ſine Conſule, ut in Aurelianenſi ſecundo, *ſub die* IX *Kal. Julias anno* XXII *domni Childeberti Regis.* Prior ille modus ſervatur in Concilio Aurelianenſi III, *quarto poſt conſulatum Paulini junioris, anno* XXVII *regni domni Childeberti.* poſterior in Aurelianenſi V, Arelatenſi itidem V, Turonenſi II, & in Matiſconenſi I. Indictionem addunt Concilia quædam Gallicana ſæculi VI (nulla ſæculi V.) alia omittunt. Hæc veterem morem ſequebantur: illa forſan exemplum Concilii Calchedonenſis. Nuperrime quidam vir doctus exiſtimavit, Indictionem ſub Meroveadis receptam aliquando, etiam in chartis regiis; eumque uſum derivatum fuiſſe ex Victorii laterculo ſive cyclo, quo Gallicana Eccleſia ad ſanciendum Paſchæ diem uſa eſt ex præſcripto Concilii IV Aurelianenſis canone I. Verùm ut id valeat in litteris eccleſiaſticis, non debet extendi ad regias Merovingicorum, quarum nullæ indubitatæ Indictione affectæ reperiuntur. Immo dubitaverit aliquis, an eccleſiaſticis id acciderit ex admiſſione cycli Victorii. quandoquidem ante Concilium Aurelianenſe quartum, in quo cyclus iſte receptus eſt, Indictio appoſita fuerat in Concilio tertio Aurelianenſi, ex codice Lugdunenſi. At reponi poteſt, Victorii calculum jam in uſu fuiſſe, antequam ſollemni Gallicanæ Eccleſiæ ſanctione admiſſus eſſet.


IN TABELLA XVII.

CHlodovei Junioris. Hoc diploma Dionyſianum tanti nobis viſum eſt, ut id integrum exhibere ſub ipſa autographi forma ſtatuerimus. Exaratum eſt in cortice ſeu in papyro Ægyptiaca. Lectionem ſcripturæ difficilis inter verſus excudere non licuit propter ſpatii anguſtias. Eam habes integram in libro VI num. VII. Beroaldus Referendarius continuò poſt finem contextûs ſubſcribit, quod in aliis nonnullis aliquando evenit. Sed hic locus tunc non cenſebatur primus, quandoquidem Rex in loco inſigniori poſtea ſubſcribit. Attendenda eſt hîc ſubſcriptio Chlodovei Regis, quam ipſe propria manu appoſuit, contra quàm in tabella ſequente, ubi monogramma ejus appoſitum eſt, cùm præ ætate nondum ſcribendi peritus eſſet. quod ipſe in fine, aut pro eo Cancellarius ſatis indicat. In hac verò Chlodovei ſubſcriptione inſertum eſt aliud ſignum, quod cujus ſit, facilè divinare non potuimus. Conjicio eſſe ſignum Sigiberti Auſtraſiæ Regis ejus fratris, ſi bene hæc lego, SIG. RIX S. id eſt *Sigibertus Rex ſubſcripſi.* At illud obſtat, quod diploma datum eſt Chlodovei anno XVI, quo Sigibertum exceſſiſſe exiſtimant quidam viri docti. Verùm Henſchenius ad vitam S. Sigiberti, quæ edita eſt in tomo III Februarii, Sigiberti obitum putat differendum eſſe poſt mortem Chlodovei; idque in argumentum profert, quòd Childericus non ſtatim poſt mortem Chlodovei patris Auſtriæ regno impoſitus ſit, ſed poſt biennium. De ſedibus Epiſcoporum, qui privilegio ſubſcripſerunt, egimus in libro VI. Laudomerus (ſic legimus) fortaſſis eſt Audomerus ſeu Audomarus Epiſcopus Tarvanenſis. Chlodoveus Junior, neſcio quo fundamento, cognominatur Chlotharius in Chronico Benigniano, quod non tantùm ſexdecim, ut Fredegarius, ſed octodecim regni annos ei tribuit, his verbis: *Chlodoveus igitur Rex, qui & Chlotharius dictus eſt, octodecim annis in regni adminiſtratione completis defunctus eſt.* Sanè Chlodoveum tertium itidem Chlotharium dictum eſſe obſervamus in libro VI ad chartam XXVIII.

CHLODOVEI IVNIORIS



P. Giffart fecit



V. jnl. Wandalb... Duci Ebrul fo Graf vel omnebus Agentebus praesentebus et futuris

speticionebus Sacerdotum semper praeb.. inloco

noncopante Cotiraco quae est superf... mIsera jn pago Camiliacense

geneturis Nostri Dagoberchthi Regis manebus robor...

firmas. raeces Cuius petiti.... hoc ei magnetudo seu vteletas

ves... et Confirmation... et genet..is nostri quic q-u-i d...

insuprascripta loca:...jnter.... basilecam propria subscriptione

jnserere non possumus, tamen:.. os et praecels agenetrex nostra Dom.

bercu. Sig. Dom. Chlodovio Regi Sign. praecel-

sae Dom. Nantechildae Reginae.

Locus Sigilli

2 EIVSDEM

Warattone, Baseno Grab. item amalberto, Madelando Seniscalcis, et Waningo Com. pal.

reselderemus ibi que jn pr. la. cione Actor. Sci aecl. Rotominse adversus V...

s ad Scā aecdisia Rotominse per eorum Episto las delegaverant post...

Erchenoaldo quondam aiorem dom. Contulerat, et ipse Leudesius ligetemo

Domni Dioninse absque repeticione... audoino Epo vel Successo-

rebus su... aecl. Rotominse cu... valeant possedere.

P. Giffart fecit

 A

IN TABELLA XVIII.

I. CHlodovei Junioris. Diploma iſtud in cortice, magna ex parte exciſo & exeſo, ſcriptum eſt vivente adhuc Nantechilde Regina, ejuſdem Chlodovei matre. Agitur in eo de facta per Dagobertum donatione villæ Cotiraci in pago Camiliacenſi. Obſervatione digna eſt diplomatis clauſula, in qua Chlodoveus, quantum ex relictis ſcripturæ reliquiis intelligimus, ita loquitur. *Et quia propriam ſubſcriptionem inſerere non poſſumus; tamen nos & præcelſa genetrex noſtra Domna Nantechildis.* Cetera deſunt præter quatuor aut quinque litteras, *bertu*, quæ videntur eſſe poſtremæ litteræ nominis *Dagoberctus* aut *Sigebertus*. Sequitur ſignum Regis Chlodovei ac Nantechildis cum proprio utriuſque monogrammate: cujus uſus obtinuit in iis Regum Merovingicorum litteris, qui nomen ſuum præ ætate aut imperitia integrum deſcribere non valebant. quod de ſe deque genitrice ſua hîc innuit Chlodoveus. Idem puto accidiſſe Chlothario, hujuſce Chlodovei filio, in litteris pro cœnobio Sithienſi relatis in libro VI num. CLXXXIX, & pro Corbeienſi, itemque Chlodoveo tertio in diplomate pro eodem cœnobio, quod diploma ex eodem Folquino (uti & Chlotharianum) relatum eſt in lib. VI num. CXCIV, ubi eadem fere quæ hîc leguntur. *Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & in omnibus conſervetur, nos & præcelſa genitrix noſtra Chrotechildis Regina manus noſtræ ſignaculis ſubter eam decrevimus confirmare. Signum glorioſi Chlodovei Regis. Signum præcelſæ genitricis noſtræ Chrodechildis Reginæ.* Folquinus his ſignis adjecit monogrammatum ſpeciem, qualia in autographo exſtitiſſe crediderim. In aliis Meroveadum diplomatibus rara ſunt monogrammata; quorum uſus perpetuus à Carolo M. ad alios Imperatores ac Reges in litteris ſuis propagatus eſt. Hinc aſſeri poteſt Carolum fuiſſe auctorem iſtius moris. nam ante eum rara erant; nec ulla apparent in aliis, quæ multa vidimus, Regum Merovingicorum inſtrumentis, præterquam in prædictis, quale eſt Chlodovei Junioris diploma, cujus ſpecimen datur primo loco, quod ſic habet in mutilo archetypo. B

[*Chlodovius Rex Francorum*] *vir inluſter,* VANDALBERTO *Duci &* EBRULFO *Grafioni, vel omnibus Agentibus, præſentibus & futuris. Se petitionibus Sacerdotum ſemper præbemuſ... ſi nus... ime in h... regni noſtri... vel baſile... confirmantis... ſuus ter.... quondam per ſua epiſtola ... in loca noncopante Cotiraco, quæ eſt ſuper fluvium Iſera, in pago Camiliacenſe, pro... geneturis noſtri Dagoberthi Regis manibus robor... firmar... preces... cujus petitione... hoc ei magnetudo ſeu utiletas veſtra.... ex confirmatione.... & genet... is noſtri, quicquid.... in ſupra ſcripta loca.... inter.... baſilecam... præſenti tempore ſtabileter poſſedetur, indeſinenter poſſedeant, & abſque lite... convexatio.... propria ſubſcriptione inſerere non poſſumus, nos & præcelſa genetrex noſtra Domna.... bertus... Signum Domno Chlodovio Regi. Signum præcelſæ Nantechilde Reginæ.... Valete.* Nulla Dagoberti charta de Cotiraco extat apud Dubletum. C

2. *Ejuſdem.* In hoc Chlodovei ſpecimine, quod ex autographo itidem corticeo ac ſemilacero expreſſum eſt, nihil ſingulare obſervandum occurrit. En contextus, qualem ex ejuſmodi autographo elicere potuimus, quod exhibet controverſiam pro medietate cujuſdam poſſeſſionis cœnobio S. Dionyſii attributæ, ortam inter S. Audoënum Rotomagenſem Antiſtitem & Leudeſium Majorem domus.

[*Chlodovius Rex Francorum vir inluſter. Cum nos ...*] VVARATTONE, BASENO *Gravionibus, item* AMALBERTO, MADELANDO *Seniſcalcis, &* VVANINGO *Comite palatii reſederemus, ibique in præſentia... latione actores ſancti ecleſiæ Rotominſe adverſus V.... ad ſancta ecclesia Rotominſe... per eorum epiſtolas delegaverant, poſt... tenerent... in lebete* (forſan *inlecete*) *qui ab...* (forte *Abbas*) *vel Actores antedicti... dicebant reddebere. Sed inquirentes... eorum inſtrumenta, invenerunt, quod illa porcio, hoc eſt de ipſa villa, quod a.... erat hoc* ERCHENOALDO *quoqdam Majorem-domus contulerat: & ipſe* LEUDESIUS *ligetemo ordene illa medietate... habe ... ad i... ordene pri... inter ſe, ſicut decet Sacerdotes, cum caretate inraciones ad baſileca inter ſe æqualiter devidere deberint. quod & in præſenti taliter noſcitur conveniſſe... ut... omni mereto vel adgecentias ſuas, una cum terris, domibus, ædificies, m... paſcuis, vel... ad baſelica Domni Dionyſe abſque repeticione...* AUDOINO *Epiſcopo vel ſucceſſores ſuos ecleſiæ Rotominſe cu... nomenante... vis... ipſa... loca medietate valeant poſſedere... Unde... Dei.* D

In actis S. Baboleni Abbatis Foſſatenſis laudatur privilegium ab eiſdem Chlodoveo & Nantechilde conceſſum. *Quod regiæ dignitatis privilegium*, inquit auctor, *in eadem conſervatur eccleſia uſque ad præſens illæſum.* Et poſt aliquanta memoratur privilegium, eidem cœnobio ab Audoberto Pariſienſi conceſſum, firmatumque à ſeptem Epiſcopis, qui pari aſſenſu propriis manibus coram Rege ſubſcripſerunt: *ſed & Rex ipſe favens ſubſcripſit, & ſuo monogrammate facto, annulo regali inſigniri juſſit.* Quo ex loco probatur ſubſcriptio Regis in alienis litteris, de qua in libri II capite XXI, ſimulque monogrammatis uſus in Chlodoveo juniore. De Chlothario ejus filio idem vitæ S. Baboleni ſcriptor hæc ſub finem habet. *Exſtat quoque alia epiſtola ipſius Regis, quâ precibus ſuæ matris ſancto Patri Baboleno, præſente Gerino Comite, primo regni ſui anno contulit, iterum confirmans omnia, quæ dicta vel ſcripta de jam dicto cœnobio fuerant. Facta eſt autem Verno regali palatio ſub die V Kalendarum Maiarum.* Hæc auctor anonymus ſæculi XI in vita S. Baboleni, cujus laudans ſcribendi exercitationem, *Sunt nempe*, ait, *adhuc penes nos plura volumina, quæ ipſius manu dicuntur fuiſſe deſcripta.* Exſtant etiam nunc in ejuſdem loci eccleſia modò collegiata MSS. codices perantiqui, quos inter Sermones S. Auguſtini in Evangelium Johannis, quos Ingelbertus Abbas ſcribi curavit Ludovico Pio imperante. E

IN TABELLA XIX.

I. CHrothildis matronæ. Hoc ſpecimen inter regia referimus, propterea quod à femina prænobili hæc charta profecta ſit, & regio charactere ſcripta; ſed maximè quod contineat inſignem epocham Chlotharii Regis, filii Chlodovei junioris, ut mox exponemus. Edita eſt charta iſta in libro VI num. VIII. at quoniam difficilis ſcriptura eſt, nec inter lineas interpretatio facile inſeri potuit, hîc reddere juvat ſpeciminis lectionem, quæ ſic habet.

Et ſe aliquid de heredebus noſtris ad diae præſente deliberatione noſtra, quod divina piaetas nos facire commonuit, infrangere voluerit, res quas de heredetatis noſtr. ad ipſum pervenire potuerant, amittat, & predictum ſanctum monaſtirium perveniant, & ibidem ſemper proficiat in augmentis, & hec deliberacio omne tempore firma & inviolata permaniat. Sign. † *inl. Deo devotae Chrothilde, qui hanc deliberacionem pro animae noſtrae remedium fieri rogavemus, manu propria firmavemus.*


In Chriſti nomine Aggilpertus acſi peccator Epiſcopus ſubſ.
Signum viri inl. Ermenrigo. Vaningus ſubſ. Ghiſlemarus rogetus ſubſ.
...dcharius rogitus ſubſ. Bettoleno. Anſebertus. Gacleramno. Gadroaldus peccator ſubſ.
Signum † *Childebrando. Bertinus rogitus ſubſ. Chramnino. Nordoberthus rogetus ſubſ.*
Mummolenus rogetus à ſupradicta ſcripſi & ſubſ. Ragneinnus ſubſ. Chrodecarius Abba ſubſ.
Sign. † *Gumrico. Sign. Urſino. Sign. Chrodobando. Sign. Echarigo. Sign. Erchenrigo. Sign. Mauroleno.*
Ghiſleberthus ſubſc. Urſinianus ſubſ.
... Morlacas vico publicè, quod fecit minſis Marcius dies decim, annum XVI *regnum Domni noſtri Chlothachariae glorioſi Regis. Rigobertus rogante & preſente Chrothilde ſcripſi & ſubſ.* F

In his ſubſcriptionibus *Ghiſleberthus* locum occupat in autographo poſt Ghiſlemarum. Animadverſione digna eſt Data, *anno* XVI *Chlothacharii Regis.* Ita indubiè præferunt duæ numericæ notæ, quarum poſterior ſex denotat, prout obſervatum eſt ad tabellas VII & IX. Et tamen Chlothario, Chlodovei junioris filio, cui annos dumtaxat quatuor perperam tribuebant auctores quidam; annos tantùm quatuordecim hoc ſæculo reſtituerunt viri docti, freti auctoritate libelli de vita S. VVandregiſili Abbatis. At omni exceptione major eſt iſtius inſtrumenti auctoritas, cui libellus de rebus geſtis S. Vincentiani Confeſſoris ſuffragatur, cujus eccleſiæ dedicatio per Ruſticum Arvernenſem Epiſcopum facta perhibetur *poſt obitum viri Dei Vincentiani octo menſibus jam tranſactis*, XV *ſcilicet Kal. Septemb. ſub Rege Chlothario* XV *anno.* ubi Cointius claræ memoriæ, qui prædictum libellum ex codice Menatenſi publicavit ad annum 667, pro anno XV ſubſtituendum putat annum XIII. ſed perperam, ut ex ſpecimine noſtro intelligitur. Itaque ſi Chlodovei junioris obitum reponas ineunte anno DCLV, Chlotharii annus ſextus-decimus minimùm ad annum DCLXX protendendus eſt.


2. *Theoderici Regis.* Filii Chlodovei junioris. In hoc ſpecimine nihil ſingulare occurrit, præter modum ſubſcribendi ſingularem ipſius Theoderici, ſigno crucis & *in Chriſti nomine* præmiſſis, ut dictum eſt in lib. II cap. X. Cancellarius ſtatim poſt finem contextus ante Regem hic ſubſcribit, ut de Chlodoveo obſervavimus ad tabulam XVII. Editum eſt integrum diploma in lib. VI num. XIII. Obſerva obiter quæ de *Chartario publico* habet liber II de vita S. Cæſarii Epiſcopi Arelatenſis num. 29.

TAB. XVIII.

1. CHROTHILDIS MATRONÆ.



2. THEODERICI REGIS



P. Giffart fecit.

IN TABELLA XX.

1. THeoderici filii Chlodovei Iun. In hoc ſpecimine obſervandum eſt primo, totum primum diplomatis verſum majoribus litteris protendi ad extremam chartæ oram, non verò deſinere in medium de more ad hæc verba, *Rex Franc. Vir inl.* Deinde ſigno Theoderici Regis, ut in ſuperiori aliiſque ejuſdem Regis ſubſcriptionibus, præmitti ſignum crucis cum his verbis, *In Chriſti nomine*, quod Theoderico peculiare eſt. Tertio Agliberthi Cancellarii ſigno ſuperponi crucis ſignum cum quatuor punctulis. quod etiam (punctulis exceptis) advertere licet in tabella B xxi de VVolſario Cancellario. Præter ea ſigillo Regis proximè adjici compendioſis notis *Bene val.* Hoc diploma integrum habes in ſequenti libro, num. x.

2. *Charta Vandemiris.* Hæc charta item edita eſt num. xiv, quatenus ex membrana mutila colligi potuit. Subſcriptiones quædam propriæ ſunt cum ſignis figuratis: quædam Notarii manu factæ præter ſignum crucis idiographum. In ſubſcriptione tertia legendum videtur, *Aurelio*, tametſi characteres exprimunt, *Acerelio.* Hanc chartam inter regias retulimus, tum ob ſcripturæ ſimilitudinem, tum ob Vandemiris ipſius Optimatis dignitatem.

3. *Chlodovei tertii.* Itidem hoc diploma habes integrum in libro ſexto num. xix. In notis chronologicis legitur *Ind.* pro *Id.* Unde corrigas lectionem hujus loci in libro vi, ubi pro *Ind.* editum eſt *Kal.* Adverte inſuper figuram litteræ L in Valencianis.

IN TABELLA XXI.

1. CHildeberti III Regis. In hoc ſpecimine Childebertus grandiuſculis litteris ſubſcribit. VVlfolaëcus unus ex ſecundi ordinis Cancellariis duas cruces ſigno ſuo apponit, ut de Agliberto obſervatum eſt in tabella ſuperiori. Hoc diploma integrum exſtat in libro vi num. xx.

2. *Agirardi Epiſcopi.* nempe Carnutenſis. Hæc charta item edita eſt in libro vi num. xxiii, D præter paucula, quæ in autographo mutilo deſiderantur. Hoc ſpecimen ita legi debet.

.. etropolitanis arcium ſedes divinitatis ſuffragia poſcimus, ut adhibenda mercidem hoc ſanctum privilegium ſocietat. beatitudinis veſtrae adſentire atque... re unà nobiſcum almetas veſtra dignetur. Annum ſecundo regnum Domni noſtri Childeberthiglorioſiſſimi Regis, Captonaco publicae ... fecit menſis Marcius dies ſex.

In Chriſti nom. Agirardus, acſi peccator Epiſcopus, hoc privilegium à me factum religi & ſubſ.
... oericus Epiſcopus hoc privilegium conſenſi & ſubſ.
... nomene Gripho etſi peccator Epiſcopus hunc privilegium conſenſi & ſubſ.
Anſeberethus ſervus Ieſu-Chriſti hoc privilegium rogitus ſubſ.
In Dei nomene Ebarcis etſi peccator Epiſcopus hoc privilegium .... E
In Chriſti nom. Ayglibercthus, acſi peccator Epiſcopus hoc privilegium conſentiens ſubſ.
Tretecor per miſericordiam Dei Epiſcopus hoc privilegium ſubſ.
... Chriſti nomine Beracharius Epiſcopus hoc privilegium conſentiens ſubſ.
In Dei nomene Anſoaldus, etſi peccator hoc privilegium ſubſ.
In Dei nomine Actur gracia Dei Epiſcopus hoc privilegium rogetus ſubſ.
In Chriſti nom. Chramno Epiſcopus ſubſ.
Soabericus peccator Epiſcopus hoc privilegio conſent. ſubſ.
Turnochaldus, acſi peccator Epiſcopus, hoc privilegium ſubſ.
Conſtantinus peccator Epiſcopus hoc privilegium ſubſ.
Chaino gracia Dei Abba hoc privilegium ſubſ.

Ex his Epiſcopis ſecundus eſt Goëricus Senonenſis. Sequuntur Gripho Rotomagenſis, Anſe- F berethus Auguſtodunenſis, Ebarcius Nivernenſis (quem Coquillus S. Deodato ſubjicit, Cointius ſummovet ad annum DCC LXVI) ſi non eſt idem qui Evaricus Turonenſis; Ayglibercthus Cenomannenſis, Anſoaldus Pictavenſis, Soabericus Aurelianenſis, Turnochaldus Pariſienſis, Conſtantinus Bellovacenſis. Alii ignotarum ſedium Epiſcopi.

1 THEODERICI FILII CHLODOVEI IVN.

THEVDERICVS REX FRANCORVM VIRIS INL. BVS AVDOBERCTHO ET ROCCONI PATRICIIS ET OMNEBVS DVCIS

seu Comitebus vel actorebus publicis dum et Eps de regna nostra tam de Niuster quam et de Burgundia

prosta tu æclisiæ vel confirmacione pacis

in xpi nomene Theudericus Rex subs



Dat medio mins e September annum V Regni nostri Marlaco in Dei nomene feliciter

2 CHARTA VANDEMIRIS

omni quoque tempore firma et inuiolata permaniat Sti pola cione pro omne firmitate subnexa act.

Ca mil iaco vico publ. quod fecit minsis .... ann. XVII regnum Dom ni Theuderice gl. Regi

Ego In Di nom Vandemiris hanc epistola a me facta religi

Ghranno

Sign. vir inl. Acerelio Sign. Bosone ERCAMBERTA SVBS

Aur onius rogetus a fu praser iptis hanc epis tolam

Bositt one Chlodoardo Ingoberto Gamardo Gandulfo

3 CHLODOVEI TERTII

Chlodouius Rex Francorum vir inluster

cum nos in Di nom. valencianis in palacio nostro vna cum apostolicis viris in Xpo Patribus nostris


Ansoaldo Godino Waldramnus



Datu pridiæ Ind. Marcias annu tercio rigni nõi Valencianis in Di nõm fel.

P. Giffart f.

I. CHILDEBERTI III REGIS



IN TABELLA XXII.

1. C*Hildeberti III. Regis.* In hoc ſpecimine nihil ſingulare adnotandum occurrit. Integrum exſtat Placitum in libro VI num. XXVII. Hîc obſervare juvat, Reginas Placitis nonnumquam interfuiſſe cum Epiſcopis & Optimatibus: in his Judith Imperatrix judicio Ludovici Auguſti de monaſterio Aniſolenſi interfuit, ex actis Aldrici Epiſcopi Cenomanenſis in tomo tertio Miſcellaneorum Baluziano pag. 119. Immo aliquando Reginæ ipſæ ſententiam ferebant. ſic contra communias Lehunenſes pro monachis *judicatum fuit per veram ſententiam in curia domini Regis per Blancham Reginam Franciæ, & alios Barones, qui debent & poſſunt de jure in curia domini Regis judicare*, anno M CC XLIX, ex chartario Lehunenſi.

Nullum Dagoberti Childeberti filii diploma primatum vidimus, ſed tantùm autographum donationis eo regnante factæ baſilicæ S. Remigii apud Remos per Adonem Abbatem, cujus alias donationes, tum in eccleſiam Remenſem, tum in Remigianam, commemorat Frodoardus in hiſtoriæ Remenſis lib. II cap. XI. In eo verò quod præ manibus habemus autographo, Francogallicis litteris ſcripto, Ado ipſe concedit S. Remigio *portionem meam*, inquit, *ad Altro ſuper fluviolo Altro, ſido in pago Vonginſi*, & aliam appendicem Criſciaci *ſuper fluviolo Bebro. Acto Rimis in menſe Aprile, anno quarto regnum Domni noſtri Dagoberto Rege.* id eſt anno DCC XV. Frodoardus enim alias donationes ait ab eodem Adone factas ſub pontificatu Rigoberti, quem Dagoberti ſecundi (aliis tertii) æqualem fuiſſe conſtat. Subſcribit Adus (qui & Ado) Abbas, donationis auctor, atque Allinus Abbas cum Rodfrido ſervo Dei, aliiſque. Fluviolus Altrus, cujus ibi mentio, oritur à Summa-Altri, vulgo *Sommautre*, & in fluvium Bairum devolvitur ad vicum Altrum, *Autre*, ſupra Briolium opidulum. Altrum ſeu Altrus vicus tribus circiter leucis diſtat à Vongiſo, *Vong*, ad Axonam: unde pagus Vongenſis, ad quem pertinebat villa *Saida*, vulgo *Sey*, nunc opidulum, de quo in lib. III de miraculis S. Dionyſii cap. XI. Otharius Vongi Comes in purgatorio fuiſſe dicitur ab Hincmaro in tomo II pag. 807. B

2. *Chilperici ſecundi* Neque hîc animadvertendum aliud videtur, quàm quòd in ſubſcriptione Regis compendioſis notis legitur, *Bene val.* & quòd Raganfridus ſummi Referendarii munere ſub Chilperico functus eſt. De Raganfrido vide chartam XXXIV in libro VI.

C

3. *Childerici III.* Cùm nullum hujus Regis, ex Merovingica ſtirpe poſtremi, autographum invenerimus; hîc exhibere viſum eſt ſpecimen Placiti Pippini tum Majoriſdomus ſub Childerico: quo in Placito annus nonus regni Childerici Regis, id eſt poſtremus, dupliciter expreſſus eſt. Sigillum juvenculum Regem præferre videtur, qualis erat eo tempore Childericus: cujus diploma pro Sithienſi monaſterio ex Folquino adducimus in libro VI. Hîc ne ſpatium remaneat vacuum, apponendam duximus clauſulam de abdicatione ipſius Childerici, quæ clauſula legitur in pervetuſto exemplari membraneo, quod olim fuit cœnobii Dionyſiani prope Pariſios, nunc autem eſt penes RR. PP. Henſchenium & Papeprochium, qui mihi illud ante annos octo coram oſtenderunt. Hæc autem clauſula in fine librorum Gregorii Turonenſis Epiſcopi de gloria Confeſſorum ſic habet.

Si noſſe vis, Lector, quibus hic libellus temporibus videatur eſſe conſcriptus, & ad ſacrorum Martyrum pretioſam editus laudem, invenies anno ab Incarnatione Domini ſeptengenteſimo ſexageſimo ſeptimo, temporibus feliciſſimi atque tranquilliſſimi & Catholici PIPPINI, *Regis Francorum & Patricii Romanorum, filii beatæ memoriæ quondam Caroli Principis: anno feliciſſimi regni ejus in Dei nomine ſexto-decimo, indictione quintâ: & filiorum ejus eorumdemque Regum Francorum* CAROLI *&* CARLOMANNI *(qui per manus ſanctæ recordationis viri, beatiſſimi Domni* STEPHANI *Papæ, unà cum prædicto patre Domno viro glorioſiſſimo Pippino Rege, ſacro chriſmate, divinâ providentiâ & ſanctorum Petri & Pauli interceſſionibus conſecrati ſunt) anno tertio-decimo. Nam ipſe prædictus Domnus florentiſſimus Pippinus, Rex pius, per auctoritatem & imperium ſanctæ recordationis Domni* ZACHARIAE *Papæ & unctionem ſancti chriſmatis, per manus beatorum Sacerdotum Galliarum & electionem omnium Franchorum, tribus annis antea in regni ſolio ſublimatus eſt. Poſteà per manus ejuſdem Stephani Pontificis, die uno in beatorum prædictorum Martyrum Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii eccleſiâ (ubi & venerabilis vir* FOLRADUS *Archipresbyter & Abbas eſſe cognoſcitur) in Regem & Patricium, unà cum prædictis filiis Carolo & Carolomanno in nomine ſanctæ Trinitatis unctus & benedictus eſt. In ipſa namque beatorum Martyrum eccleſia, uno eodemque die, nobiliſſimam atque devotiſſimam & ſanctis Martyribus devotiſſimè adhærentem* BERTRADAM, *jam dicti florentiſſimi Regis conjugem, prædictus venerabilis Pontifex regalibus indutam cycladibus gratiâ ſeptiformis Spiritus benedixit: ſimulque Francorum Principes benedictione & Spiritus-ſancti gratiâ confirmavit, & tali omnes interdictu & excommunicationis lege conſtrinxit, ut numquam de alterius lumbis Regem in ævo præſumant eligere, ſed ex ipſorum: quos & divina pietas exaltare dignata eſt, & ſanctorum Apoſtolorum interceſſionibus per manus Vicarii ipſorum beatiſſimi Pontificis confirmare, & conſecrare diſpoſuit. Hæc ideo caritati veſtræ breviter in noviſſima paginulâ libelli inſeruimus hujus, ut per ſuccedentium temporum & vulgi relatione propago in ævo valeat cognoſcere poſterorum.* D

Hîc *Catholicus* appellatur Pippinus, qui *Rex Orthodoxus & Defenſor fidei Chriſtianæ* dictus eſt à Paulo Papa I in epiſtola XXXV codicis Carolini. E Sed ante eum *Childeberti catholiciſſimum regnum* dicitur ſub finem vitæ S. Cæſarii Epiſcopi Arelatenſis. Unde Gregorius M. in epiſtola ad Childebertum II, quæ eſt libri V epiſtola VI. *Quanto cæteros homines regia dignitas antecedit, tanto cæterarum gentium regna regni veſtri profectò culmen excellit*, nempe Fide, ut poſtea explicat. Lege libri VII epiſtolam C XV Indictionis II. Redeo ad Pippinum, cujus pater Carolus Martellus *Chriſtianiſſimus* à Gregorio III vocatur in epiſtola V. itidemque Pippinus ejus filius, adhuc Majordomus, à Zacharia in epiſtola V. & Stephanus III in epiſtola VI ejuſdem *Chriſtianiſſimam excellentiam* laudat. His adde Anaſtaſium in vita ejuſdem Stephani. Deinde Paulus I *Chriſtiani populi liberatorem Chriſtianiſſimam bonitatem* itidem in Pippino Rege deprædicat epiſtolâ XXXIX. additque in epiſtola XXXVII ſotericon in gratiarum actionem pro defenſione eccleſiæ Romanæ: *Salvum fac, Domine, Chriſtianiſſimum Pippinum Regem.* Idem elogium Carolo & Carolomanno tribuit Stephanus in epiſtola XLVII, & Carolo Hadrianus in epiſtola IV. Tranſiit titulus iſte ad poſteros atque ſucceſſores Francorum Reges. adeo ut *hereditarium* agnoſcat Pius II in epiſtola CCC LXXXV ad Carolum VII, tametſi eum in titulo epiſtolæ *illuſtrem* pro veteri more appellat. Verba Pontificis hæc ſunt. *Habitus es, cariſſime fili, devotiſſimus Princeps fidei & religionis noſtræ præcipuus: nec immerito ob Chriſtianum nomen à progenitoribus tuis defenſum, nomen Chriſtianiſſimi ab illis hereditarium habes* F Non ergo id Ludovico XI tribuit Pius II, ut volunt quidam Francicæ gloriæ oſores, quandoquidem in Carolo VII, Ludovici XI deceſſore, hoc nomen hereditarium agnovit. Certè Johannes Sareſberienſis, homo Anglus ſæculo XII, *Chriſtianiſſimi Regis* nomine Regem Francorum intelligit, ut patet ex epiſtola C LXVII, non ad Gallum quemdam ſcripta, ſed ad Epiſcopum Cantuarienſem, in hæc verba. *Audieram hæc priùs in curia Chriſtianiſſimi Regis Francorum, apud Landunum honeſtè, & reverenter ſuſceptus ab eo.* Porro hunc titulum Francorum Regibus ſingulari prærogativa Paulus II aſſeruit, nempe Ludovico XI ejuſque ſucceſſoribus, ut ex actis indubitatis probavimus in lib. II cap. III num. V. *Catholici* nomen Hiſpanicis Regibus tribuit Alexander VI, teſte Mariana in lib. XXVI cap. XII. Addit Commeus in lib. V de bello Neapolitano, decreviſſe Pontificem Romanum, nempe Alexandrum VI, genere Hiſpanum, *attribuere illis nomen, ut Chriſtianiſſimi dicerentur, & in ſuis ipſe litteris atque ſermone ſic eos vocaſſe: ſed cùm ex Cardinalibus quidam reſiſterent, neque Galliam vellent appellatione illa privari, Catholicos nominari juſſiſſe.* Prævit ergo Francorum Regibus (quod etiam Mariana fatetur) pontificia auctoritate non tam delatus, quàm probatus honos, non ſucceſſit, ut quidam recentiores exiſtimarunt: falſoque aſſeruit poſt Zuritam Odoricus Raynaldus ad annum 1495 num. 25, Chriſtianiſſimi nomen Ludovico XI inditum à Pio II, cùm Pragmaticam ſanctionem convulſiſſet: cùm in Carolo VII (ut jam dixi) hereditarium hoc nomen idem Pontifex agnoverit, nempe ob præclara priſcorum Regum Francorum merita in rem Chriſtianam & Apoſtolicam ſedem. Lege epiſtolam Caroli Majoriſdomus pro S. Bonifacio, quam *manu propria*, inquit, *ſubterfirmavimus, & de anulo noſtro ſigillavimus.* quæ formula eſt Regum Carolinorum, de quibus modò agendum.

1. CHILDEBERTI III REGIS

Chil deberct hus Rex Franc orū vir inluster

Cum nus in Di nomene Crisciaccoin palacionostro v na cum nostris fedilebus ad vniuersorum

Causas audien das vel ricta iudicia termenandas resederimus ibique veniens venerabilis vir

Audoinus Clireus suggerihat dum Blatchorus



Datum quod ficit min sis aprilis dies octo annum XV rigni nostri Crisciacco in Dei

nomene feliciter

2 CHILPERICI SECVNDI

Chil peri chus Rex Francorū vir inluster

seali quid ad loca Sanctorū de nostris munerebus pristamus vel Concidemus hoc nobis ad merci

dem velsta

Chil pri cus Rex



Ragan fridus op tolit


Datum pridiæ Kalendas marcias annum Secundum rigni nostri Conpendio in Dei nome ne feliciter

3. CHILDERICI III.

Cum resedissit Inluster vir Pippinus Maioremdomus At tiniaco in palacio publico ad vniuersorum causas audiendum vel recta iudicia


termenandum

vuiner amnus reco



datum quod fecit mensis junias viginti annum no no VIIII Chil derico Rege

P. Giffart f.


PIPPINI REGIS
…bus Epis, Abbatibus ſeu Comitibus vel Proceribus noſtris atq; Miſsis à palatio noſtro
ubique diſcurrentibus. Et quia per Dei miſericordiā regna terrae gubernare videmur, Oportet ea in Dei nomine
Hitheriꝰ recognovi & S.
CAROLOMANNI
quā & futuris. Cognoscat
magnitudo seu industria vestra eo quod venerabilis vir Fulrad Abba de monasterio Sči Dionisij martiris
Maginarius recognovi & Sub
CAROLI M. REGIS
Carolus gratia Dei Rex Francorum vir inluster Regalis serenitas semper ea instruere debet quae
manꝰ nostrae ſubscriptionibꝰ subter eam decrevimus roborare, & de anulo nrō subter Sigillare
R K S L
Signum Caroli gloriosissimi Regis
Rado ad vicem Hitherij

Epis, Abbatibus ſeu Comitibus vel Proceribus noſtris atq; Miſsis à palatio noſtro

ubique diſcurrentibus . Et quia per Dei miſericordiã regna terrae gubernar mur, Oportet ea in Dei nomine



Hitheri9 recognovi & S.

CAROLOMANNI

quã & futuris . Cognoſcat

magnitudo ſeu induſtria veſtra eo quod venerabilis vir Fulrad abba demonaſterio Sci Dioniſij martiris



Maginarius recognovi & Subs

CAROLI MAGNI REGIS

Carolus gratia Dei Rex Francorum vir inluſter Regalis ſerenitas ſemper ea inſtruere debet quae

man9 noſtrae ſubſcriptionib9 ſubter eam decrevimus roborare, & de anulo nro ſubter Sigillare

Signum Caroli glorioſiſsimi Regis



Rado ad vicem Hitherij

A

IN TABELLA XXIII.

1. P*ippini Regis.* Incipiunt ſecundæ ſtirpis Francicæ, id eſt Carolinæ, ſpecimina, in quibus multa differunt à diplomatibus Merovingorum. Primo ſcriptura ipſa nonnihil politior eſt in Carolinis. Deinde Reges ipſi in ſecunda ſtirpe nomen ſuum propria manu apponere non ſolent. Pippinus & Carolomannus ſignum crucis interponunt poſt verbum, *Signum*, quod ſignum ſi idiographum eſt in eorum diplomatibus, non videtur is ſubſcribendi modus ex ſcribendi imperitia profectus. nam ſigna crucis indicant manum ad ſcribendum expeditam In hoc autem Pippini diplomate ſigillum non exhibet Regis effigiem, ſed potiùs Bacchi, aut cujuſvis alterius, pampino redimiti. Poſt ſigillum additæ ſunt litteræ quædam ad ſignificandum *Bene val.* B

2. *Carolomanni Regis.* In hoc ſpecimine erravit cælator noſter in exprimenda icone Carolomanni, qui vultum ad lævam converſum habere debet, uti ſuo loco expoſuimus, contra quàm alii paſſim Reges Carolini, quorum ſigilla vultum habent converſum ad dextram: cùm Meroveadæ adverſum præferant. Carolomanni ſigillum, etſi titulo deſtitutum, Regem tamen indicat ex diademate.

3. *Caroli M. Regis.* Duo priora ſpecimina expreſſa ſunt ex autographis Dionyſianis: hoc verò ex noſtro Germanenſi. quod referre viſum eſt aliquod operæ pretium propter oblongam ſcripturam, quâ totus diplomatis contextus, exceptâ *Datâ*, conſtat. Hîc incipiunt Regum Carolinorum monogrammata, de quibus actum eſt pluribus in libri ſecundi capite x. Caroli M. ſigillum, quod autographo Germanenſi deeſt, ex Dionyſianis ſuppletum. Hîc Rado *ad vicem Hitherii* ſummi Cancellarii litteras regias recognoſcit: cujus formulæ duo tantùm exempla ex prima ſtirpe obſervavimus in chartis XXIV & XXIX libri ſexti. C

IN TABELLA XXIV.

1. C*aroli M. Regis.* In hoc diplomate nihil aliud notandum occurrit, niſi quòd ſigillum Caroli M. quod poſt Notarii ſignum aliàs apponi ſolet, inter Regis & Cancellarii ſubſcriptionem affixum eſt, ut ſuo loco monuimus, nempe in libri ſecundi capite XVI num. IX. D

2. *Giſelæ ſororis Caroli M.* His litteris præter Giſelam ſubſcribunt tres filii Caroli M. nempe Carolus & Pippinus, Italiæ Rex, ante patrem defuncti; & Chlodoicus ſeu Ludovicus patris ſucceſſor; omnes cum ſigno crucis idiographo. VVineradus videtur fuiſſe Giſelæ Cancellarius. Nullum in autographo ſigilli appoſiti veſtigium apparet. De titulo *nobiliſſimi* lege adnotata ad hanc chartam in libro VI num. LXIII, & in Obſervatione diplomatica in fine ejuſdem libri. In ſubſcriptionibus ubique Caroli nomen ſcribitur cum littera C, non K. quod paſſim obſervare licet in diplomatibus ante initum ab eo imperium ſcriptis. At poſt id tempus Placita quædam præferunt litteram K, ut ſuo loco diximus, nempe in libri ſecundi capite III num. XII, iterumque dicturi ſumus in libro VI ad chartam LXIII. Neſcio an id contigit ex eo, quòd Placita hæc nonnumquam ſcribebantur à Notariis extraordinariis, qui uſitatum Cancellariæ ſtilum non planè callebant. Certè plerique qui poſt mortem Caroli M. de eo ſcripſere auctores, etiam Carolus Calvus in litteris ſuis, (ut in charta XCVI libri ſexti) aliique poſt eum, per K litteram ejus nomen efferebant, ſicut etiam chartariorum plerique ſcriptores. E

TAB. XXIV.

1 CAROLI M. REGIS

CAROLVS GRATIA DEI REX FRANCORVM ET LANGOBARDORVM AC PATRICIVS ROMANORVM NOTVM SIT


.... gnter se commutauerint nostris oraculis confirmamus regiam consuetudine exercimus

Signum




Caroli gloriosissimi Regis





2 GISELÆ SORORIS CAROLI M.

.... Et vt haec donatio a me facta omni tempore firma et inconvulsa valeat perdurare



IN TABELLA XXV.


Caroli M. Imp. In multis, quæ in manus noſtras pervenerunt, Caroli M. diplomatibus, pauca admodum ab ipſo Imperatore condita videre nobis licuit, nullum quod ejuſdem Imperatoris ſignum integrum habeat. Hoc verò ſpecimen, cujus integrum exemplum damus in libro VI, ex autographo Corbeiæ Saxonicæ noſter Adolfus Overhamus mihi tranſmiſit cum ſigillo picto, quale hîc repræſentamus. In hoc porro ſpecimine primi tres cælaturæ verſus unicum efficiunt in authentico. VVitherus Diâconus atque Notarius, qui eas litteras *ad vicem Hieremiæ* recognoſcit, ex hoc ſolo diplomate nobis notus eſt. In ſigilli circulo litteræ inſcriptionis non apparent. In ſpecimine ad nos tranſmiſſo nullum exſtabat monogramma: & Caroli nomen per K litteram ſcriptum in contextu. quod rariſſimè accidit ante ejus imperium, ut mox dicebamus. In alio diplomate ejuſdem Caroli M. Imperatoris pro eccleſia Oſnabrugenſi idem obſervare licet, præterquam in ſigno Imperatoris. Iſtud diploma editum eſt in Monumentis Paderbornenſibus celſiſſimi & eruditiſſimi Principis & Epiſcopi Paderbornenſis & Monaſterienſis; ex eo huc transferendum ad ſupplendam paginam, addito nomine Jacob Notarii, quod ex noſtro Adolfo Overhamo reſcivimus.

In nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti, KAROLUS *ſereniſſimus Auguſtus à Deo coronatus magnus, pacificus Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui & per miſericordiam Dei Rex Francorum & Langobardorum. Quicquid enim locis Sanctorum venerabilium ob amorem Domini noſtri Iheſu-Chriſti & reverentiam Sanctorum cedimus vel condonamus; hoc ad mercedis augmentum vel ſtabilitatem regni noſtri in Dei nomine pertinere confidimus. Igitur notum ſit omnibus fidelibus præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter donamus ad baſilicam ſancti Petri principis Apoſtolorum, & ſanctorum martyrum Criſpini & Criſpiniani, quam nos conſtruximus in loco Oſnabrugki, & corpora illorum illuc tranſtulimus, ubi praeſt vir venerabilis* VVIHO *Epiſcopus, omne regale vel ſæculare judicium ſuper ſuos ſervos, & liddones, & liberos Malman & Mundman, & omnes utriuſque ſexus homines, eidem æccleſiæ pertinentes, quos modò poſſidet, vel deinceps acquiſierit, & perpetuam de regia poteſtate confirmamus abſolutionem: ita ut nullus Iudex publicus, Dux, Comes, vel Vicecomes, vel Scultetus, ſive Miſſi dominici per tempora diſcurrentes loca illius Epiſcopatûs, ad Placita habenda, vel freda exigenda, & paraſreda, aut aliquem de præſcriptis, eidem æccleſiæ pertinentem, ad ſua Placita bannire, vel ad mortem uſquam terrarum dijudicare, vel aliquo modo ullo umquam tempore aggravare audeant: ſed liceat præfato Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus & ſuo Advocato res prædictæ æccleſiæ cum omnibus ſibi pertinentibus quieto ordine poſſidere, ordinare, atque diſponere. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, ac diuturnis temporibus meliùs conſervetur; manu propria ſubter eam roborare decrevimus, & de anulo noſtro ſigillare juſſimus.*

Signum CAROLI *piiſſimi ac ſereniſſimi Imperatoris.*

JACOB *ad vicem* RADONI.

Data XIIII *Kal. Ian. anno* III *Chriſto propitio imperii noſtri*, & XXXVI *regni noſtri in Francia, atque* XXX *in Italia, Indict.* XI. *Actum Aquis palacio publico in Dei nomine feliciter amen.*



In nomine patris et filii et spiritus sancti Karolus serenissimus augustus a deo coronatus

magnus pacificus imperator romanum gubernans imperium qui et per misericordiam dei

rex Francorum et Langobardorum. Omnibus fidelibus nostris presentibus et

futuris notum sit quia Asig qui et Adalricus fidelis noster innotuit serenitati nrae eo quod pater illius

Hiddi dum ceteri Saxones contra nos infideliter egissent praefatus Hiddi mallens fidem suam servare .....

Wittherus Diaconus ad vicem Hieremiae recognovi et subs.

datum VII Id. maii anno Christo propitio imperii nostri XIII regni in Francia XLV

atque in Italia XXVIII indictione VI actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter amen

A

IN TABELLA XXVI.

1. **L**Vdovici Pii. Hoc ſpecimen expreſſum eſt ex cœnobii Dionyſiani authentico, quod integrum apud Dubletum vulgatum eſt pag. 733. In ſubſcriptione Cancellarii Dubletus adjecit pronomen *ego*, uti & in duobus aliis ſuperioribus. quod pronomen in autographo deeſt; nec adſcribi ſolet in ſubſcriptionibus Cancellariorum ordinariorum. Extraordinarii quandoque præmittunt, ſicut de Eldeberto videbimus in charta LXIII libri ſexti.

2. *Ejuſdem.* Hoc ſpecimen illuſtriſſimo Harlæo, fiſci Procuratori Generali in Senatu Pariſienſi, acceptum referimus, expreſſum ex autographo, quod erat quondam cathedralis eccleſiæ Senonenſis. Notarii ſubſcriptio tantiſper ſuper regiam poſita eſt à cælatore propter ſigilli deſcriptionem, quam aliàs folii ſpatium commode capere non potuiſſet. Scriptura hæc apprimè convenit cum ſcriptura diplomatum noſtrorum: quorum ſinceritas vel inde aſſeritur, quòd cum inſtrumentis cathedralium eccleſiarum conſentiant. Hoc verò diploma integrum exſtat apud eruditum Baluzium in appendice ad Capitularia, quod deinde clariſſimus Cointius in Annalium ſuorum tomo VII recenſuit. Hîc ne ſpatium vacuum remaneat, integrum exhibemus, quod Dubletus pag. 739 partim edidit, Ludovicii Pii diploma, quo partitionem bonorum cœnobii Dionyſiani ab Hilduino Abbate factam confirmat anno DCCC XXXII. Exſtat aliud hujuſce partitionis monumentum in libro VI ad prædictum annum. Sic autem Ludovici Pii confirmatoriæ litteræ habent. B

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti, HLUDOVVICUS *divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Si ea quæ fideles imperii noſtri, pro ſtatu & utilitate eccleſiarum ac ſervorum Dei, fideliter ac devotè ob Dei amorem in locis ſibi commiſſis ſtatuerunt, noſtris confirmamus edictis, hoc nobis procul dubio ad æternam beatitudinem, & totius regni à Deo nobis commiſſi tutelam manſurum eſſe credimus, & retributorem Dominum exinde in futuro habere confidimus. Igitur notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ ac noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, quia vir venerabilis* HILDUINUS *Abba monaſterii Apoſtolorum Principis, excellentiſſimorumque Chriſti martyrum Dionyſii Ruſtici & Eleutherii, qui peculiares patroni noſtri adeſſe videntur, noſtræ ſuggeſſit ſerenitati, quòd pro Dei omnipotentis amore & futuro ejuſdem congregationis cavendo periculo, ne aliqua ſucceſſorum ſuorum neglegentia aut parcitate Ordo in ea monaſticus futuris temporibus perturbaretur, ſicut præteritis temporibus manifeſtum eſt contigiſſe: veluti ſynodales conſcriptiones ſuper reſtitutione iſtius ſancti Ordinis in eodem monaſterio & noſtræ imperialis poteſtatis confirmatio, necnon & præfati venerabilis Abbatis Hilduini conſcriptionis charta pleniter narrat ex ordine. (quod ideo prætermiſimus, quoniam in eiſdem locis liquidè & exactè conſtat eſſe deſcriptum, uti cunctorum pæne declarat notitia) ſtipendia eorum quæ annuatim in cibo accipere debeant, necnon & quaſdam villas ſpecialiter neceſſitatibus eorum deſerviendas conſtituiſſet ac deputaſſet; atque per litterarum ſeriem & largitionis ſuæ ſcriptum ſua aliorumque bonorum hominum manibus roboratum eis conceſſiſſet ac delegaſſet: quatenus nulla occaſione nec reipublicæ ſervitio quiſquam ex ſucceſſoribus ſuis impedimentum illis in futuro inferre potuiſſet, pro quo à via rectitudinis & obſervatione regulari eos aberrare neceſſe foret: ſed deputatis ſibi rebus & ſtipendiis contenti, abſque neceſſitate & inopia regularem normam tenere, & ſine prævaricatione, quantum humana ſinit fragilitas, obſervare quiviſſent. Vnde humiliter petiit celſitudinem noſtram, ut pro rei firmitate ſuper eadem conſtitutione auctoritatis noſtræ præceptum pro divino intuitu, & ipſorum Sanctorum reverentia fieri juberemus, per quod inantea ſtabilis & inviolata permaneret. Nos verò petitioni illius, quia neceſſaria & rationabilis erat, aurem accommodantes, veluti poſtulaverat fieri adjudicavimus. Quapropter ſtatuimus atque jubemus, ſecundum quod in illius ordinatione continetur, ut dentur eis annis ſingulis de tritico puro, ad eorum & hoſpitum in refectorium venientium opus modia duo milia centum. Ad præbendam famulorum illis ſervientium de ſigale modia nongenta, de vino puro ad eorum & hoſpitum ſupraſcriptorum, ſeu ad omnes neceſſitates ipſorum modia duo milia quingenta: bracii per modia duodecim trigenta, & exceptis his bracii tres de ſpelta ſecundum conſuetudinem per modia triginta. Inter Paſcha, Natale Domini, & ſancti Dionyſii Miſſam leguminum modii trecenta; de formatico penſæ trecentæ triginta; de adipe modia triginta quinque: de ſale modia ducenta, cum ipſo modio quod ſolvitur in ſalinis. Ad cordeveſos & ſolas eorum componendas uncti ducenti; de butyro ſeſtaria triginta; volatilia autem inter Paſcha & Natalem Domini de villis (ſicut in conſtitutionis carta præfati venerabilis viri ſcriptum habetur) cum integritate, quæ ſuper annum ex eis omnibus eo tenore quo ibi ſcriptum & ordinatum eſt, unà cum cenſu qui in volatilibus de molendinis & cambis debet exire, ſicut à longo tempore mos fuit, ſive indominicatæ, ſive in beneficio donatæ fuerint, dari conſtituimus & confirmamus. Saponem verò de ipſis villis (ſicut in præfata confirmatione memorati viri conſtitutum habetur) fratrum uſibus perſolvi imperiali roboratione decrevimus. De lignis dentur eis menſuræ, quæ midi appellantur, mille centum; de melle ſecundum conſuetudinem; de tribillo carra duo; de modiis ſedecim; olera quoque, fruges arborum, pix, carpentarii, circuli ad vaſa vinaria præparanda, & operimenta tectorum; ſed & ædificatio & reſtauratio officinarum, ſecundum quod in ſæpedicta conſcriptione ſupramemorati honorabilis viri continetur, dictante neceſſitate miniſtretur & fiat. Ad veſtimenta etiam vel omnes eorum neceſſitates ſecundum regularem inſtitutionem* C D E F

A *inſtitutionem procurandas confirmamus illis eaſdem villas, quas ipſe per ſuam conceſſionem eis viſus eſt condonaſſe, id eſt Murnum (ut antiquitus vocabatur, nunc autem Cella ſancti Dioniſii) Toſoniſvallem cum Flaviaco & omnibus appendiciis ſuis, excepto Temeriaco-curte; Cella ſancti Martini in monte Iccundiaco cum omni integritate; villam Pratariam cum ſuis omnibus, Pratariolam cum Sichaldicurte & omnibus ad ſe pertinentibus; Nucitum ſuperiorem, cum appendiciis ſuis; Francorum-villam, Maſtare, medietatem de Baliolo, Mucellam, Bedolitum, Villarem, VVaſconem-villam cum integritate ſua & omnibus appendiciis, & omne teloneum atque cenſum, quod de mercato anniverſali per feſtivitatem ſancti Dioniſii exire conſuevit, ſicut bonæ beatæque memoriæ domnus avus noſter* PIPPINUS *per ſuum præceptum eis dedit, quicquid exinde pars fiſci poterat exactare, necnon & Trimlidum ac Villam-pictam cum omni integritate ac omnibus appendiciis ad eas pertinentibus; Majorem-villam cum integritate: in ipſo vico manſos duos, & manſionile in monte Sautia cum adjacentiis ſuis: ſuper*
B *Sequanam verò Capellam ſancti Audoeni ad retia piſcatoria emendanda vel ordinanda; cum manſo uno in Bonogilo cum integritate ſua: in Alvernis manſos duos, & in Campiniago manſos duos ad piſcationem: Villam Exonam cum cenſu & integritate ſua; ſeu & manſos & vineas in Belna, quas Franci homines ipſius congregationis fratribus delegaverunt; necnon in Vanicolas, ſicut continetur in memorato ſcripto; cenſum etiam ſolitum de venna quæ eſt ſuper fluvium* Loch, *& de pago* Pontiu, *atque cenſum de Flandriis, ſicut conſuetudo fuit: villam ſiquidem quæ dicitur Brinevallis, necnon & mares & piſcaturam in Tellis cum omni integritate tam in cenſu, quàm in appendiciis eorum; & manſos in Bracio, & Gabaregium in Bagaſino cum omni integritate & appendiciis ſuis, de quibus quædam conjacent in pago Conſtantino ad capiendum craſſum piſcem. Has igitur villas cum appendiciis & redditibus vel mancipiis, ſive cum omnibus, quæ per precarias aut per beneficia exinde homines retinent; ut poſt eorum deceſſum ad uſus fratrum & ſtipendia memorata revertantur fratribus ipſius congregationis*
C *ad ſpeciales eorum neceſſitates, imperiali auctoritate & indulgentia per hoc præceptum confirmationis noſtræ, ſicut prædictus venerabilis Abba in ſua confirmavit conſtitutione, ſtabili jure eis concedimus & confirmamus: præcipientes, ut nullus Abbatum per ſucceſſiones quod ſalubri egit conſilio & noſtro eſt roboratum edicto, ſubtrahere vel minuere audeat, vel ad uſus ſuos retorqueat, vel alicui quiddam inde in beneficium tribuat, ſed neque ſervitia ex eis villis exactet, neque paraveredos aut expenſas ad hoſpitum ſuſceptiones recipiat, aut ullas in aliqua re exactiones aut manſionaticos inde exigat abſque inevitabili neceſſitate, præter conſuetudinarias operationes, quæ in ſæpedicta memorati viri conſtitutionis pagina deſcriptæ habentur, quibus nihil addere quiſquam umquam præſumat. Supra ſcripta autem ad centum quinquaginta monachorum numerum ſunt ordinata: ex quibus nil cuiquam Abbatum licebit umquam ſubtrahere: augere verò qui forte voluerit, multiplicatis ad uſum eorum opibus, accumulet & ſervitii divini cultores. qui verò facere aliter præſumſerit, & poſt diſceſſum noſtrum hanc noſtram con-*
D *firmationem, quam ſuper prædicti venerabilis viri Hilduini conſtitutione fecimus, violare voluerit; querela ad ſucceſſores noſtros, qui tunc temporis nobis ſuperſtites fuerint, deveniat; ipſique agnita auctoritate noſtra noſtræ conſtitutionis ſtatuta defendant, & ſua auctoritatis præcepto confirment, ſicut à ſe bene geſta defendi & confirmari à ſuis ſucceſſoribus Deo annuente voluerint. qualiter futuris temporibus fratres in cœnobio ſupradicto Regulam beati* BENEDICTI *ſervantes, abſque perturbatione Deo liberè deſervire queant, nobiſque pro rata confirmatione merces in perpetua recompenſetur æternitate. Obnixè etiam ac devotiſſimè omnes ſucceſſores noſtros per omnipotentem Dominum & æternæ retributionis amorem & piam reverentiam iſtorum ſpecialium protectorum noſtrorum in hoc ſancto reputavimus loco, necnon & hanc conſtitutionis confirmationem, quam ad monachorum providendas regulares neceſſitates imperiali firmavimus auctoritate, intemeratam ſtudeant cuſtodire, & ſpeciali ſollicitudinis cura provideant, ne aliqua antiqui hoſtis ſatagente calliditate inde ſacer Ordo amoveatur, aut minus perfectè, quàm humana*
E *ſinit fragilitas, in eodem loco prævalente negligentia gradiatur: ſed ſicut nos ſingularem curam, quia ita prædeceſſores & progenitores excellentiæ noſtræ habuiſſe compertum eſt, quam inibi pia ſepultorum corporum amplectitur eorum memoria, nos etiam inde habere videmur, ſollicitè ſtudeant divino intuitu, ne talium rectorum manibus jam dictum ſacratiſſimum locum committant, quorum verſutia aut negligentia ab eo religio decidat, & inopia vel torporis negligentia creſcat: ſed potius ita eumdem ſacratiſſimum locum ſollicitè pieque tractent, quatenus nobis & illis æternæ beatitudinis gloria inde Chriſto opem ferente maneat & accreſcat. Et ut hæc auctoritas, quam ob Dei amorem & animæ noſtræ remedium ſtatuimus, firmiorem obtineat vigorem, & deinceps inconvulſa valeat perdurare, manus noſtræ ſubſcriptione eam ſubter firmavimus & anulo noſtro ſigillari juſſimus.*

Signum HLUDOVVICI *ſereniſſimi Imperatoris.*


HIRMINMARIS *Notarius ad vicem* THEOTONIS *recognovit & ſu[illegible]ipſit.*

F *Data* VII *Kal. Septemb. anno Chriſto propitio* XVIIII *imperii domni Hludovici ſereniſſimi Imperatoris Indictione* X. *Actum monaſterio ſancti Dionyſii in Dei nomine feliciter. Amen.*

NOTATIO.

HOC diploma partim editum à Dubleto pag. 739. viſum eſt integrum dare tum ad ſuperiorum illuſtrationem & confirmationem, tum ad illuſtrandam optimi ac piiſſimi Principis memoriam.

1. LVDOVICI PII



IN NOMINE DNI DEI ET SALVATORIS NOSTRI IHV CHRISTI HLVDOVVICVS DIVINA ORDINANTE PROVIDENTIA IMPERATOR AVGVSTVS IMPERIALEM CELSITVDINEM DECET PRAEDECESSORUM SVORVM FACTA [illegible]


hanc ita que auctoritatem vt firmior in Dei nomine per multa curricula annorum habeatur et a fidelibus sanctae Dei ecclesiae melius credatur et diligentius conseruetur manu [illegible] et anuli nostri inpraessione signare iussimus

Signum Domni Hludouuici serenissimi Imperatoris

Helisachar recognoui et

data Kal. Decemb. anno propitio xpo primo Imperii Domni Hludouuici serenissimi augusti Indictione VIII. Actum Aquis grani palatio regio In Dī nomine feliciter Amen

2. EIVSDEM




In nomine Dni Dī et Saluatoris nrī Ihū Xpī Hludouuicus diuina ordinante prouidentia Imperator augustus [illegible] mortalibus praelati sumus solito Dō sub Sāa religione militantibus ad laudem honorem que ipsius et ad animarum salute m &c.

et obsequiente Dī semper inuiolabiliter [illegible] firmitatem manu propria subter firmauimus et anuli nri impressione signari iussimus


Signum Hludouuici serenissimi augusti

Data XV Kl. Iūn. Anno Xpō propitio VIII Imperii Domni nri Hludouuici serenissimi Augusti Indictione XV. Actum Aquis grani palatio regio In Dī Nomine feliciter Amen

1. LVDOVICI PII



2. EIVSDEM



IN TABELLA XXVII.

1. P*Lacitum Caunenſe ſub Carolo M.* Quia inſolita eſt hæc ſcriptura, non minùs quàm oratio; eam hîc reddere juvat in commodum lectorum.

Condiciones ſacramentorum, as quas ex ordinationem Magnario Comis de Narbona, vel de Iudices Raſoario.... Deoario.... vel aliorum, &c... ſub... Nonas Decembres anno XXIIII *regnante Domno noſtro Karolo Reje Francorum, & Langobardorum, ſeo Patricio Romanorum. Signum ✝ Vincilani Clerico... Sign. Valentino, qui preſentes fuerunt, quando oc circumdederunt.* Eſt ordinatio limitum villæ & monaſterii Caunenſis, quod hactenus ſubſiſtit ſub Congregatione noſtra prope Narbonem. B

2. *Aliud ſub Ludovico Pio.* Et hoc ſpecimen ita legi debet.

Condiciones ſacramentorum, ad quas ex ordinatione Riccemiro, Cixſilane, Sinderedo, Vneforte, & Gomeſindo Iudicum, & in præſentia bonorum hominum, cos cauſa fecit eſſe preſentes, iurare debeant teſtes prolati.... rectè & fideliter teſtivicamus de ac cauſa per ſuper adnixum juramentum in Domino. Late condiciones ſub die octabo Idus Madias, anno primo Domno noſtro Lodovico Imp. Signum ✝ Benito. Signum ✝ Elereo, qui as condiciones juraberunt. Signum ✝ Maure.... qui unc juramentum recepit... peterr... Sign. ✝ Francoberto. Sign. ✝ Venerello. Sig. ✝ Teuderico. Eſt juramentum præſtitum pro quadam venditione facta in villa Marinorena, prope Narbonem ſita in inſula Lici. C

3. *Aliud ſub Carolo Calvo.* Ordo poſtulabat, ut hoc ſpecimen aliis duobus ſubſequentibus poſtponeretur. ſed tolerabile eſt hac in re cælatoris erratum. Lectio ita habet.

Condiciones ſacramentorum, ad quas ex ordinatione Salomon miſſo Himberto, ſeo & Iudices, qui juſſi ſunt kauſas derimere, vel legibus diſinire, id ſunt quinque, Teſindo, Medemane, Vniforte, Argefredo, Vgone judicum, & Vulſino clerico.... rectè & fideliter teſtificamus de hac cauſa per ſuper adnicxum juramentum in Domino. Lata condiciones ſub die VIIII *Kal. Madias, anno* XXXIII *regnante domno noſtro Karolo Rege. Sig. ✝ Arenardo. Sig. ✝ Ilperico. Sig. ✝ Stefano. Sig. Salomon, qui has condiciones juravimus. Incherıcus ſubſ. Stabiles ſubſ.*

4. *Aliud Placitum ſub Ludouico Pio.* Ita legendum eſt. D

Condiciones ſacramentorum, ad quods ex ordinatione Agilberto Vicedomipo, Cixſilane, Sunifredo, Gomeſindo, David, & Argilane judicum.... vel aliorum bonorum hominum, qui ſubter ſubſcripturi vel ſigna factores ſint.... ſub die prid. Kalendas Abriles, anno octabo imperante Domno noſtro glorioſiſſimo Ludoihcco Imperatore... Vrſius qui ads condiciones ſcripſi & ſubſcripſi ſub die & anno quod ſupra. Vide hanc chartam integram in libro VI num. LXV.

5. *Alia charta ſub eodem.* Et hoc editum eſt in libro VI num. LXXI. Illud in eo notandum, quod *Iohannes* ſcribitur abſque adſpirata, uti & in charta LXV, contra veterum communem morem. tametſi quædam alibi exempla ſimilia exſtant. Sic habet lectio hujus loci.

In nomine Domini ego Spaneldes vobis Domno & Abbate Ioanne, ſeo fratribus tuis Caunenſe monaſterio... Ego Spaneldes facio vobis teſtamentum de omnino rebus meis.... Signum + Iſpanildes, qui hunc teſtamentum fieri volui.... Sign. Anſemundi. Elias in Chriſti nomine Presbyter à ſupra ſcripto hunc teſtamentum ſcripſi & ſubſcripſi die & anno quod ſupra. E


In his chartis ſubſcriptiones Notarii manu factæ ſunt, præter ſignum crucis ſingulis proprium. Hîc verò Notarius tempus dati inſtrumenti, quod à ſe præmiſſum putavit, per oſcitantiam omiſit.

IN TABELLA XXVIII.


1. L*vdovici Pii.* Quoniam illuſtre eſt Ludovici Pii tempus, uti & Caroli M. & Caroli Calvi; ideo plura eorum ſpecimina damus. In hoc cùm elegantiſſima ſit ſcriptura, inſolitæ eſt magnitudinis ſubſcriptio Hirminmaris, qui Hirminmarus corruptè appellari ſolet. F

2. *Ludovici Pii & Lotharii.* Juvat etiam hoc ſpecimen afferre ex communi Ludovici & Lotharii Auguſtorum diplomate, in quo utriuſque anni exprimuntur. Utrumque ſpecimen ex archivo Dionyſiano erutum eſt, uti & *Data* alterius diplomatis, in quo ſuper lineam adjectum eſt *imperii* vocabulum, quod Notarius primo prætererat.


1. PLACITVM CAVNENSE SVB CAROLO M.




2. ALIVD SVB LVDOVICO PIO




3. ALIVD SVB CAROLO CALVO



4. ALIVD SVB LVDOVICO PIO



5. ALIA CHARTA SVB EODẼ



1. LUDOVICI PII.

I N N O M I N E D N I D I E T S A L V A T O R I S N R I I H V X P I H L V D O V I C V S D I V I N A O R D I N A N T E P R O V I D E N T I A I M P E R A T O R A V G V S T V S . . . . .

vel quic quid exin de facere voluerit libero in omnibus perfruatur arbitrio faciendi Hæc vero auctoritas ut per futura tempora pleniorem obtineat firmitatem de anulo nro subter iussimus sigillari

Hirminmaris Diaconus ad vicem Fridugisi recognouit et subscripsi



Data viii kl novembr anno xpo propitio viii imperii domni hludouuici serenissimi augusti Indictione xv actum theodonis uillæ palatio regio In di nomine feliciter am...

2. LUDOVICI PII ET LOTHARII

Innomine Dni Di et salvatoris nri Ihu xpi Hludouuicus et Hlotharius divina ordinante prouidentia Imperatores Augusti

de anulo nro subter eam iussimus sigillari

Adalulfus Diaconus ad vicem Fridugisi recognouit et subscripsi

In dicit v kl mar Anno xpo propitio xv imperii domni hludouuici et hlotharii vi piissimis augustis Indictione vi ... Actum Aquisgr.

Data viij kl novb anno xpo ppitio imperii domni hludouuici serenissimi agsti xiiij domni hlotharii vi Indictione vii actum carisiago palatio regio In dei nomine feliciter

P. Giffart f.

A

IN TABELLA XXIX.

1. PIppini *Aquitaniæ Regis.* Hoc diploma Pippini pro monaſterio Malaſti ſeu Montis-olivi, integrum exſtat in libro VI num. LXXVIII. Caret invocatione, uti obſervavimus in libri ſecundi capite IV. quod etiam in aliis ejuſdem Regis litteris poſtea deprehendimus. Notanda eſt epocha Ludovici imperii, cum annis Pippini comparata, & uno tantùm annos filii excedere ſolita, ut dictum eſt ſuo loco. De Teotvado palatio actum eſt in libro IV.

2. *Ludovici Germaniæ Regis.* Hoc ſpecimen expreſſum eſt ex autographo Dionyſiano, cujus ſigillum comminutum eſt. Illud animadverſione dignum, quòd Carolus, Ludovici Regis filius, patris litteris eo jubente ſubſcripſit. De epocha regni Ludovici actum eſt in libri ſecundi capite XXVII num. V. Editum exſtat hoc diploma apud Dubletum pag. 785. ſed cum vitio Indictionis. B

IN TABELLA XXX.

1. LOtharii I *Imp.* Ex archetypo Dionyſiano. Inſcriptio ſigilli, non omnino integra, ex autographo cœnobii S. Manſueti prope Tullum, ſuppletur hoc modo: XPE ADJUVA HLOTHARIUM AUG. Vitiatæ ſunt recentiori manu chronicæ notæ in hoc autographo, itidemque in aliis Dionyſianis, quales vulgavit Dubletus. Lege quæ hac de re diximus in libri ſecundi capite XXVI num. XV. C

2. *Lotharii Regis.* Ex archivo item Dionyſiano. Sigillum habet egregium Lotharii Regis autographum ex cœnobio Mettenſi S. Arnulfi, cum inſcriptione omnino ſimili patris ſui Lotharii Imp. XPE ADIUVA HLOTHARIUM REGEM. Hîc deeſt in *Data* annus Incarnationis, uti obſervatum eſt in libri ſecundi capite XXVII num. VI. Conveniunt hæ notæ anno DCCCLX, qui ab obitu Lotharii Imp. quintus, Indictione VIII præditus erat.

1 PIPPINI AQVITANIÆ REGIS

PIPPINVS OR DINANTE DIVINAE MAIESTATIS GRATIA AQVITANORVM REX CVM PETITIONIBVS

Et vt hæc nræ confirmationis ꝑceptionis quæ nræ merces a fidelibus scæ Di ecclesiæ et nris firmius

credatur diligentius q conserue tur manupprias .... firmauimus et anuli nri impreſſione ſubteam iuſſimus

Signari *Signum* P I P P I *Pippini glorioſiſſimi Regis*

Isaac cts atq notarius advicem Dodonis recognoui et

Data Kl nouimbres anno XXII Imperii Domni Hludouuici Sereniſſimi augusti

et XXI regni nri actum in Teotuadum Palatium nrm in Di nom.

2 LVDOVICI GERMANIÆ REGIS

In nomine Scæ et indiuiduæ Trinitatis Hludouuicus diuina fauente gratia Rex Si liberalitatis

nræ munere locis Do dicatis quiddam conferimus beneficiu et ne cessitates ecclesiasticas ad Peti

tiones Ser uorum Di nostro releuamus iuuamine ...... manu propria nra ſubteream

firmauimus et anuli nri Inpreſſione

Signum P O L I S *Domni Hludouuici ſereniſſimi Regis* *Sig.* R K L S *Karoli*


Locus Sigilli

Hebarhardus notarius advicem Grimaldi recognoui et sub

data V Kl aug anno XXXIIII regni domni hludouuici ſereniſſimi regis in orientali francia regnante

Indictione XIIII actum reganesburc ciuitate regia in di nomine feliciter amen

1 LOTHARII I IMP.



IN TABELLA XXXI.

1. *Caroli Calvi Regis.* Obſervandus eſt hîc calculus de regno Caroli Calvi, cujus nomen conſtanter cum K littera in autographis ſcriptum eſt. Obſervandus, inquam, calculus, in quo annus regni Caroli ſecundus cum indictione itidem ſecunda comparatur. Lege quæ hac de re dicimus in libro VI num. LXXXI, ubi hæc charta edita eſt.

2. *Caroli Calvi Imp.* Inſigne, & fere ſingulare eſt hoc Caroli Calvi tum Imperatoris monumentum de conditione Abbatiæ Compendienſis. Illud in eo præcipuum, quòd Caroli monogramma B
cynnabari ſeu minio pictum eſt more Græcorum Imperatorum. Quin etiam Gozlini Cancellarii nomen ſuper Audachri Notarii ſubſcriptionem adſcriptum eſt litteris itidem rubricatis. qua de re ad libri primi caput X egimus. Lege Cangium de cynnabari, & Alamannum ad Procopii arcanam hiſtoriam pag. 20. ubi obſervat, vas illud, in quo ejuſmodi rubrica ſervabatur, dictum eſſe *caniculum*, quòd caniculi formam præ ſe ferret: & *à caniculo* is, qui Cæſari ejuſmodi purpuramentarium miniſtrabat. Præter ea prædicto Caroli Calvi diplomati olim appenſa erat bulla aurea, de qua cùm lis mota eſſet aliquando, ejuſmodi ſententia pronuntiata eſt, qualis habetur in primo regeſto Parlamenti Pariſienſis folio 185, inter Areſta Pentecoſtes anni M CC LXXI, referenda hoc loco. *Quoddam privilegium monaſterii Compendienſis, bullâ aureâ Caroli Calvi Franciæ Regis ſignatum, areſtatum fuerat, tamquam de falſitate ſuſpectum, per curiam, eo quòd filo, cui bulla ipſa appendebatur, poni poterat bulla, & de eo removeri. Poſtmodum conſiderato, quòd hoc plus proveniebat ex* C
antiquitate privilegii ipſius, quàm ex aliqua falſitate, præcepit dominus Rex privilegium ipſum reddi Abbati & conventui dicti loci. Poſtea furto ſublata eſt hæc bulla, quam decem vel octo ducatorum fuiſſe aiunt. Supereſt ipſum autographum optimæ notæ, minio ſuo prorſus eximium ac ſingulare, auctoritatem inſuper habens à ſubſequentium Regum inſtrumentis pro eadem Abbatia Compendienſi. Exſtat apud Acherium noſtrum in Spicilegii tomo X, ex chartario Compendienſi erutum, ſed cum aliquot mendis, quas ope autographi emendavimus. Sic emendatum hîc repræſentare juvat ad ſupplendum ſequentis paginæ vacuum ſpatium.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis: KAROLUS *ejuſdem Dei omnipotentis miſericordia Imperator Auguſtus. Quidquid voto aut gratiarum actione Deo omnipotenti offerimus, cui non ſolum* D
omnia quæ habemus, quæque de manu ejus accepimus, ſed etiam noſmetipſos debemus, qui nos & prædeceſſores noſtros Imperatores & Reges nullo noſtro merito, ſed ſua benigniſſimâ gratiâ regium in ſtemma evehere dignatus eſt; hoc nobis ad præſentem vitam feliciùs tranſigendam, & ad futuram uberiùs capeſſendam conſequentius fore nullo modo dubitamus. Proinde quia divæ recordationis Imperator avus ſcilicet noſter KAROLUS, *cui divina providentia monarchiam totius hujus Imperii conferre dignata eſt, in palatio Aquenſi cappellam in honore beatæ Dei Genitricis & Virginis* MARIÆ *conſtruxiſſe, ac Clericos inibi Domino ob ſuæ animæ remedium atque peccaminum abſolutionem, pariterque ob dignitatem apicis Imperialis deſervire conſtituiſſe, ac congerie quamplurima Reliquiarum eumdem locum ſacraſſe, multiplicibuſque ornamentis excoluiſſe dinoſcitur; nos quoque morem illius imitari, ceterorumque Regum & Imperatorum prædeceſſorum ſcilicet noſtrorum cupientes, cùm pars illa Regni nobis ſorte diviſionis nondum contigerit, infra tamen poteſtatis noſtræ ditionem, in palatio videlicet Compendio, in honore glorioſæ Dei genitricis ac perpetuæ ſemper virginis* MARIÆ *monaſterium, cui Regium vocabulum dedimus, fundotenus* E
extruximus, & donariis quamplurimis Domino juvante ditavimus, atque Clericos inibi numero centum pro ſtatu ſanctæ Dei Eccleſiæ, pro genitoribus ac progenitoribus noſtris, pro nobis, conjuge & prole, proque totius regni ſtabilitate jugiter Domini miſericordiam implorare decrevimus. In cujus baſilicæ uſus atque in præfatorum Fratrum neceſſaria ſtipendia, villas has perpetuò habendas delegavimus, id eſt in pago Tardanenſi villam Ruminiacum cum capella & omni integritate ſua; & in pago Belvacenſi villam Longogilum, Sacciacum & Mariſcum cum omnibus ad ſe pertinentibus; & in pago Ambianenſi Melvillare & Erptias; in pago Bolinenſi villam Attinium; & cellam ſanctæ Magræ in pago Tardanenſi cum omnibus appendiciis ſuis, & in Sueſſionico villam Bruarias; & in pago Laudunenſi Stradonis-villam, & Bairiacum poſt Primordii diſceſſum; & in pago Vermandenſi villam Capiacum: culturam etiam quam eiſdem Fratribus ad ſuos exteriores uſus extra monaſterium cum piſcatura conceſſimus: capellam in Venitta, capellam in Vermeria, capellam in Nantoilo, capellam in Mamaccis poſt diſceſſum Bertonis: in pago Noviomenſi F
villulam quæ dicitur Bonas-manſiones: decimas etiam fiſcorum, quas eis per Præceptum conceſſimus, hoc eſt decimam Caſini, Vermeriæ, Cotomariorum, Ridi, atque Mamaccis, & duas partes decimæ de Andriaco villa, Dorlindo, Creolicumno, Ferrariis, Cincinniaco, Aminiaco, Vienna, Roſeto, Salmuntiaco, Antiniaco, Erebiriaco, Siviniaco, Attiniaco, Belmia, Taſiaco, Bidrico, Pontione, Merlao, atque Buxeto, & reliquas omnes quas per noſtrum Præceptum habent; & Caſellas in Burgundia, & Pontem ſuper fluvium Vitulam pertinentem de Finibus, & omne teloneum annualis mercati, cum prato, ubi contra Venittam congregari ſolet. Similiter etiam totius ſilentii & quietudinis Canonicæ ibi morem obſervandum, & ut à nullo exteriori hoſpite violetur confirmamus, ſicut in eorum Præcepto dicitur, & de manſionibus, æque liberam canonicè licenteam tribuimus, ſicut in eodem continetur Præcepto. Præterea memorato ſancto monaſterio & fratribus inibi aſſiduè Domino famulantibus, in die qua dedicationem ipſius ſanctæ

baſilicæ

A *baſilicæ celebravimus, hoc eſt tertio Nonas Maii, per idem noſtræ auctoritatis Præceptum concedimus in*
pago Tardanenſi villam Sarciacum cum manſo indominicato, & capellam, & quidquid ibi aſpicit, vel
quidquid ex eadem OTHERUS *olim Comes habuit; & in pago Belvacenſi, in Bettonicurte, quidquid*
ibi de Madriniaco aſpicit. Prædicta itaque omnia, villas & res quas ante dedicationem præfatæ baſilicæ,
& has quas in ejuſdem dedicatione conceſſimus, cum capellis & omnibus appendiciis ſuis, terris, vineis,
ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, mancipiis utriuſque ſexus deſuper
commanentibus, vel ad eaſdem juſte legaliterque pertinentibus, exitibus & regreſſibus, & univerſis
legitimis terminationibus, ſæpe dicto ſancto loco congregationique inibi Domino deſervienti æternaliter
habendas, & canonicè diſponendas pro eorum opportunitatibus deſtinamus, & de noſtro jure in jus &
poteſtatem ejuſdem monaſterii tranſponimus, ita ut quidquid ab hodierna die, ſicut in aliis Præceptis
noſtris ordinabimus, per nos perque ſucceſſores noſtros, vel quorumlibet dono divina pietas ſæpe fato loco
B *& fratribus conferre voluerit, habeant, teneant atque poſſideant, liberamque ac firmiſſimam in omnibus*
habeant poteſtatem faciendi atque canonicè diſponendi, eo ſcilicet ordine, ut officinæ & miniſteria ejuſ-
dem loci, ſcilicet luminarium hoſpitum, ac receptionis pauperum, atque ſtipendiorum Fratrum, ſecun-
dùm quod nos aut Miſſi noſtri ſeu Prælati ejuſdem monaſterii congruè diſpoſuerint, ordinata conſiſtant.

Sanccimus denique etiam, ut præfatæ res omnes ſub immunitate & tuitionis noſtræ defenſione ea
conſiſtant, qua ceterarum eccleſiarum res, quæ hoc à nobis vel à prædeceſſoribus noſtris obtinere prome-
ruerunt, conſiſtere noſcuntur; ita ut nemo fidelium noſtrorum, vel quilibet ex judiciaria poteſtate, aut
ullus ex reliquis tam præſentibus quàm futuris, in eccleſias aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones
præfati monaſterii, quas in quibuſlibet pagis vel territoriis juſtè & legaliter poſſidet, vel ea quæ dein-
ceps in jure ipſius ſancti loci divina pietas augeri voluerit, ad cauſas audiendas, vel freda, aut tributa
exigenda, aut manſionaticos, vel paratas faciendas, ſeu fidejuſſores tollendos, ſive homines tam inge-
C *nuos quàmque & ſervos ſuper terram ipſius commanentes, diſtringendos, aut ullas redibitiones, aut*
illicitas occaſiones requirendas noſtris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea quæ ſupra memorata
ſunt penitus exigere præſumat: & quidquid de rebus memoratæ eccleſiæ fiſcus ſperare poterat, totum nos
pro æterna remuneratione prædicto ſancto loco conceſſiſſe perpateat, ut perhennibus temporibus in alimonia
pauperum, & ſtipendia Canonicorum ibidem Domino famulantium, in augmentum proficiat: quatenus
ipſis ſervis Dei eorumque ſucceſſoribus pro nobis Domini miſericordiam uberiùs exorare delectet. Et quia
præfatas res omnes ex fiſcis noſtris fuiſſe conſtat, volumus, pariterque jubemus, ut ſub ea lege qua res
fiſci noſtri jugiter maneant, atque ſub eo mundeburde & defenſione tueantur ac defendantur; & ſub ea
tuitione imperiali conſiſtant, quâ cœnobia, Prumia ſcilicet, quod atavus noſter PIPPINUS *conſtruxit,*
& monaſterium Sanctimonialium Lauduno in honore ſanctæ MARIÆ *conſtitutum conſiſtere noſcuntur.*
Enimverò quæ in auro, argento & gemmis, veſtibus, rebus, vel in quibuſlibet ſpeciebus eidem loco con-
D *ceſſimus, quia ob amorem divini cultus pariterque animæ noſtræ, genitorum ac progenitorum noſtrorum*
remedium Domino conſecranda obtulimus; rogamus atque teſtificatione divini nominis interdicimus, ut
nullus Regum aut Imperatorum ſucceſſorum noſtrorum, nec quiſquam cujuſlibet ordinis qualibet dignitate
præditus, ex iis quæ ſupra memorata ſunt quidquam in ſuos uſus accipiat, aut in capellæ ſuæ cultus
admoveat, nec (ſicut aliquando factum eſſe conſtat) ad aliam eccleſiam quaſi ſub obtentu eleemoſynæ
conferat, ſed ſicut ea Domino ac præfato loco ſancto dedimus, integerrimè ac perpetualiter habenda con-
ſervet.

Iis verò omnibus ſupradictis rebus, quas ſæpe memorato loco in oportunitate baſilicæ & fratrum præ-
fatorum numero centum ſuffragia conſtituimus, nihil minuere quiſquam præſumat: ſed hæc noſtræ
pietatis conceſſio & imperialis altitudinis ſanctio ita perpetuò conſervetur, ſicut in privilegio Dom-
ni & ſanctiſſimi Patris noſtri JOHANNIS *Apoſtolici & univerſalis Papæ, ac aliorum Epiſcoporum*
E *privilegiis continetur aſtipulatum: augere verò ſi quiſpiam voluerit, augmentatis & multiplicatis eorum*
uſibus rebus accumulentur divini cultores ſervitii. Memoratum denique Domni & ſanctiſſimi Papæ Jo-
hannis privilegium per hoc noſtræ imperialis excellentiæ dictum confirmamus, atque ſicuti ſua decrevit
ſanctio, ita perpetuò manſurum noſtra decernit roboratio. Et ut hæc noſtræ donationis auctoritas, ac edi-
cti conſtitutio, atque immunitatis roboratio per omnia tempora inviolabiliter in Dei nomine conſervetur,
veriuſque credatur, manu propria ſubterfirmavimus, & bullarum noſtrarum impreſſionibus inſigniri
juſſimus.


Signum KAROLI *glorioſiſſimi Imperatoris Auguſti.*

Signum HLUDOVVICI *glorioſi Regis.*

AUDACHER *Notarius ad vicem* GAUZLINI *recognovit & ſubſcripſit.*

Datum tertio Nonas Maii, Indictione decima, anno XXXVII *regni Domni Karoli Imperatoris in*
F *Francia, & in ſucceſſione Lotharii Regis* VII, *& imperii ſecundo. Actum Compendio palatio imperiali*
in Dei nomine feliciter. Amen.

Ex diplomatibus pæne infinitis, quæ Carolus Calvus in gratiam eccleſiarum & monaſterio-
rum condidit, ex quibus multa referemus in libro VI, patet verum eſſe quod Hadrianus Papa II,
quantumvis in eum commotus, ſcripſit ad ipſum in epiſtola XXIX. *Annuntiatur etiam à pluribus*
probis, quòd ſis amator, exaltator & illuſtrator ſpecialis in orbe terrarum, & permaximus eccleſiarum
Dei: ita ut nullus ſit Epiſcopatus, nullumque monaſterium in regno tuo, quod non auxeris rebus pro-
priis, & reſtitueris ſuis perplurimum, &c.


1. CAROLI CALVI REG
Regalis celsitud inis mo ris est fi deles suos do nis multi plicibus et hono ribus ingentibus
Ieus Rotarius a d vicem Hlu d ouuici recog nouit et
KAROLUS GRATIA DI REX
2 CAROLI CALVI IMP.

P. Giffart f.

A

IN TABELLA XXXII.


C*Aroli Calvi Imp.* Hoc tertium eſt ſpecimen Caroli Calvi, alterum ejuſdem Imperatoris; expreſſum ex autographo Dionyſiano. Nihil peculiare hîc obſervandum, præter id quod legitur ad Cancellarii ſubſcriptionem, *Franco Præpoſitus ambaſciavit.* Rem explicavimus in libri ſecundi capite XXVI. Caroli effigies in ſigillo, quod unicum Caroli Imperatoris reperimus, multum diſſimilis eſt ab ejuſdem figura regia. ſed ſi quid erratum eſt, id imputandum primo cælatori, qui exemplar non bene expreſſit. Neque verò diverſa Romani cujuſque Imperatoris numiſmata, tametſi à peritis artificibus expreſſa, ex æquo ſibi reſpondent, ut advertere licet in numiſmatibus familiarum Byzantinarum apud eruditiſſimum Cangium. *Magnus* quandoque dictus eſt Carolus Calvus, uti probamus ad chartam CXV. idemque titulus Carolo Craſſo etiam tributus apud Folquinum monachum in Chartario Sithienſi inedito, ubi Rodinus quidam Rodulfo Abbati dicitur tradidiſſe quædam prædia *in pago Ambianenſi, in Sana-terra, in loco qui vocatur Roſierias, anno I Karoli Magni Imperatoris.* quod de Craſſo intelligendum eſſe conſtat. Itaque illud in more poſitum fuiſſe videtur, ut qui tum imperaret, *Magnus* diceretur, elogii, non cognomenti gratiâ. B

IN TABELLA XXXIII.

C


I. L*Vdovici Balbi.* Ex archivo S. Dionyſii. Sigilli inſcriptio fere detrita eſt. Expreſſior eſt in autographo Benigniano, cujus exemplum in libro VI referemus. Sic autem habet in Dionyſiano diplomate ſigilli inſcriptio, HLUDOVVICUS GRATIA DI REX. Quid ſit *Vriaus fiſcus*, ubi Dionyſianum diploma datum eſt, nobis incompertum.

2. *Caroli Simplicis.* Ex archivo item Dionyſiano. Hîc inter primos Gozlinus Notarius, qui ad vicem Herivei Cancellarii diploma recognoſcit, apponit *Archiepiſcopi ſummique Cancellarii* titulos, cùm antea nudum Cancellarii nomen adſcriberetur. Verùm cùm regnante Carolo Simplice hos titulos exprimerent Notarii imperiales; etiam Notarii Regum Francorum hunc morem induxerunt. De tribus epochis Caroli Simplicis vide quæ diximus in libri ſecundi capite XXVI num. XX. D




P. Giffart F.

1 LVDOVICI BALBI



2 CAROLI SIMPLICIS



P. Giffart fecit

A

IN TABELLA XXXIV.

1. ODonis Regis. Specimen hoc ex autographo cathedralis eccleſiæ Carnutenſis expreſſum eſt, cum ſigillo, quod neſcio an Odonis repræſentet effigiem, an cujuſdam Imperatoris Romani. Locus, ubi datum diploma, eſt Mitiacenſe ſancti Maximini monaſterium prope Aurelianos.

2. *Ejuſdem.* In Dionyſiano hujuſce ſpeciminis exemplari comminutum eſt ſigillum, ſed habetur Odonis monogramma, quod in Carnutenſi deeſt. In eo autem monogrammate obſerva litteram Y in medio quadræ acuminatæ, qua de littera egimus in libri ſecundi capite x. ſimulque adverte, hanc litteram, non ad complendum Odonis nomen apponi, ſed ad ſubſcriptionis auctoritatem. Novum eſt quod *Data* litteris majuſculis exprimitur contra Regum ſuperiorum morem, qui *Datam* alio ſcripturæ genere efferre ſolent. In diplomate CXXI libri ſexti, in formula initiali legitur *Rex Francorum*, (ſi non fallit chartarii ſcriptor, cùm paſſim in aliis deſit) quod nomen *Francorum*, jam inde à Carolo M. intermiſſum, Carolus Simplex in diplomate CXXV, idemque poſtea Ludovicus Tranſmarinus atque Ludovicus quandoque; Capetiani Reges paſſim in uſu habuerunt.

B

1. ODONIS REGIS

In nomine Scae et Individuae Trinitatis Odo Clementia Di Rex Regalis

celsitunis mos est fideles regni Suidonis multiplicibus atque honoribus ingentibus

honorare ſublimesque efficere Nouerit igitur omnium fidelium



Crohannus notarius ad vicem Ebonis recognouit et S.

Dat. XVI Kl. Iul. Indict. VII anno secundo regnante Domno Odoni

Gloriosissimo Rege Actu ſto Maximino monasterio jn Di nomine feliciter Amen

2. EIVSDEM

In nomine Dni Di aeterni et Saluatoris nri IHu Xpi Odo Clemen

tia Di Rex Idea quae fideles nri iustis petitionibus

manu propria eum subter firmauimus et anuli nri impressione sigilli iussimus

Signum Odonis gloriosissimi Regis

Herueus Notarius ad vicem Gualteri recognouit et ſubscrip.


DAT SUB DIE VI NON MAI IN DICT XII ANNO VII REGNANTE ODONE GLORIOSISSIMO REGE ACTU MONASTERIO SCI DIONYSII IN DI NOMINE FELICITER AMEN

P. Giffart fecit

IN TABELLA XXXV.

Z*Venteboldi Regis.* Scilicet Auſtraſiæ, poſt Arnulfum patrem Imperatorem ac Regem, cujus nothus erat. Hoc ejus diploma autographum exſtat in archivo Dionyſiano, quale à Dubleto editum eſt pag. 808. In inſcriptione legitur *Zuentebulchus*, itemque in ſubſcriptione, & in *Data*: in ſigillo, *Zuenteboldus*.

In alio ejuſdem autographo, quod in archivo cœnobii S. Michaëlis ad Moſam ſervatur, ſcribitur *Zuentiboldus* in ſigno & in Data. tametſi idem, qui hic, Notarius chartam confecit recognovitque. Immo Notarius ipſe qui hic *VValdgerus*, ibi ſubſcribit *VVidelgerus*. Nempe ſic variabat nonnumquam ſcriptio nominum propriorum. Ex illo S. Michaëlis autographo ſpecimen ſigilli exprimi, nobiſque tranſmitti curavit reverendiſſimus, idemque litterarum ſtudioſiſſimus loci Abbas Henricus Henezo Congregationis S. Vitoni. Zuenteboldi monogramma eodem modo conformatum eſt in utroque autographo. Michaëlino anno poſt patrem tertio-decimo ſubſcripſit Ludovicus ejus filius, appoſito monogrammate ſuo; & *Data* nomen, quaſi nunc primùm charta conceſſa eſſet, ita apponit. *Data* XVI *Kal. Septemb. anno Incarnationis Domini* DCCCC VIII, *Indict* XI, *anno autem regni Domni Hludovvici* VIIII. *Actum Franconofurt.* Sic verò diſpoſita eſt ejus ſubſcriptio & *Data*, (nimirum quia id chartæ ſpatium exigebat.) ut paternam ſubſcriptionem præcedat & Datam, quæ ſic habet. *Data* XVIIII *Kal. Septemb. anno Domini* DCCC XCV, *Indict.* XIII, *regnante Domno Rege Zuentiboldo anno primo. Actum in vico Droſlei juxta Noviomam civitatem.* Eo diplomate Zuenteboldus cœnobio S. Michaëlis quaſdam poſſeſſiones rogatu Stephani Abbatis reſtituit. Monogramma iſtius diplomatis ejuſdem eſt formæ cum Dionyſiano, ſed paullo amplius. Sigillum chartæ affixum eſt de more, idemque ritus (præterquam in aureis & plumbeis, quæ ſuſpendi ſolent) apud Imperatores Germaniæ perſeveravit uſque ad ſæculum XII. Certè diplomati Henrici III Imperatoris pro cœnobio S. Remigii de Coſla & Marſna, quod datum eſt *anno dominicæ Inc.* M XLIIII, *Indict.* XII, *anno autem Domni Henrici tertii ordinationis ejus* XVII, *regni verò* V, ſigillum eſt affixum. Vide plura ſuo loco.


Zuentebulchus divina procurante clementia Rex Condecet ergo nobis quos regiae
potestati maxime Di timorem cunctis mortalibus anteponere negotiis et loca quae antecessores nostri ad honorē Di construxerunt
ZVENTEBOLDVS REX


P. Giffart f.

A

IN TABELLA XXXVI.

1. **R**odulfi Regis, aut potiùs Regni invaſoris, cujus hoc diploma authenticum ſervatur in archivo cœnobii S. Vincentii Laudunenſis. In eo deeſt Cancellarii nomen, tametſi legitur verbum, *& ſubſcripſi*. Sigilli amiſſi locus etiam cernitur, cum ad modum, quem hìc indicat ſemicirculus.

2. *Ludovici Tranſmarini.* Variæ fuerunt Ludovici Tranſmarini formulæ initiales. Nam præter exempla, quæ exhibuimus in libri ſecundi capite III num. XVIII, alias alibi videre licet. B
Omnes formulæ de more præmittunt invocationem *ſanctæ & individuæ Trinitatis*, in ſpecimine iſto, *ſummæ*, non *ſanctæ*, prout edidit Marlotus. Tum hìc ſubditur, *divina diſponente clementia Hludovvicus Francorum Rex.* Apud Marlotum in Metropolis Remenſis tomo I pag. 556, *Ludovicus divina annuente clementia Francorum Rex.* & pag. 578 ex Emeræo, neſcio an bene, *Ludovicus Francorum Rex.* tum pag. 582, *divina diſponente clementia Hludovicus Francorum Rex*, quod ipſum eſt Remigiani cœnobii diploma, cujus ſpecimen hìc damus. Datum eſt diploma, non *pridie Idus Novembris*, ut Marlotus habet, ſed *prid. Kal. Novemb.* & quidem *Indict.* XI, *anno autem* XVIII *regnante Domno Lodovico Rege*, id eſt anno Chriſti DCCC LIII. Quidam temere duas poſteriores unitates numericas abraſit. Nota numerica U, non eſt acuminata, ſed rotunda, ut ob adjunctum numerum I facilè pro duabus unitatibus numericis accipi poſſit, niſi attentè perſpiciatur. In vetuſto chartario legitur item, *anno* XVIII, ut apud Marlotum. Sigillum marginem habet am- C
pliſſimam, ut Capetiana: ſed Regis effigies Carolinis eſt fere æqualis, & facies converſa ad ſiniſtram intuentis, ut ex oppoſito ectypo cuivis apparet: Corona eſt radiata: inſcriptio ſigilli ut in ſigillis præcedentium Regum. Charta quædam Bernardi Comitis Petragoricenſis pro Sarlatenſi monaſterio eſt *Data in menſe Iunio, regnante Deo, Domno Ludovico Rege imperante.*


In nomine Scae et Indiuiduae Trinitatis Rodulfus diuina ordinante Prouidentia Rex Francorum
Sispecialibus...... Ut autem hec nr̃e serenitatis auctoritas semp in dei nomine inuiolabile obtineat uigorem.
manu nra eã subter firmauim' et de anulo nro sigillari iussimus
Signum Rodulfi gloriosissimi regis
RDLPS
2 LVDOVICI·TRANSMARINI
In nomine Summae et Indiuiduae Trinitatis diuina disponente Clementia
Hludouuicus Francorum Rex Sinosqui regia maiestate Praeminemus Scãe Dĩ &c
quae offeruntur ad loca sacrorum regalis auctoritatis munimine roborantes confirmamus.
Signum domni Lodouuici
LDS
Odilo regie dignitatis
Anno autem XV. Regnante domno Lodouuico rege
GRATIA DI REX
P. Giffart f.

A

IN TABELLA XXXVII.

1. **L**Otharii Regis Franc. Hoc ſpecimen nobis ſubmiſſum eſt ex archivo cœnobii S. Vincentii Laudunenſis. Si rectè expreſſa eſt autographi ſcriptura, ut quidem mihi aſſertum eſt, multum degenerat ab eleganti illa Carolina, quam ſuperius exhibuimus. Certè ipſi litterarum ductus multum ab illis abſunt, uti & in ſequenti ſpecimine, quod ex authentico archivi Remigiani apud Remos accepimus. In hoc Laudunenſi notanda eſt poſtremæ unitatis numericæ forma in Indictione, & in anno Regis, in longum ſupernè ducta, ut in capite ultimo libri ſecundi monuimus. B

2. *Ejuſdem.* Hìc nomini ſuo addit Lotharius *Francorum Rex*, patrio more, quod ſubſequentes Reges paſſim retinuerunt. tametſi Hugo in ſpecimine proximo ſimpliciter ſe dicit *gratia Dei Regem.* In præſenti ſpecimine *Data* appoſita eſt ante Regis ſubſcriptionem contra receptum antea morem; annuſque Incarnationis cum anno Regis appoſitus. In ſigillo etiam mutatio facta eſt, nempe in inſcriptione. nam priores Reges ſic habebant poſt nomen proprium: GRATIA DI REX, præmiſſo ſigno crucis: hìc, LOTHARIUS ✝ REX FRANCO. ſigno crucis interpoſito. Deinde coronam habet radiatam, ut patet, ac ſupernè gemmatam: ſed primus in ſigillo baculum oblongum dextrâ geſtat, ſiniſtrâ ſceptrum inſtar clavæ Herculeæ. Vide libri ſecundi caput XVII num. III.


IN NOMINE SCÆ ET INDIVIDVÆ TRINITATIS LOTHARIVS GRATIA DĪ REX NOTVM SIT OMNIBVS FIDELIBVS NRIS TAM PRÆSENTIBVS

quamq; futuris quod Hugo comes noster q; consanguineus tactus infirmitate qua hominem exiuit

aut sibi iniuste sub latas iure adquirere legaliter q; nitebatur quibus scōs

faciens heredes nostrae dicioni contulit nrae q; potestati largitus est.

Signum domni gloriosissimi



Lotharii Regis Gezo cancellarius recognouit et Subscr

actum III nonas octobris Inditione IIII regnante domno Lothario Rege

anno VII in Villa Condeda actum feliciter

EIVSDEM 2.


Innomine Scæ et Indiuiduæ Trinitatis Hlotharius diuina propiciante clementia Francorum Rex si fidelium nostrorum rectis petitionibus

maximeque in rebus ad Dei cultum pertinentibus serenitatis nostrae aurem aperimus procul dubio praedecessorum


nostrorū Regum scilicet atq; imperatorum more imitamur nec solum petentes si vnde causa Dei anit

actum compendio palatio Regis anno domini ce Incarnationis DCCCCLXXII anno XXII regnante Lothario Rege.

Signum Lotharii



Gloriosissimi Regis



Adalbero regius Notarius advicem Domni Adalberonis Remorū Archiepi et Summi cancellarii recognoui

P. Giffart f.


A

IN TABELLA XXXVIII.


1. HVgonis Regis. Hoc ſpecimen expreſſum eſt ex cœnobii S. Vincentii Laudunenſis autographo, in quo ſigilli locus apparet, ſigillo avulſo. Iſtud ſuppleri curavimus ex authentico Trenorchienſi, quod eruditus Chiffletius in hiſtoria ſua nobis indicavit. In hoc ſigillo obſervanda eſt manus juſtitiæ, quam Hugo primus videtur geſtaſſe cum globo, ut diximus in libri ſecundi capite XVII num. III. Inſcriptio ſigilli etiam differt ab aliis. Forma omnino ſimilis eſt ejus, quod nobiſcum Henricus Juſtellus ultro communicavit. In monogrammate, quod in modum crucis conformatum eſt, pro uſitata littera Y in medio habetur punctum. *Data* caret anno Incarnationis, uti & diplomata Hugonis, quæ in libro ſequenti referemus. B

2. *Rotberti Regis.* Ex archivo S. Germani à Pratis. Data appoſita eſt ante ſignum Regis, ut in tabellæ præcedentis charta I Lotharii Regis. Incarnationis annus abhinc deinceps uſitatus in regiis inſtrumentis, cùm antea eſſet rarior. Rotbertus in monogrammate paſſim præfert ſolitum y græcum. Globum in ſiniſtra geſtat, ſed non manum juſtitiæ in dextra, ut Hugo ipſius pater. Eadem eſt ſigilli forma in diplomate Rotberti apud Perardum pag. 171 & 179. ſed inſcriptio utrobique manca eſt, omiſſo nomine *Dei*, & littera T in Rotberto. Monogramma primo in loco apud eumdem inſolitum videtur, quod in quadræ formam concinnatum eſt, non in modum crucis, ut pleraque alia Rotberti neſcio an vitio ipſius editoris.

1. HVGONIS REGIS.



2. ROBERTI REGIS



P. Giffart fecit

IN TABELLA XXXIX.

1. ROtberti *Regis*. Ex archivo Dionyſiano. Exſtat apud Dubletum pag. 825. Invocatio inſolita eſt: deeſt *Data*, nomenque Cancellarii, & in monogrammate ſolitum Y græcum. Sic aliquando Data deeſt in diplomatis Capetianis: ut in Compendienſi Philippi I, poſt contextum ſine *Data* ſequitur monogramma, & in inferiori parte chartæ, quæ anguſta eſt, affixum ſigillum.


2. *Heinrici Regis*. Et hîc inſolita eſt invocatio. Quamquam in Capetianis diplomatibus magna eſt invocationum varietas, ut ſuo loco demonſtravimus. Hoc in diplomate adverte primo dupli- B
cem accentum in duplici littera ii ad pronomen *hiis*. Henrici nomen in autographis aliquando cum i in ſyllaba prima, *Heinricus*, aliquando abſque i ſcribitur. In ſigillo vix diſcerni poteſt an hæc littera i fuerit appoſita. Ex Capetianis, immo ex Francorum Regibus primus lilia in corona geſtaſſe videtur Henricus. Carolini quippe lilia in corona non geſtabant in ſigillis ſuis, ſed aliquando in ſuis extra ſigilla iconibus, ut Carolus Calvus in effigie, quæ in Appendice Capitularium Baluziana exſtat; immo etiam Fredegundis, Chilperici Regis uxor, in primario ejus tumulo, qui in noſtra Germanenſi baſilica cernitur, factus opere muſivo: ubi diſtincta præfert lilia in corona, & expanſum in ſceptri vertice lilium. De tempore initi ab Henrico regni dictum eſt in libri ſecundi capite XXVI num. XXVII. Confer libri ſexti chartam ducenteſimam, quæ data eſt *anno Incarnationis dominicæ* M XXXV, *æra* M LXXIII, *Indict.* III, IX *Kal. Iulii*, *anno* V AINRICI *Regis*. Alio C
modo Henrici regnum computatur in charta quadam Chronici Beſuenſis, nempe à coronatione ejus facta vivente patre. *Actum Beſua publicè anno ab Incarnatione Domini* M XXXIV, *Indict.* II, *epacta* XXVIII, *regnante Henrico Rege* VIII *anno regni ejus*, in Spicilegii tomo I pag. 561. Nec prætereunda eſt hoc loco chartæ ſequentis Data, *Actum publicè in præfati Sancti cœnobio, & ſuper ejuſdem altare, regnante Domino noſtro Ieſu-Chriſto cum Spiritu-ſancto in paternæ maieſtatis dextera, anno Incarnationis ipſius* M XXXVI, *Indict.* IV, *epacta* XX, *prid. Kal. Iulii*, IV *feria*, III *luna*.

 1. ROBERTI REGIS

In nomine [illegible] ex [illegible] subministrante clementia Rotbertus [illegible] &c.

..... Ut autem hoc preceptum regio ita favore noscatur esse actum regalis anulo subter est maiestatis firmatum.

Signum Rotberti regis serenissimi



gloriosissimi




2. HENRICI REGIS

In nomine Domini Dei summi. Ego Henricus divina [illegible] Francorum rex.

..... Attestantibus his quorum subtitulata nomina et signa. S. Imberti Par. epi. S. Guidonis Silvanectensis epi. S. Radulfi comitis. S. Gosgoldi comitis. S. Balleranni comitis. S. Ingenulfi pincerne.

Balduinus cancell.



scripsit et subscripsit.

Actum Parisius. Anno incarnati verbi M. L. VIII. Regni vero Henrici gloriosissimi regis XX VIII.



P. Giffart fecit

 A

IN TABELLA XL.

PHilippi I. In hoc ſpecimine litteris oblongioribus ſcriptus eſt primus verſus & finis. Monogramma præfert ſolitum y græcum in quadra acuminata. quæ littera ad complendum Philippi nomen inutilis eſt, uti etiam in Rotberti monogrammate, ut cuivis apparet. Signum crucis manu ſua appoſuit Philippus, cui hac in charta tribuitur titulus *indyti & ſereniſſimi Francorum Regis*. In corona & ſceptri vertice habet lilium, uti ipſius pater, & ſubſequentes ab eis Reges. In Data Cancellarius Philippi nomen ſcribit cum y græco; cum initio & in ſubſcriptione cum ſimplici i ſcribat. Sic nonnumquam variat nominum propriorum ſcriptura in uno eodemque inſtrumento, ut ſæpius obſervavimus. B Hic nulla mentio quatuor principum curiæ miniſtrorum, tametſi quibuſdam Philippi diplomatibus ſubſcripti reperiuntur. Conſule libri ſecundi caput XII. Hoc ſpecimen ex archivo Dionyſiano expreſſum eſt.

In hoc Philippi ſpecimine, adeoque in aliis ſubſequentium Regum, diphthongus æ per ſimplex e non raro ſcriptum occurrit, ut cuivis advertere licet. quod etiam in diplomatibus pontificiis ejus ævi familiare eſt.

In præcepto ejuſdem Philippi de libertate Compendienſis Abbatiæ, Data continuè poſt contextum apponitur hoc modo: *Actum Compendii palatio, anno incarnati Verbi milleſimo* LXXXV. *Indict.* VIIII, *anno regni noſtri* XXIIII. *Goisfrido Pariſiorum Epiſcopo* ARCHICANCELLARIO *noſtro.* C Deinde monogramma à latere dextro apponitur: tum ſubſcriptio Regis hoc modo: SIGNUM PHILIPPI ✝ FRANCORUM REGIS, ac demum ſequitur locus ſigilli.

in nomine Sc̄e et jndividuae Trinitatis Philippus Dei gratia Francorum Rex Praesentibus et futuris inperpetuum


Quoniam universis inorbe Regibus quibus omnipotens Creator humanam rempublicam regendā distribuit

propoſitum conſtat in commune iuſtitiam colere recta iudicare populisq; ſubditis

Ut igitur hoc decretum a nobis promulgatum pleniorem obtineat uigorem.


noſtra manu ſubter appoſito ſigno roborauimus atq; fidelibus noſtris preſentibus

roborandum tradidimus noſtreq. imaginis ſigillo inſuper aſſignari iuſſimus



Signum Philippi jncliti et Serenissimi Francorum Regis

Petrus regiae dignitatis Cancellarius relegit





Data KL Augusti anno Octauo regnante Philippo Glorioso Rege ab Incarnatione autē Dn̄i millesimo LXVIII

Indictione VI actū Silnectis Palatio Regio in Dei nomine feliciter

P. Giffart f.

IN TABELLA XLI.

L*Vdovici VI.* Quatuor conſideranda ſunt in archetypis Ludovici Groſſi, qui *Lugdovicus* hîc
ſcribitur. Primum eſt, in notis chronicis annos Adelaidis Reginæ cum annis Regis non rarò
apponi ſolitos, tametſi non ſemper, ut in hoc ſpecimine. Alterum, ſubſcribentium, aut potiùs
ſubſcriptorum numerum ad quatuor primores curiæ miniſtros redigi cœptum ſub eodem Rege.
Quamquam nonnullis ipſius Regis diplomatis alii magnates etiam quandoque ſubſcribunt, ut in
litteris duorum præceſſorum. Tertium, nulla, aut certè rara admodum ſigilla appenſa fuiſſe ante
eumdem Ludovicum Groſſum: cujus quædam ſigilla pendula ſunt, ſed pleraque affixa, ut in hoc B
archetypo. Quartum denique rariſſimum eſſe in ejus litteris monogramma.

De his omnibus fusè diſſeruimus in libro ſecundo. ſed quod ibi diximus, nullum ſcilicet à no-
bis repertum eſſe ipſius Ludovici monogramma, hîc retractandum eſt. Quippe in quodam ejus
archetypo, quod in Compendienſi S. Cornelii archivo aſſervatur, ſigillum regium ad dextram
affixum eſt; monogramma exaratum ſub finem contextus; & labarum in extrema chartæ ora ad
ſiniſtram. Quapropter dicendum eſt, rara quidem eſſe Ludovici Groſſi monogrammata: ſed ta-
men exſtare aliqua, qualia exſtant in litteris poſteriorum Regum ad S. Ludovicum.

Præter ea hac in Tabella duo ejuſdem Ludovici Groſſi ſigilla exprimi curavimus: unum ipſiuſ-
met *deſignati Regis*, quod ex ejus diplomate anni M C VI in lib. VI num. C LXX edito effictum
eſt: alterum ejuſdem Regis. Sed in variis Regum noſtrorum ſigillis advertere licet, quædam eſſe
in ſigillis unius ejuſdemque Regis diſcrimina leviora, uti etiam nunc fit, cùm pro diverſa Regis C
ætate diverſa etiam cuduntur ſigilla. *Idem* accidit in ſigillis aliarum perſonarum. Sic unum Joſleni
Epiſcopi Sueſſionenſis ſigillum ſtantem pontificem exhibet, ſacris veſtibus & ornamentis indutum:
aliud eumdem ſedentem, uti ectypa docent, quæ penes nos habemus.

Neque illud omittendum, quod non rarò chartæ Capetianorum, maximè ab hoc Ludovico;
datæ dicuntur *per manus* Cancellarii, aliquando *per manum*, quemadmodum de pontificiis litteris
inferiùs obſervare licet. Idem legitur in regiis diplomatibus Anglicanis paſſim apud Guillelmum
Prinneum à pag. 2.

Inſolita eſt prorſus Ludovici VI charta pro Canonicis Abbatiæ Compendienſis, quâ ſtatuit, ut
quicumque ex familia regia ibidem Canonicus per quinque annos fuerit, penitus ſit liber. Inci-
pit, *In nomine Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus-ſancti amen. Ludovicus divina propi-
tiante miſericordia Francorum Imperator Auguſtus.* Continet controverſiam ſuper cujuſdam Mo- D
rardi Compendienſis Canonici filio, nomine Ivone, quem Rex ſibi vindicare volebat. tum
refertur Liſiardi Sueſſionenſis Epiſcopi ſuper hac re judicium de libertate Canonici quin-
quennis: quod judicium Rex confirmat. *Actum Compendii anno incarnati Verbi* M C XVIII,
regni noſtri X, *Adelaïdis Reginæ* IIII, *adſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſubinſignata
ſunt. S. VVillelmi Dapiferi. S. Giſleberti Buticularii. S. Hugonis Stabularii. S. VVidonis Camerarii.
Data per manum Stephani Cancellarii.* Quæ omnia ſolitis formulis congruunt, præter invocatio-
nem & ſubſcriptionem.

In nomine sanctæ et individuæ trinitatis amen.

Quoniam dum in hoc fragili salo vitæ procellosis maris tempestatibus agitamur, sicut exigit ratio,
immo necessitas nobis incumbit, ut operemur bonum ad omnes, maxime autem ad
domesticos fidei. Ego igitur Ludovicus dei gratia Francorum rex notum facio presentibus et
futuris, quia ut vitam æternam merear adipisci, et item ut animabus nostrorum predecessorum
conferre remedium apud fontem misericordiæ possimus, precibus quoque domni Adæ abbatis
sancti Dyonisii necnon interventu domni Gerardi monachi preoccupatus, quandam consuetu-
dinem quam in qua habebamus regio more a predecessoribus nostris apud Ruellum sancti Dyonisii
sancti Dyonisii villam in clauso vinearum prestagii, scilicet per singulos annos modium unum
et duodecim denarios nostris clientibus, ecclesiæ beati Dyonisii quæ aliis ecclesiis de regno nostro preminet
et precipue debet a regibus Francorum honorari, in perpetuum condonamus &c

Actum publice Parisius anno M.C.XIII. ab incarnatione domini, anno vero regni nostri VI.

S. Ludovici regis. + S. Anselli dapiferi. S. Gisleberti buticularii. S. Hugonis
constabularii. S. Guidonis camerarii.

Data per manum Stephani cancellarii.





P. Giffart f.

IN TABELLA XLII.

LUdovici VII, cognomento Junioris. Ex variis ejus diplomatibus hoc idcirco prætulimus, quòd in *Cirographi* (ſic effereba) formam, id eſt in modum chartæ indentatæ, conditum ſit: cujus rei unum hoc exemplum in regiis monumentis reperire memini. De hoc chartæ genere diximus in libri primi capite II, ubi de chartis pariculis, id eſt uno eodemque modo ac ſtilo, ſeu uno tenore (ut aiebant) conſcriptis egimus. Nullam apud Gallos antiquiorem inveneramus ante chartam Gaufridi Belvacenſis Epiſcopi anno M C VI datam. Poſtea verò reperimus chartam indentatam Arnulfi Comitis pro cœnobio Mettenſi S. Arnulfi, qua ſanctæ VValburgis eccleſiam B *infra caſtrum* ſuum *Chiſnei ſitam* tradit anno M XCVII, inciſis in medio litteris horum verborum: SCS ARNULFUS. SCA VVALBURGIS. Duo autem ejuſmodi chartarum genera diſtinximus; unas, quæ pariculæ ſimpliciter dictæ, & nihil continent præter uniformem contextum: alteras, quæ in medio indentatæ, ſeu per alphabetum, aliaſve litteras in medio ſectas diviſæ, qualis eſt hæc Ludoviciana. Id autem eo fine obſervavimus factum, ut ſua utrique contrahentium parti charta competeret, ſed ita, ut ſi qua ejuſmodi chartis ſigilla apponerentur, alterutrum una haberet, nempe adverſæ partis, altera alterius, ut dictum eſt in libri ſecundi capite XVIII, num. XII. Egregium ejuſce ritûs exemplum habes apud Matthæum Pariſium in Henrico tertio, mihi folio 428 col. I. ubi ſub finem ſcripti, quod inter Henricum ipſum & Senenam Griffini uxorem conditum eſt, hæc leguntur. *Ad majorem ſiquidem hujus rei ſecuritatem factum eſt hoc ſcriptum inter ipſum dominum Regem & dictam Senenam nomine præfati Griffini viri ſui: ita quod parti rema-* C *nenti penes ipſum dominum Regem, appoſitum eſt ſigillum præfati Griffini per manum dictæ Senenæ uxoris ſui, unà cum ſigillo prædictæ Senenæ: & parti remanenti penes ipſam Senenam nomine præfati Griffini viri ſui appoſitum eſt ſigillum domini Regis.* Id contigit anno M CC XLIV. At in hoc Ludovici diplomate indentato unum Regis ſigillum appoſitum fuiſſe conjicio, tum ex ipſius diplomatis clauſula, tum ex eo quod cautio ex parte Guigonis Comitis Lugdunenſis & Forenſis, cui Rex quædam caſtella tribuebat, nulla præſtanda erat. Quamquam in charta indentata Vermondi Noviomenſis Epiſcopi, qua Lamberti Epiſcopi donationem decimarum Vermandi VViberto Abbati ejuſque fratribus factam renovat, ſolitus mos obtinuit, tametſi nulla cautio ex parte Abbatis neceſſaria erat. ſic enim legimus in fine chartæ Vermondi. *Vt autem prædictæ litteræ auctoritate noſtra epiſcopali innovatæ robur in poſterum habeant firmitatis, præſenti ſcripto ſigillum* D *noſtrum fecimus appendi: & Abbas & fratres ſuperiùs memorati tranſſcripto dictarum litterarum, quod penes nos remanet, ſigilla ſua appoſuerunt, & ſub modo Cirographi ſcindi fecimus inter tranſſcripta memorata. Actum anno Domini* M CC LVIII. Vidi penes V. Cl. Antonium Herovallium aliud genus chartæ indentatæ, quæ per modum dentium inciſa ſine litteris, per quamdam commiſſuram alteri chartæ conjungebatur.

Primus è Regibus Francorum Ludovicus VII penſile ſigillum, quo ipſius pater rariſſime uſus eſt, conſtanter adhibuit, nec ullus ante eum habuit ſigillum averſum, quale in oppoſita tabella exhibetur, ipſum repræſentans cataphractum cum titulo Ducis Aquitanorum. In autographo Dionyſiano hîc expreſſo avulſum eſt ſigillum, quod indubie nullam habebat effigiem averſam, cùm tunc Ludovicus non eſſet amplius Dux Aquitanorum: ſed duplicem iconem ex alio autographo hîc ſuppleri curavimus, nimirum quale in uſu habebat Ludovicus ante repudiatam anno E M C LII primam uxorem ſuam Alienordem, ex qua Ducatus Aquitaniæ ipſi obvenerat. nam poſt id tempus, ac proinde anno M C LXVII quo hæc charta data eſt, nullo averſo ſigillo utebatur, ſed ſolo adverſo, quod ipſius Regis effigiem exhibet cum lilio in dextra ſuper globum, & in ſiniſtra cum ſceptro ſuperne liliato.

Illud inſuper hoc in ſpecimine obſervandum, primum in illo apponi accentus ſuper duplicem litteram ii, ut patet in vocabulis *adiit*, & *negotiis*, *Buticularii*, *Camerarii*, & *Cancellarii*, ſecus quàm in ſuperiore Ludovici VI tabella. immo ſuper ſolitariam eamdem litteram, ut in verbo, *inita*. tametſi in aliis ejuſdem diplomatis litteris ſimilibus id non ſervatur. Duplex etiam accentus nonnumquam appoſitus eſt à ſæculo XI, ut patet ex ſpeciminum tabella XIII num. 4.

In fine diverſa ejuſdem Ludovici VII monogrammata, qualia in variis ejus litteris deprehendimus, hîc apponi curavimus, ne quis alia ſuſpecta haberet, ſi primo non reſponderent. Denique CIROGRAPHI latitudinem tantiſper contraximus ad tabellæ noſtræ menſuram.


In nomine Scē et Individue Trinitatis amen. Ego Ludovicus di gra francorum rex. Volumus notum esse omnibus futuris sicut et presentibus. quod amicus noster Gingo comes lugdunensis et forensis nos in curiam nram adiit pro negociis suis. et tunc accepit de nobis castella que numquam prius de dno habuerat. scilicet Montem brisonis et montem Sci. et de eis homagium nobis et fidelitatem fecit. Gaudens etiam de hac coniunctione nobiscum inita impensius ad nos se volens trahere in dominium nrm misit et alia castella. &c.

Actum publice bituricis. Anno Incarnati Verbi M.C.LXVII. Astantibus in palatio nro quorum apposita sunt nomina et signa. S. Comitis Theobaldi dapiferi nri. S. Guidonis buticularii. S. Mathei camerarii. S. Radulfi constabularii.

Data per manum Hugo  nis cancellarii.









A

IN TABELLA XLIII.

1. PHilippi Auguſti. In his ſpeciminibus quæ ex archetypis Dionyſianis expreſſa ſunt, nulla fere obſervanda veniunt præter jam dicta de duplici accentu ſuper duplicem litteram ii. niſi quod Philippus Auguſtus è Regibus Francorum primus contraſigillo uſus eſt, ſcilicet lilio unico, in ſymbolum regiæ auctoritatis. Nam Ludovici ejus patris averſum ſigillum ejuſdem erat cum adverſo magnitudinis, quod contraſigillo non convenit: & illi competebat non ob aliud (ut dixi) quàm ob Ducatum Aquitanorum. Deeſt menſis nomen hoc loco ac dies, ut in aliis pleriſque.


B

2. *Aliud ejuſdem.* Hoc ſpecimen, uti & ſequens, caret invocatione, quemadmodum alia etiam ſequentium Regum non pauca. quod demum in morem vertit ſub ſancti Ludovici poſteris. Hîc menſis notatus abſque die, ut etiam in ſequenti.

3. *Ludovici VIII.* In iſto ſpecimine adverte contraſigillum præditum eſſe, non unico (quod pater ejus Philippus, ac filius Ludovicus prætulerunt) ſed pluribus liliis: quem ritum ſecutus eſt Philippus III aliique ad Carolum V, cujus etiam pleraque contraſigilla innumeris liliis prædita ſunt, pauciora in tria redacta, quod ſub Carolo VI in legem evaſit. Lege libri ſecundi caput XVI num. X.

1. PHILIPPI AVGVSTI





In nomine sancte et Individue trinitatis Amen. Ph. dei gratia Francorum Rex.
Noverint universi presentes pariter et futuri quod hugo abbas sancti Dionisii et
conventus villam que dicitur leuremouster cum pertinentiis suis nobis donaverunt.
Actum apud Compendium. Anno ab Incarnatione domini M. C.
Nonagesimo sexto Regni nostri decimo octavo. Astantibus in palatio nostro
quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. Signum Guidonis
buticularii. S. Mathei camerarii. S. Droconis constabularii.


Data vacante (monogram) cancellaria

2. EIVSDEM

Ph. dei gratia Francorum Rex. Noverint universi presentes
pariter et futuri nos litteras dilecti et fidelis nostri Garini Silvanectensis
episcopi inspexisse Litteras sub hac forma. Garinus dei gratia
Silvanectensis episcopus. Universis .... Actum apud sanctum Germanum in Laya
Anno domini Millesimo Ducentesimo vicesimo primo. Mense Septembri

3. LVDOVICI VIII.





Ludovicus dei gratia Francorum Rex. Noverint universi presentes pariter
et futuri quod Guillelmus de Corbolio et Galcherus filius eius assensu et
voluntate Beatricis et Margarite uxorum suarum fide interposita
vendiderunt Abbati et Conventui sancti Dionisii quicquid habebant apud
Jullidacum villam .... Quod ut perpetuum robur
obtineat presentem paginam sigilli nostri auctoritate fecimus
communiri. Actum Parisius Anno dominice incarnationis
M. CC. vicesimo tercio Mense Februario.

 A

IN TABELLA XLIV.

1. LVdovici IX. id eſt Sancti, cujus hoc ſpecimen, uti & ſequens, ex archivo Dionyſiano depromtum eſt. In utroque ſpecimine adverte accentum ſuper ſolitariam litteram i, qua de re jam aliqua in aliis ſpeciminibus obſervavimus, nempe in tabellis XIII, XIV & XV. Datum eſt hoc diploma menſe Februario anni M CC XXVI ſecundum veterem calculum, qui annus eſt M CC XXVII ſecundùm novum, & quidem primus S. Ludovici à die octava Novembris anni ſuperioris, quo Ludovicus VIII ejus pater deceſſerat. Monogramma hujuſce diplomatis diverſum eſt non modò ab aliis Regum æquivocorum, ſed etiam à ſequenti ejuſdem Regis. Sigilli ectypum tantiſper contraximus ob ſpatii anguſtias. B

2. *Ejuſdem.* In præſenti ſpecimine frequentiores ſunt accentus in prioribus verſibus, rari in poſterioribus, etiam ubi duplex littera ii occurrit. In fine monemus, S. Ludovicum aliquando *Juniorem* dictum, ut in epitaphio Johannis ejus filii, apud Regalem-montem ſepulti, cum hac inſcriptione. *Hic jacet Iohannes, excellentiſſimi Ludovici junioris Regis Francorum filius, qui in ætate infantiæ migravit ad Chriſtum anno gratiæ* M CC XLVII, VI *Id. Martii.*

Hîc nobis figendum pedem duximus, ſuperſedendo referendis ſpeciminibus diplomatum poſteriorum Regum, quorum genuina archetypa in manus cujuſque facile venire poſſunt. Eorum etiam ſigilla expreſſêre Tilius atque Altinus cum eorumdem iconibus, quales in monetis regiis per id tempus cuſis repertæ ſunt. C

IN TABELLA XLV.

ALfonſi IX Hiſpaniæ Regis. In hoc ſpecimine, quod nobis archivum Dionyſianum ſuppeditavit, primo obſervandum eſt Chriſti monogramma, cum litteris A & Ω, quæ Hiſpanici Reges litteris ſuis præmittere ſolent. Varia ejus rei exempla exſtant apud Hieronymum Biancam in commentario Aragonenſium rerum à pag. 606. Huic diplomati ſubſcripta vides illuſtriorum perſonarum nomina, omnia eadem manu, uti apud Francos tum mos obtinebat. Ampliſſimus eſt regiæ ſubſcriptionis modus, ſed à Cancellario concinnatus ad eum modum, quo monogrammata Regum noſtrorum. D

De era ſeu æra Hiſpanica dictum eſt in libri ſecundi capite XXVII num. IX. ubi obſervatum, æram ſeu hegiram Arabicam ſimul conjunctam aliquando reperiri cum æra Chriſtiana. Illuſtre exemplum exſtat in diplomate Imperatoris Turcici, quo pax cum Rodulfo Imperatore ſancita eſt, cum hac clauſula, quam ex Leunclavio Calviſius & Mullerus obſervant, & poſt eos Petavius in fine libri VII de Doctrina temporum. *Die primo proximi menſis Ianuarii anno Domini Ieſu* M D LXXXIV, *anno tranſmigrationis magni Prophetæ* DCCCC XCI, *die* XXVII *ſacræ lunæ Dhilhitſche.* De regiis diplomatibus hactenus. Tritum eſt ut Reges Hiſpanici à ſeptem ſæculis *Imperatoris* nomen aſſumant. Nec id alieno caret exemplo. nam Rabanus in epiſtola ad Notingum Veronenſem electum de Gotheſcalco Ludovicum Germaniæ Regem vocat Imperatorem ſtatim ab initio epiſtolæ in hæc verba. E *Nuper quando ad ſereniſſimum Imperatorem Ludovicum in tranſitu expeditionis hoſtilis in pago Logana veniſti, & ibidem mecum locutus de hæreſi, quæ quidem de prædeſtinatione Sanctorum, &c.* Sed rarum eſt ut hoc nomen ſibi tribuant alii Reges præter Hiſpanicos. Lege libri II caput IV.

Hujuſce diplomatis characteres à gallicis (ut conferenti perſpicuum fiet) non multum recedunt. Quippe per id tempus Europæi fere omnes Gallicanæ ſcripturæ genus propriâ abjecta ſuſceperant, nempe Angli per VVilleImum Conquæſtorem loco Saxonicæ: Itali & Germani per Imperatores ſtirpis Carolinæ pro Langobardica & Teutonica: Hiſpani pro Gothica per Bernardum Toletanum Epiſcopum ex monacho Gallo cœnobii Cluniacenſis. Nam habito apud Legionem Concilio per Renerium, S. R. E. Cardinalem ac Legatum, *cum Bernardo Toletano Primate*, inter alia ſtatutum eſt a, ut *de cetero omnes ſcriptores omiſſâ litterâ Toletanâ, quam Gulfilas Gothorum Epiſcopus adinvenit, gallicis litteris uterentur.* Primigenium Ulfilæ alphabetum majuſculis litteris exhibuimus ad tabellam II. Duo ſpecimina minutæ, qualis apud Hiſpanos in uſu erat ſæculo IX, Bernardus Aldretus, vir doctus, profert b ex membraneo codice eccleſiæ Cordubenſis, continente librum, cui titulus eſt *Indiculus luminoſus*, cum nonnullis Alvari Cordubenſis epiſtolis, ſcripto anno DCCC LIV, uti Aldretus c ipſe & poſt eum Morales d teſtatur. Accedunt characteres illi ad Langobardicos, maximè in littera t minuta. Cur tam diu ejuſmodi theſauros in ſcriniis ſuis reſidere patiuntur Hiſpani, dum quidam ex illis, male feriati, adulterinis chronicis orbem litterarium ad ſuum dedecus infarciunt? Subjicit Aldretus epitaphium Amanſuinci Abbatis, anno M XX mortui, gothicis item litteris majoribus ſimul implexis exaratum, repertumque in tumulo apud Malagam, editum apud Moralem e. Ex utroque ſcripturæ genere ſpecimen duplex in hujus loci anguſtias, admonente V. CL. Stephano Baluzio, conjecimus. F

a *Roderic. Tolet. lib.* 6 *cap.* 30.

b *Aldret. de orig. lingua Caſtellana lib.* 2 *cap.* 18.

c *pag.* 139 & 140.


d *Moral. in Eulog. pag.* 196.

e *Moral. ſub fin. tom.* 3.

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Lud. dei gra. Franc. Rex.

Noverint universi presentes pariter et futuri. Quod ...... Act. ap. [illegible]. Anno dominice Incarnationis. mo. cco. tricesimo octavo mense Febr. Regni vero nri. Anno [illegible]mo. Astantibus in palatio nro. quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. Signum Roberti Buticularii. S. Bartholomei Camerarii. S. [illegible] Constabularii.

Data p manu Vacante [illegible] Cancellarie.






2 EIVSDEM

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Lud. dei gra. Franc. Rex. Notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod nos

Actum apud Argentolium anno dni. mo. cco. quinquagesimo quinto mense marcio Regni vero nri anno tricesimo. Astantibus in palacio nro quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. Signum Johis buticularii. S. Alfonsi camarii. S. Egidii constabularii.

Data: vacante: cancellaria:



ego adefonsus dei gratia totius hyspanie imperator. hanc cartam quam fieri iussi propria manu mea confirmo atque roboro. et signum imperii pono.

Facta in palencia IIII nonas ianuarii. hec carta. Era M. C. L XXXX IIII.

Rex sancius filius imperatoris — conf.
Comes almanricus tenens baecia — conf.
Comes poncius maiordomus imperatoris — conf.
Comes ... ramirus — conf.
Comes petrus adefonsus — conf.
Alvarus petriz tenens morecem — conf.
Guter ... — conf.
Gunsalvus rudericez — conf.
Gunsalvus de maranon alferiz imperatoris — conf.

Iohannes toletanus archiepiscopus — conf.
Vincencius secobiensis — conf.
Victorius burgensis — conf.
Raimundus palentinus — conf.
Iohannes legionensis — conf.
Rudericus nauarensis — conf.

Martinus ouetensis eps — conf.
Petrus astoricensis eps — conf.
Iohannes lucensis eps — conf.
Martinus auriensis eps — conf.
Ennicus auilensis eps — conf.
Nauarro salamantinus eps — conf.
Petrus mindoniensis eps — conf.

Rex fernandus filius imperatoris — conf.
Comes rudericus petricez gallecie — conf.
Comes gundisaluus fernandiz — conf.
Veremudus petriz — conf.
Aluarus rudericez — conf.
Poncius de minerua — conf.
Pelagius curuus — conf.
Vela guterricez maiordomus regis fernandi — conf.
Menendus bregancie alferiz regis fernandi — conf.

Adrianus notarius imperatoris per manum iohannis fernandiz imperatoris cancellarii et ecclesie beati iacobi archidiaconi hanc cartam scripsit.

III.

SPECIMINA chartarum eccleſiaſticarum.

B

IN TABELLA XLVI.

1. J*ohannis PP. V.* A diplomatibus Regiis ad pontificia progredimur, quoniam antiquiora inve-
nimus regiorum inſtrumentorum archetypa, quàm eccleſiaſticorum. De hoc & ſequenti di-
plomate mentionem facit ante annos ſexcentos Chronographus Divionenſis S. Benigni cœnobii,
ex quo hæc ſpecimina nobis tranſmiſſa ſunt, expreſſa ex duobus autographis, in papyro Ægyptia-
ca ſcriptis. Utrumque diploma renovavit Senatus Divionenſis anno MDCLXIII, ut dictum eſt in
libri primi capite VIII num. XII. In hoc autem Johannis V reſcripto illud in primis obſervandum,
litteris majuſculis ſcriptam eſſe totam ejus inſcriptionem, quæ ſic habet. *Iohannes Epiſcopus, ſer-
vus ſervorum Dei, dilecto filio VVlſechramno Abbati Divionenſis monaſterii, ejuſque ſucceſſoribus, ſalu-
tem & apoſtolicam benedictionem.* Deinde hanc ſalutationis formulam, *ſalutem & apoſtolicam bene-* C
dictionem, non eſſe à Gregorio VII primùm inventam, ut nonnulli videntur ſentire, ſiquidem non
ſolùm in his Johannis V & Sergii I, ſed etiam in aliis longe ante Gregorium VII pontificiis litteris
aliquando eadem ſalutatio reperitur, (ut in Corollario primo ſub finem libri ſexti oſtendemus)
ſed longe magis uſitata jam inde à Gregorio VII, à cujus pontificatu, ſed maxime Urbani II, duæ
tantùm formulæ in uſu fuerunt, nempe *in perpetuum*, &, *ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*
Tertio attendenda eſt hîc Johannis V ſubſcriptio facta maximis litteris. qui ſubſcribendi modus
rariſſimus eſt in diplomatibus Pontificum Romanorum, qui nomina ſua rariùs ſubſcribere ſolebant
ante Urbanum II, præterquam in ſynodicis litteris, ut probatum eſt in libri ſecundi capite XX num.
II, ubi qui ritus à tempore Urbani II obtinuerit, expoſuimus. Hîc neſcio an bene ſcriba ex-
preſſit Indictionem, quæ tertia-decima erat anno DCLXXXV, quo Johannes V ſedere cœpit,
adeoque *menſe nono* ſeu Novembri ejus anni, quod tempus eſt dati reſcripti. Verùm cùm in arche- D
typo Benigniano corticeo ſcripturam quibuſdam in locis legi non poſſe mihi relatum ſit; (neque
enim illa autographa inſpicere mihi licuit) facile adducor, reſcriptorem erraſſe in deſignando nu-
mero Indictionis VI, qui elegantiùs expreſſus eſt, quàm illius temporis genius ferat. Quamquam
quandoque Indictionum ambages in ſinceris autographis occurrunt, ut dicemus in notis ad tabel-
lam LIII, & in Corollario ſecundo libri ſexti.

2. *Sergii PP. I.* In hoc reſcripto, quod integrum à Chronographo Benigniano refertur in tomo I
Spicilegii pag. 391, ſalutatio etiam apoſtolica adhibetur, & mentio fit privilegii à Benedicto II &
Johanne V conceſſi. Directa eſt epiſtola iſta *Heroni Lingonum Præſuli* pro cimiterio publico
conſtituendo ad eccleſiam S. Benigni. *Data VIII Kal. April. per manus Iohannis Bibliothecarii
tunc ſanctæ ſedis apoſtolicæ, anno pontificatus domni Sergii univerſalis Papæ in ſacratiſſima ſede beati* E
Petri.. Indict. II. In editis legitur, *beati Petri anno* X, *Indict.* XI. quæ notæ anno DCXCVIII
recte conveniunt. At in ſpecimine noſtro ſcriba annum pontificatûs legere non potuit, ſed ex-
preſſit *Indict.* II, quæ anno Sergii ſecundo convenit, Chriſti DCLXXXIX reſpondet. Erit for-
ſan quem moveat, quod hæc epiſtola *data* dicitur *per manus Iohannis Bibliothecarii* TUNC *ſanctæ
ſedis apoſtolicæ.* Verùm eadem vox *tunc*, quæ inſolens videtur, etiam in aliis litteris reperitur, ut
oſtenſum eſt in libri ſecundi capite XXI num. XIV.

IN TABELLA XLVII.

B*Enedicti III.* Inſigne hoc monumentum, ſæpe à nobis laudatum, exſtat in archivo Corbeienſi, F
ſcriptum in papyro Ægyptiaca, latum duos pedes, altum viginti, corio æqualis menſuræ
impoſitum, paucis initio verſibus ob materiæ cariem exeſis. Editum eſt inſtrumentum iſtud in
Spicilegii tomo VI, ſed cum aliquot nævis, quorum præcipuos facta cum archetypo collatione
jam emendavimus in fine Præfationis ad partem alteram Sæculi IV Benedictini. quod hoc loco
repetere juvat. In primis pag. 398, ubi legitur in editis, *Amrelmum Abbatem*, ſcribendum *Anſelmum*
(qui Abbas erat, non Corbeienſis, ſed alterius loci ex Imperio Lotharii. nam Odo tunc Corbeiæ
præerat.) & in conſequentibus, *Anſelmo* pro *Amrelmo.* Deinde pag. 398 loco *Imperatoris Lotharii
& Ludovici ac Caroli mandatum*, in autographo habetur, uti legitur hîc, *Imperatoris Hlotharii &
Hludovvici mandatum*; & infra, *glorioſos filios noſtros Hlotharium ac Hludovvicum Auguſtum*,


nulla


IOHANNES EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI DI

cũq modo erare presumpserit anathematis sententia

Pape anno primo mense nono sacratissima beati Petri Apostoli

sede Indictione VI.





Ego Iohes Sce Catholice Ecclie Eps


SERGII PP. I.

RGIVS Pontifex Romanus Ser


rit Bene valet Data VIII. Kl. ap per manus Iohannis Bibliothecarii

Sancte Sedis Apostolice Anno Pontific. Domni Sergii universalis Pape

beatissima Sede Beati PETRI Indictione II



P. Giffart f.



SVPER HAEC AVTEM MAGNIFICI IMPERATORIS HLOTHARII ET HLVDOVVICI MANDATVM ATQVE SVPPLI-
CACIO accessit idipsum postulantis videlicet ut Episcoporum privilegia nostra quoque auctoritate firma-
rentur. nes itaque .... at super hoc monentes obsecramus gloriosos filios nostros Hlotharium
ac Hludouuicū augustū ut sicut memorabiles augusti genitor et avus eorum et priores antea Reges Fran-
corum eidem Coenobio concesserunt eligendi de semed ipsis Abbatem atque ipsi suis praeceptis hoc idem
sanxerunt itaquoque conservare suis temporibus pro Xpi amore dignentur et conservando perpetuis diebus
aeternitatis suae legibus constituant ut dum famuli Xpi libertatem electionis con[illegible]serint et concessam
servare studuerint et praesentis vitae regnum et sempiternae beatitudinis gloriam a Dño ipsi percipere mereantur
Scriptum per manum Theodosinot. et scriniarii scae Romanae Ecclesiae in mense octubri indictione quar-

✝ BENE
VALETE ✝

Datum nonas octubrias per manum Theophylacti secundicerii scae sedis apostolicae imp. Dn. n. piiss. PP. Aug. Hlothario
a Deo coron. magno Imp. anno tricesimo nono et PC. eius anno tricesimo nono sed et Hludovvico novo Imperatore filio anno septimo
Ind. quarta

BENEDICTI ✝ PAPE

P. Giffart f.


nulla Caroli Calvi (contra quàm in editis) mentione facta. In fine reponendum, *Theodori Notarii*, A
pro *Theodorici* : & *Datum*, quod deeſt in editis, ſupplendum eo modo, quo in ſpecimine noſtro
legitur, nempe, *Datum Nonas Octubrias per manum Theophylacti Secundicerii ſanctæ ſedis apoſto-
licæ, imperante domino noſtro piiſſimo perpetuo Auguſto Hlothario à Deo coronato magno Imperatore anno
triceſimo nono, & poſt Conſulatum ejus anno triceſimo nono : ſed & Hludovvico novo Imperatore ejus
filio anno ſeptimo, Indictione quarta.* Hæ notæ in annum DCCC LV coincidunt, qui Benedicti pon-
tificatûs primus erat à menſe Auguſto. Conveniunt anni Lotharii imperii & conſulatûs, de more,
ut diximus in lib. II cap. XXV num. III. Conſule correctiones in fine operis. Lotharius verò
ſeptimo die ante Nonas Octobris è vivis exceſſerat, mortuus Prumiæ III Kal. Octobris ejus anni,
paucis ante diebus monaſtica veſte ſuſcepta. Sed mortis ejus nuntium tam citò Romam pervenire
non potuit per id tempus. Ludovici filii ejus annus ſeptimus computatur ab anno DCCC XLIX,
quo imperii conſors à patre factus eſt, non ab anno DCCC L, quo Romæ coronatus eſt à Leone IV, B
ex Annalibus Bertinianis. Nulla mentio hîc de ejus conſulatu, quem quiſque tum adire cenſebatur,
cùm imperium mortuo patre capeſſebat, ut in loco præcitato expoſuimus.

IN TABELLA XLVIII.

Nicolai PP. I. Hæc bulla, apud Dubletum pag. 454 edita, in cortice ſeu in papyro Ægyptia-
ca ſcripta eſt. *Data* eſt ejuſdem formulæ cum ſuperiori Benedicti tertii. Notæ chronicæ
anno Chriſti DCCC LXIII reſpondent. Hinc etiam probatur tempus initi à Ludovico II imperii,
nempe ab anno DCCC XLIX, ex dictis ad tabulam ſuperiorem. ſiquidem annus ejus quartus-de- C
cimus comparatur cum Indictione XI, quæ incidit in prædictum annum DCCC LXIII.

Hîc verò alia occurrit difficultas de anno *poſt Conſulatum* ejus, qui itidem quartus-decimus
numeratur, cùm tamen anni dumtaxat octo tum effluxiſſent à patris Lotharii obitu, quo ex tem-
pore novi Imperatores annos poſt conſulatum deſumere ſolebant, ut diximus in lib. II cap. XXV
num. III. Sed non erat hac in re ritus uniformis. Etſi enim novi Imperatores vivente patre coro-
nati annos tantùm imperii numerare ſolebant, non conſulatus; mortuo nihilo minùs patre, alii con-
ſulatûs annos cum annis imperii adæquabant, etiamſi illos à prima coronatione deſumebant : alii
inæquales computabant, numerando ſcilicet annos imperii à prima deſignatione, conſulatûs à
morte patris. Eadem computandi ratio ſervatur in tabula ſequente.

Neſcio an nulla Romanorum Pontificum epiſtola, in qua Imperatorum chronicæ ejuſmodi D
notæ appoſitæ ſint, inveniatur antiquior, quàm Gregorii M. cujus epiſtola hanc clauſulam præfert
apud Bedam in lib. I cap. XXXII. *Data die* X *Kal. Iul. imperante domino Mauricio Tiberio piiſſimo
Auguſto anno* XIX, *poſt conſulatum ejuſdem anno* XVIII. Nec longe ab ea recedit alia Honorii
Papæ I ad cognominem ſuum Dorobernenſem Epiſcopum, apud eumdem auctorem in lib. II
cap. XVIII, ubi exſtat ſub his notis. *Data die tertio Iduum Iuniarum, imperantibus dominis
noſtris piiſſimis Auguſtis, Heraclio anno* XXIV, *proconſulatus ejuſdem anno viceſimo tertio, & conſu-
latus ejus anno tertio. Sed & Heraclio feliciſſimo Cæſare, id eſt filio ejus anno tertio, Indict.* VII,
id eſt anno dominicæ Incarnationis DC XXXIV. Ita hunc locum ex editione latino-ſaxonica retuli
in libri II cap. XXV num. V. Paullo aliter habet codex noſter Germanenſis capite XX (pro XVIII)
Data die IIII *Idus Iun. imperantibus dominis noſtris Auguſtis Heraclio anno* XXIIII, *patrc. ejuſdem
anno* XXIII, *atque Conſtantino filio ipſius anno* XXIII, *& conſulatus ejus anno* III. *ſed & Hera-* E
clio, &c. ubi vides omiſſa in editis hæc verba, *atque Conſtantino filio ipſius anno* XXIII, & pro
tertio Id. ſcribi *quarto Idus* ; ac *proconſulatus* loco *patrc.* id eſt *Patriciatûs*. Verùm hunc locum
apprime reſtituit eruditus Petrus Franciſcus Chiffletius in noviſſima hiſtoriæ hujus editione, re-
ponendo ſiglas vulgares, *P. C.* id eſt *poſt conſulatum* : quas cùm non caperent ſcriptores libro-
rum, hunc locum aliter atque aliter vitiarunt. Sane optime conveniunt anni Heraclii imperii
quatuor & viginti cum annis XXIII ejus conſulatus : quem novo anno ineunte novus Imperator
adire cenſebatur. At cur Heraclio juniori ejus filio, qui novus Conſtantinus dictus eſt, anni vi-
ginti tres imperii, ac tres tantùm conſulatus tribuuntur ? nam æquali paſſim numero incedunt
anni imperii & conſulatûs, ut aliàs diximus. De hac re ita diſſerit Chiffletius. *Poſito Conſtantini
conſulatûs exordio ad annum* DC XVII (quo nimirum natus, ac Conſul renuntiatus eſt, ex Theo-
phane) *conſequenter anno* DC XXXIV *in curſu erat conſulatûs Conſtantini annus* XVII. *Niſi fortè
novum ei conſulatûs exordium fuit, quando illi natus eſt Heraclius filius. quod à Græcorum nemine
adnotatum reperio.* Ita ille.


NICOLAVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
dilectis fratribus ac filiis nostris in venerabili monasterio Sancti Christi
martyris Dionysii sub regula Sancti Benedicti religiosa conuersatione degentibus
Scriptum per manum Sophronii notarii regionarii et Scriniarii
Sanctae Romanae Ecclesiae In mense aprile Indict. vndecima
BENE VALETE
Dat. IIII Kal maias per manum
Tiberii primicerii Sanctae Sedis apostolicae Imp. Dño piissimo
Augusto hludouuico a Deo Coronato magno
pacifico Imp. anno quarto decimo et P.C. eius
anno quarto decimo Indictione vndecima
NICOLAI
PA PAE

P. Giffart f.

A

IN TABELLA XLIX.

NIcolai PP. I. In hoc ſpecimine obſervandum primo, hanc bullam Nicolai I pro cœnobio Corbeienſi in papyro Ægyptiaca itidem eſſe exaratam, ut præcedentem. Lata eſt pagina duos pedes, longa ſeu alta ſeptem, cujus pars ſuperior in fila divulſa eſt, adeoque ſcripturæ corruptum exordium. Iidem ſunt chronologici characteres in hac atque in præcedente bulla, tametſi pro diverſis monaſteriis conceſſæ ſunt, & quidem eodem non ſolum anno, ſed etiam die. Utrobique idem eſt Tiberius Primicerius Notariorum: at Notarius in Dionyſiana eſt Sophronius, in Corbeienſi Leo. Bulla iſta vulgata eſt à Sirmundo in tomo III Galliæ Conciliorum, cum initiali formula, *in perpetuum*. *Salutem* præfert Honorius Papa I in epiſtola ad Edvinum Anglorum Regem apud Bedam in Hiſtoriæ lib. II cap. XVII. Lege Corollarium I in fine libri VI. B

Cùm corticis ſeu papyri Ægyptiacæ uſus ad Nicolaum I, immo ad ſæculum XI propagatus ſit; erit fortaſſe qui inquirat, an etiam in diplomatibus Regum Carolinorum obtinuerit. nam in prima ſtirpe Merovingica uſitatum fuiſſe corticem in nonnullis Regum inſtrumentis, patet ex notis ad tabellam XVI & duas ſubſequentes. Ex Carolinis nullum vidimus diploma in cortice ſcriptum. Catellus in gallica hiſtoria Occitaniæ pag. 348 teſtatur ſe unum vidiſſe Caroli M. in cœnobio Urbionenſi, ſeu B. Mariæ de Craſſa diœceſis Carcaſſonenſis, conceſſum Nimfridio Abbati, & quidem in cortice exaratum. Catello diligenti & probo auctori non facilè deneganda fides.

Scriptum per manum Leonis Notarii regionarii et Scrini

cae Roman. Eccles. in mens. aprile Indictione undecima

BENE VALETE

Kal. Maias per manum Tiberii primic.

Sc̄ae Sedis Apostolicae Imp. Dn̄. n. piis s. P.P.

Aug. ... udouuico a Dō Coronato magno

pacifico Imp. Anno quarto decimo et P.C.

eius anno quarto decimo Ind

decim a

IN TABELLA L.

1. **J***ohannis PP. XIII.* In iſta bulla ſervantur antiqui pontificiorum diplomatum ritus, ſed tamen cum aliquo diſcrimine. Salutatio prævia, *perpetuam ſalutem.* Deinde, *ſcripta per manus* (aliis *ſcriptum*) ante *Bene valete*, quod nondum in monogrammatis formam concinnatum eſt. Sequitur præmiſſo labaro *Data per manus Epiſcopi*. Jam incipiebant Epiſcopi eſſe Primicerii Notariorum, cùm antea Diaconi, & quidem paſſim Bibliothecarii, officio illo fungerentur. Anni Imperatoris in notis chronicis appoſiti, ſed præmiſſis annis pontificatûs, ſecùs quàm in ſuperioribus Benedicti III & Nicolai I monumentis. Bulla hæc pro cœnobio S. Remigii Remenſi data eſt anno DCCCC LXXII, B qui extremus fuit Johannis XIII.

2. *Leonis PP. IX.* Et hoc ſpecimen deſumtum eſt ex autographo Remigiano; quod quidem apud Marlotum typis excuſum eſt. *Perpetuam ſalutem* Pontifex præmittit. Omiſſum eſt *ſcriptum per manum* Notarii, itidemque in pleriſque ſubſequentibus Pontificum bullis, non tamen omnibus, ut mox videbimus. Incipiunt circulus cum nomine & dicto Pontificis, atque *Bene valete* in monogramma redactum à Leone IX. *Dat.* præmiſſo crucis ſigno per ipſum forſan Pontificem, cum ſolis annis ejus, omiſſis annis Imperatoris, ac deinceps. Omnia ſuis locis explicantur. Adde quod diximus de annis Incarnationis, quos Leo IX primus, aut certe inter primos adhibuit in nonnullis reſcriptis. Indictio tertia hic computanda eſt ab VIII Kal. Octob. anni M XLIX. qui annus primus erat Leonis per menſem Octobrem, quo bulla data eſt. Adverte numerum I ſuperne ductum, ut ſæpius obſervavimus. quod nonnullis errandi occaſio fuit, qui numerum L hac nota C exprimi putaverunt.

1 IOHANNIS PP. XIII

IOHANNES EPS SERVVS SERVORVM DI

Dilectiſſimo inchrīo fratri ADALBERONI ſcē remenſis eccleſie digniſſimo archip̄ſuli perpetuam ſalutem. Convenit apoſtolatui nr̄o p̄univerſiſ di eccleſiis.


Scripta p̄ manus Stephani ſcriniarii ſcē Romane eccle in menſe Aprili Indictione XVma.


BENE VALETE

Data per manus Andree epi VIIIno K. Mai. Anno pontificatus domni nri IOHANNIS ſciſſimi & terdecimi pap VIIIuo Imperii autē domni OTTONIS maioris auguſti XImo Iunioris uero V° in menſe Sexto & Indictione XVma

2 LEONIS PP. IX.

Leo eps Servus Servorū di. Herimaro Abbati & omni cōgregationi monachorum Sci Remigii perpetuam Salutem. Divinae bonitatis nimmemor & ingratus quae sua gra humilitate meam In Sede Aplica Sceae Romanae Aecclae Sublimavit.





Dat. III. non. octobr. p̄ manus Petri Diaconi Bibliothecari ac Cancell Sce Aplicae Sedis Anno domni Leonis noni papae I. Ind III.

P. Giffart F.

 A

IN TABELLA LI.

I. PAſchalis *PP. II.* Hanc bullam aliis Urbani præcedentiumque ad Leonem IX Pontificum idcirco præfero, quod characterem Langobardicum retineat, uti & aliæ nonnullæ, quas vidimus, Urbani II & ipſius Paſchalis. Eodem tempore Breviarium Caſinenſe, Oderiſio Abbate ejus nominis primo, Urbani II æquali ſcriptum (quod modò penes Patres Oratorii in domo Inſtitutionis apud Pariſios ſervatur) litteris itidem Langobardicis exaratum eſt. Vix ultra id tempus proceſſit ejuſmodi ſcripturæ uſus. Hic vides *ſcriptum* & *Datum* pro veteri more. Paſchalis ſubſcriptio idiographa: cui ſubjuncta ſubſcriptio Richardi Epiſcopi Albanenſis. In circulo addidit Urbanus II nomina Petri & Pauli, quorum effigies in bulla plumbea expreſſit, & poſt eum Paſchalis, ut vides, aliique ſubinde Pontifices Romani. *Indictio* x appoſita pro xi. qua de re agemus iterum ſub finem libri vi in Corollario I. Cetera explicantur ſuis locis. B

I. *Leonis Archiep. Ravennatis.* Ex autographo, quod eminentiſſimus Cardinalis Caſanata mihi ſubmitti curavit. Incipit à notis chronicis, ut paſſim litteræ ſynodicæ & pleræque epiſcopales. Anni Papæ præmiſſi annis Ottonis Imperatoris. Notæ incidunt in annum M I, qui Indictione XIV præditus erat. Leo Ravennas Antiſtes ait ſe his litteris ſubſcripſiſſe, nec tamen nomen ſuum appoſuit; ſed tantùm, *Legimus*, cum duplici ſigno crucis. qui ſubſcribendi modus ſingularis eſt. De Leone, qui & Hermutus, vide Italiæ ſacræ tomum II à col. 352. Charta iſta condita eſt in gratiam cœnobii Palatiolenſis in Tuſcia quondam ſiti, cujus olim Abbas fuit S. VValfridus, de quo egimus in Sæculi tertii parte ſecunda. En chartæ integrum exemplum. C

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus-ſancti. Anno Deo propitio pontificatûs domni SILVESTRI *ſummi Pontificis & univerſalis Papæ in apoſtolica ſacratiſſima beati Petri ſede tertio, ſicque imperante domno* OTTONE *à Deo coronato, pacifico, magno Imperatore in Italia anno quinto, die ſecundo menſis Iunii, Indictione quarta-decima, Ravennæ.* LEO *ſervus ſervorum Dei, divina gratia Archiepiſcopus,* BONIZONI *venerabili Presbytero & Monacho atque Abbati monaſterii ſanctæ Mariæ in Palatiolo, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Petitioni veſtræ quæ habentur in ſubditis, libenter acquomodamus adſenſum, ob hoc quia nec munificentia deperit, nec percipientibus in perpetuum quod datur adquiritur. Et quoniam ſperaſtis, uti cupas duas vini cum ſuperioribus & inferioribus ſuis, cum portione curtis de portione potei, vel cum ingreſſo & egreſſo, & cum omnibus earum pertinentibus conſt. in hac civitate Ravenn. in pariete domus eccleſiæ Gothorum, in extra fines ipſarum, & duabus partibus poſſidet Iohanne & Petro de Raberto de Arimino germanis, ſeu à tertiola vinea poſſidet Paulo de Romano & Hermenfredo germanis, atque à quartola curticella juris monaſterii ſancti Iohannis Evangeliſtæ. quæ prædictæ res juris ſanctæ Ravenn. eccleſiæ enfiteuticario modo poſtulaſtis largiri, ſi minime cuiquam per enfiteuſin antea ſunt largita. Vos qui ſ. Bonizoni venerabili Presbytero & monacho atque Abbati monaſterii ſanctæ Mariæ in Palatiolo tuiſque ſucceſſoribus Abbatibus in perpetuum, donet vos divinitas in hac luce juſſi permanere, ſub denariis quatuor penſi ſingulis quibuſque Indictionibus actoribus ſanctæ noſtræ Ravenn. eccleſiæ inferre debeatis, ea verò conditione præfixa, ut eas cupas veſtris propriis expenſis ſeu laboribus reſtaurare, defenſare & meliorare Deo debeatis adjutore, nihilque de omni expenſa quam inibi feceritis ab Actoribus ſanctæ noſtræ Ravenn. eccleſiæ in ſuperius affixa penſi d . . . . . modo reputari debeatis, nullamq . . . . . dicta neg . . tam ad inferendum ream penſi, quamque admeliorationem pro dictis cupis facere debeatis: ſed ante nominatam penſi omni Martio menſe infra Ind. ſine aliqua excuſatione aut dilatatione actoribus ſanctæ noſtræ Ravenn. eccleſiæ perſolvere debeatis. Et ne cuiquam præſens præceptum aut ixtas cupas alicui homini dare, vel vendere, ſeu transferre, aut oponere, vel commutare, aut in alio venerabili loco relinquere audeatis per nullum ingenium vel argumentum: ſed nec aliquando adverſus ſanctam noſtram benefactricem veſtram Ravenn. eccleſiam cuiquam contra juſtitiam tractare aut agere, niſi propria cauſa, ſi contigerit per juſtitiam tantummodo ventilare, audeatis. Quod ſi in aliqua tardietate aut neglectu vel controverſia inventi fueritis extra agere de his quæ ſuperius affixis conditionibus; non ſolum de hoc præcepto recadeatis, verùm etiam daturi eritis parti ſanctæ noſtræ Ravenn. eccleſiæ ante omne litis initium aut interpellationem pœnæ nomine auri obriſi uncias duas; & ſi non perſolveritis multociens dictam penſi infra biennium ut leges cenſeunt; tunc poſt pœnæ ſolutionem licentia ſit actoribus ſanctæ noſtræ Ravenn. eccleſiæ vos exinde expellere, & qualiter prævi derint, ordinare. Quam præceptionis noſtræ paginam* DEUSDEDIT *Notario ſanctæ noſtræ Ravenn. eccleſiæ ſcribendam juſſimus, in qua nos ſubſcripſimus ſub die menſis & Indictione ixta quarta-decima Ravennæ.* ✝ LEGIMUS. D E


Eadem ſcriptura Langobardica, ſed tamen elegantiore, ſcriptum eſt diploma Pandulfi IV Capuæ principis, quod anno M XXXIV fecit Adelmundo conſanguineo ſuo de tertia parte montis Malconi, aliiſque rebus. Relatum eſt iſtud monumentum apud Camillum Peregrinium in Hiſtoria Principum Langobardorum, à pag 229, ubi ſpecimen ſubſcriptionis Pandulfi expreſſum eſt. Ibidem verò, id eſt pag. 232 & 233 ad oram paginæ obſervat Peregrinius, Pandulfi monogramma in autographo *ductum minio* fuiſſe; & in eadem linea ſupereſſe *ſigna bullæ olim Præcepto adfixæ:* immo Principem ſubſcripſiſſe in ima membrana *litteris minio ductis.* quæ tria obſervatione digna ſunt, eademque omnino occurrunt in ſpecimine Caroli Calvi Imperatoris, relato in tabula XXXI.

PASCHALIS EPS SERVUS SERVORDI DILECTOFILIO ADE ABBI VENLIS MONI QVOD IN HONORE SCI DIONISII &c


atq; in extremo examine districtae ultioni subiaceat Cunctis autem eidem loco iusta ſeruantibus sit pax Dnī nrī Ihū Xpī quatenus et hic fructū bonæ actionis pcipiant et apud districtū Iudicem præmia eterne pacis inueniant

Scriptū per manū Petri Notarii regionarii et scrinii sacri palatii


Ego Paschal Catholicę Eccłę Eps SS



Ego Richard albanensis epc SS



Datū Rome. p manū Iohis Scę romanę ecclę diac cardinal. XIII Kl Apr Indic. X. Incarn dnicę anno MCIII Pontificat autē domni Paschal Secdi pp. II.



LEONIS ARCH RAVENNATIS

+ In nō Patris et Filii et Sps Sci anno Dō propitio pontificat dom Silvestri sum i Pontificis et uniuersalis Papae in apostolica Sacratissi beati Petri Sede tertio Sit q; Imp. domn Ottone a Dō coronato Pacifico magno Impre in Italia anno quinto die Scdo mensis Iunii Ind quarta decima Rāu. Leo Seruus Seruorū Di diuina gra archieps Bonizoni ven. Pbro et monacho atq; abb. mon. Scē Mariae in Palatiolo

..... quam prceceptionis nrae paginā Deus dedit Not. Scē nrae Rau. Eccl. scribendā iussimus in qua nos subscripsimus sub die mensis et Ind. sexta quarta decima Rauenne.

P. Giffart f.

IN TABELLA LII.

FVlradi Abb. teſtamentum. Exſtat ejus archetypum in archivo Dionyſiano, cum duobus exemplis eodem tempore ſcriptis. Integrum editum eſt in Sæculi tertii Benedictini parte ſecunda in Elogio ejuſdem Fulradi. Subſcribunt præcipui tunc temporis aulici & optimates, plerique Comites. In his reperitur *Hainricus*, quo pauci antiquiores eo nomine inſigniti reperiri poſſunt. Ex ſigno poſt nomen Fulradi & Halmardi appoſito apparet, nihil aliud ejuſmodi ſignis paſſim importari, quàm verbum *ſubſcripſi*. Inſerta eſt inferiori chartæ margini ſtipula ſeu feſtuca, quæ pro teſtamenti valore appoſita fuit, de more, unde *ſtipulatio* dicta. Ejus veſtigia ſub Notarii ſigno efficta B hîc vides.

IN TABELLA LIII.


I. CHarta Synodalis. Edita eſt in lib. VI num. LXXIV ex autographo Dionyſiano ſemilacero, cujus has qualeſcumque reliquias exhibere viſum eſt ad repræſentandum ſpecimen ſcripturæ in chartis eccleſiaſticis tunc receptæ, quæ à forenſi omnino diverſa erat, ut patet ex iſtis exemplis, aliiſque ſubſequentium tabularum. Huic chartæ primus ſubſcribit *Aldricus urbis Senonicæ Archiepiſcopus*. quod *Archiepiſcopi* vocabulum itidem ſumit ipſe in ſequenti hujuſce tabellæ C ſpecimine, adeoque Ebo Remenſis, & Otgarius Moguntiacenſis. Id explicamus in lib. II cap. II, num. XIII. Sed ante eos eodem titulo uſus eſt S. Bonifacius, ſubſcribens litteris de finibus Fuldenſis monaſterii in hunc modum: *Signum Bonifacii Archiepiſcopi, qui hanc chartam pro notitia omnium conſcribi juſſit*, nempe anno DCCXLVII, apud Brovverum in lib I de antiquitatibus Fuldenſibus cap. IV. Obſervatu digna eſt hîc ſubſcriptio Inchadi Pariſienſis Epiſcopi, qui *ob amiſſionem luminum* ſcribere non valens, *ſignum crucis* appoſuit. Alia exempla referimus in lib. II cap. XXII.

2. *Alia*. Item edita eſt in lib VI num. LXXV. In iſtius chartæ notis chronicis non levis ineſt difficultas de Indictione. Charta quippe data eſt *anno* XVIIII *Hludovici Imp. Indict.* X, & quidem X *Kal. Februarii*. Hanc chartam, qua confirmatur partitio bonorum cœnobii Dionyſiani, facta per Hilduinum, præceſſit alia pro reſtitutione monachorum in eodem loco, data VII *Kal. Septemb anno* XVIIII *imperii* ejuſdem Ludovici, *Indict.* X. His enim notis præditum eſt diploma ipſius Au- D guſti in tomo II Conciliorum Galliæ apud Sirmundum: quod eodem tempore Epiſcoporum conventus confirmavit Synodali Præcepto, cujus ſpecimen in primo hujus tabellæ loco exhibuimus. Itaque cum diploma Ludovici Auguſti, atque Præceptum iſtud ſynodale priora ſint confirmatione partitionis, incidantque in Septembrem anni DCCCXXXII; dicendum eſt, confirmationis litteras, quæ datæ ſunt Januario ſubſequente, referendas eſſe ad annum DCCCXXXIII, qui annus Indictione undecima affectus erat, non decima, prout in autographo legitur. Verùm proclive fuit Notario initio anni, quo Indictionis mutatio fieri debuerat, errare aſſignando anni ſuperioris Indictionem, cui aſſuetus erat. Gravior occurrit diſcrepantia in autographo Caroli Simplicis, edito in lib. VI num. CXXII, quo Carolus Ernuſto Diacono & Cancellario mancipia quædam concedit ſub his notis, quas in autographo attentè conſideravi. *Datum* XVI *Kal. Ianuarii*, *Indict.* X, E *anno* XIII *regnante Karolo Rege glorioſiſſimo*, *redintegrante* VIII. ubi anni ejus regni coincidunt in annum DCCCCIV, quo Indictio ſeptima currebat. Lege Corollarium primum ſub finem libri VI.

In hoc porro ſynodali inſtrumento ſubſcribunt inter alios Drogo Mettenſis, Heribaldus Autiſiodorenſis Epiſcopi: quibus ſubjicitur *Tritgarius Epiſcopus*, qui mihi videtur eſſe Namnetenſis, in editis *Trutgarus* appellatus. tametſi ejus obitum revocant ad annum DCCCXXV. ſed paſſim ejuſmodi calculi parum ſunt accurati.

3. *Alia* charta eſt Roriconis Epiſcopi Laudunenſis pro reſtitutione monachorum in cœnobio S. Vincentii apud Laudunum; in Synodo apud Montem ſanctæ Mariæ (ubi modò Abbatia eſt Canonicorum Regularium S. Auguſtini, inter Fines Remorum, *Fiſmes*, Brainam opida) ſequenti anno confirmata. Duplex Synodus eo in loco celebrata videtur Adalberone Remorum F Pontifice. Una menſe Maio anni DCCCCLXXII, qui proximus fuit à conceſſione hujus chartæ, quæ data eſt menſe Octobri anni præcedentis: cui Synodo interfuerunt Epiſcopi quatuor, nempe Guido Sueſſionenſis, Hadulfus Noviomenſis, Hildegarius Belvacenſis, & Tetboldus Ambianenſis, quorum nomina hîc ſubſcripta ſunt. Altera Synodus ibidem habita eſt anno DCCCCLXXVI pro reſtitutione monachorum in eccleſia Moſomenſi, præſentibus præter Adalberonem Epiſcopis octo, quorum nomina refert Marlotus pag. 12. Habes itaque hoc in ſpecimine ſubſcriptionem Epiſcoporum, factam aliquot menſibus poſt datam chartam, qua de re egimus in lib. II cap. XX.

TAB. LII.



[illegible]

. . . . actum publice haristalio anno nono & quarto regnante Carolo gloriosissimo rege francorum & langobardorum atque patricius romanorum

Ego folradus capelanus

In Dei nomine maginarius [illegible]

Signum + teudrico Signum + hadarrico Signum + haimrico

Signum + uulfardo Signum + [illegible] Signum + werhardo com.

Signum + baldulfo Signum + [illegible] Signum + [illegible]

Signum + folrado Signum + hildrado Sign. + hildrado comite

Signum + teudulfo Signum + gislemaro Sign. + anselmo comite pala.

Sign. + [illegible] Sign. + gundacre [illegible]

Anno nono & quarto regnante domno Carolo gloriosissimo rege francorum & langobardorum ac patricio romanorum actum publice haristalio ego [illegible] rogatus et ordinatus a domno fulrado scripsi & [illegible]

1. CHARTA SYNODALIS

. . . & eorum informatione qui post ad monasticũ ordinẽ dõ inspirante ad eundem confl . . . . . . locũ remota omni simulatione semp in eodem mon . . . . .

. . . at & felicib, successib. dõ . . . . n ferente polleat .

. . . . ui interfuerunt & hoc factum subterfirmauerunt

. . . senonicae urchieps subscripsi + INCHADUS PARISIACENSIS ECC-AE EPS INTERFUI ET QUIA OB AMISSIONE LUMINUM SCRI

. . . subscripsi BERENERUIUI MANU PROPRIA SIGNŨ CRUCIS SUBTER FIRMAUI +

. . . NDIGNUS EPS SUBSCRIPSI

SIS INDIGNUS EPS SUBSCRIPSI

2 ALIA

Actũ monasterio scĩ aplorũ principis excellentissimorũq; martyrũ dyonisii rustici & eleutherii anno xvIII. hludouici serenissimi imperatoris indic x data xi kl feb in dñi nomine feliciter

+ aldri ur archieps + + EBO INDIGNUS REMENSIS ARCHIEPS

+ otgarius archieps +

+ DROGO EPS

Iuuitgerius peccator sc̃ae turonensis ecclie eps

Ercanradus indignus parisiacensis eclesiae

Ionas indignus aurelianensis ecclesiae eps

+ heribaldus . . . eps

Tritgarius eps

3 ALIA

Cum ex . . . superne propitiacionis clementiae . . .

. . . sigillo gratia electionis . . . nobilium laudunensium testimonio . . . Rorigonis indigni laudunensium

. . . concilio uenerandae synodi que habita est apud montem sc̃ae mariae in pago tardanensi mense maio

. . . presidente domno adalberono archiepo cum coepis . . .

+ Ego adalbero Remensis eccle archieps subscripsi et corroboraui.

+ Ego Guido suessionensis eccle eps ss + Ego Teubold ambianensis eps ss

+ Ego Hadulf nouiomensis eps ss

+ Ego hildegari beluacensis eps ss

Actũ laudunum . . . anni incarnationis dñi nri ihu xpi dccccLXI . . . anno VII lotharii regis . . .



P. Giffart fecit

IN TABELLA LIV.

SYnodus *Piſtenſis*. Edita apud Dubletum pag. 457 ex autographo, cujus ſpecimen hîc damus. Celebrata eſt anno DCCC LXI. Conſule Annales Bertinianos. In ſubſcriptionibus notanda y græca ad nomina Æneæ, Jonæ, & Godelſadi. Adi libri II caput X, num. XIII, & confer has ſubſcriptiones cum ſubſcriptionibus ſequentis Synodi, cui iidem, qui hîc, Epiſcopi ſubſcripſerunt. De loco Piſtis vide librum IV. Hludovvicus Abbas erat Dionyſianus, Adalhardus Sithienſis, VValdo forſan S. Maximini apud Treviros, Lupus Ferrarienſis, Frodoïnus Corbionenſis; B ex quibus primus & duo poſteriores ſequentibus etiam litteris ſigna ſua appoſuerunt.

IN TABELLA LV.

SYnodus *Sueſſionenſis*. quæ Piſtis Sueſſionas tranſlata eſt ut hîc legitur. Exſtat egregium hoc diploma ſynodicum apud Dubletum pag. 792, ſed cum variis mendis, præſertim in ſubſcriptionibus, quæ ex hoc ſpecimine corrigi poſſunt. Inter Epiſcopos obſervandus eſt *Angilmodus Sueſſonicæ eccleſiæ Epiſcopus*, in nonnullis indicibus omiſſus, qui carmen de Paſchaſio Radberto compoſuit. Inter Abbates ſubſcribit *Gautſelmus Abba monaſterii ſanctæ Crucis*. quod de S. Faronis C apud Meldas cœnobio interpretor, ſub titulo ſanctæ Crucis primitus inſtituto.

Poſt Guillelmum Abbatem Karrofenſem ſequitur *Rimbertus humilis Abba Floriacenſis monaſterioli*. qui locus eſt in pago Vilcaſſino, tribus leucis à Rotómago diſtans, ubi quondam conditum eſt cœnobium à Pippino Heriſtallenſi, atque Fontanellenſi monaſterio ſubjectum, ut legitur in Chronici Fontanellenſis capite II. Aliud eſt Floriacenſe S. Benedicti in agro Aurelianenſi ad Ligerim, omnibus notum: cujus Abbas Bernardus itidem huic inſtrumento nomen ſuum appoſuit. Cave Corbionenſe monaſterium, cujus Abbas Frodoinus hîc invenitur, in agro Carnutenſi quondam ſitum, ne confundas cum Corbeïenſi prope Ambianos. De Corbionenſi plura vide in Sæculi IV Benedictini parte II. Notanda eſt in his duabus tabulis ſubſcriptio VVanilonis ſeu VVenilonis Metropolitæ Senonenſis, & Æneæ Pariſienſis, qui priùs per Advocatum uterque ſuum, deinde ipſi iſtis litteris ſubſcripſerunt. Erchenraus Catalaunenſis Sedis ſuæ nomen notis Tironianis D exprimit. Ordinem inter ſe ſe, nec Epiſcopi, nec Abbates ſervant, nempe quòd non ſolùm præſentes, ſed & abſentes poſtea ſubſcripſerunt, immo etiam eorum ſucceſſores, in his Guilibertus Catalaunorum Epiſcopus, ipſiuſque ſucceſſor Erchenraus; & Agius Aurelianenſis, cum ſucceſſore ſuo Gualtario. In ſuperiori item ſpecimine ſubſcribunt Folchricus & Ottulfus Epiſcopi Trecenſes. Hac de re actum eſt in libri II capite XX. Sed illud in primis advertendum, quòd Ludovicus Abbas Dionyſianus, cujus hortatu hæ litteræ conditæ ſunt, quibus ipſe etiam ſubſcripſit, *piæ memoriæ Hludovvicus Abba* dicitur. quod elogium nonniſi mortuo tribui ſolet. Verùm idem de eodem etiam ſuperſtite legitur in diplomate Caroli Calvi, quod exſtat in lib. VI num. XCVI itidemque de Goiſleno Epiſcopo Sueſſionenſi, num. C LXXX.

Uniuerſalis ſynodus d[e]o auctore apud galliae partibus ad locum qui dicitur cuius nomen eſt piſtas

uenerabilibus coepiſcopis nr̄is reliquiſque fidelibus. Maximas tribulationum preſſuras calamitatibus quas

\+ Uuenilo munere diuino ſennenſis eccl̄ae epſ ſſ.

Hincmarus ſcae metropolis eccl̄ae remorum epſ

Uuanilo humilis rotomagorum epſ ſſ. FROTTULFUS SCAE AUGUSTAE TRICORCEDESIAE EPS ſſ.

\+ Herpuinus ſiluanectenſis epſ ſſ.

AENEAS PARISII EPS ſſ.

IONAS HUMILIS EDUORŪ EPS ſſ.

Godelradus cabilonenſis epſ ſſ.

\+ Herluinus conſtancienſis epſ ſſ.

\+ GONTBERTUS EBROCENSIS EPS ſſ.

Hairardus lixouienſis epſ ſſ.

Hildebrandus ſagenſis eccl̄ae epſ ſſ.

RAGINELMUS TORNACENSIS ECCLAE EPS ſſ.

Erchenraus indignus catalaunenſis eccl̄ae epſ ſſ.

Odo indignus belloacenſium epſ ſſ.

Hildegarius meldenſis eccl̄ae epſ ſſ.

Folchricus auguſtae tricaſſinae indign epſ ſſ.

\+ Hludouuicus abba ſſ.

\+ Adalhardus abba ſubſcripſi

\+ Uualdo abba ſubſcripſi

\+ In dī nomine ego Lupus ſſ.

FRODOINUS INDIGN ABBA SUBS

Hincmarus laudunenſis eccl̄ae epſ ſſ.

GAUZLENUS REGIAE DIGNITATIS CANCELLARIUS

Uulfadus per baecenſis monaſt. abb ſſ.

Data VI kl. iul. anno ab incarnatione dn̄i dccclxii indict. viii regnique glorioſiſſimi regis Karoli xxii

In ſupradicto loco piſtis in hanbergo eccl̄a

P. Giffart F.

DECLARANTUR

ANNO AB INCARNATIONE DNI DCCCLXII INDICTIONE X REGNI VERO GLORIOSISSIMI DOMNI NRI REGIS KAROLI XXIII. EVOCATIS NOBIS EPIS QUORUM NOMINA SUBSCRIPTIONIBUS IN FINE

diversarum provinciarum & urbium adregatis synodum. etiam diversis necessariis rerum ecclesiasticarum occupatis in loco qui vocatur [illegible] [illegible] contiguo urbe conductis praesentis quibus liber ecclae audiendis dilecti filii nri monachi

ex monasterio sanctorum martyrum dionysii rustici & eleutherii assistente reverentissimo & carissimo nobis abbate eiusdem coenobii hludowico expectationes eorum suo consilio firmante ac praesentium commodis nos humiliter deposcens supplicavit ut communi [illegible] quo

adversus cupidorum insidias eos praemuniremus ac auctoritate ecclesiastica fulciremus ne forte aliquando sub specie corporalis penuria seu proposito dispendium animarum paterentur. Si pro [illegible] [illegible] affluenta & [illegible] largiente [illegible] quoque

moderantur nonnihil suffragante diligentia suis praecedentibus necessariis absque illo [illegible] valerent implere quod honorem [illegible] ducant [illegible]. Denique hilduinus venerabilis abba ipsius monasterii ad eorum stipendia necessaria quandam testamenti

concessionis sub nomine privilegii eis benigne largitus fuerat. quod subscriptionibus synodalium episcoporum plene admodum roborari fecerat. clementia [illegible] recordationis hludowico serenissimo augusto annuente de quo ab ipso piissimus caesar flagrante ecclae

hilduino abbate ipsis fratribus regale praeceptum imperatoria vice firmaverat [illegible] aliquandiu [illegible]. Unde stipendiales necessitates generaliter sub monstrari debuissent. Quod privilegium quia ob regni divisionem [illegible] in immoderatam rationem ac temporis

exigentes varietate mutabilitatis sub constituta lege [illegible] servari non potuerat. placuit hludowico venerabili abbati procurante ipsis fratribus consensu episcoporum pro eorum stipendiis fratrum quasdam villas condere ad necessitates eorum supplendas quas ex edicto

caesaris hludowici ex privilegio abbatis hilduini minus plene persolui potuerunt. Continet siquidem [illegible] hludowicus abba villas Quod si quis tantae regis immo dei beneficium nrum quae benivolentiam fraudulenter ac violenter

imminuere vel potius subtrahere procc [illegible] [illegible] imperiali competenter admonitus nonulla ferialis cupiditas ausus fuerit. & in statum priorem cuncta redire permiserit. tum velut nepacii [illegible] sacrilegum a populi dei societate

iusto atque tremendo anathemate separamus. [illegible] paenitentia et subsequenti emendatione quae perperam egit correxerit. Hoc autem nrum decretum sicut est ut ratum esse credatur. & firmissime ab omnibus catholicae

fidei temporibus praesentibus ac futuris subscriptionibus propriis cuncti roborare studuimus. Et eiusdem facultatem celebrandis deinceps synodalibus conciliis omnes nostri ordinis obtestemus

✝ Ego Wanilo misericordia dei Senonensis epis praesens & huic decreto post te [illegible] & [illegible] subscripsi.

✝ Beltmundus archidiaconus ad vicem domni & patris mei Wanilonis Senonum urbis archiepi. subscripsi

Hincmarus sanctae metropolis ecclae Remorum epis.

Herchenradus [illegible] ecclae epis subscripsi. ✝ Hildebrandus sagensis epis subscripsi.

✝ Iunchertus Ebrocensis ecclae epis subscripsi.

✝ Wenilo humilis [illegible] epis subscripsi. Ingenaldus Pictavorum humilis eps.

✝ Erpuinus epis ecclae silvanectensis subscripsi. Dodo Andegavensis eps subscripsi.

✝ Hemeradus [illegible] ecclae epis subscripsi. [illegible] subscripsi.

✝ Hildegarius Meldensis ecclae epis subscripsi. Helias gratia Dei dispositione [illegible] eps subscripsi.

✝ Otmundus diaconus ad vicem domni mei patris mei [illegible] parisiensis [illegible]

Relegens ego ipse Aeneas Parisii eps subscripsi. ✝ Rodulfus Bituricensis eps subscripsi.

✝ Ego quidem Hucherdus Lexoviensis eps subscripsi. Raginelmus Tornacensis ecclae eps subscripsi.

Ercio eps Sanctonicensis ecclesiae eps subscripsi. Folcharius indignus epis ecclae Augustae Tricassi subscripsi

Wandelbertus Abrincatensis ecclae epis subscripsi.

[illegible] ecclae epis subscripsi. ✝ Hincmarus sanctae Laudunensis ecclae epis subscripsi.

Erchenraus epis subscripsi. [illegible] epis subscripsi.

✝ Hunfridus Morinensis epis subscripsi.

Isaac sanctae Lingonis ecclae indignus epis subscripsi.

Christianus Autissiodorensis epis subscripsi. Fraiharius [illegible] epis subscripsi.

In dei nomine ego Lupus abba monasterii Ferrariensis subscripsi.

BERNARDUS ABB. SCI BENEDICTI subscripsi.

[illegible] abba [illegible] monasterii subscripsi.

[illegible] abba monasterii [illegible] subscripsi.

GAUSELMUS ABBA MONASTERII SCAE CRUCIS subscripsi.

Guilhelmus abba [illegible] monasterii subscripsi.

[illegible] abba [illegible] monasterii [illegible] subscripsi.

[illegible] abba [illegible] monasterii subscripsi.

✝ Hludowicus abb subscripsi.

IONAS HUMILIS EDUORUM EPS subscripsi.

Godelsadus Cabilonensium epis subscripsi.

Bruding Matisconensium ecclae [illegible] epis subscripsi.

AGIUS HUMILIS AURELIANORUM EPS subscripsi.

[illegible] ecclae indignus epis subscripsi.

GISLEBERTUS KARNUTENSIS AECCLESIAE EPS subscripsi.

ERLUINUS CONSTANTIANAE ECCLAE EPS subscripsi.

Wulfradus [illegible] monasterii abb subscripsi.

ABBO NEVERNENSIS ECCLAE EPS subscripsi.

Gualtarius eps Aurelianorum subscripsi.

ARNULFUS ABBA MONASTERII SCI SABINI subscripsi.

IN TABELLA LVI.

1. NOtæ Tironis. De his Notis egimus in fine libri primi, agitque Iſidorus in libro I de etymologiis cap. XI, & poſt eum recentiores viri docti, Hubertus Goltzius, Aldus Manutius, Juſtus Lipſius, Johannes Baptiſta Porta, Aldretus, præter Petrum Diaconum & Gruterum, qui iſtarum notarum ectypa exhibuerunt. Hoc verò ſpecimen mutuati ſumus ex Petro Hamone jam laudato, qui illud ex regio codice, notas Tironianas continente, expreſſit, citato noſtro Germanenſi, qui pſalmos ejuſmodi notis ſcriptos complectitur. Ex iſtis notis, quæ ad quinque millia productæ fuerunt, quædam in codices vulgari more exaratos, breviandi vocabuli causâ traductæ B
ſunt: in quibus animadvertendæ voces, *autem*, *ejus*, *enim*, ſuprà in tabella V. De his notis ita Martialis:

> *Currant verba licèt, manus eſt velocior illis:*
> *Vixdum lingua ſuum, dextra peregit opus.*


In diplomatibus quandoque obtinent locum hæ notæ, maximè in ſignis ſubſcribentium Cancellariorum, præſertim ſub prima & ſecunda ſtirpe Regum Francorum; atque etiam in ſubſcriptionibus Epiſcoporum, ad deſignandum verbum *ſubſcripſi*, aliquando *indignus*, aut nomen ſedis eorum, ut patet ex ſuperioribus tabulis LIV & LV. Hæc tabula rectiùs poſita fuiſſet poſt alphabeta ſcripturæ Romanæ: ut verò huc rejiceretur, coegit nos diſpoſitio aliarum tabularum. Sed id parum intereſt.

In fine hujuſce tabellæ expreſſi ſunt aliquot verſus ex polyptycho Remigiano pervetuſto, de quo dictum eſt in lib. III cap. V. Id autem eo fine à nobis factum eſt, ut exprimeremus notam C
illam numericam 5, quæ in eo polyptycho frequens eſt, occurritque uſque quater in adverſo ſpecimine, primo ad hæc verba, *ſunt manſi ingenuiles* XCII5. Rabanus in libro de computo, qui à V. Cl. Stephano Baluzio nuper editus eſt in tomo I Miſcellaneorum, hac nota deſignat *ſemis* ſeu *ſex uncias*, pag. 13. Et id quidem primo loco apprime convenire poteſt, ſed vix tertio, ubi hæc leguntur, *Ova* II CVII5. id eſt duo millia ſeptem, & ſemis. Quorſum autem ſemi-ovum? quamquam id ad pretium censûs referri poteſt. Penes alios eſto judicium.

IN TABELLA LVII.

D

SYnodus Piſtenſis. Plures Synodos Piſtis (quo de loco actum eſt in lib. IV) per id tempus habitas fuiſſe ex his ſpeciminibus colligimus, nempe anno DCCC LXI & LXIV. Ex comparatione tabulæ LV cum iſta facilè colligi poteſt ſucceſſio quorumdam Epiſcoporum. Nam priori illi ſubſcribunt Abbo Nevernenſis, Guntbertus Ebroenſis, Godelſadus Cabillonenſis, Braidingus Matiſconenſis: huic autem poſteriori Liudo Nevernenſis, Hilduinus Ebroenſis, Girbaldus Cavillonenſis, & Bernaldus Mariſconenſis. Unde patet, hos illis per illud biennii intervallum ſucceſſiſſe. niſi dixeris poſteriores iſtos non ipſo anno DCCC LXIV, ſed poſtea ſubſcripſiſſe. Egregiè græciſſatur Chriſtianus Autiſiodorenſis cum ſuo *egrapſi*. Hincmarus paſſim uſus eſt formula hîc appoſita, *nomine non merito Remorum Epiſcopus, ac plebis Dei famulus*. Germaniæ Præſules nonnumquam his Synodis aderant, ut hîc Liutbertus Moguntiacenſis & Altfridus Hildenisheimenſis. Lege acta Aldrici Epiſcopi Cenomannenſis, in quibus Autcarius ſeu Otgarius Moguntiacen- E
ſis ſæpe ſubſcripſiſſe reperitur. Editum eſt hoc monumentum in Spicilegii tomo II à pag. 588. unde ſupplenda ſunt nomina Rotlanni Arelatenſis, & Odonis Bellovacenſis, quæ in autographo integra non amplius apparent.



SV̄MA PRAESCRIPTAE augutiore curte · excepto dominicato manſo · ſunt manſ ingt · xcııı · ſerult xxxv · dxt vı · ancille xx · ſerui vı · Ecclā · ı · hinc exeunt arḡ lib vıı · ſol vııı · Ordei md cc vıı · Multoneſ ııı · pullı cccLxxxxııı · paſt xxx vııı · Oua n̄ cvııı · liḡ car xcııı · Scindul vııı · ccl · axıt ııı · dcxxv . . . . .

ANNO AB INCARNATIONE DNI DCCCLXIIII. INDICTIONE XII. ANNO UERO REGNI GLORIOSI REGIS KAROLI XXIIII. positis nobis diversarum provintiarū & urbium galliae praesulibus In loco qui pistas uocatur quo nos generalis necessitas traxerat Instituendi munitiones contra nordmannos

✠ Wuanilo munere divino sennensis eps hoc privilegium recognovit

✠ HINCMARUS NOMINE NON MERITO REMORUM EPS AC PLEBIS DI FAMULUS

✠ FROTHARIUS SCAE BURDEGALENSIS ECCLE EPS ✠ RODULFUS BITURICENSIS EPS

✠ AGIUS SCAE AURILIANENSIS ECLAE EPS

CHRISTIANUS AUTISODR EPS egrapsi

LIUDO VOCATUS EPS SCAE NAUERNENSIS ECCLESIAE

folcricus Indignus eps augustae tricorum

✠ Isaac scae Lingonis eclae Indignus eps

✠ herpuinus scae siluanectensis ecclesiae eps

✠ gerbaldus indignus kavillonensis eps

✠ hildegarius divina miseratione Lixoviensis eps

✠ INGENALDUS PICTAVORUM GRATIA DI EPS

✠ In nomine scae trinitatis

bonus eps ecclesiae arelatensis hoc privilegium firmavi

✠ ERCHENRAUS SCAE CATALAUNENS. ECCLESIAE INDIGN. EP.

✠ RAGEMELMUS. SCAE TORNACENSIS ECCLAE INDIGN EPS

✠ LIUTBERTUS SCAE MOGONTIACENSIS ECCLAE EPS

✠ Altfredus hildeneshamensis eps sub.

✠ FRICULFUS SCAE SANTONICENSIS ECCLESIAE INDIGN EPS

✠ Bernald scae matisconensis ecclesiae eps

P. Giffart fecit

IN TABELLA LVIII.

CHarta Ravennenſis. Jam pæne abſoluta erat hujuſce libri editio, cùm à clariſſimo Baluzio accepi, Cæſareæ Bibliothecæ tomum octavum auctore Lambecio in has partes delatum eſſe, atque in eo referri ſpecimen vetuſtiſſimæ cujuſdam ſcripturæ, quam Lambecius *incognitam* exiſtimavit. Mox inceſſit me cupido videndi ſpeciminis; atque in manus accepto Lambecii tomo octavo, lego Additamentum VII ad pag. 647, ubi auctor de præmiſſo ſpecimine ejuſque archetypo ita diſſerit.

Inter inſignes nonnullos atque raros codices manuſcriptos, quos anno M DC LXV *in jam memoratæ technothecæ (arcis) Ambraſianæ armario duodecimo præter ſpem reperi, & poſtea Oeniponte in Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream Vindobonenſem tranſtuli; præcipuum fere locum obtinet* VOLUMEN *aliquod pervetuſtum oblongum* EX CORTICE ARBORIS, *continens ſcripturam quandam antiquam, & eam quidem latinam, ſed adeò obſcuram, intricatam, & lectu difficilem, ut ipſe hactenus nec veram lectionem, nec verum ſenſum, ratiocinando ſeu potiùs divinando, aſſequi potuerim. Ut igitur etiam quilibet alii in eadem ſcriptura legenda & interpretanda perſpicaciam & dexteritatem ſuam poſſint experiri, exhibeo hîc totum illud volumen, ſummâ, quantum fieri potuit, diligentiâ & fidelitate depictum, ac æri inciſum: ſimul etiam adjungo ſpecimina duorum privilegiorum quæ à Dagoberto* I *& Carolo M. Francorum Regibus, anno Chriſti* DC XXXIII *&* DCC LXXIX *imperiali monaſterio S. Maximini juxta muros Trevirenſes conceſſa fuerunt, & eodem fere genere ſcribendi exarata ſunt. Deſumpſi autem ea ex R. P. Danielis Papebrochii S. I. doctiſſima diſſertatione de diplomatibus antiquis diſcernendis* &c. Hactenus ille. B C

Quid de duobus iſtis Papebrochii ſpeciminibus ſentiamus, ſuperiùs expoſitum eſt in capite primo libri III, nunc quid ex Lambeciano exprimere potuerimus, modò exponendum. Hoc ſpecimen habet longitudinis ſeu latitudinis fere duos pedes, altitudinis unum. quæ proinde Cæſarei voluminis menſura eſt. Materia *ex cortice arboris*, teſte Lambecio, nempe ex papyro (ut puto) Ægyptiaca, quæ corticis eſt ſpecies. Cùm autem iſtius voluminis ſcripturam poſt Chriſtum natum factam eſſe conſtet; hinc etiam argumentum deſumitur ad uſum corticis ab eo tempore demonſtrandum. quod in capite VI libri primi oſtendimus. Ad hæc mutilâ eſt in exordio & in fine Cæſarei voluminis ſcriptura, cujus etiam nonnulli apices cancellariſtæ oculos ac diligentiam fugerunt. adeo ut nobis magnopere inſudandum fuerit, quò ſcripturæ ſenſum quibuſdam in locis aſſequeremur. Porrò ſi ſcriptura hæc citiùs in manus noſtras veniſſet, haud dubiè eam inter prima ſpecimina noſtra retuliſſemus. at cum eam ſeriùs acceperimus, extremo ſaltem loco poſita eſt, ut ſtudioſum lectorem hoc inſigni monumento recrearemus. Ejuſdem formæ ſcriptura in tabellam primam relata eſt ex Petro Hamone, qui eam ſub titulo C. Julii Cæſaris teſtamenti nobis reliquit. Quid autem de illo teſtamento mihi poſtea compertum ſit, inferiùs dicam, poſtquam Lambeciani ſpeciminis ſcripturam retulero, quæ ſic tandem à nobis reddita eſt, ſecundum verſus Lambecianos, quos in editione noſtra ad voluminis noſtri menſuram contraximus, ſervata litterarum integritate; quarum priores malè effictas divinare nequivimus. D

(1) .... *bus venditionum, cujus* .... *& Flavii* ... *pro Melminio Ruſtico principalibus Ruſticus V. R. Acolytus ſcae (ſanctæ) eccleſiae (2) Catholicae Romanae dixit. A praeſente Flavio Baſilio V. H. (viro honorato) Argentario ſpatium agri, cui vocabulum eſt Vecereca, ſitum territorio Ravennati, Placito eccleſiaſtico, pretio auri ſolidos (3) numero decem & octo, ſecundum fidem inſtrumentorum me optimo jure certum eſt conparaſſe. Verùm quia ipſa inſtrumenta venditionum præ manibus gero, quia eſt* (4) ... *cio* (fortè *ab Officio*) *ſuſcipi jubeatis, legi, & actis inſeri, ipſum quoque SS. (ſupraſcriptum) venditorem interrogari dignemini, ſi ipſe eas mihi fecerit, adque Flavio Vitali V. H. (viro honorato) forenſi (5) conſcribendas dictaverit, vel ſi ſubter ſuſcribſerit, & teſtes ut ſuſcriberent conrogaverit, pretium Placiti omne perceperit, aut ſi traditionem mihi ſollemniter (6) caelebraverit, vel quam habeat voluntatem his actis edicere non gravetur.* E

(7) .. *ilianus Urſus Mag. (Magiſter) ait. Primitus ſuſcipiantur inſtrumenta venditionum, quæ offerantur, & legantur. Cumque tradita fuiſſent, & recitatum eſt, Ruſio Petromonico Magno Cethegone (8) Conſule, ſub d. (die) Nonarum Februariarum Ravennae. Flavius Vitalis V. H. Forenſis ſcribſi rogatus & petitus à Flavio Baſilio V. H. argentario, ipſo praeſente, mihique dictante; (9) conſentiente, & ſubter manu ſua ſuſcribente: quique fatetur ſe diſtraxiſſe, & diſtraxit; adque tradidiſſe, & tradidit Ruſtico Acolyto eccleſiae catholicae (10) Romanae jure directo hhbus (heredibus) poſteriſque ejus, id eſt ſpatium agri, cui vocabulum eſt Vecereca, ſitum territorio Ravennati, inter adfines fundum Pictalis juris (11) eccleſiae catholicae Ravennatis, heredes Caſſianilmum, adque ipſum comparare me qq (quoque) tc (tunc) & pp (perpetuo) aementem ſibi eundem ſpatium, qs (quos* pro *quem) venditor profitetur ex (12) conparatione* ... *dem & Rindmund germanum ejus, qui ſpatius agri SS. hdi (ſupraſcripto heredi) diſtractus, & eſt optimus, maximuſque eſt finibus, terminis, ſpelis, ſaltibus, paſcuis, ſationibus* (13) .... *uſtis, (arbuſtis) arboribus, fructis diverſis generis, limitibuſque ſuis omnibus, omnique jure, proprietate queſti, ſicuti à SS. (ſupraſcripto) venditore poſſeſſus eſt, adque.* F

Hæc ferè lectio eſt ſcripturæ iſtius difficillimæ, & quibuſdam in locis mendoſæ, aut non ſatis accuratè primùm excuſæ ob fugientium litterarum defectum. In pleriſque planus eſt ſenſus, in

nonnullis

A nonnullis ſalebroſus. A capite textum percurrere juvat, ſimulque conferre cum charta plenariæ ſecuritatis, cujus ſententiæ aliquando noſtris reſpondent. In primo verſu noſtræ editionis lego, *Principalibus.* Ita in charta plenariæ ſecuritatis, *una mecum principales viri*, id eſt præcipui civitatis.

Ruſticus V. R. acolytus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. in charta Briſſoniana, *Gratiani V. S. Subdiaconi litteras neſcientem.* Hic *V. R.* forſan *venerabilis* aut *vir venerandus.* Ruſticus iſte neſcio an idem fuit cum Ruſtico itidem S. R. E. Diacono, ſcriptore Dialogi adverſus Acephalos, ſub cujus finem agit de tribus capitulis adverſus Vigilium Papam, à quo is Diaconus ordinatus eſt, uti Pontifex teſtatur in ſententia lata adverſus ipſum, alioſque ejus factionis conſortes, apud Baronium relata ad annum D L. Quamquam ſpatium annorum ferme quinquaginta, quod inter chartæ hujus tempus & Vigilii pontificatum effluxit, longius fuiſſe fortaſſe videbitur, quàm ut unus idemque homo & comparando per annum D IV fundo, & B ſcribendis anno D L libris idoneus fuerit.

In verſu tertio, *Placito eccleſiaſtico*, id eſt pactione ſeu conventione eccleſiaſtica. Item, *ſecundum fidem inſtrumentorum.* Apud Briſſonium, *ſecundum fidem donationis*, & *ſecundum fidem documenti.*

In verſu quinto, *ab Officio ſuſcipi jubeatis, legi & actis inſeri.* Acta paſſionis S. Felicis Epiſcopi Tubzocenſis, *ſtatim eum ſibi per Officium præſentari conſtituit.* Officium, officialis ſeu miniſter Judicis ac magiſtratus.

Verſu ſexto, *Flavio Vitali V. H. Forenſi conſcribendas dictaverit. Forenſis*, idem videtur qui *tabellio* in charta plenariæ ſecuritatis, *à foro.*

Ibidem, *dictaverit, vel ſi ſubter ſuſcribſerit, & teſtes ut ſuſcriberent conrogaverit.* Apud Briſſonium, *dictaverit, & ipſe in eadem manu propria ſignum impreſſerit, teſteſque ut ſuſcriberent conrogaverit.* ubi *ſuſcribo* abſque b in prima ſyllaba non ſemel, ut in noſtra.

C Verſu octavo, *vel quam habeat voluntatem his actis edicere non gravetur.* Charta Briſſoniana, *ſeu quam habuit voluntatem his actis redigere non gravetur*, ubi *redigere* forſan pro *edicere.*


Verſu decimo, *recitatum eſt, Rufio* &c. Charta plenariæ ſecuritatis, *recitatum eſt, domino Iuſtiniano PP. Auguſto anno tricenteſimo (triceſimo) octavo Ravennæ, P. C. Baſilii anno vicenſimo tertio Id. Iuliarum Indict. duodecima, Ravennæ.*

Ibidem, *Rufio Petromonico Magno Cethegon. Conſule.* Ita ſcriptum, *Petromonico*, ſive ſit unicum, ſive duplex prænomen. Poſt *Cethego* videtur adſcripta littera *n*, forte pro *Cethegone.* niſi ſi legendum, *V. C.* id eſt viro clariſſimo. In omnibus Faſtis, & in Chronico Alexandrino, Marcellino Comite, Victore Tununenſi, Mario Aventicenſi, aliiſque, ſolus aſſignatur Conſul Cethegus ad annum D IV. quo proinde anno hæc charta ſcripta eſt. Verùm præmiſſa Cethegi prænomina difficultate non carent. Quandoquidem aut ſimpliciter *Cethegus* apud veteres, aut *Patricius Cethegus*, D nuſquam *Rufius Petromonicus Magnus Cethegus*, niſi in hac charta nuncupatur. Neque dici poteſt hæc prænomina ipſi tributa fuiſſe ex patre, qui *Probinus Patricius* apud Ennodium appellatur ſub finem Parænefis didaſcalicæ in hæc verba. *Eſt etiam Probinus Patricius, placidi germinis examinata claritudo; quem eruditorum familiæ mores ad unguem ducti contulerunt: qui & de patris, & de ſoceri hauſit fonte quod mundus eſt. Eſt Patricius Cethegus ejus filius, vir conſularis, qui canam prudentiam minor tranſgrediens, ſine ætatis præjudicio habet & provectorum ſaporem, & mella pueritiæ.* Ita Ennodius, qui eidem Cethego Bleſillam ſororem tribuit in lib. VII epiſt. XXIX. Quid quod *Petromonicus* non eſt nomen Latinum. quamquam ita legendum videtur in archetypo. An prænomen hoc derivatum eſt à quodam loco? nam in charta plenariæ ſecuritatis ſub finem lego, *ex caſale Petromano.* Alii divinare melius ſcient.

In verſu XIV, *inter adfines fundus Pictalis*, an *Pictulis.* Gregorius M. in lib. XII epiſt. VIII, *inter* E *ter affines horti.* tum *fundum Pictalis.* Is eſt fundus Pittulis, de quo Johannes V Epiſcopus Ravennas meminit in ſua charta pro monaſterio S. Apollinaris, quæ data eſt *imperantibus piiſſimis DD. NN. Leone & Conſtantino à Deo coronatis pacificis magnis Imperatoribus, Leone quidem anno* XV, *Conſtantino verò anno* XI, *gubernante Italiam Eutychio Patricio & Exarcha, Indict.* XIIII. id eſt anno DCC XXXI. Nam inter alia, quæ iſte Johannes illi monaſterio legat, memorat *fundum Pittulis Cornel. territorio rejacentem.* quæ leguntur apud Girolamum Fabrum de antiquitatibus Ravennæ parte prima, pag. 116.

In ſequentibus verſibus plures occurrunt ſalebræ & ſtribiligines, maximè à verſu antepænultimo, ubi hæreo quid legendum ſit ſub finem verſus, *SS. hdi, diſtra* ... niſi hæc, *ſupradicto heredi diſtractus eſt.* & in ſequenti ſeu pænultimo, *ſpeli*, fortaſſe pro *ſpelis*, id eſt *ſpelæis*, aut *ſpebus.* denique verſu ultimo, *queſti*, an pro *quæſti*, ſeu *quæſtus*, ut in ſuperiori *fructis* pro *fructibus.* Similes, im- F mo longè plures ambages occurrunt in charta plenariæ ſecuritatis apud Briſſonium. Ex quo intelligas, quàm difficile fuerit primis chartarum exſcriptoribus accuratè reddere ejuſmodi ſcripturas, & quàm proclive labi aut cæſpitare variis in locis. Nam ſi eruditi viri, quales exſtiterunt Briſſonius, & qui archetypum ipſi deſcriptum conceſſit Goſſelinus, regiæ quondam Bibliothecæ cuſtos; ſi, inquam, Lambecius, Cæſareæ item Bibliothecæ curator, in lectione iſtius chartæ Ravennenſis cæcutiit: quid mirum, ſi chartarum chartariorumve ſcriptores aliquando allucinati ſint in deſcribendis vetuſtis inſtrumentis, quorum aliquando lectionem vix aſſequi poterant, uti nonnulli eorum faſſi ſunt, quod eorum verba teſtantur in lib. I cap. XI num. XII. Non ergo ſtatim pro falſis inſtrumentis habenda ſunt exempla, quæ aliquot mendas leviores continent: cùm vix reperiantur autographa, quæ ejuſmodi mendis prorſus careant.

Quærat aliquis, quo ſcripturæ genere hæc charta ſcripta ſit? Et id quidem haud proclive eſt



definire. Exiſtimem tamen poſſe appellari Italo-gothicam veterem uſualem ſeu forenſem, qua- A
lis ante Langobardorum in Italiam adventum uſitata fuiſſe videtur, ſaltem Ravennæ, ubi Exar-
chi degebant. Hactenus de hacce charta venerandæ antiquitatis, quæ inſignem venditionis for-
mulam continet. Eam Ravennenſem libuit appellare à loco, ubi ſcripta eſt, nimirum anno D IV,
quo nullum antiquius autographum nobis licuit invenire.

Eodem (ut dixi) ſcripturæ genere, eodemque ævo exaratum eſt teſtamentum, quod ſub Julii
Cæſaris nomine expreſſum ex Petro Hamone accepimus, & in tabula I exprimi curavimus. Nec
ullum erat indicium, quod nos ab hac perſuaſione revocaret, immo verò omnia ad id nobis per-
ſuadendum concurrebant: cùm non ſolùm Hamonis teſtimonium, qui illud Julii Cæſaris eſſe di-
cebat; ſed etiam titulus, eodem ſcripturæ genere in averſa chartæ Ægyptiacæ parte deſcriptus,
idem confirmaret. Sed ecce mihi Briſſonii formulas identidem revolventi occurrit in libro VI
charta plenariæ ſecuritatis, in qua totidem verba lego, quæ in illo Hamonis ſpecimine ex Julii B
Cæſaris (uti ipſe opinatus eſt) teſtamento referebantur. Itaque non dubito, quin verè fragmen-
tum ſit ipſius chartæ ſpecimen illud Hamonis: quandoquidem in Bibliotheca regia nuper ſerva-
batur iſtius chartæ archetypum corticeum, ex quo Briſſonius eam exſcripſit. Verùm cùm fortè
otioſus ſcriba in tergo ejuſdem chartæ quaſi pro titulo adſcripſiſſet, *C. Iulii Cæſaris teſtamentum*
L. Piſone ſocero recitatum in domo Idibus Septembris; impoſuit elogium iſtud Hamoni, qui ſi con-
textum ipſum perlegiſſet; & ſe à fuco nebulonis, & nos ab errore facilè expediſſet.

In eo ſiquidem inſtrumento Gratianus tutor Stephani profitetur, ſe à Germano accepiſſe,
quod pro tertia portione hereditatis Stephano pupillo ex teſtamento competebat, in rebus
mobilibus & immobilibus; idque actis publicis mandari curat. Porro in illa charta plena-
riæ ſecuritatis apud Briſſonium pag. 647 leguntur hæc verba, quæ Hamo calamo expreſſit, &
pro J. Cæſaris teſtamento nobis venditavit. *Tunc non ſolùm perjurii reatus incurram ſecundum leges,* C
verùm etiam daturum me promitto heredeſque meos tibi iſtæ Germanæ heredibuſque tuis pœnæ nomine,
ante litis ingreſſum auri ſolidos triginta, & ex ſuppoſitis omnibus rebus meis hypothecæ titulo, quas ha-
beo, habituruſve ſum, manente ..... X dictavi, in qua pro ignorantia feci, ex auctoritateque robo-
rata.... Actum Ravennæ Id ... & P. C. iſti Ind. iſta duodecima. Item &c. Ex his nihil con-
fici poterat ad detegendum tituli ſuperpoſiti errorem, niſi quod Indictionis nomen tempus Julio
Cæſare recentius arguebat. At pro *Ind.* legebamus, *in die.* Atque proinde nulla hinc vitandi
erroris materia nobis præbebatur. Verùm ſi chartæ initium retuliſſet Hamo, facilis fuiſſet tituli
ſuperpoſiti emendatio. Siquidem paullo ab initio charta recitata dicitur, *Imp. domino Iuſtiniano*
PP. Aug. anno tricenteſimo (triceſimo) octavo Ravennæ, P C. Baſilii anno vicenſimo tertio, Iduum Iu-
liarum Ind. duodecima. quæ notæ in annum Chriſti D LXIV coincidunt.

Illo itaque ſæculo uſitatum erat apud Ravennates hoc ſcripturæ genus, ut patet tum ex Lambecia- D
no inſtrumento, tum ex charta plenariæ ſecuritatis: quod utrumque Ravennæ confectum eſt, & in
cortice ſcriptum. Unde per id tempus corticis ſeu chartæ Ægyptiacæ uſum viguiſſe certum eſt; at-
que ſcripturam forenſem non uncialibus aut majuſculis conſtitiſſe litteris, ut ſcripti codices ejus tem-
poris conſtare ſolent; ſed curſivo charactere, qui à noſtro Merovingico non multum recedit. Eodem
modo forſan, eademque in materia exaratum erat inſtrumentum illud donationis, Juſtini Im-
peratoris temporibus, Maximo Conſule factæ: cujus fragmentum retulit idem Briſſonius in eo-
dem libro VI formularum pag. 622 & 623. In illa porro charta plenariæ ſecuritatis multarum fit
enumeratio minutiarum, atque etiam in epiſtola (ut id obiter dicam) Gregorii Magni pro ec-
cleſia S. Pauli: quam epiſtolam *Præceptum* Pontifex appellat his verbis. *Facta verò ſupraſcripta-*
rum omnium rerum traditione, volumus ut hoc Præceptum in ſcrinio eccleſiæ noſtræ experientia tua reſti-
tuat. Ita in lib. XII epiſt. IX. E

Hæc ſunt quæ de ſpeciminibus chartarum nobis obſervare viſum eſt. Unum hic addo de probatione
earum, quæ variis modis fiebat, nempe judicio peritorum, teſtium citatione, juramento, duello,
aliiſque probationum modis: quorum omnium exempla facilè occurrunt. In diſſertatione noſtra
de origine atque uſu Notitiarum, quæ in fine primæ partis Sæculi IV Benedictini edita eſt, men-
tio fit de duello aliiſque modis ad probandam chartam, quam Majoris-monaſterii monachi de
libertate cujuſdam feminæ protulerant. *Et quoniam neque lex, neque conſuetudo erat eis belli facien-*
di; homminem quemdam ſuum tradiderunt, qui calidi ferri judicio cartam probaret eſſe veridicam.
Hæc in pag. 765.

A

B

DE RE DIPLOMATICA

LIBER SEXTUS,

Complectens varia diplomata & inſtrumenta ad C præcedentium librorum probationem.

IN extremo hujuſce operis libro pluribus præfari non licet, cùm ex ipſo libri titulo ſatis ſuperque pateat ejus argumentum. Quædam tamen hîc monere viſum eſt in gratiam ſtudioſi lectoris. Primo, in ſequenti monumentorum collectione ordinem temporum ſequimur, non ſuperiorum librorum ſeu locorum, in quibus mentio facta eſt de ſingulis inſtrumen-
D tis, ut in genealogicis probationibus fieri ſolet. Secundo, inſtrumenta iſta maximâ ex parte hîc primùm eruuntur ex archivis eccleſiarum & monaſteriorum, præcipuè ex Dionyſiano, quod nobis inſignem autographorum ineditorum numerum ſuppeditavit. Pauciſſima tamen hîc jam excuſa denuo edimus, ſive quòd non parum conferunt ad inſtitutum noſtrum: ſive quòd ex eis mendas quaſdam non leves ſuſtulimus. Tertio, in hac veterum chartarum ſerie cùm multæ maximè inſignes, pleræque aliquanti ſint momenti; nonnullæ tamen exhibentur non tam ob hiſtoricorum factorum memo-
E riam, quàm ob quorumdam vocabulorum aut cujuſdam notæ chronologicæ rationem. Quarto denique breves adnotationes quandoque adjecimus: tum ut quædam animadverſione digniora obſerventur: tum ut appareat, quo fine à nobis proferantur ipſa monumenta, & ad quem hujuſce operis locum referantur. In fine ex iiſdem monumentis aliqua deducimus corollaria, quæ pertinent maximè ad cœnobii Dionyſiani dignitatem.

 A

I.

Ex Suarezio.

Charta Cornutiana.

Anno 471.

* f. ſartum.

a l. luricata.
b l. aploblattia ſive atploblatea.

EXemplar authenticæ chartæ unde colligere eam potuimus eccleſiæ Cornutianæ, videlicet, ut divino
miniſterio ſubjecti, competentem poſſint & de loco, cui ſerviunt, habere ſubſtantiam. Ilico quoque
decorum putamus, ut luminaribus templum quotidie divinæ religionis ornetur, & ingruentibus præ tem-
porum prolixitate, artis * tectum, reparationique ſumptus hoc noſtro munere collatus deeſſe non poſſit.
Quibus rebus congruas procuramus expenſas, ut obſequium noſtrum poſſit propitiationem divinitatis
mereri. Qua conſideratione permotus, largior tenore præſentis paginæ eccleſiæ Cornutanenſi maſſæ juris
noſtri à meipſo Dei favore & juvamine conſtitutæ, atque fundatæ, id eſt, fundum paternum, Mara- B
num, fundum montem paternum, fundum caſam Martis, fundum vegetem, qui eſt caſa Projectici, &
fundum Batilianum (excepta Sigilloſa filia Anaſtaſii, & Pice colonorum, quam juri noſtro retinuimus
atque retinemus) Provincia Picini Tiburtino territorio conſtitutos, puræ ac directæ liberalitatis titulo
poſſidendos cum omnibus ad ſe pertinentibus, & cum omni jure inſtructo atque inſtrumento ſuo, ſicut ipſe
poſſideo, cum omni ſcilicet onere profeſſionis ſuæ, vel neceſſitate, quam certum eſt formeſia prædia ſuſti-
nere. Donamus etiam eidem eccleſiæ ſolum in quo conſtituta eſt, cum area ſua, & à prædicti Prætorii jure
ſeparamus, & ad faciendos hortos vel habitacula clericis, cuſtodibuſque largimur, id eſt à cava arcus,
qui mittitur ad Prætorium, & deinde per parietes, qui contra Prætorium redeuntes arcam eccleſiæ clau-
dunt, uſque trans apſida, & de parietibus ipſis per ſepem, quæ hortos inquilinorum, qui in Prætorio com-
manent, videtur munire, quæ ſepis deſcendit per regam ante ad viam cavam, ſive ad Torum, quæ C
redit uſque ad arcum ſupraſcriptum: ut inter ſepem & viam cavam poſt apſida, ſupradicti clerici hortos
poſſint habere. Præterea eadem largitate offero fundos, id eſt, fundum Callicianum, caſam novam, caſam
Prati, caſam Marturi, caſam Criſpini, fundum Boaricum, & caſam Preſſam in provincia Picini Tiburtino
territorio conſtitutos. Retineo uſumfructum in vita mea, eidem eccleſiæ catholicæ proprietatem hujus epiſtolæ
largitione tranſcribens, ea lege & conditione, ut cum etiam fructus poſt obitum meum capere cœperit,
ac ſibimet vindicare; non ſolùm ſolemnem modo agnoſcat fiſcalium functionem, verum etiam propaga-
tionem formarum, quæ ab omnibus dominis hujuſmodi prædiorum dependi conſuevit. Impendo argentum
quoque ad ornatum ejuſdem eccleſiæ, vel celebritatem ſupraſcripti myſterii ſacroſancti, in his ſcilicet ſpe-
ciebus, id eſt patenam argenteam; calicem argenteum majorem I, calices argenteos minores II, Vrceum
argenteum, hamulam oblatoriam, colum, thymiamatorion, pharum, cantharum argenteum cum catenis
& delphinis XVIII, coronas argenteas IIII, cum catenulis ſuis & delphinis VIII, cicindelas argenteas V,
cum catenulis ſuis. Stantarea argentea, & in Confeſſione Oſtrea argentea II, cum clavi ſua: quæ om- D
nes ſpecies appenſata habent ad ſtateram urbicam argenti pondo quinquaginta quatuor uncias. Septem
pharos æreos: duos habentes delphinos octonos, & hermoras: cantharos æreos majores ſex, minores XII,
& lilia ærea II, & ſtantaria ærea XIII, necnon & in palliis pallium holoſericum agnaphum auroclа-
vum I. Item pallium holoſericum tetraphorum I, maſortem tramoſericum, rhodomelinum aquilatum.
Item maſortem è teleoporphyro tramoſericum opus marinum; item alium holoſericum luritatum; pallium
Caſſioticum, item pallium lineum Aquitanicum, & alia pallia linea quatuor.

Et pro aræ ora, Vela tramoſerica alba auroclava II, Vela blattea auroclava paragaudata II, Vela holoſe-
rica alba auroclava orthopluma II. Vela tramoſerica praſinopurpura II, Vela tramoſerica leucorhodina,
II, Vela tramoſerica leucoporphyra II, Vela holoſerica coccopraſina II. Item aliâ paraturâ holoſerica Vela
blattea auroclava orthopluma II, Vela tramoſerica aquilata coccopraſina II, Vela tramoſerica holoblattea
II, Vela loricata[a] melinoporphyra unciuata duo, Vela holoſerica holoblata II, Vela apoplacia[b]: coccopra- E
ſina cancellata roſulata duo; item vela aploblattea coccopraſina cantharata V. Item aliâ paraturâ, Vela
linea auroclava clavaturâ quadrâ, duo Vela linea auroclava paraugaudata clavaturâ rotundâ II,
Vela linea paragaudata Perſicâ clavaturâ coccomelina praſina II, Vela linea paragaudata Perſica clava-
turâ leucorhodina II, Vela linea blatoſerica paragaudata II, Vela linea blatoſerica orthopluma II. Item
Vela linea pura XIIII. Item ante regias baſilicæ, Vela linea plumata majora ſiſſa numero tria. Item
Vela linea pura tria. ante conſiſtorium Velum lineum purum I. In pronao Velum lineum purum I, &
intra baſilicam pro porticia Vela linea roſulata VI, & ante ſecretarium vel curricula Vela linea roſu-
lata penſilia habentia arcus II. Item codices, Evangelia IIII, Apoſtolum, Pſalterium, & Comitem.
Illico ante omnia cautione proſpiciens ne mecum (quod abſit) obſervatio cultuſque eccleſiæ Cornutianenſis
videatur occidere, ut legem, & conditionem ponerem donationi meæ, ne unquam cuilibet Antiſtitum
Presbyterorum ſibimet ſuccedentium, vel clericorum quidquam ex his prædiis, vel hortis, vel ſpeciebus F
argenteis, ſeu veſtibus à me ſupra deſignatis, alienare in aliam quolibet titulo unquam liceat, aut certè
ſub occaſione cultus divini ad alterius eccleſiæ ornatum qualicumque ex hoc occaſione transferre. Quod
etiam in his obſervari eadem* conditione volo, quæ futuro tempore fuerint provocatione noſtræ devotio-
nis adjecta: quoniam largitatis noſtræ præſentis perpetuam præfatæ eccleſiæ cupio pertinere ſubſtantiam.
Quod ſi quidquam de alienatione à me prohibita fuerit forte tentatum; tunc ego, vel hæres, hæredeſque
ſui, vel ſucceſſor ſucceſſoreſve mei, vel qui illis deinceps ſucceſſerint, univerſa, quæ hujus donationis ſunt
tenore comprehenſa, ad ſuum jus, proprietatemque reducant: quoniam quod à nobis cogitatione veneran-
dæ religonis oblatum, ſecundum legem & conditionem poſitam, licere non debet cuicumque perſonæ vel
alterius eccleſiæ, vel prædiis cujuſlibet deputare. Hanc autem ſcripturam donationis Feliciano Notario meo
ſcribendam dictavi, eique relectæ à me ſine dolo malo manu propria ſubſcripſi, & geſtis allegari propria

A *voluntate mandavi, ſtipulantibuſque venerabili viro Presbytero, Diaconibus, univerſiſque clericis memoratæ eccleſiæ de omnibus ſupradictis ſpopondi, ſubſcripta* XV *Kal. Maiarum, Domno* LEONE *PP. Auguſto quart.* PROBIANO *V.C. Coſſ. Fl. Valia. Q. Theodovius V.C. & Inl. & Comes & Magiſter utriuſque militiæ huic donationi à me dictatæ, & mihi relectæ prædiorum omnium ſupraſcriptorum argenti & veſtium ſervata & in perpetuum cuſtodita lege & conditione, quam eidem donationi impoſui, conſenſi & ſubſcripſi, ſalvo ſcilicet uſufructu ſupraſcriptorum agrorum, quem ſupra eadem mihi ſcriptura ſervavi.*

NOTATIO.

HANC chartam, quæ primùm à Joſepho Marca Suarezio ex archivo Tiburtino publicata eſt, hic denuo viſum eſt recudere, & in capite omnium veterum inB ſtrumentorum apponere, tamquam antiquiſſimum monumentum, quod *Leone PP.* (id eſt perpetuò) *Aug. quartùm & Probiano V.C. Coſſ.* id eſt anno Chriſti CCCC LXXI conditum eſt, ut ex Caſſiodoro, Marcellino Comite, aliiſque faſtis conſtat. In multis obſervatu dignis non leviter præterire licet id quod legitur de libro *Comite*, qui Hieronymo adſcribitur ante annos octingentos; certè auctorem Hieronymi æqualem aut ſupparem habet, ex hac charta.

II.

Chlodovei Magni diploma de conditione cœnobii Miciacenſis apud Aurelianos.

Ex Spicilegii tomo 5.

Circa annum 508.

CHLODOVEUS *Francorum Rex vir inluſter. Tibi venerabilis ſenex* EUSPICI, *tuoque* MAXIMINO, *ut poſſitis & hi qui vobis in ſancto propoſito ſuccedent, pro noſtra dilectæque conjugis* C *& filiorum ſoſpitate divinam miſericordiam precibus veſtris impetrare; Miciacum concedimus, & quidquid eſt fiſci noſtri intra fluminum alveos, per ſanctam confarreationem & anulum inexceptionaliter tradimus, & corporaliter poſſidendum præbemus abſque tributis, naulo & exactione, ſive infra, ſive extra Ligerim & Ligerinum, cum Querceto & Salicto & utroque molendino. Tu verò,* EUSEBI *ſancte, religionis catholicæ Epiſcope, Euſpicy ſenectam fove, Maximino fave; & tam eos, quàm poſſeſſiones eorum in tua parochia ab omni calumnia & injuria præſta liberos. Neque enim nocendi ſunt, quos regalis affectus proſequitur. Idem agite, ô vos omnes ſanctæ catholicæ religionis Epiſcopi. Vos ergo, Euſpici & Maximine, deſinite inter Francos eſſe peregrini: & ſint vobis loco patriæ in perpetuum poſſeſſiones, quas donamus in nomine ſanctæ, individuæ, æqualis, & conſubſtantialis Trinitatis.*

Ita fiat ut ego CHLODOVEUS *volui.*

D EUSEBIUS *Epiſcopus confirmavi.*

III.

Anſemundi & Anſleubanæ charta in gratiam Remilæ filiæ ſuæ pro conditione parthenonis apud Viennam.

Ex chartario Viennenſi à D. d'Herouval communicato.

Anno 520.

D*omnæ filiæ* REMILÆ, *vocabulo* EUGENIÆ, ANSEMUNDUS, *& conjux dilecta mea* ANSLEUBANA. *Non habetur incognitum, qualiter fratres ſenatu nobilis Viennenſis res noſtras Deo tibique tradidimus ut monaſterium quod Deo vovimus, ad ſepulturam noſtram inde conſtrueres, in honore ſancti Andreæ apoſtoli, quod nos jam feceramus in honore ſancti Petri in Bello-campo foras portam civitatis, & tu infra de facultate noſtra & foras oſſa ſanctorum Dei requieſcerent. Damus au-* E *tem ad hoc opus integrum cortilo hereditatis noſtræ non longè à loco, qui dicitur Martis-totum, quod infra vel foras civitatem hereditario jure poſſedimus; & quidquid ibi nobis obvenit legibus, ut ſanctis feminis monaſterium ibi conſtituas, & ex ordine vivant, quos ſanctus* LEONIANUS *ſancto monaſterio urbis noſtræ inſtituit, ubi ſoror noſtra* EUBONA *Abbatiſſa præeſt: cujus in inſtitutione nutrita & ipſum.... altario matris Viennenſis eccleſiæ, ſicut nos voviſſe non dubitas, inſtrumentis factis, abſque mora conſignat, ut mater noſtra Viennenſis eccleſia inde noſtra heres fiat. Conſignamus tibi ad hoc opus omnes res noſtras illas, exceptas quas matri eccleſiæ & ſancto Petro per teſtamentum legavimus, & illas quas heredibus dimittimus: alias totas poteſtati tuæ concedimus, ut votum noſtrum inde impleas, & Deo perfecta placere valeas,*

Ego SERVILIUS, *jubente Domno meo* ANSEMUNDO *& Domna mea* ANSLEUBANA, *ſcripſi, roboravi anno* VIIII *regnante Domno* LOTARIO.

F

NOTATIO.

NEMO non exiſtimet, has litteras pertinere ad regnum Lotharii ſive Imperatoris, ſive Regis. at conſtat eas conditas fuiſſe *regnante Chlothario*, qui in chartario Viennenſi, unde exemplum noſtrum accepimus. *Lotharius* ſcribitur pro more temporum recentiorum. Id verò patet ex diplomate Ludovici Pii, quod ex eodem chartario eruimus, in quô hæc verba leguntur. *Proinde comperiat omnium fidelium noſtrorum induſtria, qualiter vir venerabilis* BERNARDUS, *Viennenſis eccleſiæ Preſul, veniens ad noſtram ſerenitatem, detulit nobis inſtrumenta chartarum, per quæ Anſemundus, & conjux ſua Anſleubana, & filia eorum Remila, vocabulo Eugenia, monaſterium ſancti Andreæ ſubterioris ſancto Mauricio condonaverunt & tradiderunt; atque prædicti conditores ob firmitatis ſtudium ſanctæ Leoniano conſignaverunt, & ſub poteſtate & ordinatione*

Epiſcopi eccleſiæ Viennenſis & ſucceſſorum illius utili actione omni tempore remaneat. Inſuper & præcepta priorum Regum oſtendit, THEUDERICI *ſcilicet &* GUNTRAMNI, *per quæ ipſi ſancto Mauricio confirmaverunt firmiùs ad habendum. Sed prædictus Bernardus Epiſcopus retulit celſitudini noſtræ, ipſum monaſterium propter cupiditatem malorum hominum, ab eadem eccleſia ſubtractum*, &c. *Data* v *Non. Martias anno Chriſto propitio* XVIII *imperii Domni Hludovici ſereniſſimi Auguſti Ind.* IX. *Actum Aquiſgrani palatio regio.* Ex his manifeſtum eſt, iſtius parthenonis conditionem referendam eſſe ad ſæculum VI. Quapropter hoc inſtrumentum, à V. Cl. Stephano Baluzio in Appendice Capitularium jam editum, hîc recudere viſum eſt ad probandam chartarum antiquitatem: cui adſtipulatur Ludovicus Pius, recenſens præcepta Theuderici & Guntramni. A

IV.

Ex chartario Capellæ in pago Bituricenſi.

Pactio ſeu commenſuratio & commutatio aliquot prædiorum, quæ ad Theodilanam matronam pertinebant in pago Lemovicino cum Maurino & Audegiſelo Optimatibus. B

Anno 632.

PLacuit atque convenit inter viro illuſtri LANDEGISILO, *qui ad vicem illuſtræ matronæ* TEUDILANÆ *Gabregabalio in territorio Lemovicino ſitum ad terram demenſurandam vel dividendam inter partem jam dictæ matronæ &* MAURINO *&* AUDEGISELO, *vel conſortes eorum juxta ut præceptio glorioſiſſimo domno* DAGOBERTO *Regi ad viro inluſtri* BARONTO *Comite data edocet, pars memoratæ matronæ proſequente jam dicto viro Landegiſelo duas partes juxta convenientia præſentia loquebatur recepit. Hoc eſt tabula prima de loco illo ubi terminus qui ad viros illuſtris* GAINOALDO *& Baronto Comitis ex ordinacione dominica fuerat circuitus, de loco illo ubi terminus, qui de verſus Rovariâ monaſterio venit, ubi cubito verſus Ebrolocino facit; & deinde per ipſo termino uſque in fluvio Auſonæ; & deinde per ipſo fluvio uſque rio qua eſt Salmagnaria & votodio lupimiano; &* C *per alio latus de juxta ipſa villa Fornolus per canale quæ verſus palude, quod eſt ſuper Salmagnaria, vadit uſque memorato loco, ubi terminus ipſe cubitum facit, unde priùs tabula ipſa mota fuit. Simili modo & alia tabula ad parte jam dictæ matronæ Teudilanæ de verſus villa Fornolus uſque ad terminum Vallarienſe uſque decuſas, quod per demenſuratione ubi decuſas poſitas ſunt, & de illo loco per latus ſimiliter ſigna vel decuſas terminato ordine per loco qui dicitur ad Pratellus & de illo loco ad Caſtaneolo ad petras duas, & deinde ad fonte Morſorſa: de illo verò loco ad Cumba, ubi de fronte ubi decuſas poſitas ſunt, cum manſiones quod dicitur Alpini, quod ipſe Maurinus vel conſortes ſui tenuerunt, & factus illos ubi Maretemus ſervus ipſorum manſiſſe viſus eſt. Itaque acceperunt Maurinus & Audegiſelus vel conſortes eorum tertia tabula, quod ab uno latere ſubjungit ad ſupra ſcripta tabula, & à fronte ad terminum, qui de verſus Rovaria vel de palude, ubi fons Varatum conſurgit, per ipſum terminum uſque ubi cubitum facit, & deinde in antea verſus palude ſuper Salmagnaria aripennos octo, ubi ſigna poſita ſunt, & de alio latus per memorato rio Varatione* D *uſque ad terminum Valarenſe, in qua pagina ſunt manſiones, conciſa veterina & rotaricias, & refuſum eſt ad tabula prima de pagina illa quæ de verſus Rovaria monaſterio de ipſa rem indiviſo remanſerat ad parte ſupradicta matrona Theudilane, quod eſt inter Varacione & alio rio, qui de verſus ipſo monaſterio conſurgit una cum ſilva vel culturas aripennos ſexcentos; & quod deſuper reſedunt accepit idem Landegiſelus, aripennos* CCXX *& ad parte jam dictorum ad tabula inter ipſos rios per loca ubi decuſas poſitas ſunt uſque ad rotaricias, & pro eo quod tabula jam dicto Maurino verſus termino Vallarenſe longior fuiſſet, ubi reciſolenæ factus fuerat & ſogas octo reciperat, refuderunt à parte ſupraſcripta matronæ Theudilane juxta villa Fornolus factus ille ubi Bitus ſervus jam dictorum manſiſſe viſus eſt, quas tabulas per jam dicta vel demenſurata loca cum ſilvas, culturas, vel prata unaquaque parte conſtante ad integra accepiſſet ab invicem ſibi tradidiſſe. Iuxta itaque partes per Patrem & Filium & Spiritum-ſanctum, vel per ſalutem Principum, cujus nunc poteſtatem regimur,* E *nulla pars contra parte de ſupra ſcriptis aut heredibus eorum nullo umquam tempore eſſe ventūs. Quod ſi qua pars de placito reſillire voluerit, aut contra ſupra ſcripta definitione ambulare conaverit, inferat parte ſtatuta ſerviant una cum fiſco auri libras decem, argento pondo viginti, & hæc convenientia inter ipſis conſcripta nullo umquam tempore per nullo ingenio poſſit caſſari, ſed perpetualiter firma & inviolata permaneat ſtipulatione ſubnixa. Factum pactum ſub die* XII *Kal. Iulias anno* IIII *regni Domni noſtri Dagoberto Regis. S.* † *vir illuſtris* LANDEGISILO, *qui ad vicem Theodilanæ matronæ emiſit.* † MAURINUS *pactionem ſeu convenentiam noſtram ſubs.* AUDEGILUS *pro parte conjuge mea pactionem ſeu convenentiam noſtram ſubſ.* ... EMIUS *pro parte conjuge meæ pactionem ſeu convenentiam noſtram ſubſ.* FURICIUS *ad vicem conjuge meæ pactionem ſeu convenentiam meam ſubſ.* SIMPLICIUS *pro teſtimonio rogitus à ſupra ſcripto hanc convenentiam ſubſ.* BARONTUS *ſubs.* ACOLENUS *rogitus à ſupraſcriptos hanc convenientiam pro teſtimonio ſubſcripſi.* F

NOTATIO.

HÆc charta eſt Theodilianæ ſeu Theodetrudis matronæ, cujus epiſtola ſeu donatio, Dodoni Abbati S. Dionyſii inſcripta, exſtat apud Dubletum pag. 653. Utraque hæc charta legitur in chartario Capellæ, (qui Prioratus eſt in pago Bituricenſi, cœnobio Dionyſiano ſubjectus) per V. Cl. Antonium Herovallium nobis communicato. Tempore prior eſt charta edita apud Dubletum, in epiſtolæ formam condita ſub hac inſcriptione. *Domino noſtro & in Chriſto venerabili patri Dodone Abbati, unà cum fratribus ſuis, baſilica ſancti Dionyſii deſervientibus, Theodetrudis ſive Theodila filia Brodulfo.* Sic verò deſinit. *Actum ad baſilica ſancti Dionyſii, ſub die*

xii *Kal. Majas*, *anno* xliii *regni domni noſtri* Chlotarii *Regis*. Ex quo intelligitur, baſilicam Dionyſianam à monachis excultam fuiſſe ante Dagobertum Regem, qui eam ita munificentia ſuâ auxit & locupletavit, ut monaſterii primus auctor à poſteris meritò habitus ſit.

V.

Dagoberti Regis Præceptum, quo monaſterio Dionyſiano villam Iticiniſcoam concedit.

Ex autographo corticeo.

Anno 632.

DAGOBERCHTUS *Rex Francorum Viris Inluſtribus* WANDELBERTHO *Duci*, RAGANRICO *domeſtico & omnibus Agentibus præſentibus & futuris .... promerere æterna, vel de caduca ſubſtantia erogandum locrari gaudia ſempiterna. Igitur nos reipſa conſiderantes prout in æternum vel alequantolum mereamur juſtorum eſſe conſortes, villa cognomenante Iticinoſcoam*, in pago Pariſiaco, qui fuit* LANDERICO *&* GA.. NERICO *germanis & addicionebus ... e vel meritum ad baſileca domni Diunenſi Martheris pecoliaris patroni noſtri, ubi ipſe pracioſus domnus in corpore requieſcere vedetur .... dem devoti ſumus per tempora bona propitiante Domino impartire præſencialiter plena devotione viſi fuemus conceſſiſſe. jubentes etenim vol....reis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquarumve decurſibus à die p... qualiter ab ipſis... dominetur, vel ad fiſco noſtro præſente nunc tempore in Dei nomine poſſedetur ex indulgentia noſtra ad ipſa ſancta Baſileca conceſſa quæ.. à. dicione percipiant ſpecialius .... ti pauperis inibi conſiſtentebus pro regni ſtabiletate vel remedium animæ noſtræ abſque ullius in poſtmodum refragatione temporebus debeat profecere, & ut fiat ut dum nos ad Clero vel pauperes ac ipſo loco ſancto conſiſtente... au.. ſ.. a vel in aliquantolum .... omne .... incommoda generetur. Et ut... tam aü'..... tempora inviolabolem capiat firmetatem, manus noſtræ ſubſcriptionebus infra ...* DAGOBERCTHUS *Rex ſubs.* DADO *optolit. Datum dies quindecem, anno decimo regni noſtri in Dei... Clipiacco.*

* Eſcoüen.

Notatio.

Ex variis, quæ in archivo Dionyſiano habentur, Dagoberti diplomatibus, unum hîc tantùm exhibemus, quod & apud Dubletum deeſt, & in indubitato autographo habetur in papyro Ægyptiaca ſcriptum, nec integrum legi potuit ob materiæ caducitatem, uti nec duo Chlodovei ſecundi, relata in libro v.

VI.

Palladii Epiſcopi Autiſiodorenſis charta pro fundatione monaſterii ſancti Juliani Autiſſiodorenſis.

Ex archivis ejuſdem parthenonis.

Anno 634.

A*nno octavo regni Domni* DAGOBERTI *Regis, Indictione ſeptima, in nomine Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus-ſancti.* PALLADIUS, *quamvis peccator & fragilis, ſanctæ Autiſſiodorenſis eccleſiæ Epiſcopus, omnibus Dei fidelibus & in chriſtiana veritate perſeverantibus pax perpetua & ſalus æterna in Domino Ieſu-Chriſto Redemtore noſtro. Magnum & mirabile donum Dei eſt, cùm de temporalibus & tranſitoriis atque caducis rebus præmia acquiruntur in cœlis ſine fine manſura. Vnde ego ſpem magnam & fiduciam habens in Domino, cogitavi ut aliquod memoriale Deo devovere, & ad perfectum deducere non tardarem. Propterea cognoſcat omnis ſancta Dei eccleſia & omnes ejus miniſtri, tam Sacerdotes & Confeſſores, quàm & laici ordinis utriuſque ſexus, meis laboribus propriis & impenſionibus pro vita æterna promerenda & chriſtiana religione amplificanda, me cellam ſive cœnobium in ſuburbano Autiſſiodorenſi conſtruxiſſe in baſilicis tribus, id eſt Domnæ Mariæ perpetuæ virginis, & Domni Andreæ Apoſtoli, & ſancti Iuliani martyris cum oratorio ſancti Ferreoli & ſancti Martini, annuente & conſolante domino noſtro* DAGOBERTO *piiſſimo Rege: ordinavi & ſtatui, qualiter ibi ſanctimoniales puellæ & viduæ Domino deſervire ſinceriter debeant, deputans quaſdam res ex ipſa eccleſia Epiſcopatus ſancti Stephani, quæ mihi indigno commiſſus eſt, eidem addens inſuper tres agros nobiliſſimos, quos mihi præfatus domnus Dagobertus ſua largitione conceſſit, id eſt Mitiganna* in territorio Senonico cum omnibus appendiciis ſuis; & in territorio Autiſſiodorenſi Vincella* ſuper Icaunam* fluvium. ſimiliter in eodem pago Truciacum*, cum omnibus jure ad ſe pertinentibus. De rebus autem eccleſiæ meæ ordinavi, ut ibi deſervire debeant: in pago Autiſſiodorenſi villam quæ dicitur Vallis*, & Clamiciacum*, quam dominus* DESIDERIUS *Papa* ex Godino & ejus heredibus per pecuniam viſus eſt recepiſſe; & in pago Avalenſe Coloniam Auduniacam, & in territorio Senonico Campo-baſſum; in pago quoque Trecaſſino agellum nuncupatum Rulliacum* & in territorio Tornodorenſi Criacus. In pago Betorico tertiam partem agri quod vocatur Siſſima, ad luminaria concinnanda; reliquas duas partes ad lumen eccleſiæ ſenioris ſancti Stephani reſervatas. Ad hoc autem procurandum & interſecus divina religione ſtabiliendum, res quaſdam militares, & ſervitutes eccleſia mea exercendo,* ANDEGISUM *venerabilem Diaconum conſtituimus. Deinde hoc addentes, ut ſingulis diebus in baſilicis tribus ſingulas Miſſas abſque reliquo officio ſanctarum horarum & diurnali Miſſa cum oblationibus & orationibus celebrare non deſinant... Quinta verò feria omnibus hebdomadibus cum litaniis & crucibus omnis illa congregatio ad baſilicam ſeniorem ſancti Stephani infra muros venire non deſinat, & ibi Miſſas celebrent... In primis pro domino noſtro piiſſimo Rege Dagoberto & ejus nobiliſſima ſtirpe*

* Migranna.
* Vincelle.
* Yonne.
* Tracy.
* Vaux.
* Clamecy.
* id eſt *Epiſcopus.*
* Rully.

tam præterita, quàm futura, & omnibus Chriſtianis Regibus, & pro me peccatore & omnibus anteceſſoribus & ſucceſſoribus meis, qui in hac ſancta ſede ſederunt, vel ſedere habebunt; & pro omni populo ſancto Dei. Si quis verò (quod futurum eſſe non credo, niſi Deus fieri permittat) qui hanc religionem & eleemoſynam de mea parvitate inſtitutam deſtruere præſumſerit, aut de poteſtate hujus eccleſiæ Pontificis abſtrahere vel minuere de his quæ ſupra diximus, vel quæ Deus ibi augere voluerit, diabolicâ plenus nequitiâ auferre tentaverit; quæque ille ſublimis vel mediocris perſona exſtiterit, convocamus contra eum cælum & terram, omnes Angelos & Archangelos, Prophetas & Patriarchas, Apoſtolos, & martyrium ſancti Stephani & ſancti Iuliani, & cum omnibus Martyribus, Confeſſoribus & Virginibus & omnibus Sanctis Dei: quatenus in primis iram Dei incurrat, & ab omnibus Sanctis alienus exſiſtat, & inferni cum vorago excruciet; & cum Dathan & Abiron, & cum Anania & Saphira & Simone Mago ſententiam judicii æterni incurrat, niſi condignam emendationem fecerit, tollatur ne videat gloriam Dei, neque remittatur illi in præſenti ſæculò, neque in futuro.

Pallapius *quamvis peccator & fragilis Epiſcopus ſubſcripſi.*

A B

Notatio.

In his litteris, quas cum aliis non paucis mihi ſubmiſit R. P. Philippus Baſtidus in ſancti Germani apud Autiſſiodorum ex noſtris Prior, obſervatione digna eſt cum primis epocha regni Dagoberti in Burgundia, ſcilicet annus octavus cum Indictione ſeptima comparatus. Indictio reſpondet Chriſti anno DC XXXIV. quo annus Dagoberti in Auſtria ſeptimus in octavum deſiit. Ex quo intelligitur, aut Indictionem octavam hoc loco reponendam eſſe: aut Chlotharium anno DC XXVII exeunte deceſſiſſe, cui Dagobertus continuo in regnum Burgundiæ ſuffectus eſt, ante ſexennium Auſtriæ à patre impoſitus. Præterea in ſuperiori Palladii inſtrumento notandum eſt id quod legitur de proceſſione Sanctimonialium, qualibet feria quinta, ad majorem eccleſiam ſancti Stephani. qua de re lege quæ in actis ſancti Tetrici Epiſcopi aliàs adnotavimus. C

VII.

Ex autographo corticeo.

Chlodovei junioris diploma, quo monaſterii Sancti Dionyſii libertatem confirmat.

Anno 653.

CHLODOVIUS *Rex Franc.* ------ *V. Inl. Oportit dimenciae princepali inter ceteras peticiones illud quae p● ſalute adſcribetur, vel pro timore divini nomenis poſtolatur, placabeli audito ſuſcipere, & ad effectum perducere, ut fiat in mercide conjunccio, dum pro quiete ſervorum Dei vel congruencia locis venerabilebus impertitur peticio. Igetur dum & omnipotens Pater qui dixit de tenebris lumen ſplendiſcere, per incarnacionis miſtirium unigeniti fili ſui Domini noſtri Ieſu-Chriſti vel inluſtrationem Spiritus-ſancti inluxit in corda Sanctorum, pro cujus amore & deſiderio inter citeros glorioſos triumphos marterum beatus Dioniſius Leutherius & Ruſtecus meruerunt palmam victuriae, & coronam percipere glorioſam, ubi per multa tempora in eorum baſileca, in qua requieſcere videntur, non minema miracola Chriſtus per ipſos videtur operare, in quo eciam loco genetores noſtri Domnus* Dagoberthus *& Domna* Nanthechildis *videntur requieſcere, ut per interceſſionem Sanctorum illorum in caeleſti regno cum omnibus Sanctis mereant participari, & vitam aeternam percipere. Et quia ab ipſis principebus vel à citeris priſcis regebus vel aeciam a Deo timentebus Chriſtianis hominebus ipſe ſanctus locus in rebus propter amorem Dei & vita aeterna videtur eſſe ditatus, & noſtra integra devocio & peticio fuit, ut apoſtolicus vir* Landericus *Pariſiaci aecleſiae Epiſcopus privilegio ad ipſum ſanctum locum Abbati vel fratrebus ibidem conſiſtentebus facere vel confirmare pro quiite futura deberit, quo facilius congregationi ipſi licerit pro ſtabilitate regni noſtri ad limena Marterum ipſorum jugeter exorare; hoc ipſe Pontefex cum ſuis quoepiſcopis juxta peticionem devocionis noſtrae pleniſſemam volontatem præſtitiſſe vel confirmaſſe dinuſcetur. Nos ergo per hanc ſeriem autoretatis noſtrae, juxta quod per ſupra dictum privilegium a Ponteficebus factum & preſtetum eſt, pro reverencia ipſorum marterum, vel noſtra confirmanda mercide, per hanc autoretatem jobemus, ut ſi qua ad ipſum locum ſanctum in villabus, mancipiis, vel quibuſcumque rebus adque corporebus, a priſcis Principebus ſeo genetorebus noſtris, vel à Deum timentebus hominebus propter amorem Dei ibidem delegatum, aut deinceps fuerit addetum, dum ex munificentia parentum noſtrorum (ut dixemus) ipſe ſanctus locus videtur eſſe ditatus, nullus Epiſcoporum, nec praeſentes, nequi futuri fuerint ſucceſſores, aut eorum ordenatores, vel qualibet perſona, poſſit quoquo ordene de loco ipſo alequid auferre, aut alequa poteſtate ſibi in ipſo monaſth.... vel alequid quaſe per commutacionis titolum, abſque volontate ipſius congregacionis vel noſtrum permiſſum minoere, aut calices vel crotes, ſeo indumenta altaris vel ſacros codeces, argentum aurumve, vel qualemcumque ſpeciem de quod ibidem conlatum fuit aut erit, auferre aut menoare, vel ad civetate deferre non debeat nec praeſumat: ſed liciat ipſi ſanctæ congreg.... per rictam delegacionem conlatum eſt, perpetem poſſedere, & pro ſtabiletate regni noſtri jugeter exorare: quia nos pro Dei amore vel pro reverencia ipſorum ſanctorum marterum & adhepiſcenda vita aeterna hunc beneficium ad locum ipſum ſanctum cum conſilio Pontefecum & inluſtrium virorum noſtrorum procerum gratiſſemo anemo & integra volontate viſe fuemus præſtetiſſe, eo ſcilecit ordene, ut ſicut tempore domni genetoris noſtri ibidem pſallencius per turmas fuit inſtetutus, vel ſicut ad monaſthirium ſancti Mauricii Agaunis die noctoque tenetur, ita in loco ipſo celebretur. Quam virò autoretate decrivemus Chriſtum in omnebus*

D E F

A *nobis ſubfragantem ut firmior habeatur, & per tempora conſervitur, ſubſcripcionebus manus noſtrae infra roborare.*

CHLODOVIUS *Rex ſubſcripſi.* BEROALDUS *obtul.*

AUNEMUNDUS *peccator conſenciens ſubſcripſi. In Chriſti nomine* CHAOALDUS *conſenciens ſubſcripſi.* RAURACUS *peccator conſenciens ſubſcripſi.* LAUDOMERUS *conſenciens ſubſcripſi.* AECTHERIUS *peccator conſenciens ſubſcripſi. † In Chriſti nomine* ELIGIUS *Epiſcopus ſubſcripſi.* RICOALDUS *peccator conſenciens ſubſcripſi.* RIGOBERCTHUS *peccator Epiſcopus ſubſcripſi. † In Chriſti nomine* LANDERICUS *acſi peccator Epiſcopus ſubſcripſi.* VVLFOLEUDUS *peccator ſubſcripſi.* PALLADIUS *peccator conſenciens ſubſcripſi.* CLARUS *in Dei nomine Epiſcopus conſinſi & ſubſcripſi. ....encta.... peccator conſenciens ſubſcripſi.* ....ACOR *peccator conſenciens ſubſcripſi.* AMALBERCTHUS *conſinſi & ſubſcripſi.* VVANDALMARUS *conſinſi & ſubſcripſi.* ATHILDUS *conſinſi & ſubſcripſi.* SIGHICHELMUS *conſinſi & ſubſcripſi.* CHADBEDO B *conſinſi & ſubſcripſi.* VVARNACHARIUS *conſinſi & ſubſcripſi.* VVLDERADUS *conſinſi & ſubſcripſi.* GANCTULFUS *conſinſit & ſubſcripſit.* BOBO *conſinſi & ſubſcripſi.* DESIDERATUS *conſinſi & ſubſcripſi.* GAUCIOBERTUS *Diaconus hunc privilegium ſubſcripſi. † In Chriſti nomine* GAERECHRAMNUS *Diaconus ſubſcripſi.* BODOLEVUS *ſubſcripſi.* EBROINUS *ſubſcripſi.* RAGENOBERTUS *ſubſcripſi.* ARNEBERCTHUS *ſubſcripſi. Signum † vir inluſt.* RADOBERTO *Maj. dom.* AEGYNARUS *ſubs. Signum † vir inluſt.* MERULFO. *Signum † vir inluſt.* BERTECARI....*Signum † vir inluſt.* AIGULFO *Com. palat. Signum †* .... CHRADOBERTUS *ſubſcripſi.* OCHELPINCUS *ſubſcripſit. Signum † vir inluſt.* AUSTROBERTO. *Signum †* GAERINUS *juſſus ſubſcripſi.* EBRULFUS *ſubſcripſi.* INCRINUS *ſubſcripſi. Signum † vir inluſt.* PROBATO. *Signum †* GUNDOBERTO. *Signum † vir inluſt.* ERMENRICO *Dom. Signum † vir inluſt.* MADALFRIDO. CHALDO † *ſubſcripſi.* RADO *ſubſcripſi.* AUDERDUS *vir inluſt. atque Patricius ſubs.*

Datum ſub dii X *Kal. Iulias an.* XVI *regni noſtri Clipiaco in Dei nomine fel.*

C

NOTATIO.

Hoc privilegium primùm editum eſt à Dubleto in hiſtoria Dionyſiana, dein à Sirmundo in tomo ſecundo Galliæ Conciliorum, ſed cum aliquo diſcrimine: tum quia Sirmundus plures ſubſcriptiones atque emendatiores exhibet: tum quia ſtili barbariſmos pleroſque corrigit. Placuit hæc correctio eruditiſſimo Cointio, qui eaſdem Chlodovei litteras denuo protulit in tomo tertio Annalium, ſublatis utique orationis vitiis: ratus, præceptum iſtud *conſulto* D *depravatum* à Dubleto, *ut chartam inſinuaret antiquiorem ac potiori dignam fide*. At vitia illa, non Dubleti depravationi tribuenda eſſe, ſed ſæculi genio, conſtat tum ex Marculfi formulis à V. Cl. Stephano Baluzio integritati reſtitutis: tum ex iis, quæ initio libri ſecundi ſuperius diximus.

De hujuſce diplomatis auctoritate ita mentem ſuam apetit Cointius ad annum 653 num. XXXVI. *Præceptum Clodovei Regis adeo conſentaneum eſt formulæ Marculfi, ut nullam in eo falſitatem aut interpolationem eſſe ſentiamus.* Tum comparato diplomate cum formula Marculfi, ita ſubdit. *Præcepto ſeu conceſſioni regiæ nemo ſubſcribebat præter Regem, ejuſque Referenda-* E *rium. Quapropter expunctis Epiſcoporum ac Procerum ſubſcriptionibus; quæ lapſu temporis interpolatæ fuerunt, Clodovei præceptum hoc exitu claudendum arbitramur.* [*Quam auctoritatem .... infra roborari. Chludovius Rex ſignavi. Ego Geroaldus obtuli & ſignavi. Data ſub die* X *Kal. Iulii &c.*] *Hac ratione*, inquit, *ſolvuntur omnes objectiones, quibus critici Præceptum Clodovei Regis impugnant.* Verùm litteris regiis aliquando ſubſcripſiſſe Epiſcopos & Proceres, manifeſtum eſt ex iis quæ adduximus in libri ſecundi capite XXI. Deinde omnem dubitationem eximere debet integrum hujuſce diplomatis ſpecimen, quod ſuperiùs exhibuimus cum genuinis ſubſcriptionibus omnium Epiſco- F porum & Optimatum. Præterea Monachus Dionyſianus in libello de geſtis Dagoberti, & Aimoïnus harum ſubſcriptionum mentionem faciunt, laudantque ſanctos nonnullos, qui ex ſubſcribentium numero fuerunt. At potior eſt Hilduini Abbatis auctoritas in autographo indubitato de partitione bonorum monaſterii ſui, inferiùs edendo; ubi memorat tum Landerici privilegium Dionyſianæ eccleſiæ conceſſum: tum præſentem Chlodovei confirmationem, cujus diploma dicitur *roboratum manibus Sanctorum, qui uſque hodie*, ait Hilduinus, *miraculis coruſcant.* Ex his unus eſt Rado, quem aliàs cum Adone eumdem eſſe ſuſpicabar.

Porro hoc Chlodovei diploma hîc recudimus duabus ex cauſis.

Prima eſt, ut ſpecimen ejus in æs inciſum (quod integrum exhibere viſum eſt ad comprobandam Præcepti auctoritatem, & ad conſervandam ſcripturæ fugientis memoriam) faciliùs legi poſſit. Quapropter illud cum ſuis nævis atque vitiis ſincerè hîc repræſentamus. Altera eſt, ut mendas, quæ in ſubſcriptionibus apud Sirmundum & Dubletum irrepſerunt, nonnullas tollamus.

Ceterum in hoc diplomate obſervanda ſunt nomina S. Dionyſii ſociorum: quorum primus nominatur Eleutherius, contra quàm in ſubjecto diplomate Theoderici Calenſis, & in aliis paſſim de more. Deinde Epiſcopos plerumque in ſubſcriptionibus abſtinuiſſe à recenſione ſedium ſuarum, maximè in litteris ſynodicis, immo etiam non raro in ipſis actis Conciliorum. Ex Gallicanis id conſtat de Valentino I apud Sirmundum tomo I pag. 19, de Regenſi pag. 69, de Arauſicano I pag. 75., de Lugdunenſi I pag. 204, de Arelatenſi IV pag. 209, de Carpentoratenſi pag. 212, de Arauſicano II pag. 221, de Vaſenſi II pag. 227. quibus adde Pariſienſe III pag. 317, & epiſtolam Synodicam Concilii Turonenſis II pag. 345. Hoc refero ad refellendam cenſuram viri docti in Propylæi num. 124. Jam verò præmiſſis Epiſcopis ſedes ſuas aſſignare juvat. Primus ſubſcribit Aunemundus Lugdunenſis, aliis malè Munemundus. dein Chaoaldus, qui in vulgato Adonis Martyrologio Caoëldus, Viennenſis. Rauracus Nivernenſis. Ætherius Ebredunenſis. Eligius Noviomagenſis. Rigobertus Turonenſis. Landericus Pariſienſis. Vvlfoleudus (pro quo Drogleudus Dubleto, Sirmundo Droglendus) Bituricenſis, qui in editis Vvlfoleudus dicitur. Palladius Autiſiodorenſis. Clarus Gratianopolitanus. Armentarius Senonenſis. Aliorum ſedes ignoramus.

VIII. A

Ex autographo Dionyſiano.

Chrothildis matronæ charta de conditione monaſterii B. Mariæ apud Brogarias in pago Stampenſi, in quo neptem ſuam MUMMOLAM conſtituit Abbatiſſam.

Anno 670.

.....ere & quid prudenciore conſilium ut nom ...... & terrena ſubſtancia transferat in cæleſtia ſicut
Dominus prædara voce intonat: Teſſauriciate vobis teſaurus in cælo, ubi nec fur efudit, nec eruco
rubigenat, nec tinia ſulcat. *Iggitur in Dei nomine* CHROTHILDIS *cogitans qualiter peccatorum meo-*
rum facinora poſſem abſtergere, & ad æterna gaudia pervenire, lecit in cunctis pauperebus bene tri-
buendo poteſta..... ma adebiſci remedium: ſed tamen juxta quod ſcriptum eſt, date elemoſena &
omnia munda ſunt vobis, *præcipui ad domeſticis fedei, & illud,* Facite vobis amicus de mammona B
iniquitatis qui vos recipiant in æterna tabernacola. *Et alibi:* Beati pauperis ſpiritum, quoniam ipſorum
eſt rignum cælorum; *nihilomenus bonum eſt pro cunctorum neceſſetatibus lebenter manum porregere; ſed*
ad tale bona maximè oportit ſubſtantia tranſagendi conferrere ſeptam monaſtiriæ habetationis ſtruere,
vel de æterna tabernacola debiant ad beneficia rebus reſpondere, præcipui ubi chorus ſanctorum virge-
num jugiter medetationum carmena devota mente Domino canuntur, in loco ubi decernit, conſtruere,
in quorum honore ditatur ipſorum ante Domino interceſſio ſpiretur. Et ideo in Dei nomine & in honore
ſancti Mariæ genetricis Domini noſtri Ieſum-Chriſti, & citerorum Sanctorum, quorum pignora in ipſo
monaſtirio habentur, in loco noncopante Brocaria, ſitum in pago Stampenſe prope de fluviolo URBIA,
afflante Chriſto monaſtirium puellarum devota mente decrivi fundare, ubi nepte mea MUMMOLAM
inſtituemus Abbatiſſam: ea verò racione, ut ſub evangeleca & apoſtholeca tradicione, & Regola ſan-
ctorum Patrum, perpetuis temporebus ipſa & ſucceſſoris earum in loco tramete debiant vitam perfrui, C
& pro felicitatem Regum vel ſtatu aecleſiæ & pro animæ mea remedium Domini miſericordia adten-
ciùs deprecare: & præcipui, ut nulla monacha in eodem monaſtirium quippiam peculiare præſumat; ſed
ſint illis omnia communia. Ad locum ſanctum vel prædicta congregationem cedo ad die præſente, &
ceſſumque in perpetuo eſſe volo, & de jure meo in jure atque domenacione ſancti Mariæ & ſpunſarum
Chriſti prædicto locum conſeſtentis trado atque transfundo, hoc eſt ipſo agro Brogaria, in quo monaſti-
rio Chriſto præſoli conſtruxi, duas partes de ipſa villa, tam ex Luctuoſo, quàm undique ad nos pervi-
nit, volemus ut proficiat; & medietatem de loco noncopante Pladano, ſicut jam dixi, tam ex Luctuo-
ſo, quàm undique ad noſtra domenatione pervinit, volimus ut ad ipſo ſancto loco debiat pervenire.
Semeleter & locello cognomenante Fontaneto, quantum inibi ad præſens tam ex Luctuoſo, quàm undi-
que mea regit..... tas & ad nos undecunque nuſcetur perveniſſe: dum inluſtri viro CHARICHAR-
DO, *ſe nos ſuperſtitis eſt, poſt noſtrum opetum delegavemus, ut dum advivit, hoc poſt ſe poſſediat,* D
& poſt ſuum & noſtrum diſceſſum ſemeleter & de ipſo locello medietatem volemus ut ad ipſo mona-
ſtirio in ante dicto loco debiat revertere, cum domebus, ædificies, accolabus, mancipiis, vineis, cam-
pis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſebus, adjecenciis, appendiciis, farinariis,
gregis cum paſtorebus, movele & immovele, utriuſque ſexus, & omne meretum eorum ad ipſa loca ad-
ſpicientes, qualiter ſuperius eſt intimatum, ad ipſum ſanctum monaſtirium proficiat perennis tempore-
bus. Et hæc omnia ſuperius comprehenſa ad ipſo ſancto loco poſt noſtrum tranſetum præſentaliter rever-
tatur. Et cùm Abbatiſſa ejuſdem loci de hoc ſæcolum fuerit evocata, quem cuncta congregatio unani-
miter bene Rigolâ compertâ eligerint, in loco ipſius ſoceſſor inſtituatur. Et adhuc perpenſavemus pro ea
oportunetate, ut mercis noſtra qualiter ſuperius intemavemus perpetuis temporebus debiat proficiſcere,
de omnis res noſtras quid in ſupraſcripta loca in hanc pagenam deliberacionis, quem pro animæ noſtræ
remedium deligavemus, quid ſupereſt heredis noſtri propinquioris adſumant; & ſe venerit & neceſſi- E
tas, quod in parte ſua acciperit, aligenare alicubi, non habiat poteſtatem hoc faciendi, niſi ad illo
Rectore qui de ipſo monaſterio in ſupraſcripto loco cuſtos eſſe videtur, & inibi ad ipſa ſancta congre-
gatione in augmentis ſocedat. Et ſe alequa ſtrumenta cartaſve contra præſentem deliberacionem, quam
ſpontania voluntate pro animæ noſtræ remedium fieri rogavemus, venire temtaverent, aut oſtenſas fue-
rint: nec eas feci niſi in ſupraſcripto viro CHARICHARDO, *nec fieri rogavi. Et ſe inventas fuerint,*
nullo modo obteniant vicorem: ſed ubi & ubi oſtenſas apparuerunt, vacuas & inanis permaniant. Si
quis verò (quod futurum eſſe non credo) ſi ego ipſa, aut aloqui de heredebus vel proheredebus meis, vel
quiſlibet opoſeta perſona contra præſentem deliberacionem venire conaverit; iram ſancti Trinetatis incur-
rat, & à lemenebus ſanctarum eccleſiarum excomunis apariat, & inſuper inferat ſocio fiſco auri libras
viginti, argenti pondo quinquagenta, & nec ſic valiat vendecare quod expetit. Et ſe alequi de here-
debus noſtris ad diæ præſente deliberacione noſtra, quod divina pietas nos facere commonuit, infran- F
gere voluerit; res quas de hereditatis noſtræ ad ipſum pervenire potuerant, amittat, & ad prædictum
ſanctum monaſtirium perveniant, & ibidem ſemper proficiat in augmentis, & hæc deliberacio omne
tempore firma & inviolata permaniat.

Signum † inluſtris Deo devotæ CHROTHILDE, *qui hanc deliberacionem pro animæ noſtræ remedium fieri rogavemus, manu propria firmavemus.*

In Chriſti nomine AGILPERTUS *acſi peccator Epiſcopus ſubſcripſi. Signum † vir inluſter* ERMENRIGO. VANINGO *ſubſcripſi.* GHISLEMARUS *rogetus ſubſcripſi.* GHISLOBERTHUS *ſubſcripſi.* GADROALDUS *peccator ſubſc.....* DCHARDUS *rogitus ſubſcripſi. Signum †* BETTOLENO. ANSOBERTUS *ſubſcripſi. Signum* CHILDEBRANDO. BERTINUS *rogitus ſubſcripſi. Signum* CHRAMNINO. ...RDOBERCTHUS *rogetus ſubſcripſi. Signum* GÆLERAMNO. MUMMOLENUS *rogetus à ſupraſcriptis ſubſcripſi.*

A ſubſcripſi. RAGNEINNUS ſubſcripſi. CHRODECARIUS. Abba ſubſcripſi. Signum † GUNTRIGO. Signum A URSINO. Signum † CHRODOBARDO. Signum † ECHARIGO. Signum † ERCHENRIGO. Signum † MAUROLENO. URSINIANUS ſubſcripſi.

(Datum) MORLACAS vico publ. quod fecit minſis Marcius dies decim ann. XVI regn. Domini noſtri CHLOTACHARIÆ glorioſiſſimi Regis.

FRIGOBERTUS rogante & præſente Chrothilde privil. ſubſcripſi.

NOTATIO.

VIDE hujus chartæ ſpecimen in libro V. Agilpertus erat Epiſcopus Pariſienſis, Chrodecarius Abbas hic fuit
B Corbeïenſis, diverſus ab alio cognomine cœnobii B. Mariæ ad Ligerim, de quo in charta Agirardi Epiſcopi Carnutenſis, infra: exſtinctus Theoderico Rege ſuperſtite: cujus principatu Erembertus in regimen cœnobii Corbeïenſis Chrodecario ſeu Rotgario ſubrogatus eſt. Vaningus, Ghiſlemarus, aliique, qui his litteris ſubſcribunt, primores ſunt Francorum, in hiſtoria Francica aliunde noti. De Brogarienſi parthenone pagi Stampenſis hic agitur, id eſt de ejus conditione. Eſt autem Brogaria ſeu Brogariæ, vulgo *Bruyeres le Châtëau*, vicus diœceſis Pariſienſis in pago Stampenſi, ſitus inter duos amnes, ſcilicet Urbiam, *l'Orge*, & Remandam, *Remande* haud procul à Caſtris oppido, *Chaſtres*. Nullum inibi ſupereſt virginum cœnobium: ſed in altera Brogaria, ejuſdem diœceſis, ad prioris diſcrimen *Alta* dicta, ubi cœtus eſt Sanctimonialium Ordinis Fontis-Ebraldi. De alterutra Brogaria mentio eſt in charta Theodoldi Comitis infra, ſub anno XXX Caroli Magni.

IX.

C Theoderici filii Chlodovei Regis præceptum de Villis Saucitho, Muntecellis &c. Chainoni Diacono Dionyſiano conceſſis. Ex autographo.

Anno 678.

THEUDERICUS *Rex Francorum Vir inluſter. Meritò illi noſtri jovamen vel conſolacione percipeunt, qui erga noſtris partibus fidilis eſſe inveniuntur. Idioque cognuſcat magnetudo ſeu utilitas veſtra, quod nus manſellus alicus in loca nuncopantis Saucitho, Muntecellis ſeu & Abniti, ubi Saxo ſervos commanire viditur, quem Decta relicta* CHRODOBERTO *quondam in concambio de homene, nomine Eligio, nuſcitur recipiſſe, vel de comparato ibidem habuit, venerabilis vir* CHAINONE *Diacono plina & integra gratiâ viſi fuemus conceſſiſſe. Quapropter hunc preceptum ſpecialiùs decernemus ordenandum, quod in perpetuum volumus eſſe manſurum, ut ante dictus Chaino abſque veſtra aut cu'uſlibet contrarietate ex noſtra indulgentia ipſus mancellus in ſupraſcripta*
D *loca, ſicut ſuperius eſt inſertum, quicquid ipſa Decta de concamio vel de comparatho aut de qualibet contracto nuſcetur habuiſſe vel poſſediſſe, hoc ad integrum cum quibuſlibet beneficys habiat conceſſum adque indultum, vel in ſua domenatione hoc liberè recipere ad poſſedendum: & quicquid exinde facere voluerit, liberam in omnebus cum Dei & noſtra gratia habiat poteſtatem. Et ut hæc autoritas firmiorem obteniatur vigorem, manus noſtri ſubſcriptionebus eam ſubter decrivemus roborare. † In Chriſti nomene* THEUDERICUS *Rex ſubſcripſi.*

DROCTOALDUS *juſſus optulit.*

Datum quod ficit minſis September dies XII, *anno* V *rigni noſtri Marlaoo in Dei nomine feliciter.*

X.

E Ejuſdem Placitum de Chramlino Epiſcopo Ebredunenſi in Synodo publica depoſito, & facultate eidem conceſſa res ſuas poſt degradationem retinendi. Ex autographo Dionyſiano.

Anno 678.

THEUDERICUS *Rex Francorum, viris inluſtrebus* AUDOBERCTHO & ROCCO *noſtris Patriciis, ac omnebus Ducis, ſeu Comitebus, vel Actorebus publicis. Dum & Epiſcopos de rigna noſtra, tam de Niuſter, quàm & de Burgundia, pro ſtatu accleſiæ vel confirmacione pacis ad noſtro palatio* MARLACO *villa juſſemus advenire; & aliqui ex ipſis, qui in fidelitate noſtra fuerant inventi, per eorum cannonis fuerant judecati; inter quos adfuit* CHRAMLINUS *filius* MIECIO *quondam, qui Aepiſcopatum* ÆBREDUNO *civitate habuit; inventum eſt, quòd ſua præſumtione, vel per falſa carta, ſeu per revellationis * audacia, ſed non per noſtra ordenacione ipſum Aepiſcopatum reciperat;* * rebellionis.
F *etiam nec ſicut eorum cannonis contenent, ad ipſum benedicendum ſollemniter Epiſcopi non adfuerunt. Unde* GENESIO, CHADUNE, BLIDRAMNO, LANDOBERCTHO & TERNISCO, *qui metropoli eſſe videntur, vel reliqui quamplures Epiſcopi ipſus judicantis, in noſtri præſentia fuit conſciſſus, adquè de ſupradicto Epiſcopato rejectus. Ideo nus unà cum conſilio ſupraſcriptorum Ponteficum vel procerum noſtrorum complacuit, quatenus dum ſecundum cannonis in ipſo ſenodale conſilium fuerat degradatus, res ſuas proprias pertractavemus, pro mercidis cauſa, perdere non dibirit: ſed quod exinde facere voluerit, unà cum ſupraſcriptus patribus noſtris taliter præcipemus, ut hoc licentiam habiat faciendi. Et poſtia ſua peticio fuit, ut ipſum in monaſthyrio ſancti Dioniſiae peculiaris patruni noſtri, ubi ipſi precioſus in corpore requieſcit, vel ubi* CHARDERICUS *Abba praeſſe viditur, ſub opidiencia vel ſub regolare ordene diebus vita ſui converſare debiret. Et dum perpetuò exſilio fuerat judicatus, miſericordiâ muti, unà cum conſilio ſupraſcriptorum Ponteficum peticionem ſuam viſi fuimus priſtetiſſe,*

Proinde per præſente præceptum ſpecialiter decernimus ordenandum, ut res ſuas neque vos, neque juniores ſeu ſoccesſores veſtri, nec quiſlibet contradicere vel minuare, nec contangere, nec infiſcare non præſummatis: ſed per hanc auctoretate plinius in Dei nomene confirmatus liciat ei per noſtro permiſſo res ſuas, ubi & ubi voluerit, donare, aut deligare, vel quicquid exinde facere voluerit, liberam & firmiſſemam in omnibus habiat poteſtatem. Et ut hæc auctoritas firmior habiatur, manus noſtræ ſubſcriptionebus ſubter eam dicrevimus roborare. A

† *In Chriſti nomene* THEUDERICUS *Rex ſubſcripſi.*

AGHLIBERTUS *recognovit.*

Datum medio menſe September, annum V *rigni noſtri, Marlaco in Dei nomine feliciter.*

NOTATIO.

INSIGNIS hæc charta de Chramlini Ebreduñenſis Epiſcopi dejectione, quæ antehac ignorata eſt, immo Chramlinus ipſe ignotus. Hîc ſubſcribunt Metropolitani quinque, Geneſius Lugdunenſis, Blidramnus Viennenſis, Landeberchtus Senonenſis, Terniſius ſeu Ternaſius Veſontionenſis, & Chadunus, incertæ ſedis, fortaſſe Arelatenſis, vel Aquenſis, neſcio an idem qui Chadoënus, cujus ſubſcriptio exſtat in Synodo Rotomagenſi ſub Ansberto. Datum eſt hoc diploma Marlaci, de quo in libro IV, ubi Epiſcopi & Proceres juſſu Regis *pro ſtatu Eccleſiæ vel confirmatione pacis*, quæ nimirum ſancita eſt poſt prœlium illud, quo Theodericus cum Dagoberto Auſtraſiorum Rege de finibus regni dimicavit. Tempus rectè conſentit. ſiquidem prœlium iſtud revocatur ad annum DCLXXIX, qui Theoderici quintus fuit à morte Childerici fratris. Convenit etiam locus Marlaci in confinio Campaniæ & Burgundiæ. De hac expeditione agere videtur Childebertus, ipſius Theoderici filius, in ſubjecto Præcepto de Hordinio villa pagi Belvacenſis. *Ante hos annus*, ait Childebertus, *quando genetur noſter Theudericus quondam Rex partibus Auſter hoſtileter viſus fuit ambolaſſe &c.* De conſciſſione veſtis epiſcopalis in depoſitione Epiſcoporum lege vitam ſancti Leodegarii Epiſcopi Æduenſis. B

XI. C

Ex autogarpho Dionyſiano.

Theoderici item Placitum de villa Bactilione-valle in pago Belvacenſi.

Anno 680.

THEUDERICUS *Rex Francorum vir inluſter. Cùm ante hos dies in noſtra vel procerum noſtrorum præſentia Compendio in palatio noſtro reſideremus; ibique veniens fimena, nomine* ACCHILDIS, AMALGARIO *interpellavit dum diceret, eo quod porcione ſua in villa noncobante Bactilione-valle, quem de parte genetricis ſuæ* BERTANÆ *quondam ligebus obvenire debuerat, poſt ſe malo ordene retenirit. qui ipſe Amalgarius taliter dedit in reſpunſis, eo quod ipſa terra in prædicto loco Bactilione-valle de annos triginta & uno inter ipſo Amalgario vel genetore ſuo* GAELTRAMNO *quondam ſemper tenuerant & poſſiderant, ſic ei ob hunc à noſtris Procerebus ipſius Amalgario fuiſſit jodecatum, ut de novo denominatus aput ſe ſua mano ſeptima dies duos ante iſtas Calendas Iulias in Oratorio noſtro ſuper cappella domni Martini, ubi reliqua ſacramenta percurribant, hæc dibiret conjurare, quod antedicta terra in prædicto loco Bactilione-valle inter ipſo Amalgario vel genetore ſuo Gaeltramno de anno triginta & uno ſemper tenuiſſint & poſſediſſint, nec eis (diger) numquam fuiſſet, nec alius exinde non redibirit, niſi edonio ſacramento. Sed veniens ante dictus Amalgarius ad ipſo placito Luſareca in palatio noſtro, unà cum hæredis ſuos ipſo ſacramento juſta quod eidem fuit judicatum, & noſtras æqualis præceptionis locuntur, in quantum inluſter vir* DRUCTOALDUS *Com. palatii noſter teſtimoniavit, ligaliter viſus fuit adimpliſſit, & tam ipſe quàm Hamedia ſua dilinguas eorum derexiſſint. Propterea jobimus, ut ipſa porcione in prædicto loco Bactilione-valle, unde inter eus orta fuit intencio, memoratus Amalgarius contra ipſa* ACCHILDE *vel ſuis heredibus omne tempore abiat evindecata.* D

AUDIMBERTUS *recognovit.* E

Datum ſub die ſegundo Kalendas Iulias, annum VII *rigni noſtri, Luſareca in Dei nomine feliciter.*

NOTATIO.

IN hoc Placito adverte ſacramentum factum *in Oratorio* Regis, ſuper *cappella Domni Martini, ubi reliqua ſacramenta percurrebant.* Idem legitur in ſubjecto Placito Childeberti de Latiniaco prope Vernum contra Grimoaldum Majoremdomus: ubi *ſex homines de Verno, & ſex de Latiniaco bonæ fidei in Oratorio ſuo ſeu capella S. Martini deberent conjurare.* Oratorium hoc regium fuiſſe ac portatile puto; eoque referendum quod habet Monachus Sancti-Gallenſis in libro primo de vita Caroli M. cap. IV de capella regia: *quo nomine*, inquit, *Francorum Reges, propter cappam Sancti Martini, quam ſecum ob ſui tuitionem & hoſtium oppreſſionem jugiter ad bella portabant*, SANCTA *ſua appellare ſolebant.*

XII. F

Ex autographo.

Ejuſdem Præceptum de carris S. Dionyſii per omnem Galliam à teloneo exemtis.

Circa annum 688.

THEUDERICUS *Rex Francorum, viris inluſtrebus omnibus Agentibus tam præſentebus quàm & futuris. Decet regale climenciæ ea quæ pro profectum accleſiarum pertenit, libenter præſtare, & effectui in Dei nomine mancipare. Ideo cognuſcat magnetudo ſeu utilitas veſtra, quòd nus ad monaſterio peculiaris patroni noſtri Domni Dioniſiæ, ubi ipſe precioſus in corpore requieſcit, ubi venerabilis vir* CHARDERI[illegible]S *Abba cuſtus præeſſe viditur, ad beneficium viſe fuimus conceſſiſſe de quantacumque carra, ubi pro oportunetate ipſius baſilica vel neceſſitate fratrorum tam in Niuſtreco, quàm in*

A *Auſtrea vel in Borgundia ambolare aut diſcurrere videntur, tam carrale, quàm de navigale, nullus quiſlibet de judicibus noſtris vel de tellonearis nullo tilloneo de ipſa carra exigere, nec requirire non præſumatur. Quapropter per præſentem decernimus hac jobimus præceptum, & perpetuo volomus eſſe manſurum, ut neque vos, neque juniores ſeu ſucceſſores veſtri, neque quiſlibet de judiciaria poteſtate acinctus, ipſo tilloneo de omnia carra ipſius monaſterie Domni Dioniſii, tam carrale, quàm navigale, per rigna Deo propicio noſtra, tam in Niuſtreco, quàm Auſtrea vel in Burgundia, ubi de ipſo monaſtirio vel de ejus villis, tam ambolandum, quàm revertendum perrexiſſent, nec per civetates, nec per caſtella, nec per portus, nec per exitus, ubi & ubi, telloneos exigetur; nec pontatico, nec portatico, nec pulviratico, nec rotatico, nec ſalutatico, nec ſiſpetatico, nec qualibet redebitione, quod exinde fiſcus noſter ſperare poteſt, nullatenus quoque tempore quiratur nec exigatur, niſi omnia ex omnebus ad ipſa baſilica domni Dioniſiæ in ejus lumenarebus nos mercides conpendio va-*
B *liat eſſe conceſſum atque indultum & ibidem perpetualiter valiat proficire in augmentis.*

SIGULFUS *recognovit.*

NOTATIO.

Hoc diploma, tametſi autographum, notis chronicis deſtituitur: ſed tamen datum eſt eo tempore, quo Theodericus monarchiâ potiebatur. Sub finem legitur, *nullatenus quoque tempore quiratur*, ubi ſyllaba *re* geminari debuerat ad verbum extremum: uti & ſupra in charta X, *in fidelitate*, pro *in infidelitate*.

XIII.

Theoderici item præceptum de Latiniaco villa, monaſterio S. Dionyſii conceſſa.

• Ex autographo.

Anno 690.

C THEUDERICUS *Rex Francorum vir inluſter. Dum & nobis divena pietas ad legitema ætate fecit pervenire, & in ſolium rigni parentum noſtrorum ſuccidire oportit, nobis & condecit pro ſalute animæ noſtræ cogitare dibiamus. Idioque veſtra cognuſcat induſtria, quod nos pro ſalute animæ noſtræ, unà cum conſilio Ponteficum vel Obtimatum noſtrorum, villa nuncopanti Latiniaco, quæ ponitur in pago Meldequo, qui fuit inluſtribus viris* EBROINO, VVARATTUNE, & GHISLEMARO *quondam Majoris domos noſtros, & poſt diſceſſum ipſius* VVARATTUNE *in fiſco noſtro fuerat revocata: nos ipſa villa de fiſco noſtro ad ſugeſtione præcelſæ Reginæ noſtræ* CHRODOCHILDE, *ſeo & inluſtri viro* BERCHARIO *Majorem domos noſtra, ad monaſthirio ſancti domni Dioniſiae, ubi ipſi precioſus in corpore requieſcit, & venerabilis vir* CHAINO *Abba cum norma plurima monachorum ad laudis Chriſti canendas in ordine ſancto ibidem adunata præeſſe vidiatur, pro remedium animæ noſtri plena*
D *& integra gracia propter rem illa in loco qui dicitur Siliacos, qui fuit Arulſo quondam, & ibidem uſque nunc ad ipſo Latiniaco aſpexit, quem Apoſtolico viro Domno* GODINO *Epiſcopo per alia noſtra præceptione conceſſemus, in reliquo virò ad integrum ipſa villa Latiniaco ad ipſo monaſthirio Domni Dioniſiæ die preſenti viſi fuimus conceſſiſſe. Quapropter per hunc præceptum noſtrum decernemus ordenandum, & perpetualiter volemus eſſe manſurum, ut ipſa villa ſuperius nomenata Latiniaco, cum terris, domebus, mancipiis, acolabus, viniis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, farinariis, aquis, aquarumve decurſibus, peculiis utriuſque generis ſexſus, cum adjacenciis, adpendiciis, vel reliquis quibuſcumque beneficiis, omnia & ex omnebus rem exquiſita, ſicut ad ſuperſcriptas perſonas fuit poſſeſſa, vel poſtia in fiſco noſtro revocata, cum omni integritate vel ſolidetate ſua ad ſe pertenentis vel aſpicientis prepter ſupraſcripta rem in Siliaco, qui fuit ipſius Arulſo vel jam dicto Pontefici, per noſtra precepcione conceſſemus: in reliquo viro prædicta villa Latiniaco ad integrum ſub emunetatis nomine abſque introitus judicum memoratus Chagno Abba ad parte prædicti monaſtheri ſui ſancti Dioniſiæ per hanc noſtram ceſſione in*
E *lumenarcbus ipſius baſilici habiat conceſſa atque indulta: & deinceps in poſtmodum nec de parte de fiſci noſtri, nec ad quamcumquelibet perſona, nec per inſtrumenta cartarum, nec per quolibet ingenium, ipſa villa de ipſo monaſthirio nullatenus abſtrahatur nec auferatur: ſed ſicut ſuperius diximus, pro noſtra mercide ibidem in perpetuo in Dei nomine proficiat in augmentis: quo fiat ut & nobis ad mercidem perteniat, & ipſis ſervis Dei qui ibibem deſervire vidintur, delectit pro animæ ſalutem vel rigni noſtri conſtancia adtencius Domini meſericordia depreſare. Et ut hæc præcepcio juſſio noſtra firmior habiatur & melius per tempora conſervitur, manus noſtri ſubſcripcionebus ſubter eam decrivemus roborare.*

† *In Chriſti nomine* THEUDERICUS *Rex ſubſcripſi.*

VVLFOLAËCUS *juſſus optol. & ſubſc.*

Datum ſub die tertio Kal. Novembris, annum XVI *rigni noſtri Conpendio, in Dei nomine feliciter.*

F

NOTATIO.

De alio Latiniaco vide Placitum Childeberti Regis infra. Godinus hîc memoratur Epiſcopus: at plures tum fuerunt Epiſcopi ejus nominis, nempe Godinus Lugdunenſis, item Gaudinus Sueſſionenſis, & forſan alii nonnulli. Mallem hîc Pariſienſem aut Meldenſem, ſi quis eo nomine præditus occurreret. At cùm nullus in vulgatis indicibus inveniatur; potiùs id referendum puto ad Lugdunenſem, de quo agit Childeberti Regis Præceptum inferiùs edendum de villa Napſiniaco, itemque libellus de vita S. Boniti Epiſcopi Arvernenſis. Memorabile eſt hîc primò, quod Majoresdomus in uſus ſuos derivabant regias poſſeſſiones, quæ eis mortuis in fiſcum denuo revertebantur. Secundo, quod Latiniacus cœnobio Dionyſiano attribuitur *unà cum conſilio Ponteficum & Optimatum*. Tertiò, Bercharium (quem vulgati libri Bertharium dicunt) anno Theoderici ſextodecimo adhuc Majoremdomus fuiſſe; ac proinde hanc conceſſionem factam eſſe, ſi non ante, ſaltem paullo

poſt pugnam Textriciacenſem, poſt quam Bercharius interfectus eſt. Niſi ſi Theodericus eo mortuo id fecit, cujus faciendi auctor Bercharius adhuc vivens & inſtigator fuerit. Quartò denique hîc fieri accuratam Latiniaci prædii per partes enumerationem: quâ de re in libri ſecundi capite VII egimus. A

XIV.

Ex autographo mutilo.

Anno 690.

Vandemiris V. I. charta & Ercambertæ ejus uxoris de donationibus factis in complura monaſteria & eccleſias.

. . . .
conferre debemus, unde in futurum veniam miſericordiæ animis noſtris..... donamus donatumque in
perpetuo eſſe volomus ad baſilica domnæ Stephanæ in Pariſius, ubi domnus SIGOFRIDUS *Pontefex præeſſe* B
veditur, villa cognomenante in pago Camliacenſi cum omne merito vel ageciencias & ſoledetates ſuas,
ſicut à nobis præſente tempore eſt poſſeſſum. Simile modo donamus ad monaſterio domnæ . . . . pred . . . ata
Abbatiſſa præeſſe veditur, villa cognomenante Gelinorcurti, in pago Camiliacenſi, cum omne integrita-
te vel merito ſuo, ſicut & nos . . . . vedimus. Pare modo donamus ad baſilica domnæ Germanæ, ubi vir
venerabilis LANDEBERTUS *Abba præeſſe veditur, villam cognomenante Fraxineto, in pago . . . . .*
vel quidquid præſente tempore quieto ordine à nobis ibidem eſt poſſeſſum. Simile modo donamus ad ba-
ſilica Domnæ Vincente, vel domni Germani, ubi vir venerabilis AUDCHARIUS *Abba præeſſe veditur,*
villas cognomenantis Oxma in pago Dorcaſſino, Noviodio in pago Andegavino, cum omne intigritate
& . . . . . . tutum & ad integrum, ſicut à nobis præſente tempore eſt poſſeſſum. Pare modo donamus
Vuambuniacas in pago Beloacinſi ad baſilica domnæ . . . . . NOALDUS *Abba præeſſe veditur, tutum &*
ad integrum cum ageciencii vel adpendiciis ſuis, ſicut à nobis præſente tempore eſt poſſeſſum. Dona- C
mus . . . . venerabilis VANDREMARUS *Abba præeſſe veditur, villa cognomenante Gomario-villa, in*
pago Stampinſi, cum omne integritate vel merito ſuo ageciencias, vel adp . . . . . ſicut à nobis præſente
tempore eſt poſſeſſum. Simile modo donamus ad Domno Chriſtivilo Moniſtirio puellarum in Pariſius; ubi
LANDETRUDIS *Abbatiſſa præeſſe veditur, ... Noviliaco in pago Camiliacinſi. In Dei nomine dona-*
mus Gundulfocurti in pago Camiliacinſi, Premiaco in pago Aurelianinſi ad baſilica pretioſi domnæ . . .
(Dioniſii martyris ubi) ipſi in corpore requieſcit, & venerabilis CHAENO *Abba præeſſe veditur, cum*
omne integritate vel ſoleditates eorum, ſicut à nobis præſente tempore . . . . . ad moniſterio Aolino-villa,
ubi vir venerabilis VIGUR *Abba præeſſe veditur, villa cognominante Villare, in pago Oxminſi, cum*
omne merito & integretate .... Ponamus in Dei... ad monaſterio Portmauro, ubi vir venerabilis AMAL-
CARIUS *Abba præeſſe veditur, locello cognomenante Alticio in pago Maceracius, cum omne integritate...*
quicquid à nobis præſente tempore ibidem eſt poſſeſſum. Simile modo donamus Badenaco ad Funtanellæ D
ad domno Petro, ubi domnus LANDOINUS *corpore requies . . . . agecenciis vel adpendiciis, tutum & ad in-*
tegrum ſicut à nobis eſt poſſeſſum. Donamus ad baſilica Domnæ Petri . . . ubi vir venerabilis . . . . .
cognominantis Iſpaldis in pago Vilcaſſino, Brinnaco in pago Ebricino, Ararnio in pago Oximinſi, Oci-
ciaco in pago Oximenſi, Cormilias, ... quicquid ibidem nos præſente tempore poſſedire vedi-
mur. Donamus in Dei nomine ad Domno Deſiderio, ubi vir venerabilis ADROALDUS *Abba præeſſe*
veditur . . . . . . ubi venerabilis vir CARONE *Abba præeſſe veditur, in pago Ebricino cum omne*
merito ſuo, ſicut à nobis præſente tempore eſt poſſeſſum. Donamus ad... villa cognominante... in pago Lexui-
no, cum omne integritate vel merito ſuo, ſicut à nobis præſente tempore eſt poſſeſſum. Donamus in Dei
nomine.... Priſciaco in pago Camiliacinſi ad domno Martino in ipſo Priſciaco, ubi venerabilis vir FA-
RULFUS *Abba præeſſe veditur, ubi ſepulturas noſtras ibidem habimus recondetas. . . . . . . dedero,*
& . . . habit humana fragiletas in iſta hic. . . . . quod Deus advertat de nobis non contingat, E
dulciſſema conjux mea ERCAMBERTA *ſtante iſta omnia quod ſuperius diximus, ſe nos ſuperſtitis ade-*
rat, & Deo ſi vovirit, villas cognominantes Lubariaci in pago Oxminſi. . . . . ſino villare ſuperiore in
pago Lexoino, Colzo in pago Lexuino, Cambrimaro in pago Lexuino, Cacidraco in pago Cilimanico,
Abaciaco in pago Cilimanico, ut jam dixi dulciſſima conjux mea Ercamberta ſe mihi ſuperſtites fue-
rit, ſupraſcriptas villas tam de parte ſua quàm & de parte noſtra in ſua faciat revocare domena-
tione, & moniſterio ubi ſe eligerit d(egere) . . . . re . . . futuris temporebus ad ipſo monaſterio præ-
dictas villas debiant proficere in augmento. Et ut hæc delibiratio noſtra, quem pro animis noſtris dare
decrevimus . . . . . . per tempora conſervitur, ſicut.... it reſervata..... ad heridis noſtros, villas cogno-
minantis Redoniaco & Miſcello in pago Cadrocino, Ocello & Baciaco, ... ſtante iſta omnia quod ſuperius
comuni conveniencia ficimus, convinit ut qui pare ſuo ſuperſtetis aderat, res pare ſuo poſſedire debirit
ut ne . . . . mercidem amborum ad loca ſanctorum delegare debiret. Unde duas epiſtulas uno F
tenore conſcriptas inter nos fieri & firmare convinit . . . . . Pariſiaci ubi Apoſtholicus domnos & Pa-
ter noſter SIGOFRIDUS *præeſſe veditur, recondatur: & alia eo modo conſcripta, qui de nos pare ſuo*
ſuperſtetis aderat habir . . . . dio vixerit, quarta parte reſervavimus. Si quis virò. . . .
(quod futurum eſſe non credo) ſe noſmetipſi aut aliquis de heredibus noſtris . . . . contra præſentem de-
liberationem noſtram Deus ibi .... contrario quoque tempore vinire aut infrangere voluerit, in primitus
iram trini mageſtatis incurrat ub . . . . domnis ſanctis, quorum reliquiæ in ſæpefatas ba-
licas inſertæ eſſe nuſcuntur, & ab omnebus ecclesiis excommunis apariat, nec hic nec in futuro ve-
niam p . . . . rere non poſſit. una cum ſocio fiſco auri libras cento, & argento pondo ducenta quoa-
ctus exſolvat; & qui repetit, nullatenus valiat evindicare. Et hæc deliberatio . . . . noſtra duce
Deo omni quoque tempore firma & inviolata permaneat, ſtipulacione pro omne firmitate ſubnexa. Actum

Camiliaco vico publico quod ficit minſis . . . . ann. XVII *rigni domni noſtri Theuderice glorioſiſſimi Regis.*

Ego in Dei nomine VANDEMIRIS *hanc epiſtola à me facta religi & ſubſcripſi.* ERCAMBERTA *ſubſcripſi,* GHRANNO *ſubſcr. Signum* + *viri inluſt.* AURELIO. *Signum* † BOSONE. AURONIUS *rogetus à ſupraſcriptis hancepiſtolam ſubſcripſi. Signum* † BOSITTONE. *Signum* † CHLODOALDO. *Signum* † INGOBERT. *Signum* † GAMARDO. *Signum* † GANDULFO.... *ſubſc. Ch.... ſubſ.*

NOTATIO.

EGREGIUM antiquitatis monumentum, cujus ſpecimen ſuo loco exhibuimus: ſed dolendum magnopere, quod integrum non ſit autographum, aliqua ex parte lacerum. Ex eo quippe intelligitur, non ſolùm quantæ Vandemiris fortunæ fuerint, quanta pietas: ſed etiam quot fuerint monaſteria in urbe & pago Pariſiacenſi. Primum nominatur cœnobium *S. Germani*, quod corruptè dicitur *Domnae Germanae*, illud ipſum (ut conjicimus) quod nunc dicitur *S. Germani Autiſiodorenſis*, vulgo, *S. Germain l'Auxerrois*: ubi modò Canonici degunt. Secundo loco legitur baſilica *Domnae Vincente vel Domni Germani*, quæ modò S. Germani à pratis dicitur: ubi tum præerat Abbas AUDEHARIUS, quem indices noſtri Autharium dicunt, & primum hujuſce loci Abbatem perperam ſtatuunt: cùm primus cenſendus ſit Droctoveus, ut inferiùs dicemus. Nomina duorum ſubſequentium monaſteriorum abſciſſa ſunt. Quid ſit Criſtivilum puellatum cœnobium, uti & *Portmaurus*, ignoramus. niſi fortè Criſtivilum ſit S. Aureæ parthenon, à B. Eligio fundatus. Notum eſt S. Dionyſii monaſterium cum Chainone Abbate: nota & baſilica S. Petri apud Pariſios, quæ modò S. Genovefæ nuncupatur: & S. Petri, modò S. Mauri, Foſſatenſe monaſterium notiſſimum. Fontanella Landoini hic differre videtur à Fontanella Vvandregiſili in pago Caletenſi. Monaſterium ad Domnum-Martinum modò eſt Prioratus Sanctimonialium Benedictinarum, ad Iſeram, ſub titulo S. Martini: prope vicum Priſciacum, *Precy*, in diœceſi Bellovacenſi. Denique Sigofridus Epiſcopus erat eccleſiæ Pariſiacæ, quæ tunc S. Stephano ſacrata erat. Vide infra Placitum Caroli M. de monaſterio Placicio: quo in Placito præter S. Stephanum B. Maria & S. Germanus inter ejus eccleſiæ patronos recenſentur.

XV.

Chlodovei III Placitum, de lite Chainonis Abbatis Dionyſiani contra Ermenoaldum Abbatem.

Ex autographo Dionyſiano & Sæc. 3. Bened.

Anno 692.

CHLODOVIUS *Rex Francorum vir inluſter. Venientis agentis baſilicæ domni Dionyſii, ubi ipſe precioſus domnus in corpure requiiſcit, & venerabilis vir* CHAINO *Abba praeſſe videtur, Noviento in palatio noſtro; ſuggeſſerunt, eo quod itemque venerabilis vir* ERMENOALDO *Abbati ante hus annus vaddio pro olio milli quingentas liberas & vino bono modiis cento pro* ANSEBERCTHO *Epiſcopo ipſi Chaino Abba ei commendaſit, & taliter ipſi Ermenoaldus ſpondediſſet, ut hoc ei dare & adimplire deberet, & hoc mineme ficiſſet. Vnde & ante dies per eorum noticias paricolas ante domno* SYGOFRIDO *Pontefeci placita inter ſe habuerunt, ut medio minſe Aprile jam præteriti & ipſi Ermenoaldus Abba pauderis homenis ſua mano quarta ante ipſo Pontefici, aut hoc conjurare debirit, quod ipſo vuaddio de mano memorato Chainone Abbati nunquam adchramiſſit, nec hoc ei dare & adimplere ſpondediſſet: quod ſe menime faciebat, argento libras dece ad ipſo diae ei dare debirit. quod ſe hoc non faciebat poſtia iſtas Kal. Madias jam præteritas ante nus debirent conjungire, & inſpectas coram noticias eorum in terra de hac cauſa debirent deducire rationis. Vnde & per ipſas eorum noticias paricolas taliter inter ſe placitum habuerunt initum. Sed venientes ad eorum placitum ipſi agentis jam dicto Abbati Noviento in ipſo palatio noſtro, per triduo ſeu per pluris dies, ut lex habuit, Placitum eorum viſi ſunt cuſtudiſſent, & ipſo Ermenoaldo Abbati abjectiſſent vel ſolſadiſſent, ipſi nec veniſſit ad Placitum, nec miſſo in vice ſua derixiſſit, nec nulla ſonia nunciaſſit adfirmat. Proinde nus taliter una cum noſtris Procerebus conſtetit decreviſſe, ut ſe videntur per eorum notitias paricolas taliter inter ſe pro hac cauſa Placitum habuerunt initum, & inluſter vir* VVARNO *Comis palatii noſtri teſtimuniavit, quod memorati agentis jam dicto Chainone Abbati Placitum eorum ligebus cuſtodierunt, & ſupraſcriptus Ermenoaldus Abba Placitum ſuum cuſtodire neclixit; jobemmus ut quicquid lex loci veſtri de tale cauſa edocit, memoratus Ermenoaldus Abba partibus ipſius agentibus ad parte ſupraſcripti Chainone Abbatis vel baſilicæ ſui domni Dionyſii omnemodis vobis diſtringentibus componire & facere non recuſit.*

AGNILUS *recogn.*

Datum quod ficit minſis Madius dies quind. anno ſecundo rigni noſtri, Noviento in Dei nomine feliciter.

NOTATIO.

HOC Placitum recudere viſum eſt tum ob antiquitatem, tum ob erratum in nomine Sygofridi Epiſcopi Pariſienſis, cujus loco *Ingofredo* legeram in autographo: & loco *Agnili* Referendarii in ſubſcriptione legeram *Chlodovius.* qui Agnilus itidem *juſſus* ſubſcribit ſequenti diplomati: ex quo apparet, eum ſummum Referendarium non fuiſſe.

XVI. A

Ex autographo Dionyſiano & Sæc. 3 Bened.

Anno 692.

Chlodovei ejuſdem Præceptum, quo monaſterium Dionyſianum à teloneis & aliis vectigalibus eximit.

CHLODOVEUS Rex Francorum vir inluſter. Dum ante hus annus proavus noſter domnus DAGOBERCTHUS condam Rex ſolidus cento eximtis de Maſſilia civetate, ſicut ad cellario fiſci potuerant eſſe exactati, ad baſileca peculiaris patroni noſtri domni Dioniſii, ubi ipſi precioſus in corpure requiiſcit, & venerabilis vir CHAINO Abba præeſſe viditur, per ſua præceptione conceſſiſſet, & parens noſter SIGEBERCTHUS, ſeu & habuncoli noſtri CHLOTHARIUS & CHILDERICUS, etiam B *& genetur noſter THEUDERICUS condam Regis, per eorum præceptionis hoc ibidem conceſſerunt vel confirmaverunt, & taliter in ipſas præceptionis videtur habere inſertum, ut tam in ipſa Maſſilia, quàm & per reliqua loca in regna noſtra ubicumque telleneus, portaticus, pontatecus, rotatecus, vel reliquas reddebutionis à judicebus publecis exigebantur, de carradeci qui hoc inferre videntur, ad Miſſus ipſius baſileci nullatenus requireritur nec exegiritur, niſi hoc in omnibus annis ſingolis habirent conceſſum. Ideoque præſenti urdinatione vobis omnino jobemmus atque ſuper omnia demandamus, ut quomodo miſſi ipſius baſileci domni Dionyſii vel memorato Chaenone Abbati ad vos venerint, ipſas ſoledus cento exemtis ſecundum conſuetudinem in cellario abſque ulla mora vel delatione, juxta quod urdo cadaboli fuerit, eis omnemodis daretur adinplire faciatis: & de ipſa carradeci qui hoc inferrire vedintur, nec in ipſa Maſſilia, nec per reliqua loca in rigna Deo propicio noſtra nullo telleneo, nec portatico, nec pontatico, nec rotatico, nec nullas reddebutionis, nec* C *vos, nec junioris veſtri, nec quiſlibet de parte fiſce noſtri requerire nec exactare penetus non præſumatis. Vidite ut aliud ob hoc non faciatis, ſe gratia noſtra optatis habire propicia.*

AGNILUS *juſſus recog.*

Datum quod fecit menſis Junius dies quinque, anno ſecundo regni noſtri, Noviento feliciter.

XVII.

Ex autographo Dionyſiano.

Anno 692.

Ejuſdem Placitum de Hildulfo-villa, Buxito, Bacio ſuperiore & ſubteriore.

CHLODOVIUS Rex Francorum vir inluſter. Cùm in noſtri vel Procerum noſtrorum præſentiam venerabilis vir CHROTCHARIUS Diaconus CHUNEBERCTHO interpellavit dum diceret, quod loca D *noncobantis Malcha, Childulfo-villa, Buxſito, Bacio ſuperiore & Bacio ſubteriore, quem anteceſſur ſuos BOSO quondam eidem per vendicionis titolum firmaverat vel per ſua precaria poſſidit, malo ordene contradiceret, vel poſt ſe teneret. qui ipſi Chunebercthus dedit in reſpunſis, ut cum ipſo Chrotchario de ipſa loca inrationis fuiſſit, & ei exinde poſtia precium dediſſit, & ſua voluntati exinde ſatisfeciſſit: & tali exſtromento memoratus Chrotcarius ei ob hoc ficiſſit vel firmaſſit, quòd nulla repeticione de ipſa loca contra eiodem facere non deberit, ſed omne tempore contra ipſo Chrotchario exinde ductus & ſecurus reſedirit. ſic & à Proceribus noſtris, ſicut inluſter vir ANSOALDUS Comis palacii noſter teſtimoniavit, fuit judecatum, ut memoratus Chunebercthus ipſo extromento in noctis quadraginta .....urit, ubi ficerit proximus minſis Septembris dies viginti, in noſtri præſentiam dibiat præſentari. quod & ità per fiſtuca viſus eſt achranmiſſe, ſe hoc facere potuerit, eorum inter ſe inantia ligalis deducant rationis: ſin autem non potuerit, quod lex de tali cauſa edocit, oc inde ſu-* E *ſteniat. unde & talis præceptiones eis ex hoc fieri & accipere juſſimus.*

APTHADUS *recognovit.*

Datum quod ficit minſis Aguſtus dies XII, anno primo rigni noſtri, Captunnaco feliciter.

NOTATIO.

QUOD hîc legitur de citatione poſt noctes quadraginta, inferiùs illuſtrabitur ad Placitum Pippini Regis de mercato Dionyſiano, datum anno regni ejus octavo.

XVIII. F

Ex autographo Dionyſiano & Sæc. 3 Bened.

Anno 691.

Ejuſdem Placitum de Nocido ſuper fluvium Iſeræ, in pago Camiliacenſi.

CHLODOVIUS Rex Francorum vir inluſter. Cum nus in Dei nomine Luſarca in palatio noſtro una cum apoſtolicis viris in Chriſto Patrebus noſtris, SIGOFRIDO, CONSTANTINO, GRIBONE, *&* URSINIANO *Epiſcopis; necnon & inluſtribus viris,* RAGNOALDO, NORDEBERCTHO, ERMENFRIDO, *Optemates;* MADELULFO, ERCONALDO *Gravionebus; necnon &* BENEDICTO *&* CHARDOINO, *Seniſcalcis; ſeu* MARSONE *Comite palatii noſtro, ad univerſorum cauſas audiendum vel recto judicio terminandum reſederimus; ibique veniens venerabilis vir* CHAINO *Abbas de baſilica peculiaris patroni noſtri domni Dioniſii, ubi ipſe precioſus in corpure requieſcit, adverſus inluſtris Deo ſacrata* AGANTRUDE *filia Brilio, relicta Ingobercthó quondam, ſuggerebat dum diceret,*

A eo quod villa nuncupante Nocito, ſita in pago Camiliatenſe, cum omni merito vel adjacentias ſuas ad ſe pertinentes vel aſpicientes, quicquid ipſe Ingoberctbus vel memorata Agantrudis tam de alote parentum, quàm de comparato vel de qualibet adtractum ibidem tenuerint vel poſſederint, per ſuum ſtrumentum ipſius Abbatis in integritatem firmaſſit. Unde & ipſo ſtrumentum ſeu & precarium, per quod ipſa Agantrudis pertinentium ipſius Abbatis hoc poſſedibat, in præſentem oſtendedit religendas. Eas relictas ſed dum memorata Agantrudis ad præſens aderat, interrogatum ei fuit, ſe ipſa villa Nocito memorato Chainone Abbati vel ad partes baſilicæ ſui ſancti Dioniſii firmaſſit, aut ſe autire exinde adeſſe volibat. Sed ipſa Agantrudis in præſentia fuit profeſſa, quod memorata villa Nocito unà cum omne merito vel ad acentias ſuas ad ſe aſpicientis vel pertinentis, quantumcumque ipſa vel jogalis ſuus Ingoberctbus de qualibet adtractum ibidem tenuerint vel poſſiderint, memorato Chainoni Abbati vel baſilicæ ſui ſancti Dioniſii per ipſo ſtrumentum firmaſſet, & ipſo ſtrumentum vel precarium ob
B hoc fieri rogaſſit: & auctir contra quemlibet exinde aderat, & in antea adeſſe diſponebat. Proinde nus taliter unà cum noſtris procerebus conſtitet decreviſſe, ut dum inluſter vir MARSO Comis palatii noſtri teſtimuniavit, quòd hæc cauſa taliter acta fuiſſet denuſcitur, jobemmus ut memoratus Chaino Abbas, vel pars baſilicæ ſui ſancti Dioniſii, ipſa villa Nocito unà cum omne merito vel integritate ſua, inſpecta ipſa ſtrumenta, ſicut per ipſas declaratur, abſque repetitione memorata Agantrude vel ſuis heredebus omne tempure habeant evendegatum: & ſe ipſius Chainone Abbati vel ſucceſſoribus ſuis agentis baſilicæ inantea fuerit neceſſitas, memorata Agantrudis vel heredis ſui auctor ilico eum exinde contra quemlibet ſtudiant defenſare.

CHLODOVIUS *Rex ſubſcripſi.*

. . . .

C *Datum ſub die Kal. Novembris, anno ſecundo regni noſtri, Luſarcha in Dei nomine feliciter.*

NOTATIO.

IN his omnibus Placitis præeunt Epiſcopi ceteris Proceribus. Sigofridus Pariſienſis erat, Conſtantinus Bellovacenſis, in aliis etiam litteris laudati, uti & Gribo, cujus ſedem ignoramus. Urſinianus, in Placito Childeberti de Nocito item memoratus, videtur fuiſſe Epiſcopus Ambianenſis, qui *Verſimannus* in editis corruptè vocatur.

XIX.

Chlodovei III aliud Placitum de Baldanacurte in pago Belvacenſi.

Ex autographo Dionyſiano, & Sæc. 3 Bened.

Anno 693.

D CHLODOVIUS *Rex Francorum vir inluſter. Cùm nos in Dei nomine Valencianis in palatio noſtro unà cum apoſtolicis viris in Chriſto Patribus noſtris,* ANSOALDO, GODINO, ANSEBERCTHO, PROTADIO, SAVARICO, VULFECHRAMNO, CHADUINO, TURNOALDO, CONSTANTINO, ABBONE, STERANO, GRIBONE, *Epiſcopis; ſeu & inluſtribus viris* GODINO, NORDOBERCTHO, SARROARDO, RAGNOALDO, GUNDUINO, BLIDEGARIO, MAGNECARIO, VUALDRAMNO, ERMENTARIO, CHAGNERICO, BUCCELLINO, SIGOLENO, *Optematis;* ANGLIBERCTHO, OGMIRECTHERIO, CHILLONE, ADREBERCTHO, ADALRICO, GHISLEMARO, JONATAN, MODEGHISLENO, *Comitebus;* CHRODMUNDO, GODINO, SIGOFRIDO, GHIBOINO, ERMENTEO, MADLULFO, ARIGIO, AURILIANO, *Grafionebus;* RAGANFREDO, MORILIONE, ERMENRICO, LEUDOBERCTHO, *Domeſticis;* VULFOLAIÇO, AIGLO, CHRODEBERCTHO, VUALDRAMNO, *Referendariis;*
E CHUGOBERCTHO, LANDRICO *Seniſcalcis; necnon & inluſtri viro* AUDRAMNO *Comite palatii noſtro, vel reliquis quam plurimis noſtris fedilebus ad univerſorum cauſas audiendas vel recta judicia terminanda reſidiremus; ibique veniens venerabilis vir* CHROTCHARIUS *Diaconus in cauſa* ORSANOLO, *filio* CHALDEDRAMNO *quondam, ordenante inluſtri viro* NORDEBERCTHO, *qui cauſas ipſius Orſanolo per noſtro verbo & præcepto videtur habire receptas, adverſus homine* AMALBERCTHO *repetibat, dum diceret, eo quod locello nontupanti Baldane-curte ſuper fluvium Marſo, qui fuit ipſius Chalderamno, genitori prædicto Ingramno, malo ordine poſt ſe retenuerit. Unde & per noſtras æqualis præceptionis pluris placitum & res pro hac cauſa habuerant initas, aetiam & ad præſens ad dies quinque ante iſtas Kal. Martias per alias noſtras æqualis præceptionis memmoratus Chrotcharius apud ipſo Amalberto de hac cauſa placitum habuit initum. Sed veniens ad eo placito prædictus Chrotcharius Valencianis in ipſo palatio noſtro, & dum placetum ſuum ligebus cuſtodibat,*
F *vel ipſo Amalberctho ſubſadibat, ſic veniens ex parte filius ipſius Amalberctho, nomine* AMALRICUS, *ſubſadina ſua contradixiſſit: & dum exinde in noſtri vel ſupraſcriptis viris præſentia inrationis adſtabat, interrogatum fuit ipſius Amalrico, dum ipſi genitur ſuos per ipſas noſtras æquales præceptionis placitum apud ipſo Chrotchario habebat initum, quo ordine ac cauſa introire volibat. Sed ipſi Amalricus nullatenus videre potuit tradi rationem, quod in ac cauſa ſtructus adveniſſit, niſi inventum fuit, quod contra rationis ordinem ipſa ſubſadina contradixiſſit, vel in ac cauſa introiſſit. Sic ei fuit judecatum, ut in exfaido & fredo ſolidos quindece pro ac cauſa fidem facere debirit, quod ita & in præſenti perſiſtere auſus eſt ficiſſet. Poſtia memoratus Chrotcharius per triduum, aut etiam amplius, placitum ſuum, ut lex habuit, cuſtodiſſit, & ipſo Amalberctho abjectiſſit vel ſubſadiſſit; ipſi Amalberctbus nec veniſſit ad placitum, nec ipſo mundeborone ſuo inluſt. viro Ermechario, quem per ipſas præceptionis habuit achramitum, nullatinus præſentaſſit, necnulla ſampia nonciaſſe adfirmat. Proinde nos*

taliter unà cum noſtris Proceribus conſtetit decreviſſe, ut dum ſupraſcripti viri renonciaverunt, aeciam & prædictus vir Adramnus ſuum præbuit teſtimonium, quod ac cauſa taliter acta vel judicata ſeu definita fuiſſit denuſcitur; jubimus ut antedictus Amalberctus ipſo locello Baddane-curte, quicquid ibidem ipſi Chaldedramnus viſus fuit tenuiſſe vel moriens dereliquiſſe, cum omni integritate ſua vel ajeciencias, ſicut ab ipſo Chaldedramno fuit poſſeſſum, cum ligis beneficium, memorato Chrotchario ad partes ſupraſcripti Ingramno omnimodis reddire & ſatisfacere non recuſit, ita ut præſenti die ipſo locello prædictus Crotcharius ad parte ipſius Ingramno omni tempore habiat evendecatum atque elidiatum: & quicquid de fructa aut pacunia, vel reliqua rem quod dici aut nomenare poteſt, de ipſo locello ipſi Amalbercthus aut Miſſus ſuos exinde abſtraxit vel minuavit, de quod Chaldedramnus moriens dereliquid; hoc cum ligis beneficium ſemiliter reddere ſtudiat, & ſit inter ipſis ex ac re in poſtmodo ſubita cauſatio: ex ipſos ſolidos dece quod antedictus Amalricus ad partes ipſius Chrotchario fidem ficit, hoc ei omnimodis componire & ſatisfacere non recuſit. A B

VVALDERAMNUS *recog.*

Datum pridiae Kal. Martias annium tertio rigni noſtri Valencianis in Dei nomine feliciter.

NOTATIO.

DIFFICILE eſt eorum Epiſcoporum, quibus hoc Placitum inſcriptum eſt, ſedes accuratè definire. Anſoaldus Pictavenſis erat. Godinus videretur eſſe Metropolita Lugdunenſis, niſi præcederet Anſoaldus, qui Metropolita non erat. Fuerit ergo Godinus Sueſſionenſis. Anſeberchthus ob eamdem rationem non videtur fuiſſe Rotomagenſis ille, qui tum apud Altimontenſe monaſterium exſul degebat (tametſi non ita procul à Valencianis, ubi Placitum hoc celebratum eſt) ſed potiùs Æduenſis. Savaricus Aurelianenſis erat. Vulfechramnus non alius occurrit præter Senonenſem: ſed cur Epiſcopis poſtpoſitus fuiſſet? Chaduinus ſubſcripſit Concilio Rotomagenſi ſub Ansberto. Turnoaldus Pariſienſi, Conſtantinus Bellovacenſi eccleſiæ præerat. Steranus & Gribo incertæ ſedis Epiſcopi. Editum eſt hoc Placitum in Sæculi noſtri tertii Appendice, ubi Letaldus Cancellarius ſcriptus eſt pro VVALDERAMNUS. In alio ejuſdem Chlodovei Placito anni ſuperioris legitur item GRIBO Epiſcopus cum Sigofrido Pariſienſi. Unde cùm Turnoaldus hîc [illegible]datus ſit Pariſienſis; dicendum eſt, Sigofridum eodem anno deſinente è vivis exceſſiſſe, aut certè hoc ineunte. De Anſeberchto lege aliud ejuſdem Chlodovei ſuperius diploma & chartam Agirardi Epiſcopi Carnutenſis infrà. Hujus diplomatis ſpecimen vide ſuo loco. C

XX.

Ex autographo.

Childeberti III Præceptum de Napſiniaco villa in pago Bituriçe[illegible], monaſterio ſancti Dionyſii conceſſa. D

Anno 694.

CHILDEBERTHUS *Rex Francorum vir inluſter. Creatur omnium Deus delectatur oblatione fidelium, licet ipſi cunctis domenatur: ſed vult ut quod dedit in omnem poteſtatem ejus climentia dibeat... dire pracipui ſacoli divetis... quantum amplius vidintur poſſedire, tantum magis oportet impendire. Idioque cognuſcat magnitudo ſeu hutilitas veſtra, quod nos villa noncopante Napſiniaco in pago Bitorico, cum omni merito vel adtinencias ſuas, quem apoſtholicus vir Domnus* GODINUS *Lugdunenſis urbis Epiſcopus, de parte eccleſiæ ſuæ pro alia villa, noncopante Villa-Orbana, tempore bonæ memoriæ germano noſtro* CLODOVIO *quondam Rege, ad parte fiſci in conmutationis titulum viſus fuit dediſſe, & poſtia de fiſco inluſtri viro* PANNICHIO *fuit conceſſum; & poſt diſceſſum prædicto Pannichio ad parte fiſci noſtri fuit revocatum: hoc ad baſilica peculiaris Patroni noſtri domni Dionyſii, ubi ipſi pretioſus domnus in corpure requieſcit, vel ubi venerabilis vir* CHAINO *Abba praeſſe veditur, plina & integra gracia pro mercidis noſtræ augmentum viſi fuimus conceſſiſſe: & congregacio ibidem conſiſtencium ſolidus donentur, quod de ſacello publico annis ſingolis ibidem fuit conſuetudo in alemunia vel in lumenaribus ipſius ſancti loci de palatio dandi; ſeu & ſolidus cento exemtis, quod de Maſſilia civetate Iudecis publeci ad miſſus ipſius baſileca conſuetudinem habuerunt dandi, pro eo quod ipſa villa firmiſſimo jure pars ipſius Domni Dioniſii perenniter deberet poſſidire, ad parte fiſci noſtri relaxſaſint. Idio per præſentem præceptionem decernimus urdenandum, quod in perpetuo volumus eſſe manſurum, ut neque vos, neque juniorís, neque ſucceſſoris veſtri, nec quiſlibet, ipſa villa Napſiniaco cum adjacencias ſuas, vel quod ibidem aſpicire vedintur, de quicquid pars eccleſiæ Lugduninſis civetatis ibidem poſſidet, vel in conmutationis titulum pro ipſa villa Orbana fuit ad partem fiſci conlatum, & ipſius Pannichio fuit conceſſum, vel hoc moriens dereliquid, & ad fiſco noſtro fuit revocatum; nihil exinde contradicere, nec de parte ipſius Domni Dioniſii minuare, nec abſtrahere, nec nulla calomnia ob hoc generare penitus non præſumatis, niſi prædicta villa Napſiniaco cum omni merito vel integritate ſua, hoc eſt terris, domebus, edificiis, accolabus, mancipiis, viniis, campis, pratis, paſcuis, pacoliis, præſidiis, aquis, aquarumve decurſibus, farinariis, vel reliquis quibuſlibet beneficiis, utriuſque genere ſexſus, rem exquiſita, quicquid dici aut nomenari poteſt, memoratus Chaino Abba aut ſucce[illegible]oris ſui, vel pars prædicti baſil. Domni Dioniſii, aut congregacio ibidem conſiſtencium ex noſtro munere largetatis omni tempore ſub emunitatis nomene valeat eſſe conceſſum atque indultum: ita ut dum ipſa congregacio volontario urdine ipſus ſolidus donentur, quos de ſacello publico, ſeu & ipſus ſolidus cento eximtis, quod de ipſa Maſſilia annis ſingolis in luminarebus vel in alimonia conſuetudinem, juxta quod anterioris Regis hoc ibidem cinſiverunt, habuerunt recipiendi; pars fiſci noſtri ipſus ſolidus trecentus in ſacello noſtro perennis temporebus, debiant recipere, & ubi fuerit juſſum debiant diſpendire:* E F

& nulla

A *& nulla reclamatio nullo umquam tempore de parte ipſius baſilici Domni Dioniſii ad fiſco noſtro, nec ad ſucceſſoris noſtrus non perveniat, & prædicta villa Napſiniacus ad ipſo ſancto loco perenniter proficiat in augimentis, unde ipſa congregacio pro ſtabelitate rigni vel ſalute patriæ Domini miſericordiae, ugiter debiant exorare. Et taliter precipemus, ut pro mercidis noſtræ augimentum vel ſtabelitate circa ipſa baſilica Domni Dioniſii vel noſtro palacio pertenenti duas præceptiones uno tenure conſcriptas exinde fieri juſſimus, una in arce baſilicæ ſancti Dioniſii reſediat, & alia in teſſauro noſtra. Et ut hæc præceptio firmior habiatur, vel per tempora conſervintur, manus noſtræ ſubſcriptionebus ſubter eam decrivemus roborare.*

CHILDEBERTUS *Rex ſubſ.*

VVLFOLAËCUS *juſſus optulit.*

Datum quod ficit minſis Decembris dies xiij, *anno primo rigni noſtri, Conpendio villa noſtra in*
B *Dei nomine feliciter.*

NOTATIO.

Hoc diploma pariculum fuit, cujus duo exemplaria, unum in *arce* ſeu archivo S. Dionyſii aſſervari juſſum, alterum in regio *theſauro*. Confer quæ hac de re diximus in libri tertii capite IV. Animadverſione dignum eſt id quod legitur de trecentis ſolidis, qui baſilicæ Dionyſianæ pendebantur ex *facello publico*, id eſt ex ſacco ſeu fiſco publico. Vide Gloſſarium Cangianum. Hujus diplomatis ſpecimen ſuperiùs retulimus.

XXI.

C
Childeberti III Placitum de Hordinio in pago Belvacenſi, monachis Dionyſianis vindicato.

Ex autographo Dionyſiano.

Anno 694.

CHILDEBERTHUS *Rex Francorum vir inluſter. Cum nos in Dei nomine Compendium in palatio noſtro unà cum noſtris fedelebus reſederemus, ibique veniens inluſter vir* AIGOBERTUS *Meneſterialis noſter in cauſa venerabili viro* HAINONE *Abbate de baſileca Domni Diuninſie, ubi ipſe pretioſus in corpere requiiſcit, ſuggerebat, eo quod ante hos annus, quando genetur noſter* THEUDERICUS *quondam Rex partibus Auſter hoſtileter viſus fuit ambolaſſe; homo nomine* IBBO *quondam nullatenus ibidem ambolaſſet, & ob hoc ſolidos ſexcentos fidem ficiſſet, & pro ipſo Ibbone ipſe Haino Abba ipſius ſolidos ſexcentus eum roganti pro ipſo compoſuiſſet, & pro ipſus ſolidos ſexcentus porcione ſua in loco noncopante Hordinio in pago Belloacenſe ad integrum unà cum illas ecleſias ibidem conſtructas, quicquid ibidem ſua fuit poſſeſſio, pro ſuo creſamentum delegaſſe vel firmaſſe. Sed dum filius ſuos* BOT-
D THARIUS *Clirecus ibidem ad præſens aderat, interrogatum fuit ei, ſe ipſi genitur ſuos Ibbo quondam ipſa porcione ſua in ſupraſcripto loco Hordinio ipſius Hainoni Abbati per ſuo creſamentum delegaſſet vel firmaſſet. Sed ipſi Botthairus Clirecus in præſenti taliter fuit profeſſus, quod ipſi genitur ſuos Ibbo ipſa portione in ſupraſcripto loco Hordinio ſæpe dicto Abbati Hainone per ſuo creſamentum delegaſſet vel firmaſſet, & autor ei exinde aderat: & ipſa creſamenta in præſenti oſtendedit religenda, & viſa eis ipſas eſſe cognovit. Proinde nos taliter unà cum noſtris Proceribus conſtitit decriviſſe, ut dum inluſter vir* ERMENRICUS *Optimatis noſter teſtimoniavit, quod ac cauſa taliter acta fuiſſet denoſcitur, jobimus, ut memoratus Haino Abba ipſa porcione in ſupraſcripto loco Hordinio cum ipſas ecleſias contra ipſo Botthario Clirico, quicquid antedictus genitur ſuos Ibbo in ...am dicto loco tenuit, vel moriens dereliquid, omni tempore habiatur evindicatum: & ſe neceſſetas ipſius Hainonis Abbatis aut heredis ſuos fuerit, ipſo Botharius Clirecus aut heredis ſuo in autoricio eus eſtodiant defenſare.*

E SYGNINUS *recognovit.*

Datum ſub die X *Kalend. Ianuar. anno primo regni noſtri, Conpendiũ in Dei nomine feliciter.*

XXII.

Ejuſdem Childeberti Præceptum de Tuſonis-vallis monaſteriolo.

Ex autographo Dionyſiano.

Anno 695.

CHILDEBERTHUS *Rex Francorum vir inluſter. Rictum eſſe cenſimus, ſe petitionibus Sacerdotum, qui pro affectum ecliſiarum pertenit, effectu æmancipamus, vel qui ab ipſis ibidem de qualibet adtractum fuit additum vel conlatum, per noſtris oraculis roboramus, quod poſtmodo & da-*
F *toris mercis permaniat, & nos pro priſtitum beneficium opinio bonis & præmium ſempiternum adcriſcat. Idcirco cum venerabilis vir* MAGNOALDUS *Abba de monaſterio Tuſone-valle, quæ eſt in pago Camliacinſe, quem in honore ſancti Diuniſiæ & ſancti Marcelli, quem avuncolus ſuus* CHARDERICUS *quondam Abba ſuper rem ſua propria edeficavit, & monaſterio ſub ſancta Rigola ibidem conſtituiſſit, & ibidem ipſo venerabili viro Magnoaldo Abbati conſtituit eſſe Rectorem: ſed ipſi vir Magnoaldus Abba petiit celſitudinem noſtram, ut quicquid ad ipſo monaſteriolo tam ad ipſo Abbate, quàm & ad Deo timentis homenibus in quibuſlibet rebus adque corporibus ibidem fuit aut fuerit additum vel prolatum, unde & præceptione domno & genetore noſtro* THEUDERICO *quondam Rege ſecut hoc præ manibus habere adfirmatur, nullus judex poplicus ad cauſas audiendum vel fridda exigendum ibidem introitum nec ingreſſum habire non debirit. Quod nos pro mercidis noſtræ augmentum conceſſiſſe ſeu & priſtitiſſe ſeo confirmaſſe cognuſcite, Ideo per præſente præceptum ex hoc decernimus ordenandum,*

quod in perpetuo volumus eſſe manſurum , ut neque vos , neque juniores , neque ſucceſſoriſque veſtri, A
nec nullus quiſlibet ex judiciaria poteſtate quoque tempore accinctus , in curtis vel villas ipſius mo-
naſtiriæ, tam de quod ibidem præſenti tempore eſt firmatum , quàm quod inantea tam de ipſo vir Ma-
gnoaldo Abbate, quàm & de reliquis Deo timentis homenibus in quibuſlibet ribus adque corporibus,
ad cauſas audiendum vel fridda exigendum ſeu manſionis , aut paratas vel qualiſcumque retributio-
nis , quod fiſcus noſter exinde accipere aut ſperare potuerat ; judiciaria poteſtas, nec noſtro tempore nec
ſucceſſoribus Regibus , ingreſſum nec introitum penitus habere præſummat , niſi quicquid fiſcus noſter
exinde ſperare potuerat, in luminaribus ad ipſo monaſteriolo vel ad ipſis monachis, qui ibidem frequen-
ter vedintur officium fungire, inſpecta ipſa præceptione domno & genetore noſtro Theuderico quondam
Rege, ſeu & noſtro præceptum, plinius in dei nomine confirmatum debiat in augmentis proficiſcere,
unde mercis noſtra apud Domino retribuţure perennis tempore inde debiat convalere , & ad ipſa con-
gregatione delecter pro ſtabilitate regni noſtri jugiter deprecare. Et ut hæc præceptio firmior ſit , manus B
noſtræ ſubſcriptionibus ſubter eam decrevimus roborare.

CHILDEBERTUS Rex ſubſc.

NORDEBERTUS opt.

Datum quod ficit minſis Aprilis dies octo, annum ſecundum rigni noſtri, in Dei nomine Novigin-
to felciter.

XXIII.

Ex autographo Dionyſiano.

Agirardi Epiſcopi Carnutenſis privilegium pro monaſterio S. Mariæ infra muros
urbis cujuſdam ſecus Ligerim ſito , quod Adrebertana mater Adeodati deceſſoris
ejus condiderat. C

Anno 696.

. . . .
cum conſenſo filio ſuo ADEODATO , quondam anteceſſori noſtro ipſius urbis Epiſcopo , & plurimorum
Ponteficum vel Sacerdotum aſſtante ſancto Spiritu ſacro monaſtirio in rem proprietatis ſuæ in loco
nuncupante. . . . . infra ipſo muro ſuper fluvium Legeris , in honore ſanctæ Mariæ ſemper Virginis
vel ceterorum ſanctorum ſuo opere ædificavit , & de rebus ſuis ditavit, & ipſum vener. viro CHROT-
CHARIO Diacono per ſuam (epiſtolam) firmavit , ut ibidem monachus qui ſub ſancto ordine vita
theorica ſub ordine cœnubitale degentis converſare debirent , ibidem intromittere diberit , & ipſi mo-
naſterio in onus abb. . . . . . . vit, cui ipſum ſe viventem ſub ſe aut poſt ſuum diſceſſum inſtituerit. Et
dum nos ipſum devotiſſimum in hoc opus Domino famulare perſpeximus ; ideo voluntate pleniſſima
hoc ſacroſanctum privilegium unà cum conſenſu fratrum noſtrorum & conſilium ſeniorum indulſimus, D
taliter ut liciat ſanctæ congregationi ſervorum Dei in ipſo monaſtirio conſtitutum quieto ordine ſine
oppreſſione cujuſlibet Ponteficum vel Carnoteno urbis Epiſcopo , ſeu & Clericorum , ſine inſolentia ju-
venum ſæcularium quieti vivere ; ut nullus convivia , nec manſionis , nec paratas , nec munera ex-
pedenda non præſumant. (Et ſi) ab ipſo Abbate Pontefex Carnotenſis pro eorum utilitate invitatus
fuerit, ſine ulla ambitionis cauſa vel fraude accidat ad eccleſias conſecrandas , & Abbas benedicen-
dus , vel altaria ſeu Presbyteros (aut) diaconus vel reliquos gradus ordenandus , ſine obtento pravæ
cupiditatis tradat benedictionis. Et ſi , ut habet humana fragilitas, ſi ipſe Abba CHROTCHARDUS
aut cui ipſi ibidem intromiſſum Abbatem inſtituerit , ab hac lucem migraverit ; ipſa ſancta congre-
gatio ſervorum Dei in ſupraſcripto cœnubio inſtituta de ſemetipſos ad gubernationem monaſtirii &
animas regendas , liceat eis (talem) gubernatorem elegire , qui honeſtis moribus ſit , non generoſita-
tis nobilium , ſed in Dei amore expergenciùs atque ſagacius inbutum , & ſub ſanctam Regulam obe- E
diencia Patrem inſtituere (concedentes) decrivimus , eiſque conceſſimus , ut nullo modo hoc ſacrum pri-
vilegium à ſucceſſoribus noſtris ſit inruptum : ſed per omnia & in omnibus conſervitus conſiſtat. Et ſi
ſcandala (quod abſit & minimè credimus , Deo adjuvante , quod fiat) in ſupradicto monaſterio ſur-
rexerint , & ipſi Abbas cum ſua congregatione hoc emendare non potuerit ; Patres ſpirituales , qui ſub
ſancto ordine vivere videntur in Carnotena parochia , aut unde quos eligerint , ad hoc ſcandalum
mitigandum invitent. Quod ſi nec ipſi (quod minimè credimus) hoc emendare potuerint ; tunc ad pacis con-
cordiæ ſine ullo cupiditatis crimine Pontefex Carnotenſis ad ipſo Abbate vel ſua congregatione invitandus
ſit , ut paterno more diſcordantis , ſalvo eorum privilegio , ad pacem revocet. Illud eis præ . . . . auctoritas
noſtra pontificalis conceſſit , ut nullus de ſucceſſoribus noſtris, nec Archidiaconus , nec Vicem-domini , nec
Miſſi clerici vel laici diſcurrentis, in ipſius monaſtirii, ... erens ex conlatione prædictæ ADREBERTANÆ tene-
re vel dominare videntur, aut ſe adhuc inantea à Deo timentebus conlatum fuerit, nec ad cauſas audiendum F
nec exigendum , nec manſiones , aut paſtus , vel paratas , vel quemlibet reddebutionem requerendum , nec
hominis ipſius diſtringendum , nec de rebus eorum quicquam minuandum penitus non præſumat habere in-
greſſum ; ſed ſub regimen ipſius Abbati aut ſucceſſoribus ejus omnia in Dei nomine conſiſtant. Et taliter per
hoc privilegium ſanximus , ut perhenniter temporibus præſentibus ac futuris in Dei nomine conſervitur. Et
ſi (ut taliter ſolet) ſtimulante adverſario per aliqua temeriditate aut caliditate de ſucceſſoribus noſtris , ſicut
nimpe ſolet malicia præpedire bonis , hoc privilegio , quæ nos pro divino reſpecto , ut pro participanda con-
muni ſucceſſorum fratrum mercidem abſordè per prava conſilia intexerit; & ad molem impietatis indulgentia
noſtra omiſſa religione violari, aut depravari, vel conrumpire adniſus fuerit ; non ſolum hic in conhibenda
ſecundum ſtatuta Canonum ſentencia de objecto emunitatis crimene feriatur , ſed etiam in futurum ante
tribunal æterne Iudicis ſeu Angelorum vel Sanctorum omnium, ultione divinae in præcipicium condemnetus

A *exſulet. Et dum extremitas noſtra ſæpe nominato monaſtirio ſub Chriſto cultui ad modum in ſancta vita converſare contemplacione veritatis regulariter in Dei laudis meditantes ſummo deſiderio deſiderare inſpeximus, ita deinceps ſolecicius atque curioſius dum à nobis omnia ſubſidia feruntur, Chriſti clemencia inploramus, ut ſemper magis ac magis in Dei amore proficientis, accenſis lampatebus, æterna vita perfruantur: qualiter pro labore, quæ in certaminis contemplatione deſudant, apud omnipotentem Dominum mercedis commodum ferant: & nos de multiplicata ſegete præmia ſempiterna populorum congeries fructificata gremiis, abrutis palliarum ſordebus, triticum horrea reconditis metere atque adipiſci mancipari valeamus. Vnde domnis metropolitanis arcium ſedes divinitatis ſuffragia poſcimus, ut adhibenda mercidem hoc ſanctum privilegium ſocietate beatitudinis veſtræ adſentire atque (confirma)re unà nobiſcum almetas veſtra dignetur. Annum ſecundo regnum domni noſtri* CHILDEBERCTHI *glorioſiſſimi Regis, Captonaco publica (datum quod) fecit minſis Marcius dies ſex.*

B *In Chriſti nomine* AGIRARDUS *acſi peccator Epiſcopus hoc privilegium à me factum religi & ſubſcripſi.*

[.....]ERICUS *Epiſcopus hoc privilegium conſinſi & ſubſcripſi.*

(In Chriſti) nomene GRIPHO, *etſi peccator Epiſcopus, hunc privilegium conſenſi & ſubſcripſi.*

ANSEBERCTHUS *ſervus Ieſu-Chriſti hoc privilegium rogitus ſubſcripſi.*

In Dei nomine EBARCIS *etſi peccator Epiſcopus hoc privilegium*................

In Chriſti nomine AYGLIBERCTHUS *acſi peccator Epiſcopus hoc privilegium conſentiens ſubſcripſi.*

In Chriſti nomine BERACHARIUS *Epiſcopus hoc privilegium conſenciens ſubſcripſi.*

TRETECOR *per miſericordia Dei Epiſcopus hoc privilegium ſubſcripſi.*

In Dei nomine ANSOALDUS, *etſi peccator, hoc privilegium ſubſcripſi.*

In Dei nomine AECTUR *gra[.]a Dei Epiſcopus hoc privilegium rogetus ſubſcripſi.*

C *In Chriſti nomine* ERMENO *peccator Epiſcopus ſubſcripſi.*

SOABERICUS *peccator Epiſcopus hoc privilegio conſentiens ſubſcripſi.*

TURNOCHALDUS *acſi peccator Epiſcopus hoc privilegio ſubſcripſi.*

CONSTANTINUS *peccator Epiſcopus hoc privilegio ſubſcripſi.*

CHAINO *gratiâ Dei Abba hoc privilegium ſubſcripſi.*

NOTATIO.

INSIGNE hoc privilegium, quod prima ſui parte mutilum eſt, nomen præfert B. Mariæ cœnobii, in cujus gratiam conceditur: at ſitum diſertè indicat in urbe quadam ad Ligerim, & quidem in diœceſi Carnutenſi. qui ſitus vix alii convenire poteſt, quàm opido
D Bleſenſi, ubi exſtat hactenus Abbatia B. Mariæ de Burgi-medio, quæ eſt Ordinis S. Auguſtini à pontificatu Calliſti II. Chrotcharius, qui monachis præfectus eſt primus; videtur idem eſſe qui *Crotcharius Diaconus*, laudatus in præmiſſis duobus diplomatibus Chlodovei tertii, haud dubiè monachus Dionyſianus. Privilegio ſubſcribunt Epiſcopi cum ſignis in ſpecimine ſuo loco expreſſis, Agiratdus ſeu Aicardus Carnutenſis, Goëricus Senonenſis, Gripho Rotomagenſis, Anſeberctħus Auguſtodunenſis, Aigliberthus Cenomannenſis, Anſoaldus Pictavenſis, Soabericus Aurelianenſis, Turnochaldus ſeu Turnoaldus Pariſienſis, Conſtantinus Bellovacenſis: ceterorum ſedes nobis ignotæ. Unus ex his forſan erat Epiſcopus Meldenſis. Ebarcis ſeu Ebarcius, anno ſequenti intereſt Placito Childeberti Regis pro Nocito villa, inferiùs edendo. Conjicio hunc fuiſſe Epiſcopum Turonenſem, qui Evaricus dicitur. Chaino erat Abbas Dionyſianus.

XXIV.

Childeberti item Præceptum de Nocito villa ad Tunſonis-vallis monaſterium pertinente.

E Ex autographo Dionyſiano.

Anno 697.

CHILDEBERCTUS *Rex Francorum vir inluſter. Cum nus in Dei nomine Conpendio in palatio noſtro una cum apoſtholecis viris in Chriſto patrebus noſtris* ANSOALDO, SAVARICO, TURNOCHALDO, EBARCIO, GRIMONE, CONSTANTINO, URSINIANO *Epiſcopis; necnon & inluſtri viro* PIPPINO *Majorim domus noſtro*, AGNERICO, ANTENERO, MAGNECHARIO, GRIMOALDO *Optematis*; ERMENTHEO, ADALRICO, JONATHAN *Comitebus*; WLFOLAECO, ARGHILO, MADLULFO *Domeſticis*; BENEDICTO, ERMEDRAMNO *Seniſcalcis; ſeo &* HOCIOBERCTO *Comite palatii noſtro, vel cunctis fidelibus noſtris ad univerſorum cauſas audiendum, vel ricto judicio termenandum reſedtremus; ibique veniens venerabilis vir* MAGNOALDUS *Abba de monaſterio Thunſone-valle, quem habuncolus ſuos domnus*
F CHARDERICUS *quondam Epiſcopus ſuo opere edificavit, climencia regni noſtri ſuggeſſit, eo quod Agentis inluſtri viro* DROGONE *filio, itemque inluſtri viro* PIPPINO *Majorim domus noſtro, curte baſileci ſui nuncopanti Nocito, que ponetur in pago Camiliacinſe, qui fuerat* GUERINO *quondam, & de fiſco per præceptione domno & geneture noſtro* THEUDERICO *condam Rege ad ipſo monaſthirio fuerat conceſſa; ipſi Agentis memorato Drogone malo urdene de poteſtate ipſius Magnoaldo vel monaſthirie ſui tuliſſent vel abſtraxiſſent; ſeu & mancipia, pecunia vel reliquas res quamplures exinde naufragiaſſent vel devaſtaſſent. Intendebat e contra ipſi Drogus, eo quòd ſocer ſuos inluſter vir* BERCHARIUS *condam ipſa villa de ipſo Magnoaldo concamiaſſit, & eidem juſtiſſeme ad parte conjuga ſuæ* ADALTRUTÆ *ligibus reddeberetur. Intendebat econtra Magnoaldus, quaſi conlocutione & conveniencia exinde apud ipſo Berchario habuiſſit, ut ipſa inter ſe commutaſſent: ſed hoc numquam ficiſſent, nec de ipſa curte ipſi Bercharius mano veſtita numquam habuiſſet, niſi malo urdene per forcia & inico ingenium ipſi Agentis prædicto Drogone de poteſtate ſua abſtraxiſſent. In-*

terrogatum eſt ipſius viro Drogone, quatenus intendebat, quod exinde ſocer ſuos concamio apud ipſo Magnoaldo ficiſſit, ſe talis epiſtulas commutationis exinde inter ſe ficiſſent, aut ſe ipſas in noſtra præſentia præſentare potibat. Sed ipſi ſtrumentum exinde nullatenus præſentavit, nec ulla evidenti potuit tradere ratione, per quod ipſi Bercharius ipſa habere debuiſſit, nec per quo ordene ipſa ipſi Drogo ad parte conjugæ ſui nec ad ſua habire debirit. Sic ei à ſuſcriptis viris domnis Epiſcopis vel Optematibus noſtris, in quantum ipſi inluſter vir Hocioberchthus *Comis palatii noſter teſtimuniavit, nuſcitur judecaſſe vel definiſſe, ut ipſi vir Magnoaldus ipſo loco Nocito, quantumcumque exinde per præceptione ipſius domno & geneture noſtro ad ipſo monaſthirio ſuo Tunſone-valle fuerat conceſſum, hoc ipſi Drogus ad ſana mano eum exinde reveſtire debirit & ipſi Magnoaldus illa fructa, hoc eſt vinus vel annon.u aut fena, quod exinde miſſi ſui devaſtaverunt, ei indulgire debirit. quod ita & ficit. Proinde jobimmus, ut ipſa rem Nocito, quantumcumque ibidem Guerinus poſſidit, aut undique ad ipſo pervineit, & ad ipſo geneture noſtro ad ipſo monaſthirio per ſuum præceptum fuit conceſſum; omni tempore contra ipſo Drogone & conjuge ſua Adaltrute aut herides eorum, vel cujuſcumquelibet de parte eorum, omni tempore habiat evindecatum adque helitiatum, & ſit inter ipſis in poſtmodum ex hac re ſubita cauſatio.*

Aigoberchthus *ad vicem* Chaldeberctho *juſſus recognovit.*

Datum quod ficit minſis Martius dies xiiij, *anno tercio regni noſtri, Compendio in Dei nomine feliciter.*

Notatio.

In hoc Placito obſerva primo Epiſcoporum nomina, de quorum pleriſque *ſuperiùs* actum eſt in notis ad privilegium Agirardi Epiſcopi Carnutenſis. Secundo, Drogonis qui Pippini Heriſtallenſis filius, ſocerum dici Bercharium olim Majorem-domus, contra Chronographum Fontanellenſem ac Mettenſes Annales: in quibus Adaltrudis, Drogonis uxor, Vvarattonis & Ansfledis filia dicitur; at Bercharii (quem Bertharium ſcribunt) relicta. Lege Chronici Fontanellenſis caput viii & Annales Mettenſes ad annum dcxciii. Tertio, Chardericum, qui in ſuperiori Placito dicitur Magnoaldi Abbatis dumtaxat avunculus & Abbas, ſcilicet Dionyſianus, hîc etiam Epiſcopum appellari: at cujus ſedis, ignoramus. Quarto, Aigoberchthus *juſſus* hoc Placitum recognoſcit *ad vicem Chaldeberchthi*, quæ verba rariſſimè in recognitionibus diplomatum Merovingicorum leguntur, paſſim in Carolinis, ſed abſque verbo *juſſus*. Aigoberchthus forſan erat Miniſterialis ille, in charta xxi laudatus, qui juſſus hoc Placitum recognoverit ad vicem Chaldeberchthi ſummi Referendarii. *Tuſonis-vallis* appellatur ſuprà in charta xxii, hîc *Tunſonis-vallis*.

XXV.

Childeberti ipſiuſmet Placitum, quo cœnobium Lemauſum monaſterio S. Germani Pariſienſi vindicatur.

Ex autographo & Sæc. 3 Bened.

Anno 703.

* Limours.

Childeberthus *Rex Francorum, vir inluſter. Cùm nos in Dei nomine Carraciaco villa* Grimoaldo *Majorim domus noſtri unà cum noſtris ſedilebus reſederimus, ibique veniens venerabelis vir* Chedelmarus *Abba adverſus Miſſo* Adalgude *Deo ſagrata, nomine* Aigatheo, *ſuggerebat dum dicerit, eo quòd monaſteriolo in pago Stampinſe, noncobante Lemauſo*, unà cum adjacencias ſuas, in quibuſcumque pagis atque terreturiis, villabus, domebus, ædificiis, accolabus, mancipiis, libertis, campis, viniis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſebus, farinariis, gregis cum paſtorebus, præſidiis, mobilebus & immobilebus rem inexquæſita, ad integrum quidquid poſſeſſio Gammonæ condam & conjoge ſua memorata Adalgude fuerunt, per eorum ſtrumenta ad monaſthyrio ſancti Vincenti vel Domni Germani, ubi ipſi precioſus Domnus in corpore quieſcit, quæ eſt ſub opidum Pariſius civetate conſtructus, ubi Chedelmarus Abba præeſſe videtur, condonaverant, & ipſa ſtrumenta in præſenti oſtendit ad relegenda. Relecta ipſa ſtrumenta, ſollicetum fuit ipſi Aigatheo à nobis vel à Proceribus noſtris interrogaſſe, ſe aliquid contra ipſa ſtrumenta dicere aut obponere volebat, in præſenti dicere debirit. Sed ipſi taliter adſeruit, quod ipſas donacionis, quem venerabelis vir Chedelmarus Abba proferebat, veracis aderant, & eas recognovit, & nihil contra hoc dicere nec proponere volebat. Qui & ipſe Aigatheus in præſenti per ſua ſtrumenta, tam pro ſe quàm & pro ipſa Adalgude, ſe in omnebus de ipſo monaſtyriolo Lemauſo unà cum adjacencias vel appendiciis ſuis ſuperiùs intematum dixit eſſe exitum. Proinde nos taliter unà cum noſtris Procerebus conſtetit decriviſſe, ut dum inluſter vir* Ghislemarus *Comes palatii noſter teſtimoniavit, ita inter ipſis fuit judicatum; ut dum contra ipſa ſtrumenta nihil habebat quod dicere nec quod obponeret, per ſua feſtuca ſe exinde in præſenti dixit eſſe exitum; jobemus ut ipſo monaſtyriolo ſuperiùs nomenato Lemauſo cum omni integritate ſua ad ſe pertenenente vel aſpiciente, quem jam dictus Gammo condam, vel conjux ſua Adalgudis per eorum ſtrumenta de ipſo monaſtyrio ſancti Vincenti vel Domni Germani condonarunt; vel quicquid ipſi Gammo moriens dereliquit abiſque repedicione jam dicta Adalgude aut heridebus ſuis omni tempore ad partem ipſius monaſthyriæ ſancti Vincenti vel Domni Germani aut rectoris ſuos habiant ævindecatum atque ælidiatum: & ſic inter ipſis ex hac re in poſtmodo ſubita cauſatio.*

Beffa *recognovit & rogatus annuit.*

Datum quod ficit menſis Februarius dies xxv, *ann.* viii *rigni noſtri, Carraciaco feliciter.*

A

NOTATIO.

PLACITUM iſtud jam à me editum eſt in Sæculi tertii appendice, ſed cum aliquot mendis, quas ope autographi ſuſtulimus. Primo pro *Thedelmarus* reſtituimus *Chedelmarus*, qui Abbas tum erat cœnobii noſtri Germanenſis poſt Vvaldromerum Autharii ſucceſſorem. Hanc quippe Abbatum noſtrorum ſeriem ita conſtitui in parte ſecunda Sæculi tertii Benedictini pag. 93. Et quidem ex ſuperiori Chrothildis matronæ charta, quæ anno ſecundo Childeberti tertii data eſt, apparet Autharium B tunc eccleſiæ noſtræ præfuiſſe. Anno ſequenti Vvaldromerus nominatur Abbas in primariis (quæ penes nos ſunt) ipſius litteris commutationis, factæ cum Adalrico de quibuſdam rebus in *villa Mauriliaco* ſitis, *anno tertio regnum Domni Childeberti Regis*. Itaque tum Autharius deceſſerat, ac proinde referendus eſt ad regnum Theoderici Chlodovei junioris filii, non Theoderici Calenſis. Secundo in hoc Childeberti Placito repoſuimus, *Ghiſlemarus Comes palatii*, cum antea tantùm editum eſſet, *Aghiſlemarus*. Tertio eidem Placito ſubſcribit non CHILDEBERTUS, ut in priori edito, ſed Beſſa (ſi bene legimus) *recognovit*: idemque, poſt ſignum, Referendariis tum uſitatum, addit characteribus difficillimis, *rogatus annuit*. Denique omiſſus erat menſis dies in prima editione, & pro anno VIII poſitus VII. propterea quòd difficillima erat interpretatio numeri VI, de quo diximus in libri ſecundi capite XXVIII num. XII. Conſule ſpeciminum tabellas IV, VIII & X. Ceterum autographa monaſterii noſtri S. Germani in æs incidi non licuit, quoniam Dionyſiana, de quibus maximè controverſia erat, jam excedebant modum. Ad Autharium revertor, quem indices noſtri primum hujuſce loci Abbatem ſtatuunt ante annos quingentos. At primam Droctoveo ſedem tribuit in actis S. Droctovei Giſlemarus ſęculi IX monachus, cui potiorem fidem adhibere par eſt. Ceterum Lemauſus nunc opidum eſt pagi Stampenſis, *Limours* vulgo appellatum.

XXVI.

C

Childeberti item Præceptum, quo Solemium pagi Fanomartenſis villa cœnobio Dionyſiano conceditur.

Ex archivo Dionyſiano.

Anno 706.

CHILDEBERTUS *Rex Francorum vir inluſter.* ——— *Se aliquid ad loca Sanctorum vel Monaſthirie quod pro oportunitate locis Sanctorum pertenit, priſtamus vel concidemus; hoc nobis ad laudem vel ad æternam retributionem in Dei nomene proficere confidemus. Igitur cognuſcat magnetudo ſeu utilitas veſtra, quod nus villa noſtra nocopante Solemio, quæ ponitur in pago Fanmartinſe ſuper fluvio* Scalt, *unà cum omne mereto vel adjacentias ſuas, & quicquid fiſcus noſter tam de garant. . . quàm & de . . . . cia ibidem tenuit, vel de qualibet attractum ibidem poſſiduit, etiam & oratorio illo ad Cruce, qui con ungitur ad ipſo termeno de ipſa villa Solemio, qui eſt conſtructus in honore ſancti Martini, cum omnis res quæ ibidem aſpiciunt, ubi* MADALGISELUS *ſervus noſter cuſtus* D *praeſſe veditur, id eſt in terris, domebus, ædificiis, accolabus, mancipiis, viniis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſebus, pecoliis, præſidiis, gregis cum paſtorebus, farinariis, movilebus, & immovilebus, totum & ad integrum (ut dixemus) quidquid ad ipſa villa aſpicere veditur, & uſque nunc ibidem fiſcus noſter tenuit, ad baſelica Domni Dioniſii marteris, ubi ipſe pretioſus domnus in corpore requieſcit, & venerabilis vir* CHILLARDUS *Abba praeſſe veditur, cum omni integretate ad ipſa villa pertenente vel aſpiciente, plina & integra gratia, jure proprietario, ſub emunitatis nomene, cum omnes redebiciones ſibi conceſſas, ad opus ipſius Domni Dioniſii, vel congregacione ſua ibidem conſiſtente, viſe fuimus conceſſiſſe. Ideo per præſente praeceptione decernemus urdenandum, quod in perpetuum volomus eſſe manſurum, ut neque vos, neque juniores ſeo ſucceſſores veſtri, nec quiſlibet de judiciaria poteſtate, de prædicta villa Solemio, ſicut uſque nunc fiſcus noſter tenuit, ad parte prædictæ baſilecæ Domni Dioniſii vel ad Agentes ſuos nulla refragatione nec nullo impedi-* E *mentum facere non præſumatis: niſi (ut dixemus) ex noſtra munere largetatis ipſa villa Solemius cum omne integritate vel ſoleditate unà cum adjacencias ad ſe pertinentes vel aſpicientes, immoque & ſupraſcripto oratorio ſancti Martini ad Cruce, ſeu quod ibidem aſpecit, pars ipſius baſilecæ Domni Dioniſii vel omnis congregacio ſua omne tempore ſub emunitatis nomene abſque cujuſlibet refragatione aut impedimentum habeat conceſſum atque indultum; ac ipſa baſileca domni Dionyſii marteris præſentibus & futuris Deo auxiliante temporebus proficiat in augmentis. Et ut hæc praceptio firmior ſit, manus noſtræ ſubſcriptionebus ſubter eam decrivemus roborare.*

CHILDEBERTHUS *Rex ſubſcripſi.*

BLATCHARIUS *juſſus ſubſ.*

Datum quod ficit minſis Marcius dies XII, *annum* XII *rigni noſtri, Mamaccas in Dei nomene feliciter,*

F

NOTATIO.

DE hac Solemii donatione poſtea lis interceſſit, quam Pippinus Majordomus in Placito diremit, infra. De ea item hîc agit Caroli M. præceptum anno regni VII. Exſtat præſens diploma apud Dubletum, ſed vitiatum, quod Corſintiſcæ villæ ficticiæ originem dedit, ut in libro IV dictum eſt. De Solemio, *Soleme*, agit Aigradus monachus in Actis S. Anſberti Epiſcopi Rotomagenſis num. 39 in Sæculo ſecundo Benedictino.

 A

XXVII.

Ex autographo Dionyſiano.

Childeberti item Placitum de Childriciago & Taxmedis villis in pago Tellao.

Anno 709.

CHILDEBERCTHUS Rex Francorum vir inluſter. Cum nus in Dei nomine Criſciaco in palatio
noſtro unà cum noſtris ſedilebus ad univerſorum cauſas audiendas vel ricta udicia termenandas
reſederimus; ibique veniens venerabilis vir AUDOINUS Clirecus ſuggerebat dum dicerit, eo quod ad ho-
mene, nomene Leodefrido, mancellus duos in loca nuncupantis Childriciacas & ad Taxmedas, ſitis in
pago Tellao, quod de parte genetore ſuo Godfrido, vel genetricis ſuæ Ragambertane quondam ex legitema
ſucceſſione ad ipſo pervinit; datâ ſuâ pecuniâ per vindicionis titolum ad eodem comparaſſit, & ipſa vin- B
dicione in præſente oſtendedit relegenda. Relicta ipſa vindicione, ſed dum ibidem ipſe Leodefridus ad
præſens aderat, interrogatum ei fuit, ſe ipſus mancellus ſuos in jam dicta loca Childriciagas & Taxme-
das in jam dicto pago Tellao, quod de parte genetore ſuo Godfrido vel genetrice ſua Ragambertane ex
legitima ſucceſſione ad eum pervinit, ipſius Audoino Clireco vindediſſit, aut ſe precium exinde accepiſ-
ſit, aut ſe vindicione fieri adfirmare rogaſſit, aut ſe autor ei exinde aderat. Qui ipſe Leodfridus ta-
liter in præſente fuit profeſſus, quod ipſus manſus duos in jam dicta loca Childriciagas & Taxmedas,
in jam dicto pago Tellao, quod de parte genetore ſuo Godfrido & genetrice ſua Ragambertane quondam
ex legitima ſucceſſione ad eum pervinit, ipſius Audoino vindediſſit, & precium exinde accepiſſit, & vin-
dicione fieri adfirmare rogaſſit, & autor ei exinde aderat. Proinde nus taliter unà cum noſtris Proceribus
conſtedit decriviſſe, ut dum inluſter vir BERTOALDUS Comis palatii noſter teſtimoniavit, quod ac cauſa
ſic facta vel inquiſeta fuiſſit per urdene, jobimmus ut memoratus Audinus ipſus manſellos in jam dicto C
loco Childriciagas & Taxmedas, in ſæpe dicto pago Tellao, quicquid de parte genetore ſuo Godfrido vel
genetrice ſua Ragambertane quondam ex legitema ſucceſſione ad eum pervinit, unà cum manſis, terris,
domebus, edificiis, mancipiis, peculiis, præſidiis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decur-
ſebus, movilebus, & inmovilebus, cultis, & incultis, cum omne integritate, tuttum & ad in-
tegrum, quicquid in ſupraeſcripthos manſellos, tam de alote quam de comparatho, ſeo de qualibet ad-
tractho ibidem ſua fuit poſſeſſio vel domenacio, jam dictus Vdinus Clirecus contra ſupra eſcriptho Leod-
frido vel ſuis heridebus ineſpecta ipſa vindicione, ſicut per eadem declaratur, omne tempore habiat
evindegatas atque elidigatas. Et ſe neceſſetas ipſius Audino Clireco in antia fuerat, jam dicthus Leud-
fridus aut heridis ſui eum in autoricio contra quemlibet eſtudiant defenſare.

BLATCHARIUS recognovit.

Datum quod ficit minſis Aprilis dies octo, annum XV rigni noſtri, Criſciacco in Dei nomene feliciter. D

NOTATIO.

NON ab re erit hîc advertere, quàm variè in uno eodemque inſtrumento ſcriptus ſit *Audoïnus*, *Audinus*, *Vdinus*, ut in aliis ſimilibus non rarò evenire ſolet.

XXVIII.

Ex autographo.

Childeberti ejuſdem Placitum de mercato S. Dionyſii.

Anno 710.

CHILDEBERTUS Rex Francorum vir inluſter. Cum in noſtra vel Procerum noſtrorum præſentia
Mamacas in palatio noſtro reſideremus, venientes Agentes venerabeli viro DALFINO Abbate de ba- E
ſelica peculiaris patronis noſtri ſancti Dioniſii, ubi precioſus domnus in corpore requieſcit, adſerebant ad-
verſus Agentes inluſtri viro GRIMOALDO Majorem domus noſtræ, quod à longo tempore CHLODO-
VIUS quondam avus noſter, ſeu & poſthia avuncolus noſter CHILDERICUS, vel Domnus & genetur
noſter, THEUDERICUS, etiam & germanus noſter CHLODOCHARIUS, per eorum praeceptionis illo tele-
neu, quicquid de omnes negucientes aut Saxonis, vel quaſcumquelibet nationis, ad ipſa ſancta feſti-
vitate Domni Dioniſii ad illo marcado advenientes, ad ipſa baſelica ſancti Dioniſii in integretate
conceſſiſſent, ſic quoque ut nec poſthia, necque tunc, pars fiſce nec ibidem ad ipſo marcado, neque infra
pago Pariſiaco, aut in ipſa civetate Pariſius poſtia nullus teleneus ad ipſus hominis negociantes de ipſa
vice non exigintur nec tollintur: ſed hoc pars prædictae baſelicæ Domni Dioniſii in integretate omne
tempore habiret conceſſum adque indultum. Unde & talis præceptionis prædictorum Principum in præ- F
ſente oſtendedirunt relegendas. Relictas & percurſas ipſas præceptiones inventum eſt, quod taliter ab
ipſis Principebus ad ipſa caſa Dei in integretate fuit conceſſum. Poſtia dicebant quaſi Agentes ipſius viro
Grimoaldo Majorem domus noſtro, etiam & Comis de ipſo pago Pariſiaco, medietate de ipſo te-
leneu ejuſdem tollerent, vel de parte ipſius baſelica abſtraherent. Aſſerebant è contra Agentes ipſius viro
Grimoaldo Majorem domus noſtro, quaſi de longo tempore talis conſuetudo fuiſſit, ut medietate exinde
caſa ſancti Dioniſii receperit, illa alia medietate illi Comis ad partem fiſci noſtri. Intendibant è contra
Agentes ſancti Dioniſii, quaſi hoc GAIRINUS, quondam loci ipſius Pariſiaci Comis, per forcia hunc
conſuetudinem ibidem miſiſſit, & aliquando ipſa medietate de ipſo teloneu ejuſdem exinde tulliſſit:
ſed ipſi Agentes hoc ad palatium ſogeſſiſſent, & eorum præceptionis in integretate ſemper renovaſſent.
Iterum inquiſitum eſt per plures perſonas, etiam per ipſas præceptiones, quod ante hac Principis in primor-
dio & in poſterum in integretate conceſſerunt vel adfirmaverunt. Sic aſſentiente ipſo viro Grimoaldo

A *Majorem domus noſtro, etiam & alii plures noſtri fidelis viſi fuerunt decreviſſe vel judicaſſe, ut Agentes ipſius viro Grimoaldo pro partem fiſci noſtri ejuſdem exinde pro vuadio de ipſo teleneu in integretate reveſtire debirent. quod ita & ficerunt. Sed dum ac cauſa taliter acta vel definita ſeu inquiſita vel judecata, in quantum inluſter vir* SIGOFRIDUS *Comis palatii noſtri teſtemoniavit, fuiſſit denuſcetur, jobimmus ut omne tempore pars predicti monaſtiriæ ſancti Dioniſii, ubi ipſe precioſus Domnus in corpore requieſcit, &* DALFINUS *Abba vel ſucceſſoris ſui ipſo teleneu in integretate de ipſa feſtivetate ſancti Dioniſii, tam quod ibidem ſuper terras ipſius baſelicæ reſedire vedintur, quàm & poſtia, ipſa vice ad Pariſius omne tempore, inſpecta eorum anteriore præceptionis, habiant evindicatum adque elidicatum. Et quatenus antehactis temporebus clade intercedente de ipſo vigo ſancti Dioniſii ipſe marcadus fuit emutatus, & ad Pariſius civetate inter ſancti Martini & ſancti Laurentii baſelicis ipſe marcadus fuit factus; & inde præceptionis prædictorum Principum acceperunt, ut in* B *ipſo loco aut ubique ad ipſa feſtivetate reſedibant ad eorum negucia vel commercia exercienda, ipſo teleneu pars prædictæ baſelicæ Domni Dioniſii in integretate reciperit. Et ſe evenit aut pro clade, aut per quacumquelibit debecione interveniente, exinde aliubi fuerit ipſi marcatus emutatus; prædictus teleneus in integritate ad ipſa caſa Dei præſentis temporebus & futuris in lumenarebus ipſius ſancti Dioniſii pro reverentia ipſius ſancti loci permaniat conceſſus adque indultus: & ſit tam inter parte fiſci noſtri, quàm & inter Agentes ſancti Dioniſii omnis lis & altergatio ſubita.*

ACTALIUS *juſſus recognovit.*

Datum quod ficit minſis December dies XIII, *anno* XVI *rigni noſtri, Mamaccas feliciter.*

NOTATIO.

C PLACITUM iſtud multis capitibus inſigne eſt. Primo, quòd Childebertus germanum ſuum vocat *Chlodocharium*, cujus & Præcepta laudat. Is indubiè haud alius eſt à Chlodoveo, qui proinde binominis erat, (ſi Notarius in ſcribendo nomine haud aberravit) uti de Chlothario Theoderici fratre quidam opinantur. Scio nonnullos in hac verſari ſententia, Theoderici tres fuiſſe filios, Chldoveum, Childebertum, qui proximè unus poſt alterum regnarunt; & Chlotharium, qui mortuo poſt Childebertum Dagoberto ſucceſſit, aut potiùs Chilperico oppoſitus à Carolo Martello eſt. Verùm hîc loquitur Childebertus de germano ſuo, qui ante ſe regnaverat, ut pote qui *præceptiones* regio more antea condidiſ- D ſet. Eumdem Chlotharium pro Chlodoveo nominat Pippinus in autographo indubitato, apud Dubletum edito pag. 694. ubi Pippinus eadem verba de hocce mercato repetens, ita loquitur. *Miſſa petitione nobis ſuggeſſerunt, eo quod à longo tempore anteriores Reges Domnus Dagobertus & Chlodovius, ſeu & poſtea Hildericus & Theudericus & Chlotharius quondam Reges, etiam & Hilbertus, & avunculus noſter Grimoaldus Majorimdomus, ipſique quondam omnes telloneos infra pago Pariſiaco de omnes necutiantes, tam Saxones, quàm Friſiones, vel alias nationes promiſcuas* &c. Ubi Chlotharius recenſetur inter Theodericum & Childebertum: qui ſane ordo & locus eſt Chlodovei. Secundo, quòd *vicus* S. Dionyſii ſepulturâ tum illuſtris, extra urbem Pariſiacam ſitus eſſe perhibetur. quod planè evertit recentiorum quorumdam commentum, qui cœnobium S. Dionyſii cum ejús corpore ante Fulradum intra pomœrium civitatis fuiſſe contendunt. Tertio, quòd eccleſia S. Martini longè antiquior ſit Rotberto Rege: eccleſia verò S. Laurentii ante annos mille ibidem ſteterit, ubi nunc cernitur. quandoquidem nundinæ inter ambas illas eccleſias à Childeberto ſtatutæ ſunt, ut fuſiùs alibi expoſitum eſt in libro IV, ubi de palatio Pariſienſi.

XXIX.

Childeberti item tertii aliud inſigne Placitum de farinario Cadolaici in villa Latiniaco prope Vernum.

Ex autographo Dionyſiano.

Anno 710.

E CHILDEBERTHUS *Rex Francorum vir inluſter. Venientis Agentes baſelicæ peculiaris patroni noſtri Domni Dioniſii, ubi ipſe precioſus in corpore requieſcit, & venerabilis vir* DALFINUS *Abba cuſtus preeſſe veditur, Mamaccas in palatio noſtro, nobis ſuggeſſerunt, eo quòd farinario illo in loco, noncopante Cadolaico, infra termeno Verninſe, quem à longo tempore anteceſſores ſui ad villa ipſius baſilecæ Latiniaco ſemper poſſiderunt; Agentes inluſtri viro* GRIMOALDO *Majorem domus noſtri eum contradicerent & dicebant, quod à villa ſua Verno fuiſſit aſpectus. Dicebant poſtia ipſe Agentes ſancti Dioniſii, eo quod de plurimum annorum ſpacia ipſe farinarius ad ipſo Verno nonquam aſpexiſſit, niſi ad villa ipſius baſelicæ Ladiniaco;* EBROINUS *Majorem-domus ſuo tempore, quando ipſa villa poſſedibat, ibidem eum ficiſſit aſpectum, & juſtiſſemè eis vel ad caſa ſancti Dioniſii redebitur: ſed poſtea ipſe vir Grimoaldus Majorem domus noſter unà cum noſtris fedilebus ac cauſa ante ſe juſſit advenire, uteam deligenciùs inquireret. quod ita & ficit. Sic ad ipſo viro Grimoaldo fuit judecatum, ut ſex homenis de* F *Verno, & ſex de Latiniaco bone fideus in oratorio ſuo ſeu capella ſancti Marthini immemorate homenis hoc debirent conjurare, quod à longo tempore ſemper ipſe farinarius ad ipſo Latiniaco curte ipſius monaſterii ſancti Dioniſii aſpexiſſit, & ibidem juſtiſſemi redebebatur. Et ipſo ſagramentum ſicut eis fuit judecatum, in quantum inluſter vir* SIGOFRIDUS *auditur ipſius viro Grimoaldo teſtemoniavit, quod ipſe homenis ipſo ſagramentum, ſicut ab ipſo viro Grimoaldo fuit judecatum, in omnebus viſe fuerunt adimpliſſe: & tale judicio ipſius viro Sigofrido mano firmante, vel ipſius Grimoaldo Majorem domus noſtri ſigellatum ipſe Agentes accepiſſent, ut ipſo farinario ad parte ipſius Dalfino Abbati vel monaſteriæ ſui ſancti Dioniſii elidiato urdene dibiant poſſedire vel domenare. Proinde nus taliter unà cum noſtris Proceribus conſtetit decreviſſe, in quantum inluſter vir* BERO *Comis palatie noſtre, qui ad vice itemque inluſtri viro* GRIMBERCTHO *Comite palatii noſtro adeſtare vedebatur, teſtemoniabit quod memoratus Sigofridus ſuum prabuit teſtimonium, quod ac cauſa ante ipſo viro Grimoaldo Ma-*

jorem domus noſtri ſic acta vel judecata fuiſſit denuſcitur ; jubemus ut memorati Agentes ipſo farinario, A
ad parte ipſius Dalfino Abbati vel monaſterii ſancti Dioniſii abſque repeticione ſuperſcripto Grimoaldo,
aut Agentes vel heredis aut ſucceſſoris ſuos , vel contra quemlibit , inſpecto illo judicio , ipſius viro
Grimoaldo Ma orem domus noſtri , ſicut pir eũdem declaratur, omne tempore habiant evindecatum atque
elidiatum ; & ſit inter ipſis ex hacre in poſtmodum ſubita cauſacio.

DAGOBERTO *ad vice* ANGILBALDO *recognovit.*

Datum quod ficit minſis December dies XIIII , *ann.* XVI *rigni noſtri , Mamaccas feliciter.*

NOTATIO.

De toto hoc Placito atque Latiniaco , de quo hîc controverſia erat , actum eſt in libro IV , ubi de Verno palatio. De ſacramento facto in capella S. Martini lege adnotata in Placitum Theoderici Regis de Bactilione-valle. Nec illud inſuper habendum , quòd Placitum à Grimoaldo Majore-domus *ſigillatum* dicitur . non quidem regium (ut puto) ſed judiciale Procerum. An autem ſigillum regale fuerit , an privatum ipſius Grimoaldi ; definire nolim. Pippinus quidem , cùm Majordomus eſſet , Placito ab ſe condito ſigillum appoſuit, quod Childerici eſſe videtur. Præter ea duos hîc legimus palatii Comites , quemadmodum contra Coringium demonſtravimus in libri ſecundi capite XI num. XIV , nempe Grimberethum , & Beronem , qui *ad vicem Grimberethi* cauſam ad Principem retulit. nam præſente Rege Comites palatii rem non judicabant , ſed controverſiæ ſtatum ei exponebant , ut ex Placitis hîc editis intelligitur. Dagobertus *ad vicem* Angilbaldi hîc ſubſcribit. Simile exemplum exſtat ſuprà in charta XXIV.

Hoc in loco charta Hugonis Archiepiſcopi Rotomagenſis de Vidiaci villæ donatione facta cœnobio B Mettenſi S. Arnulſi , pro ſepultura patris ſui Drogonis , exhibenda erat , uti ſuperiùs pollicitus eram pag. 125 num. III. at comperto eam apud Valladerium & Carolum Cointium editam eſſe , abſtineo ab ejus iterata editione , contentus referre locum de Lectoribus, quem ſubindicaveram. *Ideo nos tam pro ipſo loco ſepulturæ , quàm & pro remedio animæ prædicti genitoris jurit noſtri villam nuncupatam Vidiacum (Vigy) ſitam in pago Mettenſe , quam ipſe genitor ſuus , avus noſter , Pippinus ſuo munere conceſſit , ipſam villam ad baſilicam ſanctorum Apoſtolorum clericis vel pauperibus , alimoniam ibidem accipientibus , aut Lectoribus inibi deſervientibus , à die præſenti per hanc chartulam donationis viſi fuimus conceſſiſſe* &c. C Data eſt charta *ſub die* VIII *Kal. Iulii, anno* V *regni Domni noſtri Dagoberti Regis*.

XXX.

Ex autographo Dionyſiano , & Sæc. 3 Bened.

Chilperici III Præceptum , quo immunitates Dionyſiano monaſterio conceſſas confirmat.

Anno 716.

CHILPERICHUS *Rex Francorum vir inluſter. Oportet climenciæ principale inter ceteras pe-*
ticionis illud quod pro ſalute adſcribetur , & pro divine nomenis poſtolatur , plagabile auditum D
ſuſcipere , & proculdubium ad aeffectum perducere : quatenus de caducis rebus præſentis ſecoli æterna
conquirantur juxta præceptum Domini dicentis : Facite vobis amicis de mammona iniquetatis. *Ergo*
de mammona iniquetatis juxta ipſius dictum nos oportit mercare æterna cæleſtia : ut dum Sacerdotum
congrua impertimus beneficia , retributorem Domino ex hoc habere meriamur in æterna tabernacola.
Igetur venerabilis vir CHILLARDUS *Abba de baſilica peculiaris patronis noſtri Domni Dioniſii mar-*
thyris , ubi ipſe precioſus Domnus in corpore requiiſcit , clemenciæ regni noſtri ſupplicavit , ut juxta quod
ab anteceſſoribus Regebus parentebus noſtris à longo tempore omnis emunitas de villas præfatæ ſancti
baſelicæ fuit conceſſa , unde & ipſas præceptiones ſe præ manibus habire adfirmat , & hoc uſque nunc
inviolabiliter adſerit eſſe conſervatum. Unde petit ut hoc per noſtra aucturetatem dinuo pro rei firmi-
tatis circa ipſo ſancto loco , vel homenis qui ſe cum ſubſtantia eorum ad ipſa baſilica tradunt vel con-
donant ; juxta quod anteriores parentis noſtri vel præcelſus avuncolus noſter THEODERICUS , *ſeu &* E
conſobrini noſtri CHLODOVIUS , CHILDEBERCTHUS , *&* DAGOBERTHUS *quondam Regis , per eo-*
rum aucturetatis ab ipſa baſelica hoc priſtetirunt vel confirmaverunt ; hoc iteratis circa ipſo Abbatem
concidere & confirmare deberemus. Ideo cognoſcat magnetudo ſeu utilitas veſtra , quod nos pro reverentiâ
ipſius ſancte loce , vel pro quietem ibidem Deo famulancium , prumtiſſima voluntati dinuo conceſſiſſe &
in omnebus confermaſſe veſtra cognoſcat ſolercia. Quapropter per hunc præceptum quod ſpecialius decer-
nemus , & in perpetuo volemus eſſe manſurum , jobimmus , ut neque vos , neque junioris ſeu ſucceſſores
veſtri , nec quiſlibet de judiciaria poteſtate accinctus , in curtis præfatæ ſanctæ baſelicæ domni Dionyſii ,
ubi & ubi , in quaſcumque pagus in regna Deo propitio noſtra , quod à die præſente pars ipſius mo-
naſterii poſſedire vel dominare veditur , vel quod à Deo timentebus hominebus per ligetema inſtromenta
ibidem fuit conceſſum , aut inantia fuerit adetum adque delegatum , nec ad cauſas audiendum , nec
ad fidejuſſores tollendum , nec ad freda exigendum , nec ad manſionis faciendum , nec paratas , nec nul- F
las redebutiones requerendum , ingredire nec exigere quoque tempure penetus non præſumatur , niſi quic-
quid fiſcus noſter exinde potuerit eſperare , omnia & ex omnibus pro mercidis noſtri conpendium cum
omnis fridus ad integrum ſibimet conceſſis , ut dictum eſt , inſpectas ipſas præceptionis anteriorum Re-
gum , parentum quondam noſtrorum , vel juxta quod præſens noſtra continere videtur auctoretas , quic-
quid ipſe ſanctus locus à die præſente , ut diximus , habire videtur , quam quod in poſtmodum à Deo
timentebus hominebus vel à nobis fuerit adetum vel conlatum , ſeu quicumque juſti & rationabiliter
cum omne ſubſtantia ad ipſo monaſtirio ſe tradedirit , & res ſuas per ligidema inſtromenta ibidem
delegaverit vel firmaverit ; ſub integra emunitati à die præſente valiat reſedire quietus atque ſecurus :
& , ut dictum eſt , quicquid exinde forſitan fiſcus noſter ſperare potuerat , in luminarebus vel eſtipendiis
ſeu & in elimoniis pauperum ipſius monaſtirie perenniter pro noſtris oracolis ad integrum in omnia &

ex omnibus

A *ex omnibus ſit conceſſum atque indultum , ut eis melius delectit pro eſtabilitate rigni noſtri , vel pro quietem quibuſlibet chunctis Leodis noſtris Domini miſericordia adtencius deprecare. Et ut hæc auctoretas noſtris & futuris temporebus circa ipſo ſancto loco perenniter firma & inviolata permaniat, vel per tempora inlæſa cuſtodiatur adque conſervetur, & ab omnibus judices meliùs credatur, manus noſtri ſubſcriptionebus ſubter eam decrivemus roborare.*

CHILPRICUS *Rex ſubſcripſi.* ACTALIUS *juſſus optolit.*

Datum ſub die pridie Kalendas Marcias, anno primo rigni noſtri, in Dei nomine Conpendio feliciter.

XXXI.

B
Chilperici ejuſdem Præceptum de immunitate teloneorum.

Ex autographo Dionyſiano & Sæc. 3 Bened.

Anno 716.

CHILPERICHUS *Rex Francorum viris inluſtrebus omnis tilenariis Maſilienſis. Dum & ante hus annis proavus noſter* DAGOBERCTHUS *quondam Rex ſolidus cento exemtis de Maſilia civetate, ſicut ad cellario fiſce potuerant eſſe exactati, ad baſileca peculiaris patroni noſtri dòmni Dionyſii, ubi ipſe precioſus in corpure requiiſcit, & venerabelis vir* CHILLARDUS *Abba præeſſe veditur, per ſua præcepcione ſua mano roborata conceſſiſſit, ſeu & domnus vel genetur noſter* CHILDERICUS, *etiam & abuncoli noſtri* CHLODOCHARIUS *&* THEODERICUS *quondam Regis, etiam & nos poſtia per noſtra præceptione hoc ibidem denuo viſe fuemus conceſſiſſe vel confirmaſſe; & taliter in ipſas præceptionis vedittur habere inſertum, ut tam in ipſa Maſilia, quàm & per reliqua loca in regna Deo propitio noſtra, ubicumque telleneus, portaticus, pontaticus, rotaticus, vel reliquas redebucionis, quod à judicebus publicis exige-*
C *tur, de carra eorum qui hoc inferre vedintur, ad Miſſus ipſius baſilicæ nullatenus requeratur nec exigiatur, niſi hoc in omnibus annis ſingolis habeant conceſſum. Ideoque præſenti urdenatione vobis decernemus & omnino jobemmus, ut quomodo miſſe ipſius baſilice domni Dioniſii vel memorato Abbati hoc eſt . . . . cum paris ſuos ad vos venerint, ipſis ſolidus cento eximtis, ſicut ex cellario noſtro ſecundùm conſuetudinem abſque ulla mora vel delatione , juxta quod ordo cataboli fuerit, omnimodis eis dare ac adimplire faciatis: & de ipſa carra qui hoc inferre vedintur, nec in pſa Maſilia, nec per reliqua loca in regna Deo propitio noſtra, nullo teleneus, nec portatico, nec pontatico, nec rodatico, nec reliquas redebucionis, nec vos, nec juniores veſtri, nec quiſlibet de parte fiſce noſtri requireri nec exagetare penitus non præſumatis. Videtis ut aliter ob hoc non faciatis, ſe gratia noſtra obtatis abire propitiam.*

CHRODEBERCTHUS *recognovit.*

Datum quod ficit minſis Martius dies quinque, anno primo regni noſtri, Conpendio in Dei nomine feliciter.

D
XXXII.

Chilperici ejuſdem Placitum, quo ſuperiùs Bacivum Dionyſiano cœnobio adſtruitur.

Ex autographo Dionyſiano & Sæc. 3 Bened.

Anno 716.

CHILPERICUS *Rex Francorum vir inluſter. Cùm in noſtra vel Procerum noſtrorùm præſentia Conpendio in palatio noſtro homo alicus, nomine* FRIULFUS, *venerabeli viro* MARTINO *Prepoſito de baſelica peculiaris patronis noſtri ſancte Dioniſii interpellàvit dum dicerit, eu quod porcione ſua de parte ſocero ſuo* EDRONE *quondam in loco noncopante ſuperiore Bacivo ad eo ligebus pervenire deburat, ei malo ordine contradicerit, vel poſt ſe retenirit. Qui ipſe Martinus dedit in reſpunſis, quod eſtro-*
E *mentum habibat, quem filius ſupraſcripto Edrone quondam, nomine* EODO, *venerabili viro* CHRODCHARIO *monacho ſancti Dioniſii vindediſſit, & ipſa vindicione in præſente oſtendedit relegenda. Relicta ipſa vendicione, ſed dum inter ſe intenderint, ſic à Proceribus noſtris fuit jùdicatum, ut illa medietate de ipſa porcione in jam dicto loco ſuperiore Bacio jam dictus Martinus ad partes ipſius ſancti Dioniſii abire dibiad. Proinde nos taliter unà cum noſtris Proceribus conſtetit decriviſſe, ut dum inluſter vir* VVARNO *Comis palatii noſtri teſtemoniavit, fuit judecatum, quod ac cauſa ſic acta vel inquæſita fuiſſet denuſcetur; jobimmus ut memoratus Martinus ipſa medietate de jam dicta porcione in ipſo ſuperiore Bacio, quicquid ad ipſa medietate aſpicere veditur, una cum terris, domebus, edeficiis, acolabus, mancipiis, campis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſebus, adjacenciis, appendiciis ad ſe pertenentis, pecuniis, præſidiis, farinariis, gregis cum paſthorebus, omnia & ex omnebus rem exquiſita, illa medietate ad integrum inſpecta vel eſtante eorum eſtromenta, abſque repeticionè*
F *ſupra ſcripto Friulſo vel heredis ſuos ad partes ſancti Dioniſii omni tempore habiant evindecata atque elidiata, & ſit inter ipſo Friulſo ſuiſque heridebus vel agentis Domni Dioniſii omni tempure ſubita cauſacio. Et dum ipſe Martinus in cauſa ipſius baſelicæ Domni Dioniſii contra ipſo Friulſo tam illa fructa de illa alia medietate, quàm & illa fide facta per vadio ſuo in præſente viſus fuit tranſfelſiſſe; jobimmus ut omni tempore tam ipſe Martinus vel pàrs Domni Dioniſii abſque repeticione ipſius Friulſo vel heridis ſuos de ipſa fide facta vel ipſa fructa duct. & ſecurè valeant reſedire.*

ERMEDRAMNUS *recognovit & ſubſc.*

Datum quod ficit minſis Marcius dies ſeptem , anno primo rigni noſtri, Conpendio in Dei nominè feliciter.

XXXIII. A

Ex autographo Dionyſiano. & Sæc. 3 Bened.

Anno 716.

Chilperici ejuſdem Præceptum de centum vaccis cœnobio Dionyſiano perſolvendis à fiſco.

CHILPERICHUS *Rex Francorum vir inluſter. Se facta parentum noſtrorum conſervammus, regia conſuetudine exſercemus, & noſtra in poſmodum eſtabelis eſſe confidemus; præcipuè peticionebus Sacerdotum, quod pro eorum confirmanda beneficia pertenit, libenter obaudimus, vel effectui in Dei nomine mancipammus, hoc nobis ad mercedis noſtri augmentum pertenire confidemus. Idioque venerabelis vir* CHILLARDUS *Abba de baſelica peculiaris patronis noſtri Domni Dioniſii martyris, ubi ipſe precioſus domnus in corpure requiſcit, climenciæ rigni noſtri ſoggeſſit, eo quod bonæ memoriæ proavus noſter* DAGOBERCTHUS *quondam Rex per ſua auctoritate mano ſua roborata vaccas cento ſoldaris, quod in inferenda de pago Cinomanneco in fiſce dicionebus ſperabatur, ad ipſa ſancta baſileca annis ſingolis conciſſit. Unde & ceſſionem ipſius Principae ſeu & confirmationis avo noſtro* CHLODOVIO *& bonæ memoriæ genitore noſtro* CHILDERICO, *vel avunculo noſtro* THEODERICO, *ſeo & conſobrinus noſtrus* CHLODOVIO, CHILDEBERCTHO & DAGOBERCTHO *quondam Regebus, eorum manebus roboratas, ſe ex hoc præ manebus habire adfirmat: & ſicut ipſe beneficius ad ipſa baſeleca ab ipſis Principebus fuit conceſſus vel indultus, annis ſingolis à judiciaria poteſtate loci illius reddire vel adimplire commemorat. Sed pro firmitatis eſtodium petiit celſetudini noſtri, ut hoc circa ipſo Abbati vel memorata ſancta baſileca noſtra hoc plinius diberit aucturetas perpetualiter confirmare. Cujus peticioni pro reverencia ipſius ſanctæ loce gradante anemo priſtetiſſe, vel in omnebus confirmaſſe veſtra comperiat magnetudo. Præcipientis enim jobimmus, ut ſicut conſtat antedictus Princeps Dagobercthus quondam Rex ipſas vaccas cento inferendalis de ſupra eſcripto pago Cinomaneco, quod annis ſingolis in fiſce dicionibus ſperabatur, per ſua aucturetate ad ipſa baſelica conceſſit, & hoc à judicaria poteſtate annis ſingolis conſervare vel adimplire vedintur; ita & deinceps inſpectas ipſas aucturetatis vel confirmacionis prædictis Principebus per noſtrum præceptum plinius in Dei nomine confirmatum circa ipſo ſancto loco perenniter in omnebus videtur eſſe conſervatum adque indultum, & ibidem noſtris & futuris Deo auſiliante temporebus proficiat in augmentis: ita ut eis melius delectit pro eſtabilitate rigni noſtri ad ipſo ſancto loco Domini meſerecordia attencius deprecare. Et ut hæc auctoretas firmior habiatur, & per tempora conſervitur, manus noſtri ſubſcriptionebus ſubter eam decrivemus roborare.*

CHILPERICUS *Rex ſubſcripſi.* ACTALIUS *juſſus optolit.*

Datum quod ficit minſis Martius dies ſexdecim, anno primo rigni noſtri, Compendio in Dei nomine feliciter. D

XXXIV.

Ex ſchedis noſtris

Anno 717.

Chilperici item Præceptum pro monaſterio Foſſatenſi.

CHILPERICUS *Rex Francorum V. I. Si juſtis petitionibus ſervorum Dei aures noſtras accommodamus, conſuetudinem regiam exercemus, & hoc nobis procul dubio ad ſtatum animarum noſtrarum, & ad profectum regni noſtri prodeſſe credimus. Ideo venerabilis vir* VUALDOMARUS *Abbas conſiderans infirmitatem & imbecillitatem corporis ſui, & frequentes infirmitates quibus illum Dominus caſtigare dignatus eſt, pertractans, cum omnibus fratribus qui monaſterio Foſſat. in pago Pariſiaco omnipotenti Deo deſervire videntur, clementiæ regni noſtri ſuggeſſit, ut ſecundum eorum privilegium quod ab anteceſſoribus noſtris & Pontificibus conſervatum fuit, à nobis etiam pro reverentia ſanctæ Dei genitricis Virginis Mariæ & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, & pro intuitu animæ noſtræ & æternæ retributione per cuncta tempora maneat confirmatum atque conſervatum. Proinde ipſi Abbati vel ſuis monachis tale præceptum & confirmationem fieri rogamus* *, *unà cum conſenſu Majoris domus noſtræ* RAGANFREDI, *ut quicquid in ipſo eorum privilegio loquitur, hoc nos pro noſtra auctoritate & ſucceſſorum noſtrorum per tempora conſervatum & inviolatum eſſe volumus atque decrevimus, & omnino hoc jubemus, ut in ipſo monaſterio nulla extranea vel oppoſita perſona ſine voluntate Abbatis vel fratrum ſuorum ad dominandum vel competendum ingredi præſumat: ſed juxta privilegium quod noſtræ præſentiæ præſentaverant; quem Abbas elegerit, & illa pars monachorum melior de ipſa congregatione, vel ſi neceſſitas fuerit de quolibet monaſterio poſt deceſſum Abbatis, vel quandocumque ipſe Abbas voluerit, omnia cum ipſius conſenſu & voluntate ſubjectorum ſuorum licentiam habeant conſtituere Abbatem, ſicut in eorum privilegio manifeſtiſſimè deſignatur: ita tamen ut talis eligatur, qui corpore ſit caſtus, mente devotus, ſacris ſcripturis conditus, & converſatione regulari inſtructus: ut ipſi monachi ſub quieto ordine viventes, nihil patientes inquietudinis, pro ſtatu regni noſtri vel pro ſalute totius populi melius & melius exorare delectet. Unde & confirmationem Principis conſobrini noſtri* DAGOBERTI *quondam Regis ſe ex hoc præ manibus habere affirmat; & ipſum beneficium conceſſum de eo tempore uſque nunc videtur eſſe conſervatum, ita & inantea inſpectas ipſas præceptiones ſupraſcriptas Principum, ſicut per eaſdem declaratur, omni tempore ipſum beneficium conceſſum valeat & conſervatum. Et ut hæc præceptio firmior ſit, manus noſtræ ſubſcriptionibus ſubter ea decrevimus confirmare.*

* *ſ* decrevimus *vel quid ſimile.*

CHILPERICUS *Rex ſubſc.* ADO *juſſus obtulit.*

Data ſub die VIII *Kal. Maias, anno* II *regni noſtri, Pariſius civitate feliciter.*

A

XXXV.

Ibbonis Epiſcopi Turonenſis privilegium pro cœnobio S. Martini Turonenſi.

Ex chartario S. Martini.

Circa annum 720.

*CONDITOR rerum omnium Deus inviſibilis per prophetarum linguas genus erudivit humanum, qui
egregium per prophetam præcipit nobis Iſaiam, ſi Deum quærebamus & ſcire illius volebamus vias,
debitores noſtros repetere non deberemus, omnes etiam ſolveremus faſciculos deprimentes, & omne onus
quod aggravabat diſrumperemus, & reliqua quæ ſubſequuntur ſi cuſtodiebamus; tunc repromiſit omnibus
noſtrorum criminum ponderibus dejectis, atque delictorum nexibus reſolutis, expulſiſque peccatorum tene-
bris, erumpere quaſi mane lumen noſtrum, ad contuendum ſcilicet oculis ſpiritualibus, ſicuti eſt, Crea-
B torem. Quomodo etiam ſanitas noſtra citiùs oriatur & anteeat faciem noſtram juſtitia, & gloria Domini
immarceſſibilis colligat nos. Tunc invocemus, & Dominus exaudiet: & clamemus, & dicet voce cælitus,* Ecce
adſum, *&c. Et de vita contemplativa partem optimam quam Dominus Mariam elegiſſe laudavit, ſuffi-
cere credimus teſtimonio ipſius. Licet & actualis vita habeat cum retributione bonorum operum mercedem
ſuam, tamen præpoſuit ſatagenti Marthæ circa plurima, ſe contemplantem Mariam. His ergo tantis
atque talibus teſtimoniis exercitatus animo, decrevi ego in Dei nomine* IBBO, *etſi quilibet peccator,
Turonenſis urbis gratia Dei vocor Epiſcopus, privilegium concedere, atque libertate congregationem
monaſterii baſilecæ beatiſſimi poſt Apoſtolos clariſſimi Confeſſoris Martini, ubi ipſe in corpore requieſcit, con-
donare, in quo venerabilis vir* GUNTRAMNUS *Abbas præeſſe videtur, quod jam dudum à prædeceſſore
noſtro* CROPERTO, *Turonicæ urbis quondam Epiſcopo, Chriſtianiſſima devotione ad ipſam ſanctam
baſilicam vel congregationem ibidem conſiſtentem fuit conceſſum: vel etiam per auctoritatem ſedis Apoſto-
C licæ Papæ urbis Romæ, conſenſu ipſius Crotperti, hoc privilegium ad inſtar ex ipſa ditione apoſtolica fuit
confirmatum. Nec immerito (reor) eiſdem ita viventibus pie atque catholice hoc ſupervenire privilegium
poterit, qui indeſinenter diu noctuque patrono noſtro famulantes, placere piiſſimo Chriſto contendunt, om-
ni honeſtate ac moderatione morum corpora coercentes redigunt ſervituti: atque ſuis libertatem monachis
dare, cujus honorem fiſcus totum dedit urbi & cenſus, libereque vivere nomenque inſtituit heredis. Cujus
præfulgentem & miraculis coruſcantem à Regibus ſingulariter emunitatem urbs noſtra tota promeruit, præ-
ſtante piiſſimo* DAGOBERTO *quondam Rege integram emunitatem ſuſcepit; dignum arbitror munus ab
eodem impetratum, eidem vel in ſuo viventibus patrocinio trementibus ulnis proferre. Præfatis ergo fratri-
bus & Abbati, jura ſervantibus Patrum, cedimus, ceſſoſque volumus eccleſiæ cenſus: ſervitutis opera,
manſiones, paſtus, munera, freda, fiſco, Epiſcopo, Iudicibus, Miſſis & Archidiacono & conſuetudines
omnes ſæculares amputamus ſeu reſecamus, & quidquid nobis vel eiſdem ſervire dareve ſolebant. Et qui-
D dem quæ poſſident vel adhuc largiente Domino à Chriſtianis hominibus collatum fuerit, ſibi ſemper vindi-
cent, habeant, atque perpetuo jure tempore noſtro vel ſucceſſorum noſtrorum defendant, eiſque proficiat pe-
renni firmitate, nec nobis nec noſtro cuidam ſucceſſori quiddam aliud dent, niſi juxta poſtulationem fra-
trum vel ſtatuta ſanctorum Patrum, quàm honores impoſitæ manus, graduum benedictiones ſubſequen-
tium, altaris chriſmatis & olei ſancti: & hoc ipſum abſque ullo præmio ſecundum ſanctas ſcripturas
accipiant. Et ſi Abbas ab hac luce diſceſſerit, per electionem memoratæ congregationis monaſterii, quorum vi-
ta perfecta creditur, ſicut Regula ſancti* BENEDICTI *edocet, in eorum conſenſu ſolidetur: ſicut & auctori-
tas Papæ urbis Romæ* ADEODATI *continet per privilegii ſeriem, nullas gravedines à quolibet Epiſcoporum
ſub prætextu diſcuſſionis religioſus Abbas vel monachi ibidem degentes ſuſtineant. Neque rurſus hoſpitandi
ſibi apud eos licentiam vindicantes diſpendia his atque inſolentias augariarum imponant: neque per
occaſionem regularis diſciplinæ rimandæ atque ſervandæ quaſlibet eis importent injurias. Sed liberam
E licentiam habere ſtatuimus, ſalva profecto monachicarum regularum cuſtodia religioſo Abbate, quicum-
que pro tempore præerit, præfato venerabili monaſterio id procurante: ut erga quod priſcæ traditionis ejus
articulus continet, etiam ipſe conſervare nitatur; & qui ſub ejus reguntur diſpenſatione, ſolerter cuſtodire
commoneat, diſtricteque compellat. Reverentiſſimus verò Epiſcopus in cujus parochia memoratum venerabi-
le monaſterium, vel res ejus ac poſſeſſiones conſtiterint; facienda tantùm ordinationis ac promotionis ſa-
cerdotum atque levitarum, vel conficiendi chriſmatis ſit tantùm conceſſa licentia: diſpoſitionem autem
venerabilis loci gerere, ac converſationem monachicam exquirere religioſo Abbati ejuſque Præpoſito, vel
quique probatiſſimi fuerint in eodem monaſterio, quod etiam præfati Præſules conſona ſententia definie-
runt, decernimus. Quiſquis igitur quolibet tempore (quod nullatenus credimus) hujus decretum privile-
gii quod auctoritate apoſtolica ſubnixi conſentiendo firmavimus, in totum vel in partem temerare tempta-
verit, ſuæque præſumptionis audaciam minus correxerit; in perpetuum percellendum vel anathematizan-
F dum ſe noverit, non ſolùm tantorum ſententiâ ſacerdotum, ſed æquiſſimo apoſtolicæ condemnationis aculeo,
quam violare pertinaciter niſus eſt, quod ſalubriter conſervare debuerat. Et ita quoque hujus privilegii
ſanctio firma ac rata indiminutè perſiſtat atque permaneat, erga quod & præcellentiſſimi totius Galliæ Re-
ges, ut ſcripta comperimus, ad reprimendas laicorum infeſtationes edicto præmunire idem venerabile mo-
naſterium regali pietate dignati ſunt: ita & nos inſpirante Domino plena devotione deinceps in idipſum
venerabilem* GUNTRAMNUM *Abbatem ſuamque congregationem, vel præfati monaſterii ſancti Martini
Antiſtitem volumus confirmare, ut inſpecta ipſa privilegia tam deceſſoris noſtri* CROTPERTI, BER-
TONI, *quam &* ADEODATI *Papæ urbis Romæ, ſeu confirmationes glorioſorum Regum, ut noſtro tempore
vel ſucceſſorum noſtrorum omnimodis inviolabiliter conſerventur, & in nulla qualibet parte (ſicut à nobis
decretum eſt) corrumpantur. Rogamus & conjuramus ſucceſſores noſtros, ſecundùm ſancti Pauli exemplum,
per nomen Domini noſtri Ieſu-Chriſti, ut idipſum ſentiatis omnes nobiſcum, conſervantes Domini manda-*

tum, quomodo dicitur: Gratis accepiſtis; Gratis date. *& illud propheticum teſtimonium :* Beatus A
qui extulit manus ſuas ab omni munere, *id eſt ut nec per obſequium indebitum ſerviendo, nec per linguam laudando, nec per manum plenam muneribus donum Spiritus-ſancti corrumpatur: ſed illa potiùs in[illegible]ticantur muniera immortalia, quæ ſunt cælis condita, de quibus dicitur, quod* oculus non vidit &c.
Abbas verò qui eligendus eſt, non eum nativitas aut divitiæ, aut ingenuoſitas præferat: ſed quem ſanctitas morum, vel gravitas, vel pietas adornaverit, anteponant. In nullis quoque modis, quos prædiximus, juxta con urationem diſſentiatis nobis prædicti ſucceſſores, ſi non Martinus conſortio, ſi non Chriſtus ſuo vos excludat regno. Vos quoque venerandos mihi Galliarum Præſules, & Belgicæ, Aquitanicæ metropolitanos, & omnes confratres & Epiſcopos ſupplex oro & exoro, ut huic paginulæ pro ſocio veſtro Patrono noſtro ſancto Martino aſſenſum tribuatis animo ex pleno, manibus veſtris infra ſubſcribentes roborem detis perpetuum: ut ad æterna vobis præmia hoc privilegium per orationem quibus datur perveniat & nobis. B
Ego in Chriſti nomine Ibbo *etſi peccator Epiſcopus, hoc privilegium integra voluntate & devotione ad monaſterium S. Martini ubi monachi ſecundum Regulam S.* Benedicti *converſare videntur, ſubſ.*

Notatio.

Hoc idem privilegium, reſectis nominibus propriis Ibonis Epiſcopi & Guntramni Abbatis, in formulam redactum eſt ante annos octingentos in codice Thuaneo, nunc Colbertino, numero 780, ex quo illud erueram, edideramque in Appendice partis I Sæculi IV Benedictini. At cùm ex chartario eccleſiæ S. Martini (Panchartam albam vocant) nanctus eſſem; quale etiam exſtat in Pancharta nigra, & in claſſe litterarum imperialium & regalium; viſum eſt hîc denuò illud exhibere ad conciliandam fidem privilegio Adeodati Papæ, quod quidam temerè arguunt. Antiquius eſt privilegium Johannis IV, rogatu Chlodovei junioris conceſſum parthenoni beatæ Mariæ, ubi Regulæ ſanctorum Antonii, Pachomii & Benedicti ſervabantur. Exſtat in eadem Appendice, erutum ex eodem codice mſ. C

XXXVI.

Ex archivo Dionyſiano.

Theoderici Calenſis Præceptum, quo anteriora Regum ac Pontificum privilegia Dionyſianis confirmantur.

Anno 723.

THeudericus *Rex Francorum Vir inluſter. Oportet climencia principali inter ceteras peticiones illud quod pro ſalute adſcribitur, vel pro divinis nominis poſtulatur, plagabili auditu percipere, ad æffectum perducire: ut fiat in mercidem, dum pro quietem ſervorum Dei vel congruentia locis venerabilibus impertitur petitio. Aergo dum & omnipotens Pater, qui dixit de tenebris lumen expendiſcire, per incarnationis myſtheriæ unigeniti filii ſui Domini noſtri Ieſu-Chriſti, vel inluſtratione Spiritus-ſancti inluxit in corda ſanctorum Chriſtianorum, pro cuius amore & deſiderium inter citerus glorioſus triumfus martyrum beatus* Dionisius *cum ſociis ſuis* Rustico *&* Eleotherio, *qui primi poſt Apoſtolos ſub ordinatione beati Climenti, Petri Apoſtoli ſucceſſoris, in hanc Galliarum provinciam advenerunt; ibique prædicantes baptiſmum pænitentiæ & remiſſionem peccatorum, dum in hunc modo concertabant; ibique meruerunt palmam marthyriæ, & coronas percipere glorioſas, ubi per multa tempora & uſque nunc in eorum baſilicam, in qua pretioſa eorum corpora requieſcire vedentur, non minima miracola virtute Chriſti per ipſus dignabatur operari; in quo etiam loco glorioſi parentis noſtri, vel bonæ memoriæ proatavus noſter* Dagoberthus *quondam Rex videntur requieſcire: utinam ut & nus per interceſſionem Sanctorum ipſorum in cæleſtiæ rigna cum omnibus Sanctis miriamur participare, & vitam æternam percipere. Igitur venerabilis vir fidelis noſter Deo propitio* Berthoaldus *Abba de ipſa baſilica peculiaris patronis noſtri Domni Dioniſii, miſſa petitione per illuſtri viro* Carlo E
Majorem domus noſtro, clementiæ regni noſtri reddedirunt, ſoggerentes, eo quod à longo tempore à Pontef[illegible]us Pariſiorum urbis integrus privilegius ad ipſa baſelica Domni Dioniſii fuiſſent conceſſus, & ad anterioris Regis parentis noſtrus de eu tempure uſque nunc confirmatus, qui & ipſo privilegio ſeu & ipſas præceptiones vel confirmationes ſe præ manibus abire adfirmant: ſed pro integra firmetate petiit ipſi vir Carlus vel ipſi Abba celſitudinem noſtra, ut & nus iteratis per noſtra præceptione hoc deberimus adfirmare. quorum tam religioſa petitione libentiſſimi ſuſcepiſſe, & in omnibus confirmaſſe veſtra comperiat magnitudo. Sed quia à ſupraſcriptis Principibus vel à cæteris priſcis Regibus, etiam & ad Deo timentibus Chriſtianis omnibus ipſi templus vel ipſi ſanctus locus propter amorem Dei & vitam æternam in rebus videtur eſſe dithatus; noſtra integra devotio eſt, ut privilegio ad ipſum ſanctum locum Abbati vel fratrebus ibidem conſiſtentebus facere vel confirmare pro quieti futuræ diberimus: ut faciliùs à congregatione ipſius licent pro eſtabilitate regni noſtri ad limena vel ad ſepulchra ipſorum Marthyrum jugiter exorare. F
Nus ergo per hanc ſeriem auctoritatis noſtri, juxta quod per ſupradictum eſt privilegium à Ponteficibus factum, vel ab antecesſoribus Regibus parentibus noſtris confirmatum, pro reverentia ipſorum Marthyrum vel noſtra confirmanda mercide confidemus, ipſi ſancto locus & à novo confirmamus: ut ſi qua ad ipſum ſanctum locum tam in villabus, mancipiis, vel in quibuſque rebus adque corporibus, à priſcis Principibus ſeu à genitoribus noſtris, vel ad Deo timentebus hominibus propter amorem Dei ebidem fuit deligatum, aut deinceps fuerit addetum, dum & ex munificentia parentum noſtrorum (ut dixemus) ipſi ſanctus locus veditur eſſe ditatus vel conditus; nullus Epiſcoporum, nec præſentis, neque futuri fuerint ſucceſſoris, aut eorum ordinatoris; vel quiſlibet perſona, non poſſit quoque ordine de ipſo loco aliquid auferre, aut per aliquam poteſtatem ſibi in ipſo monaſthirio uſurpare, vel aliquid quaſi per commutationis titolum abſque voluntati ipſius Abbati vel ipſius congregationis aut noſtrorum permiſſum: & neque calices,

A *neque crocces, ſeu indumenta altarium, vel ſagrus codices, aut aurum, aut argentum, vel qualicumque*
eſpeciem, de quo ibidem conlatum fuerit, aut inantia dedicatum, auferri, aut minuare, nec ad civita-
tem deferri penitus eis non liciat, nec facere præſumant: ſed liceat ipſi ſancti loci vel ipſius congregationi,
quod eis per rectam delegationem conlatum eſt, perpetim poſſidere. Et illut virò in hunc privilegio no-
ſtræ ſerenitatis placuit inſerendi, ut cùm Abbas de ipſa caſa Dei de hunc ſæculo nuto divino fuerit evo-
gatus, licceat ipſius ſancti congregationi de ipſo monaſthirio ex ſemetipſis elegire; & quem bonum &
condignum invenirent, qui honnus Abbatis ſecundum urdine ſancto poſſit regere vel gobernare, &
unanimiter conſenſerint; data auctoritate à nobis vel à ſucceſſoribus noſtris ibidem in ipſa caſa Dei
inſtituatur Abba: & pro eſtabilitate rigni noſtri vel pro cunctis leodis noſtris ſeu ſaluti patriæ Domini
miſericordiam valeant exorare. Qua Optematum inluſtrium virorum noſtrorum Procerum gratiſſemo ani-
mo & integra devotione viſi fuemus preſtiteſſe vel conceſſiſſe, eo ex ſcilicet urdene, ut ſicut temporebus ante-
B *riorum Regum parentum noſtrorum ibidem in ipſa ſancta baſelica pſallentius per turmas fuit inſtitutus,*
ſicut ordo ſanctus edocit, die noctuque perenniter in ipſo loco ſancto celebretur. Quam urdenationis au-
ctoritatem decrivemus Chriſtum in omnibus nobis ſofragantem confidemus, qui adjuvet illis conſervan-
tem, & deſſipit illis diſtroire copientis. Et ut firmiorem obtineat vigorem, & noſtris & futuris tempo-
ribus Deo auxiliante temporebus inlæſa cuſtodiatur, & per tempora conſervitur, manus noſtræ [ſubſcri-
ptionebus] ſubter eam decrevimus roborare.
Data ipſa die Kal. Martias anno III *rigni noſtri, Valencianis in Dei nomine feliciter amen.*

. . . .

NOTATIO.

C HIC obſerva primò, S. Dionyſii ſocios nominari, ſicut in autographo Chlodovei junioris ſuprà, ſed Ruſticum hîc præire Eleutherio. Deinde S. Dionyſii miſſionem ad beatum Clementem Papam referri. Ad hæc tumulum S. Dionyſii miraculis (quod etiam habet Chlodovei junioris diploma jam laudatum) per id tempus inclaruiſſe. Præter ea mentionem hîc fieri privilegii, quod Dionyſiano cœnobio ab Epiſcopis indultum eſt. Ad extremum novam eſſe Regis imprecationem in privilegii violatores. Ceterum ex hoc Theoderici Regis privilegio certum eruitur argumentum ſervati apud Dionyſianos perennis pſallentii. qua de re fuſiùs in Sæculi IV Benedictini Præfatione altera diſſeruimus.

XXXVII.

Pippini Majoris domus ſub Childerico Placitum, quo manſus apud Marolium ſitus Dionyſiano cœnobio vindicatur.

Ex archivo Dionyſiano.

D

Anno 748.

C*VM reſediſſet inluſter vir* PIPPINUS *Major domus Verno in palatio publico ad univer-*
ſorum cauſas audiendas & juſto judicio terminandas; ibi veniens femina aliqua, nomine CHRI-
STIANA, *hominem aliquem, nomine* HRODGARIUM, *Advocatum ſancti Dioniſii, vel* AMAL-
BERTUM *Abbatem interpellabat, repetens ab eo, quod caſa ſancti Dioniſii vel Amalbertus Abba ha-*
beret res ſuas malo ordine in loco, qui dicitur in Marolio, caſam & manſum & vineas & mancipia.
Sed ipſe HRotgarius in præſenti adſtabat, & taliter dedit reſponſum, quòd inſtrumenta haberet, qua-
liter ipſas res VVITGAUDIUS *manu poteſtativa ad ipſam caſam ſancti Dioniſii condonaſſet. Vnde &*
de præſenti ipſum inſtrumentum ante nos oſtendit relegendum; & nos ipſa inſtrumenta invenimus ve-
racia. Et poſtea ipſa Chriſtiana inſtrumentum ipſum viſa fuit recredidiſſe, & poſtea de ipſis rebus ſe
dixit exitam, ut nullam recauſationem contra caſam ſancti Dioniſii exinde facere deberet. Proinde nos
E *taliter unà cum fidelibus noſtris, id eſt* HAGINONE, THEUDEBERTO, REMEDIO, GAREHA[illegible],
FULCARIO, BOVILONE, VVALCHERIO, RAUCHINGO, & ERMENALDO *Comite palatii noſtro,*
vel reliquis quàm pluribus viſi fuimus judicaſſe, ut quia ipſa præfata Chriſtiana ipſum inſtrumen-
tum viſa fuerat recredidiſſe, & nos ipſa invenimus veracia, & ipſa Chriſtiana ſe exinde dixit exitam:
propterea jubemus, ut quia hac cauſa ita acta vel perpetrata fuerat, ut ipſe HRodgarius manſum ſu-
periùs nominatum in Marolio, manſum, & caſam, & vineas, & terras & mancipia, contra Chri-
ſtianam in cauſa ſancti Dioniſii omni tempore habeat evindicatum atque elidigactum inſpecto ſuo teſta-
mento; & ſit in poſtmodum inter eos ex hac re ſopita cauſatio.
Datum menſe Februario die XI, *anno* V *Childerici Regis.*
VVILECHARIUS *juſſus recognovit.*

F

XXXVIII.

Pippini item Majoris domus Placitum, quo Crux oratorium, aliaque prædia à fiſco Solemio pendentia, Dionyſiano cœnobio vindicantur.

Ex archivo Dionyſiano.

Anno 750.

INLUSTER *vir* PIPPINUS *Majordomus, cui Dominus regendi curam committit, cunctorum jurgia*
examinatione diligenti rimari oportet, ut juxta propoſitionis vel reſponſionis alloquia inter alterutrum
ſalubris donetur ſententia, quo fiat ut & nodos cauſarum vivaci mentis acumine coerceat, & ubi prælu-
cet juſtitia, illic greſſum deliberationis imponat. Igitur cùm nos, in Dei nomine unà cum optimatibus vel
Pontificibus apoſtolicis Patribus, ſeu & inluſtribus viris Ducibus atque Comitibus Attiniaco villa in

palatio noſtro ad univerſorum cauſas audiendas, vel recto judicio terminandas reſideremus; ibique ve- A
niens venerabilis vir Fulradus *Abba de monaſterio peculiaris patroni noſtri domni Dioniſii, ubi ipſe*
precioſus Domnus in corpore requieſcit, vel ubi ipſe Fulradus Abba cum norma plurima monachorum adu-
nata ad laudes Chriſti canendas deſervire noſcitur: itemque venerabilis vir Hormungus *Abba de mo-*
naſterio Marigilo repetens ab eo . . . . oratorium aliquod, cui vocabulum eſt Crux, quod eſt conſtructum
in honore ſancti Martini, & ponitur in pago Hainoavio, unà cum adjacentiis ſuis in loca nuncupata
Vvaſſoniaco, Vertino, Sunta, Albuniaco, Farinaria, quem Childebertus & Chlotharius *quon-*
dam Reges per ſuas præceptiones eorum manibus roboratas ad caſam ſancti Dioniſii condonaverunt, &
poſtea venerabilis vir Chillardus *Abba de ipſo monaſterio ſancti Dioniſii ante* Dagobertum
quondam Regem acceperat judicium evindecatum, & ad ipſam caſam ſancti Dioniſii martyris continge-
bat ad habendum, & ipſe Hormungus Abba retinebat in uſtè. Sed ipſe Hormundus Abba in præſentia ad-
ſtans taliter dedit in reſponſis, quod ipſum oratorium quod ponitur infra fiſcum Solemium in pago Hai- B
noavio, vel ipſas adjacentias ſuperiùs nominatas, quæ ibidem aſpicere videbantur, ipſe non retineret
in uſtè. Dicebat autem quòd inluſter vir Rodbertus *ad caſam ſancti Petri, quæ eſt conſtructa Marigilo*
monaſterio, condonaſſet vel delegaſſet; & poſtea Chlotharius *quondam Rex per ſuam confirmationem*
regalem inſpecto ipſo teſtamento confirmaſſet, & ipſum oratorium cum ſuis adjacentiis, & pro hoc ipſum
oratorium non retineret injuſtè. Unde & in præſenti ipſum teſtamentum vel ipſas confirmationes regales,
quas habere ſe præ manibus affirmabat, nobis protulit ad recenſendum. Sed ſæpe dictus Fulradus Abba
præceptiones jam dictorum Principum Childeberti & Chlotharii quondam Regum, vel eorum confirmatio-
nes illorum manibus roboratas, ſed & illud judicium evindecatum, quod ante Dagobertum quondam Re-
gem illis temporibus venerabilis Chillardus Abba acceperat, in præſenti oſtendit ad relegendum. Relictis
igitur & illis præceptionibus vel confirmatione, ſeu & illo teſtamento quod Hormungus Abba ſe propoſuit
habere; dum hoc modo ipſi inter ſe contenderent, tam per bonos homines & magnificos viros, quàm per C
jam dictas præceptiones diligenter veritatem inquirentes, invenimus quod ibidem nulla juſtitia ipſius
Hormungi Abbatis appareret: & ipſe de præſenti ipſas præceptiones quas Fulradus Abba præſentabat, veras
recognovit, & nihil potuit contra ipſas dicere aut opponere: ſed de præſenti ipſum oratorium Crucem unà
cum ſuis adjacentiis ſuperiùs ſcriptas unà cum ſuum vuadium ipſi Fulrado Abbati viſus fuit reddediſſe vel
reveſtiſſe, & per ſuam feſtucam ſe in omnibus exinde dixit eſſe exitum. Proinde nos taliter unà cum Proce-
ribus noſtris decrevimus judicaſſe, ut ipſum teſtamentum quod Hormungus nobis protulit recenſendum,
perenniter nullum ſortiatur effectum, ſed vacuum & inane permaneat: quia modo contra ipſas præceptio-
nes nihil habuit quod diceret vel opponeret, ſed de præſenti in omnibus exinde dixit ſe eſſe exitum. Propte-
ria jubemus, ut ipſe Fulradus Abba ipſum oratorium Crucem, quod eſt conſtructum in honore ſancti Mar-
tini infra fiſcum Solemium in pago Hainoavio, unà cum ſuis adjacentiis ſuperiùs nominatis, contra Hor-
mungum Abbatem ſuoſque ſucceſſores de partibus Marigili monaſterii jam dictus Fulradus Abba ſuique D
ſucceſſores partibus ſancti Dioniſii martyris omni tempore habeat evindecatum atque elidicatum, & ſit
inter ipſos in poſtmodum ex hac re omni tempore ſopita cauſatio. Dat. menſe Auguſto die XVII *ann.* VIII
regni glorioſiſſimi Childerici *Regis.* Vvineramnus *juſſus recognovit.*

Notatio.

De Solemio ſuperiùs habes diploma Childeberti Regis. Hormundus Abbas erat cœnobii Marigilenſis ſeu Maricolenſis, vulgo *Maroilles*, de cujus origine diximus in Sæculo ſecundo Benedictino ad vitam S. Humberti. Hoc verò Placitum auctoritatem conciliat chartæ ipſius Humberti, relatæ à Miræo in codice donationum cap. v. ubi Radobertus (lege Rodobertus qui hîc Rodbertus) cœnobium Maricolenſe conſtruxiſſe dicitur *in honore ſanctæ Mariæ & ſanctorum Petri & Pauli, ſitum in pago Fanomartenſi, ſuper fluvium qui vocatur Helpra.* Multis temporibus Abbatia rectore deſtituta fuiſſe dicitur in appendice ſecunda ad S. Humberti vitam, nempe ad Carolum M. cujus tempore Rodinus Abbas inſtitutus eſt. At cùm Pippino Majoredomus Hormungus Abbas fuerit; parvum fuit (ſi tamen ullum) iſtud vacationis intervallum. Verùm id facilè de ſuo divinare potuit auctor ille anonymus, cui Maroligenſium Abbatum ſeries ignorata erat. E

XXXIX.

Ex autographo Dionyſiano.

Pippini Majorisdomus Placitum de vico Curborio, Fulrado Abbati Dionyſiano evindicato adverſus Ragananam Abbatiſſam Septemolæ.

Anno 751.

C*Um reſediſſet inluſter vir* Pippinus *Majorem-domus Attiniaco in palatio publico ad univerſo-*
rum cauſas audiendum, vel recta judicia termenandum, ibique veniens Fulradus *Abba de*
monaſtherio ſancti Dionyſii, ubi ipſe precioſus Domnus in corpore requieſcit, Advocato Ragane *Ab-* F
batiſſa nomine Legitemo *interpellabat, repetebat eo quod ipſa Ragana vel Agentes monaſterii ſui*
Septemolas res ſancti Dionyſii poſt ſe malo urdine retinebat injuſte in vico; qui dicitur Curborius,
in pago Tellau, *quem* Chairebaldus *& conjux ſua* Aillerta *per eorum teſtamentum ad caſa*
ſancti Dionyſii condonarunt. Sed ipſi Legitemus in præſente adiſtabat, & ibidem oſtendebat cartas de
nomine Francanæ, *qualiter ipſas res ad Septemolas condonaſſit. Unde & nos ac cauſa pro verita-*
te inqueſivimus, quod ipſas res prædictas ad caſa ſancti Dionyſii aderant: & ipſi Legitemus nulla
habuit quod contra ipſa ſtrumenta ſancti Dionyſii dicere aut obponere debuiſſit. Unde & de preſente ipſa
ſtrumenta in omnibus veraces eſſe dixit, & poſtia per ſuo vuadio ipſo Fulrado Abbati de ipſas res in
Curborio per ſuo vuadio in cauſa ſancti Dionyſiii viſus fuit reveſtiſſe, & per ſuo fiſtugo ſibi exinde di-
xit eſſe exitum, tam pro ſe, quàm pro ipſius Raganane Abbatiſſa, vel Agentis monaſtherii ſuo Septe-

A *molas. Proinde nos taliter unà cum fidelibus noſtris, id ſunt* NEBULFO, DADONE, DIDDONE, CHAGNERICO [RASONE], WINERAM, *qui in vice Comete palatio noſtro adiſtare videbantur, vel relicus quàm pluris, viſi fuimus judicaſſe, ut dum ipſi Legitemo advocato* RAGANE *Abbatiſſa de monaſterio Septemolas in præſente adiſtabat, & nulla potuit tradere rationis, per quid ipſas res ſancti Dionyſii in Curborio ipſa Ragana aut Agentes ſui habire debuiſſit; & de præſente Fulrado Abba exinde per ſuo vuadio viſus fuit reveſtiſſe, ut per ſuo fiſtugo ſibi exinde dixit eſſe exitum; propteria jobemus, ut dum ac cauſa ſic acta vel perpetrata fuit, ipſi Fulradus Abba vel caſa ſan[...]i Dioniſii ſeu ſucceſſoris ſui ipſas res in Corborio de quantumquid Cairebaldus & conjux ſua* AILLESTA *per eorum iſtrumentum manus poteſtadivas ad caſa ſancti Dionyſii condonarunt, contrà ipſa Raganane Abbatiſſa vel Agentes monaſtherii ſui Septemolas, vel in contra ipſius* LEGITEMO, *ſeu ſucceſſores eorum; habiat evindicatas, adque elidiatas: & ſit inter eos in poſtmodum ex hac re omneque tempore ſubita cauſatio.*

B VVINERAMNUS *recognovit & ſubſcripſit.*

Datum quod fecit menſis Iunius dies viginti, annum nono CHILDERICO *Rege.*

XL.

Pippini Regis Placitum, quo Abaciacum villa pagi Cenomannici & Sibriaci portio in Matriacenſi Dionyſianis monachis vindicatur.

Ex archivo Dionyſiano.

Anno 752.

PIPPINUS *Rex Francorum vir inluſter. Cùm nos in Dei nomine Vermeria in palatio noſtro unà cum Proceribus noſtris vel fidelibus ad univerſorum cauſas audiendas vel recto judicio terminandas reſideremus;*
C *ibi veniens venerabilis vir* FULRADUS *Abba de baſilica peculiaris patroni noſtri domni Dioniſii, ubi ipſe precioſus domnus in corpore requieſcit, hominem aliquem, nomine* GISLEMARUM, *interpellabat, repetens ab eo quamdam villam ſancti Dionyſii, quæ dicitur Abaciacus, in pago Cenomannico, ſeu & Oximenſi, etiam & illam porcionem in Sibriaco in Matriacenſi, quam femina aliqua, nomine Ioba, genitrix ipſius Giſlemari, per ſuum teſtamentum ad caſam præfatam ſancti Dionyſii de ipſa villa ante* CHILPERICUM *Regem auctrix aſſuerat, ipſas res ipſe Giſlemarus malo ordine retinebat & injuſtè. Ipſe verò Giſlemarus in præſenti adſtabat, unde nullatenus potuit denegare: ſed in præſenti recognovit, quod genitrix ſua Ioba ipſam villam ſuperiùs nominatam Abaciacum cum omni integritate in pago Cenomannico, ſeu & porcionem illam in Sibriaco, cum omni integritate in pago Matriacenſi, ad caſam S. Dioniſii manu poteſtativa condonaſſet: unde & de præſente ipſum Fulradum in cauſa S. Dioniſii per ſuum vuadium de ipſis villis ſupra nominatis Abaciaco & Sibriaco viſus fuit reveſtiſſe, de omnibus ſcilicet, quæcumque jam dicta Ioba genitrix ſua ad caſam S. Dioniſii condonaverat, vel in ipſis villis tenuerat; poſtea per ſuam feſtucam ſe exinde in omnibus*
D *contra ipſum Abbatem Fulradum in cauſa ſancti Dioniſii dixit eſſe exitum. Proinde nos unà cum Proceribus vel fidelibus noſtris, id eſt* MILONE, ROTGARIO, HELMENGAUDO, CHROTHARDO, CHARICHARDO, AUTGARIO, & VVICBERTO *Comite palatii noſtro, vel reliquis quàm pluribus viſi fuimus judicaſſe; ut quia ipſe Giſlemarus in præſenti adſtabat, & nullam potuit reddere rationem; propterea jubemus, ut quia hæc cauſa ſic acta vel perpetrata fuit, ipſe Fulradus Abba vel ſucceſſores ſui ipſas villas ſuperiùs nominatas Abaciacum cum omni integritate & cum omnibus adjacentiis ſuis vel appendiciis, totum & ad integrum, rem inexquiſitam; ſeu & Sibriacum in pago Matriacenſi, id eſt unà cum terris, domibus ſuperpoſitis, accolabus, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, vinctis vel ſubvinctis, farinariis, gregibus cum paſtoribus utriuſque generis & ſexus, & quæcumque Ioba per ſuum teſtamentum ad caſam ſancti Dioniſii condonavit, vel jam ante Chilpericum Regem anteceſſorem noſtrum, &* HUGONEM *anteceſſorem ipſius Fulradi Abbatis auctrix aſſuit, in-*
E *ſpectis ipſis teſtamentis contra ipſum Giſlemarum habeat evindicatas atque elidigatas: & ſit inter eos in poſtmodum ex hac re omni tempore ſopita cauſatio.*

Dat. Kal. Marcias anno primo regni noſtri, Vermeria feliciter.

XLI.

Stephani PP. II reſcriptum, quo Fulrado Abbati uſum Dalmaticæ concedit.

Ex codice Thuaneo num. 780.

Circa an. 754.

STEPHANUS *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei,* FULRADO *religioſo Presbytero & Abbati venerabilis monaſterii ſancti Chriſti martyris Dionyſii, & per eum in eodem venerabili monaſterio in per-*
F *petuum. Cura nobis ac ſollicitudo eſt nimia illis conferre ſacerdotalem honorem, qui per omnia religiosè caſteque vivere, ac Deo placere norunt: quatenus & hi quibus dignitas confertur, in diem illum terribilem, cum ante divinum adſtiterint judicem, inreprehenſibiles comprobentur; & nos, ſi digni exſtiterint, de ſibi collati ſacri honoris beneficio noxam peccatorum minime incurramus. Itaque nimio ducti amore prædicti honorabilis monaſterii protectoris noſtri atque fautoris beati Chriſti martyris Dionyſii, intus provinciam Franciæ conſtituti, congruum proſpeximus apoſtolica noſtra auctoritate ad honorem ſacri altaris dignos ordinis & teſtimonio bono comprobati ſex conſtituere Diaconos, qui ſtolam dalmaticæ decoris induantur, ut ſic ſacrum peragant omni tempore miniſterium, quatinus noſtris temporibus decoratum ordinem Diaconatûs in præfato venerabili monaſterio, & nobis merces accreſcat, & a nunc pro tali beneficio in poſteris temporibus noſtri nominis indeſinenter memoriam ad ſacras Miſſas facere non obliviſcantur, atque etiam pro impenſo beneficio mutua viciſſitudine, Miſſis ſancta noſtra Eccleſiæ eun-*

tibus & redeuntibus, in quantum poſſibilitas exigit, humanitatis ſuſceptionem in jam fato venerabili A
monaſterio facere non deſinant, ut ex hoc & religioſi monachi illic degentes laudem ſibi bonam apud hanc ſanctam ſedem apoſtolicam adquirant, & coram omnipotentem Dominum Deum & Salvatorem noſtrum Ieſum-Chriſtum, & ipſorum dominum, & auctorem noſtrum & beatum Principem Apoſtolorum Petrum æternam poſſideant bonitatem. Bene valete.

Notatio.

In eodem codice Thuaneo, qui modò eſt Bibliothecæ Colbertinæ, duæ aliæ exſtant Romani Pontificis epiſtolæ ad Fulradum. Una ei tribuit *ſubtalaris calceamentum*, id eſt uſum pedulium ſeu calceorum, prout eoſdem idem Stephanus utendos conceſſit Anſelmo Abbati Nonantulenſi, in Sæculi IV Benedictini parte I pag. 6. Addit Pontifex in gratiam Fulradi Abbatis *mappulum*, & alia nonnulla, quæ ob codicis depravationem intelligi non poſſunt. Altera epiſtola ad eumdem, tametſi pariter mendoſiſſima, hîc referenda eſt cum ſuis nævis, quæ eſt Hadriani Papæ, utpote ſcripta Carolo M. Langobardorum Rege. B

XLII.

Ex eodem codice.

Circ. an. 7[illegible]

Hadriani Papæ epiſtola ad Fulradum, de immunitate cœnobii Dionyſiani.

QUANTA *beati Petri Apoſtolorum Principis auctoritate in ſacratiſſimam ſedem ejus commiſſa eſt, tua fideliſſima ac dilecta ſanctitas non ambigo . . . . . rari, quoniam a prædeceſſoribus meis fidei atque amoris ſtabilitate . . . . . nexus uſque hactenus noſtris temporibus pro ea te decertari fideliter & pru. . . . . . & amabiliter repperientes agnoſcimus: quatenus ſuſcipientes ac. . . . . tes apicibus tuis prudentiſſima ſeries referebatur . . . . lanenſis* Paulinus *&* Theudulfus *contemnerunt privilegium, quod à nobis tuæ ſanctitati apoſtolicæ auctoritatis porrectum eſt, inſuper & oblatrantes canis muſibus ſanctam catholicam & apoſtolicam Romanam Eccleſiam, quæ eſt caput totius mundi, de qua origo habere noſcuntur velleant expugnari. Si enim portæ inferi non prævalebunt adverſus ad eam, qui ſunt iſti prophani, qui ambiunt beatiſſimæ & apoſtolicæ Sedis beati Petri diſrumpere ſanctiones, quas ab ipſo Principe Apoſtolorum Petro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ traditæ ſunt, ac nunc uſque in finem cuſtodiuntur, & ab omnibus fidelibus venerabiliter obſervantur? præſertim cum in toto orbe terrarum principatum eam tenere ex paterna traditione manifeſtum eſt, quem beatus Petrus Apoſtolus Domini voce præceptum Eccleſia nihilominus ſubſequente & tenuit ſemper & retinet. Si verò Conſtantinopolitana atque Alexandrina, necnon & Antiochena Eccleſia ſubditæ ſunt ſanctæ catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, magis cum per conſenſum ejuſdem ſancta Romanæ Eccleſiæ Conſtantinopolitana Eccleſia in ſecundo ordine introiſſet, & nullo modo auſæ ſunt Alexandrina & Antiochena, quæ dudum præerant, reſiſtere, poſtquam caput ipſarum Romana Eccleſia præbuit adſenſum: quid facturi ſunt iſti infelices & miſeri pſeudoepiſcopi, qui reſiſtentes ſanctæ Sedis apoſtolicæ privilegiis, ſicut fata eſt tua dilecta ſanctitas, ſemetipſis privaverunt. Patet enim omnibus & prorſus agnitum eſt, ſicut decreta ſanctorum Pontificum cenſuerunt, quia in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam atque Siciliam, inſulaſque intus jacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos quos venerabilis Apoſtolus Petrus aut ejus ſucceſſores conſtituerint aut. . . . eam. Si in his provinciis alius Apoſtolorum invenitur aut legitur docuiſſe. . . . non legunt, quia nuſquam inveniunt; oportet eos ſequi quod ſancta Romana Eccleſia ab initio ad prædeceſſores ipſorum uſque hactenus ſanxit atque ordinavit, non per ambitum ac privilegia Regum ipſorum ſicut facti* ſunt catholicis inſtitutis reſiſtere ac contradicere Regi videlicet Longobardorum . . . . . . ipſorum, vel ſi ex eis quidam perfidi fuerunt & in ſuperbia eorum pro ſancta Eccleſia Romana perierunt, tamen pariter omnes in totis finibus ipſorum à ſancta catholica & Romana Eccleſia privilegium pertinere fideliter ſuſceperunt & venerantes conſervaverunt . . . . auctoritate apoſtolicæ ſedis privilegium tribuimus, utpote Deo ſacrati monachi, qui in monaſterio ſancti Chriſti martyris Dioniſii dignas gerentes referant laudes, ſine tumulto ſæculario regalia dona poſſiderent, quod ſemper ab antiquitus prædeceſſores mei uſque hactenus tribuentes ſine ambiguitate per totam Italiam ceteraſque provincias cenſuerunt, & nullus auſus eſt contradicere aut reſiſtere ſanctæ ſedis apoſtolicæ privilegiis, niſi tantummodo nunc iſti, quos tua ſanctitas nobis innotuit, neſcio per quam fantaſticam ambitionem & nomen ſibi conantes imponere ſimilem beati Petri Apoſtolorum Principis ſedem, ut apoſtolatum atque culmen ſummum pontificatum haberent. Multi quidem hæretici fuerunt (quod enumerare longum eſt) per diverſas eccleſias: ſed numquam aliquando hoc nomen aliquis ex ipſis ſibi imponere auſus eſt. Unde conſtat, quia in ſummam hæreſim incidentes, ſemetipſi deceperunt. Unde etenim horum præcellentiſſimum filium noſtrum & ſpiritalem compatrem Domnum* Carolum *Regem Francorum ac Patricium Romanorum credimus eſſe, quia per ejus laborioſa certamina ſancta catholica & apoſtolica Eccleſia amplius pollet quàm nuper, & per hos hæreticos, quos adverſus eam latrare audierit, impunitos non ſinit habere, ut non illis conſentaneus inveniatur. Bene quidem tua ſollertiſſima ſanctitas decreta ſanctorum Pontificum divina inſpiratione prolata ſcit, qui ait; nec planè tacemus quod cuncta per mundum novit Eccleſia: quoniam quorumlibet ſententiis legata Pontificum ſedis beati Petri apoſtoli jus habeat reſolvi, utpote quæ de omni Eccleſia fas habeat judicandi; neque cuiquam de ejus liceat dubitare judicio. ſiquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerint: ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus. Et iterum ex eiſdem ſanctis decretis ſanctionibus confirmatum eſt: Si quis contra apoſtolicæ ſedis regulam noſtrorumque decretorum auctoritatem præſumtor fuerit, beati Petri Apoſtolorum Principis, cui à Deo & domino noſtro Ieſu-Chriſto in cælo & in terra ligandi ſolvendique peccata poteſtas conceſſa eſt, cujus & indigni locum gerimus, auctoritatem ſuccincti dicimus, anathema ſit. & reſponderunt omnes, anathema. Quod ſimili modo & nos per totam Italiam ceteraſque provincias*

* fati.

A *provincias eo anathema . . . . ad fratres & Coepiſcopos noſtros jam dictos ſanctæ Romanæ Eccleſiæ transgreſſores int. . . . . . .habuiſſemus, ut nullo modo auctoritatem apoſtolicam cum illis communicaſſent: ſed ſicut hæreſiarchæ omni ſacerdotio privati ac extranei, à corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti participatione æterno permanerent ſupplicio, ſi non per tuas melliſluas ſyllabas nobis tua ſanctitas intima: . . . . . . tuæ ſanctitati redderemus reſponſum, & omnia juxta noſtram ſcientiam diſponere. Nullum enim melius diſpoſitum & illis ſit, ut à regale potentia correctos, ex blaſphemias eorum reſipiſcentes confiteantur in vera pœnitentia permanſuros, & præceptis beati Petri Apoſtolorum Principis ſe deinceps obſervaturos. quia nullum (ut dictum eſt) perire cupimus, ſed omnes ad agnitionem veritatis venire atque ſalvare volumus, ut nobiſcum tua à Deo conſecrata ſanctitas ab ipſo Clavigero regni cælorum beato Petro dignam retributionem ſuſcipere & hic & in futuro mereatur,*

B

XLIII.

Pippini Regis præceptum pro Taberniaci in agro Pariſiaco villæ confirmatione.

Ex archivo Dionyſiano.

Anno 754.

PIPPINUS *Rex Francorum vir inluſter. Credimus nobis ad æternum Iudicem in mercede ſociari, ſi hoc cognoſcimus quod ad loca Sanctorum fuiſſe delegatum, & per præceptionem noſtram anteriorum Regum manu ſubſcripta inibi confirmatione, per noſtrum oraculum pro amore Dei & retributione Sanctorum affirmamus. Ideoque venerabilis vir* FULRADUS *Abba de baſilica peculiaris patroni noſtri ſancti Dioniſii, ubi ipſe pretioſus martyr cum ſociis ſuis in corpore quieſcere videtur, vel ipſe Abba cum turma plurima monachorum degere videtur vel Domino militare noſcuntur; miſſa petitione nobis*
C *ſuggeſſerunt, eo quod ante hos annos inluſter vir* GUNTALDUS *quamdam villam ſuam nuncupatam Taberniacum, ſitam in pago Pariſiaco, pro animæ ſuæ remedio cum omni integritate ſua ad ipſam baſilicam Domni Dioniſii delegaſſet vel firmaſſet: & poſtea Iohannes ad petitionem inluſtris viri* EBROINI *Majorisdomus ipſam curtem per precariam tenuit. Similiter Frodoinus & Geruntus per precariam ſancti Dioniſii tenuerunt: & ad ipſam delegationem vel confirmationem ſeu ipſas precarias anterioris Regis Domni* CHILDEBERTI, *& precariam avunculi noſtri* GRIMOALDI *Majoriſdomus nobis obtulerunt ad relegendum. Et quoniam per iniquam cupiditatem à malignis hominibus ipſa villa Taberniacus de ipſa caſa ſancti Dioniſii fuit abſtracta vel imminuta; petiit ipſe Abba vel ipſa congregatio à celſitudine regni noſtri, ut per noſtram confirmationem vel deliberationem munire deberemus præceptum, quicquid Gaſindus noſter* TEUDBERTUS *per noſtrum beneficium ipſam villam Taberniacum ſuperius denominatam tenuit, hoc eſt unà cum terris, domibus, ædificiis, præſidiis, mancipiis, colonis, inquilinis, accolabus, libertis, ſervis tam ibidem oriundis, quàm & aliunde tranſlatis, ruſticis & urbanis, ſaltibus atque ſub-*
D *vinctis, terris cultis & incultis, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquarumve decurſibus, pecoribus, peculiis, mobile & immobile, omneque genus pecudum, & univerſum meritum cum appendiciis, adjacentiis tam infrà terminos, quàm extrà terminos, omneſque res adquiſitas, quicquid dici aut nominari poteſt, ſeu & illas colonias in Acebrelido & VValion, & illam vuarinnam fiſcalem per quam illa ruca conſuetudo eſt trahere, quam ad ipſam villam Teutbertus tenuit, & quicquid à longo tempore ad ipſam villam ab antea fuit adſpectum vel poſſeſſum; per noſtram auctoritatem vel confirmationem & pro ſtabilitate regni noſtri in Dei nomine ad ipſa caſa ſancti Dioniſii ſæpe dicta villa Taberniacus cum omni integritate vel ſoliditate ſua conceſſa vel confirmata: & quicquid exinde ipſe rector vel ipſa congregatio ſancti Dioniſii facere voluerint, liberam & firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem faciendi: & per hujus noſtræ auctoritatis teneat vigorem nuncupatus Fulradus Abba confirmatum in jure & dominatione ſua cum Dei & noſtra gratia ad partem ſancti Dioniſii. Et ut ævis ac futuris temporibus maneat in-*
E *convulſum, manu noſtra ſubter eam decrevimus affirmare, & anulo noſtro ſigillare.*

Signum ✝ *inluſtris viri domni & glorioſiſſimi* PIPPINI *Regis.*

VVIDMARUS *juſſus recognovit.*

Data anno tertio regni noſtri, Vermeria in palatio.

XLIV.

Ejuſdem Placitum de teloneis omnibus in mercato S. Dionyſii ad ipſum monaſterium evindicatis, adverſus Gerardum Comitem Pariſienſem.

Ex autographo Dionyſiano.

Anno 759.

F PIPPINUS *Rex Francorum vir inluſter. Venientes Agentes ſancti Dioniſio &* FOLLERADO *Abbate Aderulfus & Rodegarius Compendio palacio ſub die decimo Kalendas Novembris, anno octavo regni noſtri, ubi nos ad univerſorum cauſas audiendas, & recta judicia determinandum reſederemus, ubi viſi ſunt interpellaſſe* GERARDUM *Comitem, eo quod malo ordine recontendebat & retinebat teloneo infra Pariſiis ex navibus, & pontis volutaticos ac rotaticos, quem ab ipſa die miſſa ſancto Dioniſio ſemper ab antiquo accipiebant Agentes ſancti Domni Dioniſio. Unde prædictus Gerardus Comes dedit in reſponſis, quod ipſum teloneum aliter non contendebat, niſi quomodo anteceſſores illius, qui Comites fuerant ante illum, id ipſum ad ſuam partem retinebat. Supradicti autem Agentes ſancti Dioniſii ita contra eum intendebant & oſtendebant præceptum* DAGOBERTI *Regis, qualiter ipſum mercatum ſtabiliſſet in ipſo pago, & poſtea ipſum cum omnes teloneos ad partem ſancti Dioniſii delegaſſet ac firmaſſet. Et ipſe Domnus Rex* PIPPINUS *adfirmabat, quòd ſemper à ſua infantia ipſos teloneos partibus ſancti*

Dioniſii habere & colligere vidiſſet. Sed Gerardus Comes hoc nullo modo conſentiebat, & tunc talem Placitum ſtatuerunt, ut iterum ſimul ad noctes legitimas concurrerent in eodem palatio, & ante jam dictum Domnum Pippinum ipſam intentionem deffinire debuiſſent, ſicut lex edicebat. Denique venientes jam dicti Miſſi & Advocati ſancti Dioniſii Adrulfus & Rotgarius ad condictum placitum quarto Kalendas Novembris; tales teſtes ibi præſentaverunt, qui ipſos teloneos in Pariſius acceperunt cum omni vorum integritate ad partem ſancti Dioniſii. Tunc illis judicatum fuit à VVIDONE, RAULCONE, MILONE, HELMENGAUDO, ROTHARDO, GISLEHARIO vel reliquis quamplures, ſeu & VVICBERTO Comite palatii noſtro, ut pars ſancti Dioniſii, vel ſupradicti Advocati hoc comprobare debuiſſent. quod & de præſente viſi ſunt feciſſe. Prædictus namque Gerardus Comes ita dedit in reſponſis, quod aliter non volebat facere, niſi quomodo lex erat & Domno Rege placebat ac ſuis fidelibus qui ibi reſidebant. Vnde & ipſe Gerardus ex prædictos teloneos ſe exitum dixit coram eis. Quapropter tunc illis oportunum fuit & neceſſarium, talem notitiam ex hoc facto accipere debuiſſent, ut ab hodierno tempore & die pars ſancti Dioniſii vel Agentes ipſius de ipſos teloneos ſecuri & quieti reſidere valerent, ut ſit inter ipſos in poſtmodum omni tempore quieta & ſubita cauſatio.

Signum † glorioſiſſimo Domno PIPPINO Rege

EIUS juſſus recognovit & ſubſcripſit.

Datum tertio Kalendas Novembris anno ſupraſcripto in Dei nomine feliciter.

NOTATIO.

OBSERVATIONE dignum eſt hoc Placitum, tum ob forenſem ejus temporis diſciplinam, tum *ob noctes legitimas*, ad quas in palatium partes convenire condixerunt, ut ante Regem cauſa definiretur. Nempe cùm Miſſi per ſe ipſi controverſiam componere non poterant, partes citabantur in audientiam Regis, ut in ejus præſentia res definiretur. Dies autem ejuſmodi induciarum *noctes* appellari ſolebant apud veteres Francos. De his noctibus item agit Caroli M. Placitum infra ad annum DCCC XII. Exemplum antiquius habes ſuperiùs in Placito Theoderici Regis, Chlodovei junioris filii, de Hildulfo-villa: ubi pariter *noctium quadraginta* induciæ memorantur. Perſeveravit hic loquendi modus ad ſæculum XII, ut diſcimus ex Goffrido Abbate Vindocinenſi in libri ſecundi epiſtola XXVII ad Goffridum Carnutenſem Epiſcopum. *In hoc tamen non noctes*, inquit, *ſecundùm conſuetudines laicorum: ſed ſecundùm inſtituta canonum inducias poſtulamus.* Lege eruditi Sirmundi adnotationem in hunc locum, ubi varia Capitularium loca huc refert. De Gerardo Comite Pariſienſi lege excerpta de miraculis S. Dionyſii infra.

XLV.

Ex autographo.

Chrodardi Comitis charta de venditione Folrado Abbati Dionyſiano facta.

Anno 764.

.....Fratri FOLRADO Abbate emtore ego CHRODARDUS Comis vindetur. Qua contra actus ſola..... porcione & rei ipſius tradicione conſiſtat ac tabularum aliorumque documentorum ad hoc tantùm interponatur inſtructio, ut fidei rei factæ & juris ratio comprobatur. Idcirco vindetur, vindediſſe me tibi conſtat, & ite vindedi in Ducato Alamannorum in pago Briſagavienſis, quem dato precio conparavi, aut colibet modo adtraxi & promtiſſima voluntate vobis firmamus, hoc eſt in fine vel in marcas Binubhaime ſibi Romaninchoua, & in alia loca in Toutarinchoua, in Gotones-vilare in VValahpah, in Haoltingas, & Agimotingas, in Binuſhaim, in Eppalinchoua, in ipſas locas denominatas, id eſt cum terris ſeu proterrariis, domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, ſilvis, caſis, caſalis, campis, pratis, paſcuis, peculiis, apenticiis, farinariis, aquis, aquarumve decurſibus, ſexus utriuſque majore vel minore, mobilibus & immobilibus cum omnia ad acencia ad ipſas res pertenente aut undecumque locas mihi obtinuit, tam de comparatò ſeo de conquæſto vel de concamiato, quantum in ipſas locas ſuperios denominatos viſus ſum habere totum & ad integrum à die præſente de meo jure in veſtra trado dominatione atque transfundo perpetualiter poſſedendum. Vnde accepimus à te in precium, ſicut inter nos placuit atque convinit, ſolidus probus apenſates numerum quinque milia; ea virò conditione, ut ab hac die ipſas res ſuperius denominatas habias, tenias, adque poſſedeas, vindas, conmutas, & tuis quoque poſteris ad poſſedendum derelinquas; vel quicquid exinde facere volueris liberum ac firmiſſimam in Dei nomine in omnibus habeatis, poteſtatem. Si quis verò, quod fieri non credimus, ſi quis nos ipſi aut heredes noſtri aut ulla opoſita extranea perſona, vel quæcumque contra hanc donacione ſeo & vindicione à nobis factum ſicut ſuperius dictum eſt venire temptaverit, aut aliqua calumnia facere, aut ipſa vindicione inrumpere voluerit, tunc inferat tibi aut tuiſq; heredibus tuplum tantum quantum hæc vindicione in ſe contenit ſuperſcriptum & inſuper inferat partibus fiſco auri libras X argentum pondus XII coactus exſolvat, & quod repetit evindicare non valeat, ſed præſens hæc vinditio circa te vel heredes tuos omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnexa. Actum in villa quæ dicitur Mareleia puplici. Dato XVI Kal. Ag. anno XIII regni Domni glorioſiſſimo Pippino Regis.

Subſcriptiones corraſæ ſunt.

A

XLVI.

Adhalardi donatio facta Fulrado Abbati de quibuſdam prædiis in pago Ambianenſi & Belvacenſi.

Ex autographo Dionyſiano.

Anno 766.

DOmino ſancto & venerabile in Chriſto patri FULRADO *Abbate de baſilica peculiaris patronis noſtri Domni Diuniſii, ubi ipſe precioſus Domnus in corpore requieſcit. Idcirco ego in Dei nomen* ADHALARDUS *recogitans ſe pro animæ ſuæ ſalutis remedium ad æterna retributione ut Dominus eum in aliquantulum de culpas ſuas eminuare dignetur, dono res meas in integrum donatumque in perpetuo eſſe volo, quicquid in*
B *pago Belvacince ſeu & in Ambianenſe ſibi & in Vindiolinſe præter tres manſus: no in loco quæ dicitur Sarodo, alio qui dicitur in Liniaga villa, & in tercio loco quæ vocatur Habriciago, quarta parte de mulino & manſo uno, quicquid in ipſus pagus mea fuit poteſtas vel dominatio, tam de paternum quàm & de maternum, tam de alode quàm de conparato vel de qualibet adtracto mea videtur eſſe poteſtas vel dominatio. Id ſunt loca denominata Tertiniago, Muntiniago, Galneas, hoc eſt unà cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, mobilebus & inmobilibus, & quod ad mihi legibus pervenire debuerat, totum & ad integrum, rem exquæſita (ſicut ſurius diximus) quicquid in iſtus tres pagus ſuper illus manſus tres mea videtur eſſe poſſeſſio vel dominatio, hoc vobis ad ipſo ſancto loco ad die præſente tradidimus atque delegavimus, ut ibidem futuris temporibus proficiat in augmentis, vel quod exinde pars præfati monaſterii veſtri facere elegerint, in profecto S. Dioniſii liberam hac firmiſſimam Chriſto propicio in omnibus perfruantur arbitrium. Si quis verò (quod fieri non credo)*
C *ſi ullus de heredibus aut proheredibus meis, vel quiſlibet ſeu extranea perſona, qui contra hanc donatione iſta venire conaverit aut eam infrangere voluerit; in primitus iram Dei cæleſtis Rex regum & Dominus dominancium incurſurus ſit, & ab omnia loca ſanctorum reus & excomnus appareat, & inſuper unà cum ſocio fiſco diſtringente hoc eſt auri libra unà argento pondo quinque coactus exſolvat, & quod repetit nihil valeat evindicare, ſe præſens donatio hæc omni tempore firma & ſtabilis permaneat cum ſtipulatione ſubnexa. Actum Anſoaldo-villare publicè. Datum quod fecit menſis November dies* XXV, *in anno* XV *regnante domini noſtri Pippini glorioſiſſimi Regis. Signum* † ADALHARDO *qui hanc donatione iſta fieri rogavit. Signum* † CLODULFO *germano ſuo conſentiente. Signum* † GUEREBERTO. *Signum* † SEGRADANE *germana ſua adſenciente. Signum* † HILDEGAUDO. *Signum* † GAMANULFO. *Signum* † ALBRICO. *Signum* † SIGRIGO. *Signum* † SAMSON. *Signum* † FARANE. *Signum* † BERHERO. *Signum* † HAROINO.

D *Ego* ARCFREDUS *Cancellarius hanc donatione ſcripſi & ſubſ.*

XLVII.

Pippini Regis Præceptum, quo Fulrado Abbati bona ab eodem ſibi urgente gravi morbo commiſſa reſtituit, & de eiſdem bonis diſponendi facultatem concedit.

Ex autographo Dionyſiano.

Anno 767.

PIPPINUS *Rex Francorum vir inluſter. Omnibus Epiſcopis, Abbatibus, ſeu Comitibus, vel Proceribus noſtris atque Miſſis à palatio noſtro ubique diſcurrentibus. Et quia per Dei miſericordiam regna*
E *terræ gubernare videmur, oportet ea in Dei nomine indeſinenter perpendere: quatenus illorum noſtra propitiatio tueatur, quorum nobis ſollicitudo commiſſa eſſe videtur: qualiter & illis qui munimine indigent, defendamus, atque recto tramite ſuſtentemus. Nam in his præcipuè honor noſter clareſcere debet, qui non ſolùm fidem inlæſam erga nos in omnibus viſi ſunt cuſtodire, ſed etiam aſſiduitatem ſervitiis totis viribus junctis non ceſſant inpendere. Et ideo neceſſe cenſemus, ut qui talia exercere noſcuntur; & noſtris temporibus vitam eorum faciant pacificam ducere, & futuris jure firmiſſimo ea, quæ à nobis conceſſa ſunt, abſque inquietudine liberis poteſtatibus Chriſto præſule valeant in omnibus dominare. Quapropter dum pluribus noſcitur eſſe compertum, quatenus fideli Deo propitio noſtro atque viro venerabili* FULRADO *capellano noſtro ſive Archiepresbytero, ante hos dies advenienti cauſæ laboris, periculum pæne mortis conſtat eum fuiſſe connexum. Et ideo tradens nobis res proprietatis ſuæ quas homo aliquus, nomine* VVIDO, *eidem delegaverat, ut pro ejus anima ipſas res ad loca ſanctorum confirmare deberemus. Sed quia ſubve-*
F *niente divina miſericordia in priſtinam denuo reſtitutus eſt ſanitatem; prædictas iterum res ipſius Fulrado viſi ſuimus tradediſſe. Sed verens ipſe quaſi per quodam temporis ſpacium pro cupiditatis amore homines aliqui ipſis prædictis rebus requerere, vel pro ipſa cauſa ei calumniam generare deberent; idcirco petiit celſitudinem noſtram, ut pro ipſa traditione in idipſum noſtram præceptionem deberemus generaliter confirmare. quod & nos gratante animo ita præſtetiſſe vel in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes enim ut prædictus vir venerabilis Fulradus capellanus noſter ipſas res, quas memoratus Vvido ei tradidit, id eſt Ghoſmari, Audaldovillare, Anſulſiſthaim, Suntor., Grucinhaim, Ratbertovillare, vel quicquid per ipſius Fulrado precaria prædictus Vvido poſſedere videtur, quod nobis Fulradus tradedit, cum omni integritate tam terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, mobilibus & immobilibus, pecuniis, peculiis utriuſque ſexus gregis, cum caſtoribus vel omni ſuppellectile, quantumcumque de paterno vel de materno ſeu undecum-*

quæ ad ipſo Vvidone legitimo ordine noſcitur pervenire, quicquid in Alſacenſe & in Mordenaugia habere A
viſus eſt; totum & ad integrum quod in ipſos pagos ſua fuit poſſeſſio & Fulrado tradedit, & ipſe nobis
(ut ſupra diximus) in ſua infirmitate tradedit, atque nos denuo ipſius Fulrado tradedimus; ab hac
die ex noſtra munificentia licentiam habeat deinceps ipſas res habendi, tenendi, dandi, vindendi, com-
mutandi; etiam vel ſi pro Chriſti amore & ſuæ animæ remedium ipſas res ad loca ſanctorum delegare
voluerit, ubicumque ei bene placitum fuerit, ex permiſſo noſtro abſque ullius judicis vel fiſci inquietudine,
ſive extra ipſius Vvidone heredis refragatione, liberam ac firmiſſimam prædictus Fulradus capellanus
noſter ſive Archipresbyter liberam ac firmiſſimam in omnibus de ipſis rebus habiat poteſtatem faciendi
quicquid voluerit. Quam verò auctoritatem ut firmior habeatur, vel pro tempore melius conſervetur;
ſubter eam firmavimus, vel de anulo noſtro ſigillavimus.

Signum † PIPPINO *glorioſiſſimo Rege.*

HITERIUS *recognovit & ſubſc.* B

Data nono Kalendas Octobris anno XVII *regni noſtri. Actum in ipſo monaſterio ſancti Dionyſii.*

NOTATIO.

Ex hoc Placito apparet, Abbatibus etiam regularibus (quod in libri ſecundi capite II diximus) olim licuiſſe, res monaſterii ſui aliquando *ad loca ſanctorum delegare*; ac proinde teſtamenta facere, id eſt ſua hac de re inſtrumenta.

XLVIII.

Ex autographo Dionyſiano.

Præceptum Carolomanni Regis, fratris Caroli M. quo monaſterii Dionyſiani immunitates & à teloneis exemtionem omnibus ad feſtivittaem ſeu mercatum S. Dionyſii concurrentibus confirmat. C

Anno 769.

CAROLOMANNUS *Rex Francorum vir inluſter. Omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comi-*
tibus, Domeſticis, Vecariis, Centenariis, vel omnes Agentes, tam præſentibus, quàm & futuris,
ſeu & omnes Miſſus noſtros ubique diſcurrentes. Igitur cognoſcat utilitas ſeu magnitudo veſtra, quia vir
venerabilis FULRADUS *Abba de baſilica peculiaris patronis noſtri ſancti Dioniſii, ubi ipſe precioſus Dom-*
nus in corpore requieſcere videtur, vel ipſe Abba unà cum turma plurima monachorum in ipſo cœnobio
degerere videtur, vel dominum militare noſcuntur; miſſa petitione nobis ſuggeſſerunt, eo quod bonæ
memoriæ domnus & genitor PIPPINUS *quondam Rex, vel ceteri anteceſſores, qui ante ipſum vel nos*
gubernacula regni Francorum tenuerunt, per eorum oraculis eorumque manus roboratas tale beneficium D
ad caſa ſancti Dioniſii conceſſerunt infra pago Pariſiago, de illa feſtivitate ſancti Dioniſii patronis no-
ſtri, in id ipſo, ſeu per villabus, vel per agros, tam ibidem, quàm & alicubi ad negociandum vel
negocia plurima exercendum, vel vina comparandum in portus & per diverſa flumina, qui ad ipſa fe-
ſtivitate advenerint: ut ipſe telloneos in integra de ipſa vice ad caſa ſancti Dioniſii infra pago Pari-
ſiago conceſſiſſent vel confirmaſſent ſub integritate. Unde & ipſas præceptiones prædictorum, & judi-
ciaria ſeu & confirmationes anteriorum Regum (ſicut ſuperius inſertum eſt) nobis in præſente obtulerunt
ad relegendas: relectas & percurſas ipſas præceptiones ſeu & confirmationes, vel illa judicio evindicato
quod bonæ memoriæ domno & genitore PIPPINO *quondam Rege, vel* CHILDEBERTO, *necnon &*
GRIMOALDO *Majorum-domo, quem Agentes ſancti Dioniſii ſuper Agentes anteriorum Iudicum evin-*
dicaverunt, ipſos nobis obtulerunt ad relegendum. Et poſtea ſuggerebat ipſe Fulradus, vel monachi
ſancti Dioniſii, & hoc dicebant, ut illi telloneus de illo in villabus vel agros eorum, totus abſque Iu- E
dicis introitum ad caſa domni Dyoniſii adeſſe debebat, & Fulradus Abba ſeu Capellanus noſter judi-
cium evindicatum ſeu & confirmatione domno & genitore noſtro Pippino glorioſiſſimo Rege per manibus
adſerit retuliſſe, vel quomodo à longo tempore Regum ibidem fuit conſuetudo, vel ad ipſa caſa Dei in-
tegritate ipſe telloneos fuit conceſſus vel conſervatus. Et dum hac cauſa ſic acta vel perpetrata inveniſ-
ſent per anteriorum Regum, tales præceptiones vel confirmationes nobis obtullerunt relegendas. Et denuo
iterum conceſſimus, ut ab hac die nullus ex judiciaria poteſtate, nec in ipſo marcado, nec per eorum agros,
nec portus, nec de homines eorum, nec eorum negociantes, nec de omnes naciones quaſcumque, qui ad jam
dicto marcado adveniunt, nec per villas eorum, nec de navigia, nec de portus, nec de carra, nec de
ſaumas nullo telloneo nec foratico, nec rotatico, nec pontatico, nec portatico, nec ſalutatico, nec ciſpitatico,
nec mutatico, nec nulla exacta conſuetudine, nec nullus dinarius quatuor de omnes nationes quod ibi-
dem ad ipſo marcado adveniunt quem SONACHILDIS & GUAIRFRIDUS *Comis (ut ſupra memoravi-* F
mus) in conſuetudine miſerunt, ad ipſa necuciantes, nec infra ipſo pago Pariſiago, nec ipſa civitate de
ipſa vice, nec alibi qui ad ipſa feſtivitate adveniunt, nulla exacta, nec contrarietate, neque vos, ne-
que juniores, ſeu ſucceſſores veſtri exigere, nec exactare non præſumatis: niſi (ut diximus) quicquid
exinde fiſcus noſter forſitan ad parte noſtra, ſeu & ad omnes Agentes noſtros potuerat ſperare, omnia
& ex omnibus ipſe telloneos ad ipſa caſa Dei in integrum ſit conceſſus atque indultus vel evindicatus:
ita ut futuris temporibus per noſtra auctoritate vel anteriorum Regum habeant confirmatum vel evindi-
catum, quia nos propter Deum & reverentia præfati ſancti Dioniſii martiris, ſeu pro anima noſtræ re-
medium vel ſtabilitatem regni Francorum, vel Proceris noſtris & poſteritate eorum hoc in luminaribus
ad ipſa caſa ſancti Dioniſii vel ad ipſo monachus, ſeu pauperes & peregrinus, in noſtra elimoſina hoc
in omnibus conceſſimus vel confirmamus: ut eis melius delectet pro ſtabiletate regni noſtri vel pro cunctis

A leudis noſtros Domini miſericordia adtencius deprecare, & ut evis & perennis temporibus ad ipſa caſa Dei proficiat in augmentum. Et ut hæc confirmatio noſtra inſpectas ipſas præceptionis vel judicius evindicatus ad Domno Pippino Rege vel aliorum Regum firmior habeatur, & circa ipſa caſa Dei perenniter conſervetur; manu noſtra ſubter eam decrevimus adſignare, & de anulo noſtro ſubter ſigillare.

Signum ✝ CAROLOMANNO glorioſiſſimo Rege.

MAGINARIUS recognovi & ſubſcripſi.

Data in menſe Ianuario, anno primo regni noſtri. Actum Salmunciago palacio publico in Dei nomine feliciter.

NOTATIO.

B VIDES ut Carolomannus Fulradum, uti & Pippinus, Capellanum *noſtrum* vocat, idemque ſe Regem *Francorum* dicit pro veteri more, quod aliter obtinuit ſub Ludovici Pii filiis Regibus, qui in diplomatibus ſuis ſolum Regis titulum præferre ſolent, omiſſo nomine *Francorum*, ut paſſim legitur in diplomatibus Caroli Calvi. Omittimus hîc alia duo ejuſdem Carolomanni diplomata autographa pro eodem S. Dionyſii cœnobio: quorum alterum bona immunitateſque confirmat ſub iiſdem notis atque præmiſſum: alterum exemtionem ab omnibus teloneis concedit. Maginarius utrobique chartam recognoſcit ſub his notis. *Data in menſe Martio, anno primo regni noſtri. Actum Attiniaco palatio in Dei nomine feliciter.*

XLIX.

Grimulfridi & Adalwaræ ejus filiæ charta donationis de variis prædiis in pago Belvacenſi ſitis.

Ex autographo Dionyſiano.

Anno 770.

C DOmino ſancto & venerabile in Chriſto patre FOLERADO Abbate vel omni congregationem ſancti Dioniſii, ubi ipſe pretioſus Domnus in corpore quieſcit, ego GRIMULFRIDUS & filia mea ADALUARA donamus vobis vel ad caſa ſancti Dioniſii donatum in perpetuum eſſe volemus atque decernimus, hoc eſt porciunculas noſtras in pago Belviacinſe in loco nuncupante Iſtiſtolas, cum omnem integritate ad ſe pertenentes vel aſpicientes, unà cum terris, domibus, acolabus, mancipiis, ſilvis, pratis, aquis, aquarumve decurſibus, movile & inmovile, totum & ad integrum rem inexquiſita: ſimiliter & in Betlinovillare, quantumcumque noſtra videtur eſſe poſſeſſio vel dominacio; Bagtlonevallo quantumcumque ibidem viſi fuemus habere. Similiter & in pago Selnectinſe, in loco qui vocatur Funtanas, quantumcumque ad ipſo loco aſpicit, tam de alode, quam & de comparato nobis ex legitimam hereditatem obvinit, vel de qualibet adtractum, unà cum terris, domibus, adificiis, acolabus, mancipiis, viniis, ſilvis, D pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, movile & inmovile, totum & ad integrum, rem inexquiſita vobis vel hac baſilica ſancti Dioniſii, ubi ipſe precioſus Domnus in corpore requieſcit, per hanc epiſtola donationis tradimus ad poſſedendum, abendi tenendi poſedendi vos vel ſucceſſoreſq; veſtri ſeu agentes ipſius baſilici Domni Dioniſii facere volueritis liberam ac firmiſſimam in omnibus abeatis poteſtatem. Si quis verò (quod minimè credimus eſſe futurum) ſe nos ipſi aut ullus de heredibus ac pro heredibuſque noſtris vel quiſlibet ulla opoſita perſona, qui contra hanc epiſtola donationis iſta, quam nos ſpontanea voluntate fiere vel adfirmare rogavimus, venire aut eam infrangere voluerit; in primitus iram Dei omnipotentis incurrat, & ad omnia loca ſancto excomun. apariat, & inſuper unà cum ſocio fiſco ſolid. CC componat; & quod repedit, evindicare non valiat: ſed præſens epiſtola donationis omni tempore firma & inviolata permaniat iſtibulatione ſubnexa. Actum Iſtiſtolas, data in minſe Ianuario annum ſecundum regnante domino noſtro Carlo glorioſiſſimo Rege.

E Signum ✝ Grimolfrido, & filia mea Adalvvarane qui hanc epiſtola donationis fiere vel adfirmare rogaverunt. Signum ✝ Raulico. Signum ✝ Fraimiro. Signum ✝ Teutchardo. Signum ✝ Perovaldo. Signum ✝ Hartgario. Signum ✝ Bernehardo. Signum ✝ Hildegrimo. Signum ✝ Nordeberctho. Signum ✝ Aganone. Signum ✝ Hunefredo. Signum ✝ Acimiro. Signum ✝ Amone. Signum ✝ Iucaredo. Signum ✝ Gamardo. Signum ✝ VVillehelmo. Signum ✝ Carfredus Subſcripſit. Firmatus hanc epiſtolam donationis eſcripſit & ſubſc.

L.

Caroli M. Præceptum quo varia monaſterii Dionyſiani bona ſub Pippino Rege recuperata, eidem monaſterio confirmat.

Ex autographo.

Anno 775.

F CAROLUS gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum, omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Domeſticis, Graffionibus, Vicariis, Centenariis, vel omnes miſſos noſtros diſcurrentes, vel quibuſlibet judicaria poteſtate præditis: Summa cura & ſollicitudo debet eſſe Regum, ut ea quæ à Sacerdotibus pro oportunitate eccleſiarum Dei fuerint poſtulata, ſolerter perſpicere & congrua vel oportuna eis beneficia non denegare, ſed ea quæ pro Dei ſunt intuitu ad effectum in Dei nomine mancipare. Igitur cognoſcat magnitudo ſeu utilitas veſtra, quia venerabilis vir FULRADUS Abba ex monaſterio peculiaris patronis noſtri ſancti Diuniſii martyris, ubi ipſe precioſus Domnus corpore requieſcit, clementia regni noſtri ſuggeſſit, & præceptionem Domni & genitoris noſtri PIPPINI quondam Regis nobis oſtendedit relegendam, ubi contenebatur inſertum de rebus ſancti Diuniſii, quæ à longo tempore tam ex munificentia Regum, quàm & à Chriſtianis vel Deo timentibus & bonis hominibus conlatas vel donatas fuerunt, à pravis ſeu malis

hominibus per iniqua cupiditate ſeu malo ingenio vel tepiditate Abbatorum ſeu neglecto judicium de ipſa A
caſa abſtractas vel diſmanatas fuerunt. Unde & ipſi monachi vel ipſi Agentes unà cum præceptiones Regum
vel reliqua ſtrumenta cartarum de ipſas res in palatio ante genitore noſtro ſeu ejus Ducibus per plures
vicibus advenerunt in rationes unà cum plures hominibus, qui ipſas res malo ordine tenebant; & genitor
noſter pro reverentia ipſius ſancti Diuniſii martyris, vel pro ipſo amore Dei, eorum cartas diligenter relegere
rogarit, & Miſſos ſuos VVICHINGO *&* LUDIONE *ad eorum petitione per diverſos pagos unà cum*
ipſa ſtrumenta ad hoc inquirendum vel inveſtigandum direxit, ut ubicumque eorum juſtitia invenirent,
vel ipſi monachi & ipſi agentes legitima ſtrumenta præſentaban[illegible], vel caſa ſancti Diuniſii exinde veſtita
fuerat, ſeu à bonis Deo timentibus hominibus ibidem datas vel conlatas fuerunt, & ipſa caſa legitime
& rationabiliter per lege exinde veſtita fuerat, & poſtea per iniquo ingenio de ipſa caſa abſtractas fuerant,
eis reddere deberent. quod ita ———— *& fecerunt. Id ſunt per diverſis pagis loca denominata, in pago*
Fanmartenſe cella qui dicitur Cruce, qui aſpicit ad fiſco Solemnio, quem domnus HILDBERTUS *quondam* B
Rex ad caſa ſancti Diuniſii per ſua præceptione conceſſit: & Aviſinas quem Vaſſus genitoris noſtri tenuit:
ſimiliter in pago Bragbanto in loca nuncupantes Scancia & Cambrione: ſimiliter in pago Briegio loca
nuncupante Linariolas; & in Melciano loca cognominantes Nartiliago & Coconiago; vel in Belvacin-
ſe loca nominata Pitito-villare, Maſciago, Saciago, Anſinovillare, Thedegario-villare, Ambrico-curte,
Ebroaldo-curte, Gellis; ſimiliter in pago Camliacinſe, loco qui dicitur Boderovillo, & Nialla: ſimiliter
in pago Vilcaſino Bacivo ſuperiore & ſubteriore & Madriu, quem Gabbifriſio per beneficium habuit: ſi-
militer in pago Madriacinſe Vinias, Camapio & Niventis, Villanova, Rosbacio, Sigrancio, Beranecurte:
ſimiliter in pago TELLAU *loca cognominantes Pictus, Macerias, Verno, Fircera, Potio, Bodalca, Brit-*
tenevalle, Artiliaco, Aguſta, Rauſero, Criſonarias, Vvariaco, Similiter in pago VIMNAU *loca cogno-*
minantes Marca, Malcha, Malchis, & Aviſinas; Rodeno, Rodalca Sodicola, Vidriaco, Horona, Arcas.
Similiter in pago Pariſiago Tabernas. Similiter in pago Ambianinſe loca qui dicuntur Piſciago, & Ad- C
ſalto; ſeu diverſa loca per diverſos pagos, tam majora, quàm & minora, quod per ſingula nominare non
fuit neceſſarium, unde ipſa caſa ad præſens veſtita eſſe videtur ita ut ſicut ab ipſis inventumque vel inve-
ſtigatum fuit, & ipſas res ipſi monachi vel ipſi agentes partibus ſancti Diuniſii receperunt, deinceps in
poſt modum ab hodiernum die ipſa caſa Dei vel ipſi monachi ſeu agentes eorum evis & futuris temporibus
habiant evindecatas atque elidicatas. Unde & ipſe jam dictus Fulradus Abba ſeu & ipſi monachi de ip-
ſo ſancto cœnubio, qui in ipſa caſa Dei converſare vel vitam degere videntur, nobis petierunt, ut denuo
circa ipſis pro futuris temporibus præceptione noſtra manu noſtra firmata exinde eis adfirmare deberemus.
quod ita & fecimus, ut ſicut conſtat quod ipſas res per legem & juſtitiam in palatio ante genitore noſtro evin-
dicaverunt vel receperunt, ut tam ipſe Abba, quàm & ſui ſucceſſores omni tempore pro conpendio (ſicut ſupe-
rius inſertum eſt) ad ipſa ſancta caſa ad luminaria procuranda, ſeu veſtimenta monachorum vel reliqua con-
pendia ſeu ſuſceptionem pauperum & peregrinorum habiant evindicatas atque elidicatas, ut eis ſemper D
melius delectet pro nobis vel filios noſtros ſeu pro ſtabilitate regni Francorum die noctuque inceſſabiliter
orare, vel Domini miſericordia deprecare; & (ſicut nobis promiſerunt) per ſingulos dies nomen noſtrum
tam in Miſſas, quàm & in peculiares eorum orationibus ad ſepulcrum ipſius ſancti Dioniſii debeant
recitare, ſi adhuc inantea eorum juſtitia invenire potuerimus eis libenti animo reddere volemus. Et ut hæc
auctoritas vel præceptio noſtra quod nobis poſtulaverunt circa ipſa caſa Dei proficiat, & evis & futuris tem-
pori inconvuſa & firma debeat permanere, manu propria ſubter firmavimus & anuli noſtri impreſſione
ſignavimus.

Signum CAROLI *glorioſiſſimi Regis.*

VVIGBALDUS *ad vicem* HITERII *recognovi & ſubſcripſi.*

Data ſexto Kal. Iulias anno ſeptimo & ſecundo regni noſtri. Actum Cariſiago palatio publico Dei nomi-
ne feliciter. E

L I.

Ex autographo Caroli M. Placitum quo adverſus Herchenradum ſeniorem Epiſcopum Pariſienſem Placicium monaſterium in pago Pinciacenſe monaſterio S. Dionyſii adſcribitur.

Anno 775. CAROLUS *gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum, vir inluſter. Tunc regalis celſitudo ſuis*
culminis ſublimatur, quando cunctorum jurgia juxta propoſitionis vel reſponſionis eloquia inter al-
terutrum ſalubre deliberat ſentencia: quatenus ſub Deo in Rege manet poteſtas quomodo cuncta terrebi- F
lia debeant ordenare. [*Igitur*] *cùm nos in Dei nomene Duria villa in palacio noſtro ad univerſorum*
cauſas audiendum, vel recta judicia termenandum reſederimus, ibique veniens apoſtolicus in Chriſto
pater HERCHENRADUS *Epiſcopus urbis Pariſius civitate Pontifex* FOLRADO *Abbate interpellabat;*
repetibat ei eo quod ipſi Placicio monaſthirio, qui eſt conſtructus in honore ſanctæ Mariæ & ſancti Petri,
in pago Pinciacenſe, quem Francus homo nomine ADERALDUS *ad caſa ſancti Mariæ & ſancti Stephani*
& ſancti Germani per ſuum ſtrumentum condonavit, ipſe Folradus Abba ad parte ſancti Dioniſii poſt
ſe teniat malo ordine injuſtè: ſed ipſe Folradus Abba de præſente adſtabat, & taliter dedit in reſpunſis,
quod ipſo Placicio monaſthirio poſt ſe ad parte ſancti Dioniſii numquam reteniat malo ordine injuſtè pro
eo quod dixit quod Francus homo, nomine HAGADEUS, *ipſo monaſthirio Placicio ad monaſthirio ſancti*
Dioniſii manus poteſtativas per ſuum ſtrumentum condonaſſet; & per ipſa traditione plus obtingit ipſa mo-

A *naſthirius Placicius ad caſa ſancti Dioniſii adharere, quàm ipſius Herchenrado Epiſcopo ad parte ſanctæ Mariæ & ſancti Stephani & ſancti Germani adreddere. Unde & ipſa iſtrumenta præ manibus ſe habire adfirmant, & ipſas in præſencia noſtra protulerunt recenſendas etiam & de hac cauſa ab utraſque partes ibi certa cognovimus, & ad divina myſteria Chriſti miſericordia conſpirante (ſicut longa conſuetudo expoſcit & ipſe volumptarie conſenſerunt) jobemus emanare judicium, ut dum per ipſis ſtrumentis de utraſque partis certamen non declaratur, ut recto thramite ad Dei judicium ad crucem eorum homenes his nominibus Aderamno de parte ſancti Dioniſii vel Folrado Abbate, & Corello de parte ſanctæ Mariæ vel ſancti Stephani & ſancti Germani vel Herchenrado Epiſcopo, exire adque ſtare deberint. Quod ita & in capella noſtra, recenſendâ Miſſâ* HARNALDO *Presbitero, viſi fuerunt ſtetiſſe: & ea hora, protegente divina dextera Dei, Deus Omnipotens ſuum juſtum judicium declaravit, ut homo memorato Herchenrado Epiſcopo, nomine Corellus, ad ipſo Dei judicium ad ipſa crucem trephidus & convictus*
B *aparuit: & tunc ipſe Herchenradus Epiſcopus in præſentia noſtra vel Procerum noſtrorum ſibi recognovit vel reſededit, quod nec ipſe, nec pars eccleſiæ ſuæ ſancta Maria, vel ſancti Stephani ſeu ſancti Germani nullum drictum habebant, per quod ipſo Placicio monaſthyrio habere potuiſſent. Proinde nos taliter unà cum fidelibus noſtris, id ſunt* GHÆRARDO, BERNARDO, RADULFO, HILDERADO, ERMENALDO, HEBROINO, THEUDOALDO, AGHONE, *Comitibus;* HALTBERTO, LAUMBERTO, HÆRTERICO, & ANSELMO *Comite palacia noſtra, vel reliquis quampluris viſi fuimus judicaſſe, ut dum ipſe memoratus homo ſancti Dioniſii vel Folrado Abbate, nomine Adelramnus, jam dicto homine ſancti Mariæ, vel ſancti Stephani ſeo ſancti Germani, necnon & Herchenrado Epiſcopo, nomine Corello, ad ipſo Dei judicio ad crucem ibidem convicuit; & ipſe Corellus ibidem ad ipſo Dei judicio trepidus & convictus apparuit: propterea jobemus, ut dum hac cauſa ſic acta vel perpetrata eſſe cognovimus, ut memoratus Fulradus Abba memorato Placicio monaſthyrio unà cum ſuis apendiciis, vel*
C *quicquid ibidem pertenere videtur; in contra ſæpe dicto Herchenrado Epiſcopo, vel eccleſiæ ſuæ ſancti Mariæ, vel ſancti Stephani & ſancti Germani ſuiſque ſucceſſoribus ad parte ſancti Dioniſii monaſthyria ſua jure firmiſſemum habiat evendicatum adque elidiatum, & ſit inter ipſis in poſtmodum abſque ulla repeticione Herchenrado Epiſcopo vel ſucceſſoribus ſuis omneque tempore ſubita adque definita, ſeu & indulta cauſatio.*

THEUDEGARIUS *recognovit & ſubſcripſit.*

Datum quinto Kalendas Auguſtas in anno ſeptimo regni noſtri Duria villa in palacio publico in Dei nomine feliciter. Amen.

NOTATIO.

D EXIMIUM eſt hoc Placitum, præſertim ob mentionem de probatione crucis. Res ſic agebatur. Miſſæ tempore, ſive dum Pſalmi oratioque Dominica recitarentur, homines duo conducti ad crucem ſtabant brachiis expanſis. Qui prior laſſus brachia depoſuiſſet, aut titubantia habuiſſet; ejus pars victa cenſebatur. Egregium ejuſce ritus exemplum exſtat in Italiæ ſacræ tomo v col. 611. Alia item conſule in Gloſſario Cangiano ad vocem *crucis*. Obſerva inſuper ex hoc loco, tempore Caroli M. eccleſiam Pariſiacam præter S. Stephanum patronos habuiſſe S. Mariam & S. Germanum, haud dubiè Pariſiorum antiſtitem, qui poſt ſollemnem ipſius corporis è tumulo tranſlationem inter ejus eccle-
E ſiæ patronos adlectus eſt. Idem legitur in charta Stephani Comitis pro Inchado Epiſcopo, ſub Carolo M. apud V. Cl. Stephanum Baluzium in notis ad Capitularia col. 1061. Confer chartam Vandemiris ſupra, in qua ſolus S. Stephanus memoratur. Porro Placicium, *Plaiſir*, vicus eſt haud procul à S. Germani opido in ſilva Ledia. Vide Dubletum pag. 713. Omiſſa eſt hîc à Notario nota regni Langobardici, qui defectus aliquando, tametſi rariùs, occurrit. Neque illud omittendum, duos admitti oportere Ercanrados Epiſcopos Pariſienſes, non unicum, ut in fuſiori Gallia Chriſtiana: nempe unum ſeniorem, regnante Carolo M. hoc in diplomate memoratum: alterum juniorem ſub Carolo Calvo ante Æneam. Sed hac de re accuratius infra.

LII.

Caroli Magni diploma, quo confirmat privilegium Salonæ contra Epiſcopum Mettenſem.

Ex chartario S. Michaëlis ad Moſam.

Anno 777.

CAROLUS *gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum, atque Patricius Romanorum. Oportet ſerenitas noſtra ut ea quæ à fidelibus noſtris poſtulata fuerint, juſtè & rationabiliter pro ſervitio & fidelitate, quæ circa genitorem meum* PIPINUM *Regem & circa me habere videntur, eis impertire debeamus. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris tam & præſentibus, quàm & futuris, qualiter veniens*
F FOLRADUS *Capellanus palatii noſtri & Abba ſancti Dionyſii nobis retulit privilegium à partibus ſancti Dionyſii, quam ſenodalis conſilius anno nono ad Patris-Brunna ex promiſſo Angalramno Epiſcopo &* VVILHARIO *Archiepiſcopo conſtituerunt de res proprietatis ſuæ, in loco qui dicitur Salona, quæ eſt conſtructus in honore ſanctæ Dei genitricis & beatorum Martyrum & Confeſſorum & Virginum: ubi ſanctus Privatus martyr & ſanctus Illarius Confeſſor requieſcere videntur: & meo in privilegio inſertum invenimus, ut neque Angalramnus Epiſcopus, neque ſucceſſores ſui, neque Archidiaconus, neque miſſus eccleſiæ ſuæ Mediomatricus ibi in ipſo cœnobio Pontificium habere non debeant, niſi ſi Abbas ſancti Dioniſii expetierit ordinationes faciendi, chriſmetandi, & tabulas benedicendi. Interrogavimus Angalramnum Epiſcopum, ſi ipſum privilegium conſentire debuiſſet. Et ipſe nullatenus denegavit, niſi ſicut & chnenodale conſilio conſtituerunt Coepiſcopi ſui, ſic conſentivit ſicut ipſe privilegius clariter innotuit. Propterea talem præceptum & confirmationem permanere præcipimus ad partibus ſancti Dionyſii, ut poſt hunc*

diem nullus quiſlibet Epiſcoporum, neque Angalramnus aut ſucceſſores ſui ipſo cœnobio non contingat niſi ſit ſub emunitate & privilegio ſancti Dionyſii regulariter, ſicut cæteras eccleſias, quas ad ipſa caſa ſancti Dionyſii aſpicere videntur, & terrolas quas Angalramnus & Folradus infra ipſo agro Salona & fine commutaverunt....Simile modo ex noſtrum permiſſum & confirmationem abſque Epiſcoporum Mettenſis eccleſiæ impedimentum pars ſancti Dionyſii unà cum ipſo cænubio Salona ſub noſtram tuitionem & defenſionem Procerumque noſtrorum partibus ſancti Dionyſii debeant reſpicere, & quicquid per commutationes Regum, aut Donationem, aut collata ibidem populi additum, aut cenſatum, & Folradus de ſuas res ipſo cœnubio ditavit ſub emunitate & defenſione ſancti Dionyſii omnique tempore permanere debeant, ex noſtra auctoritate confirmatum: ut melius delectet ipſam congregationem ſancti Dionyſii & ſancti Privati & ſancti Illarii pro nobis & pro eis uxoreque noſtra Domini miſericordiam attentius deprecare. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, vel per tempora meliùs conſervetur, manu noſtra propria ſubter eam firmavimus, & de anulo noſtro ſigillavimus.

Signum CAROLI *glorioſiſſimi Regis.*

Nomen & ſignum Cancellarii omiſſum.

Datum quod ficit Decembris dies.... anno X *regnante domno noſtro Carolo Rege. Actum Aquis palatio publico in Dei nomine feliciter. Amen.*

LIII.

Ex autographo.

Caroli M. Præceptum, quo omnes Dionyſiani monaſterii immunitates confirmat.

Anno 778.

CAROLUS *gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum ac Patricius Romanorum. Incipientia regni noſtri affectum de noſtra erectione integro vigilante Domino vigilavi, & pro ipſa bona opera auctum cum conſilium Ponteficum vel ſeniorum Optimatum noſtrorum emunitate per noſtro confirmandum regnum & mercede vel inepiſcendum vitam æternam renovare deliberemus. quod ita & fecimus. Ergo oportet clementiæ principale inter ceteras petitiones illud quod pro ſalute adſcribitur, & pro divino nomine poſtulatur, placabile auditum ſuſcepere, & procul dubium ad effectum perducere: quatenus de caducis rebus præſentis ſæculi æterna conquiritur uxta præceptum Domini dicentes: Facite vobis amicus de mamona iniquitatis. Ergo de mamone iniquitatis uxta ipſius dictum nos oportet mercare æterna cæleſtia: udum Sacerdotum congruum impertimus beneficia, retributorem Domino ex hoc habere mereamur in æterna tabernacula. Igitur venerabilis vir* FOLRADUS *Abba de baſilica peculiaris patroni noſtri Domni Dioniſii marthyris, ubi ipſe precioſus Domnus in corpore requieſcit, clementia regni noſtri ſupplicavit, eo quod ab anteceſſoribus Regibus à longo tempore omnis emunitas de villas præfatæ ſanctæ baſilicæ fuit conceſſum. Unde & ipſas præceptiones manus roboratas & bonæ memoriæ genetore meo* PIPPINI *condam Regis ſe præ manibus habere affirmat, & hoc uſque nunc inviolabiliter aſſerit eſſe conſervatum. Unde petiit ut hoc per noſtram auctoritatem denuo pro re firmitate circa ipſo ſancto loco, vel homines qui ſe cum ſubſtantia eorum ad ipſa baſilica tradunt vel condonant, uxta quod anterioris Regis per eorum auctoritates ad ipſa baſilica hoc præſtiterunt & confirmarunt, hoc iteratis circa ipſo Abbate concedere & confirmare deberemus. Ideo cognuſcat magnetudo ſeu utilitas veſtra, quòd nos pro reverentia ipſius ſancti loci vel pro quietim domino famulantium prumtiſſimam voluntatem denuo conceſſiſſe & in omnibus confirmaſſe veſtra cognuſcat ſolertia. Quapropter per hanc præceptus, quod ſpecialius decernimus & in perpetuum volumus eſſe manſurum, ubemus, ut neque vos, neque uniores, ſeu ſucceſſores veſtri, nec quiſlibet de udicaria poteſtate accinctus, in curtis præfatæ baſilicæ Domni Dioniſii ubi & ubi, in quaſcumque pagos in regno Deo propitio noſtro, quod ad die pars ipſius monaſterii poſſedere vel dominare videtur, vel quod à Deo timentibus hominibus per legitima inſtrumenta ibidem fuit conceſſum, aut inantea fuerit additum, atque delegatum, nec ad cauſas audiendum, ne ad fide uſſoris tollendum, nec ad freda exiendum, nec ad manſionis faciendum, nec paratas, nec ullas redibitiones requirendum ingredi nec exigere quoque tempore penitus non præſumatur, niſi quicquid fiſcus noſter exinde potuerit ſperare, omnia & in omnibus pro mercedis noſtræ conpendium cum omnis fredus ad integrum ſibimet conceſſus (ut dictum eſt) inſpectas ipſas præceptiones anteriorum Regum, vel uxta quod præſens noſtra contenere videtur auctoritas, quicquid ipſe ſanctus locus ad die præſente (ut diximus) habere videtur, quàm quod in poſtmodum à Deo timentibus hominibus vel à nobis ibidem fuerit additum vel conlatum, ſeu quibuſcumque juſtè & rationabiliter cum omne ſubſtancia ſua ad ipſo monaſterio ſe tradiderit, & res ſuas per legitima ſtrumenta ibidem delegaverit vel firmaverit, ſub integra emunitate ad die præſente valeat reſedere quietus atque ſecurus, & (ut dictum eſt) quicquid exinde forſitan fiſcus noſter ſperare potuerat, in luminaribus vel in ſtipendiis ſeu & in elimoniis pauperum ipſius monaſterii perenniter pro noſtris oraculis ad integrum in omnia & ex omnibus ſit conceſſum atque indultum: ut eis melius delectet pro ſtabilitate regni noſtri vel pro quietim quibuſlibet Liudis noſtris Domini miſericordiam adtencius deprecare. Et ut hæc auctoritas noſtris & futuris temporibus circa ipſo ſancto loco perenniter firma & inviolata permaneat vel per tempora inlæſa cuſtodiatur atque conſervetur, & ab omnibus judicis melius credatur; propria manu annotatione ſtuduimus adumbrare.*

Signum CAROLI *glorioſiſſimi Regis.* GILTBERTUS *ad uicem* RADONIS *recognovi & ſubſcripſi.*

Data in menſe Octub. anno XI *& quinto regni noſtri. Actum Goddinga villa in Dei nomine feliciter.*

NOTATIO

A

NOTATIO.

OBSERVA in hoc diplomate confirmari à Carolo M. donationes eorum, qui ad monaſticum inſtitutum convolantes, ſe ſuaque omnia conferebant: unde maximè monaſteriorum facultates accreverunt. Nota etiam vocem *genitore meo*, quâ Carolus utitur, ut in alio diplomate eruto ex archivo S. Michaëlis ad Moſam. tametſi plurali modo in contextu loquitur. Præceſſerat aliud Caroli M. diploma confirmatorium pro cœnobio S. Dionyſii. *V:igbaldus ad vicem Hiterii recognovit. Datum prid. Idus Marcias, anno* VII *& primo regni noſtri. Actum Cariſiaco palatio publico.* &c.

LIV.

B Caroli M. Præceptum pro confirmatione commutationis quorumdam prædiorum in pago Mettenſi, initæ inter Fulradum Abbatem Dionyſianum & Eufemiam Abbatiſſam parthenonis S. Petri in urbe Mettenſi. Ex autographo.

Anno 782.

CAROLUS *gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum ac Patricius Romanorum. Notum ſit fidelibus noſtris tam præſentibus quàm & futuris, ſi hoc quod inter ſe commutaverint noſtris Oraculis confirmamus, Regum conſuetudinem exercemus, & idem poſtmodum jure firmiſſimum manſurum eſſe credimus. Igitur compertum ſit omnium veſtrorum magnitudini, qualiter venerabilis vir* FOLRADUS *Abba de monaſterio ſancti Dionyſii ſeu Archipresbyter, atque* EUFIMIA *Abbatiſſa de monaſterio ſuperiore, que eſt conſtructus in honore ſancti Petri, infra muro Mettis civitate, pro oportunitate amborum*
C *partium res aliquas inter ſe commutaſſe. Unde & ipſas commutationes bonorum hominum manibus roboratas in præſenti oſtendiderunt relegendas: ubi cognovimus qualiter dedit Eufimia Abbatiſſa ad parte Folrado Abbate unà cum conſenſu ancillarum Dei ibidem conſiſtentium locella dua infra pago Salninſe, ſuper fluvium Salona, in Conpendio, id ſunt in Filicione-curte, ſeu in Victerneia-curte, quantumcumque in ipſas curtes fuit ratio ſancti Petri in integritate, & quicquid ad ipſa loca aſpicit. Simile modo Folradus dedit ad parte Eufimianæ Abbatiſſa & illa congregatione ſancti Petri res proprietatis ſuæ in pago Scarponinſe in loco que dicitur* Baſigunde-curte, *quantumcumque cum* PETRONE *Epiſcopo Virduninſe, ſeu &* ANNONE *Abbate commutavit, & quicquid ad ipſo loco aſpicere videtur, totum & ad integrum dedit ad parte* Eufimianæ *Abbatiſſa. Sed pro integra firmitate petierunt ipſe Abbas & Abbatiſſa celſitudini noſtræ, ut hoc per noſtram auctoritatem confirmare deberemus. quorum petitionibus gratanti animo ita præſtitiſſe vel in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes ergo jubemus, ut*
D *quicquid pars contullit parti, aut è contra in conpenſu recepit, inſpectas ipſas commutationes, ſicut per eas declaratur, ab hac die per hanc noſtram auctoritatem habendi, tenendi, dandi, commutandi, vel quicquid exinde unuſquiſque quod à jure ſuo accepit ad profectum earumdem eccleſiarum exercere voluerit, liberam ac firmiſſimam in omnibus habiant poteſtatem: ut neque à prædicto Abbate & Abbatiſſa, neque ab eorum ſucceſſoribus ullum umquam tempore ipſas commutationes violentur. Unde duas confirmationes uno tenore conſcriptas fieri juſſimus, quas & manu propria firmavimus & de anulo noſtro ſigillare juſſimus.*

Signum CAROLI *glorioſiſſimi Regis.*

VUIDOLAICUS *ad vicem* RADONIS *recognovi.*

Data in menſe Octobris anno XIIII *&* VIII *regni noſtri. Actum Hariſtalio palatio publico in Dei nomine feliciter.*

E

NOTATIO.

MONASTERIUM Virginum ſub nomine S. Petri hactenus exſiſtit apud Divodurum Medipmatricorum. De Petro melius Petrone Epiſcopo Virdunenſi, qui regnante Carolo M. iſti eccleſiæ præfuit, lege hiſtoriam Epiſcoporum Virdunenſium in Spicilegii tomo XI pag. 259.

LV.

Placitum ſub Carolo M. habitum, in quo Sonarciaga-villa pagi Tellau Dionyſiano monaſterio vindicatur. Ex archivo Dionyſiano.

F

Anno 783.

CAROLUS *gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum ac Patricius Romanorum. Cùm nos in Dei nomine Cariſiaco villa palatio noſtro ad univerſorum cauſas audiendas & recto judicio terminandas reſideremus; ibique veniens Advocatus ſancti Dioniſii vel* FULRADI *Abbatis nomine Ado nobis ſuggerebat, dicens, eo quòd inter* RIFERONEM *Comitem & ſuos Eſcapinios in pago Tellao, in mallo publico qui vocatur Turcarias, adveniſſet, & homines aliquos his nominibus Goduinum, & germanum ſuum Flodoinum, & germanam eorum Damaſcianam; ſed & Andgarium & Ercammarum & Ionatham interpellaſſet, repetens ab eis & dicens, eo quòd rem ſancti Dioniſii in ipſo pago Tellao, in loco qui dicitur Sonarciaga-villa ſuper fluvium Itta, quem ſanctus Dioniſius per ſuum brachium conquiſivit, poſt ſe retinebant in ſua poteſtate malo ordine. Sed ipſi Flodoinus & Goduinus & eorum germana Damaſcia; ſed & Antgarius & Ercammarus & Ionathas in præſenti aderant: & cùm interrogaretur ab eis*

utrum quid de hac cauſa contra hominem nomine Adonem Advocatum ſancti Dioniſii dicere vellent; A *numquam potuerunt tradere vel deducere rationem, per quam ipſam rem ſancti Dioniſiti Sonarciagam-villam habere potuiſſent: ſed ipſi per ſuos vuadios ibidem in præſenti præfatum Adonem Advocatum ſancti Dioniſii inveſtiverunt, & fidem exinde, ſicut lex continuit, ibidem fecerunt. Proinde oportunum fuit ipſi Adoni Advocato ſancti Dioniſii, ut talem notitiam bonorum hominum manu firmatam, vel ipſius Comitis nomine Riſerii, ſeu qui ibidem fuerunt ſedentes, prendere & accipere deberet. quod ita & fecit, ut ad longum tempus ipſam rem Sonarciagam-villam contra jam dictos homines ad partem ſancti Dioniſii habeat evindicatam & elidigatam. Vnde & Advocatus ſancti Dioniſii vel Fulradi Abbatis videlicet Ado ſuam notitiam quam ſe propoſuit habere ante nos legibus optulit vel adpræſentavit ad relegendum. Relectâ ipſa notitiâ, interrogatum fuit ipſo Riſero Comite, ſi hæc cauſa vel ipſa notitia vera & verax erat aut non. Sed ipſe Riſerus Comes nobis taliter ſuum prabuit teſtimonium, quòd hæc cauſa vel ipſa notitia vera & verax eſſet. Proinde nos taliter unà cum fidelibus noſtris, id eſt cum* RICHARDO *Comite*, GUNTHARDO *Comite*, TEUTBALDO *Comite*, GRIFONE, GEROLDO, NORTBOLDO, VVINEGISO, VVALBERTO, GISOLDO, AROINO, TEUTBOLDO, CONSTABILI, VVORALDO *Comite palatii noſtro, vel reliquis quamplurimis viſi fuimus judicaſſe, ut dum ipſe Riferus Comes taliter nobis ſuum tribuit teſtimonium, quòd hæc cauſa vel ipſa notitia vera & verax eſſet; propterea jubemus, ut quia hanc cauſam ſic actam vel perpetratam eſſe cognovimus, ſupraſcriptus Advocatus ſancti Dioniſii contra ſæpe dictos homines inſpecta ſua notitia jam-dictam villam Sonarciagam ad partem ſancti Dioniſii omni tempore habeat evindicatam atque elidicatam, et ſit inter ipſos in poſtmodum ex hac re omni tempore ſopita & definita atque inconvulſa cauſatio.*

B

VVITHERIUS *Notarius ad vicem* CHROTARDI *recognovi.*

Dat. menſe Decembri die XVI, *anno* XIV *regni noſtri in Dei nomine feliciter.*

C

NOTATIO.

DUBIUM eſt, an Vvitherius Notarius tum ordinarius fuerit. Vvitherius quippe numeratur quidem inter Notarios Caroli M. Imperatoris, ſed non Regis: nec Chrotardum Archicancellarium alibi invenio. quod officium Hitherius ad annum regni Caroli XII exercuit. An Chrotardus extraordinarius Cancellarius fuit, ut Eldebertus, infra.

L V I.

Ex autographo.

Caroli M. Præceptum de bonis à HRodhardo Comite monaſterio Dionyſiano venditis, quæ bona eidem loco Rex confirmat.

D

Anno 790.

CAROLUS *gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum ac Patricius Romanorum. Notum eſſe univerſis noſtris credimus fidelibus qualiter tempore genitoris noſtri bonæ memoriæ* PIPPINI *quondam Regis, ſeu & avunculi noſtri* CARLOMANNI, *res aliquæ in Ducatu Alamanniæ fiſci ditionibus redactæ fuerunt, quas modo diverſi homines quaſi jure proprio poſſidebant injuſtè, & aliquis exinde jam per venditiones, donationes, ſeu diverſos quoſlibet modos habebant diſperſas: ex quibus* HRODHARDUS *Comis quondam ab Hunnido ſeu ab aliis hominibus per cartas vinditionis exinde res aliquas viſus fuit comparaſſe quæ ponuntur in pago Briſigavia, in loca nuncupantes Binuzhaim, ſive & Romaningahoba, vel in ceteris locis, cum eorum adjacenciis & appendiciis, quæ partibus ſancti Dionyſii martyris, ubi ejus precioſum corpus requieſcit, inlicito ordine viſus fuit vendidiſſe, vel delegaſſe: unde* MAINARIUS *Abba per ſuos vuadios legibus nobis viſus eſt reveſtiſſe. Sed nobis conſiderantibus ob amorem Dei & reverentiam* E *ſancti Dionyſii, pro mercedis augmentum & animæ noſtræ remedium ſeu ſtabilitatem regni noſtri deinceps per noſtrum præceptum præfatas res ad ipſa caſa Dei pruumptiſſimo animo & voluntate benigna concedere ac delegare decrevimus. Propterea hoc noſtræ firmitatis præceptum juſſimus conſcribi, ut memoratas res cum omni integritate, cum terris, domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, ſilvis vel cunctis ibidem adjacenciis vel appendiciis in quibuſlibet locis, ſicut antea ipſa caſa Dei viſa fuit poſſedere, ita & deinceps per noſtrum præceptum plenius in Dei nomine confirmatum, & ab ac die præfatæ baſilicæ ſancti Dionyſii habeat teneat atque poſſedeat, & in noſtra alemoſyna ibidem omni tempore in augmentis proficere. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, vel per tempora melius conſervetur, manu propria firmavimus, & de anulo noſtro ſigillare juſſimus.*

Signum CAROLI *glorioſiſſimi Regis.*

ERKMBALDUS *ad vicem* RADONIS *ſubſcripſi.* F

Data pridie Kal. Septemb. anno XXII *regnum Domni noſtri Caroli excellentiſſimi Regis. Actum Copſiſtaino in Dei nomine feliciter.*

NOTATIO.

ET hîc deeſt epocha regni Langobardici. De Copſiſtaino in libro IV. Fortè illud erat palatium ad Salam fluvium in Germania, ubi Carolus diu moratus eſt anno DCC XC, teſte in primis Eginhardo. qui annus cum anno regni Carolini XXII coincidit. Iſtius verò palatii obſoleta eſt ab eo tempore memoria, propterea quod ipſomet anno, cùm Carolus ibi verſaretur, incendio conflagravit.

A

LVII.

Charta Ghiſelæ, Caroli M. ſororis, quâ monaſterio Dionyſiano multa confert prædia quæ à parentibus acceperat.

Ex autographo mutilo.

Anno 791

. . . .

. . . .

batorum martyrum Dionyſii, ubi ipſe precioſus corpore quieſcit cum ſuis ſanctis ſociis, de eorum prædio & facultates ipſe locus ſanctus ditatus & bene fundatus fuit, & eſt, & concedente Domino erit in perpetuum: ita nunc in Dei nomine Deo ſacrata Chriſtique ſemper devota GHYSELA, *nobiliſſima Regis filia* PIPPINI, & BERTRADANÆ *Reginæ olim, pro Dei intuitu & deſiderio cæleſtis regni & animæ meæ remedio, donamus ad ipſum ſanctum locum, donatumque præſentaliter eſſe volumus. ſicut enim admonet nos ſancta ſcriptura ut homo dum vivit in corpore, cogitet de æternitate vitæ, ut de tranſitoria mereatur æterna, Domino dicente in Evangelio:* Facite vobis theſauros in cælo quæ non deficiunt, & de iniquo mammona comparate vobis æterna tabernacula, *juxta ſententiam beati doctoris Auguſtini, ubi ait:* Perit mundus & ea quæ in mundo ſunt. *Illud verò numquam perit, quod in eccleſiis vel in pauperibus erogatur, ſed unicuique quod ad æternam beatitudinem pro juſtitia reputatur. Ideo ob ejus amorem donamus ad ipſum ſanctum locum ſuperius denominatum, ubi præſenti tempore* FARDULFUS *Abba cum norma plurima monachorum converſare, regere vel gubernare videtur; villa noſtra nuncupante Putialis in pago Adratinſe, cum illas eccleſias quæ ſunt conſtructæ in honore ſancti Vedaſti, vel ceterorum ſanctorum cum appendiciis ſuis, id ſunt Gunbodecurte, ſeu Poſtonevillare, vel Bertinocurte, necnon & in Linarias, ſeu & in Hodricio in jam dicto pago Adratinſe; & in Magraſtovilla in pago Vermandinſe; Friſionecurte ſeu & Agnonocurte in pago Ambianenſe; Vvalliu in pago Camaracinſe; ipſa loca ſuperiùs prænotata cum omni integritate vel ſoliditate earum, id eſt unà cum terris, manſis, domibus, ſuperpoſitis, ædificiis, præſidiis, mancipiis, inquilinis, accolabus, libertis, ſervis tam ibidemque oriundis, quàm & aliunde tranſlatis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, mobilibus & immobilibus, gregis cum paſtoribus, perviis, publicis pſaltis atquæ ſubjunctis, vel omnique præſidium & univerſum meritum, & ad prædicta loca ſuperius nominata aſpicere vel pertinere videntur, & præſenti tempore ibidem poſſedeo, quicquid infra terminos aut extra terminos, tam de alode aut de comparato vel de qualibet adtracto ad me legibus obvenit, à die præſente ac præfata caſa Dei in alemoniis vel ſubſtantia monachorum ibidem habitantium Chriſto protegente proficiat in augmentum, & de jure meo in jure & dominatione ipſius baſilicæ trado atque transfundo: ita ut ab ac die vos vel ſucceſſores veſtri habeatis, teneatis, poſſedeatis, vel quicquid exinde facere volueritis, liberam & firmiſſimam auxiliante Domino in omnibus habeatis poteſtatem. Et ut hæc donatio à me facta omni tempore firma & inconvulſa valeat perdurare.*

B C D

Signum † GHYSELÆ *nobiliſſimæ filiæ Pippini Regis, qui hanc donatione fieri rogavi.*
Signum † CAROLI *nobiliſſimi filii domni Caroli Regis præcellentiſſimi.*
Signum † PIPPINI *nobiliſſimi filii domni Caroli præcellentiſſimi Regis.*
Signum † CHLODOICI *nobiliſſimi filii domni Caroli præcellentiſſimi Regis.*
VVINERADUS *Cancellarius juſſus à prædicta domna* GHYSELÆ *ſcripſi & ſubſcripſi.*

Data Id. Iun. anno XXXI & XXVI *regnum Domni noſtri. Actum Aquis palatio in Dei nomine feliciter. Amen.*

E

NOTATIO.

ADRATENSIS pagus hîc eſt Atrabatenſis, ut notavi ad vitam S. Leodegarii in Sæculo ſecundo Benedictino pag. 705. Adverte hîc titulum *nobiliſſimi*, quem ſibi unum tribuunt regii liberi. Nec mirum, quando ipſi Reges, immo & Imperatores, hoc nomine olim gloriati ſunt, ut diximus in libri ſecundi capite VI num. VII. Lege Gabrielis Trivorii obſervationem apologeticam, capite X, & chartam Samſonis Remenſis Archiepiſcopi inferiùs ad annum 1157. ubi Ludovicum juniorem *nobiliſſimum* dicit. Confer diploma Caroli M. apud Dubletum pag. 721 ad confirmandam Giſelæ ſororis ſuæ donationem. Cùm lego hac in charta locum ex Auguſtino, videre mihi videor Giſalam illam, in cujus gratiam Alcuinus Auguſtini commentarios ſuper Evangelium Johannis in compendium redegit.

LVIII.

F

Caroli M. Præceptum, quo Aniani Abbatis rogatu monaſteria ſancti Johannis & ſancti Laurentii in ſuam tuitionem ſuſcipit, & villam Caunas eidem attribuit.

Ex autographo Caunenſi.

Anno 793.

CAROLUS *gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum, ac Patricius Romanorum, omnibus fidelibus noſtris præſentibus & futuris. Rectum eſt regalis poteſtas illis tuitionem impertiat, quorum neceſſitas comprobatur. Idcirco cognuſcat magnitudo ſeu utilitas veſtra, quia vir venerabilis* ANIANUS *Abba ex monaſtheria ſancti* JOHANNIS & *ſancti* LAURENTI, *quod ſunt conſtructi in locis nuncupantibus* EXTORIO & OLIBEGIO, *noſtro ſynodali Concilio veniens unà cum monachis ſuis, & in noſtro*

mundeburde cum omnibus rebus vel hominibus monaſtherii ſui, quas moderno tempore videtur poſſidere, ſe plenius commendavit, & nos ſub noſtram tuitionem eum & monachis ſuis cum omnibus rebus A *atque hominibus ſuis recepimus ac retinemus, quatenus diebus vitæ ſuæ ſub noſtram tuitionem valeant quieti vivere vel reſidere. Propterea has litteras noſtros pro firmitatis ſtudium eis dedimus, per quas omnino jubemus ut nullus quiſlibet de vobis neque de junioribus veſtris prædicto* ANIANO *Abbati ſeu monachis ſuis, nec rebus vel hominibus illorum contangere nec inquietare; aut contra rationis ordinem calumniam generare non præſumatis, niſi (ut diximus) cum omnibus rebus vel hominibus illorum ſub noſtram tuitionem valeant quieti vivere, vel reſidere. Similiter conceſſimus ei villa* Caonas, *ſicuti* MILO *ad ſuum monaſtherium per ſuas litteras delegavit, cum omnibus appenditiis ſuis, quatenus melius delectet ipſis ſervis Dei pro nobis vel ſtabilitatem regni noſtri Domini miſericordia exorare. Et ſi aliquas cauſas adverſus eos vel hominibus illorum ſurrexerint aut ortas fuerint, quas in provintia abſque illorum gravi diſpendio diffinire non potueritis, uſque in noſtra præſentia reſerventur, quatenus* B *ante nos ſecundum legis ordinem accipiant finitivam ſententiam. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, vel à fidelibus noſtris melius conſervetur de anulo noſtro ſubter ſigillare juſſimus.*

VVIDOLAICUS *ad vicem* RADONIS *recognovi & ſubſcripſi.*

Data tertio-decimo Kalendas Auguſtas anno XXVI *&* XX *regni noſtri. Actum Franconofurd palatio in Dei nomine feliciter.*

NOTATIO.

ANIANUS ſeu Annianus Abbas, in hoc diplomate laudatus, is eſt, quem celebrat Theodulfus Aurelianorum Epiſcopus in carmine ad Benedictum Anianenſem Abbatem. Quæ hîc memorantur monaſteria duo ab eodem Anniano conſtructa, alterum ſancti Johannis *in Extorio*, alterum ſancti Laurentii *in Olibegio* ſita, ſæpius recurrunt in his actis. Monaſterium Montis-Olivi, quod Caunenſi vicinum eſt, per id tempus dicebatur *ſancti Johannis Baptiſtæ in caſtro Mallaſti*, ex actis ejuſdem loci inferiùs referendis. At diverſum videtur ab illo Anniani: cujus alterum ſancti Laurentii nomine inſignitum, nunc vocatur ſancti Anniani, vulgo *de S. Chignan*, à ſuo conditore, primitus ſancto Laurentio ſacrum. Caunenſe ſitum eſt inter hoc monaſterium & aliud mox dictum Montis-Olivi, *de Montolion*, in diœceſi Narbonenſi. Daniel Caunenſis Abbas Caunas ſubjecit Anniano Abbati, teſtante præcepto Caroli Calvi poſtea edendo. De monaſterio ſancti Laurentii conſule Baluzianas notas ad Capitularia, & ad Concilia eccleſiæ Narbonenſis. Redeo ad monaſterium ſancti Johannis, quod *ſancti Johannis Exequaurienſis* dicitur in alio autographo Caunenſi inedito, quo limites villæ & cœnobii Caunenſis juſſu Magnarii Comitis deſignantur *anno* XXXIII *regnante Domno noſtro Carulo Rege Francorum & Langobardorum & Patricio Romanorum*, id eſt anno Chriſti DCC XCII. ubi agitur de Anniano Abbate hîc memorato, qui cum monachis ſuis deſerviebat *ſancti Johannis Exegaurienſis vel ſancti Petri & Pauli monaſteriis, quæ ædificavit ſupra dictus Anianus cum fratribus ſuis ſupra ribo Argentodublo in villa Caunenſe, quæ ab antiquo dicebatur Buſintis, quam perdonabit Rex Carolus ad ipſo Abbate cum fratribus ſuis*. Unde lis orta erat inter Magnarium Comitem & Annianum Abbatem de finibus diſterminandis. Ceterum in ſuperiori diplomate obſervanda eſt formula, quâ Carolus M. confirmat donationem villæ Caunarum, Anniano à Milone factam. *Similiter conceſſimus ei villa Caonas, ſicut Milo ad ſuum monaſterium per ſuas litteras delegavit.* Frequentes ſunt ejuſmodi formulæ in litteris confirmatoriis Regum, ut in præcepto Ludovici Balbi pro eccleſia Nivernenſi, infra, quaſi Rex tunc primùm rem concederet, cujus donationem confirmabat.

C

D

LIX.

Ex autographo Dionyſiano & Sæc. 3 Bened.

Caroli M. Regis diploma, quo Theodoldum Comitem abſolvit à ſuſpicione læſæ majeſtatis, eidemque bona propria reſtituit.

Anno 797.

E

CAROLUS *gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum ac Patricius Romanorum. Præſpicuè compendiis regalibus illud adſcribitur, quod pro contemplatione ſervitii fidelibus ſuis largiente Domino conſultiſſimè muneratur. Quapropter dum omnibus non habetur incognitum qualiter ſuadente diabolo Pippinus filius noſter cum aliquibus Dei infidelibus ac noſtris, in vita & regno à nobis Deo conceſſo impiè conatus eſt tractare, & Domino noſtro Ieſu-Chriſto miſerante, non prævaluit eorum perfidia. Fuerunt namque aliqui in noſtra præſentia convicti, & ſecundum judicium Francorum dijudicati: aliqui verò fideles per judicium Dei ſe exinde idoniaverunt, ſicut* THEODOLDUS *Comes fidelis noſter viſus eſt feciſſe. cui & nos omnes res proprietatis ſuæ juxta ejus deprecationem, & ſervitio ac meritis compellentibus denuò & noſtro largitatis munere quantumcumque ex hereditate parentum aut de qualibet attractum juſtè & rationabiliter antea poſſiderat, cum Dei & noſtra gratia jure firmiſſimo ad legitimam proprietatem reddi fecimus, & per auctoritatem noſtram pleniſſima deliberatione confirmavimus. Statuentes* F *ergo jubemus, ut quidquid ex ſucceſſione parentum, vel per ſtrumenta cartarum tunc tempore, ut diximus, juſtè & rationabiliter cum æquitatis ordine jure hereditario viſus fuit habere vel dominare, per hoc noſtrum ſerenitatis atque confirmationis præceptum cum Dei & noſtra gratia à modo & deinceps tenere & poſſidere valeat, & ſuis poſteris, aut cui voluerit Domino favente ad poſſedendum derelinquat. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, manu propria ſubter eam decrevimus roborare, & de anulo noſtro juſſimus ſigillari.*

Signum CAROLI *glorioſiſſimi Regis.*

Ercambaldus relegi & ſubſcripſi.

Data pridie Aprilis, anno XXVIIII *&* XXV *regni noſtri. Actum Aquis palatio noſtro in Dei nomine feliciter.*

NOTATIO.

Hoc diploma, jam editum in ſreculo tertio Benedictino; hîc denuo exhibemus ad illuſtrandam ſubſequentem chartam ejuídem Theodoldi pro cœnobio Dionyſiano, ſimul ad corrigendum annum regni Langobardici *quintum* pro *ſecundo*, qui in prima editione malè irrepſerat.

LX.

Charta donationis ejuſdem Theudaldi Comitis, factæ cœnobio Dionyſiano.

Ex autographo.

Anno 798.

DVm fragilitas humani generis pertimeſcit ultimum vitæ temporis ſubitanea tranſpoſitione ventura, oportet ut non inveniat unumquemque inparatum, ne ſine aliquo boni operis reſpectu migret de ſæculo, niſi dum ſuo jure & poteſtate conſiſtit, præparet ſibi viam ſalutis per quam ad æternam valeat beatitudinem pervenire. Ideoque in Dei nomine THEUDALDUS *Comis pro remedio animæ meæ & remiſſione peccatorum meorum, ut veniam in futuro conſequi merear, cedo à die præſente, ceſſumque in perpetuum eſſe volo, atque de jure meo in jure & dominatione eccleſiæ ſancti Dioniſii martyris, ubi ipſe preciosus cum ſuis ſociis quieſcit humatus, vel* FARDULFUS *per donum Dei Abba ibidem rector præeſſe videtur, res proprietatis meæ, cui vocabula ſunt in Brogaria, ſeu & in alio loco in Bagerna, immoque & in tertio loco in Lis ſuper fluvio Hiſſera, necnon & in quarto loco in Caugia ſuper fluvio Tuva; ſcilicet & in quinto loco in Villariculo ſitas in pago Camliacinſe, id ſunt unà cum manſis, domibus, ſuperpoſitis, ædificiis, accolabus, mancipiis his nominibus, Gautrude cum infantes ſeptem, Eriſma cum infantes quinque, Iungulfo cum infantes tres, Maurica cum infantes quatuor, Madalbertane cum infantes duos, Vualderada cum infantes tres, Eliſanna cum infante uno, Plictrude cum infantes quattuor, Beninga cum infantes ſeptem; Alatrudis cum infantes duos, Ladina cum infantes quinque, Izintrudis cum infantes tres, Leuttrude cum infantes ſex, VVarentrudis cum infantes ſex, item Alectrude cum infantes tres, Aldruda cum infantes tres, Doda cum infantes tres, Aldinga cum infante uno, Vnberta cum infantes duos, Ermina cum infante uno, Luba cum infante uno, Serena cum infante uno, Aldegilde cum infantes duos, Hildigera cum infantes tres, item Ermina cum infantes tres, Autfreda cum infantes tres, Ermfreda cum infantes tres, Sirican cum infantes duos, Gulfiane, item Gautrude, Abuid, Adelane, Ragamfredó, Airefredo, Sigebaldo, Firumerico, Teudoino, Anafredo, Andefredo, Vermeramo, Adelaldo; vineis, ſilvis, campis, pratis; paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, tam de alode parentum meorum, quàm de conparato, vel de qualibet adtracto ad me noſcitur perveniſſe, præter duodecim mancipia quæ ad noſtrum opus reſervavimus; cetera omnia & ex omnibus (ſicut dixi) de jure meo in jure & dominatione veſtra trado ad poſſedendum: & quicquid exinde vos aut auctores ipſius eccleſiæ elegeritis faciendum, ex omnibus habeatis licentiam ita ut ab ac die habeatis teneatis poſſedeatis: vel quicquid exinde facere elegeritis, auxiliante Domino in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis verò quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe (quod abſit) aut ullus de heredibus vel proheredibus meis qui contra hanc ceſſione iſta, quem ego pontanea voluntate fieri decrevi, venire aut eam infrangere temtaverit; inferat vobis unà cum ſociante fiſco auro libras* II, *argento pondera* V, *coactus exſolvat, & quod repetit per nulliſque ingeniis evindicare non valeat, ſed præſens ceſſio iſta omni tempore firma & ſtabilis valeat perdurare ſtipulatione ſubnixa. Actum in Brogaria ante baſilica ſancti Viviani. Data* XIII *Kal. Januarij anno* XXX KAROLO *Rege.*

HAIMARDUS *ſubſcripſit.*

Signum THEUDALDO *Comite qui hanc ceſſione fieri rogavit. Signum* GODALHARDO. *Signum* † *Hardrado. Signum* † *Agrado. Signum* † *Hainrado. Signum* † *Girberto. Signum* † *Theuderico. Signum* † *Adalgaudo. Signum* † *Hirpidito. Signum* † *VVigbaldo. Signum* † *Frothardo. Signum* † *Lantfredo. Signum* † *Tancrado. Signum* † *Ermengario. Signum* † *Odolardo. Signum* † *Frodone. Signum* † *Giſlemaro. Signum* † *Chlodardo. Signum* † *Giſlehardo. Signum* † *Hunnaldo-Vicario. Signum* † *Hoffredo. Auſtregiſelus ſcripſi & ſubſcripſi.*

NOTATIO.

Hoc monumentum eſt grati in Deum Theodaldi animi, quem anno ſuperiore Carolus M. à ſuſpicione lxſæ majeſtatis abſolverat., & rebus ſuis integrum reſtituerat. Fardulfus Abbas Dionyſianus laudatur in libro primo de miraculis S. Dionyſii, relatis in Sæculi tertii Benedictini parte ſecunda. De Brogaria vide chartam Chrothildis, quæ parthenona condidit apud Brogarias in pago Stampenſi.

LXI.

Placitum Carcaſſonæ habitum anno III imperante Karolo Imperatore, in quo Ermenardus reſtituít monaſterio ſancti Hilarii Carcaſſonenſis Nitolarias cellam in pago Ruſcinonenſi.

Ex autographo.

Anno 803.

IN *judicio* VVILERANNI *Sedis Carcaſſonæ Epiſcopo, necnon* AGUIFREDO *Comite,* SICFREDO *Vicecomite,* SUNIFREDO *Abbate,* MIRO *Abbate,* GULSINO, AUSTRALDO, AUTANO, & VVILLISCO *judicium, & in præſentia* VVITARDO *& aliorum, qui cum ſupradicto Epiſcopo, Comite, Vicecomite, Abbates, Archidiaconos, & ipſos judices vel auditores, in illorum judicio, in publico mallo*

* Ermenardus.

in civitate Carcaſſona reſidebant. In eorum præſentia recognoſco me ego Ermengardis * *, qui fuit filius* A *quondam genitore meo nomine* Amelio, *quod negare non poſſem, facio meam profeſſionem atque evacuationem de ſcripturis quod homo, nomine* Recamundus, *Abba & ſui monachi, qui ſunt de monaſterio ſancti Hilari, qui eſt ſitus in territorio Carcaſtenſe ſuper fluvium Leuco, ipſas ſcripturas quod ipſi mihi requirebant in ſupradicto judicio, quod anteceſſor ſuus, nomine* Castellanus, *Abba quandam qui fuit, & ſui monachi de ſancto Hilario, mihi jam dicto Ermenardo fecerunt & donaverunt pro camviationis de illorum alode proprio quod habent in territorio Roſilionenſe in locum ubi dicitur ad ipſas Nitolarias* * *, ipſa illorum cellula, cui vocabulum eſt ſancti Stephani, cum ſuis appendicits, quod debent eſſe de jamdicto monaſterio S. Hilari, ſive Recamundo Abbate vel ad ipſos monachos, per illorum ſcripturas & per illorum appriſigne; & alias ſcripturas autenticas, quod inde mihi donaverunt, quod ibi comparavit monachus illorum nomine Glodeſindis per juſtionem & per mandatum de ipſo Ab-* B *bate ſancti Hilari, & de ipſos monachos, de omnes ipſas ſcripturas, de quantum jam dictus Caſtellanus Abba, qui fuit anteceſſor de illo Recamundo ſupradicto Abbate & ſui monachi inde mihi Ermenardo donaverunt de ipſa cellula ſancti Stephani cum ſuo appenditio, & procamiationis autenticas de ipſas Scripturas. Ego Ermenardus plus nec amplius inde invenire poſſum, niſi quatuor quas inde inveni autenticas, quod ego reddidi ad iſto Recamundo Abbate vel ad ſuos monachos in iſto ſupradicto judicio: & ipſas procaminationes, quas inde habui, & alias cartas autenticas, ego Ermenardus eas invenire non poſſum, ſed prædictas ipſas habeo, & neſcio quid ſe fecerunt: ſed ubicumque ipſas ſcripturas procambiationis, vel ipſas alias autenticas, in mea poteſtate, aut in poteſtate de ullo homine, aut in placitum, aut in plateâ ipſas ſcripturas inventas apparabiles fuerunt, frigulas* * *& vagas & inanes remaneant omni tempore, & non habeant ullam firmitatem. Et ego Ermenardus ſic me evaguo in omnibus de ipſa cellula ſuperius ſcripta ſancti Stephani, & de ſuis appenditiis, quia non hodie nec ullo tempore, neque in iſtum Placitum, neque in alium, nullam ſcripturam inde præſentare nec* C *habere non poſſum, nec per teſtes, nec per ullum documentum judicium veritatis ego probare non poſſum, quod ipſa cellula ſancti Stephani nec ſuum appenditium ego tenere debeam in meam poteſtatem, ſed plus debet eſſe de monaſterio ſancti Hilari, ſeu ad Recamundo Abbate vel ad ipſos monachos. Et ego Ermenardus ipſa cellula cum ſuum appenditium redditum habeo ad iſto jam dicto Abbate, vel ad monachos ſuos, & ipſum meum alodem proprium, quod ego unde procambiatum habui, cum jam dicto Caſtellano Abbate & ipſos monachos in territorio Reddenſe, in alode de Teria, in locum ubi dicitur Domum ſancti Petri, ipſum meum alodem ego receptum habeo in mea poteſtate, & vera eſt mea profeſſio & evacuatio in omnibus. Facta ſcriptura profeſſionis ſexto Kal. Martii, anno* III *imperante* Karolo *Imperatore.*

Sig. Ermenardus. *Sig.* Jordanus. *Sig.* Alderamus. *Sig.* Pantaleon. *Sig.* Leufredus. *Sig.* Gulsinus. *Sig.* Galafredus, *qui ſig. hanc ſcripturam ſcripſit die & anno quod ſupra.* D

* Nidolieres.

* frivolas.

Notatio.

Aliquandiu hæſi, ad quemnam Carolum Imperatorem hoc Placitum referendum eſſet, ad Magnum, Calvumne, an Craſſum. nam & *Imperatoris* ambigua vox eſt, & VVilleranni Carcaſſonenſis Epiſcopi ignotum eſt nomen in vulgatis Indicibus. Sed tandem perſuaſus ſum ad Carolum M. pertinere. Argumento eſt diploma Caroli Calvi in Appendice Capitularium Baluziana, num. LXXV. quo in diplomate Anæ S. Hilarii Abbati conceſſo legitur, Ludovicum Pium eidem cœnobio confirmaſſe inter alias cellam Nitolarias, de qua hîc controverſia erat. Jam ergo ante Carolum Calvum hæc cella S. Hilario ſubjecta erat. Atqui hoc Placitum factum eſt in cauſa Ermenardi Abbatis ejus loci, ſuper commutatione iſtius cellæ, quam prius Caſtellano Abbati Ermenardus commutatione facta conceſſerat. ac proinde ea controverſia contigit imperante Carolo M. Ex hoc autem Placito inter Abbates S. Hilarii, quos eruditus Baluzius in notis ad Capitularia col. 1102 recenſet, adde Caſtellanum & Recamundum. Conſule apud eumdem diplomata Ludovici Pii num. XXIX, & Pippini num. XLV. Denique in præmiſſo Placito mentio fit de Mirone Abbate, quem eumdem eſſe puto cum Mirone de quo mentio fit in diplomate Ludovici Pii pro cœnobio S. Andreæ Elenenſi. Et quia hoc diploma integrum non habemus, fragmentum hoc adſcribo. *Notum eſſe volumus cunctis fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris præſentibus & futuris, qualiter vir inluſter* Gaucelinus *Comes ad noſtram accedens clementiam innotuit celſitudini noſtræ, qualiter quidam Abba, nomine* Miro, *quondam in territorio Elenenſe ſuper fluvium Taidum, in quodam loco in honore S. Andreæ monaſterium ædificaſſet, & monachos ſecundùm Regulam S. Benedicti in eodem monaſterio vivere conſtituiſſet: eoque rebus humanis exempto* Sisegutus *Abbas in ſuo & loco & miniſterio ſubrogatus fuiſſet: deprecatuſque eſt nos idem vir inluſter Gaucelinus Comes, ut prædictum Siſegutum Abbatem unà cum monachis ſuis, & prædictum monaſterium ſuum cum omnibus cellulis ad illud pertinentibus in ſupradicto pago Elenenſe, unam videlicet in honore S. Martini ſitam, in qua primitus idem Abbas habitare cœpit, ipſamque vallem cum præfata cellula & cum omni integritate ſua concederemus eidem Abbati & monachis: necnon & aliam cellulam in honore S. Vincentii conſtructam, ſeu & villare, quod dicitur Garrivis, cum ipſis fiſcalibus terris .... ſub tuitione & defenſione noſtra conſiſtere feciſſemus, quemadmodum alia monaſteria infra Septimaniam conſiſtere videntur* &c. Ex hoc diplomate, quod abſque notis chronologicis ex chartario Carcaſſonenſi eruit noſter Stephanotius, apparet, conditionem iſtius cœnobii eſſe antiquiorem Carolo Calvo, cujus diploma lege in tomo VIII Spicilegii pag. 349. aut ſanè dicendum eſt duo ibidem monaſteria quondam exſtitiſſe.

E

F

A

L X I I.

Renovatio teſtamenti Abbonis Patricii pro cœnobio Novalicienſi, facta per Carolum Magnum.

Ex chartario Gratianopolitano.

Circ. an. 805.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus-ſancti. KAROLUS Imperator Auguſtus piiſſimus, à Deo coronatus, magnus, pacificus Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui & per miſericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum. Igitur notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini, præſentium ſcilicet & futurorum, quia vir venerabilis FRODINUS Abba ex monaſterio quod eſt conſtructum in honore ſanctorum Principum Apoſtolorum, loco nuncupato Novaliciis, miſſa petitione per religioſos monachos, GISLARANNUM ſcilicet, & AGABERTUM, ſerenitati noſtræ ſuggeſſit, qualiter ABBO
B quondam vir Deo devotus, per teſtamentum donationis ſuæ aliquas res ad ipſum ſanctum locum Novaliciis delegaſſet, unde ipſa caſa Dei & monachi ibidem conſiſtentes, ſeu pauperes & peregrini, euntes & redeuntes, maximam conſolationem habere videntur: & ipſum teſtamentum noſtris detulerunt obtutibus ad relegendum. Sed quia ſæpiſſime per placita Comitum per diverſos pagos, neceſſitate cogente, ipſum ad relegendum detulerunt, jam ex parte valde dirutum eſſe videbatur. Et ideo quia per ſe non fuerunt auſi ipſum teſtamentum renovare, petierunt celſitudini noſtræ, ut per noſtram juſſionem denuo fuiſſet renovatus, eo tenore, ſicut ipſe ad hoc relegi melius potuiſſet. Nos autem conſiderantes eorum neceſſitatem & mercedis noſtræ augmentum, juſſimus per fideles notarios noſtros infra palatium ipſum teſtamentum denuo renovare: ita, ut deinceps pro mercedis noſtræ augmentum, inſpecto ipſo teſtamento, ſicut inibi declaratur, ad ipſam caſam Dei noſtris futuriſque temporibus in augmentis proficiat. Non enim ex con-
C ſuetudine anteriorum Regum hoc facere decrevimus, ſed ſolummodo propter neceſſitatem & mercedis augmentum tranſcribere præcipimus, hoc modo, & ſubter plumbum ſigillari juſſimus.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus-ſancti. Sub die tertio Nonas Maias, anno vigeſimo primo gubernante inluſtriſſimo noſtro Karolo regna Francorum, Indictione VI feliciter. Ego in Dei nomine Abbo filius Felici & Ruſticæ nomine quondam, ſana mente atque conſilio, cogitans caſus humanæ fragilitatis, teſtamentum condidi, quo venerabili Hitberto Clerico ſcribendo rogavi. quod teſtamentum meum ſi quo caſu, & jure prætorio, vel qualecujus lege adinventionis quæ quomodo valere nequiverit, acſi ab inteſtato ad vicem codicellorum eum valere volo ac jubeo, quos quas liberos liberaſve eſſe decrevero, liberi liberæve ſint omnis, & quæque per hoc teſtamentum meum dedero, legavero, dare juſſero, id ut fiat detur, præſtetur fidei heredis mei committo. Ego in Dei nomine ABBO, cum me diſpenſatio divina de hac luce migrare præceperit, dibitove naturæ complevero; tunc tu ſacroſancta eccleſia in honore Beati Petri Apoſtoli, ſeu & ceterorum Sanctorum Novaliciis monaſterii in valle Siguſina, quem ex opere noſtro in rem proprietatis
D noſtræ conſtruximus, ubi norma monachorum ſub religionis ordine ſpiritale & Regula ſancti Benedicti cuſtodiendis Domino adjuvante conlocavimus, ubi apræſens * vir ABBO præeſſe videtur, heres mihi eſto, heredem meam te eſſe volo ac jubeo, ceteri ceteræ exheredis ſint tote. Te verò ſancta eccleſia beati Petri Apoſtoli ſupraſcripti monaſterii in valle Siguſina, tam infra muros ipſius civitatis, quàm & in ipſo pago ex alode parentum meorum, vel undecumque michi juſtiſſime ibidem ex legibus obvenit, hoc eſt quicquid in ipſa valle Novaliciis, etiam & in Barro, ſeu & in Albanato, & ultra Ciniſca ſubtus Cravaſca, & in faido, vel cetera loca, quod præſente tempore ad ipſum monaſterium adjacet, vel aſpicere videtur, cum ſilvis, pratis, alpibus, aquis, aquarumve decurſibus, quicquid præſente tempore ad ipſum ſanctum locum aſpicere videtur, tam de proprio, quàm de conquiſto, ſeu & de commutationis cauſa, Promaciano in valle Maurigenica recepimus, unà cum mancipiis, terris, vineis, ſilvis cum omni integritate ut habeas volo ac jubeo. Similiter quicquid in Balmas, ubi oratorius in honore ſancti
E Verani eſt conſtructus, viſi ſumus habere, & in Laſtadio, Gallionis, Grummo, Camundis, Luxomone, Corvallico, Petracava, Trebocis, vel circa civitate, quantumcumque ex proprietate parentum noſtrorum, vel conqueſtum in ipſa loca habere videmur, te heredem meam habere volo ac jubeo: & quicquid circa civitate Seguſia, vel in ipſa valle habere videmur, hoc eſt in Orbano, Cicimiano, Foroxio, Raudenouiliano, te heres mea habere volo ac jubeo. Et in Valaucis portione quem à liberto noſtro Theudoaldo dedimus, volo ut habeat, & ipſe & infantes ſui, ad heredem meam aſpicere debeant, volo ac jubeo. Similiter Cammite ſuperiore, & Cammite ſubteriore, Broſiolis, unà cum ingenuis Rogationis, Tannoborgonis, unà cum miniſtrale noſtro Iohanne & infantes ſuos; Libertino cum infantes ſuos, Critovis, Orbana, Bicoraſco, unà cum nepotes VValane, hoc eſt Harioldo & germana ſua, quem Dunimius habet, Galiſiaca, & alpes in Ciniſio, quem de eccleſia ſancto Petro de ipſa conſtructa Lugdunenſe
F commutavimus. Iſta omnia ſuperiùs comprehenſa unà cum mancipiis, libertis, terris, domibus, ædificiis, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, alpibus, vel omnis adjacentias ad ſe pertinentes, te herede mea habere volo ac jubeo. Et cella infra regnum Langobardorum, qui vocatur Tollatecus, quicquid ex alode parentum noſtrorum michi ibidem obvenit, unà cum mancipiis ibi conſiſtentibus, vel omne jure ſuo, ut habeas volo ac jubeo. Etiam & Colonica in valle Diubiaſca, infra fines Langobardorum ubi dicitur Bicciadis, quem parentes noſtri, & nos ibidem habuimus, ut habeas volo atque præcipio. Simile namque modo & quicquid in valle Maurigennica ex alode parentum noſtrorum, vel per quodlibet titulo, juſtè & rationabiliter nobis ibi idem obvenit, & legitima ſubpetit redebere, hoc eſt in ipſa Morogenna domus quem apud eccleſiæ Maurigennica commutavimus, cum ædificiis, cortiferis, exavis, ortis, vineis, campis, ſeu imglis, unà cum eccleſia ſancto Petro, quem parentes noſtri ibidem conſtruxerunt, cum omni integritate vel adjacentias ad ſe pertinentes, immoque eccleſia ſancto Pancraſio proprietatis

* ſ. Apoſtolicus.

noſtræ, unà cum colonica in Biriſco, cum omnis adjacentiis ad ſe pertinentes, te herede mea habere volo. Et in ipſa valle Maurigennica loco nuncupante Fontana, quicquid ibidem præſente tempore de parentis noſtris viſi ſumus habere, ſeu & in Nanoſces, unà cum illos ingenuos de Amberto & liberto noſtro de Aiſede nomine Orbano, & ingenua noſtra nomen Rigovera de Bonnoſco, vel quicquid in Bregis de alode parentum noſtrorum quem Auſtrualdus in beneficio habet, te ſupraſcripta eccleſia ſancto Petro heres mea habere volo, ac jubeo. Pro modo ſimile quicquid de Domna Siagria in ipſa valle Maurigennica conqueſivimus, Miſiottano, Obliciacis, Mago, Colonica, in Albiadis, in Bauſetis, & colonica ſuper Bricoſcis, & Amalicione, ubi Blancolus Verbicarius manet, & Gratavinina, etiam & cetera vocabula cum adjacentiis earum, te ſacroſancta eccleſia habere volo ac jubeo. Immoque, quicquid in valle Darentaſienſe, ex alode parentum noſtrorum, vel quod de Syagria ibidem ad nos pervenit, unà cum mancipiis, libertis, colonis, inquilinis & ſervis, te heredem habere volo atque præcipio. A

Similiter in pago Grationopolitano, Olonna quem ad liberta mea nomen Sendeberti, dedi volo, ut habeat, Miſſoriano quem de Siagria conqueſivi, Piniaco, & Corennum, quem à liberta mea nomen Auriliana dedi, ipſas libertas meas, cum ipſas res, volo ut habeas ac jubeo: ſeu in Arnvardo, unà cum libertos noſtros, Magnebertum unà cum germano ſuo Columbo, Miſicaſiana, Meſatico, Cambe, Quinciaco, Viennatico. Iſta omnia ſupraſcripta, unà cum libertis, ac colonis, & ſervis, vel omnes adjacentias ſuas ad ipſa loca pertinentes in ſupraſcripto pago Gratianopolitano, tu heres mea, ut habeas volo atque diſcerno. Item quam in pago Viennenſe Maconiano quem de alode parentum meorum nobis obvenit, & quod de Siagria conquiſivimus, & Colonica in ipſo pago Viennenſe, Baccoriaco ſuper fluvium Caruſium, ubi faber noſter Majorianus manſit, & filius ejus Ramnulfus de Blaciaco, quem incontra Ardulfo per judicio Agnarico Patricio evindicavimus. B

Similiter & in pago Vianenſe & Leudunenſe Bornaco, Baſciaſco, Amblariaco, Blaciaco, colonica Senorio. Iſta omnia ſupraſcripta, unà cum terris, domibus, vineis, campis, pratis, vel cum omne jure earum, ac colonis, ſervis & libertis ad ipſa loca aſpicientes, tu heres mea ut habeas atque præcipio. C

Item in pago Mataſcenſe, Carnaco AEbaſciaco, quem de Syagria conqueſivimus, unà cum ingenuis, libertis ac colonis, & ſervis, vel omnes adjacentiis ad ipſa loca aſpicientes, ut habeas volo ac jubeo.

Similiter & in pago Briantino, & Aquiſiana, & Annevaſca, in loca nuncupantes Briancione, valle, unà cum libertis, ac colonis, & ſervis; Anneda unà cum ingenuis, libertis, & ſervis; Agracianis, Exoratiana, Aquiſlevas cum libertis & ſervis vel omnes adjacentias ad ſe pertinentes, te ſacroſancta Eccleſia ut habeas volo atque præcipio; & colonicas infra ipſa valle Briantina & Aquiſiana, quem de VVindegunde conqueſivimus, unde Bardinus Capitolarius eſt.

Similiter & in Gerentonnis colonicas de ipſa ratione VVindegundi, quod ad nos pervenerunt, quem Sigualdus libertus noſter in beneficio habet. Colonica quem de muliere Giſmundo nomine Pannutia in ipſa valle in tercia recepimus, ubi Marius noſter Verbecarius in ipſa colonica manet. D

Similiter curte mea Salliaris, alpes, prata, ingenua, Vendanum, Mullinaricus, VVilla, Iutole. Iſta omnia ſupraſcripta, unà cum libertis, ac colonis, ſervis vel omnes adjacentias earum ad ipſa loca aſpicientes, tu heres mea, ut habeas volo, ac jubeo. Et colonicas in valle Gerentonica, & in Ralis, quem ad libertos meos, quem Theudoaldo & Honorio dedi, ut ipſi & infantes ipſorum habeant, & ad heredem meam ſacroſancta eccleſia aſpiciant. Iſta omnia ſuperius comprehenſa, unà cum adjunctis, adjacentiiſque ſuis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, alpibus, montibus, rivis, aquarumve decurſibus, acciſque omnibus, cum omnem jure vel terminum earum, tu ſacroſancta eccleſia heres mea, ut habeas volo ac jubeo.

Similiter libertus noſtros in valle Aquiſiana, qui ad parentes noſtros aſpexerunt, ſeu & in ipſo pago Brigantino commanere videntur, unde Vitalis Capitularius eſt, ad memorata eccleſia heredem meam ut aſpiciant & inpenſionem faciant volo ac jubeo. Emmo quem in pago Ebredunenſe & valle Occenſe Bruitico portiones noſtras quem de VValdeberto Presbytero, & de Rigaberga conquiſivimus, & de proprio alode meo, & quod de parente mea Godane ad me pervenit; & in ipſa valle Moccenſe, quem de Syagria conquiſivimus, unà cum alpes; & quem de Dodone & Godane ad nos pervenit, ſeu & quod domno VVALDEBERTO *Epiſcopo & de Riguberga ibidem conquiſivimus. Et colonica ubi dicitur Albarioſco, quem Marcianus ſervos noſter habet, quem de Dodone parente meo in ipſo pago Ebredunenſe ad me pervenit: necnon & colonicas noſtras in pago Ricomagenſe, quem Baronta libertus noſter in beneficium habet, & liberto meo ipſum Barontane una apud Solia quem ei dedimus, ut ad te heres meam ipſe Baronta aſpicere debeat volo ac jubeo.* E

Item in ipſum pago Ebredunenſe colonicas in Boreſio, quem Sauma in beneficio habet. Rodis, ubi Verbicarius noſter nomine Laurentius manet. Colonicas in Velentio, quem per præceptionem dominica de ratione Riculfu & germano ſuo Rodbaldo ad nos pervenit. Omnia & ex omnibus quicquid in ipſum pago Ebredunenſe ſeu & in Valle Moccenſe & Rigomagenſe; tam de conqueſto, quàm de alode parentum noſtrorum, nobis in ipſus pagos obvenit, ad integrum, unà cum alpes, tibi ſupraſcripta heres meam ſacroſancta eccleſia habere volo ac jubeo. F

Simile namque modo in pago VVapencenſe, corte mea Talarno, una cum libertus noſtros Sicualdo, cum ſorores ſuas, & infantes earum; Maximo cum ſua & infantes eorum; Calaico, unà cum libertus noſtros, & Allionicos quem de VVidegunde conquiſivimus, & liberti noſtri in ipſum Allionicus commanere videntur, Marius cum germanos ſuos, & libertus noſtros in Venavella, Hidebertum cum uxore ſua & infantes eorum quem de VVidegunde ad nos pervenerunt. Kalares quem de ipſa VVidegunde conquiſivimus, ubi Matarellos libertus noſter manet. In colonica dominicale & extra ſunt terras & vineas dominicales. Iſta omnia ſupraſcripta unà cum libertis ac colonis & ſervis unà cum adjunctis, adjacentiiſque ſuis ad ipſa loca pertinent

A *pertinentes, te ſacroſancta eccleſia ut habeas volo ac jubeo. Et dono liberto meo ad ipſa eccleſia, nomine Amalberto, qui habet uxore filia ipſius Matarello, quem ego manumiſi, & ipſum dua mancipia dedi ad caſa Vvapencenſe his nominibus Ruſticiu, & Lupolina. Itemque & in ipſum pago Vvapenicenſe Altana quem de alode parentum meorum habeo, Curenno, Galiſco ancilla, quem genitor meus de Perſa conquiſivit, & illas terras ibidem in campania, cum illa alpe Caſſauda, quem de Lavarnoſco ibidem habemus; ipſas terras uſque ad ſumma mancipia, quem Syagria conquiſivimus. Iſta omnia ſupraſcripta una cum campis, pratis, ſilvis, paſcuis, alpibus adjacentibusque ſuis, ad ipſa loca pertinentis, tu ſacroſancta eccleſia habeas volo ac jubeo.*

Simile namque modo in ipſo pago VVaponicenſe, corte mea Opaga cum omnis appendiciis ſuas ad ſe pertinentes, quem alode parentum meorum habeo apud colonica, quem de Venatore avunculus meus domnos SEMFORIANUS *Epiſcopus conquiſivi, tu heres mea ut habeas volo ac jubeo. Colonica ſubtus ripas, quem*
B *ad libertum meum nomine Bertarii dedimus, infantes ſui habeant volo ac jubeo, & ipſi ad herede mea aſpicere debeant, Bonis, Cravioſco, tu heres mea ſacroſancta eccleſia ſancti Petri monaſterii Novalicius, ut habeas volo ac jubeo. Similiter corte mea Valerignaca una cum libertum meum Savino cum filius ſuos & filiis liberti mei Siſeberga, Magnibertum cum germanus ſuos, & filius ſuos, vel alius libertus noſtros qui ad ipſa curte aſpiciunt, habere volo ac jubeo Roma una cum adpendiciis earum & alpes, præter quem ad libertus meos infantes Aldefredo & Godoberti in ipſa Roma dedimus, volo ut habeant, & ipſi ad heredem meam aſpiciant. Laquatico una cum appendiciis ſuas, ad ipſa loca pertinentes, & quod à liberta mea Dumnulina, quem commutavi, dedi in ipſum Laquatico, volo ut habeat, & ad heredem meam ſacroſancta eccleſia aſpiciat. Et terras in Eſturbatina, quem de Bonevalo conquiſivi, & ad ſupraſcripta liberta mea nomine Sendeberti dedi, volo ut habeat, & ad heredem meam aſpiciat. Colonicas in Taraone, quem de Ricuberga conquiſivimus, & terras in Crariis, & libertus noſtros Maroaldo & uxore ſua, vel filiis*
C *eorum, quem, genitrix mea Ruſtica de pago Genevenſe fecit venire, & ſuper ipſa terra ipſus manſurus fecit. Terra & mancipia in Sevelis quem de Avolo presbytero & de Freberga femina avunculos noſter domnus Senforianus conquiſivit, & libertos noſtros in Artonoſco filius Victore, & Vera, Iohannis, Iuſtebertus, Paulos, & Veriſſimus, Iuſtina, & Bertildes, ipſa terra & mancipia in Sevelis in beneficio habent, tu heres mea ſacroſancta eccleſia ſancti Petri Novalitius monaſterii, ut habeas volo ac jubeo. Campannas quem ad liberta mea nomine ſupraſcripta Berteldi dedi, volo ut habeat, & ad heredem mea aſpiciat. Vobridio quem de Mauro conquiſivi, & ad liberta mea ſupraſcripta nomen Iuſtini dedi, quem Dadinus habet, volo ut habeat, & ad heredem meam aſpiciat. Colonica Utronno ex alode parentum meorum, Glaſia, Pentus, Bullone, Muccunava, Bladonis, tu heres mea ut habeas volo ac jubeo. Similiter & res illas Maurovilla, Rodanone, una cum adjacentias earum, vel quicquid de parentes noſtros Dodone & Godane nobis ibidem obvenit, & res illas quem de Gondoberto conquiſivimus, quem Marabertus in beneficio*
D *habet, & illas res quem de Eſcuſſario conquiſivimus, una cum mancipiis, terris, vel omnes adjacentias ad ipſa loca aſpicientes, iſta omnia ſupraſcripta te ſacroſancta eccleſia Domni Petri heredem meam habere volo atque præcipio. In Gronno Luciano, ex alode parentum meorum, & in Latiomaus, ibi Mora ancilla noſtra manet, quod de genitrice noſtra Ruſtica michi obvenit. Colonicas in Gradoſa, quem miniſterialis noſter Bato in beneficio habuit, tu heres meam ut habeas volo ac jubeo. Quonaone in pago Vaſenſe una cum ingenuis, quem de VVidegunde conquiſivimus. Doliana in pago Vendaſcino, quem de ipſa VVidegunde ad nos pervenit & ſupraſcripti Liberti mei Iuſtini & Dadino dedimus, volo ut habeant, & ad heredem meam ſacroſanctam eccleſiam aſpiciant. In pago Sigeſterico, vineas & terras in Planciano, quem de parente noſtro* VVANDALBERTO *Abbate conquiſivimus. Et in Maſſilia res noſtras proprias, caſas, & ortiles, quem de avunculo meo* DODONE *michi obvenit, & de avia noſtra* DODINA. *Similiter ad Pero caſas & ortiles, qui michi de parente mea* GODANE *obvenit, & campos, & vineas infra civitate, & portione noſtra in Centronis &*
E *ad fontem Liſola, terras & paſcuis. In pago Arlatino, Anglarias, & Vivario portione noſtra, & illa alia quem avunculo meo* DODONE *michi obvenit, tu heres mea habeas volo ac jubeo. Cronia in pago Tolonenſe, una cum libertis ac colonis, & ſervis, terris, vineis, olivetis, ſeu & adjacentias ad ſe aſpicientis, te herede mea ſacroſancta eccleſia ſancti Petri monaſterie Novalicis habere volo atque diſcerno. In pago Regenſe Vvardacelis, illo proprio noſtro, & illa portione quem de Godane conquiſivimus, una cum Colonica in Cumbolis & in Pratalioni qui ad Vvrdacelis aſpicit, ubi Siricarius noſter Peter manſit, tu heres mea ut habeas volo ac jubeo. Salines in Viu, in pago Arelatenſe, quem de Godane parente noſtra ad nos pervenerunt, & illa portione Syagriæ, quem de ipſa conquiſivimus, una cum arias & campos, vineis & olivetis, mancipiis, paſcuis, ibidem & in campo, & illas ſalines in Alterneto Cattoroſco, & in Leonio, tam noſtra porcione, quàm & quod de avunculo noſtro Dodone ibidem conquiſivimus. In pago Dienſe Caſſies ſibi teptis, & portione noſtra in Boſedone, quem de Syagria conquiſivimus, una cum libertis & ſervis vel ad-*
F *pendices ſuas, & libertum noſtro Unebertum & filius ſuos, quem ex alode de genitore meo habeo, ut habeas volo ac jubeo. In Ambillis, ubi Gavioaldus ſervos noſter manet, una cum cultura quem de domna Syagria ad nos pervenit, quem ipſe Vnebertus in beneficio habet, & illa Colonica de ratione parenti mei Gaudane ſuper de Derauſo in pago Dienſe, ubi Orbicianus ſervos manet, ubi dicitur Riatioſco, te heredem meam ſacroſancta eccleſia habere volo ac jubeo. Colonicas in pago Attenſe in Variates, & colonicas in pago Cavellico, Attaniſco, Quoſſis, Pecciano, Torrido, qui michi ex alode genitrici mei Ruſtica, & avunculo meo Dodone obvenit. Iſta omnia ſupraſcripta una cum adjunctis adjacentibus ſuis ad ipſa loca aſpicientis, te ſacroſancta eccleſia beati Petri Apoſtoli Novalicis monaſterii, te heredem meam habere volo atque præcipio. Colonicas in pago Dienſe, ubi dicitur Macitha, una cum Salines ad Verdone, qui ad Lavarioſco corte noſtra aſpexerunt, quam de domna Syagria conquiſivimus, te heredem meam habere volo ac jubeo. Caſalis in Tenegaudia una cum terris & paſcos in ipſo monte, quem de Valeriano genitor meus*

conquiſivit, te heredem meam ſacroſancta eccleſia Domni Petri monaſterii habere volo ac jubeo. Et placuit A
michi in hanc pagina teſtamentis mei adnecti de alode parentum meorum, aviis meis MAURINO *&* DO-
DINÆ, *quem apud conſobrina mea honorata filia* EPTOLENÆ *amitæ mei pro pectionis titulum inter nos*
diviſimus, noſcitur conveniſſet, ut ipſa omnem portionem ſuam de ipſa facultate præſentialiter recipit, &
de proprietate noſtræ quod pro Falcidia, ſe nos ipſa vel heredis ſui ſuperſtites fuerint, eſtare aut per lege reci-
pere potuiſſent, eis præſentialiter, de proprietatis portione noſtræ loca dominata quem in pactionis noſtræ
continetur & ſcriptæ in Falcidia reputata dimiſimus, ut nullo umquam tempore in poſtmodo ipſa nec here-
des ſui contra hanc teſtamento meo nec projeſta noſtra ambulare nec refragare debeant. quod ſi fecerint,
pœna, quod in pectionis noſtræ per commune conſenſum continet incurrant, & quod repitent, evendicare
non valeant. Et volo ut omnis liberti noſtri, quos & quas parentes noſtri fecerunt liberos, & nos poſtea feci-
mus, ut ad ipſam heredem meam eccleſiam ſancto Petro aſpiciant, & obſequium & impenſionem, ſicut ad
parentes noſtros & nobis juxta legis ordine debetur impendere, ita & inantia, ad ipſa herede meam B
ſancto Petro Novalicis monaſteri constructà facere debeant. Quod ſi contumacis aut ingrati ad heredem
meam ſupraſcripta eccleſia ſteterint & revellare voluerint; tunc liceat agentes herede meam eos cum pie-
tatis ordine cohercere, ut ipſi impenſionem faciant, ſicut ad parentes noſtros & nos fecerunt. Quod ſi in-
grati & rebelli perſtiterint, tunc quod lex de ingratis & contumacis libertis continet, cum judice inter-
pellatione & diſtractione ad herede mea exſolvant, & ad ipſa reuertant volo ac iubeo. Et dono ſupraſcrip-
to pago Gratianopolitano, liberta mea Sanctitilde qui manet in Pino, cum filius ſuos Sicufredo & Sigi-
rico, Sicumare, & germanos eorum Helene, & Sigilinæ, & in ipſum pago Grationopolitano donamus li-
berto noſtro nomen Gondoberto eunucu, & germanas ſuas cum omni rem quem Vvidegundas ad parentes
ſuos in pagnanum per ceſſione dedit, volo ut habeant, & ad herede mea aſpiciant. Donamus liberta noſtra
Droctesenda cum filius ſuos, & habet ipſa liberta noſtra homo ingenuus nomine Radbertus, dedimus Cel-
ſeberto colonica in Gliſione prope de Arcia, volo ut habeat, & ad herede mea aſpiciat. Colonicas, terras C
& vineas dominicales quem Iocos ſerator noſter in Seſſione, & Opilonicus uſque nunc in beneficium habuit,
quem de Siguberga conquiſivimus, volo ut ipſe per teſtamento noſtrum libertus fiat, & ipſas colonicas ſub
nomine libertimitatis habeat, & ad heredem meam ſicut liberti noſtri aſpiciunt, ita & ipſe ſic facere de-
beat: & ſi ipſe de ipſo monaſterio ſicut libertus ſe abſtrahere voluerit, in priſtinu ſervitio revertatur, &
ipſas colonicas, & ipſi monachi ad parte herede meam ſancti Petri monaſterii recipiant. Et illud michi in
hunc teſtamento meum addere placuit, ut dum & domnos patruus meus SEMFORIANUS *condam Epiſ-*
copatum Vvapencenſe in ſuam habuit gubernatione & devotione ſuæ, ut medietate derogationes portio-
nis ipſius in valle Segucia ad ipſa eccleſia per ſua eſtrumenta delegare voluit, & diebus vitæ ſuæ tutillam
meam in ſuam habuit recepta poteſtate, & apud nos nullam deduxit ratione: & dum per lege nulla exinde
potuit delegare, & facultates noſtras indiviſas remanſerunt, ipſe carta donationis de medietate locello
noſtro commune derogationes in valle Seguſina ad am dicta eccleſia ſanctæ Mariæ Vvapencenſe quod ſcrip- D
ſerat, dum & lex hoc prohibit, & poſtea ipſe de ipſo onos Epiſcopato à malis hominibus ejectus fuit, &
ipſa portio derogationis ad ipſa eccleſia Vvapencenſe nunquam fuit tradita nec recepta. Ideoque nos tam
pro animæ noſtræ remedio, quàm & pro ipſius ſupraſcriptus patruum noſtrum communi ratione domno Sen-
foriano, donamus ad ipſa eccleſia ſancte Mariæ Vvapencenſe locella noſtra in pago Regenſe, nuncupantes
Braccio, una cum Vocontio, quem de parente noſtra Godaire ad nos pervenit, una cum libertis ac colonis,
& ſervis, domibus, ædificiis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, omnia & ex omnibus,
quicquid infra ipſum pago Regenſe ad ipſum Bractio & Vocontio aſpicere videtur, præter quod ſuperiùs
ſcriptum eſt, quod dum heredem meam eccleſia ſancti Petri dedi, ut tam pro animæ meæ remedio, ut dixi-
mus, quàm & pro devotione patruum noſtrorum domno Senforiani in luminaribus ipſius eccleſiæ, & pro
ſubſtantia pauperrorum perhennis temporibus proficiat in augmentis, volo ac jubeo. Immoque donamus
ad ipſa eccleſia ſanctæ Mariæ Vvapencenſe locella noſtra in ipſo pago Vvapencenſe nuncupante Ruarmo, E
Ambillis in Taraone, una cum libertis ad ipſa loca aſpicientes. In pago Cavellico, Memiana, quem
domnos & auvos noſter MARRO *condam de domno* CRAMMELINO * *Epiſcopo conquiſivit. De iſta omnia*
ſupraſcripta dum adhuc vixero, uſum & fructum michi reſervo: poſt obitum quidem meum, quandoquidem
Deus voluerit, agentes eccleſiæ ſanctæ Mariæ Vvapencenſe ipſa loca recipiant & habeant volo ac jubeo.
Simile modo donamus ad eccleſia ſancti Iohannis Baptiſtæ Maurogenna in luminaribus ipſius ſancti loce,
& pro animæ noſtræ remedio, loca nuncupantis in pago Gratianopolitano, Criſpiaco, quem de Syagria con-
quiſivimus. Abrici colinica in pago Viennenſe, quem de ipſa Syagria ad nos pervenit, Macciano quem de
alode parentum habeo, & in commutationis cauſæ ad ipſa caſa Maurogennica pro colonicas in Venavis,
in valle Seguſina dedimus, Vircarias in Malenciano quem ad filio Bertelino ſervo ſancto Iohanni pro in-
genuitatis dedimus. Ipſa vero loca unà cum colonis, accolanis, ſervis, libertis in ipſa loca commanentes,
cum omnes adjacentias ad ſe pertinentes, in luminaribus ipſius eccleſiæ ſancto Iohanne Maurogennica, & F
pro ſubſtantia pauperorum, volo ut habeat & proficiat in augmentis. Donavimus dulciſſimæ noſtræ VIRGI-
LIÆ *loca nuncupantis in ipſo pago Vvapencenſe, Laciomaus & Licentiaco, Caſſaniola, Ciconiola,*
quem de domno VVALDEBERTO *Epiſcopo, & de domna* SYAGRIA *& Vvidegundæ, & Deo ſacrata*
RICUBERTA *femina in ipſa loca conquiſivimus. Similiter & in pago Segiſterico, Lavarioſco, una cum*
omnis adjacentias ſuas, quanto infra ipſo pago Sigiſterico ad ipſa corte aſpicere videntur, quem de dom-
na Syagria ad nos pervenit. Etiam & in pago Regenſe Cimcino, quem de domno Vvaldeberto ad nos
pervenit, in ipſa verò loca, una cum ingenuis, libertis, accolanis, & ſervis, terris, domibus, ædificiis,
mancipiis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, vineis; cum omnis adjacentias earum ad ſe pertinentes,
ut habeas volo. propter quod in ipſos pagos Sigiſterio, Regenſe, & Vvapencenſe ad heredem meam eccleſia
ſancto Petro monaſterii Novalicis dedimus, ut habeat volo ac jubeo. Et placuit michi in hunc teſtamen-

* NOTA. hic eſt Chramlinus ſeu Chramnelinus Ebredunenſis Epiſcopus, de quo ſuprà in charta x.

A *tum meum pleniſſima voluntatem ſcribere, dum & domnos & in Chriſto pater noſter* VVALCHUNI *Epiſ-*
copus ab initio incoationis opere fundamentum eccleſiæ ſancto Petro monaſteriæ Novalicis heredem meam
poſuit, & uſque ad culminis conſummationis fabrica perduxit, & in omne opere ædificiorum adjutor &
gubernator ſtetit, ut dum ipſe advixerit, ſub ſuo nomine & gubernatione, & noſtra commune, ipſe mo-
naſterius ſancto Petro heredem meam cum omnibus rebus ad ipſum delegandis conſiſtere valeat. Et, quod
humanum eſt, quando Abbas de ipſo monaſterio de hac lucem migraverit, tunc Abbate quem ipſe domnos
Vvalchuni Epiſcopus in ipſo monaſterio elegere voluerit, ibidem mittat, & ipſe Abba, vel ſui monachi ta-
liter agant, dum & ipſe domnos Vvalchuni advixerit, qualiter ipſe eos ſpiritaliter monere voluerit: & li-
centia non habeat de ipſis rebus aliud faciendi, niſi quod ipſe ſupraſcriptos domnos Vvalchuni Epiſcopus pro
commune utilitatem ipſius monaſterii eis juſſerit. Et ita michi placuit, addendo, ut omnis facultas mea
quem per hunc teſtamentum meum vel epiſtolas ad ipſo monaſterio delegavi, dum & ego & ipſe domnos
B *Vvalchuni advixerimus, ſicut jam dictum eſt, ſub ſuo nomine & noſtrum diebus vitæ ſuæ ad profectum*
jam dicti monaſterii conſiſtere valeat. Et ſi michi ſupereſtis fuerit, diebus vitæ ſuæ, ad profectum jam
dicti monaſterii conſiſtere valeat: & ſi michi ſupereſtis fuerit diebus vitæ ſuæ in ſua permaneat po-
teſtate. Et ſi quiſlibet (quod eſſe non debet) de monachis ipſius monaſterii contumax aut corruptor fabulis inſi-
diarum contra jam dictum domno Vvalchuni Epiſcopo eſtiterit aut rebellare voluerit, licentia habeat eos
juxta qualitatis opere ſuæ cohercere, & ſententiæ juxta canonica regula ſancti BENEDICTI *inſtitutionis*
judicare. Et ſi noluerit ſe in ſua caſtigatione corrigere, & rebellis extiterit, licentia habeat eum de ipſum
monaſterio in ſua contumacia eicere. Dono ad ſupraſcripta heredem meam ſacroſanctam eccleſiæ ſancti Petri
monaſterii Novalicis, terras & vineas una cum mancipiis in Matanatis, quem de alode parentum meo-
rum habeo, quem Beroleos in beneficio habuit, volo ut habeas ac jubeo. Dono fidele meo Protadio res illas
in pago Vvapencenſe, ubi dicitur Semprugnanum, cum adpendices ſuas, quem de Agloaldo conqueſivimus,
C *& illa portione quem de Maurengo clerico, pro ſua infidelitate quod nobis mentivit, & per verbo dominico*
conquiſivimus, dum & ipſe nobis mentitus fuit, ipſas res Palatius nobis ceſſit, volo ut habeat. Dona-
mus Terſiæ filiæ Honoriæ liberti noſtræ, quem Teudaldos de Seguciu huxorem habuit, res illas quæ fuerunt
Riculfum filium Rodulfum quondam, quem per præceptione domno THEODERICO *Rege & inluſter vero*
domno KAROLO, *in pago Dienſe, Vvapencenſe, & Gratianopolitano conqueſivimus præter colonicas in pago*
Ebredunenſe, & Velencio, quem ad monaſterio ſancto Petro heredem meam delegavimus, dum & ipſe
Riculfus apud gente Sarracenorum ad infidelitatem regni Francorum ſibi ſociavit, & multa mala cum ipſa
gentem pagana fecit, volo ut ipſa Terſia ipſas ſupraſcriptas facultatis habere debeat, & volo ut liberti noſtri
filii Vualane cum illas res quem ipſius Vvalane dedimus, ad heredem meam eccleſiam ſancto Petro aſpiciant.
Dono liberta mea ad herede meam eccleſia ſancto Petro, nomine Fredberga uxore Taſculfum, cum nepotes
ipſius Fredberga, in Etone, aut in Parciliano manere videntur, ut liberticam eorum res ad ipſa eccleſia
D *aſpiciant volo ac jubeo. Et notamini in hanc pagina teſtamentis mei addendum placuit, dum & provin-*
cias juſtas ad agentes Serracenorum diſſolatas & diſtructas ſunt, & tam liberti noſtri, quam & ſervi &
ancillas, utriuſque generis, per plura loca vicinorum per neceſſitate diſperſas fuerunt, volo ut ubicunque
adgentes heredem meam monaſterii ſancto Petro Novalicis conſtructum eos invenire potuerint, ut licentia
habeant in eorum abſque cujuſlibet contradictione revocare dominatione: & ſicut ad parentes noſtros & ad
nos aſpexerunt, ita & ad heredem meam eccleſia ſancto Petro monaſterie Novalicis aſpicere debeant,
volo ac jubeo. Et volo ut Giſlarannus libertus noſter & uxor ſua quem de domna Syagria ad nos pervene-
runt, una cum colonicas illas quem eis in Comario in pago Gratianopolitano dedimus, ut ipſas habeant,
& ad herede meam monaſterio ſancto Petro Novalicis aſpicere debeant. Et illa qua non ſunt nominata,
& ad noſtro jure pertinet, & alicubi non delegavimus, volo ut ad herede meam perveniant, & ſi qua * l. litura.
*karaxatura aut litteratura * in hanc paginam teſtamentis mei repertaque fuerint, nos eas fieri rogavi-*
mus, dum & non ſemel, ſed ſæpius eum requiſivimus. Et humiliter preco dominis Principibus, vel om-
E *nium poteſtatibus & Epiſcopis per Patre & Filio, & Spiritu-ſancto, qui poteſtatem dominandi, regendi*
habeatis, ut hunc voluntatis noſtræ, quem per hunc teſtamentum meum ad heredem meam eccleſia ſancto
Petro monaſterio pro ſubſtantia monachorum & pauperorum delegavi, ut in nullo permittatis convellere
nec irrumpere, ut ad augmentis mercedis veſtræ commune pertineat. Et ſi quis ſperat hoc temerario contra
hanc voluntatem meam, quem promptiſſimam devotionem conſcribere rogavi, inſidiator extiterit, & ſeſe
... noluerit, iram cæleſtem incurrat, & ad communionem omnium eccleſiarum excommunicatus appareat, &
inſuper inferat ad ipſum ſanctum locum heredem meam ſociantem fiſco auri libras quinquaginta, &
quod repetit, & vindicare non valeat, ſtipulatione pro omni firmitate ſubnixa.

Ego ABBO *hunc teſtamentum à me factum ſubſc.*

RUSTICIUS *vir clariſſimus.*
MAGNABERTUS *vir clariſſimus.*
F VVIDBERTUS *vir clariſſimus.*
SEMPHORIANUS *vir clariſſimus.*
VITALIS *vir clariſſimus.*

NOTATIO.

HOC teſtamentum, ejuſque confirmatio ac renovatio per Carolum M. optimæ notæ mihi videntur. Utriuſque exempla manu propria deſcripta nobis conceſſit vir de re publica litteraria bene meritus Antonius Herovallius, qui ex chartario Gratianopolitano illa eruerat. Chartarius ille codex ſcriptus eſt ante annos quingentos, pontificatu Hugonis iſtius ſedis Epiſcopi. Ex eo teſtamentum accepit clariſſimus Annaliſta Carolus Cointius, illudque calculo ſuo approbavit. Hoc idem viſum eſt aliquod operæ pretium recudere cum prævio diplomate Caroli M. inedito, quo Abbonis teſtamentum confirmat, recognoſcit, atque integrum per Notarios ſuos

renovat. Ejus rei mentionem facit Chronographus Novalicienſis apud Cheſnium his verbis. *Eo tempore beatus Frodoinus volens teſtamentum ipſius eccleſia renovari, quod quondam Abbo Patricius de ipſa eccleſia fecerat tempore Theoderici Gothorum Regis; miſit duos monachos, Agabertum ſcilicet & Gilarannum, ad Karolum Magnum Imperatorem, ut ſibi ſuo imperiali Pracepto teſtamentum ipſum renovari concederet. qui benignè illi annuens, cuncta qua illi petiit, impetrare valuit.* Falſus eſt Chronographus in Theoderico Rege, de quo mentionem facit Abbo in ſuo teſtamento, ubi tradit *res illas, qua fuerunt Riculfum filium Rodulfum quondam, quem per praceptione domno Theoderico Rege & illuſter vero Domno Karolo in pago Dienſe, Vvapencenſe, & Gratianopolitano conqueſivimus.* Hîc Theoderici nomine intelligit Abbo, non Theodoricum Gothorum, ſed Theodericum Francorum Regem, cognomento Calenſem, quo regnante princeps erat Carolus, cognomento Tudes ſeu Martellus. Certè Abbonis teſtamentum conditum eſt *anno vigeſimo primo* regni Caroli Magni, cujus renovatio nullo chronologico charactere prædita eſt, niſi quod Carolus tunc erat Imperator. Denique Abbo in ſuo teſtamento mentionem facit de impreſſione Saracenorum in pagos illos, ex quibus bona quædam cœnobio Novalicienſi tradiderat. Pagi illi præter Novalicienſem, qui ſitus eſt in diœceſi Taurinenſi, aliàs Maurinenſi, ſunt Lugdunenſis, Matiſconenſis, Viennenſis, Gratianopolitanus, Arelatenſis, Vendaſcinus, Vaſenſis, Dienſis, Maſſilienſis, Tolonenſis, Aptenſis, Regenſis, & Darantalienſis. In hos verò pagos, aut certè in pleroſque, effuſi ſunt Saraceni anno DCC XXXI, quo Theoderico regnante Carolus Martellus principabatur. Lege quæ de hac clade diximus in Sæculo tertio Benedictino ad eum annum. Ceterum quod Carolus Magnus in præmiſſo diplomate habet de ſigillo plumbeo, auctoritatem habet ex iis quæ diximus ſupra in libri ſecundi capite XVI. Qui duo Abbones Patricios facit Ughellus in Italiæ ſacræ tomo IV col 1423, alterum ſub Theoderico Oſtrogothorum Rege, cujus principatu conditum ſit Novalicienſe monaſterium: alterum ſub Pippino Rege; nullo nititur fundamento, & facilè ex ſuperioribus refellitur. A B

LXIII.

Ex autographo Dionyſiano.

Caroli M. Imperatoris Placitum adverſus Tingulfum, qui poſt noctes indictas non comparuerat. C

Anno 812.

I*N nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti.* KAROLUS *ſereniſſimus Aguſtus à Deo coronatus, magnus, pacificus, Roma gubernans imperium, qui & per miſericordiam Dei Rex Francorum & Langobardorum. Veniens ante nos Aquiſgrani palacii noſtri publici homo alicus, nomine Salacus, nobis innotuit, eo quod homo alicus, nomine Tingulfus, à fide-juſſoris datus habuiſſet, ut infra noctis* XLII *ante nos ſibi adpræſentare debuiſſet pro aliquas cauſas inrationis. Tunc ipſe Salacus per triduum ſeu amplius, ut lex habuit, placitum ſuum legibus cuſtodivit, & ipſo Tingulfo ibidem jactivit vel ſolſedivit: & memoratus Tingulfus nec à decto placito vinit, nec nullum direxit ad vicem ſuam, qui pro æo ſonia nunciaſſet, ſed jactivus exinde in omnibus aparuit. Proinde nos taliter unà cum fidelibus noſtris, id ſunt* GERULFUS, GUNTLANDUS, HEDO, ARMANNUS, HAINRICUS, SICARDUS, ROTBERTUS, *Comitibus;* ISEGERUS, INGENOLDUS, AGMOINUS, *ſeu &* TACILO, *vel* AMALRICUS *Comiti palatii noſtri, vel reliquis quamplures, viſi fuemus judicaſſe, ut dum ipſe Salacus placitum ſuum legibus cuſtodivit, vel adjactivit: ſed memoratus Tingulfus nec à decto placito vinit, nec nullum direxit ad vicem ſuam, qui pro æo ſonia nunciaſſet, & jactivus exinde aparuit: propterea jubemus, ut dum ac cauſa ſic acta vel perpetrata eſſe cognovimus, ut memoratus Tingulfus in contra ſæpe dicto Salacono de illos jactus, ſicut lex locis veſtra de talibus edocuerit, omnino componeat, vel emendare ſtudeat.* D

Ego ELDEBERTUS *recognovi & ſubſcripſi.*

Datum quod fecit menſis Martius dies VIII, *anno* XII *Chriſto propicio imperii Domni noſtri Karoli, &* XLIIII *regni ejus in Francia, Adque* XXXVIII *in Italia, Indictione* [V] *in Dei nomine feliciter.*

NOTATIO. E

IN hoc Placito & ſequenti Præcepto fere ſingulare eſt, quod Caroli M. nomen ſcribitur per litteram *K* non per *C*, uti obſervatum in libri ſecundi capite III. Deinde quod legitur de noctibus indictis, ut ſupra in charta XLIV, ubi vide adnotationem. Item quòd Notarius ſubſcribens præmittit pronomen *Ego*. Sed Notarius iſte Eldebertus inter ordinarios Caroli M. Notarios non cenſetur. Extraordinarius proinde fuit, & forſan Comitis palatii Notarius.

LXIV.

Ex autographo Corbeiæ Saxonicæ.

Caroli M. Præceptum pro Adalrico Saxone.

Anno 813.

I*N nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti.* KAROLUS *ſereniſſimus Auguſtus à Deo coronatus, Magnus, Pacificus Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui & per miſericordiam Dei Rex Francorum & Langobardorum, omnibus fidelibus noſtris præſentibus & futuris notum ſit, quia* ASIG, *qui &* ADALRICUS, *fidelis noſter, innotuit Serenitati noſtræ, eò quòd pater illius* HIDDI, *dum ceteri Saxones contra nos infideliter egiſſent, præfatus* Hiddi *mallens fidem ſuam ſervare, quàm cum ceteris infidelibus perſeverare; relinquens patriam nativitatis ſuæ, veniens ad nos: & dum in noſtro eſſet obſequio, venit ad villam, cujus eſt vocabulum VVluiſangar, quam tunc temporis Franci & Saxones pariter inhabitare videbantur, cupiens ibi manere, ſed minimè potuit. Tunc pergens ad locum, qui dicitur Havucabrunno inter VViſeraa & Fuldaa, occupavit ſibi partem quamdam de ſilva, quæ vocatur Bocchonia. quam moriens dereliquit filio ſuo Aſig, qui & Adalricus vocatur. Sed poſtea venientes Miſſi noſtri ad eadem loca, prædictam ſilvam ad opus noſtrum conquiſierunt. Ad hereditatem ſcilicet* GER- F

A HAO *quondam Ducis. Nos tamen propter fidele ſervitium prædicti fidelis noſtri Aſig, ſive patris, petitionem ejus ad effectum perducere volentes, in eadem ſilva, in loco memorato, ubi pater e us Hiddi illud proprium, quod in eorum lingua Bivanc vocatur, feciſſe cognoſcitur; duas leugas in longum, & duas in latum, & ſex in circuitu, illi & heredibus ejus conceſſimus ad habendum. Sed pro integra firmitate ad noſtram accedens clementiam poſtulavit celſitudini noſtræ, ut noſtra auctoritatis præceptum ei confirmare deberemus: quatenus ipſe & heredes illius perennis temporibus, abſque alicu us præ udicio, tenere & poſſidere quieto ordine deberent. cu us petitionem non abnuentes, ſicut unicuique fidelium noſtrorum juſtè & rationabiliter petentium, ita conceſſiſſe, atque. in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes ergo jubemus, ut nullus fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, præfatum Aſig, qui & Adalricus, vel heredes illius de hoc propriſo ſuperiùs memorato, quod in lingua eorum Bivanc dicitur,*
B *exſpoliare aut inquietare ullo quoque tempore præſumat: ſed liceat ei, ſicut diximus, per hoc noſtrum præceptum ipſam terram, quantumque pater ejus occupavit, & ei in hereditatem dimiſit, omni tempore tenere atque poſſidere. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora melius conſervetur, de anulo noſtro ſubter ſigillare juſſimus.*

VVITHERUS *Diaconus ad vicem* HIEREMIÆ *recognovi & ſubſcripſi.*

Data VII *Id. MaI, anno Chriſto propitio Imperii noſtri* XIII, *regni vero in Francia* XLV; *atque in Italia* XXXVIIII, *Indictione* VI. *Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.*

LXV.

Juramentum in cauſa monaſterii Caunenſis de quadam vinea.

Ex autographo Caunenſi.

Anno 821.

C *CONdiciones ſagramentorum ad quods ex ordinatione Agilberto Vicedomino, Cixſilane, Sunicfredo, Gomeſindo, David & Aigilane Iudicum, vel aliorum bonorum hominum, qui ſuſter ſubſcripturi vel ſigna factores ſunt, id eſt Adenanus, Reſtitutus, Deudulfus, & Leone Salone, cos cauſa fecit eſſe præſentes, jurare debeant teſtes prolati, cos profert Mancio Presbyter, qui eſt Abogadus de* JOANNE *Abbate, ac in facie de homine, nomine Iuſto, qui eſt elemoſenarius de Adalaldo, qui fuit Maimon vocatus, una teſtium qui hoc jurare debeant & jurant, id eſt, Lubus, Garbiſo & Franco. Iurati autem dicimus & juramus in primis per Deum Patrem omnipotentem & Iheſum filium e us ſanctumque Spiritum, qui eſt in Trinitatem unus & verus Deus, & ex locum venerationis egleſiæ ſancti Iuliani martyris Chriſti, cujus baſelica ſita fundata eſt infra muros civitate Narbona, ſuber cujus ſagroſancto altario ads condiciones manibus noſtris continemus, vel jurando contangimus: quia nos ſubranominati teſtes iximus, & bene in veritate novis cognitum eſt, & præſentaliter fuimus ad ipſa ora, quando homo, nomine Adaldus,*
D *laldus, fuit Maimon vogatus, jacebat in lectulo ſuo infra muros civitate Narbona ab egritudine reptemtus, unde & mortuus fuit, adhuc ſua memoria in ſe abente, ſic nos præſentes commendavit ad ipſo Iuſto ſubraſcripta ſuo elemoſinario, ut dediret ſua vinea, quod habevat in villa Marinorena infra inſola Lici territorio Narbonenſe, quod de omine, nomine Lubraldo comparavit, ac ipſa dediſſet ... tem ad monaſterio ſancto Petro, qui eſt conſtructus infra paco Narbonenſe, in locum qui dicitur Caunas: & oc quod iximus de ac cauſa, rectè & fideliter teſtificamus per ſubra adnixum juramentum in Domino. Latæ conditiones ſub die pridie Kalendas Abriles, anno octabo imperante Domno noſtroglorioſiſſimo* LUDOIHCCO *Imperatore.*

Signum † *Lubone. Signum* † *Charbicone. Signum* † *Francone, qui as condiciones juraverunt. Signum* † *Iuſto, qui unc ſagramentum recepit* . . . .

BALDEFREDUS *ſubſcripſi* . . . *Xixila ſubſcripſi. Hunicfredus ſubſcripſi. Gomeſindus ſubſcripſi. Urſius*
E *qui ads condiciones ſcripſi & ſubſcripſi ſub die & anno quod ſubra.*

NOTATIO.

Ex duodecim Carolinorum Regum autographis Caunenſis monaſterii, lectu ſanè difficillimis, quædam ſpecimina æri incidi curavimus in tabella XXVII. quędam item integra hîc damus. Quæ hac in charta obſervanda ſint, vide ad prædictam tabellam XXVII.

LXVI.

Ludovici Pii Præceptum pro commutatione quorumdam prædiorum, inter Hilduinum Abbatem & Hildulfum, de quibuſdam bonis in Aleſatia ſitis.

F

Ex autographo.

Circ. an. 822.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti. HLUDOVVICUS *divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Si enim ea quæ fideles imperii noſtri pro eorum oportunitatibus inter ſe commutaverint, noſtris confirmamus edictis; imperialem exercemus conſuetudinem, & hoc in poſtmodum jure firmiſſimo manſurum eſſe volumus. Idcirco noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quàm & futurorum ſollertia, quia vir venerabilis* HILDUINUS *Abba ex monaſterio ſancti Dionyſii martyris Chriſti, ſacrique palatii noſtri ſummus Capellanus, ſeu cellæ ſancti Privati, necnon & quidam homo, nomine* HILDULFUS, *ad noſtram accedentes clementiam innotuerunt celſitudini noſtræ, eo quod pro ambarum partium oportunitate aliquas res inter ſe commutaſſent. Dedit igitur prædictus Hilduinus Abba ex ratione*

præfati monaſterii ſui S. Dionyſii, ſeu ſancti Privati Salnenſæ memorato Hildulfo in ſupraſcripto pago, ſeu & A
in pago Verbonenſæ, in villabus quarum vocabula ſunt in Vvatcurte ſuper fluvio Alſona, necnon & in alio loco in fine Dodiniaca, & in fine Inguriaca vel in fine Frucelinſa, excepto illas res quas Gaugericus quondam condonavit; hoc eſt manſus cum pratis & campis vel cum omnibus appenditiis eorum. Et è contra in compenſatione hujus rei dedit idem Hildulfus ex ſuo proprio præfato Hilduino Abbati ad partem jam dicti monaſterii ſui in pago Salnenſæ ſive Scarbonenſæ in villabus, quarum vocabula ſunt Sigramnocurte, & in fine Silcinaga ſuper fluvio Salona, hoc eſt manſus cum pratis & campis, vel cum omnibus appenditiis eorum, quantum de parte genetricis ſuæ Immanæ hereditavit, vel de fratribus vel ſororibus ſuis commutavit. Unde & duas commutationes pari tenore conſcriptas, manibuſque bonorum hominum roboratas ſe præ manibus habere profeſſi ſunt: ſed pro integra firmitate petierunt celſitudini noſtræ, ut ipſas commutationes denuo per noſtræ manſuetudinis præceptum plenius confirmare deberemus. Quorum petitionibus denegare noluimus: ſed ſicut unicuique fidelium noſtrorum juſtè petentium, ita nos illis conceſſiſſe atque B
in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes ergo jubemus, ut inſpectas eaſdem commutationes, ſicut per eas plenius declaratur, quicquid pars juſtè & rationabiliter alteri contulit parti, deinceps per hanc noſtram auctoritatem jure firmiſſimo teneat atque poſſideat; vel quicquid exinde facere voluerit, libero in omnibus perfruatur arbitrio faciendi. Hæc verò auctoritas ut per futura tempora pleniorem obtineat firmitatem, de anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.

Hirminmaris *Diaconus ad vicem* Fridugisi *Abbatis recognovi & ſubſcripſi.*

Notatio.

Hoc diploma, ex quo reſciſſæ ſunt chronologicæ vocabula, varioſque pagos hîc memoratos. Lege quæ C
notæ, viſum eſt hîc edere, præſertim ob geographica de Scarponenſi dicta ſunt ſuperius pag. 323.

LXVII.

Charta Bertæ ſororis Ludovici Imperatoris, de villa Bernogillo.

Ex chartario S. Medardi.

Anno 823.

Venerabili Patri Hilduino *monaſterii ſancti Medardi Abbati, vel ſacri palacii Archicapellano,* Berta, *Magni & invictiſſimi Imperatoris* Caroli *filia. Omnibus non eſt incognitum, qualiter ego res meas, hoc eſt villam Bernogellum in pago Noviomenſe ſuper fluvium Axona, ad caſam ſancti Medardi eo tenore delegavi vel firmavi, ut ad baſilicam quam tum in honore ſanctæ Trinitatis & ſanctæ Mariæ omniumque Sanctorum infra ipſum monaſterium conſtruxiſti, deſerviret; & omnia quæque ibidem laborari & acquiri potuiſſent, in luminaribus, ſeu in ceteris quibuſlibet prædictæ eccleſiæ* D
indiguiſſet oportunitatibus, fideliter pervenirent: tantùm ut ob memoriam genitoris mei omni in tempore una die in anno, quando fratres anniverſarias pro nobis orationes feciſſent, exinde refectionem habuiſſent. Sed poſtea mea fuit petitio, & tua tuorumque fratrum decrevit voluntas, ut mihi pro ipſis rebus alias res in recompenſatione pro uſu meriti relaxare debuiſſetis. quod ita & feciſtis. hoc eſt villam Cuſchiriacum, cum omnibus quæ ibidem aſpicere vel pertinere videntur, ea tamen interpoſita ratione, ut quandiu advixero; ipſas res per veſtrum beneficium tenere, & uſuare faciam, ac de feſtivitate in feſtivitatem ſancti Medardi in luminaribus ipſius loci ſolidos xi *vobis aut agentibus veſtris ſolvere faciam. Poſt meum verò (quandoquidem voluerit Deus) obitum ipſas res cum omni integritate, quæque moriens ibidem dimiſerim, vel quæque miſſi in ea veſtri reperire potuerint; abſque ullius conſignatione, aut expectata traditione, in veſtram faciant revocare dotationem perpetualiter ad poſſidendum. Actum Compendio palatio anno* x *Domni noſtri* Ludovici *ſereniſſimi Auguſti Imperatoris, ſub die* xiv *Ianuarii,* E
in Dei nomine feliciter. Amen.

LXVIII.

Ludovici Pii Præceptum pro monaſterio Corbeienſi in Saxonia.

Ex autographo.

Anno 823.

In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti, Hludovvicus *divinâ ordinante clementiâ Imperator Auguſtus. Cum petitionibus ſervorum Dei juſtis & rationabilibus divini cultûs amore favemus, ſuperni muneris donum largiri non diffidimus. Idcirco noverit omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quàm & futurorum ſagacitas, quia adiens ſerenitatem culminis noſtri vir reverentiſſimus* Adalardus *Abba ex monaſterio Corbeia, quod ei dudum in provincia Saxonica ad augmen-* F
tum mercedis noſtræ ex novo conſtruere juſſimus ſuper fluvium VViſera, in villa regia, in loco nuncupante dudum Huxori, dicatum in honore ſancti Stephani protomartiris, ſuggeſſit manſuetudini noſtræ, ut idem monaſterium & monachos ibidem per tempora degentes, cum rebus & hominibus, non ſolum ſub noſtra tuitione & defenſione conſtitueremus; verum etiam & talem immunitatem fieri juberemus, qualem omnes eccleſiæ in Francia habent. Cujus petitioni dignam & proficuam judicantes, hanc auctoritatem immunitatis erga prædictum monaſterium Corbeiæ ejuſque rectores fieri juſſimus, per quam decernimus atque jubemus, ut nullus Iudex publicus, vel quilibet ex judiciaria poteſtate, in eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memorati monaſterii, quas præſenti tempore in quibuſlibet pagis & territoriis habet, vel deinceps ibidem conlata fuerint, ad cauſas judiciario more audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius

A *monaſterii, tam ingenuos, quàm & leutos diſtringendos, aut ullas redhibitiones aut inlicitas occaſiones requirendas, ullo umquam tempore ingredi audeat, vel ea quæ ſupra memorata ſunt penitus exigere præſumat: ſed liceat memorato Abbati ſuiſque ſucceſſoribus res prædicti monaſterii ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine vivere & reſidere: & quicquid exinde jus fiſci exigere poterat, totum & ad integrum nos pro æterna retributione ad pauperes alendos, & luminaria eidem monaſterio concinnanda concedimus: qualiter monachi ibidem degentes pro nobis proleque noſtra, atque ſtatu totius noſtri imperii nobis ad relegendum commiſſi, Domini miſericordiam attentius exorare delectet. Sed & hoc placuit nobis huic inſerere auctoritati, ut licentiam habeant rectores hujuſce monaſterii cum quibuſlibet hominibus liberis res & mancipia legaliter commutare, videlicet ut quicquid juſtè & rationabiliter pars alteri contulerit parti, per hanc noſtram auctoritatem jure firmiſſimo teneant atque poſſideant: & quicquid exinde facere voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi quicquid elegerint. Etut*
B *hæc auctoritas immunitatis atque confirmationis noſtræ per futura tempora inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.*

Signum HLUDOVVICI *ſereniſſimi Imperatoris.*

DURANDUS *Diaconus ad vicem* FRIDUGISI *recognovi & ſubſcripſi.*

Data VI *Kalend. Auguſti, anno Chriſto propitio* X *imperii Domni Hludovvici piiſſimi Auguſti, Indictione prima. Actum* Ingilinheim *palatio, in Dei nomine feliciter. Amen.*

LXIX.

C Ludovici Pii & Lotharii Imperatorum Præceptum, quo monaſterium Dionyſianum eximitur à penſione ducentorum vini modiorum. Ex autographo mutilo.

Circ. an. 823.

IN *nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti.* HLUDOVVICUS, & HLOTHARIUS *divina ordinante providentia Imperatores Auguſti. Si enim ex his quæ . . . . & eccleſiis Sanctorum Dei annuali conſuetudine perſolvuntur, ob Dei amorem noſtris futuriſque temporibus remittimus, atque ad utilitates & neceſſitates ipſarum eccleſiarum procurandas concedimus; hoc nobis procul dubio ad perpetuam mercedem profuturum confidimus. Idcirco notum ſit omnibus præſentibus & futuris, quia vir venerabilis* HILDUINUS *monaſterii ſancti Dionyſii Abba, ſacrique palatii noſtri Archicapellanus, noſtræ innotuit celſitudini, quod cujuſdam antecesſorum noſtrorum tempore, occaſione pro indigentia vini interveniente, ab eo qui tunc temporis rem publicam gubernabat, de præc. . . . . neceſſitatis & indigentiæ ex monaſterio ſancti Dionyſii ad Vern villam noſtram præberentur. Unde cùm idem Abba, qui illo in tempore eidem ſanctæ eccleſiæ præerat, ducenta modia vini illic propter jam dictam petitionem tribuiſſet; & ceteri qui poſt illum Rectores ejuſdem loci fuerunt, ſimiliter egiſſent; adque hujus . . . .*
D *pro lege & debito cenſu in ipſa villa ab actoribus regiis teneri videretur: ideoque petiit, ut ob Dei amorem & ſanctorum illic quieſcentium reverentiam, ab hac lege & conſuetudine ipſam ſanctam eccleſiam abſolveremus. Cujus petitionem, immo & deprecationem, ad ſalutem animæ noſtræ nobis utilem ac . . . . . . quod poſtulabat eidem ſancto loco conceſſimus, & in poteſtate & arbitrio illius manere conſtituimus: ut ſicut à nobis per illius interceſſionem indultum & conceſſum fuerat, ita ad quamcumque communem illius eccleſiæ utilitatem. . . . . . . vellet, in omnibus . . . . & omnimodis jubemus, ut nec noſtro, nec ullo umquam ſucceſſorum noſtrorum tempore, ipſum vinum à poteſtate præfati monaſterii quiſpiam nec judex, nec Miſſus, nec ulla alia perſona exactare aut requirere præſumat: ſed liceat præfato fideli noſtro Hilduino . . . . negotium eccleſiaſtica neceſſitas dictaverit, illud perpetualiter deputare: quatenus noſtræ elemoſinæ conceſſio de ipſo cenſu ſtabilis & inviolata futuris temporibus in ipſo loco permaneat,*
E *ſicut pro Dei amore & æternæ mercedis retributione . . . . concesſum ac confirmatum eſſe dinoſcitur. Etut hæc auctoritas per futura tempora pleniorem obtineat firmitatem, anuli noſtri impreſſione ſubter eam ſignari juſſimus.*

ADALULFUS *Diaconus ad vicem* FRIDUGISI *recognovi & ſubſcripſi.*

Data præciſa eſt.

LXX.

Commutatio mancipiorum inter Theodradam Abbatiſſam monaſterii S. Mariæ Argentogilenſis & Einhardum Abbatem. ex autographo.

Anno 824.

F OPitulante *Domino Jeſu-Chriſto placuit atque convenit inter* THEODREDANE *nobiliſſima Abbatiſſa de monaſterio ſanctæ Mariæ Argentogilenſe, necnon & inter venerabilem* EINHARDUM *Abbatem, unà cum conſenſu & voluntate ancillas Dei ibidem conſiſtentium & bonis hominibus conſentientes, ut mancipia inter ſe commutare vel excamiare deberent. quod ita & fecerunt. Dedit igitur præcellentiſſima Theodrada Abbatiſſa de ratione ſanctæ Mariæ partibus Einhardi Abbatis homine aliquo, nomine Gulfoco Presbytero. Similiter pro hujus rei compenſatione dedit è contra Domnus Einhardus venerabilis Abbas partibus ſanctæ Mariæ mancipia duo his nominibus, Imboldo & Vulframno, ita ut ab hodierna die quicquid de hoc quod unuſquiſque ex nobis accepit pro oportunitate ſua facere elegerit, liberum in omnibus perfruatur arbitrio. Et illud pro firmitatis ſtudium inter nos ſucceſſoribuſque noſtris inſerere pactum, ut duas epiſtolas de hac re uno tenore conſcriptas facere ſeu conſcribere deberemus. quod ita & fecimus. Nec nobis, neque ſucceſſoribus noſtris contra pare ſuo de hoc quod accepit à pare ſuo ullo umquam*

tempore calumniam aliquam vel repetitione generare præſumat. quod qui fecerit, rem quam accepit amittat, & inſuper pari ſuo cogente fiſco auri libra una, argenti pondua ſex coactus exſolvat, & repetitio ſua nullum obtineat effectum, ſed præſentes commutationes has firmas & ſtabiles valeant perdurare. A

Actum Argentogelo ante baſilica ſancta Mariæ, anno undecimo regnante Domno Hludovvico piiſſimo Imperatore.

† *Signum Egisbario Vicedomino.* † *Signum Theotboldo.* † *Signum Derulfo.* † *Signum Berhario.* † *Signum Anelomi.* † *Signum Anſeluco.*

NOTATIO.

COMMUTATIO hæc id habet peculiare, quod Gulfocus Presbyter inter homines, id eſt ſervos, cœnobii Argentogilenſis cenſetur. nam clerici ante ordinationem eximebantur à ſervitute. Subſcriptiones quædam ex charta avulſæ ſunt. Einhardus an Abbas erat Fontanellenſis? B

LXXI

Ex autographo Caunenſi.

Teſtamentum Spaneldis matronæ, monaſterio Caunenſi omnia ſua bona legantis.

Circa annum 825.

IN *nomine Domini ego Spaneldes vobis Domno & Abbate* JOANNE *ſeo fratribus tuis Caunenſe monaſterio, quod ſita eſt vaſelica ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli in ripa Argentidupri. Ego Speneldes facio vobis teſtamentum de omnino rebus meis, quod viſa ſum abere vel poſſidere, quod agumentari, aut deinceps agumentare potuero, aurum, argentum vel veſtimentum, pejora, majora vel minora, vineis, terris. Poſt obitum vero meo ſic vobis dantur adque conceſſum faciendi, & inde quod volueritis maneat vobis poteſtas. Si quis aut aliquis de heredibus meis ad inrumpendum venerint aut venerit, inferant vel inferat in vobis aut partibus veſtris auri libra una vobis perpetim abitura, & hanc meus teſtamentus in omnibus abeat firmitatem.* C

Signum † *Iſpanildes qui hunc teſtamentum fieri volui.*

Signum † *Anſemundo. Signum* † *Benedicti. Signum* † *Ananiæ. Elias in Chriſti nomine Presbyter ſupraſcripto hunc teſtamentum ſcripſi & die & anno quo ſupra.*

NOTATIO.

HOC teſtamentum ſcriptum dicitur die & anno quo ſupra, nec tamen ulla temporis nota apponitur, haud dubie oſcitantiâ Notarii. Pertinet ad tempus Johannis Abbatis, quem Ludovico Pio imperante vixiſſe conſtat ex ſuperiori inſtrumento LXV. D

LXXII.

Ex autographo.

Ludovici Pii & Lotharii Præceptum pro commutatione quorumdam bonorum in pago Andegavenſi.

Anno 828.

IN *nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti* HLUDOVVICUS *&* HLOTARIUS *divina ordinante providentia Imperatores Auguſti. Si enim ea quæ fideles imperii noſtri pro eorum oportunitatibus inter ſe commutaverint, noſtris confirmamus edictis; imperialem exercemus conſuetudinem, & hoc in poſtmodum jure firmiſſimo manſurum eſſe volumus. Idcirco noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum induſtria, quia vir venerabilis* HILDUINUS, *monaſterii ſancti Dioniſii Abba, ſacrique palatii noſtri Archicapellanus, necnon & quidam homo nomine* FULCRICUS *ad noſtram accedentes clementiam innotuerunt celſitudini noſtræ, quod pro ambarum partium oportunitate aliquas res inter ſe commutaſſent. Dedit igitur prædictus vir venerabilis Hilduinus ex rebus ſancti Dioniſii, unà cum conſenſu fratrum ſuorum, ad partem Fulcrici ad proprium ad habendum in pago Andecavo, & in termino qui vocatur Vitlena, de terra abſa bonuaria quindecim & arpennos duos & dimidium; & in altero loco, in villa quæ dicitur Injaca, arpennum unum & dimidium: cui ſubjungitur ex uno latere terra ſancti Mauricii, ex altero latere ſancti Iohannis, de uno fronte terra ſancti Maiſentioli, de alio fronte terra ſancti Dioniſii & ſancti Martini. E contra autem dedit Fulcricus partibus ſancti Dioniſii ſeu jam dicti Abbatis in pago Pariſiago, in villa quæ dicitur Vals, de rebus propriis manſum unum cum ſuperpoſito vel ceteris adjecentiis, habentem inter ſellam & pratum ac terram arabilem bonuaria decem & ſeptem: cui ſubjungitur ex omni parte in circuitu terra ſancti Dioniſii. Unde duas commutationes pari tenore conſcriptas, manibuſque bonorum hominum roboratas, ſe præ manibus habere profeſſi ſunt: ſed pro integra firmitate petierunt celſitudini noſtræ, ut eaſdem commutationes denuò per noſtræ manſuetudinis præceptum plenius confirmare deberemus. Quorum petitionibus denegare noluimus: ſed ſicut unicuique fidelium noſtrorum juſtè petentium, ita nos eis conceſſiſſe atque in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes ergo jubemus, ut inſpectas eaſdem commutationes, ſicut per eas plenius declaratur, quicquid pars juſtè & rationabiliter alteri contulit parti, deinceps per hanc noſtram auctoritatem jure firmiſſimo teneat atque poſſideat; & quicquid exinde facere voluerit, libero in omnibus perfruatur arbitrio faciendi. Hæc verò auctoritas ut pleniorem in Dei nomine per futura tempora obtineat vigorem, de anulo noſtro ſubter eam juſſimus ſigillari.* E F

MEGINARIUS

A MEGINARIUS *Notarius ad vicem* FRIDUGISI *recognovi & ſubſcripſi.*
Data IIII *Idus Novemb. anno Chriſto propitio imperii Domni Hludovvici ſereniſſimi Auguſti* XIIII.
Domni verò Hlotharii VI, *Indictione* VI. *Actum Cariſiago palatio regio in Dei nomine feliciter.*

NOTATIO.

IN pleriſque litteris commutationum exprimitur, eas factas eſſe per Abbates *cum conſenſu fratrum* ſuorum. quod in hoc diplomate & in variis Caroli Calvi obſervare licet.

LXXIII.

B Lantfridi optimatis & conjugis ejus Teudgildis charta, qua varia monaſterio Dionyſiano prædia apud Bidolidum ſita conferuntur.

Ex autograph.

Anno 831.

DOmino ſancto & venerabili in Chriſto patri HILDUINO *Abbati ex monaſterio præclariſſimi Chri-*
ſti martyris Dionyſii, ubi, ipſe precioſus Domnus cum ſuis ſanctis ſociis quieſcit humatus, vel
omni monachorum congregationi ibidem in Dei nomine conſiſtenti, ego LANTFRIDUS *& con ux mea*
TEUTGILDIS *pariter donatores pro animæ noſtræ remedio vel pro æterna retributione donamus donatum-*
que in perpetuum eſſe volumus ad cænobium præfatorum ſanctorum martyrum, ſeu monachis ibidem Deo
militantibus, res proprietatis noſtræ ſitas in pago Pariſiaco, in loco qui dicitur Bidolidi-villam, id eſt man-
ſum indominicatum cum caſticiis & omni ſuperpoſito vel ambitu ſuo, atque cum hoſpitibus quatuor, &
terra arabili ac ſilva, quæ in unum continentur plus minus bunuaria quatuordecim: quibus ſub ungitur
C *de uno latere & una fronte terra ſancti Dionyſii, de uno latere terra ſancti Gervaſii, de alia æque fronte*
pervium publicum. Donamus in eadem villa manſum alium habentem plus minus arpen. III, *de uno*
latere & una fronte via publica, de alio latere ſancti Dionyſii, de alia fronte terra Nitcarii: ac de terra
bunuaria quatuor, ex omni parte fines ſancti Dionyſii. Donamus nihilo minus tertium manſum indo-
minicatum in ipſa villa Bidolidi, in quo inclauſus habetur plus minus arpenn . . . .
juxta eumdem manſum tradimus campellum unum habentem plus minus arpennum unum: quibus ſubjun-
gitur in una fronte terra ſancti Dionyſii, in duobus lateribus terra Teuthardi, in altera vero fronte terra
ſancti Petri. Item damus campum unum habentem plus minus bunuaria quinque, cui in duobus lateribus
& una fronte ſub ungitur terra ſancti Dionyſii, in altera verò fronte pervium publicum. . . . .
alterum etiam campum habentem plus minus bunuarium unum, cui confinis eſt in uno latere & duabus fron-
tibus terra ſancti Dionyſii in altero latere terra Eracri. In quinto loco tradimus in . . . .
D *terram arabilem & ſilvam plus minus bunuarium unum, quibus ſub ungitur in uno latere & una fronte*
terra ſancti Dionyſii, in altero verò latere terra fiſcalis. Sed & juxta frontem alteram habetur pervium
publicum. In ſexto loco tradimus campum unum, plus minus bunuarium unum, cui conjungitur in una
fronte terra ſancti Dionyſii, in altera verò fronte terra ſancti Gervaſii, in uno latere terra ſancti Petri,
in altero verò latere terra fiſcalis. In ſeptimo ſiquidem loco donamus campum unum, habentem plus minus
bunuaria duo: cui con ungitur in uno latere terra ſancti Salvii, in altero verò latere terra ſancti Petri,
in una parte terra fiſcalis, in altera verò fronte pertingit terra de hac eadem noſtra donatione. In octavo
loco donamus campum unum, habentem plus minus arpennos quatuor: cui con ungitur in uno latere &
duabus frontibus terra ſancti Dioniſii, in altero latere terra ſancti Germani. In decimo loco tradimus
campum unum, habentem plus minus bunuarium unum: cui adfinis eſt in uno latere & duabus fronti-
bus terra ſancti Dionyſii; in altero verò latere terra ſancti Gervaſii; in altera nihilominus fronte terra
E *Leudoardi. In undecimo namque loco tradimus campum unum, habentem plus minus arpennum unum,*
cui confinis eſt in uno latere & una fronte terra ſancti Petri, in altero autem latere terra ſancti Gervaſii;
in altera æque fronte terra ſancti Germani. Damus etiam de ſilva bunuaria duo & arpennum unum;
cui con ungitur in duobus lateribus & una fronte terra ſancti Dionyſii, in altera verò fronte terra ſancti
Petri. Hæc & omnia, quicquid ibidem noſtra videtur poſſeſſio vel dominatio, cum omni integritate, id eſt
terras cultas & incultas, domos ſuperpoſitas & ædificia, cum mancipiis quinque, quorum iſta ſunt nomina,
Ansbertus, Romanus, Hildelindis, Anſtrudis, Frotrudis, atque cum pratis, ſilvis, perviis, vuadis, cu-
pis, & omnibus ad acentiis ibidem aſpicientibus vel pertinentibus, ſicut ſuperius diximus, quantum-
cumque in his locis habere videmur, omnia ex omnibus tam de comparato, quàm & de quolibet adtracto,
totum & ad integrum, re inexquiſita, ad jam dictam caſam Dei vel monachos illic Domino ſervientes
de jure poſſeſſionis noſtræ in jus dominationis veſtræ tradimus ad poſſedendum: ita ut ab hac die jam dictas
F *res habeatis, teneatis, poſſideatis; vel quicquid exinde vos vel rectores ipſius ſanctæ baſilicæ facere vo-*
lueritis, liberam & firmiſſimam ad uva . . . . *in omnibus habeatis poteſtatem faciendi. Si quis verò*
(quod futurum eſſe non credimus) ſi nos ipſi (quod abſit) aut ullus de heredibus ſeu proheredibus noſtris,
vel qualibet inmiſſa perſona contra hanc donationem venire temptaverit, aut eam infrangere voluerit;
inferat partibus veſtris ſocio fiſco auri libras tres, argenti libras triginta hac coactus exſolvat, & quod re-
petit nullo modo evindicare prævaleat: ſed præſens donatio omni tempore firma & inviolata permaneat
ſtipulatione ſubnixa. Acta eſt donatio apud Bidolidum vicum publicum prope baſilicam ſancti Georgii mar-
tyris. Data menſe Februario, die nono ipſius menſis, anno XXVII *regnante domno noſtro Hludovvico ſe-*
reniſſimo Auguſto in Dei nomine feliciter.

Signum LANTFREDI *& conjugis ſuæ* TEUGILDIS *qui hanc donationem fieri vel adfirmare rogaverunt.*
Signum EVRARDI *filii ſui conſentientis. Signum* LANTFRIDI *filii illorum conſentientis. Signum*

GONDEBALDI. Signum TEUDALDI. Signum FRODALDI. Signum AIRHARDI. Signum NORT- A
BERTI. Signum Hunaldi. Signum Adalonis. Signum Teudonis. Signum Mainardi. Signum Hadoarij.
Signum Ragemfredi. Signum item Hunaldi. Signum Arnaldi. Ego Richodus ſubſcripſi. Signum Angil-
berti.

DNUVARDUS indignus Subdiaconus & monachus ſcripſit & ſubſcripſit.

LXXIV.

Ex autographo.

Anno 832.

Synodale Præceptum aliquot Galliæ Epiſcoporum, quo Ludovici Pii Imperatoris ſanctionem de monachis in Dionyſiano aſceterio reſtitutis confirmant. B

. . . . tia prudentium virorum in melius excreſcit, ita & incuria plerumque
decreſcit, faciliuſque in ea virtutes plantantur, & difficiliùs vitia eradicantur, Domino dicente per P. . . .
v. . . . . ia, ut evellas & deſtruas, diſperdas, & diſſipes, & plantes. Ecce duo ulti-
ma in ædificatione virtutum, quatuor verò prima in evulſione ponuntur vitiorum. . . . .
quam virtutes (ut dictum eſt) poſſunt plantari. qualiter autem chriſtianiſſimus ac religioſiſſimus Deoque
plenus Princeps HLUDOVVICUS, invictiſſimus Auguſtus, eccleſiam . . . .
endam tuendamque commiſſam, poſtquam Deo diſponente regnum paternum ſuſcepit, ſemper ad meliora pro-
vehere, & ab ea quicquid noxium erat eradicare atque ju. . . . . tus rei evidentibus
indiciis prodit. Quapropter ſæpiſſimè ſucceſſores Apoſtolorum Domini, cujus id officium eſſe noverat admo-
nuit, ſeque ex principali auctoritate adv. . . . . exſequendam exhibuit: ut
quicquid in ſua perſona aut in ordinibus eccleſiaſticis emendatione (dignum) invenirent, paſtorali aucto- C
ritate, & principali admini. . . . . ſ. . . negligentia & perſonarum
acceptione incunctanter corrigerent, & ad ſtatum rectitudinis (revocarent.) Verùm cùm ejus pia admonitio-
ne ſuaque paſtorali auct. . . . . ordinibus ſacris, ut his quæ emendatione
digna videbantur tractarent; inter cetera viſum eſt, ut monaſterium præclariſſimi & eximij martyris beati
Dionyſii. . . . . dicatum, & à Regibus Francorum progenitoribuſ-
que ejuſdem glorioſiſſimi Imperatoris ampliſſimis rebus ditatum, ut in eo monaſticus Ordo religioſè Deo de-
ſerviret, magna emendati. . . . . idem Ordo ad multorum diſcrimen nulla
neceſſitate præpediente, nullius rei inopia obſiſtente penitus avulſus erat. quam cauſam tam per ſe, quàm per
venerabilem. . . . . erii religioſum Abbatem ſacrique
palatii conſpicuum Archicapellanum, & non ſolum ejuſdem monaſterii ſtrenuam prælationem, ſed etiam
totius eccleſiæ iſtius Imperij. . . . . incipem gerentem memorati piiſſimi D
Deoque amabilis Principis auribus intimaverunt, quatenus eorum auctoritate ſuaque piiſſima imperiali
poteſtate cor. . . . . rum ſaluberrima admonitione commonitus, & ejuſ-
dem venerabilis Abbatis HILDUINI humillimis precibus pulſatus, idem negotium gratanter benignèque
ſuſcipiens. . . . . rens ne tanti Ordinis conlapſio ſuæ ſalutis quoquo-
modo fieret damnatio; ad eoſdem Præſules eccleſiarum idem referri cenſuit negotium, ut eorum judicio quibus
. . . . periali auctoritate idem Ordo in eodem abſque retractatione reſtitue-
retur loco. Venientes ergo HALDRICUS Metropolita Senonicus cum Suffraganeis ſuis. . . . .
& EBO Metropolita Remorum cum Suffraganeis ſuis, ad memoratum monaſterium Ordini monaſtico conſtru-
ctum, dedicatum, & rebus ditatum. . . . . ſceptra imperialia iiſdem ſuſce-
pit Princeps, & ejuſdem Hilduini Abbatis prælationem ibidem utcumque viguerit, manifeſtis indiciis cun-
ctis palam factum eſt. Dein. . . . . qui in eodem loco regularem pro- E
miſſionem fecerant; quidam qui eamdem promiſſionem fecerant, deſertores ejuſdem propoſiti effecti, rebus
humanis iam. . . . . no animi ferri potuit mærore. Quidam etiam non eandem pro-
feſſionem ſe feciſſe mentiti ſunt, ſed teſtibus patenter convicti, pro ſua contumacia cano. . . . .
n vero, immo maxima pars, qui actenus in apoſtaſiam prolapſi fuerant, coram venientes, ſoloque ſe
proſtrantes, confeſſi ſunt eandem profeſſionem in. . . . . miſereri & à Domino ve-
niam pro tanto admiſſo dari humiliter flagitavere. qua confeſſione facta, cucullis ſui propoſiti coram coetu
Epiſcoporum & cete. . . . . us cleri nobiliumque virorum non modica circum-
adſiſtente turba ſe induerunt. Ob memoriam verò & ſtabilitatem hujus ordinis, & ne deinceps paſſim ad
q. . . . . oco modernis futuriſque temporibus qualibet occaſione evelleretur, tam piiſſimi
Principis devotiſſimum factum à tam religioſis tantaque auctorita. . . . .
religioſi viri ſcriptis non ab re decreverunt roborari. Idem porro fratres prolapſionis ſuæ diuturnam calami- F
tatem gementes, futurumque ſcandalum ſua. . . . . vando ſicuti aliiſque jam
in eodem loco contigerat, ab eodem diabolico inſtinctu propulſarentur propoſito, polliciti ſunt ultro ſe ean-
dem profeſſionem . . . . ob monimentum facti breviculis regulariter adnotari.
His ita præmiſſis viſum eſt eiſdem venerabilibus viris ut ſuper hoc negotio duæ conſcripti. . . . .
. . . . rum altera in archivo memorati monaſterii, altera verò in archivo ob memoriam &
ſtabilitatem facti ſervaretur palatino: ut his perſpectis pacem ſuæ eccl. . . . .
domni Imperatoris Hludovvici ſuaque conjugis & prolis eorumque ſalutem, quorum poſt tantum lapſum
reparatio facta eſt; necnon & eorum per quos Deo annuen. . . . .
il & eorum informationem qui poſt ad monaſticum Ordinem Deo inſpirante ad eundem confluxerint locum,
remota omni ſimulatione ſemper in eodem mon. . . . . eat & felicibus ſucceſſi-

A *bus Dèo opem ferente polleat.* . . . . *qui interfuerunt, & hoc factum ſubter firmaverunt* . . . .

ALDRICUS *metropolitanæ eccleſiæ Senonicæ Archiepiſcopus ſubſcripſi.*

. . . . ſ . . . .

† INCHADUS *Pariſiacenſis eccleſiæ Epiſcopus interfui: & quia ob amiſſionem luminum ſcribere nequivi manu propria ſigno crucis ſubter firmavi.* †

. . . .

. . . . *ſubſcripſi.*

. . . . *indignus Epiſcopus ſubſcripſi.*

. . . . *ſis indignus Epiſcopus ſubſcripſi.*

B

NOTATIO.

ILLUSTRE hoc monumentum, quod magna ex parte temerè præciſum eſt, lucem accipit à vulgato diplomate Ludovici pro monachorum reſtitutione in cœnobio Dionyſiano, quod eſt *datum* VII *Kal. Septemb. anno* XIX *imperii ejus Ind.* X, id eſt anno DCCCXXXII. quo anno indubiè hoc ſynodale præceptum conditum eſt. Hujus ſynodici diplomatis ſpecimen habes ſuo loco. Obſerva autem hîc mentionem fieri duorum hujuſce diplomatis exemplorum: quorum alterum *in archivo monaſterii*, alterum in *palatino* aſſervari præceptum eſt, uti etiam memorat Hilduinus in charta ſub-
C ſequente de partitione bonorum ejuſdem cœnobii. Memoratu digna eſt ſubſcriptio Inchadi Epiſcopi Pariſienſis, qui *ob amiſſionem luminum* ſubſcribere nequivit, ſed ſolùm crucis ſignum appoſuit: qua de re diximus in libri ſecundi capite XXII, num IV. Inchadus iſte jam Epiſcopus erat *anno* XI *imperii Caroli M.* quo anno Stephanus Comes & Amaltrudis Comitiſſa res ſuas in vico Sulciaco dederunt eccleſiæ B. Mariæ, ex notis eruditiſſimi Baluzii ad Capitularia col. 1061. Plura de Inchado apud eundem, qui Ludovici Pii Præceptum, ipſi Inchado conceſſum, refert in Appendice num. XXXVI. Ei mox ſucceſſit Ercanradus junior, ut patet ex charta ſequente. De hoc agit Carolus Calvus in diplomate edito in eadem Appendice num. LXXII. Pariſienſium Epiſcoporum veterem catalogum vide infra.

LXXV.

Partitio bonorum monaſterii Dionyſiani, facta ab Hilduino Abbate.

Ex autographo.

Anno 833.

. . . . *dinis oculum mentis erigere, & pro percipienda ſpe felicitatis perpetuæ, eccleſiarum ac ſervorum Dei utilitatibus opem ferre debere multo magis vigilandum, & ſummopere p* . . . .

. . . .

D *futura utilitate eccleſiæ ſibi commiſſæ, ſpeciali cura & ſollicita mente, quatenus poſtpoſitis terrenarum rerum lucris, ita ad plenè ſervorum Dei neceſſitates de facultatibus* . . . . *tentius eos in Dei ſervitio & propoſiti ſui obſervantia certare ac ſtudere delectet. Et illis qui Deo adeorum ſuſtentationem res ſuas in eiſdem locis obtulerunt, perpetua merces & retributio pro ſuis oblationibus* . . . . HILDUINUS . . . . *Petri Apoſtolorum Principis glorioſorumque Chriſti martyrum Dionyſi, Ruſtici, & Eleutherii Abbas, cogitans ac pertractans ſuperna Dei inſpirante clementia, qualiter ipſa congregatio prædictorum Sanctorum abſque a* . . . . *obſervare potuiſſet; ſtatui ac deliberavi unà cum conſilio & licentia domini mei Hludovici videlicet ſereniſſimi Imperatoris, ut pro futuro eiuſdem congregationis cavendo periculo eorum ſtipendia* . . . . *libus deſerviendas tradideram, per hanc largitionis cartam, noſtra aliorumque bonorum hominum manibus roboratam eis confirmaſſem ac delegaſſem: qualiter in futuro noſtra conceſſio, quam ob Dei amorem & ip* . . . . *s noſtra ſcriptum humiliter primo omnium*
E *ac ſuppliciter ſucceſſores meos precor. & admoneo, ut hanc noſtræ ordinationis conſtitutionem, quam Dei (ut credo) inſtinctu fieri deſideravi, ita inviolabiliter ſuis temporibus* . . . . *à ſucceſſoribus conſervari voluerint, ſcientes non ambitione vani nominis, aut cupiditate præſentis gloriæ, ſed ſola futuræ retributionis mercede ob id me per conſenſum (ut dixi) Domini mei hanc conſtitutionem* . . . . *monaſticus Ordo potuiſſet, ſicut præteritis temporibus omnibus manifeſtum eſt contigiſſe, in tantum, ut paſtorali negligentia diuturna, & incuria temporalis ſubſidii paulatim neglegendo etiam exa* . . . . *ant abſque retractatione poſtpoſita à majore parte ipſum habitum amiſerunt. Quidam verò divina inſpiratione admoniti & amore devincti, in ſanctæ religionis propoſito & habitu elegerunt viriliter permanere* . . . . *rebus quibus poſſent ſubſiſtere. Poſt hæc ſiquidem in altero loco hujuſcemodi profeſſioni aptiori, quædam villa eis eſt data, in quo nihilo*
F *minus cella eſt illis à novo fundata; & ita per tempus aliquod* . . . . *nem regularem promiſerant, ſejuncti manſerunt: donec reſpectu immenſæ Dei clementiæ periculum mihi ex hoc imminens per ſollicitam inveſtigationem & quorumdam fratrum ex eis manifeſtationem* . . . . *um reliquerant, ſub monachi nomine firmaverunt, evidentiſſimè ſatis cognoſcere potui, pitque Auguſti clementiam humiliter & fiducialiter adii; ut amore divinæ juſtitiæ, & Sanctorum iſtorum honore Epiſcoporum ſententia* . . . . *eius incurreret, ſi erratus noſtros corrigere non ſtuderet: unde mercedem ſine dubio adipiſceretur, ſi in Dei vinea ſollicitus cultor laborare ad gratiam communis Domini & creatoris noſtri certaret. Qui pius* . . . . *privilegia perlecta ſeu confirmationes iſtius congregationis perſpectas, maximè autem privilegium* LANDRICI *religioſi Pariſiorum Epiſcopi ſollicitè conſideratum, quem ut hic regularis ordo inviolabiliter conſe* . . . . *ſucceſſoris eius* CHLODOVEI, *qui eum ſuo præcepto firmavit perfectum, & Sanctorum, qui uſque hodie miraculis co-*

ruſcant, manibus roboratum iſti eccleſiæ tradidit, & libertatis eam privilegio honoravit. Tunc domin. A
. . . . derum qui ſe hoc vidiſſe & noſſe, quod privilegia parentum & prædeceſſorum ſuorum
ſonabant, proteſtabantur, libenter audivit. Vnde hortatu & deprecatione eorum, quibus Dominus Ie-
ſus-Chriſtus ad paſtorale re . . . . finita eſt, ſicut ſynodalis ex hoc quam habemus carta, cujus
exemplar in archivo eſt Imperatorio, ordinatiſſimè narrat: atque ſecundum divinas leges eccleſiæ præ-
dicti fratres habitum monaſticum receperunt, ac Regula, ... hoſtis verſutia ſatagente
quidam ex fratribus ſæpefatis, quatenus de ſub jugo Regulæ ſolverentur, imperatorem aggreſſi ſunt. Qua-
propter ad hujuſcemodi nefandiſſimi inimici fruſtranda molimina . . . . idum & plexiſ-
ſimè reventilata, definita & conſopita eſt quæſtio. Ad quod evitandum de cetero perditionis periculum
ſtudioſa & perneceſſaria ſollicitudine tractans, per hanc confirmationis noſtræ conſ . . . .
eorum qui poſt me futuri ſunt in Dei ſervitio & regulari obſervantia eis ingerere quiviſſet, per quod à
via rectitudinis & Regulæ ſancti BENEDICTI inſtitutione qualibet cavillatione in futuro oberrare aut B
deviare . . . . ium venientium opus modia duo milia centum; ad prebendam famulorum
eis ſervientium de ſigale modia nongenta: de vino puro ad potiones vel ad hoſpites ſupraſcriptos ſeu ad om-
ne . . . . ſecundum conſuetudinem per modia triginta inter Paſcha, Natalem Domini, &
ſancti Dionyſii Miſſam: de legumine modia tricenta; de formatico penſiones trecente triginta; de adipe mo-
dia triginta quinque . . . . centi; de butyro ſeſtercia triginta: volatilia autem inter
Paſcha & natalem Domini de ſupraſcriptis villis cum integritate, quæ ſuper annum ex eis unà cum cen-
ſu qui in volatilibus de molendinis & cambis debet e. . . . . one, Tauriaco, Vitriaco,
Ruberido, VVaſcone-valle, Saliæ, Braogilo, Blanſiaco, Fraxnido, quam Bruningus habet; Alnido, No-
vavilla, Leudone-curte, Ardrico-villare, quam Engilelmus habet; Arniaco, quam Hild. . . . .
co, Milniaco, Ferrariis, Mairiu, Auriniaco, Rotnino, Campiniaco, Gauniſſa, Gunſane-villa, Fon-
tanido, Cormilitis, Latuero, Villerolo, Villare, Latiniaco, Maſſiaco, Linerolas, Firiciaco, Niriaco, Cli- C
piaco ſuper Sequa . . . . tuero, Villerolo, Villare, Latiniaco, Maſſiaco, Niriaco, Lin-
corolas, Fericiaco, Clipiaco qui eſt ſuper ſequane, quarum loco ad Saponem fratribus ſolvendum conſtitui-
mus Campaniam, de qua ſicut & de prædicto Alnido.. ex . . . . lum Vlmicionem. Has qui-
dem ut neceſſitati ſervorum Dei ſufficere poſſit, ad redditionem hujuſmodi ordinavimus, ne forte occaſione
aliqua intercidente de his & ſupradictis villis ſervitus operum . . . . iaco in Cinno-
mannico dabuntur illis aut aucæ centum, aut de argento pro eis libra una ſolvetur: de lignis menſura quæ
midi appellantur, mille centum; de melle ſecundum conſuetudinem: de tibrillo carra du. . . . . . .
die de porris ulnæ viginti, aut de aliis herbis bonis, tantum quod hoc compenſare poſſit, ſeu de herbarum
pulveribus ad condienda legumina ſeſtarius unus: de frugibus autem arborum duæ partes de præfatis
villis . . . . operimenta verò tectorum in eorum officinis & earum reſtauratio dictan-
te neceſſitate, ſicut à longo tempore conſuetudo fuit, de jam dictis villis & Abbatia reliqua fiant. Ad D
veſtimenta etiam & calciamenta eorum . . . .
dixi villas, quarum vocabula ſunt Murnum (ut antiquitus vocabatur) nunc autem Cella ſancti Dio-
niſii, Toſoni-vallem, cum Flaviaco & omnibus appendiciis ſuis, excepto Temeriaco-curte, Cella ſancti
Martini . . . . ad ſe pertinentibus, Nucitum ſuperiorem cum appendiciis ſuis, Francorum-villam,
Maſlare, medietatem de Baliolo, Muſcellam, Bidolitum, Villarem, VVaſconem-villam cum integritate
ſua & omnibus appendiciis . . . . Villam-pictam cum integritate ac omnibus appen-
diciis ad eas pertinentibus, Majorem-villam cum integritate, in ipſo vico manſum unum ad vaccariam,
& alterum ad fratrum infirmorum neceſſitates, necnon ma . . . . ſimiliter & manſos ſeu
vineas, quas Franci homines in Belna ad uſus fratrum delegaverunt, & manſos in Vanicolas, quos
Aglardus per precariam habuit, & ſolitum cenſum de venna, quæ eſt ſuper fluvium Loch . . . . . .
riæ vallis, & manſa ſupra mare, quæ appellantur Mares, cum integritate: ſuper Sequanam verò Ca- E
pellam ſancti Audoeni, ad retia piſcatoria emendanda vel ordinanda, cum manſo uno in Bonogilo &
integr. . . . . quatuor, & in Bagaſino Gabareium cum integritate & appendiciis ſuis, quæ
conjacent in pago Conſtantino, ad capiendum craſſum piſcem: & de pago Pontiu cenſum de plateſiis &
anguillis Somnenſibus vel hanc . . . . & appendiciis ſuis vel mancipiis, ſive cum omnibus,
quæ per precarias aut per beneficia exinde homines retinent: ut poſt eorum quoque diſceſſum ad uſus fra-
trum revertantur fratribus ipſius congregationis. . . . . vel omnium neceſſitatum ſua-
rum indigentias: qualiter omnes ſervi Dei ibidem omni tempore degentes, abſque ulla penuria, vel aliqua
occaſione Abbatis omnipotenti Deo cum omni obſervatione regulari p. . . . . in omnibus
obſervatione, tam villæ ſupra memoratæ quàm redditus earum ad fratrum uſus perpetim cedantur: &
quicquid exinde pro oportunitate fratrum vel utilitate communi eis viſum fuerit, faciant . . . . . .
iter exoramus, ut quod ſalubri conſilio egimus, nihil ſubtrahere aut minuare faciant, aut aliquid de his F
villis ad uſus ſuos retorqueant, vel alicui in beneficium tribuant: ſed neque ſervitia ex eis exa . . . . .
es aut manſionaticos inde exigant abſque inevitabili neceſſitate, præter conſuetudinarias operationes ex
his villis, ſicut hic ſubjungemus, id eſt de Murno in inſula arpennos quatuor, in vineis ad monaſte . .
. . . . nte Alvernis perticam unam, de prataria, in inſula arpennos duos, in ponte Alver-
nis perticam unam, ad monaſterium de Tunino perticas duas, & in mundando Crodaldo ut
ſupra, de Toſonis-valle ad monaſterium . . . . monaſterium
de Tunino perticam unam, de Sichadi-curte in ponte Alvernis dimidiam perticam, de Britnivalle in
ipſo ponte perticam unam, de Trimlido in inſula arpennos quatuor, in Brogilo ſimiliter, in Gajaco a..
. . . . infra monaſterium in ponte perticas quinque; in mundatione Crodaldi ut
ſupra, & ad Abbatis cellarium per vindemias de circulis carra decem, & dum colliguntur vindemiæ

A *carpentarios duos & manoperarios octo . . . . arpennos quinque in vinea arpennos quatuor, ad Vlmicionem perticas quinque, de Tunico ad Tricinam in ponte perticam unam, in ponte Pariſius perticam* I. *de omnibus . . . . ſiquidem quæ in ſpeciales uſus fratrum ceduntur, quod . . . . ſtituimus, ex quo nil cuiquam Abbatum licebit umquam ſubtrahere: augere verò qui forte voluerit, multiplicatis ad uſus eorum opibus, multiplicentur & ſervitii divini cultores . . . . neceſſaria devotione ob Dei amorem & iſtorum ſanctorum honorem ac animarum ſalvationem egimus, inviolabiliter perpetim obſervare procurent. Et ſi aliter (quod abſit) iniqua ſæculi cupiditate ſe . . . . ejus in conſpectu ſanctæ & intemeratæ ac ſemper Virginis genetricis ejuſdem Dei omnipotentis, omniumque virtutum, cæleſtium ſanctique Apoſtolorum Principis ſeu iſtorum glorioſiſſim . . . .*
B *. . . . . . piſci. Actum in monaſterio ſancti Apoſtolorum Principis excellentiſſimorumque martyrum Dionyſii Ruſtici & Eleutherii. Anno* XVIIII *Hludovvici sereniſſimi Imperatoris, Indictione* X. *Data* XI *Kal. Februar. in Dei nomine feliciter.*

† ALDRICUS *Archiepiſcopus* †.
† EBO *indignus Remenſis Archiepiſcopus* †.
† OTGARIUS *Archiepiſcopus*. †
† DROGO *Epiſcopus ſubſcripſi.*
WITGARIUS *peccator ſanctæ Taurinenſis eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*
ERCHANRADUS *indignus Pariſiacenſis eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*
JONAS *indignus Aurelianenſis eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*
HERIBALDUS *indignus Epiſcopus ſubſcripſi.*
TRACTARIUS *Epiſcopus ſubſcripſi.*

C

NOTATIO.

DOLENDUM ſanè, quòd autographum, ex quo hæc eruimus, mutilatum fuerit: ſed tamen ex ejus reliquiis aliqua diſcimus ſcitu aut obſervatu non indigna. Unum eſt, eccleſiam S. Dionyſii ab Hilduino hîc (itidemque à Ludovico Pio in diplomate ſequenti, & à Carolo Calvo apud Dubletum pag. 799) vocari eccleſiam S. Petri: ſive quòd princeps eccleſia non ſolùm B. Dionyſio, ſed etiam S. Petro ſacra erat: ſive quòd una ex monaſterii eccleſiis, nimirum quæ S. Pauli eccleſiæ vicina, S. Petrum patronum ac titularem habebat: D quam poſtea Adam Abbas Canonicis S. Pauli attribuit, ut ſuo loco videbimus. Deinde obſervandum hîc fieri mentionem privilegii, quod Landricus Pariſiorum Epiſcopus eidem cœnobio indulſit. Tertio etiam mentionem in eo fieri confirmationis ejuſdem privilegii per Chlodoveum juniorem, cujus diploma dicitur *roboratum manibus Sanctorum qui uſque hodie*, inquit Hilduinus, *miraculis coruſcant*. quod advertere licet in hujus diplomatis ſpecimine in æs ſuperius inciſo in tabella XVII. Hîc verò multæ deſunt Epiſcoporum ſubſcriptiones in mutilo authentico Hilduini, itidem in æs inciſo in tabella LII. Hilduini præmiſſas litteras confirmavit Ludovicus Auguſtus diplomate ſuperiùs edito ad tabellam XXVI ſpeciminum; itemque Patres Synodi Sueſſionenſis in charta, cujus ſpecimen habes in tabella LV.

LXXVI.

Ludovici Pii Præceptum, quo Mintriacus in pago Pariſienſi, Hilduino Abbati Dionyſiano conceditur.

Ex autographo.

Anno 833.

IN *nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti* HLUDOVVICUS *divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Sollicitudine imperiali & chriſtianæ religionis ardore ac cultûs divini ſtudio*
E *permonemur pro venerabilium locorum cogitare augmento & manſuro ſtabilemento: quoniam ſpiritualium præmiorum eſt munificentia, cùm Dei in eccleſia piis & locis reverendiſſimis à nobis Chriſto auſpice poteſtate commiſſa largitate promptiſſima feſtinatur concurrere: præſertim cùm nihil credamus minus ab reipublicæ jure, quotiens donis imperialibus aliquid ſanctis Domini (quorum virtute poſt dominicam pietatem mater terra videtur contineri, & orbis univerſus miſericorditer regi; humana quoque fragilitas ſublevari, & noſtrum Deo favente imperium gubernari) manu locupleti, ut imperialem condecet majeſtatem, fuerimus largiti, ejus præcipuè providentia illique potius alacri animo & devotione debita conferentes, qui Sanctus ſanctorum communem captivitatem noſtram redemit, & eos ſanctificatos gratia coronavit; atque noſtrum ipſo auctore regnum, ſi juſſis inſiſtamus operibus, ad perpetuum promiſit ſecundum potentiam ſuam transferre imperium. Tanto enim plus Regis amplitudini res propenſiori incremento proficiunt, quanto ex eis ſtudio pietatis locis venerabilibus fuerit commodatum: quia ideo credita Domino miſerante ſuſcepimus, ut*
F *optima diſpenſatione ejus omnipotentiæ non dubitentur reſtitui, & nos pro conlatis poſſimus fiduciam adipiſci in ſæculis ſupervenientibus præmia æterna tenendi. A paterna equidem prævaricatione notum eſt humanum genus corporeæ mortis ultione multari. Quapropter qui certus eſt quandoque venturus terminus & incertus formidatur eventus, in hujus ærumnoſæ cæcitatis ignorantia redimendum eſt tempus multis largitionibus: placandus eſt Dominus noſtris oblationibus, & ſancti ejus conciliandi ſunt nobis devotis donationibus. quippe quoniam etſi ſæpius beneficia ſæcularibus impenſa negotiis digna minimis viciſſitudine defraudantur, nullus pro certo eſt qui dubitet, quòd ea quæ ſuperno intuitu peraguntur, æternæ vitæ remuneratione rependantur; etiam & apud ſæculum imperatoriæ religio elatis laudibus nullatenus deficit, cum Dei Eccleſia augmentationibus pro Chriſti amore novorum operum ac donis uberrimis proficit. Idcirco notum eſſe volumus omnibus ſanctæ eccleſiæ Dei fidelibus ac noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, quia vir venerabilis* HILDUINUS *Abba religioſus monaſterii ſancti Apoſtolorum Principis, excellentiſſimorumque*

Chriſti martyrum Dionyſii , Ruſtici & Elutherii ſpecialium protectorum noſtrorum , eccleſiam ante pedes A
eorumdem beatiſſimorum martyrum , ad laudem Dei ac Domini & redemptoris noſtri Ieſu-Chriſti , in ho-
nore ſanctæ & inviolatæ ſemper Virginis cæli totiuſque mundi Reginæ , glorioſiſſimæ genitricis ejuſdem
Domini omnipotentis Mariæ , ac ſancti Præcurſoris Chriſti , atque ſanctorum Apoſtolorum, Martyrum quo-
que & Confeſſorum , Virginum , omniumque Domini electorum divino reſpectu & ſupernorum civium ve-
neratione pro noſtra, conjugis, etiam prolis, ac ſalute ſua perpetua ædificavit ; in qua auxiliante Domino
ſuoque laudabili ſtudio laborante permulta & pretioſiſſima Sanctorum pignora collocavit, ad quam eccle-
ſiam gratia Salvatoris noſtri inſpirante pleniſſima deliberatione partem villæ quæ Mintriacus dicitur,
ſicut FREDEBALDUS *quondam eam per noſtrum beneficium habuit , ſive in eadem ipſa villa , ſeu alibi*
ad jam dictam portionem quæque pertinentia fuerint , tam mancipia , quàm cuncta quæ eidem adtinere
legitimè dignoſci valuerint, cum omni integritate per hoc auguſtæ auctoritatis noſtræ præceptum Ieſu-Chri-
ſto triumphatori noſtro atque genetrici ipſius Domini Dei æterni , ſancto denique Petro clavigeri ac ſanctis B
præcioſiſſimiſque Chriſti martyribus Dioniſio Ruſtico & Elutherio , necnon omnibus ſanctis Dei, quorum in
eodem ſacratiſſimo templo patrocinia tenentur cum honore recondita , pro præſenti & perpetua noſtra ſa-
lute , conjugis atque prolis , ſive imperii ſtatu tradidi præſentaliter in poſſeſſionem æternam , excepto ea
quæ ad præfatam domum reverendiſſimam de rebus ipſius matris eccleſiæ unà cum privilegio jam dicti
venerabilis viri Hilduini noſtris oraculis confirmare ſtuduimus : qualiter ex iſta proprietatis noſtræ datione
& rebus (ut prædiximus) confirmatis ſecundum ordinationem , quam idem vir Domini conſenſu noſtro
in ſua confirmatione diſpoſuerat, pleniter videatur adimpleri , ad luminaria ſcilicet exinde ibi provi-
denda , & ornatum in ea congruum & dignum procurandum , vel quicquid in reparatione & emenda-
tione ſui neceſſarium fuerit peragendum : & ut in feſtivitatibus , Purificatione videlicet ſanctæ Mariæ , ac
die martyrii beatiſſimorum Petri & Pauli , & pro honore omnium Apoſtolorum & ſolemnitate glorioſiſſi-
mi Chriſti martyris Sebaſtiani , atque in anniverſario noſtro , & dilectæ conjugis noſtræ JUDITH , *quando* C
hoc Deus voluerit , ex jam dictis rebus monachi ipſius ſancti cœnobii in amore Dei omnipotentis & honore
Sanctorum ac noſtra memoria refectionem habeant , ſemotis ſolatiis caritatis , quæ de rebus eccle-
ſiæ in ſolemnitatibus deputatis ad hoc noſtra auctoritate confirmatis habebunt. Et in iiſdem diebus juxta
poſſibilitatem ex his pauperum refectio fiat : quatenus ſicuti pro prædeceſſoribus noſtris Regibus fratres illius
congregationis privatorum beneficiorum commoditate ſpeciales orationes more laudabili & cotidiano cele-
brare ſunt ſoliti : ſic pro hac noſtra ſpeciali benedictione , dum in corpore vivimus , ſalutem ; & poſt obitum
æternam nobis benedictionem precibus ſatagant impetrare. Decernimus etiam per poteſtatem Regis regum,
qui nobis , quantam voluit , poteſtatem miſericorditer contulit , in cujus manu corda ſunt Regum , per in-
terminationem & obteſtationem ejus futuri judicii , nulli licere ſucceſſorum noſtrorum aut monaſterii ipſius
Rectorum , vel alii cuilibet magnæ vel parvæ perſonæ , hæc quæ à nobis pia intentione tradita decreta &
promulgata ſunt , in quoquam convellere , aut res ipſas in beneficium dare , vel ubi & ubi diſtrahere , D
ſive penſiones aut exenia vel exactiones , redditus quoque ſeu functiones earum in ſuos ſuorumque uſus
necnon quocumque ingenio calliditate vel arte aliqua atque occaſione in quamlibet aliam partem , niſi
(ut præfati ſumus) in utilitate ipſius ſanctæ eccleſiæ & elemoſinæ noſtræ augmento diſpendere , & ſicut ſæpe
ſcripti fidelis noſtri obſequio rationabili provideri annuimus : ſed ſub ſpecialis cuſtodis , qui fidelis , reli-
gioſus , & regularis eidem divino domicilio ſemper Abbatis & fratrum electione deputabitur, diſpenſatione
& ordinatione hæc donatio noſtra ſollerti ſollicitudine procurata pro deſtinatis & debitis æternæ retributio-
nis obtentu fideliter conferatur. Succeſſores nihilo minus noſtros obnixè depoſcimus , ut ſicuti ea quæ ipſi pro
ſua ſalute ſtatuerint , à ſuis deceſſoribus voluerint obſervari : ita hanc conſtitutionem noſtram , quam pro
proſperitate noſtra , conjugis & prolis , & ſtatu imperii confirmamus ; firma ſtabilitate inconvulſam ma-
nere , & fine tenus perpetuis temporibus inviolatam conſervare procurent. Ut verò pleniorem obtineat
firmitatis vigorem , eam manu noſtra ſubter firmavimus , & de anulo noſtro ſigillare juſſimus. E

Signum HLUDOVVICI *ſereniſſimi Imperatoris.*

HIRMINMARIS *Notarius ad vicem* THEOTONIS *recognovi & ſubſcripſi.*

Data decimo-tertio Kalendas Februarii anno Chriſto propitio decimo-nono imperii Domni Hludovici piiſſimi Auguſti , Indictione XI. *Actum* VERN *palatio regio in Dei nomine feliciter amen.*

NOTATIO.

HÆC donatio facta eſt à Ludovico Auguſto in gratiam oratorii beatæ Mariæ , quod Hilduinus *ante pedes* beatorum Martyrum ædificaverat , nimirum in crypta ſubterranea , ubi etiam nunc oratorium iſtud viſitur. De Mintriaco , *Mitry* , mentio eſt in libello de tranſlatione S. Viti num. 16. in Sæculi IV Benedictini parte I pag. 533. F

LXXVII.

Ex ſchedis V. Cl. Antonii Herovallii.

Anno 835.

Ludovici Pii Præceptum , quo villas quaſdam cœnobio Floriacenſi reſtituit.

IN *nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri* JESU-CHRISTI , HLUDOVICUS *divina* REPROPITIANTE *gratia Imperator Auguſtus. Cùm petitionibus ſervorum Dei , quas auribus clementiæ noſtræ, compellente eos qualibet neceſſitate , inſinuare ſtuduerunt , favorem Imperialis excellentiæ ejus amore , cujus militiæ jugiter deſervire noſcuntur , accommodare curamus ; illius procul dubio miſericordiam conci-*

A *liari credimus, cujus honore & amore id efficere procuramus. Igitur notum eſſe volumus omnibus fidelibus*
ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtriſque, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter BOSO *venerabilis Abbas monaſterii*
ſancti Benedicti, quòd eſt conſtructum in pago Aurelianenſi, unà cum congregatione ſibi commiſſa noſtræ
innotuit celſitudini, eo quod avus noſter bonæ memoriæ PIPPINUS *Rex, de ſalute animæ ſuæ ac fratris*
ſui KAROLOMANNI *cogitans, & de abolendis amborum peccatis beataque ac perpetuæ vitæ præmiis con-*
*ſequendis, quamdam villam juris ſui, quæ dicitur Suncantus *, cum appendiciis & villis, ac terminis* * Sonchant.
ad ſe pertinentibus, memorato monaſterio S. Benedicti per auctoritatis ſuæ præceptum delegaſſet: eoque
tunc divina vocatione rebus humanis exempto, quidam Vaſallus ipſius, nomine GISLEHARUS, *qui me-*
moratam villam jure beneficiario poſſederat, poſtquam legitima traditio atque veſtitura de eadem villa
cum omnibus ad ſe pertinentibus vel aſpicientibus ad partem antedicti monaſterii S. Benedicti facta fue-
rat, quaſdam villulas ad memoratam villam aſpicientes vel pertinentes, quarum vocabula ſunt Mar-
B *rulſi-villa, Sigivi-villa, Hadrebledi-villa, & Numeri-villa, Catheniſ-villa, & Frodonis-villa, jure*
beneficiario ad habendum uſurpaſſet, atque injuſtè occupaſſet: & ſic procedente tempore de jure ſæpe dicti
monaſterii elapſas eſſe. Sed cum ad hanc cauſam diligentius inveſtigandam, nobiſque renuntiandam Miſ-
ſos noſtros, JONAM *videlicet Aurelianenſem venerabilem Epiſcopum, &* HUGONEM *illuſtrem Comi-*
tem deſtinaſſemus, & tam ex eorum relatione, quàmque & ex memorati avi noſtri præcepti lectione luce
clarius nobis pateſceret, memoratas villas de jure ſæpedicti monaſterii injuſtè abſtractas fuiſſe; placuit no-
bis pro remedio animæ noſtræ, eas cum omnibus rebus ad ſe pertinentibus, eidem reddere monaſterio. Sed
ut in poſterum noſtræ majeſtatis redditio ſtabilis haberetur, hanc noſtram auctoritatem circa præfatum mo-
naſterium S. Benedicti & Rectores atque monachos illic per tempora labentia degentes fieri decrevimus,
per quam præcipimus atque jubemus, ut memoratæ villæ cum omni integritate in Rectorum ejuſdem mo-
naſterii poteſtate & gubernatione conſiſtant, neque à quolibet fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque
C *ab ejuſdem monaſterii ditione atque poteſtate divellantur atque ſubtrahantur: ſed uſibus illuc monacho-*
rum Domino militantium abſque cujuſlibet contrarietate deſerviant: quatenus fratres in Domini noſtri Ie-
ſu-Chriſti militia illuc conſiſtentes, pro nobis, conjuge ac prole noſtra & ſtabilitate totius Imperii à Deo, nobis
commiſſi, libentius ac devotius ejus miſericordiam exorare delectet. Et ut hæc noſtræ redditionis atque con-
firmationis auctoritas noſtris futuriſque temporibus, Domino protegente, valeat inconvulſa manere, de anu-
lo noſtro ſubter eam juſſimus ſigillare.

Data IX *Kal. Sept. anno Chriſto propicio* XXII *imperii Domni Hludovici piiſſimi Auguſti, Indict.*
XIII. *Actum Cuſiaco palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.*

LXXVIII.

D Pippini Aquitanorum Regis diploma, quo omnia monaſterii Malaſti jura & bona confirmat.

Ex autographo Montis-olivi.

Anno 835.

PIPPINUS *ordinante divinæ majeſtatis gratia Aquitanorum Rex. Cùm petitionibus ſervorum Dei*
juſtis & rationabilibus divini cultus amore favemus, ſuperna nos gratia muniri non dubitamus.
Proinde noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quàm & futurorum ſagacitas, quia vir
venerabilis VILIAFREDUS *ex monaſterio quod nuncupatur Malaſte, quod eſt ſitum in territorio Carcaſſen-*
ſe ſuper fluvium Duranum, conſtructum in honore ſancti Iohannis Baptiſtæ, petiit ſublimitati noſtræ
annuente OLIBA *Comite, quamdam villam Magnianacus, qui eſt ſitus in pago Toloſano ſuper fluvium*
Fiſcavum, unà cum terminis & adjacentiis ſuis, ſicut terminatum eſt à GODOILDO *Miſſo* VUILELMO
Comite per hanc noſtram præceptionem ſupraſcripto monaſterio in honore ſanctæ Iohannis Babtiſtæ. Cujus
E *precibus ob amorem Dei & reverentiam divini cultus libenter aurem accommodare placuit. Propterea*
præſentem auctoritatem per hos regales apices eodem loco quo nobis poſtulatum eſt, qui vocatur Malaſte,
ſupraſcriptum villarem, ſitum in pago Toloſano ſuper fluvium Fiſcavum, ob petitionem præfati Viliafredi
Abbatis, necnon Olibæ Comitis, precumque ſuarum inæſtimabilem functionem liberaliter confirmamus,
cum omnibus videlicet quæ ad juſdem villaris integritatem pertinere noſcuntur, tam in ædificiis, quàm
in agris, necnon in cunctis adjacentiis jure ipſius villaris mancipatis, eo ſcilicet ordine, ut deinceps eum-
dem villarem, quem prædicto monaſterio Malaſtæ noſtra delegavit pietatis ſerenitas, tum omnibus ſuis
adjacentiis pro animæ noſtræ emolumentum in præfati ſancti loci poteſtatem transferatur atque confirmetur:
ita ut abhinc pars ipſius monaſterii, vel Rectores qui in ipſo loco per tempora fuerint, per hoc noſtræ con-
firmationis ſcriptum habeant, teneant, atque lege perpetua poſſideant, eiſdem ex rebus nullo umquam
tempore à quoquam querelam pati pertimeſcant: ſed ipſi ſancto loco ac Deo dilectæ congregationi proficiat
F *in augmentum. Reminiſcentes inſuper in his ſimilibus actis peccaminum noſtrorum pondus in alico mi-*
nuendo deficere, eaſdem res ſub noſtro mundeburdo ac tuitionis defenſione ſuſcipimus, præcipientes, at-
que per hos regales apices omnimodis decernentes, ut deinceps eaſdem res quocumque infra noſtra terra
nullus judex publicus aut aliquis ex judiciaria poteſtate infra eaſdem res ad cauſas audiendas, aut
manſionaticos exigendos, aut paratas aut pareveredos requirendos ullo umquam tempore ingredi audeat;
ſed liceat eis ſub noſtro mundeburdo, vel immunitatis tuitione quietè vivere ac reſidere. Et ut hæc noſtræ
confirmationis præceptioniſque merces à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris firmius credatur, diligen-
tiuſque conſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſubter eam juſſimus
ſignari.

Signum PIPPINI *glorioſiſſimi Regis.*

ISAAC *Clericus & Notarius ad vicem* DODONIS *recognovi & ſubſcripſi.*

Data Kal. Novembres anno XXII Domni Hludovici ſereniſſimi Auguſti, & XXI regni noſtri. Actum A in Teotuadum palatium noſtrum in Dei nomine feliciter. Amen.

Notatio.

Ex variis autographis cœnobii Montis-olivi, nobis communicatis, unum hoc Pippini Regis diploma hîc exhibemus, cujus ſpecimen ſuperiùs exſtat. In primis legimus litteras Ligoberti ejus loci Abbatis de vinea quadam in præſtariam conceſſa *anno quarto regnante Karlo Imperatore*, id eſt anno DCCC IV. tum Notitiam judicati inter Rainulfum Abbatem & Atonem quemdam de terminis villæ Ranesindi & Magnianaci, præſente *Odone Comite Toloſæ civitatis, anno primo regnante Carulo Rege*, ſeu anno DCCC XL. Tertiò legimus diploma ejuſdem Caroli Calvi, ſuperiores Pippini litteras confirmantis rogatu Richimiri Abbatis: quod diploma *Gilebertus Notarius ad vicem Hludovici recognovit.* Datum III *Kal. Auguſti anno* XV. *Indict.* II, *regnante Karolo glorioſiſſimo Rege, actum Germiniaco palatio.* B

LXXIX.

Ex autographo.

Frotharii Tullenſis Epiſcopi charta pro reſtitutione monachorum in cœnobio S. Apri, in ſuburbio Tullenſi.

Circ. an. 836.

✝ Omnibus hortodoxis ſacro-ſanctæ Dei Eccleſiæ gubernatoribus, & omnibus veræ religionis veræque fidei cultoribus, præſentibus atque futuris, Frotharius miſericordia Dei Leuchorum urbis Epiſcopus. Perſpicuè cognoſcimus & certa lege tenemus, quòd pro cunctis bonæ actionis ſtudiis & ſpiritalibus animarum curis corona nobis & merces à Deo præparetur in cælis. Vnde ſicut cœpta juſtorum bona à nobis C ſunt cotidie ſolidanda atque fovenda, ita & amiſſa ſollerter corrigenda, & ad ſtatum rectitudinis ſollicitudine pervigili revocanda: præſertim cùm nobis divina providentia cuſtodiam animarum & regimen contulerit eccleſiarum, quibus oves ſuas alimentis vitalibus paſcere perdita requirendo, abjecta reducendo, & quæ vigent diligenter educando præcepit. Hæc ergo me conſiderante inter cetera ſollicitudinis meæ ſtudia occurrit animo, quòd in cellula ſuburbij noſtri, quæ meritis & ſepultura beati Apri effulget, monachos quondam regularibus diſciplinis effloruiſſe viderim: ſed hujuſmodi exercitia ob inertiam quorumdam Rectorum, & diminutionem rerum temporalium paulatim deficiendo, priſtinæ probitatis amiſerint ritum. quam religionem ſupernæ retributionis intuitu meis inibi cupiens recuperare diebus, præſentiæ Domni noſtri Hludovvici Cæſaris Auguſti rem retuli, & cum ejus auctoritate atque conſilio prædictum locum ad priſtinos uſus revocavi, monachos illic ſacræ religionis conſtituens, qui negotiis ſpiritalibus vacarent, & pro utilitate regni ejus, totiuſque ſanctæ Eccleſiæ ſtatu divinam inceſſanter clementiam exorarent. Verùm D ne eamdem regularem cuſtodiam ob inopiam terrenarum rerum umquam tepeſcere contingat, contigit ut priùs, confirmamus eorum uſibus villas, quæ actenus eis utcumque deſervierunt, id eſt vicum S. Apri cum omnibus quæ ad eum pertinent, vineis, terris, pratis, ſilvis, farinarijs, & ſervitoribus: ſed & apenditiæ ejus, id eſt Camiacum cum omni integritate ſua, Auronis-manſum cum omni integritate, vinearum ſcilicet, paſcuarum, agrorum & ſilvarum, necminùs & vineas Alnodi ex ejuſdem beneficio, in monte, qui Bar dicitur, conſtitutas. Vineas quoque quaſdam in Briviriaco, manſum etiam in Saponariis, & manſum in Gavalongis, farinarium in Naſio. Sed & manſum ſancti Maximini cum ſorte ejus quod ante fores monaſterij conſiſtit, quod & ad eamdem portam concedimus. Item villulam quæ dicitur Vitiliagus, item Villenas ex integro, itemque Alanum cum omnibus appendicijs ſuis, excepta cappella quæ eſt in Columbario, & cum omnibus ſervitoribus, exceptis miniſterijs quorumdam, qui pro terris quibus utuntur, eidem monaſterio deſerviunt: pro ratione verò ſui capitis noſtris uſibus miniſteria impendunt. E Sic & Salſurias cum omni ſuo appendicio, excepto quorumdam miniſterio, qui ſimili condicione tenentur. His quoque addimus villam Stephani, excepta baſilica ejuſdem, quam villam pro commutatione alterius villæ ad eamdem cellam reſpicientis, quæ dicitur Boniriacus, illic reſtituimus. Addimus quoque Siglinicurtem præter Grimaldi vicinium, & præter baſilicam in Crepiaco. Adnectimus Siccumvidum præter cappellam, Mannonis curtem ex integro, Stadonis, Bladenaco, & Maſellos; quidquid etiam in fine Orchadenſi de parte S. Apri habetur. Martiniacum quoque poſt diſceſſum ejus, à quo per precariam tenetur. Sed & manſum in Bauniaco ex toto, quem Silveſter per precariam tenet. Nihilominus duo manſa in Mediano-vico, ubi ſalinæ eorum uſibus fiant, quæ & eis Chriſtophora quondam dedit. Statuimus denique ut ex cunctis villis reliquis beati Apri, excepta Babani-villa, medietas decimæ frugum vel animalium ad portam monaſterij detur. Ex Briviriaco verò tam de dominicis vineis, quàm & de beneficialibus omnibus decimæ monaſterio ex integro dentur. Ex beneficijs autem clauſura & ædificia tectorum juxta facultatem ſui circa monaſterium conſtruantur. F Damus quoque illis in villa quæ dicitur Petra, ex piſcatoria noſtra unaquaque ebdomada duas noctes. Hæc quidem illis concedimus, & quidquid eidem templo vel eiſdem fratribus pro qualibet re oblatum fuerit, eorum uſibus deputamus. Conſtituimus verò pro his dona nobis per ſingulos annos in feſtivitate beati Apri exhiberi, id eſt convivium ibidem peragendum, equum pretij ſolidorum triginta, aut pro equo triginta ſolidos, clypeum quoque & lanceam, ſed & coria duo, totidemq; cilicia; necnon & tempore militiæ angariam, quæ tamen noſtris ſtipendijs honeretur; & ſi boves reduci potuerint, monaſterio reſtituantur. Nam & de rebus villarum adhuc augere illic volumus, cùm occaſio ſe apta præbuerit. Præterea decernimus, ut eidem cœnobio Abba præficiatur, qui ſecundum Regulam beati Benedicti præeſſe & prodeſſe utiliter queat. Quotiens autem quilibet Abbatum ab hac luce ibidem migraverit, electio ſucceſſoris ejus ex eadem congregatione ab Epiſcopo fiat. Sin verò inter eos electio digna effici nequiverit, ex alia qualibet congregatione idoneus Abba expetatur. Iubemus igitur, & univerſo

coetu

A *coetu venerabilium Pontificum annuente præcipimus, ac ſub invocatione divini nominis conteſtamur unum-*
quemque Anteſtitum ſucceſſorum noſtrorum, ne umquam de hac præſcripta facultate fratrum, quam illis
per hoc teſtamentum conceſſimus, immo reddidimus, vel adhuc reddituri ſumus, ſubtrahere quidquam vel
diminuere præſumat; neque ipſam aliquando congregationem exordinare, vel injuſtè perturbare audeat: ſed
quotiens ei venire (placuerit,) cauſa caritatis & piæ ſollicitudinis veniat: & ſi qua inter eos ordinanda vel
corrigenda ſunt, clementer ac ſecundum Deum ordinare vel corrigere ſtudeat. Itemque unicuique Abbatum
eidem congregationi præficiendorum omnimodis interdicimus, & ſub conteſtatione divinæ invocationis pro-
hibemus, ne prædictam cellam quolibet ingenio aut machinatione vel per ſe, vel per ullam objectam per-
ſonam ab Epiſcopii poteſtate ſubtrahere vel ſubmovere moliatur: ſed ſalva libertate monaſticæ religionis
urbi Leuchorum abſque ulla contradictione ſemper maneat ſubjecta adque conjuncta. Cauſam autem utriuſ-
que condicionis poſt Deum unicuique Regi qui huic regno præfuerit, corrigendam committimus, ſi vel præ-
B *dictæ urbis Antiſtis horum quippiam ſubtrahere voluerit, aut prædicti cœnobii Abba adverſus dominatio-*
nem Antiſtitis aliquid machinari temptaverit. Si quis tamen eorum iniqua cupiditate perſuaſus, hanc or-
dinacionem noſtram, pro amore Dei & retributione cæleſti à nobis conſtitutam, infringere aut violare tem-
ptaverit, iram Dei omnipotentis incurrat, & pœnam ſempiternæ damnationis irremediabiliter perſolvat,
nec ſit illi pars cum Deo in retribucione juſtorum: ſed habeat partem cum principe tenebrarum in participa-
tione iniquorum, feratque judicium divinæ ultionis, transfixus anathemate perpetuæ maledictionis. Im-
precationem autem anathematis hujus, quam auctoritate canonica & apoſtolica proferimus, omnino con-
ſequetur, qui hujus privilegii violator exſtiterit: quam etiam abſque noſtra inprecatione conſequeretur,
ſententiis divinis pro crimine ſuæ cupiditatis undique perculſus. Unde cupimus illum ſemper meliora eligere,
ne pereat dampnatus: ſed in æternum potius exultet pro proemio bonæ actionis cæleſti prorſus recompenſatio-
ne donatus. Privilegium verò iſtud à ſingulis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris, quin etiam & à Regibus re-
C *novari poſcimus, ut ejus integritas à nullo violari queat, ſed ab omnibus munita & roborata indiſſolubi-*
lis jugiter & fixa permaneat.

† *Ego* FROTHARIUS *Epiſcopus hoc privilegium à me ordinatum relegi & ſubſcripſi, Canonicíſque no-*
ſtris conſentientibus ſubſcribendum tradidi.

† *Ego* LEU[illegible]MUNDUS *Primicerius ſubſc.* † *Ego* BERHARDUS *Presbyter ſubſc.* † *Ego* GAUTSA-
RIUS *Presbyter ſacræ eccleſiæ cuſtos ſubſc.* † *Ego* ARENGAUDUS *Presbyter & Bibliothecarius ſubſ.* † *Ego*
JOEL *Presbyter ſubſ.* † *Ego* VVINIBERTUS *Presbyter ſubſ.* † *Ego* NIVULFUS *Presbyter ſubſ.* † *Ego*
HISINDEUS *Presbyter ſubſ.* † *Ego* EVERARDUS *Presbyter ſubſ.* † *Ego* ELMENUS *Presbyter ſubſ.* † *Ego*
VVINERAMNUS *Presbyter ſubſ.* † *Ego* OFTERIDUS *Presbyter ſubſ.* † *Ego* RODRAUS *Presbyter ſubſ.*
Ego VVALTBERTUS *Presbyter ſubſ.* † HERIPATO *Presbyter ſubſ.* † *Ego* PIUS *Presbyter ſubſ.* † *Ego*
HERIBERTUS *Levita ſubſ.* † *Ego* ERMENTRAMNUS *Levita ſubſ.* † *Ego* LEUDOENUS *Diaconus ſubſ.*
D † *Ego* CUSTARDUS *Diaconus ſubſ.* † *Ego* GENTSARIUS *Diaconus ſubſ.* † *Ego* BARNEFREDUS *Dia-*
conus ſubſ. † *Ego* BERALDUS *Diaconus ſubſ.* † *Ego* ACHIRIUS *Notarius Subdiaconus ſubſ.* † *Ego*
BERN[illegible]IUS *Diaconus ſubſ.* † *Ego* RATBERTUS *Diaconus ſubſ.*

NOTATIO.

OMNES ſubſcriptiones diverſa manu. Frotharius majuſculis litteris, Notariuſque ſubſcribunt ſine ſigillo. Inter Frotharium & Presbyteros ſpatium eſt vacuum, itemque inter Presbyteros & Diaconos. Tota charta ſcripta eſt elegantiſſimo charactere, ut aliæ eccleſiaſticæ. Quid ſit Angaria, inferiùs explicat diploma Caroli Craſſi. De cœnobio S. Apri vide ejuſdem Frotharii epiſtolas XII, XIV, XIX, & XX.

LXXX.

E Ludovici Pii Præceptum pro commutatione quorumdam prædiorum inter Hilduinum Abbatem Dionyſianum & Ermentrudem Abbatiſſam Jotrenſem.

Ex autographo.

Anno 839.

IN *nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti.* HLUDOVVICUS *divina* REPROPICIANTE
clementia Imperator Auguſtus. Si enim ea quæ fideles imperii noſtri pro eorum oportunitatibus inter
ſe commutaverint, noſtris confirmamus edictis; imperialem exercemus conſuetudinem, & hoc in poſtmo-
dum jure firmiſſimo manſurum eſſe volumus. Idcirco noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſen-
tium quàm & futurorum induſtria, quia HILDUINUS *vir venerabilis, monaſterii ſancti Dioniſii Abba,*
nobis innotuit, eo quod cùm ERMENTRUDI *monaſterii ſanctæ Mariæ Ioderenſis Abbatiſſa pro ambarum*
partium oportunitate de quibuſdam rebus commutationem feciſſet. Dedit igitur noſtro permiſſu prædicta
F *Ermentrudis Abbatiſſa de rebus ſanctæ Mariæ ſibi commiſſis partibus monaſterii ſancti Dioniſii vel Hil-*
duini Abbatis in pago Meldenſi & in villa quæ vocatur Cuciacus curtiles II, *habentes inter ipſos cur-*
tiles & vineam plus minus bunuarium unum & arpennum unum; inter terram arabilem & pratum ac
concitos bunaria XI *& arpennum unum. Contrà in recompenſatione hujus meriti dedit jam dictus vir*
venerabilis Hilduinus Abba ex rebus monaſterii ſui jam fati partibus ſanctæ Mariæ monaſterii Ioderen-
ſis ſeu Ermentrudis Abbatiſſæ in ipſo pago & in villa quæ dicitur Liniacus, de rebus ſancti Dioniſii cur-
tiles tres, habentes inter ipſos curtiles & vineam plus minus bunuarium unum & dimidium, inter
pratum & terram arabilem bunuaria XI, *& arpennum unum. Unde & duas commutationes pari te-*
nore conſcriptas, manibuſque bonorum hominum roboratas ſe præ manibus habere profeſſus eſt: ſed pro
integra firmitate petiit celſitudinem noſtram, ut eaſdem commutationes denuo per noſtræ manſuetudinis
præceptum plenius confirmare deberemus. Cujus petitioni denegare noluimus: ſed ſicut unicuique fidelium

noſtrorum juſtè & rationabiliter petentium, ita nos illis conceſſiſſe atque in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes ergo jubemus, ut quicquid pars juſtè & rationabiliter alteri contulit parti, deinceps per hanc noſtram auctoritatem teneat atque poſſideat, & faciat exinde jure eccleſiaſtico quicquid elegerit. Et ut hæc auctoritas commutationis firmior habeatur, & per futura tempora plenius conſervetur, de anulo noſtro eam ſubter juſſimus ſigillare. A

GLORIUS *Notarius ad vicem* HUGONIS *recognovi & ſubſcripſi.*

Actum Attiniaco palatio regio anno XXVI *imperii Domni noſtri Hludovvici piiſſimi Imperatoris. Datum* X *Kal. Februar. Indictione* II. *in Dei nomine feliciter. Amen.*

NOTATIO.

HILDUINUS ergo tum redierat in gratiam cum Imperatore. Nota initio hujus diplomatis, & in LXXVII vocem *repropitiante*, de qua diximus in libri ſecundi capite III. Omittimus hîc varia ejuſdem Ludovici præcepta pro diverſis commutationibus ab Hilduino Abbate factis: unum cum quodam Garamanno de quibuſdam mancipiis, à Durando recognitum *ad vicem Heliſachar, anno* VI *imperii Domni Hludovvici*, XII *apud Aquiſgranum.* Similiter omittimus aliud ejuſdem Imperatoris præceptum pro alia commutatione inter Hilduinum & quemdam Hairradum, de nonnullis prædiis Bagernæ in pago Camliacenſi, recognitum à Durando Diacono ad vicem Fridugiſi, *datum* XI *Kal. Novemb. anno* VII *imperii Domni Hludovvici: actum Silviaco palatio regio.* Paullo antè, id eſt V *Kal. Octobris*, eodem anno, idem Durandus recognovit aliud præceptum de commutatione quarumdam rerum facta cum Theodoario, qui res ſuas apud Maſciacum in pago Meldico ceſſit Hilduino pro iis, quæ Dionyſiani cœnobii erant apud Creſſum in Pariſiaco. Anno VIII imperii, & quidem VIII Id. Novemb. idem Hludovvicus, Hilduini rogatu diploma dedit apud Theodonis-villam pro commutatione à Richorone facta de quibuſdam prædiis Lincono-villæ in pago Vilcaſſino, recognoſcente Hirminmari ad vicem Fridugiſi. Ad hæc omittimus aliud diploma ipſius Ludovici, ac Lotharii pro commutatione facta cum Lantfredo de quibuſdam ejus rebus ſitis in pago Belvacenſi, in loco qui dicitur Hutdonis-curtis, pro aliis quas Hilduinus dedit in pago Pariſiaco & territorio Bidolenſi. *Adalulfus Diaconus recognovit ad vicem Fridugiſi* V *Kal. Martii, anno* XV *imperii Domni Hludovvici & Hlotharii* VI, *piiſſimis Auguſtis. Actum Aquiſgrani palatio regio.* Ejuſdem fere temporis eſt aliud diploma, ab eodem Durando recognitum, de commutatione prædiorum ſitorum apud Miſeriacum & Fontanedum villas agri Pariſienſis. In omnibus porro commutationibus factæ dicuntur chartæ duæ pariculæ, ut ſua utrique parti competeret. B C

LXXXI.

Ex autographo. **Caroli Calvi Præceptum, quo res quaſdam in pago Pariſienſi ſitas Herimanno Ludovici Abbatis Dionyſiani Vaſſallo concedit.**

Anno 839.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis KAROLUS *gratia Dei Rex. Regalis celſitudinis moris eſt fideles ſuos donis multiplicibus & honoribus ingentibus honorare atque ſublimare. Proinde morem parentum Regum videlicet prædeceſſorum noſtrorum ſequentes, libuit celſitudini noſtræ quemdam fidelem noſtrum*, HERIMANNUM *nomine, Vaſſalum ſcilicet* HLUDOVVICI *Abbatis, de quibuſdam rebus noſtræ proprietatis honorare, atque in ejus juris poteſtatem liberalitatis noſtræ gratiam conferre. Idcirco noverit experientia atque induſtria omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quàm & futurorum, quia concedimus eidem fideli noſtro Herimanno ad proprium quaſdam res juris noſtri ſitas in pago Pariſiacinſe, in villa quæ dicitur Buxidello, manſum unum cum omni integritate vel cum omnibus appendiciis, cum domibus, ædificiis, mancipiis, terris, vineis, paſcuis, adjacentiis, cultis & incultis, vel etiam quicquid ad ſupradicto manſo juſtè & legaliter pertinere videtur, prædicto fideli noſtro Herimanno ad proprium per hanc noſtræ auctoritatis conſcriptionem concedimus, & de noſtro jure in jus ac poteſtatem illius ſolemni donatione transferimus: ita videlicet, ut quicquid ab hodierna die & tempore exinde pro ſua utilitate atque commoditate jure proprietario facere decreverit, liberam & firmiſſimam in omnibus habeat poteſtatem faciendi quicquid voluerit, tam donandi, quàm vendendi, necnon etiam heredibus relinquendi. Et ut hæc noſtræ largitionis atque donationis auctoritas perpetuam obtineat firmitatem, manu propria ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione adfirmari juſſimus.* D E

Signum KAROLI *glorioſiſſimi Regis.*

JONAS *Notarius ad vicem* HLUDOVVICI *recognovi & ſubſcripſi.*

Dat. VIII *Id. Novemb. anno Chriſto propitio ſecundo regnante Karolo glorioſiſſimo Rege, Indictione ſecunda. Actum monaſterio ſancti Dionyſii in Dei nomine feliciter. Amen.*

NOTATIO. F

NISI hoc diploma autographum vidiſſemus, erratum irrepſiſſe putaremus in Indictionem, quæ *quarta* erat anno ſecundo Karoli Calvi, juxta receptum calculum. At dicendum videtur, annos regni ejus aliquando numeratos ab anno DCCCXXXVIII, vivente patre; quo anno Ludovicus Auguſtus, Imperii diviſione facta, *occiduam partem Carolo habendam reliquit*, ex ipſius vita. Sanè idem calculus accommodandus eſt alteri ejuſdem Karoli diplomati inferiùs referendo ad annum 854. quod diploma, uti & hoc quod præ manibus habemus, indubitatæ eſt auctoritatis.

A

LXXXII.

Caroli Calvi privilegium, quo eccleſiæ Nivernenſis inſtrumenta amiſſa renovat, & donationes confirmat.

Ex Chartario Nivernenſi.

Anno 841.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis KAROLUS *gratia Dei Rex. Si igitur congruis & opportunis negociis fidelium noſtrorum cum ſacris petitionibus pro commoditate rerum & exaltatione vel ſtabilitate regni, ſive & flagitationibus ſervorum Dei aurem celſitudinis noſtræ accommodare non differimus, & ea quæ pro utilitate ſanctæ Dei Eccleſiæ, ſive eorum neceſſitate nobis indixerint ad effectum uſque perducimus, ad honorem regni noſtri nobis à Deo collati pertinere non diffidimus, ac per hoc divinam majeſtatem noſtris exceſſibus propiciari manifeſtè credimus. Quocirca notum ſit omnium ſanctæ Dei* B *Eccleſiæ fidelium atque noſtrorum, tam præſentium, quàm futurorum magnitudini, qualiter vir venerabilis* HERIMANNUS, *Nevernenſis eccleſiæ Pontifex, celſitudinis noſtræ adiens clementiam, deprecatus eſt ſerenitatis noſtræ poteſtatem, ut præceptum auctoritatis, ſive electionis, vel immunitatis ei fieri juberemus regali celſitudine corroboratum, ſicut ſuis anteceſſoribus* HIERONYMO & JONÆ *Pontificibus inſignis proſapia noſtra fieri decrevit, videlicet avus noſter bonæ memoriæ invictiſſimus Auguſtus & æquivocus, necnon & genitor noſter piiſſimus Imperator, germanuſque* PIPINUS *devotiſſimè fecerunt, per quod res memoratæ eccleſiæ firmiter in omnibus mundanis actionibus ac querelis quiete teneri ac defendi legaliter potuiſſent, quod in auctoritatibus prædeceſſorum noſtrorum continetur. Deprecatus eſt etiam noſtram clementiam ſuper hoc, quia memorata eccleſia tempore rebellionis exſpoliata fuiſſet rebus & mancipiis, & plenè nec ad Dei ſervitium peragendum amminiculari, nec clericis ibidem Deo ſervientibus ſubſidia præbere potuiſſent. Inſuper partim caſu, partim incuria, ſive incendii raptu, ſive negligentiæ incultu, ſtrumenta cartarum per quæ res vel mancipia eidem ſanctæ Dei eccleſiæ collata fuerant, ea tempeſtate perierunt in eadem urbe.* C *Pro quo nos ſancimus, ſicut avus & genitor decreverunt in ſuis auctoritatibus, ut per hanc noſtram firmitatis gratiam ita defendi, ac teneri res memoratæ eccleſiæ poſſent, quaſi ipſa ſtrumenta præſentialiter adeſſent. Poſtea domnus & avus æquivocus noſter, ſicut in auctoritate genitoris noſtri continetur, ad petitionem Hieronymi, quondam ejuſdem civitatis Epiſcopi, pro commercio animæ ſuæ ac remuneratione ipſius ſancti loci ejuſdem eccleſiæ, ex ipſis rebus propriis villas & cellulas reddidit cum mancipiis vel aliis facultatibus, quæ dudum abſtractæ fuerant, quibus & ipſe locus melius ſubſiſtere potuiſſet, & Dei ſervitium & ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus liberius ibidem peragi. Poſtmodum domnus & genitor noſter* LUDOVICUS *invictiſſimus Auguſtus, necnon & Pipinus germanus noſter, auctoritatem glorioſi avi noſtri* KAROLI *cum ſumma voluntate confirmaverunt, & ibi ea quæ reddidit, libenti animo conceſſerunt, & ſcriptis corroboraverunt, & præſcriptæ eccleſiæ cum omnibus rebus & hominibus ibi juſtè legaliterque attinentibus per id ipſum ſuæ tuitionis mundeburdo ac defenſionis munimine ſcriptum receperunt.* D *Proinde ergo petiit magnificentiam noſtram prænominatus vir Herimannus, ſæpedictæ eccleſiæ Præſul, ut præfatam auctoritatem regaliter ſtabilientes per noſtræ manſuetudinis præceptum confirmare denuò dignaremur. Nos denique ut divinam ſuper nos in hoc utcumque provocemus miſericordiam, quod deprecatus eſt non negavimus: ſed prompto animo ſatiſque libenter conceſſimus, auctoritatiſque hoc ſcriptum ſpeciali conditione fieri juſſimus, per quod eas res quæ antiquitus videntur pertinere, & quas avus æquivocus noſter Hieronymo Pontifici reddidit, & poſtea adquiſivit, & quæ moderno tempore poſſidet, ſive divina pietas ibi largiendo voluerit augere, delegantes denuò confirmamus, noſtris etiam futuriſque temporibus manſurum eſſe volumus, ut ipſe & ſucceſſores ſui quiete teneant ſub jure ac poteſtate noſtræ firmitatis cum eccleſiaſtica inſtitutione: præcipientes atque jubentes, ut nullus judex publicus aut quiſlibet judiciariam exercens poteſtatem, ſeu ullus fidelium noſtrorum, tam inſtantium, quàm futurorum, in eccleſias, aut* E *loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones infra ditionem regni noſtri, quas moderno tempore juſtè legaliterque poſſident, in quibuſlibet pagis vel territoriis, ſive ea quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci, aut per nos, aut per alios quoſcumque divina pietas voluerit augere, ad cauſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſionaticos ſive paratas faciendas, aut fidejuſſores alicui tollendos, aut Canonicos ipſius matris eccleſiæ, ſeu eorum facultates, ſive ceteros homines, tam ingenuos, quàm & ſervos, ſuper ipſam terram commanentes vel conſiſtentes, vel alios ingenuos, qui antiquitus ſub defenſione ipſius eccleſiæ conſtiterunt, diſtringendos vel inquietandos, nec ullas reddibitiones aut inlicitas occaſiones requirendas, noſtris neque futuris temporibus ingredi audeat, nec à degentibus ſupra ipſius ſacri loci terram quibuſcumque ex cenſu pluſquam priſcorum uſque ſe habent educere tentet. Si quæ autem cauſæ adverſus ſupradictæ eccleſiæ fuerint ortæ Canonicos, à proprio diſtringantur Epiſcopo, niſi forte criminalis fuerint actionis, de quibus eſt ratiocinandum proprio eorum Advocato. Sed & quicquid de præfati venerandi loci* F *rebus fiſcus noſter exigere poterat, æterno pro compendio eidem in integrè totum concedimus eccleſiæ, ſcilicet ut perpetualibus temporibus in ſtipendiis fratrum inibi Deo famulantium & alimoniis pauperum proficiat in augmentum: quatinus pro noſtra incolumitate ac regni noſtri ſtabilitate clementiſſimam Dei miſerationem eos in perpetuum exorare delectet. Hæc verò auctoritatis noſtræ præſcriptio ut meliorem obtineat firmitatem, manu noſtra eam ſubſcripſimus, & ex anulo noſtro ſigillari juſſimus.*

Signum Karoli glorioſiſſimi Regis.

JONAS *Notarius ad vicem* HLUDUICI *recognovit.*

Datum II *Idus Ianuarii anno primo Indictione* IIII, *regnante Karolo glorioſiſſimo Rege. Actum Bituricas civitate in Dei nomine feliciter.*

A

LXXXIII.

Ex autographo Dionyſiano.

Ejuſdem Caroli Præceptum quo fiſcus Cormiliæ in pago Vilcaſſino, priùs à Reginaldo Comite beneficiario detentus, cuidam Gailino conceditur in proprium.

Anno 843.

IN nomine ſanctæ & individuæ & Trinitatis KAROLUS *gratia Dei Rex. Regalis celſitudinis moris eſt fideles ſuos honoribus & beneficiis ingentibus honorare atque ſublimare. Proinde ergo noverit omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ ac noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum ſagacitas, quia concedimus cuidam fideli noſtro, nomine* GAILINO, *quaſdam res proprietatis noſtræ, quæ ſitæ noſcuntur fore in pago VVilchiſſino fiſcum noſtrum, quæ vocatur Cormilias, cum omnibus rebus ad ſe pertinentibus, quem* REGINALDUS *Comes in beneficio per noſtram largitatem habebat. Unde & hanc noſtram auctoritatem eidem fieri ac dari decrevimus, per quam ſupra taxatum fiſcum cum omni ſua integritate jure proprietario prædicto fideli noſtro Geilino largiendo firmamus, ea videlicet conditione, ut quemadmodum de reliquis rebus ſuis proprietatibus, ex ſupraſcriptis rebus cum omni integritate cum mancipiis utriuſque ſexus, cum terris, vineis, pratis, ſilvis, molendinis, aquis, aquarumve decurſibus, & omnibus adjacentiis, vel quicquid dici aut nominari poteſt, liberam & firmiſſimam in omnibus habeat poteſtatem faciendi quicquid voluerit, tam donandi quàm vendendi ſeu commutandi, vel etiam heredibus relinquendi. Et ut hæc auctoritas verius credatur firmiorque permaneat, manu noſtra eam ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione decrevimus ſigillari.* C

Signum KAROLI *glorioſiſſimi Regis.*

JONAS *Notarius ad vicem* HLUDOVVICI *recognovit & ſubſcripſit.*

Data XII *Kal. Mart. anno* III, *Indictione* V, *regnante Karolo glorioſiſſimo Rege. Actum Vernimptus villa in Dei nomine feliciter. Amen.*

NOTATIO.

IN variis diplomatibus hîc editis obſervare licet, quod in iſto: nimirum donationes à Regibus factas eſſe, non ſolùm in eccleſias, ſed etiam in privatos, ex prædiis ac rebus fiſci cum integro dominio & omnimoda facultate ex eis ſtatuendi, quidquid beneficiario viſum fuiſſet, abſque reditu ad fiſcum.

LXXXIV. D

Ex autographo.

Caroli Calvi item Præceptum, quo prædia quædam in pago Pinciacenſi ſita Hincmaro Preſbytero conceduntur.

Anno 844.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis KAROLUS *gratia Dei Rex. Si ſervorum Dei utilitatibus regia munificentia providemus, à Deo conſervandi ac ſublimandi principatus noſtri conſuetudinem exercemus, maxime illis ex adminiſtrationis noſtræ poteſtate conſulentes, qui ſua pro divino amore contemnentes, cæleſtis gratiæ contemplationi inſervire ſategerunt: quoniam propenſiùs ea quæ illis committimus, in divinis officiis expendi confidimus, qui ſua utilius juxta vocem dominicam ſunt largiti. Idcirco noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum induſtria, quia venerabili viro* HINCMARO *Preſbytero largitatis noſtræ munificentia quaſdam res proprietatis noſtræ ſitas in pago Pinciacinſe in proprium concedimus, quæ conjacent in locis, quorum ſunt vocabula, ad illum Manſum, vel Frotmiri-villa, ſeu Toloniacus, ac Fraxinido, vel ubi & ubi; ex eiſdem rebus aliquid conjacet, quaſque Hildegaudus unà cum uxore ſua divæ memoriæ Domno ac avo noſtro* KAROLO *Imperatore tradiderat, & nos hereditaria ſucceſſione hactenus retinuimus, noſtraque dignatione in jus & poteſtatem jam dicti religioſi viri Hincmari per noſtræ auctoritatis præceptum cum omnibus ad ſe pertinentibus, tam manſis, terris, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, mancipiis utriuſque ſexus & ætatis, vel quicquid dici aut nominari poteſt, de noſtra dominatione in ſuam ſolemni donatione transfundimus, ita videlicet, ut quicquid exinde ab hodierno die & tempore facere, ordinare, atque diſponere voluerit, jure proprietario in omnibus potiatur arbitrio faciendi. Et ut hæc auctoritas noſtræ largitionis per curricula annorum inviolabilem atque inconvulſam obtineat firmitatem, manu propria noſtra & anuli noſtri impreſſione eam adſignari juſſimus.* F

Signum KAROLI *glorioſiſſimi Regis.*

JONAS *Diaconus ad vicem* HLUDOVVICI *recognovi & ſubſcripſi.*

Data ſecundo Id. Auguſti, anno V *regnante Karolo glorioſo Rege, Indict.* VI. *Actum in pago Arvernico, in villa Mariſcarias in Dei nomine feliciter. Amen.*

NOTATIO.

Hæc donatio indubiè facta eſt in gratiam Hincmari tum monachi Dionyſiani, tametſi *Preſbyter* tantùm appellatur, pro more illius ætatis, ut aliàs oſtendimus. Et ſanè Hincmarum hunc monachum eſſe probat ipſum diploma, in quo ſua *pro divino amore* dicitur *contemſiſſe, ut cæleſtis gratiæ contemplationi inſerviret.* Rem finit aliud diploma Caroli Calvi, inferiùs edendum num. XCV. ubi is Dionyſianis monachis attribuit *villam, quæ vocatur*

A *Manſus-Adalingi, in pago Pinciacenſi ſitam, quam* HINCMARUS *venerabilis Archiepiſcopus Remenſis eccleſiæ à noſtra*, inquit, *largitate in jus proprium per regale Præceptum conſecutus fuerat, idemque fratribus in eodem loco infirmis benignè contulerat.* Eadem villa *Manſus* hîc abſolutè vocatur. Datum eſt hoc diploma anno proximo ante ordinationem Hincmari epiſcopalem.

LXXXV.

Frotgarii donatio, qua manſum Montericum in pago Pariſienſi & alia prædia monaſterio Dionyſiano concedit.

Ex autographo.

Anno 847.

B DOminus ac redemptor noſter admonet nos, dicens: Date eleemoſinam, & ecce omnia munda ſunt vobis. *Idcirco ego in Dei nomine Frotgarius, filius quondam Frotberti, pro remedium animæ, vel pro abluendis peccatis meis & æterna beatitudine adquirenda, dono per hanc epiſtolam donationis meæ, donatumque in perpetuum eſſe volo ſpecialiter ad eccleſiam vel luminaria beati Dionyſii martyris, ubi ipſe pretioſus Dominus cum ſociis ſuis Ruſtico, & Eleutherio corpore quieſcit, vel ubi venerabilis* HLUDOVVICUS *Abba præeſſe videtur, hoc eſt manſum juris mei in loco, qui dicitur Montericus, in pago Pariſiaco, habentem de terra arabili bunuaria* VIIII, *& hoſpitia duo ad eundem manſum deſervientia, & de prato arpennos* III *& dimidium: & de concidis bun.* III, *& vineam unam habentem in gyro perticas* CII. *& eſt de uno latere terra ſancti Dionyſii & ſancti Severini: de alio verò latere terra heredum meorum, de utriſque autem frontibus terra ſancti Dionyſii. Hæc omnia ſuperiùs dicta totum & ad integrum ad præfatam eccleſiam volumus eſſe donatum atque firmatum, ea ſcilicet ratione, ut quicquid exinde pro oportunitate ipſius ſancti loci facere volueritis, liberam & firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis* C *verò (quod futurum eſſe non credo) ſi ego ipſe, aut ullus de heredibus vel proheredibus meis fuerit, qui contra hanc donationem à me ſpontanea voluntate factam venire aut infringere voluerit; in primis iram trinæ maieſtatis incurrat, & una cum ſocio fiſco auri libras* III, *argenti pondera* X *coactus exſolvat, & quod repetit evindicare non valeat, ſed præſens donatio iſta omni tempore firma & ſtabilis permaneat cum ſtipulatione ſubnixa. Actum monaſterio S. Dionyſii ſub die Kalendas Martias, anno* VIII *regnante Karolo.*

Signum † FROTGARII *qui hanc donationem fieri & firmare rogavit. Signum* † ROTHARDI *fratri ſuo conſentiente. Signum* † HERIMANNI *conſentiente. Signum* RICHARDI *fratri ſuo conſentiente. Signum* † VVARINI. *Signum* † ARNULFI. *Signum* † HERVICI *fratri ſuo aſſentiente. Signum* † VVIVARII *conſentiente. Signum* † HUGONI *fratri ſuo conſentiente. Signum* † ALPARII *aſſentiente. Signum* † ROMALDI. *Signum* † VVIGONIS.

RICHARDUS *indignus Levita & monachus ſcripſit & ſubſcripſit.*

D

LXXXVI.

Commutatio quorumdam jugerum in villis Inſulæ & Curtilis, facta inter Hludovicum Abbatem Dionyſianum & Ercanfredum & Gabilonem Francos

Ex autographo.

Anno 847.

INter quos caritas inlibata permanſerit, pars parti congrua beneficia non denegabit, quia nihil ſibi cernitur minuendum quicquid è contra recipit in augmentum . . . . [HLUDOVICUM] *Abbatem ex monaſterio glorioſi martyris Criſti Dionyſii, conſilio & voluntate atque conſenſu omnium venerabilium fratrum ibidem Deo famulantium, & aliquos viros* ERCANFREDUM *&* GABILONEM . . . . *deberent. quod ita & fecerunt. Dederunt itaque memorati viri Ercanfredus &* E *Gabilo Hludovvico venerabili Abbati ad parte monaſterii ſancti Dionyſii & fratrum de rebus proprietatis ſuæ manſu . . . . carteſerum ad manendum & vineam & pratum, ſimul continentes bunuarium unum & dimidium, cum introitu & exitu, & pervio publico & puteo: & in alio loco de vineæ dimidium arpennum . . . . & terminos ejuſdem villæ ſancti Dionyſii & fratrum. Et è contra in compenſatione hujus rei dedit memoratus venerabilis Hludovicus Abba ex rebus ſancti Dionyſii per ammonitione . . . . & Gabiloni propriè ad habendum in pago Pariſiaco, in loco nuncupante Curtilis & Inſula, ex villa cujus vocabulum eſt Exona, ſuper alveum fluvii ejuſdem Exonæ, de terra arabili . . . . . ex una fronte terra ſancti Dionyſii, in altera terra ſancti Marcelli; de alia verò fronte via publica: eo videlicet conditionis tenore, ut unaquæque pars hoc quod accepit à par . . . . libero in omnibus perfruatur arbitrio. Sed & hoc pro firmitatis ſtudio inter eos placuit atque convenit, ut ſi ab hac die videlicet pars contra has commutatione venire aut . . . . quantum pars parti* F *contulit, pari ſuo reſtituet, & quod repetit evindicare non valeat: ſed hæ commutationes pari tenore conſcriptæ, manibuſque bonorum hominum . . . .*

Actum Camliaco mallo publico. Datum ſeptimo Idus Iunias, anno octavo regnante Carolo glorioſiſſimo Rege.

ERCANFREDUS *hanc commutatione ſuſcripſi.*

GABILO *ſubſcripſit. Signum* ERFREDI *Vicecomitis. Signum Adelardi. S. Leutoni. S. Adelardi. S. Theodaldi. S. Sarradi. S. Aginoni. S. Giddoni. S. Vulfaldi. S. Godalhardi. S. Gerradi. S. Nortbaldi. S. Gonſmari. S. Bertaldi. S. Bertini. S. Theoderici. S. Hincberti. S. Giſlemodi. S. Daironi. S. Adelardi. Item S. Adelardi. S. Cadoali. S. Diraldi. S. Adalmodi. S. Fredebaldi. S. Hainrici. S. Teutmari. S. Fariulfi. S. Vvarulfi. S. Magnoardi. S. Theoderici. S. Fredegarii. S. Adeloni. S. Canaldi. S. Airhardi. Ego in Dei nomine* FULCRICUS *rogitus ſcripſi.*

 A

LXXXVII.

Ex chartario Brivatenſi.

Bernardi Comitis charta donationis factæ eccleſiæ Brivatenſi de Moreno.

Anno 849.

SAcroſanctæ Dei eccleſiæ ſancti Iuliani martyris vico Brivatenſi fundatæ, quæ ipſe cum ceterorum ſanctorum reliquiis honorificè veneratur. Ego enim in Dei nomine BERNARDUS *Comes, & uxor mea* LIEUDGARDIS *pertractamus caſum fragilitatis noſtræ, ut ante tribunal Chriſti veniam adipiſci mereamur. Propterea cedimus caſæ Dei jam dictæ aliquid de rebus proprietatis noſtræ, quæ ſunt ſitæ in pago Arvernico in aice Muſſiacenſe, villa cujus vocabulum eſt Morennum, ipſam villam cum omni ſuperpoſito, cum terris, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, exiis, adjacentijs, cunctiſque pertinacijs, omnia & ex omnibus, quantumcumque ad ipſam villam aſpicit, aut aſpicere videtur, totum & ab integrum cedimus ſupradicto loco ſancto, excepto uno maſſo, qui eſt in ipſa villa de ratione ſancti Martini: ea ſcilicet ratione, ut dum vivimus, uſum fructuarium poſſideamus, & ad feſtivitatem ſancti Martini in compenſatione hujus villæ illis Canonicis caſæ Dei jam dictæ refectionem tribuere ſtudeamus. Poſt obitum verò noſtrum Canonici ipſius caſæ Dei ſine ullo contradicente, haut expectata traditione mearum vel meorumr, ecipiant in poteſtate & dominatione, & in noſtris luminarijs & in ſtipendia Canonicorum ſive pauperum; & Abbas caſæ Dei jam dictæ nullo tempore in iſta villa . . . . poteſtatem habeat: & ſi hoc fecerit, tunc propinqui noſtri, qui nobis heredes eſſe videntur, in ſua veniant poteſtate. Sanè ſi quis nos emutata voluntate noſtra, aut ullus heres noſter, vel quilibet homo ſubrogatus, qui poſt hunc diem contra hanc ceſſionem ire aut agere excogitaverit, vel ullam generare præſumpſerit; non ei liceat vindicare quod dicit, ſed auri libras* III *nobis coactus exſolvat. Et ut hæc ceſſio omni tempore firma permaneat, rogavi hæc ſcribi. Facta ceſſio iſta fuit in menſe Maio, anno* VIIII *regnante Karolo Rege Francorum. S.* BERNARDI *S.* LIEUTGARDI *S.* GAUFREDI.

NOTATIO.

Hoc exemplum V. Cl. Antonius Herovallius propria manu accuratè deſcripſit anno M DC LXXV ex chartarii Brivatenſis folio LVII num. XCVIII. In eodem chartario legitur folio CC XXXII charta *Ligardis* hîc memoratæ, quæ *uxor quondam Bernardi* fuiſſe dicitur. Scripta eſt hæc charta anno X Caroli, ſcilicet Calvi, quo proinde anno Bernardus jam è vivis exceſſerat. Neſcio an idem fuerit Bernardus, de quo ita ſcriptum eſt folio LXXXIII. *Pro remedio Bernardi glorioſiſſimi Comitis, necnon eximii atque præcellentiſſimi ſuperſtitis Bernardi Comitis, ejuſque conjugis Irmingardis, horumque prolis. Facta eſt hæc ceſſio die veneris in menſe Iunio, anno ſecundo Carolo Rege Francorum.*

LXXXVIII.

Ex chartario Nivernenſi.

Caroli Calvi Præceptum ſeu confirmatio de rebus ab Herimanno Epiſcopo datis eccleſiæ Nivernenſi.

Anno 850.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis KAROLUS *gratia Dei Rex. Si Sacerdotum Dei petitionibus, maximè in eccleſiaſticis utilitatibus, benignum aſſenſum præbemus, regiam conſuetudinem exercemus, ac per hoc facilius nos æternam beatitudinem adepturos procul dubio confidimus. Itaque notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris præſentibus atque futuris, quia venerabilis vir* HERIMANNUS, *Nevernenſis eccleſiæ Epiſcopus, culminis noſtri adiens ſublimitatem innotuit, qualiter miniſterij ſui opus exercens, paſtorali officio providerit utilitatibus eccleſiæ ſibi commiſſæ, & quomodo de facultatibus ejuſdem eccleſiæ deputaverit quaſdam villas uſibus & ſtipendijs Deo ſervientium Canonicorum ſuorum, tam infra civitatem conſiſtentium, quàm etiam in alijs monaſterijs ſuæ ſedi appendentibus ſive ſubjectis degentium: quatenus ſine mordacis inopiæ ſollicitudine ſecundum canonicam & regularem inſtitutionem interiùs & exteriùs victu tegumentoq; contenti Deo valeant militare. Vnde etiam teſtamenti ſcriptum faciens, propriaq; manu roborans, ſanctorum Patrum Epiſcoporum, ſcilicet regni noſtri, pro utilitate ſanctæ Dei eccleſiæ octingenteſimo quadrageſimo nono anno Incarnationis Domini noſtri Ieſu-Chriſti, & regni noſtri nono, in die NN. Novemb, Pariſius convenientium auctoritate ſtuduit confirmari. Itaque humiliter petiit, ut eamdem inprævaricabilem auctoritatem præcellentiæ noſtræ præcepto rogaliter corroboraremus, videlicet ut devotionis & ſacræ voluntatis participes de exceſſibus noſtris divinæ pietatis munere facilius indulgentiam conſequi mereamur. Ejus inquam petitionem clementer audiſſe, & libentiſſimè ex[illegible]iſſe cunctis notum eſſe volumus. Quare altitudinis noſtræ ſcriptum hoc fieri juſſimus, per quod conſtitui[illegible] & firmamus, ut ſicut in memorato à ſanctis Patribus Præſulibus regni noſtri confirmato privilegio continetur, quicquid ſuperiùs nominatus venerandus Epiſcopus Herimannus ex facultatibus & villis epiſcopatus ſui tam Clericis ſedis ſuæ, quàm & alijs per cellas eidem eccleſiæ ſuæ ſubjectas Canonicis & monachis & Sanctimonialibus deputaverit, & quicquid præterea ex rebus ſuæ proprietatis ad augmentum ſtipendiorum ipſorum addidit, ſecundum ejus rationabilem conſtitutionem noſtris & futuris diebus maneat firmum & inconvulſum: nullique liceat præſentibus aut futuris temporibus ſecus eandem laudabilem inſtitutionem exinde aliquid invertere aut immutare: quatenus tantorum virorum conſenſio & futurorum fidelium aſſenſu in omnibus ſæculis ſemper confirmata laudetur. Vt autem hæc magnitudinis noſtræ confirmatio in Chriſti nomine meliorem obtineat vigorem, de anulo noſtro ſubter eam juſſimus ſigillari.*

Signum Karoli glorioſiſſimi Regis.

A Æneas *Notarius ad vicem* Ludovici *recognovit.*
Datum IX *Kal. Iunij, Indictione* XIII, *in anno* X *regni Karoli glorioſiſſimi Regis. Actum in Vermeria palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.*

Notatio.

Hinc illuſtratur locus & epocha Concilii Pariſienſis anni DCCC XLIX, de quo vide Philippum Labbeum in tomo octavo Conciliorum.

LXXXIX.

B

Placitum quo Silva Spinaſaria Gondeſalvio Abbati Caunenſi adjudicatur adverſus Odilonem.

Ex autographo Caunenſi.

Anno 853.

Cum in Dei nomine reſideret vir venerabilis Udulricus *Commis in villa Criſpiano in territorio Narbonenſe, pro multorum hominum alterchaſiones juxta hac recta judicia terminanda, unà cum* Artaldo, Stephano *&* Teuderedo *Vaſſi dominici,* Alaricho *&* Franchone *uterque Vicedomini, ſeu etiam & judices, qui juſſi ſunt cauſas dirimere & legibus definire, id eſt* Hulteredus, Teudefredus, Teuriscus, Senderedus, Ermeldus, Aprolinus, *&* Bidegisus, Salone, *ſeu & bonorum hominum præſentia, id eſt, Siſefredus, Bera, Baldomare, Bellone, Remeſario, Ermericho & Alaricho, quos cauſa fecit eſſe præſentes. Ibique in eorum præſentia veniens Ramnus qui eſt Mandatarius* Gondesalvio *Abbate de monaſterii Chaunenſe, & interpellavit Odilone pro ſilva, quam vocant Spinaſaria, pro terras cultas hac incultas, ubi & dommos conſtructos abet, dicens: Iuvete me au-*
C *dire. Iſte prædictus Odilo prendidit ipſas res de poteſtate Gondeſalvio Abbate in uſtè, malum ordine, ſuam præſumſione, abſque judicio, dum ipſe Abba recte jure hoc abuiſſet. Ad tunc nos Commis, Vaſſi dominici, hac Iudices interrogavimus Odilone, quid ad hac reſpondere vellet. Ille verò in ſuis reſponſis dicxit: Manifeſtè verum eſt quod ipſas res ego retineo, ſet non in uſtè, quia de eremo eas tracxi in agriſione. Ad tunc ipſe Ramnus aſſerens dicxit: Ego per teſtimonia & per præceptum & per judicium provare poſſum, ipſas res ad partibus Abbati Gondeſalvio. Unde Ramnus ad tunc hora præceptum imperiale & judicium ad relegendum oſtendit. Sed dum relectus fuiſſet, invenimus veritate Gondiſalvio Abbate. Nam ipſe Commis juſſit ſuos, id eſt Ato, Gentaredus, Gulteredo & Erermello, ut ſuper ipſas res veniſſent, & rei veritati vidiſſent, ſi erant ipſas infra manitate monaſterii Gondeſalvio, an non. Ita ſicut & fecerunt reverſi in ejus vel eorum judicio pariter dixerunt: Nos vidimus & invenimus, quod ipſas res infra ſigna procxoria* vel termines ipſas res ſunt vel ſubjacent à partibus monaſteri Gondeſalvio. Ad tunc nos ſupra-*
D *dicti interrogavimus Odilone, ſi potebat abere aliam ſcriptura, aut ullum indicium veritati, aut per teſtimonia ut ipſas res ad partibus ſuis vindicare valuiſſet. Ad tunc ipſe Odilo ſe recognobit vel exvacuabit, quia de ipſas res ſuperius dictas, quæ ſunt in territorio Narbonenſe, ſuburbio Ventolenenſe, ego eas prendidi injuſtè mea propria præſumtione abſque judicio de poteſtate Gondeſalvio Abbati, dum ipſe jure ſuo legibus retinuiſſet, quando ſuam recognitione ſimul & exvacuaſione ſcripti fecit. Cùm nos vidiſſemus ſuam recognitione & vacuaſione, per quam ſivimus in lege Gotorum, ubi apertius invenimus in libro octabo, titulo primo, era* V, *ubi dicit: Nullus Commis, Vicarius, Præpoſitus, auctor aut procurator quiſlivet injenuus, adque etiam ſerbus, rem ab alio poſſidentem poſt nomine regiæ poteſtatis vel dominorum ſuorum aut ſuum uſurpare præſumat ante judicium quod [finem] expectat diſcuſſione, id quod ab alio poſſidetur, aut juris alterius eſſe dignoſcitur invaſerit; omnem quod abſtulit, & præſumſioſus invaſit, in duplum ei reſtituat, de cujus jure viſus eſt abſtuliſſe, hac ſingulorum annorum fruges quas inde fideliter collegit, ju-*
E *raverit petitori compellatur exolvere. Dum nos Commis, Vaſſi dominici, hac judices vidiſſemus talem rei veritati & Ramnone mandatario Gondeſalvio Abbati, ſuamque patuiſſet juſtitia, hordinavimus vel crebimus judicio, ut Sidegiſus Saione noſtrum ut ſuper ipſas res veniſſet, & Odilone exinde exigere feciſſet, & ſecundum legem ipſo Ramnone ab omni integritate reveſtire feciſſet à partibus Gondeſalvio Abbate, ſicut & fecit. Gaudeat ſe Ramnus in noſtrorum judicio ſuaque præcepiſſet juſtitia. Dato & confirmato judicio quarto Idus Septembris, anno* XIII *regnante domno noſtro* Karolo *Rege.*

Golteredus ſubſcripſi. Steffanus ſubſcripſi. Sendefredus ſubſcripſi. Ermenfredus ſubſcripſi. Teudfredus ſubſcripſi. Teuriſcus ſubſcripſi.

* an fixoria.

XC.

F

Caroli Calvi Præceptum, pro commutatione inter Hludovvicum Abbatem Dionyſianum & virum illuſtrem Bettonem, quorumdam prædiorum in pago Aronalenſi & Remenſi.

Ex autographo.

Anno 854.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Karolus *gratia Dei Rex. Si enim ea quæ fideles regni noſtri pro eorum oportunitatibus inter ſe commutaverunt, noſtris confirmamus edictis, regiam exercemus conſuetudinem. Itaque notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ præſentibus ſcilicet & futuris, quia kariſſimus nobis & propinquus noſter* Hludovvicus *venerabilis Abbas monaſterij ſancti Dionyſii, & Protonotarius palatij noſtri, nec non vir inluſter fidelis noſter* Betto *noſtram accedentes ad celſitudinem innotuerunt, qualiter quaſdam res & mancipia pro ambarum partium oportunitate inter ſe commutaſſent vel*

concambiaſſent. Dedit igitur Bettoni præfatus Abba Hludovvicus ex rebus vel mancipiïs monaſteriï S. Dio- A
nyſii ad luminaria ſpecialiter pertinentibus, religioſo ei monacho ſuggerente MEINARDO, *qui Archicuſtos*
matriculæ erat, una cum conſenſu aliorum monachorum in eodem monaſterio Deo famulantium, in pago
Aronalenſe, in villa nuncupata Sulis, manſa quatuordecim cum eccleſia, ſilvis, pratis, terris cultis & in-
cultis, molendinis, aquis, aquarumve decurſibus, exitibus & regreſſibus, mancipiïs utriuſque ſexus, non ſer-
vitio mancipiandis, ſed libertate donandis, his nominibus, Roculfum, Harduinum, Bertalum, Vilgarium, Hu-
gonem, Bertam, Hildegardim, Rofredum, Meinarium, Hidulfum, Rainarium, Bernardum, Chotbertum, Luga-
trudem, Vulfaidem, Glanduit, Inltrut, Ermengardim, Godilam, Gunlindam, Hemline, Vuitlini, Frotgora,
Amalbacd, Beronacd, Plictrud, Fautrat, Gundegoſa, Hebromum: eo videlicet modo, ut eadem mancipia
(ſicut dictum eſt) ingenua fiant, & ex ceteris rebus libero potiatur arbitrio faciendi. E contra verò in re-
compenſatione harum rerum memoratarum dedit prædictus vir inluſter Betto ex rebus, à noſtra largitione ei
conceſſis, partibus ſancti Dionyſii ſive Hludovvici venerabilis Abbatis vel luminaribus, unde ipſæ res erant B
quas accepit in pago Remenſi, in villa Bromereicurtis, & in villa Frigili, inter totum manſa quatuordecim
& dimidium cum eccleſia, & mancipiïs utriuſque ſexus ſexaginta, quorum ſunt nomina, Adelteus, Teu-
delgerdis, Bertoldus, Teutberga, item Adelteus, Ribertus, Adelgudis, Electrudis, Hildeida, Richeldis,
Vuipertus, Carebertus, Electus, Osbertus, item Vuipertus, Grimoldus, Dominicus, Halduidis, Grimbol-
dus, Lupus, Gotlannus, Vuido, Baldricus, Vulfiudis, item Vuido, Anſterus, Bernardus, Adalgerus,
Teutgaudus, Vuilhaidis, Anſoinus, Regentrudis, Hildijerus, Deudata, Gerbertus, Hilduinus, Hildin-
gus, Geroldus, item Lantbertus, item Hildejerus, Evrehardus, Anſierdis, item Eteteus, Leherus, Ge-
rardus, Nodeluinus, Euromus, Gelduidis, Attelo, Gentierdis, item Eurehardus, item Hildejerus, David,
Dedenatus, Amelvuidis, Agmus, Aultherus, Lethaildis, Vulfedrudis; cum vineis, pratis, paſcuis, terris
cultis & incultis, pervïïs, ad acentïïs, aquis, aquarumve decurſibus, ex omnibus & omnium rerum ſum-
ma integritate, ſicut noſtra magnificentia ei contulit, præfato monaſterio jure proprietatis & concambiï C
reddidit, eo videlicet modo, ut quicquid ex eiſdem rebus pars ſancti Dionyſii jure eccleſiaſtico facere delega-
verit, liberam in omnibus habeat poteſtatem faciendi. Unde & duas commutationes pari tenore ſcriptas
manibus nobilium virorum roboratas nobis oſtenderunt ad relegendum: ſed pro integra firmitate petierunt
noſtram celſitudinem, ut eas auctoritatis noſtræ præcepto firmaremus. Quorum precibus hoc altitudinis no-
ſtræ præceptum fieri juſſimus, per quod præcipimus atque firmamus, ut quicquid alter ab altero accepit,
ſicut in commutationibus nobis oſtenſis continetur, jure firmiſſimo teneat atque poſſideat. Ut autem hoc con-
cambium firmiorem obtineat vigorem, anulo noſtro ſigillari juſſimus ſubter.

GISLEBERTUS *Notarius ad vicem* HLUDOVVICI *recognovit & ſubſcripſit.*

Datum IIII *Id. Iul. Indict. ſecunda, anno* XVII *regnante Karolo glorioſiſſimo Rege. Actum Vermeria pa-*
latio regio in Dei nomine feliciter. Amen. D

NOTATIO.

INDICTIO ſecunda convenit cum anno DCCC LIV, qui Caroli Calvi tantùm quintus-decimus erat inchoando primum à morte patris. Ac cùm hoc diploma ita in autographo habeat; eadem ſolutio hîc adhibenda eſt, quæ ſuperiùs in charta LXXXI, nempe annum ejus primum repetitum eſſe aliquando ab anno DCCC XXXVIII, quo Imperii diviſio à Ludovico Pio facta eſt. In aliis ejuſdem Caroli litteris commutationum meditis Hludovicus Abbas paſſim, ut hîc, *Protonotarius* appellatur.

XCI.

Ex autographo Dionyſiano.

Ejuſdem Caroli Calvi Præceptum, quo prædia quædam in pago Stampenſi conceduntur Weniloni, qui poſtea fuit Epiſcopus Senonenſis. E

Anno 854.

I*N nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis,* KAROLUS *gratia Dei Rex. Regalis celſitudinis moris eſt*
fideles ſuos donis multiplicibus & honoribus ingentibus honorare atque ſublimare. Proinde ergo nos
morem parentum Regum, videlicet prædeceſſorum noſtrorum, ſequentes, complacuit clementiæ noſtræ, quem-
dam fidelem regni noſtri, nomine WENILONEM, *de quibuſdam rebus noſtræ proprietatis honorare. Id-*
circò notum eſſe volumus cunctis fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris, præſentibus ſcilicet atque futuris,
quia concedimus ad proprium jam fato fideli noſtro Vueniloni quaſdam res noſtræ proprietatis, quæ ſunt
ſitæ in pago Stampinſe, in loco qui dicitur Albaterra, manſum dominicatum cum alium manſum unum
& dimidium, & oſpicia quinque; & in Bau...villare manſos tredecim. Unde etiam præcellentiæ noſtræ
præceptum hoc fieri juſſimus, per quod memoratos manſos cum omnium rerum ſumma integritate, hoc eſt F
cum domibus, ceteriſque ædificiis, terris cultis & incultis, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aqua-
rumve decurſibus, molendinis, exitibus & ingreſſibus, & omnibus ſuis adjacentiis; cum mancipiis
quoque utriuſque ſexus deſuper cummanentibus, & ad eoſdem manſos jure pertinentibus, ſicut ſupradi-
ctum eſt, memorato fideli noſtro Vueniloni integerrimè ad proprium concedimus, & de noſtro jure in jus
ac poteſtatem illius ſollemni donatione transferimus; eo videlicet modo, ut quicquid exinde ab hodierna
die & tempore pro ſua utilitate & commoditate facere decreverit, jure proprietario libero in omnibus po-
tiatur arbitrio faciendi. Et ut hæc noſtræ largitionis atque conceſſionis auctoritas inviolabilis perſeveret,
manu noſtra ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

Signum KAROLI *glorioſiſſimi Regis.*

BARTHOLOMÆUS *Notarius ad vicem* HLUDOVVICI *recognovit & ſubſcripſit.*

Data

A *Data pridie Kal. Novemb. anno* XV *regnante Karolo glorioſiſſimo Rege, Indictione ſecunda. Actum Baſiu palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.*

XCII.

Lotharii Regis Præceptum, quo Cellam S. Apri reſtituit Tullenſi eccleſiæ.

Ex autographo.

Anno 858.

I*N nomine omnipotentis Dei & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti Hhlotharius divina præveniente clementia Rex. Cum conſolatio & munimentum omnium fidelium nos fore expediat, nobiſque præcipiatur non ſolum diſperſa colligere, ſed etiam diſtracta reſtaurare; neceſſe quippe eſt, ut ea quæ à patribus & prædeceſſoribus noſtris piiſſimis ſcilicet ac glorioſiſſimis Regibus, aut quorumlibet inlicitis perſuaſio-*
B *nibus, vel inſuſpicabili & improviſa ordinatione, aut nempe maxima incumbente neceſſitate inordinata & iniuſtè ſancita reperimus, atque ex ſacris locis quædam eſſe ſublata cognoſcimus, omni ſtudio ad æquum deducantur tramitem, & ſecundum juſtitiæ modum tribuantur unicuique ſua. quoniam ſi in talibus regalis excellentia ſe extulerit exerciis *, cauſamque Dei ſecundum vires ſublimare curaverit, ipſis quoque erit adminiculum poſitus, ſibique potiorem augebit commertium. Comperiat igitur omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque, præſentium ſcilicet ac futurorum nobilitas, quia Domnus & genitor noſter piæ recordationis* HLOTHARIUS, *quondam piiſſimus Auguſtus, nuper ob minorationem regni carens ubi vel unde ſuorum fidelium devotiſſimum famulatum remuneraret; ab eccleſia ſancti Stephani urgente indigentia Cellulam S. Apri glorioſi Confeſſoris, illam juxta Leucorum opidum, quæ ibidem jam olim famulabatur, accipiens, fidelibuſque ſuis jure beneficiali præbuerit. Sed cum præſentem ævum otius*
C *ſe crederet tranſiturum, motus divino timore pariter & amore, reſtituit eam eccleſiæ beati Stephani, juſſitque reddi. Nobis itaque in regno ſuccedentibus, non minima, ſed major accidiſſe cernitur regni diminoratio. Ideoque actenus illam compulſi eodem modo optentam habemus. Siquidem hoc fervore ſuccenſi, recolenteſque periculum animæ inclyti genitoris noſtri, placuit excellentiæ noſtræ omni deſiderio præfatam Cellulam ſancti Apri cum omni integritate per hoc edictum munificentiæ noſtræ, & conſultum fidelium noſtrorum reliquorumque Procerum noſtrorum, memoratæ eccleſiæ cui jure debebatur reſtituere. Quam ob rem auctoritatis noſtræ apices hos imperavimus fieri, per quos ſæpedictam Cellulam ſub integritate eidem ſacro & venerabili loco, ſuiſque rectoribus ob emolumentum animæ ſereniſſimi genitoris noſtri, ac genitricis, noſtraque incolumitate & regni ſtabilitate inviolabiliter reddimus, ac confirmamus: quatenus ibidem noſtris ſucceſſorumque noſtrorum temporibus inrevocabilis per hoc ſublimitatis noſtræ præceptum perſeveret, perpetuaque ſervitute famuletur: Pontificibus etiam & univerſo clero inibi degentibus pro ſoſpitate noſtra regnique ſtabilitate Domini miſericordiam libentiùs exorare delectet, nobiſque debitum hono-*
D *rem atque obſequium Epiſcopus præſens & ſucceſſor ejus devotè impendere ſtudeant. Et ut hæc noſtræ reſtitutionis confirmationiſve auctoritas inconvulſum optineat deinceps firmitatis vigorem, manu propriâ ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione juſſimus conſignari.*

Signum HLOTHARII *glorioſi Regis.*

ERCAMBOLDUS *regiæ dignitatis Cancellarius recognovi & ſubſcripſi.*

Data VIII *Id. Aug. anno Chriſto propitio Domni* HLOTHARII *glorioſi Regis* III, *Indictione* VI. *Actum Mettis civitate in Dei nomine feliciter. Amen.*

* exercitiis.

NOTATIO.

SIGILLUM eſt integerrimum, exhibens vultum ad dextram more ſolito converſum, cum hac inſcriptione, † XPE ADJUVA HLOTHARIUM REGEM.

E

XCIII.

Placitum in gratiam Ludovici II Imperatoris contra quemdam Ildebertum.

Ex chartario Caſaurienſi.

Anno 860.

D*Vm præſtantiſſimus ac glorioſiſſimus Domnus Imperator* HLUDOVVICUS *per Romaniam tranſiens, fines adiſſet Spoletinos, pro juſtitiarum commoditate & malignorum aſtutia deprimenda; & in his multotiens fideles ſuos & cotidie laborare inſiſteret, & ipſe toto ſtudio exinde decertaſſet; perventum eſt inter fines Haëſinos & Camertulos, ſuoque quamvis cum maximo labòre quæ ſupradicta ſunt decertaret, inſtituit fideles & optimates ſuos, videlicet* VVICHODUM *venerabilem Epiſcopum*, ADELBERTUM
F *Comitem ſtabuli, quos ad diſtringendum in eodem Placito præfecit;* HUCPOLDUM *Comitem palatij*, HECHIDEUM *Pincernam primum*, TRACTERIMUM *ſacri palatij Archinotarium*, VVINIGISUM *Armigerum*, BEGERI *nobilem Optimatem, & fratrem ſuum* OCTONEM, BEBONEM *Conſiliarium*, REGINARIUM *Capellanum, vel de reliquis quampluribus palatij. Ibique in eorum præſentia veniens,* HILDEBERTUS *Comes ad ſingulorum hominum juſtitias reddendas, vel oppreſſiones quas fecerat emendandas; cui interpellatus eſt jam dictus Hucpoldus in cauſam domni Imperatoris, quòd proprium de Domno Imperatore ad Salicam perſonam ad Adelbertum poteſtativè traditum & inveſtitum, unde legibus domnus Imperator veſtitus fuerat; & Ildebertus detinebat malo ordine. Cui ad hoc reſpondit Ildebertus: Verum eſt quia prædictus Adelbertus jampridem omnes res proprietatis ſuæ, quas habere viſus fuit in finibus Italiæ, Tuſiæ, Spoleti & Romaniæ, coram teſtibus tradidit & reveſtivit, vel plenariam traditionem fecit eidem domno Imperatori: ſed ipſe poſtmodum Domnus Imperator per ſuum Præceptum ei per om-*

nia reddidit. Cui ad hoc reſpondit Hucpoldus : Certè verum eſt quia Domnus Imperator coram fidelibus A
ſuis ei eaſdem res penitus reddere voluit : ſed ipſe tantùm poſtulavit, ut diebus vitæ ſuæ ei habere licuiſſet,
*& in ſancto Petro aliquid daret pro idero * juxta ſuam voluntatem. Et quod ille coram optimatibus regni*
& prioribus patriæ profeſſus fuit, ei confirmavit, videlicet ut juxta ipſam profeſſionem prædicto Adelberto
diebus vitæ ſuæ licuiſſet habere & tenere. Sed cùm Ildebertus taliter audiſſet, multa ſecum indignans ad
ultimum interrogatus eſt, non per aliam auctoritatem ſe prædictas res habere poſſe, niſi per ſupradictum
Præceptum. Cui judicatum eſt ut adduceret ipſum Præceptum, & quicquid lex eſſet, exinde faceret. Vnde
in conſtituta die veniens, in ſuprascriptorum præſentia oſtendit prædictum Præceptum, in quo continebatur
anno ejuſdem domni Imperatoris VIII, *Indictione* VII, *quod coram prioribus regni ſui domnus Imperator*
prædictas res propter Munam, quæ ei dederat faſtilem optimum aureum, reddere voluit, & penitus ad ſupra-
dictum præconfirmare: ſed ipſe tantùm petiit, & coram Optimatibus regni profeſſus eſt, ut diebus vitæ ſuæ
habendum & tenendum peteret; aut ſi contigiſſet aliquid ſancto Petro de Roma pro remedio animæ ſuæ con- B
tuliſſet. aliter cuncta in poteſtatem & proprietate Domni Imperatoris permanſiſſent. Cùm nos autem ſupra-
dicti Auditores taliter in eodem Præcepto cognovimus eſſe firmatum; viſum nobis fuit legaliter domno
Imperatori ipſas res legibus pertinere; & in nullam aliam poteſtatem eum potuiſſe transferre. Ideoque ju-
dicavimus, ut eaſdem res cum omni integritate ad poteſtatem domni Imperatoris reveſtiſſet, ſicuti in no-
ſtrorum præſentia per idem Præceptum fecit. Et hanc notitiam profuturis temporibus memoriter retinendam,
ne in alio modo revolvantur, pro ſecuritate ejuſdem domni Imperatoris hanc notitiam facere commonui-
mus. Quod denique ego SIMPERTUS *Notarius ex ſuprascriptorum ammonitione, & ex dictato Tractemi-*
ri Archicancellarij ſcripſi anno imperij Domni ejuſdem Auguſti Hludovvici X, *menſe Martio, Indictione*
VIII. DRUCTEMIRUS *Archinotarius interfui, & ſubſcripſi. Signum ſuprascripti manus* HECHIDEI
Comitis & primi Pincernæ, qui ut ſupra in his interfuit. ✝ GREGORIUS *Dei pietate Dux interfuit. Si-*
gnum ſuprascripti manus BEGERI *nobilis Optimatis, qui ut ſupra in his interfuit. Signum ſuprascripti* C
manus BEBONI *Conſiliarij, qui interfuit.*

* ſic.

XCIV.

Ex autographo.

Caroli Calvi Præceptum pro commutatione quorumdam prædiorum in pago Bragbantenſi & Belvacenſi ſitorum, inter Ludovicum Abbatem S. Dionyſii & Vvitramnum.

Anno 861.

I*N nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis* KAROLUS *gratia Dei Rex. Si enim ea quæ fideles regni no-*
ſtri pro eorum oportunitatibus inter ſe commutaverint, noſtris confirmamus edictis; regiam exercemus D
conſuetudinem, & hoc in poſtmodum jure firmiſſimo manſurum eſſe volumus. Itaque notum eſſe volumus
ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris præſentibus & futuris, quia venerabilis vir HLUDOVVICUS *no-*
bis cariſſimus, monaſterij ſancti Dionyſii Abba, necnon & conſanguineus noſter ac Protonotarius altitu-
dinis noſtræ, ad noſtram accedens ſublimitatem innotuit, qualiter ſecum quidam homo VVITRAMNUS
quaſdam res commutaſſet vel concambiaſſet hoc modo. Dedit itaque venerabilis Abba partibus Vvitramni
*quaſdam res ſitas in pago Bragbantinſe, in loco qui appellatur Cambaronna *, ſuper fluvium Aſbram cum*
caſticijs ſuperpoſitis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, mobilibus
& immobilibus, molendinum unum cum camba ſuperpoſita, ac de ſilva ad porcos tricentos inſaginandum,
& quicquid pars ſancti Dionyſii in jam dicto loco habere & dominare videtur, exceptis mancipijs ad par-
tem ſancti Dionyſii retentis. Et è contra dedit Vvitramnus partibus ſancti Dionyſii ſeu Hludovvici Abba-
tis res quaſdam ſuæ proprietatis ſitas in pago Belloacinſe, in loco qui dicitur Bladoldi-villa, quæ ei ex le- E
gitima hereditate advenerant ex parte Ebroini, & contra heredes ſuos in partem accepit, quicquid ibidem
habere vel aſpicere ad præſens videtur, tam de eccleſia partem ſuam, quàm & de molendino qui eſt ſuper
fluvium Aronna, cum terris, vineis, ſilvis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, mobilibus & immobili-
bus, & quicquid præſens in jam dicto loco poſſidere cernitur, cum caſticijs ſuperpoſitis, exceptis mancipijs in
ſuam partem retentis. Vnde & duas commutationes inter ſe æquo tenore conſcriptas & legaliter roboratas
ſuppliciter petierunt, ut eis per noſtræ auctoritatis præceptum plenius confirmare dignaremur. Quorum pe-
titionibus libenter aſſenſum præbentes, hoc altitudinis noſtræ ſcriptum fieri juſſimus, per quod præcipimus
adque firmamus, ut quicquid pars juſtè & legaliter alteri contulit parti, ſicut in memoratis commutatio-
nibus continetur, jure firmiſſimo teneat adque poſſideat, & faciat exinde quicquid elegerit. Et ut hæc no-
ſtræ confirmationis auctoritas perpetuam in Chriſti nomine obtineat firmitatem, de anulo noſtro ſubter
eam juſſimus ſigillari. F

GAUZLENUS *regiæ dignitatis Cancellarius ad vicem* HLUDOVVICI *recognovit & ſubſcripſit.*
Data pridie Non. Mart. Indictione VIIII, *anno* XXI, *regnante Karolo glorioſiſſimo Rege. Actum Verno*
palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

* Camberon.

A

XCV.

Caroli Calvi item Præceptum pro commutatione inter Gauzlinum, monaſterii Gemeticenſis Abbatem Commendatarium, & virum illuſtrem Vvarnarium, facta de quibuſdam prædiis in pago Vilcaſſino.

Ex autographo Dionyſiano.

Anno 862.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis KAROLUS *gratia Dei Rex. Si enim ea quæ fideles Regni*
noſtri pro eorum commoditatibus inter ſe commutaverint [noſtris confirmamus edictis ; regiam exerce-
mus conſuetudinem ,] & ob id in poſtmodum jure firmiſſimo manſura fore volumus. Ideoque noverit om-
B *nium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorumque tam præſentium quàm & futurorum induſtria , quia ve-*
niens VVARNARIUS . . . . . . *noſtræ ſerenitatis celſitudini innotuerunt , qualiter res ſuas pro amba-*
rum partium utilitatibus inter ſe commutare deberent. quod & fecerunt. Dedit interea memoratus VVAR-
NARIUS . . . . *prædicto* GAUZLINO *reverendo Abbati ad jus proprium habendas res ſuas , ſitas*
in pago Vilcaſino in villa nuncupante Hildbodicurte , de terra arabili bunuaria XVII *& arpennos duos.*
Et è contra in recompenſatione . . . . *Gemetticenſis cœnobij*
prælibato Vvarnario viro inluſtri ad jus proprium hæbendum in ipſo pago Vilcaſino ſuper fluvium Triot-
na, in loco nuncupante Gertriſiacas , caſas de terra arabili bunuaria octo & arp . . . . *de terra*
arabili bunuar. III, *& arpen.* III, *& in alio loco, qui dicitur ad Halulfo-villare , arp.* III, *& quadr.* XL;
& in tertio loco ad rupe . . . arp . . . & XL. *in quarto loco bunuar . . . . . & arpen . . . . . roboratas noſtræ ma-*
gnitudini oſtenderunt ad relegendum. Sed pro integra firmitate & inviolabili commutatione petiit uterque
C *munificentiam noſtram, ut eaſdem commutationes de* . . . . *clement[illegible]nuentes hoc altitu-*
dinis noſtræ ſcriptum fieri illis juſſimus , per quod præcipimus atque firmamus , u[illegible]icquid pars juſtè &
rationabiliter alteri contulit parti . . . . *atque poſſideat , & faciat exinde quod elegerit.*
Et ut hæc noſtræ auctoritatis præceptio firmior habeatur , ac per futura tempora diligentius obſervetur, anuli
noſtri impreſſione ſigillari juſſimus.

ELIFREDUS *Diaconus ad vicem* HLUDOVVICI *recognovi & ſubſcripſi.*

Data pridie Kal. Februar. Indictione X , *anno* XXII *regnante Karolo glorioſiſſim[illegible] Rege. Actum ad Inſu-*
las ſuper Matronam, in expeditione hoſtili, in Dei nomine feliciter.

NOTATIO.

D HOC diploma refero duas ob cauſas : quarum una eſt , quòd non tantùm Gauzlini Abbatis Gemeticenſis mentionem faciat , ſed etiam Elifredum Ludovici Archicancellarii Notarium ſuggerat , nobis antea ignotum : altera , ob mentionem de *expeditione hoſtili* , quam tunc Carolus perſequebatur contra Normannos apud Inſulas ſuper Matronam : quo de loco actum eſt in libro IV. Lege Annales Bertinianos.

XCVI.

Caroli item Præceptum pro confirmatione partitionis monachorum S. Dionyſii.

Ex autographo.

Anno 862.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. KAROLUS *gratia Dei Rex. Si ea quæ prædeceſſores noſtri*
regia ſublimitate divina ordinante providentia præditi , ac ſuperna dignatione inluminati , necnon
& ſanctæ Dei Eccleſiæ ſuorumque fidelium devotis admonitionibus ac precibus inſtigati , pro ſtatu & uti-
E *litate eccleſiarum ac ſervorum Dei ſtatuere decreverunt, noſtris confirmamus edictis ; atque ipſorum de-*
votiſſimis conſentientes affectibus eadem pia Domino exequimur munia ; hoc nobis procul dubio ad æter-
nam beatitudinem & totius regni à Deo nobis commiſſi tutelam profuturum eſſe credimus & retributorem
Dominum exinde inpoſterum habere confidimus. Igitur notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ
ac noſtris , præſentibus ſcilicet & futuris , quia vir venerabilis ac propinquus noſter , HLUDOVVICUS
videlicet, Abba monaſterii Apoſtolorum principis excellentiſſimorumque Chriſti martyrum Dyoniſii , Ruſtici
& Eleutherii , qui peculiares patroni noſtri adeſſe videntur ; nihilo minus & monachi ejuſdem ſan-
ctæ congregationis, devotiſſimi oratores noſtri, ſuggeſſerunt ſerenitati noſtræ , ut pro Dei omnipotentis amore
& futuro eiuſdem ſanctæ congregationis ſuffragio , atque in ſancto propoſito religionis augmento , & ne
aliqua ſucceſſorum ſuorum negligentia aut parcitate ſive diminutione Ordo in ea monaſticus futuris tem-
poribus perturbaretur , ſicuti hactenus manifeſtum eſt contigiſſe ; ſtipendia eorum quæ annuatim in cibo
F *& potu accipere debebant, necnon quaſdam villas ſpecialiter neceſſitatibus eorum deſervituras à divæ re-*
cordationis HLUDOVVICO *ſereniſſimo Auguſto , genitore ſcilicet noſtro , per propriæ confirmationis præce-*
ptum eidem ſanctæ congregationi deputatas , alias etiam à noſtra largitate atque præfati venerabilis
Hludovvici Abbatis pia conſideratione ob multimodas neceſſitates præfatæ monachorum congregationi de-
legatas , propter rei firmitatem & ipſorum Sanctorum reverentiam auctoritatis noſtræ præceptum fieri ju-
beremus , per quod tam ea quæ præ manibus habebant, quàmque ipſa quæ à noſtra celſitudine humiliter ex-
poſcebant , rata atque ſtabilita deinceps permanere poſſent.

Nos verò petitionibus illorum , quia neceſſariæ & rationabiles erant , aurem accommodantes , veluti
poſtulaverant fieri adjudicavimus. Pro ſtipendiis igitur in ſæpefato genitoris noſtri Præcepto adnotatis ,
quæ à parte Abbatis fratribus annuatim ſolvebantur ob multimodas neceſſitatum varietates , quia ſæ-
pius minus plenè illis perſolvi poterant, Hludovvicus venerabilis Abba , cum conſenſu & voluntate eiuſ-

dem totius congregationis, tribuit eis villas, quarum ſunt vocabula, hoc eſt Cormilias in pago Pariſiaco ſitam; itemque Cormilias in pago Vilcaſino cum omnibus ad ſe pertinentibus, ſicut Geilenus ſine aliqua diminutione eam ex integro mutuavit; & villam quæ vocatur Vvarniatus in eodem pago, ſine aliqua diminutione, ſitam: necnon & villas, quæ vocantur Linerolas, & Ferriciacum cum lignariis earum, in pago Milidunenſi ſitas. Prædictas autem villas acceperunt memorati fratres pro ſigale modios mille trecentos ad præbendas famulorum ſibi ſervientium, & pro trecentis leguminum modiis, & pro caſei penſis trecentis triginta, & pro braciis triginta per duodecim modios, & pro modiis viginti adipis, (nam quindecim modia ex parte Abbatis ſolvuntur) & pro ducentis modiis ſalis, cum ipſo modio, qui ſolvitur in ſalinis, & pro quadraginta modiis ſaponis, & pro viginti quinque libris argenti, quæ pro lignario ſolvebantur; & pro ducentis unctis, qui dabantur fratribus per ſingulos annos ad Cordoveſos eorum & coria componenda, & diverſis aliis fratrum neceſſitatibus; & pro triginta Seſtariis butyri; & pro decem libris argenti, quæ pro pice annuatim ſolvebantur ad componenda omnia vaſa vinaria; & pro horto qui tam hieme quàm æſtate in cibos eorum ſubſtatuta menſura ſolvebatur à parte Abbatis; & pro conſolatione carnium in famulos eorum, cenſita quæ illis dabatur in eiſdem tribus feſtivitatibus & initio Quadrageſimæ; & pro centum maſſis ferri, & pro falcibus atque furcis ferreis centum perſolvendis; & pro ſartatectis ejuſdem cœnobii, dormitorio ſcilicet fratrum ac omnibus officinis infirmorum, & cella Novitiorum, atque coquina fratrum & hoſpitum ſimulque infirmorum, cum omnibus ibidem adjacentiis, & medicina fratrum & aliis domibus in variis fratrum neceſſitatibus aptis, quæ omnia ex parte Abbatis antea componebantur. Denique à parte Abbatis ſolvenda ſunt illis annuatim de frumento modia duo milia centum; & in potum quotidianæ refectionis concedimus eis vineas in pago Pariſiaco ſitas, ſicut ab antiquo ipſi fratres eas habere conſueverunt, quæ conjacent in Diogilo, in Petra-ficta, in Graulido, in Cormiliis, in Montiniaco atque Monticellis, necnon & vineas in ipſo cœnobio ſitas, quas appellant hortos. Si verò vindemia fefellerit in eiſdem vineis, ut ad duorum milium quingentorum modiorum numerus ex eis non valeat pervenire; tunc de vino puro idem numerus percomplebitur ab Abbate in fratrum & hoſpitum uſus in refectorio edentium.

Volatilia autem inter Paſcha & Nativitatem Domini de ſubſcriptis villis cum integritate, quæ ſuper annum ex eis unà cum cenſu qui in volatilibus de molendinis & cambis debet exire, cum pulpaſtis & aupaſtis, ſicut à longo tempore mos fuit, ſive indominicata, ſive in beneficium fuerint datæ, dare more regio conſtituimus, id eſt de Novigente ſupra Sequanam, Belna, Tibernione, Tauriaco, Vitriaco, Braogilo, Ruberido, Vuaſconevalle, Salice, Beracogilo, Blanziaco, Fraxnido, Alnido, Novavilla, Leudonecurte, Hardricovillare, Arniaco, Stirpiniaco, Bugris, Belniaco, Drauſciaco, Pantloſio, Marca, Cuviniolo, Vvairiaco, Melniaco, Ferrariis, Mairiu, Auriniaco, Rotnino, Campiniaco, Gauniſſa, Gunſanevilla, Fontanido, Cormiliis, Latuero, Villerolo, Villare, Latiniaco, Marciaco Linerolas, Ferriciaco, Niriaco, Clipiaco ſupra Sequanam.

De Simpliciaco etiam in Cinnomanico ſita ſolvendæ ſunt illis aut anſeres centum, aut pro eis de argento libra una. Et per tres feſtivitates, ſcilicet Paſchæ, Natalis Domini, atque feſtivitatis ſancti Dionyſii, de ſpelta modia nonaginta ad cerveſam faciendam. De melle quoque carradas duas per modia ſedecim; de frugibus arborum duæ partes de præfatis villis, & etiam aliis in teſtamento Cæſaris Hludovici nominatim adnotatis; circulos quoque & carpentarios, vel manoperarios ad præparanda vaſa vinaria tempore congruo; annualis etiam mundatio Crodoldi fluminis de villis ad hoc ex multo tempore ordinatis inexcuſabiliter fiat; vineas in cœnobio, quas hortos vocant, aliaſque potui ipſorum deputatas, vinitores de villis juxta antiquam conſuetudinem excolendo præparent. Sed & operarios qui eorum colligunt vineas, ſecundùm conſuetudinem ex villis, ab antiquo ad hoc ipſum ſufficienter ordinatis, necnon & torcularia præmemoratorum locorum, juxta ſolitam conſuetudinem ex villis Abbatiæ reemendentur; & quæ dari ibidem fratribus laborantibus fuerat conſuetudo, dentur. Tres ſiquidem porci ſaginati, & mille centum ova per tres feſtivitates ad fratrum piſtrinum ſubrogentur. Item etiam alii duo porci ſaginati per duas feſtivitates, id eſt Natalis Domini & Paſchæ, ad volatilia eorum præparanda; quinque ſimul modia frumenti puriſſimi de Mairiu ad polentam faciendam, de Madriaco tantum ex duvis quantum ſufficit ad unum pontonem faciendum à carpentariis Abbatis in cellario per vindemiam déſervituris; & de Mairiu ſimiliter vaſcula duo, quæ ad opus fratrum in cellario vel coquina perſolvenda de villis ſecundum antiquam conſuetudinem juxta ſtatutum numerum attribuantur, id eſt de Hardricovillare & Leudonecurte, & Novavilla, atque Niriaco, refectiones fratribus, quas piæ memoriæ Hludovvicus Abba nobiliter ordinavit atque conſtituit, de præfixis miniſterialibus in feſtivitatibus ſanctorum, quorum corpora in hoc loco ſunt humata, hoc eſt ſancti Dionyſii, ſancti Ypoliti, ſancti Innocentii, ſancti Cucuphatis, atque anniverſario DAGOBERTI *Regis ex Auriciaco inrefragabiliter ſubminiſtrentur. Caritates etiam in anniverſariis Regum & Abbatum de cellario Abbatis juxta ſolitum accommodentur.*

Itaque opertoria prædictorum tectorum à parte fratrum ſuperiùs exceptis, vel reconcinnationes in refectorio vel camera fratrum, ſive caminata, & balneatorio & piſtrino, ſeu in ceteris clauſtri officinis, dictante neceſſitate à parte Abbatis fiant. Inter quas verò feſtivitates, videlicet Natalis Domini & Paſchæ ac Miſſa S. Dionyſii, honorandus Abba ejuſdem loci à fratribus per annum de libris argenti ſex in hoc computati honores, qui ei dabantur per prædictas feſtivitates, villam quoque quæ vocatur Manſus-Adalingi, in pago Pinciacinſe ſitam, quam HINCMARUS *venerabilis Archiepiſcopus Remenſis eccleſiæ, à noſtra largitate in uſus proprium per regale præceptum conſecutus fuerat, idemque per noſtram licentiam fratribus in eodem loco infirmis benignè contulerat, ordine, quo in præcepto à nobis ipſi largito continetur: villam etiam quæ vocatur Scindelicias in pago Pariſiacenſi ſitam, quam eiſdem fratribus pietatis noſtræ clementia per regiæ auctoritatis præceptum miſericorditer contulerat ob refectiones annuales fratribus præparandas, veluti in præcepto excellentiæ noſtræ de eadem villa ordinabiliter continetur: videlicet ut in Idibus Iunii,*

A *quando Deus nos naſci in mundo voluit, & octavo Idus Iunias, quando Sanctus ſanctorum nos ungi in Re-
gem ſua dignatione diſpoſuit; ſed & octavo-decimo Kal. Febroarias, quando me Rex regum, fugatis atque
contritis ante faciem divinæ potentiæ nobiſcum agentis in regnum reſtituit, quæ commemoratio poſt obi-
tum noſtrum in depoſitionis diem, cùm me Dominus viam univerſæ carnis ingredi juſſerit, convertatur; nec-
non & in Idibus Decembris, quando Deus me dilectam conjugem* HIRMENTRUDEM *uxoreo vinculo copu-
lavit; verùm & quinto Kal. Octobris, quando ipſa dilectiſſima nobis conjux nata fuit, quæ commemora-
tio convertatur in depoſitionis ejus diem, quando divina vocatione ab hac mortalitate migraverit; ipſæ
refectiones fratribus in noſtram memoriam, verum & juxta poſſibilitatem pauperibus præparentur: ut ſpe-
cialiter atque ſollempniter in præfatis diebus commemoratio noſtra ex prædicta villa agatur; & quicquid
exinde tam de conlaborationibus, quàm & de redditibus ſuperfugerit, totum in refectorio fratrum ad vi-
ctum illorum ſupplendum, ſcilicet ad piſces comparandos, ceteraque neceſſaria victui apta, infirmorum-*
B *que conſolationibus & hoſpitum in refectorium venientium uſibus conferatur. Et quoniam cotidianis ſum-
ptibus de præſcripta donatione noſtra, annuente Domino, fratribus miniſtrabitur: ipſi quoque fratres, in
eodem cœnobio degentes, per futura tempora, ſicut qui tunc aderant nobis fuerunt polliciti, quinque pſal-
mos ſtatim poſt Primam in choro adſtantes ante altare quod Gazofilacium vocatur, ubi ſepulturam no-
ſtram (ſi ita Deus voluerit) diſpoſuimus, tam in vita noſtra, quàm & poſt obitum pro nobis cantent:
& ſacerdos deputetur, qui cotidie ſimiliter pro nobis Miſſam celebret, per cujus manus tres fratres obla-
tiones pro nobis Domino offerant: & de vino quod in vineis prædictæ villæ natum fuerit, decem modia in
ſacrario fratres mittant. quod mixtum fiat vino in ſacrificio deputato: quatenus ex donariis voti noſtri
etiam ſacro-ſancto ſacrificio portio deeſſe non debeat.*

*Sed & ordinetur, qualiter lampas una ante præſcriptum altare exinde ardeat, ut Sanctorum meritis
ac fratrum ipſius monaſterii devotis orationibus lux nobis perpetua luceat; villamque Marogilum, in*
C *pago Meldenſi ſitam, quam* ADALARDUS *Comes in proprium à noſtra celſitudine o[illegible] conſecutus fuerat,
precariamque pro ipſa de rebus ſancti Dionyſii à Hludovvico Abbate rectore eiuſdem [illegible] acceperat, ipſique
ſancto loco delegaverat; quam villam Marogilum poſtea idem venerabilis Hludovvicus Abba per noſtrum
conſenſum in uſus fratrum, videlicet in refectorio eorumdem perpetualiter miniſtraturam benignè ac fide-
liter pro ſuæ remedio animæ ſpeciali dono ſuperaddiderat. Has ergo villas duas, ſcilicet Scindelicias &
Marogilum, ſpecialiter in refectorio fratrum, ad victum illorum ſupplendum, videlicet ad piſces compa-
randos in piſcatoriis ſeu lacunis congruenti ingenio adquirendos, ceteraque neceſſaria victui apta, hoſpi-
tumque receptionem in eodem refectorio clementer conferimus.*

*Villam quoque Madriniacum, in pago Morivenſi ſitam, eis attribuimus, quam eiſdem fratribus per
noſtræ largitionis præceptum ad cellam conſtruendam & locum refugii dudum conceſſeramus. de qua etiam
villa Madriniaco ordinamus atque conſtituimus, ut poſtquam cella Deo donante quandoque in ea con-*
D *ſtructa fuerit, & rationabiliter ordinata de hac noſtra donatione aliiſque auxiliis fratrum, quicquid extra
fabricam cellæ de redditibus ſupraſcriptæ villæ ac conlaboratu vel cenſu remanſerit, totum in uſus fra-
trum deputetur. Quin pariter villam quæ vocatur Morinciaca-curte, in pago Camliacenſe ſitam, quam*
LEUTONI *fideli noſtro per noſtrum Præceptum jure proprietatis conceſſimus, idemque Leuto ſua ordina-
tione per noſtrum conſenſum eamdem fratribus delegaverat, cum omnibus appendiciis ſuis, veluti ex in-
tegro ei condonavimus, in refectorio fratrum perpetualiter miniſtraturam cenſemus.*

Refectiones item annuales, quas de rebus theſauri bonæ memoriæ HILDUINUS *Abba ordinavit, hoc eſt
Purificatione ſanctæ Mariæ, anniverſario domni Hludovvici Imperatoris genitoris noſtri, Miſſa ſancti
Petri Apoſtoli, Aſſumptione ſanctæ Mariæ, & Nativitatis ejuſdem, feſtivitate omnium Sanctorum, die-
que depoſitionis ſuæ fratribus miniſtrandas decernimus: necnon etiam de Superiori-curte in anniverſarijs
divæ memoriæ* KAROLI *Imperatoris avi noſtri &* BERTÆ *amitæ noſtræ, atque* HILDEIARDIS *Reginæ*
E *avæ noſtræ, à parte fratrum feſtivitatibus ſancti Hilari atque ſancti Sebaſtiani de rebus eorum ſimiliter.
Ad veſtimenta etiam & calciamenta & omnimodas eorum neceſſitates, tam infirmorum, quàm ſenum,
& ipſis ſervientium famulorum, procurandas, ut in ſæpe fato continetur præcepto, confirmamus eis villas
quarum vocabula ſunt „Murnum antea vocatum, nunc autem Cella ſancti Dionyſii, & Novigentum cum
integritate, in pago Camliacenſi ſitum, Toſonis-vallem cum Flaviaco in pago Stampinſe ſitam, & reli-
quis ad ſe pertinentibus, excepta Hainulfi-villa, & Maidumo, atque Timiriaca-curte, quæ tria loca
in commutationem cum alijs locellis pro Cormilijs donaverunt; Cellam ſancti Martini, in monte Iocundia-
co ſitam, cum integritate; Pratariam quoque atque Pratariolam cum integritate, excepto Sichadi-curte,
quam cum medietate de Baliolo. & Muſcella, & Monte-lupicino, & Rocconis-curte cum alijs locis in
commutationem pro Novigento dederunt, Nucitum ſuperiorem, Francorum-villam, Maſtarem-villarem,
Bidolitum, quam Teutgildis per precariam de parte fratrum tenet; & omne teloneum atque cenſum, quod*
F *de mercato annuali ab ipſa feſtivitate ſancti Dionyſii exire conſuevit, uſquedum ipſe mercatus finiatur,
Majoris-villam, necnon & Trimlidum, atque Villam-pictam cum integritate, villamque Exonam cum
integritate, Belnam etiam villam, in pago Vvaſtininſe ſitam, cum integritate; & beneficiolo quod Ful-
cardus in ea tenet, quam de Vvaſcone-villa, & de clauſo vinearum in Spinogilo ſito commutaverunt:
manſos etiam & vineas à Francis hominibus, in eadem Belna ſitas, ad uſus fratrum delegatas; & man-
ſos in Vanniculis ſitos, quos Aglardus per præſtariam tenuerat; atque villam Novigentum ſupra Sequanam
in pago Morivenſi ſitam, cum integritate, quam de ſupradictis locis commutaverunt: & manſionile in Sa-
vegia poſitum, & Cellam ſancti Audoëni, cum integritate ſuper Sequanam ſitam, cum uno manſo in Bono-
gilo ad fratrum retia procuranda, & duos manſos in vico ejuſdem cœnobij, unum ad fratrum vaccariam,
& alterum ad infirmorum fratrum neceſſitates procurandas: & in Alvernis manſos duos, & in Fagido
de colonica Novæ-villa in Vilcaſino manſum unum; & in Aviſnis colonia ex Ferrarijs in pago Belloacinſe*

manſum unum; & in Campiniaco manſos duos ad piſcationem & ſolitum cenſum de Venna, quæ eſt ſuper A *fluvium Loch. In pago* Tellau *piſcatorium cum manſo uno: in eodem pago villam quæ dicitur Bertinevallis, & manſos ſupra mare ſitos, qui nuncupantur Mares, cum integritate. In Rotomagenſi pago, ubi dicitur Bracium, manſos quatuor, & in pago Pontiu ſolitum cenſum de plateſiis, haronibus, ac anguillis Somnenſibus, ac de Flandris ſolitum cenſum de multonibus & formaticis ac bubus, reliquoque cenſu, ſicut conſuetudo fuit. Has ergo villas cum appendiciis & redditibus vel manciphiis omnibus ad ſe pertinentibus, fratribus ipſius congregationis ad ſpeciales eorum neceſſitates regali auctoritate per hoc præceptum confirmationis noſtræ, ſicut ſanctæ recordationis genitor noſter ſuo confirmavit Præcepto, ſtabili jure eis in perpetuo concedimus atque confirmamus: præcipientes regia poteſtate & per ſanctam inviolabilem Trinitatem atque examen tremendi judicii, Angelorumque ac ſanctorum omnium reverentiam conjurantes, ut nemo Abbatum per ſucceſſiones, quod noſtro roboratum eſt edicto, ſubtrahere, vel minuare audeat, aut ad uſus ſuos ea retorqueat, vel alicui quiddam inde in beneficium tribuat: ſed neque ſervitia ex eis exactet, neque* B *paraveredos aut expenſas ad hoſpitum ſuſceptiones recipiat, aut ullas in aliqua re exactiones ſive manſionaticos inde exigat, præter conſuetudinarias operationes, quæ de ſæpe dictis villis in monaſterii utilitatibus ab antiquo fuerant conſtitutæ, quibus nil addere quiſquam præſumat. Supraſcripta autem ad centum quinquaginta monachorum numerum ſunt ordinata, ex quo nihil cuiquam Abbatum licebit umquam ſubtrahere: augere verò ſi fortè voluerit, ut multiplicatis ad uſum eorum opibus accumulentur divini ſervitii cultores. Qui verò noſtro tempore aliter facere præſumpſerit, & poſt diſceſſum noſtrum, ſive, quamdiu advixerimus, hanc noſtram confirmationem violare voluerit; à Deo cujus extitit contemptor, pœnis æternalibus ſe damnandum cognoſcat. Querela verò proinde ad nos ſeu ad ſucceſſores noſtros, qui tunc temporis ſuperſtites nobis fuerint, juſtè deveniat: ipſique agnita auctoritate noſtra noſtræ confirmationis ſtatuta defendant, & ſua auctoritatis præcepto confirment, ſicut à ſe benè geſta & firmata defendi & confirmari à ſuis ſucceſſoribus Deo annuente voluerint: qualiter futuris temporibus fratres, in cœnobio ſæpedicto Regulam ſancti* C BENEDICTI *ſervantes, abſque perturbatione liberè Deo ſervire, & pro nobis fideliter orare queant, nobiſque pro rata confirmatione, & illis pro pia obſervatione merces in perpetuum recompenſetur beatitudine. Ad corroborandum etiam noſtræ celſitudinis præceptum ſuper eodem privilegium Epiſcopale per ſemet à cunctis Eccleſiæ filiis æternaliter obſervandum fieri & firmari decrevimus. Et ut hæc auctoritas quam ob Dei amorem & animæ noſtræ remedium ſtatuimus atque roboravimus, firmiorem obtineat vigorem, & deinceps inconvulſa perdurare valeat; manus noſtræ conſcriptione eam ſubterfirmavimus, & de anulo noſtro ſigillari juſſimus.*

Signum KAROLI *glorioſiſſimi Regis.*

HILDEBOLDUS *Notarius ad vicem* HLUDOVVICI *recognovi & ſubſcripſi.*

Datum XIII *Kal. Octobris, Indictione* X, *anno* XXIII *regnante Karolo glorioſiſſimo Rege. Actum Compendio palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.* D

NOTATIO.

HOC inſigne diploma, aliqua ex parte editum apud Dubletum pag. 798, integrum viſum eſt huc referendum ex autographo. In ea fit mentio confirmationis Epiſcoporum, quorum hac de re litteræ ſynodicæ exſtant etiam apud Dubletum. Egregium earum ſpecimen habes ſupra in tabella LV. Hludovvicus Abbas, cujus rogatu hoc diploma conceſſum eſt, & ad cujus vicem Hildeboldus illud recognoſcit, nihilo minùs *pia memoria Hludovvicus Abba* hîc dicitur. Similia alibi exempla retulimus in Sæculi quarti Benedictini parte I ad vitam S. Vvilfridi Epiſcopi Eboracenſis, in qua de Acca itidem ſuperſtite legitur, *beata memoria adhuc vivens gratia Domini Acca Epiſcopus* in capite XXII. *Acca qui nunc eſt beatæ memoriæ Epiſcopus*, in capite LIII. Eadem phraſis legitur in capite LXI. Eodem modo Hludovvicus Abbas adhuc vivens dicitur *pia memoria*, ſi tamen non alius ante eum fuit Ludovicus Abbas, quem ignoremus. Crodoldus, cujus hîc mentio, eſt amnis influens in cœnobium Dionyſianum, vulgo *le Crou*. Genus quoddam imprecationis hæc charta continet in fine. Cetera facilè diligens ac ſtudioſus lector obſervabit. E Confer partitiotem Hilduini, de qua ſupra.

XCVII.

Ex archivo Compendienſi.

Caroli Calvi item Præceptum, quo villam Scindelicias monachis Dionyſianis attribuit.

Anno 862.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis KAROLUS *gratia Dei Rex. Si ex regiæ poteſtatis noſtræ munificentia ſancta loca ditamus &c. Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum induſtria, quod ob amorem Dei & reverentiam precioſiſſimi ac ſpecialis noſtri magni Dionyſii* F *ſociorumque ejus, & remedium animarum Domni ſcilicet ac genitoris noſtri* HLUDOVVICI *ſanctæ recordationis Auguſti, ſeu genitricis noſtræ* JUDITH *Imperatricis, noſtræque mercedis emolumentum, villam quamdam ſitam in pago Pariſiaco, cujus vocabulum eſt Scindelicias, cum omnibus ad ſe pertinentibus, tam manſis, quàm terris, vel quicquid dici aut vocari poteſt, cum colonicis, ubi & ubi conjacentibus, jam dicto Domno ac protectori noſtro Dionyſio ſociiſque ejus per hoc noſtræ auctoritatis præceptum perpetuo poſſidendam concedimus, ea conditione, ut in luminaribus, vel monachorum ipſius monaſterii refectionibus, atque pauperum ſuſceptionibus, ſecundum diſpoſitionem noſtram & dierum denominationem ac numeri quantitatem reditus ipſius villæ à fratribus dicti monaſterii dividantur, ac ordinentur. Quæ diſpoſitio noſtra talis habetur, videlicet ut Idibus menſis Iunii, quando me Dominus naſci in mundo voluit; & octavo Idus Iulii, quando Sanctus ſanctorum ungi in Regem ſua dignatione diſpoſuit; ſed*

A *& octavo Kalendas Februarii, quando me Rex regum, fugatis atque contritis ante faciem divinæ potentiæ nobiſcum agentis, in regnum reſtituit. (quæ commemoratio poſt obitum noſtrum in depoſitionis diem cum me Dominus viam univerſæ carnis ingredi juſſerit, convertatur;) necnon Idibus Decembris, quando me dilectam conjugem* YRMINTRUDEM *uxoreo vinculo copulavit; verùm & quinto Kalend. Octobris, quando ipſa dulciſſima nobis conjux nata fuit, quæ commemoratio convertatur in depoſitionis ejus diem, quando divina vocatione ab hac mortalitate migraverit; ipſæ refectiones fratribus in noſtram memoriam, verùm & juxta poſſibilitatem pauperibus præparentur, ut ſpecialiter atque ſolemniter in poſtfuturis diebus commemoratio noſtra ex prædicta villa agatur: & quicquid exinde de collaborationibus & reditibus ſuperfuerit, totum in refectorio fratrum ad victum illorum ſupplendum, ſcilicet ad piſces comparandos, ceteraque neceſſaria victui apta; infirmorumque conſolationibus & hoſpitum in refectorium venientium uſibus conferantur. Et quoniam quotidianis ſumptibus de præſcripta donatione noſtra, annuente*
B *Domino, fratribus miniſtrabitur; ipſi quoque fratres, in eodem ſancto cœnobio degentes, per futura tempora (ſicut qui tunc aderant fuerunt polliciti,) quinque pſalmos ſtatim poſt Primam in choro aſtantes ante altare (quod gazophylacium vocatur) ubi ſepulturam noſtram (ſi ita Dominus voluerit) diſpoſuimus tam in vita noſtra, quàm & poſt obitum pro nobis orent, &c.*

Datum tertio-decimo Kalendas Octobris, Indictione decima, anno XXIII *regnante Carolo glorioſiſſimo Rege. Actum Compendio palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.*

XCVIII.

Caroli Calvi diploma, cœnobio S. Germani Autiſiodorenſi quædam largientis rogatu Lotharii Abbatis filii ſui.

Ex Chartario S. Germani Autiſiod.

Anno 866.

C IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis* KAROLUS *gratia Dei Rex. Si locis, divinis cultibus mancipatis quiddam munificentiæ noſtræ largimur, ac largiendo conferimus, profuturum nobis & ad præſentis vitæ curricula felicius tranſigenda, & futuræ beatitudinis præmia faciliùs adipiſcenda non dubitamus. Noverit igitur ſanctæ Dei Eccleſiæ omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet ac futurorum, induſtria, quia cariſſimus valdeque amantiſſimus nobis filius noſter* LOTHARIUS, *ſancti Germani præcipui confeſſoris Chriſti cœnobij Autiſiodorenſis reverendiſſimus Abbas, ante ſui obitus terminum, divina ſibi (ut credimus) inſpirante clementia, per communem fidelem noſtrum* BOSONEM *venerabilem Abbatem, atque alios ejuſdem cœnobij monachos, noſtram ſuppliciter expetiit magnificentiam, ut pro animæ ejus abſolutione, ac pro æterna in futuro ſæculo retributione eumdem ſanctum locum ex noſtræ proprietatis*
D *rebus magnificaremus. Cujus admodum ſalubribus atque animæ noſtræ proficuis poſtulationibus celſitudinis noſtræ aurem accommodando faventes, eidem ſancto loco quamdam villam, nomine Bernaicum, in præfixo pago Autiſiodorenſi ſitam, cum illa omni integritate qua quondam* VVACALDO *fideli noſtro ad deprecationem* ADALARDI *illuſtris Comitis largiti ſumus; per hoc auctoritatis noſtræ præceptum damus, ac dando perpetualiter confirmamus: & de noſtro jure in jus ac dominationem ejus transferimus atque transfundimus, eo videlicet pacto, ut ſicut iſdem amantiſſimus nobis filius noſter per prædictos fideles noſtros deprecatus eſt noſtram ſublimitatem, ex uno præfatæ villæ manſo in baſilica ejuſdem ſancti Germani ante ſacratiſſimos ſepulchri ipſius cineres ob ejus memoriam & eleemoſynam una lucerna indeficienter accenſa augeatur; nec pro hac quæquam ceterarum minuatur: & hoſpitali jam dicti cœnobii alius prædictæ villæ manſus conferatur, unde ibidem unus pauper cibo potuque cotidie reficiatur, nec pro hoc numerus ceterorum ullo modo minuatur. Ex ceteris verò rebus annuatim in anniverſario ejuſdem cariſſimi*
E *filii noſtri monachi ſæpe dicti cœnobii ſollemnem ſumant refectionem. Poſt noſtra quoque ac dulciſſimæ ſeu amantiſſimæ conjugis noſtræ* IRMINDRUDIS *glorioſæ Reginæ ab hoc ſæculo migrationem, anniverſarius utriuſque annuatim à prætexatis monachis ſollemniter celebretur, & præfata res uſibus ac ſtipendiis illorum abſque aliqua ſubtractione vel diminutione Domino adjuvante, perpetuis temporibus famulentur. Et ut hæc noſtræ largitionis auctoritas majorem in Dei nomine per ſupervenientia tempora obtineat firmitatis vigorem, manu propria ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.*

Datum X *Kalendas Febr. Indictione* XIIII, *anno* XXVI *regnante Karolo glorioſiſſimo Rege. Actum Silvanectis urbe in Dei nomine feliciter. Amen.*

XCIX.

F
Synodi Trecenſis Privilegium pro eccleſia Nivernenſi de Magniaco.

Ex chartario Nivernenſi.

Anno 867.

IN *nomine Domini noſtri Ieſu-Chriſti.* ABBO *Nivernenſis eccleſiæ Epiſcopus, unà per conſenſum & voluntatem domini Archiepiſcopi mei* EGILI, *ac ceterorum Epiſcoporum ſibi ſubditorum, omnibus tam præſentibus, quàm & futuris ſanctæ Dei Eccleſiæ coepiſcopis. Notum eſſe volumus, religionis canonicæ quemdam ſacerdotem, Adelardum nomine, adiſſe noſtram, immo omnium ſanctæ Synodi Trecas habitæ ceterorum coepiſcoporum paternitatem, quorum nomina in ſequentibus cum propriis adſignationibus inſerta tenentur, petiitque humiliter, ut regiam donationem, quam per venerabilem præceptorum ſuorum conſcriptionem eccleſiis Sanctorum, quæ in noſtra Nevernenſi parochia habentur, ſcilicet ſancti Nazarii venerandi martyris, & ſancti Vincentii pretioſi Confeſſoris, ubi ejus ſacratiſſimum corpus jacens miraculis clareſcit, ſancti quoque Iohannis præcurſoris Domini, ſanctique Martini, necnon & ſancti Hilarii*

ac ſancti Germani conferre dignatus eſt ad reſtaurationem & relevationem earumdem eccleſiarum, noſtra A
confirmatione & auctoritate corroboraremus. Repperit enim dominus & ſenior noſter res quondam ibi delegatas, ut ejus auctoritas teſtatur, per diminutiones beneficiorum quorumdam exinde inordinabiliter abſtractas, unde ſuſtentari debuerant & contineri, & ſollicita procuratione reintegrare ordinabili adminiſtratione eas, ut prius fuerant, ſtuduit, videlicet in uſu ſacrificii ſalutaris, & in illuminatione ac readificatione jam dictorum ſanctorum eccleſiarum, quas multimoda everſione deſtitutas condoluit, ſeu in victu & ſtipendiis Canonicorum ibidem deſervientium omnem donationem & reintegrationem ſtatuit diſtribuendam, quemadmodum præcepti ejus veneranda conſcripta pronuntiant. Donat præterea Adalardus eidem vico Magniaco res quaſdam proprietatis ſuæ in honore ſancti Vincentii, ejus videlicet cryptæ, ubi ſanctum corpus ejus in eccleſia ſancti Nazarii jacet, quæ ſunt in pago Nevernenſe in agro Magniacenſe, in villa Lurſiaco, hoc eſt caſales cum vineis & hortilibus, ubi colligi poſſunt vini modii centum quinquaginta: poſcitque ut tam ea quæ ipſe conferre, quàm etiam ea quæ catholici fideles* B
devoti ob utilitatem ſuam ibi contulerint, noſtra auctoritate firmetur & corroboratione fulciatur. Quod nos audientes piaque meditatione tractantes, æquum credimus ratumque ducimus talibus petitionibus aſſenſum præbere cum ea obſecratione, in qua precatur, ut omnis noſtra donatio ab ordinatione & dominatione laicorum, Comitum ſcilicet vel Principum ſæcularium, abſtrahatur, & ſub dominatione Nevernenſis Epiſcopi agatur: ita ut idem Adalardus ejuſque ſucceſſores deinceps annis ſingulis matri eccleſiæ ſancti Cyrici libram ceræ exſolvant. Non tamen aliud humanæ ſervitutis obſequium à jam dicto Adelardo ejuſque ſucceſſoribus præter hoc exigatur, niſi quod dilectionis dulcedo per caritatis amminiſtrationem exhibere jubet Prælatis. Vnde in Chriſti nomine cunctos, qui nobis Deo propitio per tempora labentia ſunt ſucceſſuri, Coepiſcopos conteſtantes precamur, ut nullo pacto tantorum virorum decretum parvipendatis, ſed potius veſtra ſanctiſſima auctoritate, quicquid in præſenti privilegio de eodem vico, regiiſque redintegrationibus ac Adelardi petitionibus à ſancta Synodo definitum habetur, inconvulſum atque inviolatum permanere conſentiatis, C
& paterna defenſione ſpiritalique juvamine eis auxilium conferre in omnibus quibuſcumque veſtri indiguerint, prout vobis Deum propitium habere vultis, non differatis, nec ullam ſæculi poteſtatem exinde nocere ſinatis: ſed liceat eumdem locum canonica exercitatione degere, ac prædictas donationes & petitiones, ubi delegatæ ſunt, permanere abſque aliqua inquietatione Principum, & ſine (præter quod ſuperius inſertum eſt) cenſu: quatenus quieto ordine ac ſecura mente Deo ibi ſervire ejuſque Sanctis ac pro pace utilitate ſanctæ Dei Eccleſiæ ejuſdem loci Canonici valeant exorare, necnon etiam pro Regis ſalute & proſperitate, ac pro conjugis & ſobolis incolumitate, omnibus diebus ac noctibus intercedere, atque clementiam ſuperni Regis per eorumdem Sanctorum interceſſionem pulſare.

* id eſt Carolus Calvus.

† EIGIL *Archiepiſcopus ſanctæ Senonenſis eccleſiæ ſubſc.*
† VVANILO *humilis Rotomorum Epiſcopus ſubſc.*
ÆNEAS *Pariſienſis Epiſcopus ſubſ.* D
HERARDUS *Turonum Archiepiſcopus ſubſ.*
FOLCHRICUS *indignus Epiſcopus ſubſ.*
ACTARDUS *Namnetenſis Epiſcopus.*
HELISEUS *in D. ſubſ.*
GISLEBERTUS *Carnotenſis Epiſcopus.*
HILDEGARIUS *Meldenſis eccleſiæ humilis Epiſcopus.*
ABBO *humilis Nevernenſis eccleſiæ Epiſcopus.*
ANNO *Archidiaconus ad vicem* AGIL *Aurelianenſis eccleſiæ Epiſcopi ſubſ.*

Acta IIII *Nonas Novembris anno Incarnationis Domini noſtri Ieſu-Chriſti* DCCCLXVII, *Indictione* I, *anno etiam* XXVI * *regnante domino noſtro* CAROLO *Rege in Dei nomine feliciter.*

* Lege XXVII.

E

NOTATIO.

IN actis Synodi Tricaſſinæ anno DCCCLXVII celebratæ nullus ſubſcribit Heliſeus, cujus ſubſcriptio hîc reperitur. Caroli Calvi diploma, de quo hîc fit mentio, à Sirmundo editum exſtat in Analectis ad Capitularia Caroli Calvi, *datum* XIII *Kal. Ianu. Ind.* VI *anno* XVIIII *regnante Karolo glorioſſimo Rege, actum in Magniaco.* Indictio prima in ſuperiori charta ſignata ineunda eſt à Septembris die 25. Hoc exemplum cum aliis multis debemus Antonio Herovallio, litterarum ſtudioſiſſimo patrono.

C.

Ex autographo.

Caroli Calvi Præceptum, quo mercatus hebdomadalis Cormeliarum in pago Vilcaſſino Gerardo Decano & monachis S. Dionyſii tribuitur. F

Anno 869.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis* KAROLUS *gratia Dei Rex. Cum itaque ſacroſanctis locis beneficia oportuna conferimus, ſervorumque Dei utilitatibus inibi degentium, Deoque militantium conſulimus; regium quidem morem agimus, profuturumque nobis in æternum confidimus. Proinde omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, præſentium ac futurorum, noverit induſtria, quia* GERARDUS *beatiſſimi martyris Chriſti patronique noſtri Domni Dionyſii cum ſocialite generalitatis Decanus pariter & Sacerdos, noſtram ſubpliciter petijt magnificentiam, quatenus ebdomadale mercatum in pago ſcilicet Vilcaſſino, in villa quam Cormellias dicunt, convenientem, ob amorem & reverentiam prælibati patroni noſtri uſibus ac ſtipendijs fratrum ea condicione ac ſtabilitate concedere dignaremur, qua villam eandem illis perpetim deputavimus. Ejus igitur piæ petitioni faventes, cunctorum fratrum votis annuimus, atque ut petebamur fieri*

A *fieri voluimus. Unde hoc præcellentiæ noſtræ præceptum fieri illique dari juſſimus, per quod memoratum tertiâ ebdomadæ feriâ convenientem abſque ullius Comitis mercatum participatione, ſive Vicecomitis aut Judicis introductione, vel etiam cujuſcumque rempublicam adminiſtrantis reſpectu, partibus ſancti Dionyſii ac fratrum ſtipendiis delegamus, perpetimque eis ſtatuentes ſerviendum ſine cujuſpiam refragatione, ſubducto ablationis metu, ſicut & res ipſius villæ mancipamus, & noſtris futuriſque ſæculi temporibus inconvulsè eis famulandum mandamus. Ut verò hæc largitatis noſtræ donatio majore firmitatis ſtabiliatur vigore, manu propria ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſubter inſigniri juſſimus.*

Signum KAROLI *glorioſiſſimi Regis.*

MANCIO *indignus Levita ad vicem* GAUZLENI *recognovi & ſubſcripſi.*

Data IIII *Id. April. Indictione ſecunda, anno* XXVIIII *regnante Karolo glorioſiſſimo Rege. Actum in monaſterio ſancti Dionyſii in Dei nomine feliciter. Amen.*

B

NOTATIO.

PRÆTERMITTIMUS hîc alia Caroli Calvi diplomata pro variis commutationibus. Unum eſt de commutatione quorumdam mancipiorum ex villa Campania, ſita in pago Camliacenſi, ſuper fluvium Iſeram, facta inter Ludovicum Abbatem & quemdam Sigemundum: quod diploma *Goſlinus regiæ dignitatis Cancellarius ad vicem Ludovici* recognovit. *Data* IIII *Nonas Aug. Indict.* VIII, *anno* XXI *regni* Karoli. *Actum Kala monaſterio.* Alterum eſt de commutatione quorumdam prædiorum in eodem pago, facta cum illuſtri femina Hildegarde, itidem recognitum à Gaufleno ad vicem Ludovici, X *Kal. Septemb. Indict.* [VIII] *anno* XXI *regni ejuſdem, actum Cariſiaco palatio.* Tertium itidem de mancipiis apud Faverolas cum Gilduino quodam commutatis, ſub recognitione Hildeboldi ad vicem ipſius Ludovici Idib. Martii Indict. XI anno XXIII regni, in Compendii palatio. Item alia duo, quorum extrema pars in autographis mutila eſt. His accedit Præceptum Caroli Calvi, quo mancipia quædam ex fiſco Bexercio, quæ Rainboldus ſanctæ Columbæ partibus acquirere voluerat, ad monachos Dionyſianos transfert rogatu Decani, Franconis Præpoſiti, ac Meinardi Theſaurarii. *Adalgarius Notarius ad vicem Gauſleni recognovit.* Data Kal. *April. Indict.* VIII, *anno* XXXV regni Caroli, *& in ſucceſſione regni Lotharii anno* VI. *Actum in monaſterio S. Dionyſii.*

C

CI.

Placitum Miſſorum Caroli Calvi pro monaſterio S. Tiberii in Aquitania.

Ex antigrapho noſtro.

Anno 870.

C*Um in Dei nomine reſideret* BERNARDUS *Comes Marchio Miſſus sereniſſimo Domno noſtro* KAROLO *Rege in Narbona civitate pro multorum altercationes audiendas, & negotia cauſarum dirimenda & recta ac judicia ordinanda, unà & cum* LEOPARDO & ADALBERTO *Vaſos domenicos, ſeu & Iudices* TEUDFREDO, THERISCONE, MEDEMANE, ODOLRICO, ARGEFRIDO, & COMPARATO *Saïone etiam & præſentia* ADDRIULFO, VVITARDO, RECAMBERTO, ILDERICO, PROREANDO, ANDRICO, ODILONE, AUSTRINGO, *& præſentia aliorum plurium bonorum hominum, quos cauſa fecit eſſe præſentes; in eorum præſentia veniens* BONESINDUS *Abbas ex monaſterio ſancti Tiberii, cui vocabulum eſt Ceſarion, unà & cum ejus congregatione, & ſe querelavit & proclamavit & dixit: Audite me querelantem & proclamantem, eo quod Abbatia ſancti Veloſiani cum eccleſias & vineas & terras & omnibus apendiciis ſuis, & fiſcum noſtrum, qui etiam vocatur Homegianus, quem* KAROLUS *Rex perenniter contulit ad jam dicto monaſterio ſancti Tiberii per iſtos præceptos, quem ego hîc in veſtra oſtendo præſentia ad relegendum. Et ſic dumque nos ipſam Abbatiam vel fiſcum ſupradictos retinuiſſemus, vel anteceſſores mei quiete retinuerunt pro partibus ſancti Tiberii in Ceſarione monaſterii, ubi ſacrum corpus requieſcit; ſic venit* ATO, *& ſic ad ipſo monaſterio vel ejus congregatione abſtulit ſua fortia injuſtè. Tunc nos Miſſus & Vaſi domenici & ſupradicti Iudices ordinavimus ipſos præceptos ante nos relegere. Sed cùm ipſi præcepti ante nos relecti fuiſſent; ſic in unum præceptum inſertum invenimus, quomodo* KAROLUS *Rex dedit ipſam abbatiam cum ipſas eccleſias, & vineis, & terris, & omnibus appendiciis cum omni integritate; & illi placuit conferre Deo, ſanctoque Tiberio: & ibi invenimus, quòd eſt ipſa abbatia in pago Toloſano, ſuburbio Savartenſe. Et ibi in alium præceptum invenimus, quomodo ipſe jam dictus Domnus noſter* KAROLUS *Rex dedit fiſcum, qui vocatur Homeianus, ad prædicto monaſterio ſancti Tiberii, qui vocatur Ceſarion, ab integre; & eſt ipſa abbatia ſupradicta in ſupradicto territorio Toloſano, ſuburbio Savartenſe, ſuper fluvium Arega: & eſt ibi conſtructa eccleſia in honore ſancti Veloſiani martyris: ipſum autem fiſcum ſupraſcriptum eſt ſitum in territorio Biterenſe, in ſuburbio Caprarienſe: & cum conſilio* VINFRIDI *Marchionis hoc dedit ad prædicto monaſterio, vel* ADREBALDO *Abbati, vel ſanctis fratribus monachis loci illius monaſterii Ceſarionis, ubi ſanctus Tiberius quieſcit, cum omnibus ſibi pertinentibus, in integro, perpetuis temporibus, ſine ullius hominis inquietudine. Et in unum Præceptum invenimus in ipſo datarum anno decimo quod Karolus Rex regnabat, quod factus fuerat in Albia civitate. Et in alio de fiſco quod fuit datum anno nono-decimo quod Karolus Rex regnabat, quod factus fuerat in Pontiano palatio: & ibi invenimus, quòd Karolus Rex manibus ſuis & firmavit, & ſigillare juſſit. Cùm nos verò Miſſus & Iudices vidiſſemus & audiſſemus ante nos* BONESINDUM *Abbatem cum ſua congregatione, & vidiſſemus illorum præceptos, & cognoſcentes illorum veritati; ordinavimus* LEOPARDO *Vaſo dominico Miſſo noſtro, ut ſuper ipſas res venire feciſſet, & ſic ipſo Abbati de prædicto monaſterio vel cujus congregationi reddidiſſet monaſterium ſancti Veloſiani cum eccleſias, terris, & vineis, & omne appendiciis, & ipſo fiſcum Homeiano in integro, ſicut ipſi præcepti reſonant, ad eos traderet atque reveſtire feciſſet. Et ſic ipſe Leopardus venit, ſicut ordinatus fuit, in Comitatu Toloſano, cum Adalberto, Teudfredo, Teriſcone, Illdmiro, Arſulfo & Iſimberto Iudices, & præſentia Giſclafredi, Tancone, Vvalarico, Bellone, Teude-*

(D, E, F: margin letters)

ſindo, Audeſindo, Eldebrando, Bonavidane: & ſicut per ipſum fuit ordinatum, eos reveſtivit, atque A
tradidit ad partibus prædicti monaſterii ſancti Tiberii in integro, ſicut illorum præcepti reſonant, ſic ipſe Miſſi monachos ipſius Abbati Boneſindi, nomine Anſimiro, Vulberto, Aimirico, tradidit ſicut illorum præcepti reſonant. His præſentibus actum fuit & traditum. Data & facta traditione Idus Iunius, anno XXX* *regnante Karolo Rege, Indictione* XV. *Signum* † *Antoninus. Signum* † *Atonius. Signum* † *Tedriſcus. Signum* † *Letarius. Signum* † *Feudiſclus. Signum* † *Salomon. Signum* † *Olibe. Signum* † *Iſirbertus. Paraſebadys ſcripſit.*

C I I.

Ex chartario Caſaurienſi.

Commutatio inter Ludovicum II Imp. & Siſenandum de quibuſdam rebus Caſaurienſibus.

B

Anno 872.

I*N nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti,* HLUDOVICUS *divina ordinante providentia Imperator Auguſtus Deo propitio anno imperii ejus* XXII, *menſe Novembri, indictione* V. *Vobis Domino meo Ludovico glorioſo Imperatori, ego* SISENANDUS *ex genere Francorum, filius quondam* ANASTASII, *& Miſſus* SUPPONIS *Comitis. Manifeſta cauſa eſt accepiſſe, ſicuti & in præſentia teſtium accepi à vobis per Miſſum veſtrum Adoaldum argentum libras decem, finitum pretium pro caſis & omnibus rebus illius juris mei, quæ habere viſus ſum in loco, qui dicitur Caſaurus pago Pinnenſi, omnia inſimul ſe tenente, quæ ſunt ſuper totum in terram arabilem & vineam, ſeu modiorum duodecim, ubi cohærent ab uno latere & uno capite via publica, de alio latere terram Adelongi & de germanis ſuis, & alio capite tenente in fluvio Piſcar. ut dictum eſt, tam caſis, curtis, ortis, areis, vineis, ſilvis, terris, paſcuis, & ſtalariis, rivis, rupinis, ac paludibus, coltis & incoltis, diviſis* C
& indiviſis, cum finibus, terminis, acceſſionibus, & uſibus aquarum, aquarumque decurſibus, & cum molendinis, cum omnibus, & in omnibus inibi, meo juri pertinentibus cum ſuperioribus & inferioribus ſuis in integrum habendum vobis domino meo Ludovico glorioſo Imperatori pro veſtro argento, vendo, trado, & mancipo, liberis quoque ab omni nexu publico, privatove, nulli alii venditis, donatis, alienatis, obnoxiatis, vel traditis, niſi vobis. Et juxta legem meam, per cultellum & feſtucam notatum, ſeu guaſonem terræ vobis exinde ad veſtram partem corporalem facio veſtituram, ad veſtram proprietatem habendum; & me exinde foris expuli, & abſaſito feci faciendum exin à præſenti die, tam vos, quàmque hæredes veſtri, aut cui vos dederitis, vel habere ſtatueritis proprietario nomine quæcumque volueritis, ſine omni mea & heredum ac proheredum meorum contradictione vel repetitione, & nihil mihi infra ipſa cohærentia aliquid reſervaſſe profeſſus ſum. Sed dico me meoſque omnes exin à præſenti quod foris eſtiſemus. Si quis verò, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe Siſenandus, quod abſit, D
aut ullus de heredibus ac proheredibus meis, ſeu qualibet oppoſita perſona contra hanc cartulam venditionis meæ ire, aut eam infringere conaverimus; inferamus vobis pœnam, quæ eſt multa auri optimi libra una, & quod repetierimus vindicare non valeamus, ſed præſens cartula vinditionis diuturnis temporibus maneat inconvulſa, cum ſtipulatione ſubnixa: inſuper & à me, qui ſupra Siſenando, vel heredibus ac proheredibus meis vobis domino Ludovico Imperatori glorioſo veſtriſque heredibus, aut cui vos dederitis, vel habere ſtatueritis, prædictis caſis, & omnibus rebus, ſicut ſuperiùs ſunt, comprehenſis, in integrum ab omni homine ſint defenſatis. quod ſi defendere non potuerimus, aut ſi vobis exinde aliquis pro quovis ingenium ſubtrahere quæſierimus, in duplex vobis, aut cui vos dederitis, vel habere ſtatueritis, reſtituamus, ſicut pro tempore fuerint melioratis aut valuerint ſub æſtimatione in eodem loco, & nihil mihi ex pretio aliquid reddideris. Dixi, & pergamena cum atramentario de terra elevans Ariperto Notario domini Imperatoris tradidi & ſcribere rogavi, in qua ſubter confirmans, teſtibuſque obtuli roborandam. Actum in villa quæ dicitur Vico, ubi ipſe Auguſtus præerat feliciter. E

Ego SISENANDUS *in hac cartula venditionis à me facta ſuperius hoc ſupraſcripum argentum accepi. Sigum* † *manus* DAGIBERTI *ex genere Francorum vaſallo Aderaldi teſtis. Signum* † *manus* ISCHERIO *ex genere Francorum vaſſallo* VVICHODI *Epiſcopi teſtis. Signum* † *manus* GUNERADI *ex genere Francorum vaſſall. ipſius domini Imperatoris, teſtis. Signum* † *manus* LAMPALDI *ex genere Francorum vaſſall.* VVICHODI *Epiſcopi, teſtis. Signum* † *manus* VVILARI *vaſſall.* ANDRÆI *Epiſcopi, teſtis. Signum* † *manus* RICHARDI *ex genere Francorum vaſſal.* ANDRÆI *vocati Epiſcopi teſtis. Ego* AGELMUNDUS *Iudex domini Imperatoris in hac cartula venditionis rogatus à Siſenando ſupradicto, & ſupradictum argentum accipere vidi. Ego* ALBERTUS *Notarius domini Imperatoris in hac cartula venditionis rogatus à Siſenando ſupraſcripto, & ſupraſcriptum argentum accipere vidi.* PETRUS *Notarius domini Imperatoris in hac cartula venditionis rogatus à Siſenando teſtis ſupraſcriptum argentum &c. Ego* F
ARIPERTUS *Notarius domini Imperatoris ſcriptor hujus cartulæ venditionis.*

NOTATIO.

IN chartario Caſaurienſi, ex quo hæc charta per V. Cl. Antonium Herovallium deſcripta eſt, obſervare licet formulam uſitatam in multis inſtrumentis, ut initio Regis ſeu Imperatoris nomen in recto apponatur, ut in charta præmiſſa. In aliis hæc leguntur, de Bectorrita: *In Chriſti omnipotentis nomine Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Aug. anno in Chriſti nomine imperii ejus* XXV, *& tertio anno Supponis Comitis, die* VIIII *menſe Auguſti per Indict.* VII. *Ideoque ego Bectorrita* &c. Item de eadem. *In nomine Domini noſtri Ieſu-Chriſti Domnus Karolomannus Rex, anno regni ejus Deo propitio in Italia primo, & tertio anno comitatus Vvidonis Comitis, menſe Maio, per Indict.* XI. *Ideo conſtat nos Barbarus* &c.

A

CIII.

Pl'acitum ſeu Juramentum de pecunia commodata Fredaldo Archiepiſcopo Narbonenſi per Egigam Abbatem Caunenſem.

Ex autographo Caunenſi.

Anno 873.

Condiciones Sacrimentorum, ad quas ex exordinacione SALAMON *Miſſo*, IRIMBERTA, *ſeo & Iu-*
dices qui juſſi ſunt cauſas dirimere vel legibus difinire, id ſunt quinque, Vviteſindo, Medemane, Vni-
forte, Argefredo, Eigone Iudicum, & Vvlfino Clerico & Adoura Saione vel aliis quam plures bonis ho-
minibus, qui cum ipſis in idem aderant in mallo publico ante caſtro Menerba, id eſt in præſenſia Baldo-
B *mare, Gildemiro, Invvirico, Ioanne, Leonargo, Stavile, Eingerico, Amalberto, Bellone, Edroario,*
Apteo, Ildefredo, Daniel, Vvillierico, Flavione, Hermemiro & Licinio, teſtificant & jurant teſtes prolati
quas profert homo nomine Vnifortis, qui eſt Mandatarius de homine, nomine DANIEL, *Abbate vel cuncta*
concrecaſione moneſterii ſivi commiſſa monacorum ſancti Petri Apoſtoli Chriſti, cujus eccleſia ſita eſt in paco
vel territorio Narbonenſe, ſuburbio Minerbenſe, juſta fluvio quem vocant Argentedublum, in facie de ſu-
pradicto Miſſo vel Iudices, vel aliis quam plures bonis hominibus, qui in ipſo Placito cum ipſos reſidebant,
probter res vel devitum quod ad jam dicta concrecaſione ſuperius ſcripta monæſterii ſancti Petri, quod eis
debebat vel devitor eſt homo, nomene FREDALDUS, *Archiepiſcobus de Narbona civitate ſedis Narbonenſis*
ſancti Iuſtis & Paſtoris vel ſua concrecaſione ibidem comiſſa, quando mortuus fuit Fredaldus Archiepiſco-
bus devitor erat ad jam dicta concrecaſione monaſterii ſuperius ſcripta ſolido CCCCL. *ſanctorum Petri &*
Pauli probter vinos & annonas, argentum, mulo & kavallos vel veſtimenta, quod præſtavit & vendidit
C *homo qui fuit (nomine)* EGIGA *Habba de jam dicto moneſterio & ſua concrecaſio, qui ad eo tempore ibi-*
dem erat comiſſa ſimul pariter. Et ſunt nomina teſtium qui hoc teſtificant, & jurant, hic ſunt Arenarius,
Ilpericus, Stephanus, Vvifredus, Macanoius, Magnaldus, Venerandus, Franco, Amunnus, Invvi-
ramnus, Adalbertus, Aigobertus, Reculfus, Bonaricus, Bellus, Alaricus, Ermenfredus qui jurantes à
. . . . *dicimus per Deum patrem homnipotentem & Ieſum-Chriſtum filium ejus, ſanctumque Spiritum*
qui eſt in Trinitate unus & verus Deus, & per te locum venerationis ſancto Nagario martyre Chriſti, cujus
egleſia ſita eſt ante kaſtro Minerba, ſupra cujus ſacroſancto altario as condiciones ſuperpoſitas manibus no-
ſtris præſens contenemus vel jurando contangimus: quia nos jam dicti teſtes ximus, & bene in veritate
notum avemus, & vidimus, & præſentaliter fuimus in jam dicto muneſterio ſuperius ſcripto, quando
jam dictus Fredaldus Archiepiſcobus in itinere venit in jam dicto monaſterio ſancti Petri & Pauli, &
ſic recepit ipſa annona & ipſum vinum, id eſt in primis modios viginti de frumento & viginti de vino,
D *valente ſolidos ſeptuaginta, in res mulo & kavallos & prunia & alias res valentes ſolidos* CCCC *&*
alias plures res quod jam dictus Egiga Abba & Presbyter quidam, qui fuit ad jam dicto monaſterio ſan-
cti Petri & Pauli & ſua concrecaſio ipidem comiſſa, quæ ad eo tempore erat, præſtitum fecit de jam dictas
res ſuperius ſcriptas, ita & vendidi; & quando jam dictus Fredaldus Archiebiſcobus de oc ſeculo obuit,
debitor erat juſtiſſimè de jam dictas res ſuperiùs ſcriptas abint eſſe, ſicut ſuperius ſcriptum eſſet, ad jam dicta
concrecaſione monacorum vel clericorum ibidem comiſſa ſancti Petri & Pauli; ſicut ſuperiùs ſcriptum eſt;
& damus unc teſtimonium infra mettas temporis, & a. . . . ximus recte & fideliter teſtificamur de hac
cauſa per ſuperadnixum juramentum. In Domino late condiciones ſub die VIIII *Kalendas Madias anno*
XXXIII *regnante domno noſtro* KARULE *Rege.*

Signum † Arenario. Signum † Ilperico. Signum † Stefano. Signum † W*ifredo. Signum †*
Maquanoius. Signum † Magnaldus. Signum † Venerandus. Signum † Francone. Signum † Amun-
E *nus. Signum † Invviramnus, Signum † Adalberto. Signum † Aighoberto. Signum † Reculfo. Signum †*
Bonarico. Signum † Bellene. Signum † Alarico. Signum † Ermenfredo. Signum † Salamon qui as con-
diciones juravimus. Incbericus. Stabiles.

CIV.

Placitum de rebus cujuſdam Candoli in gratiam monaſterii Caſaurienſis.

Ex autographo Caſaurienſi.

Anno 874.

In Dei nomine, Notitia judicati. Dum à præclara poteſtate Domni Ludovici Imperatoris nos HE-
RIBALDUS *Comes ſacri palatii in inſula de Piſcaria, loco qui dicitur Caſa-aurea, ubi mona-*
F *ſterium ſanctæ Trinitatis ædificatum eſt: erantque ibi nobiſcum reſidentes, Adelbertus [Scabinus] de*
Camerino, Lamfridus & Maiolfus Scabini de Teate, Iohannes Scabinus de Balva, Opteramo & Ga-
rifuſo Scabini de Pinne, Eriſredus & Rainarda & Lieuteri Baſſi dominici, Guido Caſtaldio de Pin-
nis, Sanſon Caſtaldio de Balva, Aloini, Sindolfus, Gualefridus, Godi, Sindepertus, Maiepertus,
Maurus, Ainardus, Larinus, vel & alii plures; ibique veniens in noſtra & ſupradictorum Iudicum
præſentia Maio Scabinus Advocatus ROMANI *Abbatis de ſupradicto monaſterio ſanctæ Trinitatis,*
& querellatus eſt nobis ſuper Lieuteri filium quondam Maielfredi & dicebat: Iudicate nobis juſtitiam
de iſto Liuteri, quatenus res Candoli de Suliano, & res Romani, & de germanis ſuis de paterno qui
fuerunt cartulati Allonis, qui olim Caſtaldio fuit, & modò ipſe eſt monachus & cartulatus de ſu-
pradicto monaſterio, de omne re ſua, & contendit nobis ipſum cambium de viario, quod genitor ſuus
Maielfredus fecit cum Maienfrit Caſtaldione, & ipſe Aienfrid Caſtaldio fecit de ipſa re cartulam Alloni
monacho noſtro. Ad hoc reſpondebat ipſe ſupradictus Lieuteri, & dicebat: Non faciat Deus, & veritas

non eſt, quòd ego res Candoli de Suriano, nec res Romani, & de germanis ſuis de paterno ego teneam: nec ipſum cambium, quod genitor meus fecit cum Maienfrit caſtaldione, vobis non contendo quod de re Candali de Suriano cartulam non habeo, nec de re Romani, nec de germanis ſuis de paterno, nec cartulam, nec ſcriptum, nec ullum inveſtitum, nec ullam pertinentiam ego habeo: nec ipſum cambium, quod genitor meus fecit, cum Maienfrit non contendo, quia mihi de omni ipſa ſupradicta re, nec de carta, nec de terra, nec de vinea mihi pertinet ad contendere, nec ad habere, tantum judicate quod vobis placet. Et querellatus eſt nobis ſuper Garifuſum Notarium, filium quondam Luponis de territorio Pinnenſi. Iudicate nobis juſtitiam de iſto Garefuſo, quia vult nobis contendere res in vico Teatinenſi terram & vineam, & omnia quæ ſuper ſe habentur, quæ pertinent ad partem ſupradicti monaſterii à parte Maiolſi & Luponis & Aiolſi filii quondam Karoli cartulati de ipſo ſupradicto monaſterio, quod ipſi ſupradicti conquiſitum habuerunt à ſingulis hominibus, neſcimus pro qua cauſa. Ad hoc reſpondebat ipſe ſupradictus Garifuſus, & dicebat: Non faciat Deus, & veritas non eſt, quod ego contendam ipſas res de vico Teatininſi, & cetera quæ vobis pertinent ad partem ſupradicti monaſterii, quòd ego de ipſa ſupradicta re de viso Teatinenſi, nec cartulam, nec ſcriptum, nec ullam inveſtituram, nec ullam pertinentiam habeo: & ego ipſas ſupradictas res vobis non contendo, quia mihi non pertinet, nec ad contendere, nec ad habere, tantum judicate quod vobis placet. Tunc nos ſuprascripti judices dum taliter ipſum ſuprascriptum Liuteri & ipſum ſuprascriptum Garifuſum ſic reſpondentes audiſſemus, & talem profeſſionem facientes, qualiter ſuperius ſcriptum eſt, rectè nobis paruit eſſe ita: & judicavimus, ut omnes ipſas ſupradictas res Candoli de Suriano, & res Romani, & de germanis ſuis, & ipſum ſupradictum cambium de parte Maielfredi genitoris ipſius Liuteri haberi in ſecuritate ad partem ſupradicti monaſterii: & de parte Garefuſi Notarii ſecundum ſuam profeſſionem vel renuntium; & ipſi Liuteri & ipſi Garefuſo renunciavimus, ut de omni ipſa ſupradicta re Candoli de Suriano & Romani & de germanis ſuis de paterno & de ipſo cambio de viario ſibi quieſcerent. Ita factum eſt, & cauſa finita. Unde nos ſupradicti judices pro ſecuritate ipſius ſupradicti monaſterii hanc notitiam judicati ex dicto vel de mandato noſtro in ſupradictorum judicum Audoaldo Notario ſcribere diximus. Quam & ego ita ſcripſi. Actum in Caſa-aurea in anno imperii domni Ludovici XXIIII, *die* III *& quarto menſis Decembr. per Indict.* VII *feliciter. † Signum* HERIBALDI *Comitis ſacri palatij qui ibi fui, & propter ignorantiam litterarum ſignum ſanctæ crucis feci. † Ego Adelpertus. † Ego Maiolſus. † Ego Aloini. † Ego Ainardo. † Ego Teudo ibi fui.*

A B C

NOTATIO.

HOC inſtrumentum promiſſum eſt in libri ſecundi capite XXII num. II. ubi de ſubſcriptione Heribaldi Comitis, *qui propter ignorantiam litterarum ſignum ſanctæ crucis fecit.* Erat is *Comes ſacri palatii.* Sic enim legitur initio hujus chartæ. Ex quo intelligitur, *ſacrum palatium* Imperatorum eſſe dictum longè ante Fredericum Ænobarbum, ut contra Conringium probatum eſt in ejuſdem libri capite XI num XIII. Alia exempla occurrunt in eodem chartario, ut in brevi inveſtituræ ſub Romano Abbate idem Heribaldus *Comes ſacri palatii domni Hludovici Imp.* appellatur, & (ut alia omittam) in Placito ſuperius relato ad annum DCCCLX ex eodem chartario. Porro idem ipſe (ut puto) Heribaldus *Comes in vice Comitis palatii* dicitur in Placito ſequenti. Sed & Carolus Calvus Rex Elmeradum *ſacri palatii noſtri Comitem* vocat in diplomate, quod non ſine mendis à Caſſa-nova editum eſt in libro de libero allodio Occitaniæ pag. 300. Denique litteris monachorum baſilicæ Ambroſianæ, pro feſto Exaltationis ſanctæ Crucis inſtituendo conditis, ſubſcribunt anno MLIII Tadelbertus, qui & Tado, Notarius *ſacri palatii*, Ambroſius Mediolanus, qui & Otho, Nazarius, & Johannes *Iudices ſacri palatii*, apud Puricellum pag. 430. quod de imperiali palatio interpretor. quandoquidem inter illos etiam ſubſcribit Ardericus *Iudex domni Imperatoris.* D

CV E

Ex Chartario Caſaurienſi.

Anno 874.

Placitum, quo bona Gundi feminæ fiſco adjudicantur ob matrimonium initum poſt ſuſceptum velum.

DUm domnus LUDOVVICUS *glorioſus Imperator de partibus Beneventi reverteretur, & veniſſet ad monaſterium ſanctæ Trinitatis, quod eſt conſtructum in inſula quæ dicitur Caſa-aurea, quod ipſe Auguſtus à fundamentis ædificare diſpoſuit in finibus Pinnenſibus; & ibi per ejuſdem Auguſti juſſionem intus eodem monaſterio in judicio reſiderem ego* HERIBALDUS *Comes in vice Comitis palatii ad ſingulorum hominum juſtitias faciendas, vel deliberandas, reſidentibus mecum* RAINALDO *&* ERIFREDO, *&* CACIPRANDO *Baſſis domni Imperatoris,* ADELBERTO, JOHANNE, MAIOLFO *Iudicibus,* ALLONE, SINDOLFO, SINDEPERTO, LIUTERI, *& reliquis multis, ibique noſtri veniens præſentiam* MAIO *de Piſcaria Advocatus domni Imperatoris, necnon &* SISENANDUS *ex genere Francorum, altercationem inter ſe habentes. Dicebat ipſe Maius advocatus: Iſte Siſenandus habet uxorem* GUNDI, *quæ fuit veſte & velamine ſanctæ Dei genitricis Mariæ induta; & poſtea (ut dixi) iſte Siſenandus eam ſibi in conjugio ſociavit, & adhuc eam illicitè habet: unde ſecundum legem perſona ejus ſimul & ſubſtantia parti palatii pertinere debet. Unde quæro à parte domni Imperatoris habere juſtitiam. Reſpondit ipſe Siſenandus: Verè ipſam Gundi ego uxorem habeo, eo quod mihi eam ad legitimum matrimonium tradidit Amalfredus filius ejus cum mundualdo ſuo: & illud quod dicitur, quia veſte religionis induta (eſt) poſt mortem* JUSTONIS, *qui fuit anterior vir ejus, non eſt veritas. Cum taliter agerentur, diximus ipſi Maioni Advocato, ſi taliter per teſtes aut inquiſitionem probare poſſet, quod veſte & velamine induta fuiſſet: & poſtea ipſum Siſenandum in virum ſibi ſociaſſet. Qui dixit, quòd taliter per inquiſitionem da-* F

A *reſcere poſſet. Et taliter ipſe Maio per inquiſitionem & per idoneos homines guadiam dedit ad probandum.*
Et ipſe Siſenandus dedit guadiam ipſam Gundi uxorem ſuam ad placitum adducendam unà ſimul cum
Amalfredo filio & mundualdo ſuo, quem dicebat ei ad uxorem eam tradidiſſe, poſito inter eos conſtituto.
In ſtatuta verò die venerunt ipſe Maio Advocatus ſimul & ipſe Siſenandus cum ipſa Gundi uxore ſua &
Amalfredo filio ejus noſtri coram ſupra præſentia, ubi in judicio reſidebam intus in eodem monaſterio,
reſidente nobiſcum GRIMMALDO *venerabili Epiſcopo,* GERARDO & AROALDO, HENRICO, & *re-*
liquis multis. Et cæpit dicere ipſe Siſenandus: Iſte Maius Advocatus hic in judicio veſtri præſentia mal-
lavit me, ut ego haberem uxorem Gundi, & fuiſſet veſte & velamine induta; & poſtea ego in uxorem
mihi ſociaſſem. Et ego negavi, quòd verum non fuiſſet, quod aliquando velata fuiſſet; & dixi quòd mihi
eam ad uxorem tradidiſſet Amalfredus filius ejus & mundualdus ejus. Judicatum mihi fuit eam cum præ-
B *dicto filio ſuo ad Placitum adducendam, & taliter guadiam dedi, & ipſe Maio dedit mihi guadiam per*
idoneos homines circummanentes ad inquiſitionem probare, qualiter poſtquam velata fuiſſet, ego uxo-
rem ſociaſſem. Replicans ipſe Maio: Vere omnia, taliter inter nos actum & guadiatum fuit: & hodie
exinde inter nos ſtatutum Placitum habemus; & ecce omnes ipſi qui hoc ſciunt ad præſens ſunt: & ſta-
tim eos denominavit. Hi ſunt Grimaldus Epiſcopus, Eriſredus, Ainardus, Sindolfus, Opteramus, Maiol-
fus, Aloini, Gariſuſo, Sindepertus, Gualderamo, Sinderado, Godo, Vvinipertus, Petronaci, Iuſtinus,
Giſolfus, & Rimo. In primis Grimaldus Epiſcopus dixit: Scio quod iſta Gundi poſt mortem Iuſtonis viri
ſui ante meam venit præſentiam, & ſua bona & ſpontanea voluntate veſtem & velamen ſanctæ Dei ge-
nitricis Mariæ ſuper ſe induit, & eam velatam vidi. Eriſredus & Rainardus adjurati in fide & ſa-
cramento, quòd domno Imperatori promiſſum habebant, ſimiliter dixerunt, quòd veſtem & velamen
eam indutam vidiſſent. Iſti & alii omnia ſupradicti ſimiliter dixerunt, quòd eam velatam vidiſ-
ſent. Et qualiter dixerunt, ad ſancta Dei Evangelia juraverunt, quòd veritatem dicerent. Hac in-
C *quiſitione facta, tunc nos, qui ſupra, Auditores, interrogavimus ipſum Siſenandum & prædictam*
Gundi, quid contra inquiſitionem ipſam dicere vellent, aut ſi veritatem teſtificaverunt aut non, vel
ſi ipſi omnia dixiſſent. Qui dixerunt, quòd adverſus ipſam inquiſitionem nihil dicere vellent, eo
quòd non poſſent, & veraciter teſtificaverunt, & idonei ſunt. Et ipſe Amalfredus profeſſus fuit, quòd ei
eam ad legitimum ipſam Gundi uxorem ſuam tradidiſſet matrimonium. Cùm hæc omnia taliter factum
& adimpletum fuiſſe, paruit nobis omnibuſque ſupra Auditoribus eſſe rectum: & judicavimus, ut juxta
legem & ſecundum dictam inquiſitionem ipſam Gundi & omnes redditus pertinere parti palatii; & ipſe Si-
zenandus daret guadiam de ſolidis ſexcentis: & ipſe Amalfredus mundualdus, qui in hac illicita con-
junctione conſentiens fuit, & eam tradidit, daret guadiam de ſolidis centum quinquaginta. quod factum
eſt, & definitum eſt. Et hanc notitiam pro ſecuritate domni Imperatoris ſcripſi ego Gariſuſo Notarius in
anno domni Ludovici Imperatoris XXIV, *menſe Decembri, per Indictionem* VII. † *ſignum manus* HE-
D RIBALDI *Vicecomitis palatii, qui ibi fui.* † *Ego* ERIFREDUS *ibi fui.* † *Ego* ALOINI *ibi fui.* † *Ego* SIN-
DOLFUS *ibi fui.* † *Ego* MAIOLFUS *ibi fui.* † *Ego* LIUTERI *ibi fui.* † *Ego* MAIEPERTUS *ibi fui.* †
Ego ADELPERTUS *ibi fui.*

C VI.

Caroli Calvi Præceptum, quo Hilderico Caunenſi Abbati confirmat immunitatem à Carolo M. conceſſam, & bona ejus monaſterii.

Ex autographo Caunenſi.

Anno 875.

I*N nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* KAROLUS *divinæ propitiante clementia Rex, omnibus*
Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Actionariis, Centenariis vel cunctis fidelibus
E *noſtris & ſanctæ Dei Eccleſiæ, præſentibus ſcilicet & futuris, notum ſit, quia ſi Sacerdotum ac ſervorum*
Dei petitiones quas pro ſuis neceſſitatibus innotuerunt, ad effectum perducimus, non ſolùm regalem con-
ſuetudinem exercemus, verùm etiam ad æternam remunerationis . . . .
pro. . . . . *qualiter venerabilis Abbas* HILDERICUS *ex monaſterio qui dicitur Caùnas,*
quod eſt in pago Narbonenſi conſtructum in honorem Apoſtolorum Petri & Pauli ſuper fluvium Argentodu-
plum, detulit nobis præceptum avi noſtri KAROLI *Auguſti Imperatoris, in quo continebatur, qualiter*
eumdem monaſterium bonæ memoriæ venerabilis Abba DANIEL ANIANO *Abbati in ſua elemoſina*
conceſſerat, ubi per ejus defenſionem atque immunitatis tuitionem quietè ſecundùm Regulam beati BENE-
DICTI *viverent; & denuo avus noſter per ſua auctoritate, paternum ſequens morem, ſupraſcriptum*
monaſterium cum ſuis omnibus appendiciis vel terminis, ſicut in illorum inſtrumentis reſonant, ſub ſua
accepiſſet immunitatis tuitione. Obtulit etiam nobis ſimili tenore noſtræ auctoritatis præceptum ipſius cellæ
F *venerabili quondam Abbati, nomine* DANIHEL, *qualiter ipſum monaſterium ſub noſtræ immunitatis tui-*
tione jure perpetuo donandum inſtituimus: ſed pro firmitatis ſtudio deprecatus eſt nos prædictus Abbas Hilde-
ricus, ut circa ipſum ſanctum locum denuo nos pro mercedis augmento talia concedere & confirmare, vel
etiam renovare dignaremus noſtræ auctoritatis præcepto. Cujus petitionem deneg. . . . .
ita in omnibus & præſentes & futuri ſanctæ Dei Eccleſiæ fideles & noſtri conceſſum ac perpetuo confirma-
tum à nobis. Petiit etiam ut illas cellulas quas in pago Carcaſenſe ſancto Laurentio & ſancto Fructuoſo
cum. . . . . . *& cum omni ſuperpoſitu illorum, & in Narbonenſi ſancto Paulo, & ſalinas quas*
obtinent in ſtagno juxta Narbona, in loco qui dicitur Achagacanas, & in Minerbenſe eccleſia ſanctæ Ma-
riæ, quod vocabulum eſt Libras, cum omnibus appendiciis, villa Baiano vel Babiano cum finibus ac
terminis ſuis, unde illi præceptos & cartas retinent, quod ill. . . . *hominibus his nominibus Adone,*
Hoſtreſo, quod offerti fuerunt ad domum ſancti Petri & Pauli, & villa altera. . . . . *villara*

quod vocatur Aurolocus cum omnibus adjacentiis quod in eorum poteſtate . . . . . . vel con. . . . . . . ſua tranſcegantia quam illi ſimiliter offerunt ad domum ſancti Petri & Pauli Apoſtolorum. Et. . . . . . A

NOTATIO.

CETERA legi non poſſunt. Ex hoc Præcepto colligitur duos extitiſſe Danieles Abbates cœnobii Cauneſis, unum Carolo M. alterum Carolo Calvo regnante, quod etiam ex ſuperiori Placito confirmatur.

CVII.

Ex chartario S. Theofredi.

Caroli Calvi item Præceptum, quo immunitatem cœnobii S. Theofredi confirmat contra Guidonem Epiſcopum. B

Anno 877.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* KAROLUS *ejuſdem Dei omnipotentis miſericordia Imperator Auguſtus. Si locis divino cultui mancipatis emolumentum noſtræ imperialis celſitudinis exhibemus, hoc nobis ad præſentem vitam faciliùs tranſigendam, & æternam feliciùs capeſſendam prodeſſe confidimus. Noverit igitur omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque, tam præſentium, quàm futurorum induſtria, quoniam venerabilis Abbas, nomine* KOSTAGNUS, *ex cœnobio cui vocabulum eſt Calmilias, ſito in pago Vellaïco, in honore ſancti Theofredi conſtructo, ad noſtram accedens manſuetudinem oſtendit tam præcepta genitoris noſtri, quàm & noſtræ auctoritatis, in quibus continebatur, qualiter idem locus ſub immunitate domni & genitoris noſtri, & ſub noſtra per utrorumque præcepta conſiſtere deberet. Nos denique eadem præcepta di udicari volentes per* FROTARIUM *venerabilem Epiſcopum, invenimus veram eſſe eorum præceptorum auctoritatem; & quod petebat libenter ei conceſſimus. Quapropter cognoſcentes quod* GUIDO *Vallavenſium Epiſcopus non rectè nec regulariter ſuggeſſit, ſcilicet quando nos non recolentes quæ ſuperiùs dicta ſunt de immunitate ejuſdem loci, deprecatus eſt, ut eumdem locum ſubter præceptum dediſſemus, affirmans quod ipſe locus ad ſuum Epiſcopatum ex antiquo pertinere deberet. Unde falſitatem ejus quaſi ſub veritate ambulantem veram eſſe tunc putantes, præceptum ei quod precatus eſt conceſſimus. Sed licet ipſe idem præceptum habeat, nos tamen volumus ut ſtabile non ſit, ſed ipſi monachi & omnes ipſius monaſterij res ad eos pertinentes in noſtra ac ſucceſſorum noſtrorum immunitate conſiſtant ex hoc & in futurum. Præcipimus quoque per præſens noſtræ ſublimitatis præceptum, ut à noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum tuitione memoratus locus numquam excidat; neque cuilibet Epiſcopo aut alicujus dignitatis homini concedatur: ſed in eligendis & conſtituendis Abbatibus Regula ſancti* BENEDICTI, *& hæc noſtra imperialis juſſio omnimodis obſervetur. Præcipientes ergo jubemus, ut nullus judex publicus, aut quilibet reipublicæ procurator ad audiendas cauſas more judiciario in eccleſias aut villas ſeu reliquas poſſeſſiones ingredi præſumat; nec freda, aut tributa, aut teloneum, aut manſiones, aut paradas, aut fidejuſſores, aut homines, tam ingenuos, quàm ſervos, ſuper terram ipſius loci commorantes diſtringere, nec ullas publicas functiones, vel illicitas occaſiones requirere, quibus in aliquo idem monaſterium ſibique ſubjecti patiantur injuſtè aliquod incommodum: nec noſtris futuriſque temporibus quiſquam tam temerarius exiſtat, qui faciendi hoc illicitam poteſtatem attribuere ſibi audeat. Et quidquid de rebus præfati monaſterii fiſcus ſperare poterat, totum perennibus temporibus in alimonia pauperum ac ſtipendia monachorum ibidem Deo famulantium proficiat in augmentum, qualiter monachos ibi deſervientes pro nobis atque ſtabilitate regni nobis à Deo conceſſi atque jugiter conſervandi Domini miſericordiam exorare delectet. Volumus etiam, ut quamdiu tales inter ſe potuerint invenire, qui ſecundum Regulam ſancti* BENEDICTI *regere valeat, ſemper de propria congregatione eligant per noſtram & ſucceſſorum noſtrorum licentiam Abbatem: & hoc etiam volumus, ut fratres ejuſdem loci quemcumque voluerint Advocatum, eligendi licentiam habeant, & ob remunerationem etiam noſtri dimittimus. Et ut hoc per omnia ſubſequentia tempora inviolabiliter conſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.*

Signum KAROLI *glorioſiſſimi Imperatoris Auguſti.*

Datum Kalend. Auguſti per manus FROTARII *Archiepiſcopi ambaciatoris, Indict.* X, *anno* XXXVIII *regni domini Karoli in Francia & imperii ejuſdem* II, *in Dei nomine feliciter. Amen.*

NOTATIO.

EJUSDEM prorſus formulæ eſt aliud diploma ipſiuſmet Caroli Calvi pro cœnobio Magnilocenſi pagi Arvernenſis, Heirtardo Abbati conceſſum adverſus Agilmarum Arvernenſem Epiſcopum, agente itidem Frotario Archiepiſcopo, Burdegalâ Biturigas tranſlato: quod diploma ſub iiſdem chronicis datum eſt *Monaſteriolo ſuper fluvium Segonnam* (qui locus hîc ſupplendus) editum in Probationibus libertatum Eccleſiæ Gallicanæ pag. 1045. De Ambaciatoribus diplomatum lege caput XXV libri II. F

CVIII.

Ex autographo S. Benigni.

Ludovici Balbi Præceptum in gratiam Widradi monachi pro conditu Cellæ S. Flaviani.

Anno 878.

IN *nomine Domini Dei æterni & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti* HLUDOVVICUS *miſericordia Dei Rex. Si locis divino cultui mancipatis beneficia largimur oportuna, id nobis procul dubio ad præſentem vitam faciliùs tranſigendam, & ad æternam feliciùs capeſſendam prodeſſe confidimus. Quocirca noverit om-*

A *nium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque tam præſentium, quàm & futurorum ſollertia, quia ſuggeſtione fidelis noſtri*, HUGONIS *ſcilicet glorioſi Abbatis, quaſdam res ob amorem Domini noſtri Ieſu-Chriſti, ſeu pro remedio animæ Domni & genitoris noſtri piæ memoriæ* KAROLI *Imperatoris, ac genitricis noſtræ glorioſæ Reginæ* IRMINDRUDIS *vel noſtro; cuidam fideli noſtro*, VVIDRADO *ſcilicet monacho, ad conſtruendum locum ſancti Flaviani . . . . . quem ipſe ex propriis rebus ædificare cœpit, contulimus, & per præceptum in proprium firmavimus. quæ res ſita ſunt in pago Bononienſi, id eſt inter villam quæ dicitur Moram & Vlmetiam manſos* VIII. *& capellam unam quæ eſt in honore ſancti Petri dicata, cum mancipiis utriuſque ſexus ad eoſdem manſos pertinentibus vel aſpicientibus. Vnde altitudinis noſtræ Præceptum hoc fieri, ipſique dari juſſimus, per quod præcipimus, ut teneat eaſdem res cum terris cultis & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, exitibus & regreſſibus, & omnibus legitimis exterminationibus, necnon & mancipiis utriuſque ſexus deſuper commanen-* B *tibus, vel ibidem aſpicientibus ut (ſicut dictum eſt) totum & ad integrum præfato fideli noſtro Vvidrado monacho ad præfatum locum ſancti Flaviani conſtruendum in perpetuum concedimus, & de noſtro jure in jus ac dominationem illius ſolempni deliberatione transferimus, eo videlicet modo & tenore, ut quicquid ad utilitatem prædicti loci ſancti Flaviani de ipſis rebus ipſe vel ſucceſſores ipſius facere decreverint, libero in omnibus potiantur arbitrio faciendi, nemine inquietante aut aliquod cenſum de eis exigente. Vt autem hæc noſtræ munificentiæ auctoritas firmam & invariabilem ſemper in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, manu propria ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.*

Signum HLUDOVVICI *glorioſiſſimi Regis.*

VVLFARDUS *Notarius ad vicem* GOZLENI *recognovit.*

Datum II *Kal. Iunii, Indictione* XI, *anno* I *regni Domni Hludovvici glorioſiſſimi Regis. Actum Turonis* C *civitate in Dei nomine feliciter. Amen.*

NOTATIO.

OBSCURA ſunt quæ hoc in diplomate dicuntur de ſitu eccleſiæ S. Flaviani, cui res quaſdam attribuit Vvidradus monachus, ſitas *in pago Bononienſi, id eſt inter villam, quæ dicitur Mora & Vlmetum.* Eadem enim eſſe videtur eccleſia, quam Haimo Comes concedit Divionenſi S. Benigni cœnobio, in cujus archivo autographum hoc diploma ſervatur. Haimonis donationem teſtatam facit apud Perardum pag. 183 charta Hu- D gonis Epiſcopi Lingonenſis, qui rogatu Haimonis *reddit eccleſiam S. Petri*, ſitam *in villa Mora, monaſterio cognomento Pulchrada vel Saxonis-fontana, quæ olim ejuſdem loci genitricis Dei Mariæ fuerat: ſed beneficii gratiâ cum ceteris rebus ablata; poſt hæc contigit, ut perpetuali dono ad S. Benignum domino Abbati Halenardo iſdem locus monachili dignatione redinformandus meliorandusque traderetur* quod confirmat Hugo Epiſcopus Lingonenſis. Nam ſi villa Mora ſita erat in pago Bononienſi ad mare; hæc confirmatio potiùs ad Epiſcopum Bononienſem pertinebat, quàm ad Lingonenſem. Accedit quòd iſtud monaſterium, cui eccleſia villæ Moræ reſtituitur, erat ſacratum *in honore Dei geni-* E *tricis ſanctique Flaviani Confeſſoris*, ut patet ex litteris Haïmonis factis in gratiam Vvillelmi Abbatis Divionenſis, apud Perardum pag. 180. Erat ergo illud ipſum monaſterium *Pulchradæ* ſeu *Saxifontis*, de quo vide alias chartas apud eumdem Perardum pag. 187 & 572, & chronographum S. Benigni in tomo I Specilegii pag. 456. Ex his omnibus conſtat, hoc monaſterium ſitum eſſe in diœceſi Lingonenſi, ex bulla Alexandri III apud Perardum pag. 249. & quidem *prope caſtrum, quod Saxonis-fons dicitur*, ex Chronico mox laudato. Prioratus eſt modò dictus B. Mariæ de Saxo-fonte, *Noſtre-Dame de Saxe-fontaine*. Præmiſſo Ludovici Balbi autographo affixum eſt ſigillum integrum cum hac inſcriptione: HLUDOVVICUS MIA DI REX. Nec illud vacat, quòd in litteris Hugonis Epiſcopi mox commemoratis nullum exſtat ejus ſigillum, ſed tantùm Godefridi Epiſcopi itidem Lingonenſis poſt centum annos: qui ſigillo ſuo appoſito prædeceſſoris ſui factum ratum habuit. Adi librum II cap. XX. Ceterum Haïmo in Necrologio S. Benigni memoratur his verbis: VIIII *Kal Iulii obiit Aymo Miles, qui dedit nobis abbatiolam apud Saxonis-fontem. Hoc facimus* [ſcilicet anniverſarium:] *& habet præbendam.* Cavendus error in nota numerica regni Ludovici, ubi numerus I ad inſtar L ſuperne erectus eſt.

CIX.

Ludovici Balbi aliud Præceptum de rebus eccleſiæ Nivernenſis.

Ex chartario Nivernenſi.

Anno 878.

IN *nomine Domini Dei æterni & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti* LUDOVICUS *miſericordia Dei Rex. Si fidelium noſtrorum aurem celſitudinis noſtræ petitionibus accommodamus, morem prædeceſſorum Regum & Imperatorum parentum noſtrorum exercemus. Igitur notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris, præſentibus ſcilicet atque futuris, quia* ABBO, *Nevernenſis eccleſiæ venerabilis Epiſcopus, ad no-* F *ſtram accedens excellentiam, oſtendit nobis præcepta genitoris noſtri piæ memoriæ* KAROLI *Imperatoris Auguſti, in quibus erat inſertum, qualiter idem domnus & genitor noſter quaſdam res & mancipia ſuæ proprietatis eidem eccleſiæ Nevernenſi, quæ eſt conſtructa in honore ſancti Cyrici martyris, contulerit, atque ſubjiciendo confirmaverit. Deprecatus eſt ergo regiam celſitudinem noſtram, quatenus ipſas res & mancipia, ſicut domnus genitor noſter egit, præcepto noſtræ auctoritatis ipſi eccleſiæ Nevernenſi concederemus, & concedendo ſubjiceremus. cujus precibus libenter adquieſcentes, concedimus eaſdem res & mancipia ipſi eccleſiæ Nevernenſi, cui præfatus Epiſcopus Abbo præeſſe videtur, & ſtatuentes præcepto genitoris noſtri perpetuo ſubjiciendo delegamus, id eſt Magniacum vicum, ubi beatus Vincentius corpore requieſcit, cum omnibus appendiciis ſuis & mancipiis utriuſque ſexus deſuper commanentibus, & aliis manſis ibidem aſpicientibus, ſicut in præceptis noſtri continetur genitoris. Vnde altitudinis noſtræ præceptum hoc fieri illique dari juſſimus, per quod præcipimus atque jubemus, ut memoratas res tam ipſe, quàm ſui ſucceſſores Epiſcopi ſubjectas ad*

præſatam eccleſiam Nevernenſem cum omnibus ſuis pertinentibus & aliis mancipiis, ſicut in præcepto ſuæ auctoritatis genitor noſter [* *Imperator regni Aquitanici*] *prædicto ſancto Vincentio confirmavit, quæ in pagis videlicet Autiſſiodorenſi, Auguſtudunenſi, Nevernenſi, Avalenſi confugerunt, & ibi manere ac reſidere dignoſcuntur, perpetualiter teneant atque poſſideant nemine inquietante. Volumus etiam ut prædictus Epiſcopus Abbo, ſive ſui ſucceſſores cum clero ſibi commiſſo, memoriam domni genitoris noſtri ac noſtram in ſuis ſacris orationibus continuatim habeant. Vt autem hæc noſtræ munificentiæ auctoritas ſemper in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, manu propria ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.* A

* Hæc redundare videntur.

Signum HLUDOVVICI *glorioſiſſimi Regis.*

VVAADUS *Notarius ad vicem* GOSLENI *recognovit.*

Datum IIII *Idus Septembris, Indictione* XI, *anno* I *regni domni Ludovici glorioſiſſimi Regis. Actum Trecas civitate in Dei nomine feliciter. amen.* B

NOTATIO.

IN ſubſcriptione legendum *Vulfardus Notarius*, ut in ſuperiori diplomate, & in ſequenti. Idem ſummus Cancellarius fuit ſub Carolomanno, ut in ſpecimine noſtro, quod habes ſuo loco.

CX.

Ex autographo.

Ludovici Balbi item Præceptum, reſtitutionem cellæ S. Apri Tullenſi eccleſiæ confirmantis. C

Anno 878.

* Notæ Tironis.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* HLUDOVVICUS *miſericordia Dei Rex* * .... *Non ſolum ſi eccleſiarum Dei miniſtrorumque ejus neceſſitatibus opem ferendo conſulimus, Deum nobis ob id nullatenus propitiaturum dubitamus: ſed etiam ſi ea quæ collata ſunt à domno & genitore noſtro* KAROLO *glorioſiſſimo Imperatore Auguſto, ceteriſque prædeceſſoribus noſtris confirmando obſervamus, præſenti & futuro ſæculo profuturum nobis ſine dubio credimus. Quapropter omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris, præſentibus ſcilicet atque futuris, comperiat unanimitas, quoniam* ARNALDUS *venerabilis Tollenſis Epiſcopus obtulit ſerenitati noſtræ præcepta, ab avunculo noſtro* LOTHARIO *Imperatore & à filio ſuo æquivoco Rege, ſed & à domno ac patre noſtro Karolo glorioſiſſimo Imperatore Auguſto ſuper Abbatiam S. Apri, ſancti Germani, & ſancti Martini. Hæc enim cum ſemper ex jam dictæ eccleſiæ forent; aliquo, quamvis parvo, intervallo à Lothario ſubtracta fuerant, ſed poſtmodum precatâ veniâ in integrum reſtituta. Hæc oſtendens jam dictus venerabilis Præſul petiit pietatem noſtram, ut ob Dei amorem æternorumque præmiorum remunerationem præcepto noſtræ auctoritatis patris & anteceſſorum noſtrorum præcepta confirmaremus, & roboraremus. Cujus petitionem nullatenus denegavimus: ſed libenter aurem accommodantes, hoc noſtræ dignitatis præceptum fieri & illi dari juſſimus, per quod ſtatuimus atque firmamus, ut Abbatia ſancti Apri, ſancti Germani atque ſancti Martini æternaliter eccleſiæ ſancti Stephani, unde ſunt, permaneant ſubjecta atque unita ſint, cu uſcumque umquam detractione aut minoratione. Immunitatem quoque quam anteceſſores noſtri eidem eccleſiæ per præcepta contulerunt, ſimiliter confirmamus atque ſtatuimus. Vt autem hujus noſtræ confirmationis inſtitutio pleniorem obtineat firmitatis vigorem, manu propria ſubterfirmantes, anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.* D

Signum HLUDOVVICI *glorioſiſſimi Regis.*

VULFARDUS *Notarius ad vicem Gozlini recognovit.*

Data V *Id. Decemb. Indict.* XI, *anno ſecundo unctionis* HLUDOVVICI *in regno Franciæ. Actum Compendio palatio in Dei nomine feliciter. Amen.* E

NOTATIO.

IN eo autographo deletum eſt in Data nomen *regni* poſt *ſecundo*, & prima manu conſequenter poſitum, *unctionis*. Item in contextu ſcriptum erat, *per prædicta*, ſub finem ipſius diplomatis; tum deletum pennâ, *dicta*, & repoſitum, *cepta*. Sigillum eſt avulſum.

CXI.

Ex chartario S. Medardi.

Ludovici Balbi aliud Præceptum pro cœnobio S. Medardi Sueſſionenſi. F

Anno 879.

IN *nomine Domini æterni & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti,* HLUDOVVICUS *miſericordia Dei Rex. Igitur noverit omnium Dei ac noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, induſtria, quia piiſſimus genitor noſter* CAROLUS *divino nutu & voluntate ſanctorum Medardi Confeſſoris Chriſti, necnon germani ſui atque Confeſſoris Dei Gildardi, atque inclyti martyris Sebaſtiani inflexus, ſub norma Regulæ ſancti Benedicti monaſticè degentium cœnobitarum utilitatibus conſuluit, qualiter vitam præſentis ævi tranſcurrere, proque ſalute illius conjugis ac prolis, atque ſtatu totius regni, ſanctæque Dei Eccleſiæ liberiùs ſine penuria alicujus rei valerent exorare; ex reditibus Abbatiæ prædictorum ſanctorum uſibus & ſtipendiis ipſorum neceſſariis deputavit, & deputatas perpetim firmiterque habendas auctoritatis ſuæ præcepto confirmavit: utque liberalitas illius præcepti firmiorem obtineret vigorem, privilegio Apoſtolico & epiſcopali corroborari*

corroborari ſtuduit ſanctioris omnipotentis & cunctitenentis opperientes æternam remunerationem, & ſibi dignè placitorum tam pro ablutione ſcelerum, quamque pro adipiſcendis præmiis regni cælorum deſiderantes pium interventum ſanctorum, obtanteſque præceptum piiſſimæ intentionis domini noſtri genitoris ſtatuere, Apoſtolici Epiſcoporumque privilegium omnimodis confirmare, annuentes quoque precibus dulciſſimæ conjugis noſtræ ADELAYDIS *regia liberalitas noſtra villas infra ſcriptas diverſis neceſſitatibus præfatorum monachorum aptas, cum integritate ſui, ſine aliqua diminutione cenſuit deputare, Bereium videlicet, Croviacum, Domnoregium, Sodoleium, Berſiacum una cum molendino, Berziſo, Mariſiacos duos, atque Spicarium, propter has Murocinctum, Cerniacum-vadum, ſicut Hilduinus anterior Abba ad ſuum tenuit dominicatum: ſuperaddentes in Murocinctos manſum unum, Malras etiam & Piſcinas ſupra mare, & in Corbonniſicurte bunuaria* XXIIII, *& in Ruminiaco manſos* V. *& partem prati de loco Geio, & manſos duos in villa quæ dicitur Lentgerimicinium. Camera verò veſtimentorum præfatorum monachorum habeat tres villas, Capram, Albiacum, & Solmam. Et hoſpitalis nobilium accipiens nonam ex villis ipſius Abbatiæ ſecundum antiquam conſuetudinem, habeat Cauciacum atque Cernoilum, ſimul cum lignariis de Pivone: & hoſpitalis peregrinorum accipiens decimam habeat Hatonis-curtem. Theſaurarius autem & Portarius, Hoſpitalarius & Camerarius intra octo dierum Dominicæ Nativitatis, & Reſurrectionis ſpatia bis in anno plenariam refectionem præfatis monachis alternatim impartiant. Inſuper & Theſaurarius in tranſlatione ſanctorum Tiburtij & Gildardi plenam fratribus exhibeant refectionem, & omnium domatum eis pertinentium ruinis ſubveniat. Statuimus etiam ex villa Berneio feſtivitatibus ſancti Medardi, & ſancti Sebaſtiani, & avi noſtri Domini Imperatoris* HLUDOVICI, *aviæ quoque noſtræ Dominæ* JUDITH, *& genitoris noſtri, & genitricis, noſtrorum quoque ac conjugis & prolis noſtræ anniverſarijs, ipſi monachi refectiones accipiant. Inſuper ex præfatis alijs villis in dilectiſſimi fratris noſtri* CAROLOMANNI, *anniverſario, &* BERTHÆ *amitæ noſtræ, & luminaria adhiberi eccleſiæ ſanctæ Sophiæ inferiori, & ſanctæ Trinitati ſuperiori. Quidquid autem à Deum timentibus pro animarum remediis eiſdem monachis collatum eſt & conferetur in futuro, firmiter abſque alicujus rectoris contradictione teneant atque poſſideant. Ex omnibus itaque ſupradictis rebus hoc altitudinis noſtræ Præceptum fieri, eiſdemque monachis dari juſſimus, per quod præfatas res, in eccleſiis, domibus, ædificiis, viridariis, hortis, vineis, terris, ſilvis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcinis, molendinis, mancipiis, utriuſque ſexus deſuper commanentibus, vel ad eaſdem res juſtè pertinentibus ad ſui victum & potum, & domos ac officinas ſibi pertinentes reſiciendas & continendas, & alias rerum neceſſitates ſupplendas, firmiter habendas deputavimus, & deputando confirmamus: præcipientes regia poteſtate, & per ſanctam inviolabilem Trinitatem, atque examen tremendi judicii, Angelorumque ac ſanctorum omnium reverentiam conjurantes, ut nemo rectorum per ſucceſſiones quod noſtro roboratum eſt edicto ſubtrahere vel minuere audeat, aut ad uſus ſuos retorquere, vel alicui quidam in beneficium tribuat, ſed neque ſervitia exactet. Qui verò aliter facere præſumpſerit, aut hanc noſtram confirmationem violare voluerit, à Deo cujus extitit contemptor, pœnis æternalibus ſe damnandum cognoſcat: ipſi verò monachi, omneſque eorum res & mancipia, cunctaque ſuppellex in noſtro ſucceſſorumque noſtrorum munimine & mundeburgo indeſinenter maneant. Et ut hæc auctoritas, quam ob Dei amorem & animæ noſtræ remedium ſtatuimus atque roboramus, firmiorem obtineat vigorem; manus noſtræ conſcriptione ſubter eam firmavimus, & de bulla noſtra aſſignari juſſimus.*

Signum HLUDOVVICI *glorioſiſſimi Regis.*

VVIBOLDUS *Notarius ad vicem* GOSLENI *recognovit.*

Datum VI *Id. Februar. Indictione* XII, *anno primo regni Domini Hludovici glorioſiſſimi Regis. Actum villa Ferrarias in Dei nomine feliciter. Amen.*

NOTATIO.

HOC Ludovici Balbi Præceptum datum eſt Ferrariis, & quidem eo (ut videtur) tempore, quo filius ejus cognominis ibidem ſacratus eſt, ut patet ex ejus Capitulari apud V. Cl. Stephanum Baluzium relato in Appendice ad Lupum, quod vivente patre factum docent Annales Bertiniani. Sed corrigenda hîc data, & legendum, *anno ſecundo.*

CXII.

Carlomanni Regis Præceptum de Curte-villa ſuper Ligerim, ſancto Cyrico reddita.

Ex chartario Nivernenſi.

Anno 881.

I*N nomine Domini Dei æterni & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti.* KARLOMANNUS *gratia Dei Rex. Si regia ſollicitudo ea procuret, quæ ad inſtaurationem ſanctæ Eccleſiæ catholicæ pertinere noſcuntur; proculdubio magnum regii culminis ſtatum præparare probatur; & non ſolum in præſenti ſtabilimentum regni corroborat, ſed etiam in futuro præmium æternæ retributionis conciliat. Qua de re notum eſſe volumus omnium fidelium Dei atque noſtrorum, præſentium ſcilicet atque futurorum induſtriæ, quod noſtram adiens manſuetudinem venerabilis vir & Deo dignus* ABBO *Nevernorum Epiſcopus innotuit, quandam villam, vocabulo Curtim, cum omnibus appendiciis, ſitam in pago Nevernenſi in Vicaria Patiniacenſe ſuper fluvium Ligeris,* XXX *manſos in ſe habentem, quæ debebat deſervire eccleſiæ ſancti Cyrici Neverno ſitæ, ipſi Deo amabili Epiſcopo commiſſæ, poſtulans ut eamdem villam cum omnibus appendiciis ſuis eccleſiæ ſibi commiſſæ noſtra liberalitas reſtitueret, quæ ab externis in beneficium diu poſſeſſa*

fuerat. Agentes itaque commune conſilium cum Proceribus atque primoribus palatii noſtri, decrevimus A *ejus annuere precibus, & tam pro noſtra, quàm pro patrum noſtrorum indulgentia prædictam villam cum omnibus appendictis ſuis ſanctæ matri eccleſiæ Nevernis per præceptum noſtræ auctoritatis reddidimus. Habeat itaque prædicta mater eccleſia poteſtatem facere ex illa quicquid potius elegerit jure eccleſiaſtico, ſive in uſus pauperum, vel alimonias Clericorum, aut eccleſiæ ſervitorum, prout canonica docuerunt inſtituta. Et ut hoc noſtræ auctoritatis præceptum inviolabilem obtineat vigorem, manu propria ſubter firmavimus & anulo noſtro inſigniri juſſimus.*

Signum KARLOMANNI *glorioſiſſimi Regis.*

* *al.* Caziacum. *Actum apud villam Caciacum * pridie Iduum Ianuarii, Indictione* XIIII, *anno tertio regni Karlomanni glorioſiſſimi Regis.*

NORBERTUS *Notarius ad vicem* VUGARDI *recognovit.* B

NOTATIO.

RESTITUENDA eſt Notarii ſubſcriptio poſt regiam, de more, in chartario malè poſita poſt notas chronologicas. Reſtituenda eſt, inquam, & loco *Vugardi* legendum Vulfardi, ut in Præcepto ejuſdem Carlomanni pro eccleſia Narbonenſi in appendice Baluziana ad Concilia Narbonenſia, ubi legitur: *Norbertus Notarius ad vicem Vulfardi Archiepiſcopi.*

CXIII.

Ex chartario ejus loci.

Carolomanni aliud Præceptum, ſeu confirmatio generalis omnium bonorum & privilegiorum ſancti Germani Autiſidorenſis. C

Anno 884.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis,* KARLOMANNUS *miſericordia Dei Rex. Si petitionibus ſervorum Dei, quas nobis pro ſuis utilitatibus inſinuaverint, benignum aſſenſum præbemus; regiæ præcellentiæ opera imitamur, & per hoc æternæ beatitudinis gloriam faciliùs nos adepturos non dubitamus. Itaque notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris, præſentibus atque futuris, quia illuſtriſſimus* HUGO *Abbas monaſterii ſancti Germani Autiſiodorenſis, quem pro fidelitate ad nos ſemper conſervata loco patris colimus, ipſis fratribus deprecantibus ad noſtram accedens ſublimitatem, deferens privilegium Domni* NICOLAI *Papæ ſedis apoſtolicæ; privilegium quoque omnium Epiſcoporum, necnon & præceptum ſereniſſimi Auguſti Domni* KAROLI *Imperatoris glorioſiſſimi avi noſtri, devotus expetiit, ut omnia quæ ad portionem fratrum ſupradictorum pertinere videntur, quæque indulgentiâ perpetuo recolendi avi noſtri Domni Karoli Imperatoris eidem loco conceſſa noſcuntur, ſeu quæque à fidelibus Dei & noſtris* D *pro remedio animarum ſuarum ipſi loco diverſo modo tradita vel commutata ſunt, & præceptione genitorum noſtrorum firmata conſiſtunt; perpetua lege habenda denuo innovantes, auctoritatis noſtræ præcepto concedere & confirmare dignaremur, cujus petitionem clementer nos audiſſe & libenter accepiſſe omnibus Dei noſtriſque fidelibus notum volumus eſſe. Sunt autem nomina vel ſitus ipſarum rerum vel villarum ad ipſos ſervos Dei pertinentium, in primis manſella in gyro monaſterii ſita, & omnes clauſi indominicati, ſcilicet ille qui adhæret monaſterio, & campaniæ, plantæ, habundantia, curticanus, & clauſellus cum aliis vineolis de Parriniaco *, Parriniacus cum integritate, cum eccleſia & manſo indominicato & omnibus ſuis appendiciis, quam de rebus ſancti Stephani ad Comitatum pagi Autiſiodorenſis pertinentibus cum* GONRADO *Comite propinquo noſtro &* CHRISTIANO *Epiſcopo pro Feſtiniaco, Leſtralio, Graviolo, præcepto Domni Karoli Imperatoris avi noſtri commutaverunt; Ariacus ad integrum cum eccleſia & manſo indominicato, & omnibus ſuis appendiciis; Altaripa * cum capella & ſuis appendiciis;* E *Pons-Maxentus cum eccleſiis duabus & manſo indominicato & ſuis appendiciis, manſella quæ Hildeburgis dedit. Item manſellum quod* HERIBALDUS *dedit; monaſteriolum medium cum eccleſia & manſo indominicato, quod ipſi fratres habent &c. Pauliniacus * cum ſuis appendiciis, quam præcellentiſſimus Comes* CONRADUS *ex rebus ad Abbatiam pertinentibus ipſis fratribus dedit, & ut avi noſtri glorioſi Karoli Imperatoris præcepto confirmarentur obtinuit &c. Sed & ad theſaurum manſella quæ ſunt in Rogrado & Caſtaneto, & manſum unum in Siliniaco cum terris & vineolis &c. Res quoque quas dedit* HERIMARUS *vir nobilis ad ſtipendia matriculariorum, quos Nonnones vocant, hoc eſt in Nigronte & in Lagunis ſeu Linerolis & Ferrolis &c. Sunt præterea & aliæ res, quas ſupradicto loco glorioſæ memoriæ avus noſter per præceptum ſuum dediſſe & conceſſiſſe dignoſcitur, quarum nomina vel ſitus hujuſmodi ſunt. In primis Villaris, quam cum Agliniaco villa cameræ eorum deputata præcepto ſuo commutando eis habere decrevit, cum eccleſia & manſo indominicato, & ejus appendiciis, cum manſellis qui ſunt in Mariaco. Præterea Hurum, Mologum * cum integritate, Vulturiacum cum integritate, Luciacum *, Motemalum cum integritate, Magniacum, Feutengiacum, Matriſcum, Villarem-Puſcionum, & in Abundiaco villa manſum unum ad ſalarias per alveum Ligeris ducendas, quas villas vel manſa jam dictus ſemperque dicendus avus noſter ſancto Germano in tranſlatione ſacri corporis ipſius regia liberalitate contradidit. Bernacum etiam cum omnibus appendiciis ſuis, quas idem glorioſiſſimus avus noſter Karolus Imperator pro ſepultura ac æterna memoria filii ſui* LOTHARII *avunculi noſtri, quondam Abbatis ejuſdem loci, dediſſe per Præcepti ſui auctoritatem cognoſcitur; cellamque ſanctæ Mariæ Meleredenſis, quam eis deprecantibus, faciente hoc bonæ memoriæ* CONRADO *Comite venerabili propinquo noſtro, ipſis monachis in perpetuum ſociavit: cum quibus & unam villam, Abundiacum nomine, pro Oloniaco villa commutaverunt. Sunt præterea & aliæ res, quas ſupra fatus* HUGO *Abba pro remedio animæ genitoris vel genitricis ſuæ, necnon & divina ſibi clementia cum fratribus ſuis obtinenda eidem loco contulit, quas ſimiliter huic noſtræ au-*

* Perigny.

* Hauterive.

* Pauligny.

* Molay.

* Lucy.

A ctoritatis præcepto inſeri juſſimus. Tilium ſcilicet cum omnibus appendiciis ſuis; Buculiacum etiam, quam
domo infirmorum * ex rebus Abbatiæ cum præcepto & conſenſu Domni LUDOVICI glorioſiſſimi ac ſereniſſi-
mi Regis genitoris noſtri miſericorditer contulit; Bandiliacum quoque cum integritate, quam cum jam dicto
ſemperque dicendo Abbate ipſi fratres commutaverunt pro alodo, quem venerabilis Comes RUTBERTUS,
pro remedio animæ ſuæ ac loco ſepulturæ, Deo ſanctoque Germano contribuiſſe dinoſcitur. Sed & illas res,
quas iidem fratres ab ITERIO fideli noſtro per præſtariam quarumdam rerum ſuarum de proprio ipſius
alodo poſt ejus deceſſum nobis concedentibus ſimul & adjuvantibus ſuſceperunt, placuit huic præceptioni
ſubnotari: Siviriacum videlicet cum integritate, cum eccleſia, & ejus omnibus appendiciis; vel quidquid
ad eam pertinere videtur in pago Senonico: in pago etiam Nivernenſe Macerias ad integrum cum eccle-
ſia & ejus omnibus appendiciis; vel quidquid in pago Tricaſſino iidem fratres in loco, qui dicitur Orato-
rium, adquiſiviſſe noſcuntur. In Reviſiaco quoque in pago Senonico & Sarmaſia alodium Adalberti, quod
B memoratus Domnus avus noſter per præceptum ſuum ſupradicto loco miſericorditer tradidit: quidquid etiam
ipſi fratres in Vlmeto fiſco adquiſiêre, vel umquam adquirere poterunt. In pago etiam Tricaſſino manſus
unus, in loco qui dicitur Cidirniacus, cum terris & culturis ad ipſum manſum pertinentibus: quem vir
nobilis TEDALDUS pro loco ſepulturæ ac divina ſibi clementia obtinenda dediſſe cognoſcitur. In Carmedo
quoque medietatem villæ cum manſo indominicato, quæque dedit filius ſupradicti Tedaldi pro remedio
animæ ſuæ ac loco ſepulturæ. Præterea quatuor manſa quæ ſunt in pago Gaſtinenſi, in villa quæ dicitur
Grandis-campus, quæ à nobilibus viris NORTHGAUDO & fratribus ejus pro remedio animarum ſua-
rum vel loco ſepulturæ data ſunt. Sunt & aliæ res quamplures, quas boni homines eidem monaſterio pro
elemoſyna nuper contulerunt diverſis in locis, quas omnes res habitas vel in futurum habendas cum fa-
milia & omni integritate uſibus & ſtipendiis memoratorum ſervorum Dei ſine aliqua ſubtractione aut
minoratione perennibus temporibus altitudinis noſtræ teſtamento conſtituimus habendas & confirmamus.
C Detulit etiam idem HUGO venerabilis Abba jam dicti monaſterii atque propinquus noſter obtutibus ſe-
renitatis noſtræ auctoritatem præceptionis Domni avi noſtri Karoli ſereniſſimi Auguſti, in qua erat inſer-
tum, qualiter idem piiſſimus Auguſtus conceſſiſſet eidem monaſterio omne teloneum de negotiatoribus vel
de hominibus eorum, qui per ipſam caſam Dei ſperare videntur, vel de hoc quod homines ad eorum dorſa
deferunt; & ut in villis eorum ſeu ſuper terras vel cinctus infra aut foris advenerint, & negotiatum
fuerit, omne teloneum per eamdem auctoritatem eidem conceſſiſſe monaſterio. Aliam deſuper detulit aucto-
ritatem immunitatis ejuſdem Domni avi noſtri, in qua habebatur inſertum, qualiter idem cœnobium
ob amorem Dei & tranquillitatem fratrum ibidem conſiſtentium ſub pleniſſima tuitione & immunitatis
defenſione ſuſcepiſſet. quæ omnia rogante ſimul & cooperante præfato Abbate Hugone denuo auctoritatis no-
ſtræ ſanctione confirmamus, & ſub pleniſſima defenſione ipſam congregationem cum omnibus rebus ejuſ-
dem monaſterii, vel ad eumdem locum pertinentibus benignè ſuſcepimus: ita ut ſub noſtra defenſione li-
D ceat eis quietè vivere, & nullus Epiſcopus vel aliquis ex epiſcopalibus miniſtris ibidem aliquod præ-
ſumat exercere judicium: & nullus judex publicus nec quilibet exactor judiciariæ poteſtatis, vel ullus
ex fidelibus noſtris in omnibus rebus eidem loco ſubditis ad cauſas audiendas, vel freda aut tributa exi-
genda, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ejuſdem monaſterii tam ſervos, quàm ingenuos ſuper ter-
ram ipſius commanentes diſtringendos, nec ullas redhibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, no-
ſtris vel futuris temporibus ingredi audeat, vel aliquid horum exigere præſumat: ſed liceat memorato
Abbati & omnibus ejus ſucceſſoribus res prædicti cœnobii ſub hac immunitatis defenſione quieto ordine
poſſidere. Iubemus ergo per hanc præcepti noſtri auctoritatem, ut nemo teloneum, nec in civitatibus, nec
in mercatibus, aut vicis, ſeu villis vel portubus aut portis, ipſi monachi aut negotiatores eorum, aut ho-
mines qui per ipſam caſam Dei ſperare videntur, ullum teloneum perſolvere cogantur, ſicut in præcepto Dom-
ni avi noſtri ſereniſſimi Auguſti continetur. Præcipientes autem jubemus & jubentes confirmamus, ut
E nulli Abbatum ejuſdem loci, aut cuilibet alteri perſonæ liceat ex præſcriptis omnibus rebus aliquid in alios,
præterquam conſtituimus, uſus redigere aut retorquere, aut alicui habendum conferre; neque cenſum aut
honorem, aut dona qualibet, aut paſtos ab eiſdem ſervis Dei ullatenus præſumat requirere: ſed quidquid
exinde fieri poteſt, juxta quod præſcriptum eſt, regulari amminiſtratione uſibus & utilitatibus eorum,
auctore Deo, omnibus habeatur temporibus. Interea volumus & confirmamus, ut quidquid de ſæculo in
idem monaſterium ad regularem converſationem agendam favente Deo venientes, ex poſſeſſionibus ſuis
obtulerint ſive contulerint; vel alii quicumque hominum, ſicuti eorum voluntas, & collatio facta appa-
ruerit; ſine rectoris ejuſdem loci aliqua immutatione inviolabiliter ſemper perſeveret atque permaneat.
Vt autem hæc noſtræ præcellentiæ confirmatio meliorem ſemper in Dei nomine obtineat firmitatem, manu
noſtra eam ſubter firmavimus, & de anulo noſtro ſigillari fecimus.

Datum III Idus Iunii anno VI, regnante Karlomanno glorioſiſſimo Rege, Indictione II. Actum Mel-
F dis civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

* *id eſt* cellæ monachorum infirmorum.

NOTATIO.

IN hoc diplomate multa obſervanda veniunt. Primò Hugonis Abbatis honorifica mentio, quem *loco patris* habere ſe dicit Carolomannus, & *propinquum* ſuum vocat. Prius elogium eidem tribuit in alio diplomate pro eccleſia Aurelianenſi, edito in Appendice Baluziana ad Concilia eccleſiæ Narbonenſis, ubi Hugonem *tutorem ſuum* ac *regni maximum defenſorem* appellat. Deinde Conradum Comitem itidem *propinquum* ſuum ſcribit in hac charta, quem Conradum Hugonis Abbatis patrem fuiſſe conſtat ex Herico in libro II de miraculis ſancti Germani capite V. Ad hæc mentio fit de Siliniaco, vulgo *Seignelay*, qui locus Marchionatûs titulo modò *inſignis* eſt ſub illuſtriſſimo *nomine familiæ* Colbertinæ. Præterea Privilegium Epiſcoporum in Synodo Piſtenſi convocatorum anno DCCCLXIV, cujus ſuperiùs ſpecimen dedimus, ex his litteris auctoritatem habet,

itemque ex aliis poſteriorum Regum, in primis Caroli Craſſi, qui totidem verbis Carlomanni privilegium confirmavit. Accedit quòd Hugonis Abbatis parentes ac fratres memorantur, tametſi eorum nomina reticentur. Denique RUTBERTUS ſeu Rotbertus *Comes* apud ſanctum Germanum ſepultus dicitur, uti & Hugo Abbas, ut conſtat ex Reginone ad annum DCCC LXXXVII. Neſcio an is ſit Rotbertus Comes Andegavenſis, cognomento Fortis, Odonis & Rotberti poſteà Regum pater, cujus filium fuiſſe Hugonem Abbatem nonnulli recentiores fingunt: quorum opinioni videtur occaſionem dediſſe, aut certè auctoritatem, locus Aimoïni à Johanne Boſco vulgatus in libro de miraculis S. Benedicti, ubi Hugo *ut fertur Rotberti filius* dicitur. Sed hæc verba, *ut fertur, Rotberti filius*, abſunt à codice mſ. Patriciacenſi; conſtatque ex Herico, Hugonem hunc Conradi Comitis & Adeleidis filium extitiſſe. Neque ſcio an propiùs ad verum accedant, qui Adaleidem, Conradi hujus uxorem, putant eamdem eſſe cum Adaleide Ludovici Pii filia, quæ Rotberto Forti nupta eſt, quaſi hæc primùm Conradi conjux fuerit, poſtea Rotberti. Nam Hericus ita de Conradi uxore agit, ut ex primoribus quidem Francorum ortam dicat, non ex ipſa ſtirpe Imperatoria. A Ejus verba huc adſcribo ex lib. II de miraculis ſancti Germani cap. II. *Chonradus Princeps famoſiſſimus, collega Regum, & inter primates aulicos apprimè inclytus, per id temporis regiâ munificentiâ maximis, & ſua nobilitate condignis fulgebat honoribus. Conjux illi erat Adheleis nomine, primorum & ipſa natalium perinde titulis glorioſa, quippe quæ avita antiquorum Procerum oriunda propagine, ſplendorem generis auguſtiſſimæ æquiparabat ſtemmate dignitatis.* Erat itaque *antiquorum Procerum propagine*, non Regum Imperatorumve oriunda, quæ *ſummo loco nata* dicitur in cap. IV. His conjugibus fuiſſe filios conſtat ex cap. V. B Sed quos *acerbo præventos occaſu ſors ſuſtulerat* præter Hugonem Abbatem, eo tempore, quo Hericus hæc ſcribebat, regnante ſcilicet Carolo Calvo. Non ergo audiendi ſunt, qui Odonem & Rotbertum Reges poſtea factos, Hugonis fratres dicunt. De hoc Hugone iterum infra, ubi Folquini excerpta referemus.

CXIV.

Ex autographo.

Caroli Craſſi Præceptum, quo confirmat reſtitutionem monachorum in cœnobio S. Apri. C

Circa annum 884.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* KAROLUS *divina favente clementia Imperator Auguſtus. Si neceſſitatibus ſervorum Dei opem ferimus, & ut liberius Domino vacare poſſint, eorum quietudini proſpicimus, hoc nobis ad præſentem vitam tranſiendam, & ad futuram capeſſendam profuturum liquidò credimus. Itaque notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris, præſentibus ſcilicet atque futuris, quia conſiſtentibus nobis in Gundulfi-villa palatio noſtro delata eſt cauſa monachorum monaſterii ſancti Apri, quod ſitum eſſe conſtat in ſuburbio civitatis Leuchorum, ubi ipſe ſanctus Confeſſor Chriſti tumulatus cognoſcitur, in quo quidem monaſterio* FROTHARIUS *quondam ejuſdem civitatis Epiſcopus monaſticum Ordinem penitùs deſtitutum tempore domni avi noſtri pii Auguſti* HLUDOVVICI, *eodem Principe ſatagente, & præfati Pontificis inſtantia & ſollicitudine procurante, in priſtino ſtatu reformaverat,* D
* ſic. *& privilegio Quoepiſcoporum * ſuorum ac præcepto ejuſdem ſanctæ recordationis ſcilicet Hludovvici Imperatoris confirmaverat, & tam ex rebus ſuæ eccleſiæ beati Protomartyris Stephani, quàmque ex ejuſdem monaſterii ſancti Apri deputatis uſibus & neceſſitatibus monachorum ibidem Domino famulantium quibuſdam villis ſufficienter dotaverat: ſed negligentiâ quorumdam Rectorum interveniente, quod piè ſtatutum fuerat, ea parte ſubtractum, ac minoratum erat. Nos denique, qui miſeratione divina heredes regni patris extitimus, votum & conſtitutionem ipſius, ſicut in omnibus, ita quoque & in præfato mona-*
* ſic. *ſterio ad petitionem* ARNOLDI *Tullenſis eccleſiæ Præſulem * renovare præcepta Regum ac privilegia Pontificum cupientes, quod negligentia ſeu malivolentia Rectorum ablatum fuerat, in integrum præfatis monachis reſtitui ac reformari juſſimus, id eſt vicum ſancti Apri cum vineis, terris, pratis, ſilvis, farinariis, & ſervitoribus ſuis, cum omni integritate; Auronis manſum cum omni integritate, vinearum ſcilicet, paſcuarum, agrorum & ſilvarum, necnon & vineis Alnoni, omnes in monte Barro vel Barricino conſtitutas.* E *In Briviriaco quoque plantariam Edenulfi & Leutmundi cum quibuſdam vineis aliis; quidquid etiam in Saponariis de parte ſancti Apri habetur, & quidquid in Gavalunigis Archembertus eidem monaſterio dedit: necnon & farinarium in Naſio, ſed & manſum ſancti Maximini cum ſorte ejus, qui ante fores monaſterii conſiſtit, quem ad portam monaſterii ejuſdem concedimus. Item villulam quæ dicitur Vitiltagus & Villerias ex integro, & Alano cum omnibus apendiciis ſuis, exceptis paucis qui pro terris quibus utuntur, eidem monaſterio deſerviunt, pro ratione verò ſui capitis Epiſcopi uſibus miniſteria impendunt. Sic & Salſurias cum omni ſuo apenditio, exceptis his, qui ſimili conditione tenentur. Addimus quoque villam Stephani cum apendiciis & baſilica ejuſdem, quam villam pro commutatione alterius villæ ad eandem cellulam reſpicientis, quæ dicitur Babani-villa, illic reſtituimus. Siclini quoque curtem cum eccleſia præter Grimaldi vicinium cum apendiciis, & præter baſilicam in Crepico cum apendiciis ſuis. Adnectimus Siccum-vidum præter eccleſiam cum apendiciis, Mammonis-curtem cum eccleſia ex integro. Similiter Stadonis, Bladenacum,* F *& Maſellos, quicquid etiam in fine Orchadenſi vel Navenſi de parte ſancti Apri à Guntardo poſſeſſum eſt. Martiniacum quoque quæ à Vulberto per precariam tenebatur cum eccleſia ejuſdem. Sed & manſum in Bauviaco ex toto, quem Silveſter per præſtariam tenuit. Duos quoque manſos in Mediano-vico, ubi ſalinæ eorum uſibus fiant, quos & eis Criſtofora dedit. Statuimus quoque, quod in privilegio decretum eſt, ut ex cunctis reliquis villis beati Apri medietas decimæ frugum vel animalium à porta monaſterii detur: ex Briviriaco verò & Monte-Barro vel Barrico, tam de dominicis vineis, quàm de beneficialibus mo-*
* ſic. *naſterio decimæ dantur: ex beneficis * autem clauſuræ & ædificia tectorum juxta facultatem uniuſcujuſque circa monaſterium conſtruantur. Concedimus quoque illis, ſicut in privilegio Epiſcoporum continetur, in*
* ſic. *villa quæ dicitur Petra, ex piſcatoria Epiſcopi unaquaque ebdoma * duas noctes. Quin etiam in Caldiniaco manſum unum & piſcatorem ſupra manentem, nomine Ercanteum, pariter cum uxore & filios, & quic-*

A *quid eidem Templo vel eiſdem fratribus pro qualibet re oblatum fuerit, eorum uſibus deputamus. Hæc au-*
tem ſupraſcripta ad quadraginta monachorum numerum conſtituta ſunt, quibus nullus præſidentium civi-
tati Leuchorum nil minuere umquam præſumat: augere verò ſi voluerit, multiplicatis & augmentatis rebus
accumulentur divini ſervitii cultores. Conſtituimus verò pro omnibus ſupradictis, ſicut in privilegio Epiſ-
coporum continetur, per ſingulos annos in feſtivitate beati Apri Epiſcopo civitatis exhiberi convivium inibi
peragendum, ad quod dentur de rebus fratrum panis modii X, *vini modii* X, *friſcinga porcina* V, *arie-*
tes V, *vaca* I, *bacco* I *cum ſiccamine, porcelli* II, *pulli* XII, *pulcini* VIII, *equus pretii ſolidorum* XXX,
aut pro eo ſolidi XXX, *clipeus* I *cum lancea, coria* II, *totidemque cilitia, necnon tempore militiæ anga-*
ria I, *id eſt carrum unum, quem tamen Epiſcopi ſtipendiis onerandum eſſe decernimus. Præterea ſtatui-*
mus, ut eidem monaſterio Abba ſemper præficiatur, qui ab Epiſcopo ipſius civitatis, aut ex eadem congre-
B *gatione, aut, ſi ibi dignus inveniri nequiverit, ex alia qualibet electus, moribus & doctrina clareſcat,*
ut ſecundum Regulam ſancti BENEDICTI *& præeſſe, & prodeſſe fratribus utiliter poſſit. Præcipientes*
ergo jubemus, & jubendo decernimus, ut ſicut in privilegio Epiſcoporum & præcepto divæ recordationis
domni avi noſtri continetur, nullus Pontificum per ſuccedentia tempora ſibi quippiam de rebus quæ eiſdem
monachis conceſſa ſunt, imminuere, aut majora illis ſervitia vel dona quàm in privilegio continetur,
*inferre, neque ipſam ordinatam congregationem perturbare vel exordinare juſtè * præſumat: ſed liceat* * ſic.
*præfatis monachis non ſolum præfatas res, ſed etiam ſi qua à Deo * timentibus ad idem monaſterium* * ſic.
deinceps collatæ fuerint, quieto ordine poſſidere, nihilque eis oneris amplius quiſquam Præſulum ſucceden-
tium ponat, quàm in memorato privilegio conſtitutum eſſe conſtat. Neque præſentia ſua vel ſuorum præfa-
*tis præfatis * monachis Pontifex in ali.. * oneri ſit: ſed quotienſcumque pro aliqua ordinatione ad idem mo-* * ſic.
naſterium acceſſerit, paupertati eorum, ſi voluerit, participet. alias autem, ut præfati ſumus, nec ipſe, * Deeſt *quo.*
nec ſui in aliquo præfatis monachis onere ſint. Si verò ex his quæ illis indulſimus, quiſpiam Pontificum
C *ſuccedentium minuere, auferre conatus fuerit, habeant licentiam Metropolitarum dioceſios adire, & ne-*
ceſſitatis ſuæ cauſas exponere. Si verò ipſe opem ferre neglexerit, adeant libere ſerenitatem noſtram, vel
qui nobis in regno Domini diſpoſitione ſucceſſerit; & cauſam neceſſitudinis ſuæ Principi innoteſcere. Ipſe
verò corrigere nullatenus quod malè actum eſſe conſtat, differat intuitu reſpectus divini, ne fortè, ſi diſtu-
lerit, ſententiam dampnationis, quæ in privilegio ſtatuta eſt, fortaſſis incurrat. Neque verò Abba, aut
quiſquam monachorum prædictum monaſterium colibet ingenio, vel per ſe, vel per quamlibet objectam
perſonam, ſubtrahere ab Epiſcopi poteſtate moliatur: ſed ſalva libertate monaſticæ religionis urbi Leu-
chorum, vel ipſi Pontifici abſque ulla contradictione ſemper maneat ſubjecta. Hoc verò præceptum noſtrum
quod pro tuitione ac quiete illi conceſſum eſt, nullus Pontificum aliquando illis auferre præſumat. Quod ſi
quiſque temerario auſu facere præſumpſerit, diſtrictiſſimè à nobis unà cum ſententia canonum, quæ talia
patrantibus promulgata conferetur, ut monachis per tempora ibidem Deo militantibus ſub conditionibus,
D *in jam dicto privilegio & in hoc præcepto noſtræ auctoritatis taxatis, quietè regulariterque vivere, &*
pro nobis ac pro ſtabilitate imperii à Deo nobis commiſſi jugiter Domini miſericordiam exorare delectet. Ut
autem hujus conſtitutionis noſtræ auctoritas firmior habeatur, potioremque in Dei nomine firmitatis me-
reatur obtinere vigorem, manu propria eam ſubter firmavimus, anulique noſtri impreſſione ſubter ſigil-
lari juſſimus.

Signum domni KAROLI *ſereniſſimi Imperatoris Auguſti.*

INQUIRINUS *Notarius ad vicem* LIUTOARDI *Archicancellarii recognovi & ſubſ.*

Data XI *Kal. Iul. anno Chriſto propitio imperii domni Karoli ſereniſſimi Imperatoris Auguſti, Indictione* III. *Actum Stirpiaco villa publica in Dei nomine feliciter. Amen.*

NOTATIO.

E

IN hoc autographo, præter varia Notarii errata, quæ ad marginem notavimus, deeſt annus Imperatoris, nec ullum apparet intervallum poſt verbum *Auguſti* ad annum exprimendum. *Templi* nomine utitur Imperator, uti & Frotharius in ſuperiori charta LXXIX, item Carolus Simplex infrà in nota ad chartam CXXV. Sed longè ante eos legitur idem vocabulum in diplomate Theoderici Calenſis ſuprà num XXXVI, & num. LXXVII in charta Ludovici Pii. Id notare viſum eſt, propterea quòd rara ſit hæc vox in vetuſtis inſtrumentis.

CXV.

Didonis Epiſcopi Laudunenſis charta, qua res eccleſiæ ſancti Botthiani cum ejuſdem Sancti corpore tradit Laudunenſi eccleſiæ ſancti Vincentii.

F

Ex chartario S. Vincentii.

Anno 886.

I*N nomine Dei & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti. Ego* DIDO *ſanctæ Laudunenſis eccleſiæ Epiſcopus. Sollicitudo paſtoralis & cura pontificalis nobis à Deo commiſſa ratum fore decentiſſime contemplatur, eccleſias Dei quibuſlibet in locis infra terminos parrochiæ noſtræ ob infeſtationem paganorum deſolatas relevare & emeliorare, ac pro poſſe noſtrum ſublimare. Quocirca noverit omnium ſucceſſorum noſtrorum ſollertia, quia nos ob amorem Dei æternæque remunerationis præmium, cum conſenſu omnium fidelium noſtrorum, videlicet Clericorum atque laicorum, corpus ſancti Botthiani confeſſoris Chriſti, quod in ſua eccleſia ob prædictam infeſtationem ſtare quietè non poſſit, & ſui Canonici huc illucq; fugiendo deficiunt & deficientes pereunt, in Lauduno monte Clavato, in eccleſia ſancti Vincentii martyris collocantes poſuimus, & inibi permanere æternaliter delegantes cenſuimus. Et quia nos expoſcit canonicus, ut omnes res eccleſiæ*

proprius Epiſcopus quomodo & qualiter voluerit, ſecundum Dei voluntatem ordinet & diſponat; omnis res ad prædictam eccleſiam ſancti Botthiani confeſſoris Chriſti cum omni integritate reſpicientes, præſcriptæ eccleſiæ ſancti Vincentii martyris cumque ſimul & ſancti Botthiani confeſſoris Chriſti jure canonico deſignamus, & deſignantes adſcribimus: quatenus ex his rebus Canonici eidem eccleſiæ numero duodecim à nobis deſignati canonicè vivant & induantur: maximè cum & propter reverentiam horum duorum ſanctorum & memoriam noſtri perpetuam, has res jam dictas ſine aliqua diminutione uſibus & ſtipendiis eorum deputamus, & perpetim habendas auctoritatis noſtræ ſcripto confirmamus. Nam & in villa Capriniaco manſa duo ſervitia cum omnibus ad ſe reſpicientibus deſignamus, atque alias inſuper Domino opitulante augere procurabimus, ut ſine penuria alicujus rei liberiùs & ſecuriùs Domino continuas laudes perpetualiter expleant, & pro nobis & pro ſucceſſoribus noſtris vigilias ſingulis noctibus & Miſſas ſingulis diebus, & anniverſaria per revolutionem ſingulorum annorum, necnon & alias preces aſſiduas ſine intermiſſione Chriſto propitio fideliter offerant, & celebrent, & pro ſtatu totius ſanctæ Dei Eccleſiæ omni tempore devotiſſimè ſemper orent. Et ut hæc privilegii noſtri auctoritas per ſuccedentia tempora firmior & inviolabilior habeatur; manu propria ſubterfirmavimus Canonicoſque noſtros, necnon & nobiles laicos ſubterfirmare rogavimus. Ego DIDO *ſanctæ Laudunenſis eccleſiæ Epiſcopus hoc privilegium corroboravi, ac tradidi ſancto Botthiano, atque Clericis & laicis corroborare rogavi. Et ſi aliquis has res quas præſentaliter trado, & in futurum cupio tradere, atque hoc privilegium violare voluerit, anathemate feriatur. Actum Lauduno monte Clavato, anno Incarnationis Domini noſtri Ieſu-Chriſti* DCCC LXXXVI. *Indictione* IIII, IIII *Idus Maii, ac anno* II *glorioſiſſimi Domini Caroli Imperatoris Auguſti, nepotis magni* CAROLI *Imperatoris.*

A B

NOTATIO

MONASTERIUM ſancti Vincentii Laudunenſe, Ordinis ſancti Benedicti, à Brunechilde primùm conditum, Normannorum tempeſtate propè redactum in ſolitudinem, Dido ejus urbis Antiſtes tantiſper (ut res ferebant) erigere curavit, ut ex his litteris patet, inſtitutis duodecim Canonicis, quem numerum ab Adalelmo ejuſdem civitatis Epiſcopo reſtitutum fuiſſe docet diploma Roduſfi Regis inferiùs imprimendum. Sed tandem Adalbero Epiſcopus locum monachis reſtituit, approbante Lothario Rege: cujus rei chartæ duæ extant apud Marlotum in tomo II Metropolis Remenſis. Huc ſpectat etiam diploma Hugonis Regis, infrà. In hac porro Didonis charta obſervatu dignum eſt *Magni* vocabulum, quod Carolo Calvo in fine tribuitur. quod variis exemplis probavimus in tomo I Analectorum, pag. 434. Adde Sigeberti locum ex libro de Scriptoribus eccleſiaſticis cap. 99, ubi legitur, Hincmarum ad eccleſiam Ravennatem reſcripſiſſe *ſub perſona magni Caroli Imperatoris.* C

CXVI.

Ex Chartario Nivernenſi.

Caroli Craſſi Imperatoris Præceptum de Cuciaco, qualiter ſub jugo Nivernenſis Epiſcopi eſſe debeat. D

Anno 886.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis,* KAROLUS *gratia Dei Imperator Auguſtus. Si imperialis ſollicitudo ea procuret, quæ ad inſtaurationem ſanctæ Eccleſiæ pertinere noſcuntur; ſine dubio magnum imperii culminis ſtatum præparare comprobatur, & non ſolum in præſenti ſtabilimentum regni & imperii corroborat, ſed etiam in futuro æternæ retributionis præmium ſibi conciliat. Sit ergo cognitum cunctis fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ tam præſentibus quàm & futuris, quia* EMMENUS *venerabilis Epiſcopus Nevernenſis eccleſiæ ad noſtram clementiam veniens indicavit nobis, quod monaſterium in villa ſancti Martini de ſuburbio Nevernis, in Cuciaco, qui eſt in Arvernenſi Comitatu, fundabat, & Sanctimoniales feminas divinæ militiæ famulaturas ibi conſtituebat. Petiit denique providens in futurum, ut eiſdem Sanctimonialibus præceptum noſtræ firmitatis concederemus, ut in eodem loco fiducialiter Deo famularentur; & numquam ab ullo Pontifice Nevernenſis eccleſiæ à ſtatu monaſtici ordinis evellerentur aut mutarentur; & neque alius Ordo, niſi Sanctimonialium feminarum, ibi conſtitueretur. Dignum itaque intuentes quod poſcebat, conſenſimus precibus & voluntati ejus. Volumus itaque, & per hujus præcepti conſtitutionem roboramus, ut ab hodierna die nullus Ordo eccleſiaſticus, niſi Sanctimoniales feminæ, in Cuciaco villa, quæ ad ſanctum Martinum de ſuburbio Nevernis pertinet, in monaſterio quod Emmenus ibi conſtrui juſſit Epiſcopus, Deo famulari præſumat, & neque ab ullo Pontifice vel ab aliqua ſæculari poteſtate deſſipetur, vel tranſmutetur. Abbatiſſâ quoque ejuſdem monaſterii decedente tribuimus illis, & imperiali more delegavimus, firmiterque concedendo indulſimus, quamcumque ex ſuis maluerint licentiam eligendi Abbatiſſam. Epiſcopus verò Nevernenſis eccleſiæ nullo modo ſine conſenſu Sanctimonialium aliam aliunde Abbatiſſam ibi conſtituat, niſi unam ex ipſis ſororibus in invicem conſentientibus. Ut autem ipſæ Sanctimoniales ſubjectionem debere ſe recognoſcant Nevernenſi Epiſcopo, ne aliquando velint ſe ſubtrahere à jugo & ordinatione Nevernenſis eccleſiæ; conſtituimus conſilio fidelium noſtrorum, ut omni anno feſtivitate ſancti Martini in menſe Novembri in cenſu exſolvant Epiſcopo Nevernenſi libram argenti unam. Deinde per hoc præcepti inſtitutum confirmamus, & confirmando prohibemus, ut decimæ nec aliquod umquam ab eis ampliùs exigatur, præter annualem cenſum, quem cauſa ſubjectionis decrevimus & diffinimus. Confirmamus quoque per hoc præceptum, ut nullus Comes, nullus judex publicus, nullus Epiſcopus de hiis quæ ad uſus ſanctimonialium pertinent, neque in ipſo monaſterio, neque alibi extra monaſterium aliquid dominari per potentiam præſumant: & nec ulla appoſita perſona paratas, nec cenſum, nec aliquod obſequium à Sanctimonialibus exigat: ſed abſque ullo obſtaculo impeditionis quietè vivere, & ſecundum debitum ſua ordinare & pro incolumitate Regum & regni pace Deum jugiter velint & dele-*

E F

A *ctentur exorare; & omnia quæ ad ipſarum Sanctimonialium cauſam pertinere videntur, ſub immunitate rerum ſancti Cyrici, ſicut in præceptis prædeceſſorum noſtrorum, Regum videlicet & Imperatorum, continetur, tali diſpoſitione permaneant. Decrevimus denique omnimodiſque vetamus, & vetando firmiter prohibemus, quatenus ab hodierno & in reliquum nullus ibi concurſus aliorum fiat, neque aut illic ſtandi aut commorandi, neque confugium inibi faciendi aut mora, exceptis illis qui ad Omnipotentis clementiam adorandam eumdem locum ſanctum humiliter petierint, qui eiſdem Deo ſacratis nullam moleſtiam inferant. Si qui fortè illud præſumptivè agere tentaverint, aut capite puniantur, aut tantum auri pondus prætaxato ſanctiſſimo loco conferant, quo tam Abbatiſſæ, quàm reliquis ibi Deo militantibus ſatisfaciant: quia nullatenus illum ad hoſpitale conceſſimus alicujus mortalis, ſed ad ſanctorum ſuffragia poſcenda pro ſtatu regni & temporis tranquillitate, & omnium Chriſtianorum ſalute ſingulariter diuturna. Et ut auctoritas hujus præcepti vigeat, ſubtus manu propria firmavimus, & anulo noſtro inſigniri juſſimus.*

B *Signum* CAROLI *glorioſiſſimi Auguſti.*

AMALBERTUS *ad vicem* LIUTHUARDI *recognovi.*

Data XVI *Kal. Septembris, anno Incarnationis Domini* DCCC LXXXV, *Indictione* IIII, *anno autem regni domini Karoli piiſſimi Imperatoris Auguſti in Italia* V, *in Francia* IIII, *in Gallia* II. *Actum Attiniaco palatio feliciter.*

NOTATIO.

SINGULARIS eſt in hoc privilegio mulcta ſeu interminatio de pœna capitis, quam nuſquam in aliorum Regum Francorum præceptis legimus. Hoc diploma datum eſt anno non DCCC LXXXV, ut fallit chartarium Nivernenſe, ſed DCCC LXXXVI. cui aliæ notæ conveniunt, ut & diplomatis ſequentis.

C

CXVII.

Caroli Craſſi Imp. diploma pro cœnobio S. Germani Autiſſiodorenſi.

Ex chartario ejuſdem loci.

Anno 886.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. KAROLUS *gratia Dei Imperator Auguſtus. Si petitionibus ſervorum Dei, quas nobis pro ſuis utilitatibus inſinuaverint, benignum præbemus aſſenſum, regiæ præcellentiæ opera imitamur, & per hoc æternæ beatitudinis gloriam facilius nos adepturos non dubitamus. Itaque notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, & noſtris præſentibus atque futuris, qualiter fideles noſtri monachi ex monaſterio ſancti Germani Autiſiodorenſis, pro ſua religione nobis valde accepti, accedentes ad noſtram ſublimitatem detulerunt privilegium Domni* NICOLAI *Papæ Sedis Apoſtolicæ, privilegium quoque Epiſcoporum, necnon & præceptum ſereniſſimi Auguſti Domni* KAROLI *Imperatoris* D *glorioſiſſimi patrui noſtri; ſed & aliud præceptum manſuetiſſimi* KARLOMAGNI *Regis adoptitii filii noſtri, quod pancartam vocant: expetieruntque, ut omnia quæ vel in privilegiis, vel in præceptis comprehenſa tenentur, jure habenda perpetuo, denuo innovantes, auctoritatis noſtræ præcepto concedere & confirmare dignaremur. quorum petitionem clementer nos audiſſe, & libenter excepiſſe omnibus Dei noſtriſque fidelibus notum volumus eſſe. Itaque ſitus vel nomina rerum ſeu villarum ad ſuſtentationem præfatorum ſervorum Dei pertinentium ſunt hæc. In primis manſella in gyro monaſterii ſita, & omnes clauſi indominicati, ſcilicet ille qui adhæret monaſterio, & campania &c. Sunt præterea & aliæ res, quas memorabilis* HUGO *Abba ejuſdem loci pro remedio animæ genitoris vel genitricis ſuæ, necnon & divina ſibi clementia cum fratribus ſuis obtinenda eidem loco contulit, unde & ibidem venerabiliter conditus requieſcit. Tilium ſcilicet cum omnibus ſuis appendiciis, & Buculiacum quam domo infirmorum ex rebus Abbatiæ per præceptum Ludovici* E *glorioſiſſimi Regis conſobrini noſtri miſericorditer contulit. Baudiliacum quoque cum integritate; ſed & illas res quas iidem fratres ab Iterio illuſtri quondam viro per præcariam quarumdam rerum ſuarum de proprio ipſius alodo poſt ejus deceſſum ſuſceperunt, placuit huic noſtræ præceptioni ſubnotari, Sidriacum videlicet in pago Senonico &c. Sed & hoc noſtræ manſuetudini regia liberalitate ſuperadicere placuit, ut quia locus ille minùs ſilveſtris eſt, ex proxima ſilva, quæ Barrus dicitur, & ad Comitatum pertinet, cotidie (ſi neceſſe fuerit) ad opus furni, vel coquinæ ad duo carra & quatuor ſagmas ligna deferantur. Detulerunt etiam jam dicti fratres obtutibus ſerenitatis noſtræ aliam auctoritatem domni patrui noſtri Auguſti Karoli, in qua inſertum erat, qualiter conceſſiſſet eidem monaſterio omne teloneum de negotiatoribus, vel de hominibus eorum qui per ipſam caſam Dei ſperare videntur, vel de hoc quod homines ad dorſa deferunt &c. Ut autem hæc præcellentiæ noſtræ confirmatio meliorem ſemper in Dei nomine obtineat firmitatem, manu noſtra eam ſubter firmavimus, & de anulo noſtro ſigillari fecimus. Datum* V *Kal. Novembris, anno Incarnationis Domini* DCCC LXXXVI, *Indictione* IIII, *anno imperii piiſſimi Imperatoris Karoli in Ita-* F *lia* VI, *in Francia* V, *in Gallia* II. *Actum Pariſius in Dei nomine feliciter. Amen.*

CXVIII.

Odonis Regis Præceptum ſeu formula manumiſſionis cujuſdam Alberti.

Ex ſchedis V. Cl. D. d'Herouval

Anno 888.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. ODO *gratia Dei Rex. Notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Domini Eccleſiæ & noſtris, præſentibus ſcilicet atque futuris, quia nos ob amorem Dei, æternorumque remunerationem præmiorum, perque deprecationem* RAIMONIS *Epiſcopi, ſervum juris noſtri, nomine Albertum, aſtantem in conſpectu noſtro, & fidelium Procerumque noſtrorum, manu propria à manu ejus*

excutientes denarium ſecundum legem Salicam libertum fecimus, atque ab omni ſervitutis vinculo abſol- A
vimus, ejus quoque abſolutionem per hanc præſentem auctoritatem noſtram confirmavimus, & noſtris fu-
turiſque temporibus firmiter atque inviolabiliter ratam eam eſſe volumus. Præcipientes ergo jubemus, ut
ſicut reliqui manumiſſi, qui à Regibus anteceſſoribus noſtris hoc modo noſcuntur eſſe relaxati ingenui, ita
deinceps jam nominatus Albertus per hoc noſtrum præceptum ſollemniter in Dei nomine confirmatus, nemi-
ne inquietante, ſed Deo auxiliante perpetuis temporibus valeat permanere bene ingenuus atque ſecurus.
Et ut hæc noſtra mercedis relaxatio per omnia tempora inviolabiliter conſervetur, anulo noſtro ſubter ſigil-
lari juſſimus.

TRUANNIUS *Notarius ad vicem* ROLLONIS *recognovit, & ſubſcripſit.*

Data IV *Idus Ianuarii, anno ab Incarnatione Domini* DCCC LXXXVIII, *anno ſecundo regnante*
Odone glorioſiſſimo Rege. Actum Aurelianis feliciter. Amen. B

NOTATIO.

ID genus diplomatis Præceptum denariale, ſcilicet ob denarium in manumiſſione excuſſum, vocat Marculfus in lib. I cap. XXII. Mendoſa eſt Notarii & Cancellarii nominum lectio, ex ſequenti diplomate corrigenda hoc modo: *Crohannus Notarius ad vicem Ebonis.* Annum Incarnationis Odo aliquando adhibebat, aliquando intermittebat, ut alibi oſtendimus. Si non fallit hic annus Incarnationis DCCC LXXXVIII in Januario, anni initium computavit Odo à Martio ſeu Paſchate. nam annus regni ejus ſecundus in Januario fuit annus Chriſti DCCC LXXXVIIII ſecundum noſtrum calculum. Et ſic forſan in autographo ſcriptum erat. Exſtat alia manumiſſio facta *per excuſſionem denarii juxta legem Salicam* apud Franciſcum Guillimannum de rebus Helvetiorum, in cujus fine hæc habentur: ERNUSTUS *Cancellarius ad vicem* THEOTMARI *Archicapellani recognovit. Data* II *Kal. Jun. anno Incarnationis Domini* DCCCVI *Indictione* VIII, *anno regni Domini Hludovici* VII. *Actum in Rotvvilla feliciter. Amen.* C

CXIX.

Ex autographo eccleſiæ Carnutenſis.

Odonis Regis aliud diploma, quo Ricbodoni manſos aliquot in villa Gaugiaco poſitos dat in beneficium.

Anno 889.

I*N nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* ODO *clementia Dei Rex. Regalis celſitudinis mos eſt fide-*
les regni ſui donis multiplicibus atque honoribus ingentibus honorare, ſublimeſque efficere. Noverit
igitur omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtrorum, tam præſentium, quàm & futurorum ſollertia,
quoniam placuit ſerenitati noſtræ quemdam fidelem noſtrum, nomine RICBODONEM, *de quibuſdam re-*
*bus noſtræ proprietatis honorare. Sunt autem eædem res in pago Carnotenſi ſuper fluvium Oduram *, in* D
villa Gaugiago, manſus indominicatus, ubi aſpiciunt manſa triginta unum, quos prædictus Ricbodo in
beneficium tenet. Nos itaque beneficium jam dicto fideli noſtro jure beneficiario & uſufructuario concedi-
mus, quatenus dum quilibet Ricbodo, & quandoquidem Deo diſponente uxorem duxerit, & exinde filium
procreaverint, & unus ex illis advixerit, jam dictum beneficium teneant atque poſſideant, nemine in-
quietante. Vnde hoc noſtræ celſitudinis præceptum fieri, & memorato fideli noſtro dari juſſimus, per quod
præcipimus atque jubemus, ut ab hodierna die jam dictus fidelis noſter Ricbodo ſupraſcriptum beneficium
teneat, uxorque & filius ejus, dum advixerint, diſponant uſu quidem, ut dictum eſt, fructuario, &
jure beneficiario omni tempore vitæ ſuæ, eo ſiquidem tenore, ut aliquis eorum in noſtra fidelitate ſemper
& devotione pro eorum beneficio deſerviat. Et ut hæc noſtræ largitionis conceſſio ita in omnibus conſerve-
tur, atque veriùs credatur, anulo noſtro inſigniri juſſimus.

CROHANNUS *Notarius ad vicem* EBONIS *recognovit & ſubſcripſit.* E

Datum XVI *Kal. Iulii, Indictione* VII, *anno ſecundo regnante Domno* ODONI *glorioſiſſimo Rege.*
Actum ſancto Maximino monaſterio in Dei nomine feliciter. Amen.

* l'Eure.

NOTATIO.

HOC diploma, cujus ſpecimen in tabella XXXIV ſuperiùs exhibuimus, exſtat autographum in archivo cathedralis eccleſiæ Carnutenſis, ejuſque copia per inſignis iſtius collegii Canonicos facta eſt R. P. Priori cœnobii S. Petri è noſtris, qui nobis hoc ſpecimen tranſmiſit. S Maximini monaſterium, ubi datum diploma, eſt Miciacenſe prope Aurelianos, vulgo *Saint Meſmin.*

CXX.

Ex Chartario. F

Odonis ejuſdem Præceptum de pleniſſima protectione & defenſione omnium rerum cœnobii S. Germani apud Autiſiodorum.

Anno 889.

I*N nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* ODO *miſericordia Dei Rex. Si petionibus ſervorum Dei,*
quas nobis pro ſuis utilitatibus inſinuaverint, benignum præbemus aſſenſum, regiæ præcellentiæ opera
imitamur, & per hoc beatitudinis gloriam nos adepturos non dubitamus. Itaque notum ſit omnibus ſan-
ctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris, præſentibus atque futuris, qualiter fideles noſtri monachi ſancti Ger-
mani Autiſſiodorenſis, pro ſua religione nobis valde accepti, accedentes ad noſtram ſublimitatem Pariſius,
ubi in Dei ſervitium & regni conveneramus defenſionem, inquiſiti à noſtra manſuetudine ſuper ſuo ſtatu
& converſatione, conqueſti ſunt nequaquam ſe digna frui quiete, ſed nec regularibus congruè inſervire

poſſe

A poſſe cultibus ob quorumdam rabidiſſimam infeſtationem, & ſæculis inauditam in ſervos Dei debacchationem, non modo ipſorum invadentes poſſeſſiones, quin potius lupina rapacitate in ipſa cibi potuſque craſſantes direptione. Proclamaverunt quoque ſibi nihil juvaminis conferre immunitates & auctoritates à piiſſimis & ſereniſſimis anteceſſoribus noſtris eis collatæ: quoniam à jam dictis invaſoribus & direptoribus inutiles ducerentur & vacuæ. Quorum lacrymabilem reclamationem audientes, non modico animus noſtræ ſublimitatis eſt mærore percuſſus; timentes pro tantorum Patrum attritione atque oppreſſione regni noſtri aliquod pati diſpendium juſto judicio Dei, qui eſt ultor ſuorum fidelium: verentes etiam ne illos quos ſtudium & miſericordia ſereniſſimorum anteceſſorum noſtrorum ad nobile ſubvexit faſtigium negligentia & incuria noſtræ manſuetudinis deducat ad nihilum. Placuit itaque noſtræ ſerenitati denuo jam dicti monaſterii monachis totius immunitatis concedere auctoritatem, ipſamque congregationem & locum cum conſilio Optimatum & Procerum noſtrorum, & etiam deprecatione ANSCHERICI venerabilis Epiſcopi* (* Pariſienſis.)
B reverendique eorumdem monachorum Abbatis nobis valde dilectiſſimi, cum omnibus ſuprafati loci rebus, aut infra civitatem, aut extra poſitis, in noſtro ſuſcipimus mundeburgio & ſub pleniſſima defenſione, ita ut ſub noſtra pleniſſima protectione liceat eis omni frui quiete. Præcipientes igitur jubemus & jubentes confirmamus, ut nullus epiſcopus vel aliquis ex epiſcopalibus miniſtris, nec Iudex publicus, vel aliquis exactor judiciariæ poteſtatis, neque ullus ex noſtris fidelibus, areas eorum quas habere noſcuntur in civitate Autiſſiodorenſi, ullo modo præſumat invadere, nec aliquam vim inferre: ſed neque in manſionibus ipſorum ſeu ſervientium illorum hoſpitalia contra voluntatem ipſorum exigere audeat, & inquietudinem inferre nullatenus præſumat. Subſtantias quoque eorum tam in dominicato, quàm quæ de ipſorum familia, nequaquam attributare liceat: ſed ſub hujus noſtræ præceptionis indulgentia quietè eis vivere ubique concedimus, & abſque ullius aliqua infeſtatione ſecuros decernimus, ut pro noſtra vita & pace regnique noſtri ſtatu iidem liberius exorare valeant. Vt autem præcellentiæ noſtræ confirmatio in dies meliorem ſemper obti-
C neat firmitatem, in Dei nomine manu ſublimitatis noſtræ propria eam ſubterfirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſubſignari fecimus. Datum V Idus Iulii, Indictione VI, anno Incarnationis dominicæ DCCCLXXXIX, anno II regnante domino Odone Rege glorioſiſſimo. Actum Pariſius civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

NOTATIO.

In hoc diplomate pro *anno* II regni Odonis ſcriptum eſt ab Amanuenſibus, *anno* LI. propterea quòd in autographo primum I inſtar litteræ L oblongæ expreſſum erat, ut de aliis ſimilibus monuimus ſupra non ſemel. Lege caput ultimum libri ſecundi.

CXXI.

D

Odonis item Præceptum, anteriora Regum dona S. Medardi cœnobio facta confirmantis.

Ex chartario S. Medardi.

Anno 893.

ODO Dei gratia Rex Francorum Omnium Chriſti fidelium cognoſcat ſolertia, beatæ memoriæ CAROLUM Imperatorem, Hludovici piiſſimi Auguſti filium, erga monaſterium ſanctorum Medardi & Sebaſtiani ac Gregorii Papæ piè ſemper egiſſe, & fratres ejuſdem monaſterii ferventi amore dilexiſſe, & congruis eorum ſuggeſtionibus clementer faviſſe: multa quoque ad eumdem locum de rebus propriis ſolemniter donatione facta contulit, & omnia beneficia, quæ prædeceſſorum ſuorum, ſcilicet antiquorum Regum, CLOTARII videlicet Regis illius magni Hludovici nobiliſſimæ prolis, Sigeberti quoque præfati
E Clotarii filii, Chilperici, & Childeberti Regum, BRUNECHILDIS quoque Reginæ, & CHILDERICI, nepotis ejus Dagoberti, & Clodovei, & ceterorum Chriſti fidelium pia devotione præfatorum ſanctorum monaſterio collata ſunt, regiæ majeſtatis auctoritate corroboravit, & apoſtolicæ ſedis privilegio confirmavit, necnon Epiſcoporum anathemate ſolidavit, ut adverſus cupidorum inſidias fratres præfatæ baſilicæ munirentur, & auctoritate eccleſiaſtica fulcirentur, ne fortè aliquando ſubſidii corporalis penuriâ in ſancto propoſito diſpendium eorum animæ paterentur, & minus implere valerent quod Deo bonorum omnium auctori voverant. Hujus rei gratia compunctus, pro ſtatu & quiete & pace totius regni Francorum, ad memoratum locum concedimus fiſcum noſtrum, nomine Cuſiacum, cum omnibus membris & appendentibus ſuis, Soleregium, Tartigerium, Corporellas, Corboniſicurtem, Filchercadas, Oleium, Curteium, Lavalum, Bitercium, Canimacum, Valeriſiacum, cum omnibus mobilibus & immobilibus, eccleſiis, domibus, ædificiis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, ſeu famulis, Viviacum quoque ſuper fluvium
F Axonæ, & Capriniacum in pago Laudunenſi, Fraxinium, in pago Sueſſionenſi Biterium quoque: in Comitatu Noviomenſi cum duabus eccleſiis. Pivonem quoque & Bumeium ad Theſaurum & utilitatem præfatæ baſilicæ ſanctorum prædictorum Medardi & Sebaſtiani atque Gregorii Papæ, ad reſtaurandum fabricam, & ad reſtauranda miniſteria aurea vel argentea, & ad luminaria concinnanda, ſuſtentationemque pauperum atque hoſpitum receptionem, ad memoriam præfatorum ſanctorum viventium hæc omnia ſolemni donatione facta concedimus, ad theſaurum ſanctorum reparandum & agendum, ad ſuſtentandum totius fabricam templi, & ad reintegrandum decorem domus Dei, quæ nuper à Marcomannis combuſta eſſe videtur. Munitionem quoque muratam & muro cinctam in circuitu ipſius monaſterii fieri decrevimus, propter inſurgentium Danorum inſolentiam, & infidelium inimicorum Chriſti inſidias, ut abſque excuſatione Chriſti milites Deo ſemper in præfato monaſterio valeant militare. Munitionem quoque Vici ſuper fluvium Axonæ reparari fecimus, propter eorumdem Danorum inſolentiam, & memoriam

beatæ recordationis CAROLI *Imperatoris, qui eamdem munitionem jamdiu fecerat ad petitionem vene-* A
rabilis BERTHÆ *&* HLUDOVICI *Imperatoris, in memoriam beatæ memoriæ Gregorii ſummi Pontificis. Denique præfati fratres petierunt nobis, ut villas ipſius eccleſiæ his nominibus deſignatas, prædeceſſorum noſtrorum largitate donatas, ſuis uſibus profuturas auctoritate regia firmaremus, quarum hæc ſunt nomina, Croviacus, Domno-regius, Sodolegus, Berziacus, Mariſiacus, Spicarius, Murocinctus, Cerniacus-vadus, Malzras, etiam & Piſcinas ſupra mare, Albiacus ex Solma, Caprea & Corporella, Abbatia quoque S. Stephani de Cauciaco, & Abbatia S. Petri de Rothondis, & Abbatia de Cruce S. Audoeni, & ſanctorum martyrum Donatiani & Rogatiani in pago Nannetenſi ſitam, & piſcinas & vennas in eodem pago Nannetenſi ſitas. Quicquid autem à fidelibus Deum timentibus pro animarum ſuarum remediis eiſdem monachis collatum eſt, & in futuro conferetur, abſque alicujus Rectoris contradictione teneant atque poſſideant. Ex omnibus igitur ſupraſcriptis rebus, hoc altitudinis noſtræ præceptum fieri deputavimus pro ſtatu regni noſtri, & pro remedio & ſalute noſtra confirmamus, præcipientes regia poteſtate, & per ſanctam inviolabilem Trinitatem atque examen tremendi judicii, Angelorumque ac omnium ſanctorum reverentiam conjurantes, ut nemo Rectorum per ſucceſſiones, quod noſtro roboratum eſt edicto, ſubtrahere vel minuere audeat, aut ad uſus ſuos retorquere, vel alicui cuiquam inde in beneficium tribuat, ſed neque ſervitia exactet. Qui verò aliter facere præſumpſerit, aut hanc noſtram confirmationem violare voluerit, à Deo cujus extitit contemptor pœnis æternalibus ſe damnandum cognoſcat: ſint verò monachi omneſque eorum res & mancipia, cunctaque ſupellex in noſtro ſucceſſorumque noſtrorum munimine, & mundeburgo indeſinenter maneant. Et ut hæc auctoritas, quam ob Dei amorem & animæ noſtræ remedium ſtatuimus atque roboravimus, firmiorem obtineat vigorem; manus noſtræ conſcriptione ſubter eam firmavimus, & de bulla noſtra aſſignari juſſimus. Actum Compendio palatio, anno Incarnationis Dominicæ,* DCCC XCIII, *regni verò ejuſdem glorioſiſſimi Regis Odonis quinto, Indictione* XI. C

NOTATIO.

OMISSA eſt in chartario invocatio hujuſce diplomatis, ut non rarò aliis evenit: cùm è contrario nonnumquam invocationes quibuſdam diplomatibus appoſitæ ſint à chartariorum ſcriptoribus, qui autographorum ſcripturam initialem, quæ lectu difficilis eſſe ſolet, perperam interpretabantur. Omiſſa item ſubſcriptio.

CXXII.

Ex autographo Dionyſiano.

Caroli Simplicis Præceptum, quo Ernuſto Diacono & Cancellario mancipia aliquot conceduntur. D

Anno 905.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* KAROLUS *divina propitiante clementia Rex. Qui Regis ſervant magnatim juſſa fideles, ejus honorati debent pracedere dono. Igitur omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque fidelium, præſentium ſcilicet ac futurorum agnoſcat univerſitas, quia* RODULFUS *venerabilis, Epiſcopus, atque Comes* ODILARDUS *accedentes ad noſtræ altitudinis præſentiam deprecati ſunt, ut cuidam Diacono noſtroque* ERNUSTO *Cancellario quædam mancipia noſtræ proprietatis perpetualiter habenda concederemus. Quorum denique petitionibus libenter annuimus, & illi ex fiſco Piſtis ſuper fluvium Sequanam in pago Rotomagenſi hæc mancipia in proprietatis jure donamus poſſidenda, quorum hæc ſunt nomina, Iggelramnus, Haldecardis, Bliſmodis, Angelardus, Angelmundus, item Iggelramnus, Angelburgis, Ermingardis, Elemburgis, Amalberga atque Dominicus; eaque de omni jure atque poteſtate [noſtra] in jure ac poteſtate ejuſdem Diaconi atque Cancellarii noſtri Ernuſti delegamus, transfundimus, atque deſtinamus: quatenus ab hodierna die & deinceps nemine contradicente ea habeat, teneat, ac perpetuo poſſideat, &* E
quicquid ex ipſis facere voluerit, per hoc noſtræ auctoritatis præceptum liberè faciat, ac pro libitu diſponat. Ut autem iſtud noſtræ magnitudinis ædictum firmius habeatur, veriuſque credatur, & inviolabilius cuſtodiatur, atque obſervetur, manu propria ſubter confirmatum anulo noſtro juſſimus ſigillari.

Signum KAROLI *Regis glorioſiſſimi.*

ERNUSTUS *Notarius ad vicem* ASKERICI *Epiſcopi ſubnotavit & ſubſcripſit.*

Datum XVI *Kal. Ianuarii, Indictione* X*, *anno* XIII, *regnante Karolo Rege glorioſiſſimo, redintegrante* VIII. *Actum Lauduni in Dei nomine feliciter.*

* Indictio mendoſa etiam in autographo.

CXXIII.

Ex autographo Compendienſi.

Caroli Simplicis Præceptum, quò Frederunæ uxori Corbiniacum & Pontigonem dotalitio jure concedit. F

Anno 907.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis,* KAROLUS *divina propitiante clementia Rex. Si Regum conſuetudines antiquorum exequimur, necnon patrum mores præcedentium imitamur, fideliumque noſtrorum benigne conſulta ſuſcipimus, regium proculdubio honorem amplificamus, nobiſque profuturum indubitanter credimus. Proinde omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtriſque præſentibus atque futuris compertum ſit fidelibus, quòd cum noſtris regni nos negotia tractantes conſiliariis, de noſtro nos commonuere conjugio, ſalubre dicentes fore & opportunum, ſi conjunx condigna lateri adhæreret regio, ex qua filiorum Deo largiente totius regni profutura procederet propago. Eorum itaque admonitionibus ſollicitati & con-*

A ſiliis exortati, quamdam nobili proſapia puellam, nomine FREDERUNAM, communi dumtaxat conſenſu fidelium, Deo (ut credimus) cooperante, ſecundum leges atque ſtatuta priorum nobis nuptiali connubio ſociavimus, regnique conſortem ſtatuimus. Quocirca regio eam more propriis rebus diſponentes ditare, duos ei dotis nomine concedimus fiſcos, jugiter poſſidendos, & pro libitu diſponendos, Corbiniacum videlicet in Comitatu Laudunenſi, cum cella quæ eſt beati Petri Apoſtoli honore dicata, ubi Confeſſoris Chriſti quieſcit corpus Marculfi, & eccleſia una in Craona: Pontigonem quin etiam in pago Pertenſi ſuper fluvios Saltum & Bruſcionem. Utrumque per hanc præſentem condonamus auctoritatem, & de noſtro jure in jus & proprietatem ſeu dominationem illius transfundimus, & perpetualiter habendos delegamus. Quapropter regia hoc munificentia adictum fieri, ac memoratæ ſeu dilectæ conjugi FREDERUNÆ juſſimus dari, per quod præcipimus atque præcipiendo jubemus, ut ſupraſcriptos fiſcos, Corbiniacum ſcilicet & Pontigonem, uti præſentaliter ad nos pertinere videntur, cum omni integritate, eccleſiis videlicet præſcriptis, & mancipiis utriuſque ſexus, terris cultis & incultis, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis,
B aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, piſcationibus, mobilibus & immobilibus, exitibus & regreſſibus, & univerſis legitimis terminationibus juſte & legaliter ad ſe pertinentibus, perpetualiter habeat, teneat, atque poſſideat; & quicquid exinde facere voluerit, liberam & firmiſſimam in omnibus habeat poteſtatem. Ut autem hæc largitionis noſtræ dotatio & conceſſionis corroboratio continuum obtineat firmitatis vigorem, manu ſubter propria firmatam noſtro præcepimus anulo inſigniri.

Signum KAROLI glorioſiſſimi Regis.

ERNUSTUS Notarius ad vicem ASKERICI Epiſcopi recognovit & ſubſcripſit.

Datum XIII Kal. Maias, Indict. X, anno XV regnante Domno Karolo glorioſiſſimo Rege, redintegrante X. Actum Atiniaco palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

C

CXXIV.

Willelmi Ducis charta pro conditione cœnobii Celſinianenſis apud Arvernos.

Ex chartario Celſinianenſi D. du Bouchet.

Anno 910.

SAcroſanctæ Eccleſiæ ſanctæ & individuæ Trinitatis, ſanctæque & intemeratæ Virginis Mariæ, ſanctique Iohannis Evangeliſtæ. Ego gratia Dei Princeps & Marchio VUILHELMUS pertractans caſum fragilitatis humanæ, ut quando de hac luce migravero, & ante tribunal æterni Arbitri præſentatus fuero, animæ meæ veniam merear adipiſci. Cedo una cum conſenſu dilectæ conjugis meæ INGELBERGÆ aliquid de rebus propriis meis pro remedio animæ meæ & animæ patris mei BERNARDI, & matris meæ ERMENGARDIS, & ſenioris mei ODONIS, & pro abſolutione animarum fratrum meorum
D & ſororis meæ ADALENDIS & filiorum ejus, ceſſumque in perpetuum eſſe volo, & de meo jure in ipſius ad Rectores ejus dominationem trado, transfero atque transfundo eccleſiæ, quam ego de meis ſumptibus in meo proprio fundo, quod Celſinanias dicitur, intentione devota in honore individuæ Trinitatis caſtiſſimæque Mariæ Virginis, dilectique diſcipuli Chriſti Iohannis ædificare ſtudui: quatenus per ſanctæ Trinitatis fidem, & per interceſſionem Sanctorum, quorum in eadem baſilica continentur reliquiæ, tueri merear ab omnium inimicorum concurſu: poſt diſcurſum verò hujus labilis vitæ pars iniqua me nihil valeat nocere, ſed in cæleſti beatitudine perenni gaudio merear exultare. Sunt autem ipſæ res ſitæ in patria Arvernica, in Comitatu Brivatenſe, in Vicaria Vcionenſe, in villa Cariſiacco, unus videlicet manſus cum appendariis duabus, cum curte & horto, exitibus & regreſſibus, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, quantum ad ipſum manſum aſpicit aut aſpicere videtur, totum & ad integrum cedo ipſi eccleſiæ ſanctæ. Servum etiam meum, nomine Edelbodum, cum uxore ſua & infantibus ſuis cum manſo
E ſuperius dicto cedo. Eccleſiam quoque in honore ſancti Iuliani, quæ eſt in Comitatu Talamitenſi, in villa Gigniaco, cum omnibus ad eam pertinentibus, quam de Vitardo adquiſivi; & manſum unum in villa Criſilionis, quem ſimiliter de Vvitardo adquiſivi, eidem eccleſiæ in perpetuum dono. Si quis autem heredum aut ſucceſſorum noſtrorum, aut aliqua emiſſa perſona (quod minime futurum credimus) contra hanc ſpontaneam donationem noſtram in aliquo contraire vel calumniare tentaverit; iram Dei omnipotentis incurrat, habeatque accuſatores omnes Sanctos cum his quibus violentiam fecerit; habeat quoque judices Apoſtolos, & exactorem diabolum cum ipſo in perpetuum inferni cruciandus incendio. Ut autem hæc noſtra donatio ſtabilis & inconvulſa permaneat, manu propria ſubter firmavimus & viris illuſtribus corroborandam tradidimus. Actum Villa Celſiniacas publicè.

Signum VUILHELMI gratia Dei Comitis, qui hanc donationem fieri & firmare propria voluntate rogavit. Signum INGELBERGÆ. Signum VUILHELMI. Signum ACFREDI. Signum BOSONI. ER-
F MOLDI Epiſcopi. Signum HIDELBERTI Epiſcopi. ATTONIS Abb. Signum SIGAUDI Abb. ABBONI Abb. Signum ELIZEI Mon. Signum ERRADI Præpoſiti. Signum ERDIGERII. Signum ELLEBODI Præpoſiti. Signum CUNEBERTI. Signum RAIMBERTI. Signum ROCGERII Comitis. UBERTI Vicecom. Signum BERNARDI. Signum Cheberti. Signum Raimberti. Signum Bernardi. Signum Goſtzfredi, item Goſtfredi. Signum Letoldi, Gerboldi.

RICULFUS Archipresbiter ſcripſit & ſubſcripſit.

Data in menſe Novembrio, in die Mercoris, anno XVIIII domino CAROLO Rege Francorum ſive Aquitaniorum.

 A

CXXV.

Ex autographo Compendienſi.

Caroli Simplicis Præceptum de erectione & dotatione eccleſiæ ſanctæ Walburgis apud Attiniacum.

Anno 916.

*I*N nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. KAROLUS *divina propitiante clementia Rex Francorum.*
Noverit igitur omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorumque, præſentium ſcilicet ac futurorum,
ſolertia, quemadmodum imitantes exempla priorum prædeceſſorum noſtrorum Regum Deum timentium
atque colentium; ducti etiam nos religione, & ſuccenſi igne divini amoris, ſtatuimus ædificare eccleſiam
in Attiniaco palatio in honore ſanctæ VValburgis Chriſti Virginis, quam pro tutamento totius regni ex B
partibus orientalium ſagaci induſtria afferre voluimus: ubi ob prædeceſſorum ſucceſſorumque noſtrorum,
noſtræque regiæ majeſtatis, regnique ſtabilitatem condonamus ex noſtro proprio jure in præfato fiſco ad lu-
minaria ipſius prædicti loci ſervos his nominibus, Adalricum, & Gerlaium, & illius feminam una
. . . . & manſum unum cum omni integritate in eodem fiſco, cum mancipiis utriuſque ſe-
xus ibi reſidentibus, his vocatis nominibus, Fredano, & uxore ejus Godoara, cum infantibus eorum
Gerulfo, cum ejus femina Gondema cum eorum infantibus; Conſtabulo etiam & Giſlulfo & Roſlinde; &
quatuor bunuaria in villa Corniaco, & in ipſo manſo prædicto camba . . . . & in uſibus
ibidem deſervientium . . . . ſticos duos, unum in villa Dionna cum mancipiis his nominibus,
Martino, & ſorore ejus Aeva, Fulcuino & Andreia ſorore ejus, & Adalgarde uxore illius, cum infan-
tibus eorum & feminam quam. . . . . & Hildeberto, & Abraham; manſum
quoque . . . . in villa Calmunia cum iſtis mancipiis, Grimoldo & ejus uxore Em- C
pergia cum eorum infantibus, Hilmerado cum femina ipſius Tetſinde & eorum infantibus . . . . . .
In ipſa denique villa quartam partem manſi, Cuſarus quam ipſe tenet. Duos etiam manſos abſos, unum
in Madriaco, & alterum in Marinavia & Mutuero manſum dimidium, & foraſtica de camba una,
Giſlulfum quoque cum Clodo ſuo ad quatuor denarios ſolventem, & mancipia iſta, VVitgerum & uxorem
ejus Gerildim cum eorum infantibus. Delegamus etiam ibi molendinum unum ſupra ripam fluvioli Fevi-
genetium: culturam quoque ſupra palatium noſtrum poſitam prope broilum: nonam ſimiliter indominica-
tam deſuper dicto fiſco. De prato bunuaria duo ſubtus palatium noſtrum . . . . quoque fiſ-
calinis noſtris ubique degentibus nobis à Deo conceſſa, regia poteſtate damus licentiam, ut ſi quis. . . .
propria hereditate ſpontanea voluntate hu. . . . . . loco dare, aut alicui ex clericis inibi famulantibus
vendere voluerit, faciat: ita tamen ut poſt obitum ipſius clerici cui vendita fuerit hereditas, hæc eadem
ad prædictum locum deveniat. Unde hoc noſtræ auctoritatis præceptum . . . . præcipimus atque D
jubemus, ut ab hodierna die, ac deinceps memoratus locus & ibi ſervientes ſupraſcriptas res cum manci-
piis utriuſque ſexus, terris cultis & incultis, molendinis & cambis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque
decurſibus, exitibus & reditibus univerſis legitimis terminationibus juſtè & legaliter ad ſe pertinentibus
habeant ac teneant atque poſſideant. Atque. . . . . obſervetur
manu propria ſubtus firmari, & noſtro præcipimus anulo inſigniri.

Signum CAROLI *Regis glorioſiſſimi.*

GOSLINUS *regiæ dignitatis Notarius ad vicem* HERIVEI *Archiepiſcopi, ſummique Cancellarii recognovit.*

Datum VII *Idus Iun. Indictione* IIII, *anno* XXIIII *regnante Karolo Rege glorioſiſſimo, redintegrante* XVIIII, *largiori verò hereditate indepta* IV. *Actum Attiniaco palatio in Dei nomine feliciter. Amen.*

E

NOTATIO.

Ex hoc diplomate manifeſtum eſt, non Carolum Calvum; ſed Simplicem eſſe auctorem ſanctæ VValburgis eccleſiæ, de qua dictum eſt in lib. IV, ubi de palatio Attiniacenſi & Diona. Alio diplomate Karolus plurimos ſervos attribuit eccleſiæ S. VValburgis ſub iiſdem chronicis notis, id eſt VII *Idus Iunii, Indict.* IV, *anno* XXIIII regni ſui, *Attiniaco palatio* In alio diplomate Compendienſi inedito idem Carolus Simplex commemorat, religioſæ vitæ virum laudabilem, nomine HADEGERUM, Sacerdotem ſuumque miniſterialem, dictum *Iuſtitiarium*, permiſſu ſuo fundaſſe capellam ejuſdem ſanctæ VValburgis apud Compendium in *Templo* ſanctæ Mariæ ſanctorumque martyrum Cornelii atque Cypriani, quò ibi reliquias ſanctæ VValburgis Rex conderet; eidemque capellæ in dotem tribuiſſe quoſdam manſos apud Vermeriam, quos ex beneficio regio tenebat. Præceptum recognovit *Gauzlinus vice* ROTGERI *Archiepiſcopi. Datum* VII *Kal. Maii, Indict.* VIIII, *anno* XXVIIII *regnante Karolo Rege inclyto, redintegrante* XX.... *largiore hereditate indemta* X. *Actum Compendio regia ſedis palatio firmiter*, id eſt anno DCCCC XXI. F

CXXVI.

Ex autographo.

Caroli Simplicis item diploma pro inſtauratione Abbatiæ Compendienſis.

Anno 917.

*I*N nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. KAROLUS *divina propitiante clementia Rex. Si ſanctorum locis deſtructis ſive incendio concrematis reædificationis atque reſtaurationis ſubſidium præbemus; ad munimen noſtri honoris & animæ noſtræ ſalutis id procul dubio nobis profuturum firmiſſimè tenemus. Cognitum eſt igitur omnibus, quod cœnobium ab avo noſtro Karolo Imperatore glorioſiſſimo conſtructum in*

A *Compendio palatio, peccatis exigentibus, bis igne eſt ſuccenſum. Unde placuit ſerenitati noſtræ readificare ac reſtaurare eum: quod ſemel ac bis fecimus. Præcepta quoque quorum pars igne periit, reſtituimus, & ſub eadem tuitione, qua prius fuerant, reſtabilivimus atque firmavimus. Noverit igitur omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium induſtria, quod Canonicis noſtris, videlicet Compendienſis monaſterii, in honore almæ Dei genitricis & intemeratæ Virginis Mariæ, ſanctorum ue martyrum, pariterque Pontificum Cornelij & Cypriani dicati, Præceptum redintegratum quod prius habuerant, concedimus ac reſtituimus; ſcilicet ut de præbendis, ſicut olim habuerant, liberam poteſtatem tribuendi habeant, atque omne ſervitium quod ad nos pro ipſis venire debuerat, ad proprios uſus illorum teneant, ſicut avus noſter glorioſiſſimus Imperator Karolus prædictis Canonicis conceſſit. De miniſterijs quoque loci emendandis eamdem poteſtatem habeant, exceptis Præpoſito & Decano, Theſaurario & Cantore: & hoc cum conſilio majorum fratrum, & electione ceterorum Clericorum, quod concedimus pro remedio animæ noſtræ, atque* FREDERUNÆ *noſtræ*
B *conjugis cariſſimæ, deprecante fideli noſtro* HAGANONE. *De manſionibus verò vendendis atque donandis inter ſe, ſeu de terra infra caſtellum, & extra ad eoſdem fratres pertinente ſimiliter habeant. De caſtello autem & propugnaculis ejus, & de terra exteriori inter murum & foſſatum, ut nullus externus ejuſdem loci quaſi ad prævidendum caſtellum principatum accipiat, & nemo ibi manſionem accipiat concedimus eis. De cultura verò quam habet ad exteriores uſus, ut manſiones eorum nullus quaſi hoſpitandi gratia intrare præſumat. De cambis quoque ibi conſtructis vel conſtruendis, ſive de tabernis vinariis in caſtello, & extra caſtellum, pro remedio animæ noſtræ vel Frederunæ noſtræ jam dictæ conjugis dilectiſſimæ, deprecante prænominato Haganone fideli noſtro, ejuſdem loci fratribus teloneum, quod ad noſtram partem evenire ſolet, concedimus. A Confluentibus verò aquis contra villam Clariſium uſque ad pontem Venittæ flumen cum utriſque ripis, & piſcatoria, & navium tranſitu, & ubicumque retia extra fluvium trahenda fuerint, ſive creſcat aqua, ſive decreſcat: & ut ibi nullus piſcari aut venari abſque licentia fratrum præſu-*
C *mat: & ſi beſtia aliqua fugiens ſine venatoribus ibi devenerit, ad fratrum menſam deferatur, ſimili modo concedimus. Eccleſiam quoque in fiſco noſtro Compendio, in honore ſancti Germani dicatam, & in eodem fiſco manſos duos, & in villa Venitta eccleſiam cum duodecim manſis, & in eadem villa manſos duos, quos impetratos à Rege dedit Riulfus, ſimiliter concedimus. De fiſcis quoque noſtris donavimus licentiam, ut ſi quis fiſcalinus de alode ſuo voluerit tradere, vel vendere, vel ad illum ſanctum locum vel illius loci Canonicis, ut liberam poteſtatem id faciendi habeat, & factum perpetualiter maneat, ſicut avus noſter Karolus Imperator olim ſtabilivit, atque conceſſit. Si verò aliquis hæc ſtatuta violare præſumpſerit, & quæ avus noſter ſtabiliuit, & ſanctæ Romanæ ſedis Papa* JOHANNES *in privilegio conſenſit, & violare temptaturos excommunicavit, ac maledixit, cum Iuda traditore Domini portionem habeat, & anathema maranata ſit, & excluſus à conſortio fidelium in pœnis infernalibus perpetualiter exiſtat concremandus. Et ut hæc noſtræ auctoritatis præceptio firma & inviolabilis æternaliter maneat, propria ma-*
D *nu ſubtus confirmantes, anulo regiæ dignitatis noſtræ mandavimus inſigniri.*

Signum KAROLI *Regis glorioſiſſimi.*

GOZLINUS *Notarius ad vicem* HERIVEI *Archiepiſcopi ſummique Cancellarii recognovit & ſubſcripſit. Datum* VII *Kal. Auguſti, Indictione* V, *anno* XXV *regnante Karolo Rege glorioſiſſimo, redintegrante* XX, *largiore verò hereditate indepta* VI. *Actum Aquiſgrani palatio in Dei nomine feliciter. Amen.*

NOTATIO.

HABES hoc in diplomate interminationem excommunicationis, potiùs ex decreto Johannis Papæ, quàm ex regio more, ut ſuo loco diximus, in lib. II cap. VIII. Id etiam patet ex diplomate Philippi primi dato ad
E annum MXCII, quo diplomate confirmat hoc Carolinum, meminitque dedicationis Compendienſis factæ per Johannem VIII, ſimulque excommunicationis ab eo latæ in rerum Compendienſium invaſores. Idem quoque per Epiſcopos præſtari curat Philippus, his verbis: *Et in pervaſores harum rerum, quas enumeravimus, excommunicationem fieri ab Epiſcopis, qui tunc Pariſius congregati erant, præcipimus, ſcilicet Manaſſe Remenſi Archiepiſcopo, Richardo Bituricenſi &c.* Tum addit: *Si quis hanc noſtræ confirmationis paginam violare..... præſumpſerit, iram ſummi Judicis incurrat, & coactus Regi centum libras auri perſolvat.*

CXXVII.

Caroli Simplicis diploma, quo renovat Præcepta combuſta, & donationes in eis contentas pro eccleſia Compendienſi.

Ex autographo.

Anno 917.

F IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* KAROLUS *divina propitiante clementia Rex Francorum. Si loca combuſta prædiorum eccleſiis aliquando traditorum reſtaurando noſtræ benivolentiæ muniminis firmitatem eis adhibemus, id procul dubio ad noſtræ animæ remedium profuturum eſſe non dubitamus. Quapropter omnium noverit ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorum, tam præſentium, quàm & futurorum induſtria, quod cœnobitæ Compendienſes noſtram adierunt celſitudinem, deprecantes, ut quarumdam villarum ac prædiorum quæ igne perierant, Præcepta reſtauraremus. Quorum petitionem recipientes, eis præceptum renovabile fieri juſſimus, videlicet de villa Attinio, quæ eſt ſita in Bolonenſi pago, quam illis dedit avus noſter* KAROLUS; *& in Nigella de manſis duodecim. In pago verò Ambianenſi de villa Brandulſicurte, quam dedit genitor noſter cum omnibus ad ſe pertinentibus pro remedio animæ ſuæ, ut fieret annis ſingulis ejus anniverſarium, & cetera quæ ſupererunt, in fratrum deferantur uſus. Et in Noviomenſi pago in villa Seneſicurte de manſo uno, quem dedit eis Præpoſitus Vuanilo. In eodem namque pago de villa Mammacas, quam dedit* ODO *Rex ſancto Cornelio ad luminaria volumus quoque, ut*

inde ſingulis annis . . . Compendienſibus anniverſaria dies jam dicti Regis celebretur, & refectio fiat. Et in Sueſſionenſi pago in portu Tadriniaco de manſis ſex, quos dedit Richerus. In eodem verò pago in villa quæ dicitur Altafontana, de manſo uno quem dedit eis Odelherus ipſius loci Theſaurarius. In pago Silvanectenſi in villa Nauta, de manſis tribus & dimidio quos concambiaverunt cum Erchenaldo. In pago Belvacenſi de villula Nauta, quam dedit pater noſter HLUDOVVICUS *ſancto Cornelio ad luminaria cum capella in ipſa ſita. Ideo præcipimus, ut inde duo cerei in anniverſario ad veſperas deferantur, & per totam noctem claritas illorum ante altare videatur. In pago namque ſupradicto, in villa Sinvvadus, de manſis ſeptem quos dedit avus noſter Karolus ſanctæ Mariæ, cum omnibus ad eos pertinentibus, & in eodem Comitatu in villa Monticellis, de manſo uno quem dedit Starfridus ſacerdos. In ipſo verò pago de villa Haldinicurte, & de medietate villæ Camleü cum medietate eccleſiæ in Comitatu ſupradicto. In villa verò Venitta, quæ eſt ſupra ripam Iſeræ ſita, de cultura quam dedit Lando ſancto Cornelio, eo ſcilicet tenore, ut dum advixerit filius ejus Lando, ſex modios frumenti unoquoque anno ad feſtivitatem ſancti Cornelii fratribus inde daret: poſt illius tamen diſceſſum fratres ſupradicti poteſtatem haberent abſque ullius contradictione recipiendi, & in eadem villa de prato arabili, quod tradidit Aldegarius ipſius eccleſiæ Canonicus. In ipſa denique villa de Bunuariis duobus, quæ dedit Godo noſter fiſcalinus. Similiter & de duobus in ipſa quæ dedit Letardus. In villa quoque Riulficurte de omni hereditate, quam habuit Remigius noſter fiſcalinus. In villa enim Matriniaco de manſis octo, quos concambiaverunt cum Iudice Rothardo. Et in villa Pontigone de dimidio manſo ad hoſpitale pauperum pertinentem cum mancipiis his nominibus.* [Deſunt in autographo]. *Similiter in Attiniaco de dimidio manſo cum homine uno . . . . & in Compendio palatio de manſo uno. De parte quoque noſtri broili, quod ſupradictorum fratrum clauſura auximus, ſimiliter fecimus. Volumus etiam ut de omnibus fiſcis noſtris, ſive ſervi, ſive ingenui homines noſtri, & de Caſino res & mancipia prædicto ſancto loco & fratribus ibidem Deo ſervientibus donandi, vendendi, ſeu commutandi licentiam habeant, & factum perpetualiter maneat. Et ut hæc noſtræ auctoritatis præceptio firma & inviolabilis æternaliter abſque metu maneat, propria manu noſtra ſubtus confirmantes, annulo regiæ dignitatis noſtræ mandavimus inſigniri.*

Signum KAROLI *glorioſiſſimi Regis.*

GAUZLINUS *Notarius ad vicem* HERIVEI *Archiepiſcopi ſummique Cancellarii recognovit & ſubſcripſit.*

NOTATIO.

OBSERVA primò Canonicos hîc vocari *cœnobitas.* deinde attende ſpatia vacua in autographo, & defectum *Datæ*: tametſi ſigillum de more affixum eſt. Ad hæc Notarium in infima parte chartæ, antequam diploma ſcriberet hæc exaraſſe, *Probatio pennæ.*

CXXVIII.

Ex autographo.

Caroli Simplicis item diploma, quo Pontigonis donationem Compendienſi eccleſiæ à Frederuna Regina factam confirmat.

Anno 917.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis,* KAROLUS *divina propitiante clementia Rex. Si locis cultibus divinis, ac in honorem Sanctorum dedicatis aliquid ab aliquo pro animæ ſuæ quietudine ſubſidium præbetur, & nos ſupra hoc noſtra auctoritate opem ferimus; honoris noſtri regimen procul ulla cunctatione ſublimari, atque in futurum credimus aliquando remunerari. Notum denique ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus noſtriſque, præſentibus ſcilicet ac futuris, volumus fieri, quod conjunx noſtra* FRIDERUNA *cariſſima noſtram flagitavit crebrius clementiam, ut poſt diſceſſum ſuæ hujus vitæ, præceptum noſtræ corroborationis ſuper quamdam villam, quæ vocatur Pontigo, quam ei donavimus in dotem, facere dignaremur. . . . . ſam fratrum ſanctæ glorioſæ genitricis Dei Mariæ, inſignitorum Cornelii quoque & Cypriani martyrum Compendienſis loci obſecundantium tradidit . . . . præcepto narratur. Quam petitionem cum omni imploratione, imminente die ſuæ mortis, repetivit, prævidens diu obitum ſuæ diſſolutionis. Cujus namque precamina pio ac ſpontaneo animo ſuſcipientes, fratribus venerandi Compendienſis monaſterii . . . . ſentibus concedimus libenter, quod noſtra uxor Frideruna precata nos eſt humiliter . . . . . Comitatu Camſienſi ſitam, ad quam attinere dinoſcitur manſus indominicatus ſuper fluvium Bruſionem * cum campo uno poſitus, ubi ſunt culturæ duæ pertinentes: una jacet in Alcimonte, altera quidem jacet ſuper fluviolum Renum ad Aldonis-vadum. Pertinet etiam ibi pratum unum poſitum ſuper fluvium prædictum Bruſionem: alterum verò ſuper aquam Saltum *: & inſuper vineola, quæ eſt in Camſei-villa. Præterea quoque ibi pertinentur manſi ingenuiles viginti & dimidius, cum quarta parte manſi: ſerviles ſeptem ac dimidius, & cum hoc medietas monetæ. Ita verò noſtra uxor ſæpius prædicta Frideruna hanc traditionem exequi curavit, ut dum adviveret frater ejus* BOVO *Catalaunenſis Antiſtes eccleſiæ, jure beneficiario jam prædictam villam retineret ad exſolvendum uno quoque anno argenti libram unam in die anniverſarii noſtræ conjugis præfatis fratribus, quæ eſt quarto idus Februarii. Finitis autem diebus prædicti Epiſcopi Bovonis . . . . . deveniat ad locum ſuperiùs memoratum cum omni integritate, nemine contradicente, nec à conſanguineis noſtræ conjugis, nec à noſtris affinitate nobis junctis . . . . ita ſancitum eſſe volumus. Tunc igitur miniſteriales . . . . quibus Deo fidelibus in unum convenientes, omnia quæ infra vel extra villam ſunt, de moneta & molendinis & cambis, de pratis quoque cenſubus, & de ſilvis, quod etiam ruſticè dicitur ſilviu, & quæque pertinere ad ſæpe prædictam villam tam intrinſecus, quàm extrinſecus . . . . Deum ſibi*

* Bruſſon.

* Le Saut.

A *propitium habere deſiderant. Decima verò . . . . de indominicato duæ partes, ſicut avus noſter Imperator* KAROLUS *ſtatuit, in loco Compendienſi, ſolummodo ad Hoſpitale pauperum ſit conceſſa. Poſtquam enim heres . . . . trigeſimus noſtræ conjugis Friderunæ dies per totum annum à fratribus agatur, & de eiſdem rebus percipiant refectionem. Anniverſarius quoque ejus celebretur à prædictis fratribus cum hymnis ac pſalmis; & preparetur eis refectio ipſo die, quantumcumque melior eſſe potuerit. Unde hoc noſtræ auctoritatis præceptum fieri juſſimus, per quod præcipientes jubemus, ut ab hac die & deinceps ſupraſcriptas res cum mancipiis utriuſque ſexus, cum culturis & campis, terris cultis & incultis, molendinis, piſcationibus, cambis & vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, exitibus & regreſſibus, & univerſis legitimis terminationibus juſtè & legaliter ad ſe pertinentibus teneant, ac jure perpetuali habeant, & nullo inquietante poſſideant. Quod ſi quis hanc auctoritatem noſtram adverſari, & noſtræ uxoris Friderunæ contradictionem refragari conatus fuerit; legem quam ſtatuit* PIP-
B PINUS *Rex noſter atavus in monaſterio Promia, ſeu Lauduni in puellarum loco, atque noſter abavus* KAROLUS *Imperator Auguſtus in Aquiſgrani palatio, necnon & glorioſus ſimiliter Imperator* KAROLUS *noſter avus in eodem videlicet Compendienſi cœnobio, coactus exſolvat, atque uſque ad adventum Domini damnatus poſitus ſub maledictione Iudæ fiat; & quod vindicare ſibi voluerit, minimè habeat. Et ut hæc noſtra auctoritas firma & indemnis in futurum permaneat, propria manu noſtra ſubtus corroborantes, annulo noſtro præcipimus ſigillari.*

Signum KAROLI *Regis excellentiſſimi.*

GOZLINUS *Notarius ad vicem* HERIVEI *Archiepiſcopi ſummique Cancellarii recognovit.*

Datum VII *Kal. Auguſti, Indictione* V, *anno* XXV *regnante Karolo Rege glorioſiſſimo, redintegrante* XX, *largiori verò hereditate indepta* VI. *Actum Aquiſgrani palatii in Dei nomine feliciter. Amen.*

C NOTATIO.

ID ex autographo partim uſtulato exceptum eſt. Clauſula de immunitate cœnobii Prumienſis & parthenonis Laudunenſis S. Iohannis Baptiſtæ, totidem ferme verbis habetur in diplomate Caroli Calvi de conditione Compendienſi, quod in ſuperiori libro exhibuimus ad tabellam XXXI. Imprecatio hîc adhibita. *Actum Aquiſgrani palatii*, quod bis in præſenti charta legitur, itidem ſcriptum eſt in charta Giſelæ ſororis Caroli M. ſupra, num. LVI. Carolus hoc loco *excellentiſſimus* in ſubſcriptione præter morem dicitur.

CXXIX.

Caroli Simplicis Præceptum de conditione ac dotatione capellæ S. Clementis apud Compendium.

Ex archivo S. Cornelii Compendienſis.

Anno 919.

D IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* KAROLUS *divina propitiante clementia Rex Francorum. Cùm ſimus omnes Domino omnium merito ſubjecti, & omniacumque ex Dei largitatis miſericordia conſequamur, accepta tamen horum vota fidelium, quibus ex ſuis honoratur datis, pro animarum ſcilicet redemptione noſtrarum æternæ vitæ adipiſcenda remuneratione. Pluribus denique notum habetur, capellam in Compendio palatio noſtram dilectiſſimam gratiſſimamque conjugem* FREDERUNAM *maxima ex parte conſtruxiſſe in honore ſanctiſſimi Clementis Papæ & martyris, ut ſine quolibet pretio peregrini & pauperes ibi ſepulturam ob ſuæ ſalutis memoriam haberent: ſed adveniente ſui obitus die expetiit eam perficiendo conſummare. quam opitulante Deo benigna perfecimus devotione. Quapropter univerſalis ſanctæ Dei Eccleſiæ tam præſentium quamque futurorum fidelium noſtrorum agnoſcat induſtria, quoniam præfata noſtra conjunx celſitudinem ſerenitatis noſtræ adiens humiliter deprecata eſt, jam imminente (ut diximus)*
E *fine vitæ ſuæ, ut unum manſum quem illi dedimus in villa Venetta cauſa dotis, traderemus ad altare prædictæ capellæ, ac eumdem manſum conſentiremus* MADELGERO *ejus Capellano cunctis vitæ ſuæ diebus tenere propter ſui ſervitii fidelitatem; & quod illi fuerit animi ſui conſcientiam confeſſa. quod & ita fecimus. Poſtea, prout viſum eſt nobis, deprecante fidele noſtro ac venerabili Comite* AGANONE, *contulimus ſancto Clementi martyri ad capellam jam dictam quinque manſos, duos verò in Compendio cum mancipiis, quorum nomina, Hermeus, Hildeburgis & Gundrada filia ipſius cum infantibus earum; & de eodem fiſco Compendio totius conlaboratus noſtri nonam partem, videlicet in annona feno, ſegalibus, & de hoc quod ruſticè dicitur* ſilviu, *necnon etiam de hoſtilitio noſtro; manſum verò qui dictus eſt olim ſancti Silveſtri,* EBRARDUS *in vita ſua habeat, poſt deceſſum quoque ejus jam dictus locus recipiat, & ſicut alias res ſibi datas perenniter poſſideat. De teloneo quidem mercati memoratæ villæ nonam ac decimam partem: de cenſu quoque vini, quod accipitur de Compendio ac Venetta, nonam partem; & de moneta*
F *ejuſdem palatii decimam & nonam partem. Similiter de cambis & tabernis vinariis, de tranſitu etiam navis in Venetta, nonam & decimam, ſeu de hoc quod dicitur canda, quam accepimus ex epiſcopatu Sueſſionenſi, & de cœnobio ſancti Medardi, nonam ac decimam ad capellam ſancti Clementis concedimus. Duos alios verò manſos in Vermeria interjacentes cum mancipiis, quæ ſunt hæc, Vuandelerus, Hunoldus, Gulfredus, & uxor ejus Thethildis cum eorum liberis, Ingelburdus & uxor ejus Hamia cum ſuis infantibus; unum quoque manſum in Villareis, quem habuit Grimboldus, cum mancipiis Adelgeo & ipſius conjuge: culturam namque prope pontem Vermeriæ contra palatium ſitum, & de ipſo quoque fiſco conlaboratus noſtri, nonam partem ſcilicet in annona, feno, ſegalibus, vino, necnon etiam & tranſitu navium ipſius villæ; hæc omnia ſupra indita deprecante jamdicto fidele noſtro ac venerabili Comite Aganone jamdicto loco conceſſimus. Denique diſponimus in eadem capella cuſtodiam Canonicorum, qui ibi ſint jugiter, ac die noctuque Deo laudes horis pſallant competentibus, & qui noſtri ſint memores, ſeu pro con-*

juge noſtra Frederuna quotidie agant vigiliam & Miſſas, ac in ceteris precibus eam ſedulo rememorari A
ſtudeant; & pro nobis, quandiu advixerimus, & pro honore præfatæ noſtræ Frederunæ quoque conjugis, ac noſtro fidele Aganone hos decantent pſalmos: Beatus qui intelligit. Miſerere mei Deus. Deus miſereatur. Inclina Domine. Jubilate Deo. Expecta me in die, *in celebratione horæ tertiæ. Itaque deprecante noſtra conjuge, dedimus venerabili ejus Capellano Madelgero in vita ſua unum manſum in Venetta, ſicut diximus. Sed ut major ei eſſet oblectatio, & deſiderium pro illa orandi, reliqua quæ poſtea conceſſimus ſancto Clementi, ſimiliter ipſi concedimus, ut in vita ſua poſſideat illa, & cuſtodibus capellæ alimoniam procuret, & annis ſingulis in feſtivitate ſancti Clementis, quæ eſt nono Kalendas Decembris, fratribus Compendienſis cœnobii refectionem faciat, qui eo die ſolemnitatis Miſſam veniant celebrare in jam dicta capella: & priuſquam intro introeant, omnes in commune XV pſalmos, hoc eſt cantica graduum, cantent pro conjuge noſtra Frederuna. Poſt Madelgeri verò deceſſum ea præfata capella ſit causâ ſubjectionis ſubpoſita ad monaſterium ſanctæ Mariæ atque ſanctorum martyrum Cornelii & Cypriani, ea dumtaxat ratione,* B
ut Præpoſitus & Decanus cum aliorum fratrum conſilio, in illa capella ponant ſeniorem cuſtodem, qui Deum ſit timens, & ſibi habeat illum manſum in Venetta ad altare traditum in luminario: manſos verò ac nonas & decimas, quas dedimus ſancto Clementi, teneat in obedientia; & exinde fideliter aliis, quod in ſua diſpoſitione habebit, cuſtodibus victum ſubminiſtret, & refectionem unam in feſtivitate ſancti Clementis, & alteram in anniverſario Aganonis, tertiam verò in anniverſario Madelgeri fratribus faciat Compendienſibus, ut in eorum anniverſariis vigilias & Miſſas agant. Volumus denique, ut neque regia poteſtas ſuorum quicquam, neque per præceptum vel jure beneficiario præſcriptum locum ullis verò tradere præſumat, nec ipſa poteſtas (ut diximus) regalis aut aliquis regalium virorum aliquod ſervitium à ſeniore cuſtode requirat, vel in domibus eorum, vel in omni poteſtate ſancti Clementis hoſpitari præſumat, neque Præpoſitus ſeu Decanus aut congregatio umquam inde aliquid abſtrahant, aut aliter aliquid ibi ordinent
præter id, quod ſtatuimus. Nolumus etiam, ut nec fratrum Præpoſitus, neque Decanus, ſeu Theſaurarius C
hanc ſupradictam prælatiunculam ſibi præſumant: ſed probatam & Deum timentem perſonam eligant cui eam committant. Damus etiam licentiam, ut ſi quis noſtrorum fidelium præfato ſancto loco ſuum alodium dare, aut ejuſdem loci Canonicis vendere voluerit; juxta quod ſtatuit avus noſter Imperator KAROLUS *Compendienſi monaſterio, & nos poſtea in loco à nobis in honore virginis ſanctæ* VALBURGÆ *conſtructæ faciat, & poſt deceſſum Canonici ad prædictum locum deveniant. Unde hoc præceptum noſtræ auctoritatis fieri juſſimus, per quod præcipimus, ut res ſupradictæ cum omni integritate ſex manſos, cum mancipiis, terris cultis & incultis, vineis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, exitibus & regreſſibus, & omnibus. . . . . juſſis præfatus locus habeat, teneat, perpetualiter poſſideat. Et ut hoc præceptum firmiter credatur, & inconvulſum ſemper maneat, manu propria ſubtus firmantes, anulo noſtro juſſimus inſigniri.*

Signum KAROLI *Regis glorioſiſſimi.* D

GOZLINUS *Notarius ad vicem* HERIVEI *Archiepiſcopi ſummique Cancellarii recognovit & ſubſcripſit.*

Datum ſeptimo Kalend. . . . . Indictione ſeptima, anno XXVI, *regnante Karolo Rege glorioſiſſimo, redintegrante* XXI, *largiori verò hereditate indepta* VII. *Actum Lauduni caſtro in Dei nomine feliciter. Amen.*

CXXX.

Ex autographo à D. Auzout deſcriptum.

Anno 924.

Rodulfi Regis pro cœnobio S. Martini Æduenſi.

I*N nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* RODULFUS *ejuſdem Dei omnipotentis gratiâ & miſericordiâ Rex. Superna proviſione Rectoris ſæculorum & gubernatoris omnium temporum collatum nobis immeritis cognoſcimus & confitemur regiam poteſtatem. Ideo gratificamus ipſius largifica pietate petentes, ut commiſſa nobis regni ſceptra ad ejus dirigamus voluntatem, & Eccleſiam illius pro qua proprium ſanguinem fudit, eodem juvante protegamus, credentes quia nihil hac oblatione illi gratius umquam offerre valeamus, quod in hac vita nobis ſalutarius, & in æterna retributione glorioſius provenire poſſit. Quapropter noverit omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque tam præſentium, quàm & futurorum ſolertia, quoniam quidam noſter Abbas, nomine* EIMO, *ex monaſterio ſancti Martini, quod eſt ſitum in ſuburbio Aeduæ civitatis, ad noſtræ accedens ſublimitatis magnificentiam innotuit nobis, qualiter Præcepta à Regibus & Imperatoribus noſtris anteceſſoribus ex capite Abbatiæ & rebus prænominati cœnobii ſolita haberet, depoſcens noſtram ſerenitatem ob majoris firmitatis plenitudinem, ut eiſdem præceptis noſtræ au-* E
ctoritatis præceptum ſuperadderemus. Cui aſſenſum præbentes, ob amorem Dei, ſanctique Martini, & re- F
medium genitoris genitricisque noſtræ, & noſtrum dilectæque nobis conjugis YMMÆ, *per cujus deprecationem egimus hoc præceptum noſtræ celſitudinis fieri, illique dari juſſimus, per quod confirmamus eidem loco, quæ ab aliis Regibus ſunt prius conceſſa, in pago videlicet Auguſtidunenſi villam Cellas cum omnibus appendiciis & Tilium, & Braniacum cum Fabricis & Meletaco, & Vitrarias cum Novo-vico, cum omnibus appendiciis, & in pago Cabillonenſi Canabas & Granias: & in pago Alſenſi Duſiacum: & in pago Avalenſi Gerellas & Tanidum, cum omnibus ad eas pertinentibus: & in pago Nevernenſi Buznacum, & Caſanias, & S. Salvium, & Camboitum, cum omnibus appendiciis: & in pago Bituricenſi Columbarium, & Aloiacum, & Porceoriorum cum omnibus appendiciis: & in pago Viennenſi Tortilianum cum appendiciis: & in Provincia, in Comitatu Forojulienſi Verzemonum: & in Comitatu Vaſionenſi Benſentianum, & Muleriacum: & in pago Aurelianenſi villam Pinus & Roborem: & in prædicto pago Auguſtidunenſi Montem-*

A Vrſarium cum appendiciis, ſed & lacum qui eſt ſubtus Tilium villam in proſpectu Carbonaci ſuper fluvium Aturavum, cujus una ripa ſancti Martini erat, altera verò noſtra ex Carbonaco, quem dilecta nobis conjux noſtro impetrato aſſenſu in helemoſina noſtra ſuaque eidem Sancto contulerat cum campo ſibi adhærente: ſed & capellam ſanctorum Geminorum ſitam extra muros Aeduos, cum appendiciis, quæ legali commutatione præſcriptus noſter Abbas acquiſierat deprecante noſtro fideli BERENGARIO, qui ea à nobis habebat in beneficium, ut liceret illud dare Abbati & fratribus, & accipere ex terra ſancti Martini in recompenſationem tantum, quantum dabat pro utrorumque oportunitate; cuncta quæ ad ipſas res ſuperiùs memoratas juſtè & legaliter pertinent, eidem Abbati jure beneficiario in vita ſua habendum, ac regulariter ordinandum conceſſimus. Poſt cujus diſceſſum, volumus èo rogante & primoribus loci, ut HUGO . . . . loco ejus ſuccedat, & poſt eum ipſi monachi Abbatem ſibi canonicè & regulariter eligant: eadem verò Abbatia ſub immunitatis noſtræ munimine maneat, & ab omni ſervitio, niſi divino noſtroque, libera exiſtat, B & quidquid per nos ſucceſſoreſque noſtros eidem largiri, reſtituique libuerit, ſub præfata immunitate conſiſtat. Vt autem hæc noſtra munificentiæ largitio firmier habeatur, & inviolabilius per futura tempora conſervetur, manu propria eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſubter ſigillari juſſimus.

Signum RODULFI glorioſiſſimi Regis.

RAGENARDUS Notarius ad vicem ABBONIS Epiſcopi recognovit & ſubſcripſit.

Dat. VIII Idus April. Indictione XII, anno I regnante RODULFO Rege glorioſo. Actum Cabillono civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

CXXXI.

Rodulfi Regis Præceptum pro cœnobio S. Vincentii Laudunenſi.

Ex autographo.

Circa annum 925.

C IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, RODULFUS divina ordinante providentia Rex Francorum. Si ſpecialibus cujuſcumque fidelium noſtrorum neceſſitatibus inſpectis ſubveniendum eſſe regalis auctoritas monſtrat; quanto magis ad debitam generalitatis providentiam æquum dignumque pertinet, ut eccleſiæ catholicæ atque apoſtolicæ, quam Chriſtus ſuo precioſo ſanguine redemit, eamque nobis, cujus per adoptionem filii exiſtimus, regendam tuendamque commiſit, piam ſollicitamque in cunctis curam gerere ſtudeamus. Et ut in ejus profectu vel exaltatione congruam videamur exhibere diligentiam, ad ejus neceſſitatem, & utilitatem atque dignitatem, neceſſaria & utilia provideamus conſtituta. Sanctæ igitur eccleſiæ catholicæ filiis Dei noſtriſque fidelibus, præſentibus ſcilicet ac futuris perſpicuum eſſe volumus, quia venerabilis vir ADELELMUS ſanctæ Laudunenſis eccleſiæ, auctore Deo Epiſcopus ad noſtram accedens ſublimitatem, humiliter innotuit nobis, haberi quamdam eccleſiam in monte Lauduno, in honore & nomine beati martyris Vincentii conſecratam: quæ adeò venerabilis ſemper extitit, ut ſecunda ſedes ſu- D pradictæ Laudunenſis eccleſiæ appellaretur: & in qua eique circumjacentibus atriis, ex antiquo exiſteret ſepultura ejuſdem loci Epiſcoporum & cimiterium Canonicorum; ibi etiam duodecim Canonicos fuiſſe delegatos: neque ibidem quemquam Presbyterum ſolum adtitulatum fore, niſi unum tantummodo, nomine Ermenoldum. Et quoniam ſupradictus Pontifex in profectu vel exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ congruam cupiebat exibere diligentiam; ſupradictam beati martyris Vincentii eccleſiam pro viribus reſtaurare diſponebat, & cum ſuorum conſilio Clericorum Canonicos juxta priſtinum numerum ibi reſtituere, concedendo eis quicquid tam Presbytero, quàm & Canonicis ejuſdem loci antea delegatum fuit, cum omnibus quæ tam ab ipſo Epiſcopo, quàm à ceteris Deum timentibus ibidem de cetero collata fuerint. Vt autem hæc cælitus inſpiratæ devotionis inſtitutio ſupradicti Pontificis Adalelmi firmior haberetur, & perpetuo inconvulſa permaneret, & ne aliqua ſucceſſorum ſuorum negligentia, aut parcitate ſeu diminutione, Canonici ejuſdem loci perturbarentur; ſæpe dictus Pontifex Adalelmus humiliter noſtram expetivit clementiam, ut E pro Dei omnipotentis amore, ac beatæ & glorioſæ ſemperque Virginis Dei genitricis Mariæ, atque precioſiſſimi martyris Vincentii veneratione, in cujus honore idem locus eſt conſecratus, ac futuro ejuſdem ſanctæ congregationis ſuffragio atque religionis augmento, propter rei firmitatem, auctoritatis noſtræ præceptum fieri juberemus, per quod rata atque ſtabilis deinceps permanere poſſet. Nos verò ejus petitionem rationabilem atque laudabilem judicantes, veluti poſtulavit fieri decrevimus. Concedimus igitur huic ſacræ conſtructioni, præſentibus ſcilicet atque futuris, ibi Deo famulantibus eccleſiaſticis ordinibus, clauſtrum ſicut mos eſt canonicorum, præcipientes atque jubentes, ut de manſionibus illorum nemo Epiſcoporum eis ullum præſumat facere contradictionis impedimentum: ſed ſit in uniuſcujuſque poteſtate fratris, cui illam dare velit; tantùm ut non alteri, ſed Clerico qui præbendam inter fratres habet, tribuatur. Inſuper autem & præcipientes jubemus, & omnino perpetuo manſurum eſſe ſtatuimus, ut in parte illius montis, ubi iſtæ tres eccleſiæ ſitæ ſunt; videlicet ſancti Vincentii & ſancti Geneſii, atque ſancti Hilarii, nullus quilibet ex F fidelibus noſtris, neque noſter manſionarius manſiones dare vel accipere præſumat, ſed nec eiſdem ſanctis locis ſuiſque ſubjectis omnibus aliquam contrarietatem injuſtè inferat: neque de rebus vel hominibus ad eccleſias ipſas pertinentibus, ſive modò habitis, ſive in futuro à Dei fidelibus conferendis, aliquam judiciariam poteſtatem, aut contrarietatem exercere umquam audeat: ſed potius ad miniſterium Domini noſtri Ieſu-Chriſti peragendum certi & devoti adjutores exiſtant: quatinus per hoc noſtræ auctoritatis præceptum optata Deo ſerviendi libertate & quietudine ſupradicti canonici liberius & divinæ potentiæ famulari, & noſtra communi pro ſalute perpetuis temporibus valeant exorare. Vt autem hæc noſtræ ſerenitatis auctoritas ſemper in Dei nomine inviolabilem obtineat vigorem, manu noſtra eam ſubter firmavimus, & de anulo noſtro ſigillari juſſimus.

Signum RODULFI glorioſiſſimi Regis.

. . . . & ſubſcripſi.

A

Notatio.

Hoc diploma Rodulfi, regni Francorum adverſus Carolum Simplicem invaſoris, partim in æs inciſum inter ſpecimina noſtra, caret notis chronologicis in autographo, atque Cancellarii nomine, ut ſuperiùs notavimus. Chartam de reſtitutione monachorum apud S. Vincentium habes infra.

CXXXII.

Ex chartario Viennenſi communicato per Antonium Herovallium.

Anno 926.

Charta commutationis factæ inter eccleſiam Viennenſem & monaſterium Æduenſe S. Martini de villa Tortiliano.

B

Pro communi & congrua diverſarum partium opportunitate ſolent, non modò ſæcularium, ſed & eccleſiarum prædia maxima pro minimis & parva pro magnis aut mutuari, vel etiam pro ambarum voluntate pretio interveniente mercari. Idcirco comperiat tam præſentium, quàm & futurorum, quia cùm apud cœnobium Æduenſem, quod dicatum eſt in honorem Dei & ſummi præſulis Martini, Aimo *religioſus Abbas cum monachis ſibi commiſſis ad determinanda ſuarum rerum negotia moraretur; per conſenſum & ſuaſionem nobilis Principis & Marchionis* Hugonis *adierunt præſentiam ejus ſanctæ Viennenſis eccleſiæ filii & legati,* Gausbertus *ſummæ induſtriæ Abbas, & ego* Lefredus *admodum probus vir, directi à Domno* Alexandro *Archiepiſcopo & Canonicis ejus nutui famulantibus, legatione fungentes & ſuadentes, quatinus villam Tortillianum, quæ oppidò à nobis longè aberat, & quæ in vicinia & in proſpectu ipſorum erat, aut terram pro terra commutaremus, aut ſi convenientem terram minimè haberent, ſi placeret, pretium quod inter nos & illos juſtè & providè conveniret, acciperemus. Quod nos cum conſultu noſtrorum & monachorum vel laicorum conſiderantes quorumdam improborum frequentem loci ſubtractionem, & fructuum in ea ſubeuntium enormem devaſtationem, ſimulque itineris maxima diſpendia; non levi utentes voluntate, nec malo cupiditatis inſtinctu ducti, ſed ob hujuſcemodi neceſſitudinis artati & conſtricti ratione, decrevimus eorum annuere voluntati; eo tenore, ut ſecundùm quod decretum eſt, & prout in litteris ſignificatum eſt utrarumque vel ſaniorum partium compenſetur offenſio, ne quid aut plus excedatur lancis æquitas. Complacitum ſiquidem pretium ab eccleſia & à Præſule ſedis accepto, id eſt centum librarum pondere compenſata, concedimus eidem eccleſiæ Viennenſi ſanctoque Mauricio perpetualiter adhibendum eamdem villam Tortilianum, cum ſervis & ancillis utriuſque ſexus & ætatis ad eam pertinentibus, & cum omnibus ædificiis & appendiciis ſuis: res etiam Eremberti & uxoris ſuæ Deutimiæ, quas poſſederunt in villa* Repont *& in omnibus locis: res etiam Amalfredi & res Vuolfoldæ, & res Iudid cum omnibus rebus ibi collatis à bonis hominibus. Vt autem hæ villæ & cæterarum rerum transfuſio, quæ hîc inſerta ſunt, firmiorem in Dei nomine obtineat firmitatem, manu noſtra eam inſignivimus, & noſtris fratribus roborari juſſimus.* D

Aimo *humilis Abbas cœnobii ſancti Martini conſenſi & conſcripſi. Signum Fulchelmi. S. Gerardi. S. Eldernus. S. Silvius. S. Hugoni. S. Saxo indignus levita. S. Ioſmarus. S. Archimbaltus. S. Secundinus. S. Benedictus. S. Rodulfo. S. Gualedrannus. S. Iohannes. S. Adalgui. S. Vnberti. S. Guillelmi. S. Armarus.*

Acta anno DCCCCXXVI *ab Incarnatione Domini, Indictione* XIIII, *menſe Martio,* VIII *Idus ejuſdem menſis, feria* IIII, *anno* III *regnante* Rodulfo *glorioſo Rege. Gererius humilis Subdiaconus per juſſionem Aimonis Abbatis ſcripſi & ſubſcripſi.*

Notatio

E

Observa in hac charta, quòd Lefredus ita loquens inducitur, *Ego Lefredus admodum probus vir*. quod pertinet ad laudem ſui ipſius, de qua diximus in libri II capite VI. Vide infra ſub finem.

CXXXIII.

Ex chartario Sueſſionenſi.

Anno 933.

Rodulfi Regis Præceptum de donatione & reſtitutione clauſtri eccleſiæ ſancti Petri apud Sueſſionas.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Rodulfus *divina propitiante clementia Rex Francorum & vir illuſtris. Regalem condecet magnificentiam, ut ſanctam Dei Eccleſiam totis viribus roborare decertet, atque prout valet, exaltare procuret; filioſque eccleſiæ ita debet ſubrogare, ut ſemper Dominum interpellent pro ſua ſoſpitate. Omnibus claret, clauſtrum ſancti Petri moderno tempore flammarum incendio concrematum, omniaque habitacula fratrum penitùs deſtructa eſſe. Vnde fratres ipſius eccleſiæ pariter flentes, atque damni condolentes, dixerunt ſe ab ipſo monaſterio recedere, non habentes ubi caput potuiſſent reclinare: atque dixerunt numquam ſe domos ampliùs ædificaturos, niſi eis firmitas donandi dimittendique ſuis fratribus Clericis donaretur. Videntes itaque Præpoſiti ejuſdem eccleſiæ fratres deſolatos, compuncti ſunt corde, Evrardus videlicet atque Iohannes. Venerunt itaque ante præſentiam Domnæ* Bertæ *Abbatiſſæ, implorantes, ut illud clauſtrum, ſicut expoſtebant fratres, interpellando regiam poteſtatem, eis donaret perpetualiter ad habitandum. quod ſi faceret, ſingulis annis in ejus anniverſario Miſſam, vigilias, & pſalmos pro anima ſua remedio fratres celebrarent. Idcirco pateat cunctis eccleſiæ fidelibus, noſtriſque tam præſentibus, quàm futuris, quia venerabilis Berta, ſanctæ Mariæ Sueſſio-* F

A *num eccleſiæ Abbatiſſa, de tanta miſeria fratrum condolens, ad noſtræ clementiæ accedens conſpectum, ſuppliciter poſtulavit, ut Clericis ſanctæ Mariæ necnon ſancti Petri areas tredecim cum ædificiis, quæ in illorum clauſtro detinentur, ſanctæ apoſtolicæ noſtræque auctoritatis præcepto reſtaurandi cauſâ dignaremur concedere. Annuentes denique precibus ejus jam dictæ videlicet Dominæ Bertæ, conceſſimus voluntariè quod ſupplicatum eſt devotè. Et ut inibi liberiùs inſtruatur, atque ſecuriùs domos ædificent Clerici memorati, Evrardus Præpoſitus, Iohannes Præpoſitus, Ansboldus Præpoſitus de ſancto Petro, Vutadus Decanus, Rotmundus, Berherus, Agruinus, Fredebertus, Amalricus, Fromoodus, Fulgerus, Ohelricus, Hugo, hoc noſtræ auctoritatis præceptum ob ſalutem animæ noſtræ illis fieri juſſimus, per quod confirmamus, quatinus præfatum clauſtrum iidem Clerici pro alodio in perpetuum teneant atque poſſideant, habeantque liberum arbitrium donandi, vendendi, ſuiſque fratribus Clericis dimittendi: nullaque umquam laïca extraneaque perſona ibi ſumat hoſpitium, neque ab ullo vivente auſu temerario violetur. Et ut apo-*
B *ſtolica noſtraque conceſſio continuum obtineat in Dei nomine firmitatis vigorem, manu propria ſubter firmantes, noſtro præcepimus anulo ſigillari. Si quis autem huic præcepto voluerit obeſſe, aut illud infringere, à liminibus Sanctorum excludatur, & ſicut Dathan & Abiron tartarus vivum eum ſuſcipiat, & cum Iuda proditore Domini æternos cruciatus ſuſtineat.*

Signum RODULFI *Regis glorioſiſſimi.*

ANSUSUS *Epiſcopus recognovit.*

Actum Caſtello-Theoderico III *Nonas Martii, regnante Rodulfo Rege glorioſiſſimo anno* XI.

NOTATIO.

C ABSOLUTA parthenonis beatæ Mariæ Sueſſionenſis hiſtoriâ noſter Michael Germanus hoc diploma invenit, & ex eo eruit notitiam Bertæ Abbatiſſæ, cujus nomen in aliis actis deſideratur; adeoque in prædicta hiſtoria, quod ut ſuppleretur, iſtud diploma hîc edendum curavit. In eo mentio fit *apoſtolicæ* conceſſionis, forſan epiſcopalis, quæ regiæ intervenerit, adhibita imprecatione. Hæc enim poſt ſollemnem regiorum diplomatum clauſulam, *anulo ſigillari*, adjicitur ab ipſo (ut quidem conjicio) Sueſſionenſi Epiſcopo, tametſi ejus nomen in apographo noſtro non comparet.

CXXXIV.

Waldeberti Noviomenſis Epiſcopi Notitia, pro donatione Oduiz nobilis matronæ, uxoris Adelgaudi, quæ monaſterio S. Eligii quædam prædia concedit.

Ex autographo S. Eligii Noviomenſi.

Anno 933.

D IN *Chriſti nomine,* WALDBERTUS *miſericordia Dei ſanctæ Noviomenſis, Vermandenſis, atque Tornacenſis eccleſiæ Epiſcopus. Notum ſit omnibus, ut palam credatur, quoniam ego* ODUIZ, *cogitans de Dei timore, & remedio animæ meæ, & pro anima ſenioris mei Adelgaudi ſalute, quiddam de rebus proprietatis mei in Noviomenſi pago, & in villa Seuviliaco nuncupata ſitum, ego & filius meus Getricus ad partem Canonicis degentibus in monaſterio ſancti Eligii Confeſſoris Chriſti, extra muros Noviomum, tradidimus eis coram memorato Pontifici de terra arabili bunuaria* II, *juxta illud bunuarium, quod eis tradidit* BERTA *optima matrona, mater videlicet jamfati* ADELGAUDI: *ita ut ab hodierno die & deinceps habeant, teneant, atque poſſideant, vel quicquid ipſi clerici facere voluiſſent, liberam in omnibus faciendi habeant poteſtatem nemine inhibente. Poſtea igitur talis eorum fuit petitio, ac noſtra unà cum conſenſu fidelium noſtrorum decrevit voluntas, ut aliquid de rebus ipſis clericis tempore vitæ illorum eis in beneficium concederemus. quod ita & fecimus. Itaque dedimus eis in prædicto pago, & in villa Sichericurte ſuper Ver-*
E *ſam, manſum unum cum terra arabili, pratis & ſilvis, molendino vel camba atque alnidum, eo dumtaxat modo, ut præfatas res ipſa* ODUIZ, *& filius ejus* GERRICUS, *necnon & filia ejus nomine* BERTA, *dum eis vita fuerit, uſu fructuario tenentes emeliorare & augmentare faciant, nihil minuere nec vendere, neque commutare, vel in aliquod naufragium ponere. Et ut manifeſtum ſit ipſis rebus noſtram eccleſiam dominari, annis ſingulis, dum unus ex eis advixerit, ad feſtivitatem ſancti Eligii, quæ eſt Kal. Decembris duos ſol. denariorum à fratribus pro reſpectu perſolvere non morentur: & ſi inde negligentes exſtiterint, fiat illis ſicut ſcriptum eſt: Qui negligit cenſum, perdit agrum. Poſt horum quoque trium exceſſum, eiſdem fratribus cuncta reddantur ad integrum.*

Ego VValdebertus Noviomenſis eccleſiæ Epiſcopus, hoc ſcriptum in præſentia clericorum, necnon & nobilium laïcorum fieri præcepi, & propria manu firmavi. Actum Noviomo civitate ſub die Id. April. anno XI *regnante* RODULFO *Rege.*

F *Signum Rodulfi Archidiaconi. Signum Bernacri Archiclavi. Signum Heuvvardi. Signum Rainelmi. Signum VVarneri præpoſiti. Signum Leutfridi. Signum Rodoldi. Signum Alimanni. Signum Boſonis. Signum Conſtantii. Signum Gerberti. Signum Adevvardi. Signum VValtelmi. Signum Adelrici. Signum Maineri. Signum Adelrici. Signum Hartlegii. Signum Geruvvardi. Signum Guirchardi. Signum Hildeiodi. Signum Raimberti. Signum Hattonis. Signum Guntmari. Signum VVilberti. Signum Benedicti. Signum VValteri. Signum Felicis. Signum Rotgeri. Signum Hilduini. Signum Rodradi. Signum VVarneri. Signum Heltberti. Signum Ildeberti. Signum Bolonis. Signum Ratoldi. Signum Adelardi. Signum Terberti. Evrevertus Presbyter indignus ſcripſit.*

 A

Notatio.

Hîc notandum primò, ſubſcriptiones omnes tam VValdeberti Pontificis, quàm aliorum eadem Notarii manu exaratas; & VValdeberti quidem nomini nullam adjungi aut præponi crucis figuram aliudve ſignum: aliis verò teſtibus præter primum, dumtaxat præfigi litteram S majuſculam, obelo transfixam. Secundò Sigillum VValdeberti Epiſcopi eſſe figuræ ovalis, & quidem pendens ex pergamenica ligula, atque Pontificem ſacris veſtibus indutum repræſentans, cum hac inſcriptione. SIGIL. VVALBTI NOVIOM. & TORNACENSIS EPI. Tertiò, nullum apponi contraſigillum, & ceram eſſe albam, ſed aliqua rubea ſuperficie, uti mos eſt, coloratam; & inverſo modo appoſitum ſigillum. VValbertus obiit anno DCCCC XXXVII ex chronico Frodoardi.

CXXXV. B

Ex autographo.

Ludovici Tranſmarini Præceptum adverſus Rothardi Meldenſis Epiſcopi invaſionem, & de variis rebus Compendienſi eccleſiæ conceſſis.

Anno 936.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, LUDOVICUS *ſuperni Regis præordinante clementia Rex Francorum. Si ſanctæ Dei ſubvenientes Eccleſiæ concedimus aliquod honoris & reſtaurationis donum, necnon & ipſis qui in ea debent morari catholicè, & pro ſtatu hujus regni & Chriſtianitatis ſublimatione ſuperni Regis Ieſu-Chriſti, cum ſanctorum ipſius clementiſſima interceſſione illius clementiæ munus debent devoti efflagitare, porrigimus manum noſtræ celſitudinis ac pietatis, ne opprimantur quorumdam violentiâ inlegaliter & injuſtè;* C *nobis id temporaliter ad honoris augmentum, & æternaliter tenemus firmiſſimè profuturum. Dignoſcat namque tam præſentium quàm & futurorum ſolertia, quod fratres Compendienſis cœnobii, dum illic primùm venimus, ante celſitudinis noſtræ culmen ſe clamaverunt de* ROTHARDO *Meldenſium Epiſcopo, jam antea ejuſdem loci Præpoſito, de terra illorum propria, quæ debet eſſe pertinens ad ſubſidium illorum victûs atque veſtitûs, quæ ibidem almæ Dei genitrici & intemeratæ Virgini Mariæ, & precioſiſſimis martyribus Cornelio ac Cypriano, ad opus fratrum ibidem deſervientium à progenitoribus noſtris fuit conceſſa, ſcilicet de villa quæ dicitur* Calny, *& item de* Gury, *& de Morolio & de Mariſco, de Moriſello & de Madriniaco ſuper Mas, & de Aquilinis-curte, & de eccleſiis in ea ſitis, videlicet ſanctæ Mariæ, ſancti Dionyſii, ſancti Medardi, & ſanctæ Margaritæ, & de decimis earumdem, & de tranſverſis fluvii Axonæ, & molendino quod* Froſt *nuncupatur, & de terra quæ eidem fluvio adjacet citra prædictum fluvium & ultra, ſimulque de area juxta prædictum fluvium, in qua domum firmaverat, quæ videlicet area Caſdunus vocabatur. Hæc enim omnia dum miniſterialis jam dicti loci debuit eſſe,* D *quaſi ſub cenſu ſibi detinuit & uſurpavit, de quo etiam umquam nihil ſolvit. Nos autem hæc audientes, atque communi conſilio fidelium noſtrorum fruentes, ſcilicet* HUGONIS *dilectiſſimi noſtri & Francorum Ducis, qui eſt in omnibus regnis noſtris ſecundus à nobis, &* VVALBERTI *fideliſſimi noſtri Pontificis, necnon & cum conſilio prudentiſſimi viri* BERNARDI *in fidelitate noſtra multùm ultimi, atq;* ERMENFRIDI, *reddimus ei ad communem portionem fratrum ibidem Domino deſervientium, omnem jam dictam terram cum omnibus ſupradictis, ut ab hodierna die & deinceps, ſine ullius contradictionis moleſtia, ipſam terram & omnia ſupradicta ad ſubſidium victus & veſtitus illorum per ſuccedentia tempora poſſidendo teneant. Inſuper etiam jam dictis fratribus concedimus, ut de præbendis liberam poteſtatem tribuendi habeant, atque omne ſervitium pro ipſis datum ad proprios uſus illorum teneant, veluti Rex* KAROLUS *pater noſter glorioſiſſimus eis in Præcepto renovacionis conceſſit. De miniſteriis quoque loci emendendis eandem poteſtatem habeant, exceptis Præpoſito & Decano, Theſaurario & Cantore; & hæc cum con-* E *ſilio majorum fratrum, & electione ceterorum clericorum. De manſionibus verò donandis inter ſe, ſeu de terra infra caſtellum, & extra ad eoſdem fratres pertinente ſimiliter habeant. De caſtello autem & propugnaculis ejus, & de terra exteriori inter murum & foſſatum, & ut nullus externus ejuſdem loci quaſi ad providendum caſtellum principatum accipiat, & nemo ibi manſionem accipiat, concedimus eis. De cultura verò quam habent ad exteriores uſus, & ut manſiones illorum nullus intrare præſumat. De cambis ibi conſtructis vel conſtruendis, de tabernis vinariis intra caſtellum & extra caſtellum, teloneum quod ad partem prædeceſſorum noſtrorum venire ſolebat, concedimus eis. A Confluentibus verò aquis contra villam Clariſium uſque ad pontem Venetta flumen cum utriſque ripis & piſcatoria, & navium tranſitu, & ubicumque retia extra fluvium trahenda fuerint, ſive creſcat aqua, ſive decreſcat; & inde uſque ad Magnicurtem, ita concedimus eis, & ut nullus ibi piſcari aut venari abſque licentia fratrum præſumat: & ſi beſtia aliqua fugiens* F *ſine venatoribus ibi devenerit, ad fratrum menſam deferatur. Et quicquid à Confluentibus aquis contra Clariſium uſque ad Magnicurtem inventum fuerit, ſimiliter concedimus eis. Concedimus etiam licentiam, ut ſi quis fiſcalinus de alode ſuo voluerit vendere vel tradere illi ſancto loco vel illius loci Canonicis, liberam poteſtatem id faciendi habeat, & factum perpetualiter maneat: ſicut pater noſter Karolus Rex olim ſtabilivit, atque per præceptum inibi conceſſit. Si verò aliquis hæc ſtatuta violare præſumpſerit, & quæ pater noſter ſtabilivit, & ſancta Romanæ Sedis Papa* JOHANNES *in privilegio ſuo conceſſit, & violare tentaturos excommunicavit ac maledixit; cum Iuda traditore Domini portionem habeat, & anathema maranatha ſit, & excluſus à conſortio fidelium in pœnis infernalibus perpetuò exiſtat concremandus. Et ut hæc noſtræ auctoritatis præceptio firma & inviolabilis æternaliter abſque metu maneat, propria manu noſtra ſubtus confirmantes, anulo regiæ dignitatis noſtræ mandavimus inſigniri.*

Signum LUDOVICI *Regis glorioſiſſimi.*

A *Actum Compendio Regis palatio, die Nativitatis Domini noſtri Ieſu-Chriſti, Indictione* X, *anno* I *regnante Ludovico Rege glorioſiſſimo.*

NOTATIO.

INDICTIO decima convenit anno DCCCC XXXVII. qui annus tum erat Ludovici ſecundus, cùm anno DCCCC XXXVI mortuo Rodulfo ex Anglia revocatus ſit ad regnum. Itaque Indictio decima hîc computanda à menſe Septembri ann DCCCC XXXVI. Niſi dicas, Indictionem novam à Nativitate Domini cum novo anno tum incœpiſſe.

CXXXVI.

B Charta Goteſcalchi Epiſcopi Aniciensis de reſtitutione diſciplinæ regularis in cœnobio S. Theofredi, & de quibuſdam donationibus. Ex chartulario.

Anno 938.

IN nomine Dei ſummi Amen. Notum ſit omnibus Ordinum gradibus, tam præſentibus, quàm futuris, quod anno ſecundo regnante LODOICO *Rege, cùm ego* GOTISCALCHUS, *humilis Præſul Vallavenſis eccleſiæ, pro meo poſſe providerem Clerum & plebem, incidit deſiderium in corde meo, ut locum ſancti Theofredi Calmilienſis cœnobii, quod olim regale fuit, & à prædeceſſoribus noſtris regali beneficio obtentum, & per incuriam & ſæcularem cupiditatem res præfati loci malè direptæ ſint, & exigente inopia religionis ſtatus inibi penitus annihilaretur; in priſtinum pro poſſe reſtituerem Ordinis gradum. Inde actutum Dominum* ARNULFUM *de cœnobio ſancti Geraldi Abbatem deprecatus ſum, ut prædictum locum in ſui*
C *dominio ſuſciperet, & fratres ibi regulariter ſecundum normam Patris Benedicti viventes delegaret. Caventes itaque recidivam cupiditatis rabiem ſucceſſorum noſtrorum, aſſenſu* GUILHERMI *Marchionis & plurimorum Epiſcoporum, dedimus ei licentiam, ut ſupradictum eſt, ut monita ſancti Patris Benedicti obſervent, & memores noſtri Chriſtum pro nobis quotidie precibus exorent, & cum noſtro communi, cùm fuerit neceſſarium, eligant talem rectorem qui illos benè regere ferat. Si autem (quod abſit) inſtigante diabolo à propoſito bono deviaverint, non ſolùm illa quæ perceperunt amittant, ſed & illud etiam quod nobis Dominus præſtitit ut concederemus, hoc eſt Roſerias cum ſuis adjacentiis, & villam Colentiam de communia fratrum; Camalerias etiam & Ventreciarum cum illorum finibus, quæ benevolo animo tribuimus, ad noſtram redeant utilitatem: & iſtas res ſupradictas eo tenore concedimus eis ab hac die & deinceps, ut quotidie, exceptis diebus feſtis, unaquaque hora pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, tam Pontificibus, quàm Clericis, & omnibus adjutoribus & benefactoribus noſtræ ſedis & eccleſiæ, duos pſalmos fle-*
D *xis genibus decantent; pro defunctis verò, quando poſſibile eſt, vigiliam & Miſſam. Res autem ſancti Theofredi quas noſtra vel ſæcularis poteſtas tenere videtur, aut beneficiario jure; ab Abbate ejuſdem loci & monachis ibidem degentibus obtineat eo tenore, ut quandiu vixerit, cenſualiter teneat; poſt mortem verò ipſorum abſque ulla contradictione Rector & monachi ejuſdem loci recipiant. Si quis autem hæc temerariè præſumpſerit, tam noſtra, quàm Coepiſcoporum præſentium excommunicatione & æterna damnatione ſe innodandum ſciat, niſi reſipuerit, & ſatisfaciendo emendare ſtuduerit.*

Signum GOTISCALCHI *Epiſcopi.*
Signum GERANTII *Bituricenſis Archiepiſcopi.*
Signum BEGONIS *Epiſcopi.*
Signum VVIDONIS *Epiſcopi.*
Signum BERNARDI *Abbatis.*
Signum DALMATII *Abbatis & ſignum aliorum plurimorum teſtium anno* II *regni Ludovici II.* V *autem anno Dalmatio Abbate.*

E

CXXXVII.

Stephani Epiſcopi Mimatenſis charta de conſtructione Prioratus S. Enimiæ, ab Agapito Papa probata. Ex chartario S. Theofredi.

Anno 950.

IN nomine Dei omnipotentis, qui trinus eſt in perſonis & unus in eſſentia. Notum ſit omnibus fidelibus Chriſtianis tam præſentibus, quàm futuris, quod anno VII *regni* LUDOVICI *Regis, ego* STEPHANUS *eccleſiæ Mimatenſis Epiſcopus, cùm pro poſſe providerem Clerum & plebem mihi ſubjectam, conſentienti Petro Archidiacono, ac Manfredo Præpoſito, Ingelvino Decano, cæteriſque Clericis ſupradictæ Sedis; necnon fidelibus laïcis,* BERNARDO, *& fratre ſuo* HECTORE, HUGONE *&* PETRO *fratribus meis,* BERNARDO *Vicecomite, Cancelino, Fredelone, Stephano, Vbone, Bertrando, Rigaldo; inci-*
F *dit in corde noſtro deſiderium, ut locum fundatum in honorem beatæ Dei genitricis Mariæ, ubi requieſcit corpus beatæ virginis Enimiæ, quod per incuriam & ſæcularem cupiditatem malè direptum erat, & inopia exigente, religionis ſtatus inibi penitus annulatus videbatur, in priſtinum reſtitueremus ſtatum. Qua de cauſa Domnum* DALMATIUM *Abbatem venerabilem virum de cœnobio S. Theofredi deprecati ſumus enixè, ut præfatum locum in ſuo dominio ſuſciperet, & fratres ibi regulariter viventes ſecundum normam patris* BENEDICTI *ſemper delegaret. qui renuit, aſſerens ſe in rebus extraneis nolle laborare, vel in alterius poteſtate. Nos autem animi ejus perſcrutantes voluntatem, hoc ab eo reſponſum accepimus, quod nec ipſe, nec aliquis de monachis ſuis in loco illo pæne diruto laboraturi eſſent, niſi priùs firmamentum hereditarium, ſcilicet privilegium ſatis firmum ac manibus noſtris roboratum, acciperet, qualiter locellus ille per omnes ſuccedentes generationes in poteſtate & dominio ſeu ſubjectione permaneret cœnobii S. Theofredi martyris, & omnes Abbates ejuſdem monaſterii per cuncta ſuccedentia tempora haberent in poteſtatem illam*

illam cellulam ſecundum ſuam voluntatem diſponere, regere, gubernare, & ordinare, ſive ſecundùm Deum, ſive ſecundum ſeculum, ſine ullius contradictione. Quod audientes aliquandiu diſtulimus, hæſitantes de hoc quid ageremus: ſed inito cum univerſo Clero noſtro conſilio & fideli populo, cum conſilio etiam & voluntate D. REYMUNDI *Marchionis & omnium clericorum atque fidelium noſtrorum, dedimus aſſenſum ſecundum ſuam voluntatem in omnibus, ea ſcilicet ratione, ut quotidie, exceptis feſtivitatibus, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, & propinquis, & omnibus benefactoribus & propinquis, & adjutoribus noſtræ ſedis & loci,* VII *pſalmos flexis genibus decantent pro defunctis, vel cùm poſſibile fuerit, vigiliam & Miſſam. Et quia tempus inſtabat, in qua cauſa orationis Romam proficiſci parabamus, Domnus ſcilicet Raymundus, & ego Stephanus Epiſcopus, ſimulque Petrus Archidiaconus, Maganfredus Præpoſitus, Ingelvinus Decanus cum aliquantis aliis clericis, Dalmatius Abbas hoc animadvertens, ſe quoque dixit nobiſcum velle proficiſci, & ante ſacram præſentiam corporis beati Petri Apoſtoli auctoritate ac licentia apoſtolica, loci ipſius inchoare ædificia. quod audientes laudavimus ſtudium animi illius & induſtriam ſollicitudinis erga ipſum locum. Et venientes ante præſentiam ſacri corporis beati Petri Apoſtoli & coram præſentia Domini Papæ* AGAPITI, *necnon & Epiſcoporum multorum, & Presbyterorum, & reliquorum graduum, &* ALBERICI *Senatoris & aliorum nobilium multitudine, patefecimus deſiderium noſtrum de reædificatione ſupradicti loci, & in conſpectu eorum recitavimus jam dictum privilegium. quod ut audierunt tam Domnus Papa Agapitus, quàm ceteri fideles qui aderant, laudaverunt, & decreverunt, ut locus ille reſtauraretur in perpetuam habitationem monachorum. Sed & hoc quod ſupradictum eſt, nunc iterum inſerere libet, ſecundum petitionem venerabilis viri Abbatis Dalmatii ac monachorum ejus, decretum eſt atque ſtatutum ab omnibus, ut locus ille jam dictus antiquitus Burlatis, qui eſt conſecratus in honorem beatæ Dei genitricis Mariæ, ubi requieſcit corpus beatæ Virginis Enimiæ, permaneat atque conſiſtat in poteſtate ac providentia vel ſubjectione Calmilienſis cœnobii, quod eſt fundatum & conſecratum in honore Principis Apoſtolorum beatiſſimi Petri, ubi beatus martyr Theofredus in corpore cum aliorum Sanctorum pignoribus requieſcit: & habeant tam Abbas, quàm congregatio ipſius cœnobii prædictum locum in poteſtatem ad regendum & diſponendum ſine impedimento alicujus perſonæ per omnes futuras hominum generationes jure perpetuo. Hanc autem chartam vel privilegium in baſilica beatiſſimi Petri ante ſacram ipſius tumbam, & coram ſupradicta caterva, cum ſæpedicto loco tradidimus in manu Dalmatii Abbatis ac monachorum ejus ad memoriam poſterorum ſine tenus conſervandam. Si quis verò hanc temerarius infringere præſumſerit, tam noſtrâ quàm Coepiſcoporum præſentium excommunicatione atque perpetua damnatione ſe noverit condemnatum ante conſpectum juſti judicis Chriſti.*

Signum domini AGAPITI *Papæ, cujus auctoritate hæc charta confirmata eſt. Signum ejuſdem* STEPHANI *Epiſcopi. Signum* GOTESCALCHI *Epiſcopi Anicienſis. Signum aliorum teſtium clericorum & laicorum. Facta eſt hæc charta* III *Nonas Maii, fer.* II, *luna* VIII, *regnante* LUDOVICO *Francorum & Aquitanorum Rege.*

NOTATIO.

OBSERVATU digna eſt hæc charta, maximè quia ei ſubſcripſit Agapitus Papa II, qui anno DCCCCXLVI ſedit in annos decem. Data verò eſt hæc charta anno DCCCCL. quo anno dies III *Nonas Maii* incidebat in feriam ſecundam, currebatque annus XV Ludovici Tranſmarini, cujus anno VII hæc donatio facta eſt: ac proinde charta hæc de re ſcripta poſt annos octo, ut ſuo loco de aliis ſimilibus diximus, nempe in libri ſecundi capite XXVIII num. IX.

CXXXVIII.

Ex Chartario Celſinianenſi.

Eldegardis Comitiſſæ donatio facta cœnobio Celſinianenſi.

Anno 958.

SAcroſanctæ Dei eccleſiæ ſancti Petri clavigeri Chriſti, & ſancti Iohannis Evangeliſtæ dilecti Domini, ceterorumque corpora Sanctorum, ſive reliquias quæ ibidem digno honore conditæ ſunt honoratæ in monaſterium quæ dicitur Celſinanias, quem ROBERTUS *Vicecomes bonæ memoriæ, Regi regum & Domino dominantium pro redemptione animæ ſuæ & omnium fidelium Chriſtianorum tribuit in ſacrificium, ſub quo loco & congregatione monachorum Deo auxiliante pro commendatione domni* STEPHANI *ſereniſſimi Præſulis, & dominæ Vicecomitiſſæ, conjugiſque ejus* ELDEGARDIS, *necnon & conſenſu* EUSTORGII *ceterorumque virorum nobiliſſimorum Domnus* AYMARDUS *humillimus Abba rector præeſſe videtur, cuſtodemque loci illius & proviſorem ſubtus ſe fratrem* RAGIMBERTUM *conſtituere voluit. Idcirco ego in Dei nomine* ELDIGARDIS *unà cum conſenſu & voluntate Domni Stephani Claromontenſis eccleſiæ Epiſcopi, cedo Deo omnipotenti & beato Petro Apoſtolo, ſanctoque Iohanni Evangeliſtæ ceterorumque reliquiæ Sanctorum, quæ in ſupradicto monaſterio ſunt locatæ, res meas proprias, quæ ex parte ſenioris mei Domni Roberti nomine per cartam donationis legibus mihi ſucceſſerunt, & ſunt ipſæ res ſitæ in pago Arvernis, in Comitatu Thalamitenſi, Vicaria Ambronenſi, in locis vel villis, quæ vocantur Crizilonis, & Soliniacus, ſeu Giniacus. Cedo itaque Deo omnipotenti & Sanctorum ſuorum pro animæ meæ remedio & ſenioris mei Roberti in ſua vice & anima domini Epiſcopi Stephani, & fratribus ſuis* EUSTORGII & ROBERTI, *& avunculi illorum item* EUSTORGII, *& anima* ACFREDI *Comitis, & omnium fidelium Chriſtianorum tam vivis, quàm & defunctis, in loco qui dicitur Celſinanicas, ad ædificationem eccleſiarum ſeu ad drictum illorum monachorum, qui nunc ibidem eſſe videntur, vel quæ Deo diſponente poſteà aucturi erunt, villam quæ dicitur Crizilonus, cum manſis & appendiciis, & campis, & vineis, & pratis,*

A *& omnibus adjacentiis, cum ſervis & ancillis, qui nunc ſunt vel inantea naſcituri ſunt, omnia & ex omnibus, quantum in ipſa villa viſa ſum habere vel poßidere, vel in poſterum adquirere potuero, totum & ad integrum cedo ſupradicto monaſterio. Et in villa Foliniaco ſimiliter cedo ad ſupradictum locum manſionem unam cum curte & horto, & clauſum, & quantum in ipſa villa viſa ſum habere, & inantea adquirere potuero, totum & ad integrum cedo ad ipſam aulam Dei jam ſupradictam. Eodem verò modo cedo in villa, quæ dicitur Gimniacus, manſum unum, quem de* DALMATIO *Vicecomiti ſenior meus Robertus adquiſivit, cum appendariis ibidem pertinentes, cum campis & pratis & vineis, & omnia ex omnibus, quantum in ipſa villa viſa ſum habere, vel inantea adquirere potero, totum & ad integrum cedo Domino Deo & ſanctorum Apoſtolorum Petri & Iohannis Evangeliſtæ, ea verò ratione, ut quandiu* STEPHANUS *Epiſcopus & ego Eldiardis vixerimus, uſufructuario poßideamus: & ſi Dominus Epiſcopus Stephanus me ſupervixerit, Crizilonem & manſionem de Soleniaco & clauſum diebus vitæ ſuæ teneat &* B *poßideat; & in compenſationem hujus rei & cenſum hoc quod in Gimniaco videmur habere, monachi Celſiniacenſis eccleſiæ teneant & poßideant præſentialiter pro mea commemoratione & ſenioris mei, & Domni Stephani Epiſcopi abſque ullo contradicente. Sanè ſi quis, ſi nos ipſi immutatas voluntates noſtras aut ullus ex heredibus noſtris, vel ullus ex fratribus noſtris, ſive Rex, ſive Comes, ſive Epiſcopus, ſive & Abbas, ſive ullus ex conſanguineis noſtris & propinquis, necnon etiam ullus homo extiterit, qui contra hanc donationem calumniam generare præſumpſerit; in primis iram Dei omnipotentis incurrat, & Sanctorum offenſam, & cum Datan & Abiron & Iuda proditore Domini in profundum inferni demergatur; & inſuper auri puriſſimi coactus libras* X *perſolvat; & ejus petitio nullum obtineat effectum: ſed hæc ceßio iſta firma & ſtabilis permaneat cum ſtipulatione adnixa. Facta ceßione iſta feria* V *in menſe Decembrio, anno* XIII *regnante* LODOVICO *Rege Francorum ſeu Aquitanorum. Signum* ALDEGARDIS, *qui hanc ceßionem libenti animo fieri & firmare rogavit. Signum Domni* STEPHANI *Claromontenſis eccleſiæ Præ-* C *ſulis conſentientis. Signum* DESIDERII. *Signum* ROBERTI *Blanc. Signum* BERNARDI, TAYDONI. PETRUS *monachus ſcripſit hoc opus in honore Domini noſtri Ieſu-Chriſti.*

NOTATIO.

AYMARDUS, cujus hîc mentio, erat Abbas Cluniacenſis ſecundus, idemque Protoabbas Celſiniacenſis. Quippe initio Cluniacenſes Abbates hunc titulum ſibi tribuebant in ſibi ſubjectis locis, alioſque inibi vicarios conſtituebant Abbates, quos aliquando *Coabbates* appellabant: hîc *cuſtodem & proviſorem* Ragimbertum vocat Aymardus. Ante eum Adacius Abbas Sarlatenſis vocatur *Coabbas Oddonis* Cluniacenſis Abbatis. Sic D enim lego in veteri charta Bernardi Comitis Petragoricenſis. *Igitur ut dictum eſt, trado præfatum locum Deo & Domno Oddoni Cluniacenſi Abbati atque Adacio Coabbati ejus*, cujus vocabuli loco Sanctà-Marthani ediderunt, *Abbatibus*. Sollemnis formula eſt, *Abba ſeu rector præeſſe videtur*, ubi verbum *videtur* non *importat fictionem & improprietatem, quæ veritati contraria ſit*, uti cuidam pſeudocritici ſomniant. Sed valeant nugæ illæ cum auctoribus ſuis. Obſerva hanc chartam vocari Opus in ſubſcriptione Notarii.

CXXXIX.

Gerberbæ Reginæ diploma, quo terram apud Ruminiacum concedit Bernerio Abbati Hummolarienſi.

Ex chartario Hummolarienſi à D. d'Herouval communicato.

Anno 959.

I*N nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis,* GERBERGA *gratia Dei Francorum Regina. Si eccleſiaſticis negotiis juſtè diſponendis operam damus, non regiæ dignitati perperam inferimus. Noverit igitur cunctorum fidelium tam præſentium, quàm futurorum ſollertia, quod acceßit ad nos Humolarienſis cellæ* E *Abbas* BERNERUS, *obſecrans, ut quamdam terram de poteſtate ſanctæ Mariæ Sueßionenſis monaſterii Puellarum, quod in noſtra manu tenemus de beneficio Comitis* ADALBERTI, *in pago Vermandenſi ſitam, in villa quæ dicitur Ruminiacus, liceret ſibi ab eodem Comite qualitercumque poſſet impetrare, ut de beneficio omnino ablata pro eadem terra, quemdam reſpectum ad altare ſanctæ Mariæ prædicti monaſterii perſolveret, ut èam monachi cellæ Humolarienſis jure precario in perpetuum poßiderent. Quod nos cum conſilio fidelium noſtrorum* VVIDONIS, & RORICONIS, *& aliorum qui tunc præſentes eſſe potuerunt, non inhumana indicantes, quod petebat ut fieret annuimus, & hanc cartam fieri præcipimus. Dicuntur autem de illa terra ſcilicet tria manſa: reſpectus pro eadem in Purificatione ſanctæ Mariæ perſolvendus* XII *denarii. Quam terram ſi quid præfati monachi meliorare, plantando ſcilicet, vel ædificando potuerint, & pro hoc ipſo quiſquam, quod futurum non credimus, neque optamus contra hanc noſtram auctoritatem inſurgere temptaverit, omnipotentis Dei iram incurrat, & reatus ſui pœna coactus* F *regio fiſco* L *argenti libras perſolvat, & quod conatur inane fiat. Actum Sueßionis infra portas monaſterii Puellarum ſub die* VII *Kalendarum Maiarum, anno Incarnationis Dominicæ* DCCCCLIX, *Indictione ſecunda, regnante* LOTHARIO *Rege. Signum Aimonis Advocati. Signum Evrardi Præpoſiti. Signum Helvidis Præpoſitæ. Signum Mileſindis Decanæ. Signum Fulconi Vvaſſalli. Signum Gauzberti Vvaſſalli. Evrardus Subgregarius & Cancellarius ſcripſit & ſubſcripſit.*

 A

CXL.

Ex ſchedis D. d'Herouval.

Teſtamentum Poncii Raymundi Comitis Toloſani & Rutenenſis, Marchioniſque Gothiæ.

Anno 960. & ſeq.

IN nomine Domini. Breve codicillo quod fecit RAYMUNDUS Comes pro remedium animæ ſuæ, & pro
genitore ſuo, & pro genitrice ſua, & pro omnibus fidelibus ſuis. In primis dono ad illo cœnobio de
Conquas * illa medietate de illo alode de Ariniaco, & de illas eccleſias, & de omnibus villariis quæ ibi
aſpiciunt, & alia medietate ad illo cœnobio de Figiaco.* Illa eccleſia de Acinnaco teneat Raynaldus dum-
modo vivit, & illo alode teneat Stephanus dummodo vivit: poſt illorum diſceſſum ſancti Salvatoris de
Figiaco remaneat, & donèt Stephanus & Raynaldus ad ipſos monachos per ſingulos annos mediante Qua- B
drageſima, unam refectionem. Illo alode de Limanico, quod Grimaldus habet à feo, & Frodinus habet à
feo de Raymundo, & illa eccleſia de Blanado, Vgoni filio Geraldi remaneat dummodo vivit: poſt
ſuum diſceſſum ſancti Petri Bellilocenſis * remaneat, & donet ad ipſos monachos per ſingulos annos
unam refectionem medio Quadrageſimæ. Illo alode de Pomeriol, & illo alode de Tornago, & illo
alode de Malavalle quod de illos monachos de Aureliaco *, & de ipſo Abbate acquiſivi, ſancti Pe-
tri & ſancti Geraldi ad ipſo cœnobio remaneat. Illo alode de Vidaliaco, quantum ibi aſpicit, cum ipſa
eccleſia, ſancti Petri Marciliaco * remaneat. Illo alode de Alico & de Valanelone ſancti Petri Bellilocen-
ſis remaneat, & illa medietate teneat Americus dummodo vivit, & donet ad ipſos monachos ſingulos
annos unam refectionem medio Quadrageſimæ. Illos alodes quos acquiſivi de GUILLELMO * Comite conſan-
guineo meo, illa tertia pars remaneat ſanctæ Mariæ Rutenenſis: alia tertia pars ſancti Amantii *, alia C
tertia pars ſancti Saturnini *. Illa eccleſia de ſancti Affricani *, & illo alode de Pedreglago quod de Ranul-
fo acquiſivi, ſancti Privati Mimatenſis remaneat. Illo alode de illa Rochera quod de Poncione acquiſivi,
ſancti Salvatoris Vabrenſis remaneat: & alio alode quod de Poncione acquiſivi, quod Bernardus de Nante
habet à feo ſancti Salvatoris, ad ipſo cœnobio remaneat. Illo alode de Cenabolos, & illo alodio de Crucio, &
illo alodio de Pociolos, & illo alodio de Garriguas, & illo alode de Vinnaco, & illo alode de Longalaſſa,
& illos manſos de Bonaldo & de Seniſco, Poncioni Abbati * remaneat: poſt ſuo quoque diſceſſu ſancti A-
mantii Rutenenſis remaneat. Illo alode de Sulciaco cum ipſa eccleſia teneat DEUS-DEDIT Epiſcopus * dum-
modo vivit; poſt ſuum diſceſſum ſanctæ Mariæ Rutenenſis remaneat: & ipſi manſi de Vabro Grimaldo rema-
neant, poſt ſuum diſceſſum ſanctæ Mariæ Rutenenſis. Illa Abadia de Rubiaco una medietas remaneat ſan-
ctæ Mariæ de Anicio *, altera medietas inter illa ſede de Vzecio, & illa ſede de Viverio remaneat. Il-
los alodes quos habeo in Nemoſenſe, BERTANÆ * remaneant dummodo vivit: poſt ſuum diſceſſum illa D
medietas remaneat ſanctæ Mariæ Nemoſenſi, alia medietas inter ſancto Baudilio, & ſancto AEgidio *. Illo
alode quæ de Segoncio acquiſivi, quod RAYNARDUS Vice-Comes Biterrenſis habet, Bertanæ remaneat
dummodo vivit: poſt ſuum diſceſſum ſancti Salvatoris Anahnenſis * remaneat. Illo alode de Plumberias
Bertanæ & RAYMUNDO filio meo remaneat dummodo vivit: poſt illorum diſceſſum ſanctæ Mariæ ad
Anicio remaneat. Illo alode quæ comparavi de Poncione ad capud de. . . . . Raymundus habet à
feo, ad illa ſede de Lodeva remaneat, teneat Berta dummodo vivit. Illo alode de Lupiano cum ipſa ec-
cleſia, & illo alode de Lugis teneat Berta dummodo vivit: poſt ſuum diſceſſum ſancti Iuliani Pſalmodio *
remaneat. Illo alode de Balarug teneat Berta & Raymundus dummodo vivunt: poſt eorum diſceſſum,
una medietas remaneat ſancti Petri de Magalona, alia medietas remaneat ad illa ſede de Agade *. Illo
alode de Palagio * remaneat Raymundo & Bertanæ dummodo vivunt: poſt illorum diſceſſum, illa tertia
pars ſine ulla eccleſia, remaneat ſancti Tybereii, alia tertia pars ab alia medietate de illa eccleſia rema- E
neat ad illa ſede ad Biterris, alia tertia pars ab illa medietate de ipſa eccleſia remaneat ad illa ſede de
Narbona. Illo alode de Caucos remaneat Raymundo & Bertanæ dummodo vivunt: poſt illorum diſceſſum
remaneat una tertia pars ſancti . . . . altera tertia pars ſancti Petri de Ioncellos: alia tertia pars
ſanctæ Mariæ de Cuarante. Illo alode de Caucio quod à Raymundo acquiſivi, remaneat illa medietas ſan-
ctæ Mariæ & ſancti Poncii * ad Tomerias, alia medietas ſancti Petri ad Caunas. Illo alode de Perpinia-
ni, quod de Attone * acquiſivi, remaneat illa tertia pars ſancti Felicis ad Gironda, alia tertia pars ſan-
cti Petri ad Rodas *, alia tertia pars ad illa ſede de Helna. Illos alodes qui fuerunt Amelio Vice-Comite de
Carcaſſona, ipſi qui ſunt in Narbonenſi, remaneant inter ſancto Iuſto & ſancto Paulo *: & alii qui ſunt
in Carcaſſenſi, tertia pars remaneat S. Mariæ Craſſæ *, alia tertia pars ſancti Ioannis Valleſegario, alia
tertia pars ſancti Nazarii ad Carcaſſona. Illo alode de Caucio remaneat ſancti Ioannis Valleſgario *. Illo
alode de Villa-nova ſanctæ Mariæ de Soricino * remaneat. Illo alode de Brocello Bernardo filio Rotgerio F
remaneat dummodo vivit: poſt ſuum diſceſſum S. Petri de Caunas remaneat. Illo alode de Guttalem cum
ipſa eccleſia, & cum omnibus villariis quæ ibi aſpiciuntur, ſancti Benedicti * remaneant, & ſancti
Vincentii. Illo alode quem habeo in Cavalio, ſancti Benedicti & ſancti Vincentii remaneat neminem
contradicentem. Illo alode de Bricio FROTERIO Epiſcopo * remaneat cum ipſa eccleſia dummodo vivit:
poſt diſceſſum ſancti Michaelis de Galliaco remaneat in communia. Illo alode de Francitia ſancti Eugenii
remaneat, & teneat ipſa eccleſia, Berengarius dummodo vivit: poſt ſuum diſceſſum remaneat cum ſuo alo-
de ſancti Eugenii ad Inaucio. Illa eccleſia de ſancto Marcello BERNARDO Epiſcopo * remaneat ad alodo:
ipſo de ſancto Marcello ſancti Salvii remaneat, & poſt mortem Bernardi Epiſcopi, ipſa eccleſia ſancti Sal-
vii remaneat. Illo alode de Loveziaco ſanctæ Cæciliæ * remaneat, & teneat ipſa eccleſia Nodbertus dum-
modo vivit, poſt ſuum diſceſſum ſanctæ Cæciliæ remaneat. Illo alode de Avocio ſanctæ Marcianæ rema-
neat. Illo alode de ſancto Victore ſancti Vincentii remaneat cum ipſa eccleſia, & teneat ipſam alodem cum
ipſa

* Conques.
* Figeac.
* Beaulieu en Limoſin.
* Aurillac.
* Marillac en Rouergue.
* juniori.
* de Rodez.
* en Rouergue.
* S. Afrique.
* n. ſæculari S. Amantii Rutenenſis.
* Rutenenſis.
* le Puy.
* uxori.
* Nemauſi.
* Anianenſis.
* Pſalmies.
* Agde.
* Palais en Languedoc.
* S. Pons, cujus is fundator.
* Comite Ruſſinonenſi.
* Rodez.
* Narbonenſi.
* la Grace en Languedoc.
* Valſegnier.
* Soreze.
* Caſtrenſis.
* Albienſi.
* Calurcenſi.
* Albienſi.

A ipſa eccleſia ERMENGAUDUS Abbas dummodo vivit: poſt ſuum diſceſſum ſancti Vincentii remaneat. Illo
alode de Vertucio BERNARDO & uxori ſuæ ADELAIS remaneat: ſi vir mortuus fuerit, ad illam rema-
neat: poſt illorum diſceſſum remaneat una tertia pars ſancti Michaelis ad Galliaco, alia tertia pars
ſancti Salvatoris de Comberas, alia tertia pars ſancti Audardi remaneat. Illo alode de illa Rocha quæ
de Aymerico acquiſivi, ſancti Leoncii remaneat. Illo alode de Mazirios quæ de Augerio acquiſivi, ſancti
Benedicti Caſtrenſis remaneat. Illo alode de Frodino cum ipſa eccleſia, & illo alode de Porcello cum ipſa ec-
cleſia, & illo alode de Altiding cum ipſa eccleſia, & illo alode de Stricto-fonte cum ipſa eccleſia, & illo
alode de Cavaucellas cum ipſa eccleſia, & illo alode de Bonofollo cum ipſa eccleſia, ſancti Saturnini rema-
neant. Illo alode de Rochas, & illo alode de Entrenago, & illo alode de Remeddo, illo alode de Bordas
cum ipſa eccleſia, & illo alode de Altarago cum ipſa eccleſia, illo alode de Narveis cum illa capella, illo
alode de Torvolis ſancto Simplicio Moranorivo, Saxenis, Cadmerjo Frereduol, iſti alodes cum ipſas eccle-
B ſias ſancti Stephani Toloſenſis, & ſancta Maria-fabricata remaneant. Illo alode de Sudorthaye ſancti
Voluſiani remaneat; & illo alode de Carliago ROGERIO filio ARNALDO * remaneat: poſt ſuum diſceſ- * Comiti Fuxenſi.
ſum ſancti Antonini Fredeleſio remaneat. Illo de Marcello & illo alode de Salas, ſancti Petri de Sado re-
maneat. Illo alode de Camvalle, & illo alode de Donadfrancio * VVILLELMO GARCIANÆ remaneat * Comite de Fe-
dummodo vivit: poſt ſuum diſceſſum ſancti Petri de Condom, & ſancti Vincentii ad Auſcio remaneat. Illo ſenſaco Auſcienſi
alode de S. Martini de Bellocaſſo, illa eccleſia teneat Boſomeus dummodo vivit: poſt ſuum diſceſſum S. Petri in Valconia.
Muſſiaco remaneat. Illo alode de S. Salvatoris cum ipſa eccleſia S. Petri Muſſiaco remaneat, & teneat ipſa
eccleſia Ieremias Presbyter dummodo vivit. Illo alode de Arfiolis UGONI nepoti meo remaneat: poſt diſceſſum
ſuum S. Petri Muſſiaco remaneat illa medietas, alia medietas Arnaldo & filio ſuo SIGUINO, quod hodie ha-
bet, remaneat: poſt illorum diſceſſum S. Petri Muſſiaco remaneat. Illo alode de Maimanicas, illo alode de Pa-
ludis, illo alode de Valle ardrico, illo alode de Logio, illo alodio de Podiomeiano, illo alode de Lauberol, iſti alo-
C des S. Stephani Cadurcenſis remaneant nemine contradicente. Illo alode de illa Guarda cum ipſa eccleſia, &
illo alode de Loſolario teneat HUGO filius noſter dummodo vivit: poſt ſuum diſceſſum, S. Stephani Ca-
turcenſis remaneat nemine contradicente. Illo alode de Bellopoguo teneat AYMERICUS, dummodo vivit:
poſt ſuum diſceſſum, ſancti Stephani Caturcenſis remaneat. Illo alode de Sabadello & de Prandicile cum
ipſa eccleſia, ſancti Stephani remaneat nemine contradicente. Illo alode de Francor & ad unum cui ille
laxaverit: poſt mortem illorum S. Stephani Caturcenſis remaneat. Illa quarta parte de illa eccleſia S. Ciri-
cii, & illo alode quod ego acquiſivi in Deumpantala, ſancti Audardi remaneat. Illo alode de Mongio
ſancti Audardi remaneat: illa eccleſia RICARIO filio Iſarno remaneat ad alode; poſt ſuum diſceſſum ſan-
cti Audardi remaneat cum alio alode. Illo alode de Cauco cum ipſa eccleſia, & illo alode de Povilovicas
cum ipſa eccleſia, ſancti Antonini remaneant. Illa tertia pars de alios alodes meos quæ habeo in Agennenſe,
remaneat GAUSBERTO Abbate: poſt ſuum diſceſſum ſancti Petri Muſciaco remaneat; alia tertia pars
D inter Exciſo & ſancto Vincentio-fabricato, alia tertia pars remaneat ſancti Capraſii, exceptis quæ AUS-
TORGIUS tenet: & poſt diſceſſum Auſtorgii ſancti Capraſii remaneat. Illo alode de Malopertuſo cum ipſas
vineas, & illas vineas de Pogio Cenſaldo, & illas vineas de Ortigerias, UGONI nepoti meo permaneat:
poſt ſuum diſceſſum RAYMONDO fratre ſuo remaneat. Illo feo quod Sancius habet, remaneat ad ipſo
Sancioni ad alode, exceptis illa vinea de Pogiocett, illo alode de illo boſcheto, ſancta Rufina remaneat. Illo
alode de Marca ſancti Petri & ſancti Gerardi de Cairago * remaneat. Illo alode de Lauziaco, & illo alode * en Querey.
de Seſſago, & illo alode de Campoguidano cum ipſas eccleſias, & illo alode de Valencio, Ademario Vice-
comite Toloſano remaneat, in tali verò ratione, ut eleemoſyna mea adfirmet; & ſi filium habeat de mu-
liere, qui hereditatem hereditare debeat, ad illum remaneat. Illo alode de Laugiaco poſt diſceſſum Ade-
maro. Illo alode de Feſſago ſancti Antonini * remaneat; & illo alode de Campoguidano poſt diſceſſum Ade- * Apamiarum.
maro, ſancto Audardo remaneat; & ſi Ademarus filium de muliere non habet, qui hereditatem ſuam
E non hereditet, ipſo alode de Laugiaco ſancti Petri & ſancti Gerardi de Cairago remaneat. Illo alode de
Braciaco, RAYMUNDO filio meo & HUGONI filio meo remaneat; in tali verò ratione quòd teneat ipſo
caſtello & ipſo ...... ARNALDUS & ISARNUS quod habet de ipſo alode, ſi tale forsfactum non fecerint in
contraunum ex illis per quod ipſos habere non debeant. Illo alode de Pro:eto, & illo alode de Genebueras RAY-
MUNDO & AMALVINO fratre ſuo remaneant: & poſt diſceſſum Ademario. Illo alode de..... remaneat:
& poſt illorum diſceſſum S. Leotardi remaneat. Illo caſtello de Tolmone cum ipſo alode de Albafolia, & cum
ipſa eccleſia de illo alode de Guallaranis cum ipſa eccleſia, & illo alode de Varliago cum ipſa eccleſia, & cum
aliis ibi pertinentibus, Raymundo & Hugoni remaneant dummodo vivunt: & ſi illi mortui fuerint, S. Au-
dardi remaneant. Ipſo caſtello quod vocant Nandalors, cum ipſo alode de ſancta Maria, Raymundo filio
meo & Hugoni filio meo remaneat: poſt illorum diſceſſum ſancti Petri Muſciaco remaneat. Illo caſtello quod
vocant Caſſo, BERTRANDO remaneat cum ipſo alode de Arduino & cum ipſa eccleſia, & cum ipſo
F alode de Antiago, & cum ipſas eccleſias: & poſt diſceſſum ſuum Raymundo filio ſuo remaneat; & ſi Ray-
mundus mortuus fuerit, Bernardo & uxori ſuæ Adelais remaneat; & ſi infans maſculus de illis pariter
apparuerit, ad illum remaneat; & ſi illi mortui fuerint qui infantem non habuerint, Hugoni remaneat;
& ſi Hugo mortuus fuerit, ille alodus de Antiago remaneat ſancti Stephani Cadurcenſis cum illa medietate
de ipſo caſtello; & ille alodus de Arduino cum illa medietate de illo caſtello ſancti Petri Muſciaco remaneat.
Illo alode de Aulaſio cum ipſa eccleſia, & cum omnibus villariis quæ ibi aſpiciunt, Bernardo & uxori ſuæ
Adelais remaneat: & poſt diſceſſum illorum ad infantes illorum remaneat: & ſi infans de illos non appa-
ruerit, remaneat inter Vabro & Agana, & Nante, & dividatur æqualiter. Illa parte quod ego Raymun-
dus habeo in caſtello de Gordone, & in illo alode de Gordonenſe, Aymerico remaneat & Gerardo filio ſuo,
& ad filios Gerardo: & ſi illi mortui fuerint, remaneat inter ſancto Stephano Cadurcenſi, & ſancto Petro
Marciliaco, & ſancta Maria Solіaco; & ſi Raymundus mortuus fuerit, donec Aymericus aut Geraldus,

aut filii Geraldo qualis vivus fuerit, D ſolidos Hugoni nepoti meo; & ſi Hugo mortuus eſt, ſancti Petri A
Marciliaco. Ipſo caſtello de Cagavione cum ipſo alode, & cum ipſa eccleſia de Laurguo, & cum ipſo alode
de quod habeo in Campolam, & cum illo alode Nantoinis cum ipſa eccleſia, & cum ipſo alode, & cum
ipſo alode de Marcilio cum ipſa eccleſia de ſancto Simplicio, exceptis illa eccleſia nova, & illo manſo ubi
eccleſia eſt, HUGONI & ERMENGAUDO fratre ſuo remaneat; & teneat ipſa eccleſia de ſancto Simplicio
STEPHANUS & filius ſuus ab eo dummodo vivunt: poſt illorum diſceſſum illo alode de Laurgo, & illo alo-
de de Nantoinis inter S. Stephano Caturcenſi, & ſancta Maria ad E. . . . . & ipſo caſtello de
* Pariſido infra. Pariſio * cum ipſo alode de Taxairolas cum ipſa eccleſia, & ipſa eccleſia de Aſinieyras cum ipſo alode de
Falgairolas, & cum ipſo alode de Novi-villa & cum ipſa eccleſia, & cum ipſo alode de Torrerio, & cum
ipſo de Felinas, & cum ipſa eccleſia, Hugoni & Ermengaudo fratre ſuo remaneat. Et illo caſtello de Pariſio
teneat Malbertus à feo de Hugone & de Ermengaudo dummodo vivit: & poſt diſceſſum illorum iſti alodes
remaneant inter Figiaco & Marciliaco & Caturcio, & ſancto Antonino & Albio; & dividant æquali- B
ter, excepto caſtello de Pariſio, & illo alode de Taxairolas & eccleſia de Aſinierras, & illo alode de Fal-
gairolas: & ſi Ermengaudus ſine filio mortuus fuerit, ad ipſos Sanctos remaneat; & ſi filium de mulie re
habeat, ad illum remaneat: & poſt diſceſſum de ipſo filio Ermengaudi, ad ipſos ſanctos remaneat. Illo
caſtello de Albinio, & illo alode de Similio cum ipſa eccleſia, & illo alode de Albaredo cum ipſa eccleſia, &
illo alode de Brandonedo, & de alio de Brandonedo cum ipſas eccleſias, & illo alode de Pariſido cum ipſa ec-
cleſia remaneat ad filios meos quos ego Raymundus habeo de filia Odoino: & illo alode de Campolivado cum
ipſa eccleſia, & illo manſo de Carauſiaco, remaneat ad filia mea quam habeo ab ipſa filia ODOINI; &
ſi illa infantem maſculum non habet legitimum, remaneat ad germanos ſuos: & poſt illorum diſceſſum,
remaneat ſancta Maria Rutenis; & ſi filium habet de ugale, ad ipſum remaneat: & poſt diſceſſum de
ipſo filio, ſancta Maria Rutenenſis remaneat: & ſi ipſi filii mei de filia Odoini mortui fuerint ſine filios,
remaneat iſte alodus de Brandonedo cum ipſa eccleſia ſancta Maria, ſancta Fide ad Conquas remaneat; C
& alio Brandonedo ſancti Saturnini remaneat; & illo alode de Pariſido, & alio alode de Sivilio, &
illo alode de Albaredo S. Amantii remaneat; & donet ille Abbas de ſancti Amantii in eſcambio ſancti
Salvatoris Vabrenſis valente illo alode de Sivilio, aut plus quod pars potuerit de Vabro: & ſi filium habeat
de muliere, ad illum remaneat: & poſt diſceſſum de ipſo filio ad ipſos ſanctos remaneat. Illo alode de
illo Hermo INGELBERTO remaneat, & poſt ſuum diſceſſum ſancto Petro Muſciaci remaneat, & donet
Ingelbertus per ſingulos annos ad illos monachos de Muſciaco unam refectionem medio Quadrageſimæ. Illo
alode de Elvas JALDEBERTO remaneat cum ipſa eccleſia, & cum omnibus villariis quas ibi aſpiciunt, in
tali ratione, ſi filium habeat de muliere, ad illum remaneat; & ſi filium de muliere non habet, GRIMAL-
DO fratri ſuo remaneat: & poſt diſceſſum illorum ſancti Petri Marciliaco remaneat in communia. Illo alo-
de de Laugiaco, quod vocant ſancta Affra, STEPHANO remaneat: poſt ſuum diſceſſum ad unum filium
ſuum, cui ille donare voluerit: & poſt diſceſſum illorum, ſancti Petri & ſancti Geraldi Aureliaco remaneat. D
Illo alode de Lobegiaco, exceptis illa eccleſia, GENESIO remaneat; & illa Rocha inter AYMERICO &
Geneſio, & teneat illa Geneſius in fidelitate Aymerico; & ſi Geneſius habet filium de muliere, ad illum
remaneat: & ſi filium non habuerit, GERALDO fratre ſuo remaneat: & poſt illorum diſceſſum ſancti
Iuliani Brivatenſis remaneat. Et illa eccleſia de Lobegiaco GALBERTO remaneat: poſt diſceſſum ſuum,
ſancti Stephani Caturcenſis remaneat. Illo alode de Livrone RAYMUNDO filio UMBERTO remaneat:
poſt ſuum diſceſſum ad illa eccleſia nova de Marcilio remaneat. Illo alode de Ginhalio Raymundo & BER-
NARDO filio Vmberto remaneat, in ea ratione, quod Bernardus & Raymundus, & mater illorum affir-
ment mea eleemoſina de Cantu ſancto Antonino: & poſt diſceſſum illorum remaneat ille alodus de Ginhalio
ſancti Amantii Rutenis. Illo caſtello de . . . . illo caſtello de Cerveria, illo caſtello de ſancto Lau-
rentio, illo caſtello novo de Petrileuſe, illo caſtello de Grenolhedo, illo caſtello de Mala-morte ripa Agotis,
illo caſtello Dargon, illo caſtello de Ventugione, illo alode de Monaſterio remaneat Raymundo filio meo; & E
ſi Raymundus inteſtatus mortuus eſt, ad propinquos noſtros remaneant. Illo alode de Lupiaco DEUSDEDIT
* Rutenenſi. Epiſcopo * remaneat: poſt ſuum diſceſſum, ſancta Maria Rutenis remaneat illa convenientia, quam ego
habui. In illo alode de Sanis, quam Ermengaudus mihi fecit, ſancti Michaelis ad Galliaco remaneat. Iſta
eleemoſina ſuprà ſcripta fiat Domino Deo, & ad iſtos Sanctos ſuperſcriptos pro remedium animæ meæ, &
pro omnibus peccatis meis, & pro genitore meo, & genitrice mea, & pro fratres meos, & pro omnibus con-
ſanguineis meis, & pro omnibus fidelibus meis, in ea ratione quod nullus clericus, nec nullus laicus, nec
nulla femina non tollat, nec abſtrahat ad iſtos Sanctos ſupraſcriptos, nec iſta convenientia per quam unde
iſtos ſanctos . . . . omni tempore firma & ſtabilis permaneat. Amen. Omnes res mobiles donet
eleemoſinarius meus Domino Deo, & ad ſanctos, & ad Presbyteros, & ad pauperes pro anima mea.
Signum RAYMUNDO qui breve iſto ſcribere vel firmare rogavit. Signum JALBERTO. Signum GENESIO.
Signum BERNARDO. Signum VVILLELMO. Signum AYMERICO. Signum GIRALDO. F

NOTATIO.

HOC Pontii ſeu Raimundi (nam binominis erat) teſtamentum, quod apud Catellum deeſt, magnam lucem hiſtoriæ afferre poteſt, præcipuè ad illuſtrandam hujus Raimundi eo nomine tertii proſapiam, qui hoc in teſtamento Raimundum, qui ipſi ſucceſſit, modò *filium*, modò *nepotem*, uti & Hugonem ejus fratrem, appellat: cùm tamen Raimundum iſtius Pontii-Raimundi ex Berta ſecunda uxore filium recentiores aſſerant. Plura de eo apud Catellum in libro i de Comitibus Toloſæ capite xiv. ubi ejuſdem Pontii litteras refert pro conditione cœnobii S. Pontii Tomeriarum, quo in loco Ranimirus Sancii Aragonum Regis filius, monachus factus eſt, dein ex monacho Rex conjugatus ut omnes norunt.

A

CXLI.

Ottonis II Imperatoris diploma, quo ratam habet donationem Conradi Comitis Gorzienſi cœnobio verbis factam in extremis.

Ex ipſo autographo à V. C. Antonio Vione d'Herouval communicato.

Anno 982.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. OTTO divina favente dementia Imperator Auguſtus.
Si petitiones fidelium noſtrorum, quas pro uſu & ſtatu eccleſiarum ac remedio animarum ſuarum in
conſpectu imperii noſtri fundunt, pia devotione compleverimus; id procul dubio ad præſentis vitæ ſtatum
& æternæ beatitudinis præmia capeſſenda nobis proficere confidimus. Quapropter omnium fidelium no-
B ſtrorum præſentium ac futurorum noverit pia devotio, qualiter CONRADUS filius Rodulfi quondam Co-
mitis, in die belli quod fuit inter nos & Saracenos ſub fanone noſtro, hoc eſt imperiali vexillo, legali
ritu tradendum nobis commendavit omne prædium ſuum quod habuit in regno Lotharienſi: rogavitque
in conſpectu totius exercitus noſtram dominationem humiliter, ut hoc totum parvum cum magno ad mo-
naſterium ſancti Gorgonii martyris, in loco Gorzia vocato conſtructum, noſtra præceptione, ſi ea die more-
retur, ſicut fecit, traderemus. Ejus petitionem poſt belli eventum cum fidelibus noſtris colloquentes, in pri-
mis interventu dilectæ contectalis noſtræ, THEOPHANU videlicet Imperatricis Auguſtæ, ac poſtea con-
ſultu fidelium noſtrorum, OTTONIS ſcilicet fratruelis noſtri, Alemannorum Baioariorumque Ducis, ac
DEOTERICI Mettenſis eccleſiæ venerabilis Epiſcopi, aliorumque carorum noſtrorum, ſicut petivit ac tradi-
dit, nova traditione noſtra auctoritatis adimplevimus, concedentes hac noſtra celſitudinis donatione om-
nem proprietatem quam habuit in regno Lotharienſi, parvam & magnam, ad præfati loci monaſterium
C in honore S. Gorgonii jam dicti martyris conſtructum, ac ſubditum cum omnibus pertinentiis ſuis S. Stepha-
no Protomartyri, cujus eccleſia in civitate Mettis vocata honorabiliter conſtructa, & conſecrata videtur, cui
etiam præſidet antefatus magnæ reverentiæ DEOTERICUS Epiſcopus. Hoc eſt ad integrum illuc imperiali pote-
ſtate tradentes curtes ſuas Amella & Geldulfi-villa vocatas, in pago Vuebra dicto & in Comitatu REINHAR-
DI Comitis ſitas, cum omnibus rite ad illas curtes aſpicientibus. Curtes quoque ſuas Morlinga & Lazehi
nominatas in pago Moſalgovve vocato, & in Comitatu SIGIFRIDI Comitis ſitas, cum omni uſu illuc
pertinente. Similiter curtem ſuam Longlar nuncupatam in pago Oſning nominato & in Comitatu GO-
ZILONIS Comitis ſitum cum pertinentiis. Curtem inſuper ſuam Velme nominatam in pago Haſpungov-
ve & in Comitatu ERENFRIDI Comitis ſitam cum ſuis pertinentiis. Adhuc etiam addentes curtem ſuam
Ernuſtelvviler vocitatam in pago Blieſichovve, & in Comitatu VVOLCMARI Comitis ſitam cum omnibus
utenſilibus illuc, & ad præſcriptas curtes in pago Lotharienſi ubicumque ibi jaceat aſpicientibus, in mancipiis
D utriuſque ſexus, areis, ædificiis, eccleſiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis, vineis,
ſilvis, venationibus, aquis, aquarumve decurſibus, piſcationibus, molendinis, viis & inviis, exitibus
& reditibus, quæſitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus, cunctiſque aliis appenditiis, quæ adhuc
dici aliquo modo aut nominari poſſunt. Et ut hæc noſtræ auctoritatis donatio per futurum tempus firma
inconvulſaque conſiſtat, hoc noſtræ magnitudinis præceptum inde conſcriptum, ſigillo noſtro ſignari juſſimus,
manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus.

Signum Domni OTTONIS invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

HILDEBALDUS Epiſcopus & Cancellarius vice VVILLEGISI Archicapellani recognovi & ſubſcripſi.

Data VI Kal. Octob. anno Dominicæ Incarnationis DCCCC LXXXII, Indictione II, anno verò regni
ſecundi Ottonis XXV, Imperii autem XV. Actum Capuæ feliciter in Dei nomine. Amen.

E

CXLII.

Hugonis Capeti diploma pro confirmatione bonorum cœnobii ſancti Vincentii Laudunenſis.

Ex autographo.

Anno 987.

IN nomine ſanctæ & invidua Trinitatis. HUGO gratiâ Dei Rex. Si poſtulationes à quibuſcumque in lo-
cis Domino militantium audientes placido aſſenſu recipimus; earumque utilitatibus neceſſaria provi-
dendo morem prædeceſſorum noſtrorum, Francorum ſcilicet Imperatorum ac Regum, ſequentes ea quæ illis
divino fervore afflati, ſive conferimus, ſeu collata noſtris edictis confirmamus; id nobis procul dubio ad
ſempiternæ perceptionem beatitudinis atque ad collati nobis à Deo firmitatem regiminis profuturum non du-
bitamus. Igitur notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris, tam præſentibus, quàm futuris,
F quoniam monaſterii ſancti Vincentii Abbas BELLANDUS ejuſque monachi adeuntes noſtræ regiæ manſue-
tudinem excellentiæ per ADALBERONEM ſanctæ Laudunenſis eccleſiæ eximium Præſulem humiliter poſtu-
larunt, ut pro Dei omnipotentis amore & præmemorati martyris venerabilitate noſtrique regii ſtatus ho-
nore, quicquid aut liberalitate Regum, aut collatione Pontificum, ſeu impertitione Dei fidelium ad noſtrum
uſque tempus eidem monaſterio fuerat attributum, noſtra auctoritate roboratum, Præcepti noſtri munimine
dignaremur innovare: quatenus tali tuitione, quæque illa eſſet attributio fulti, deinceps nulla paterentur
incommoda. Nos autem hujuſmodi petitioni, quia neceſſaria & rationabilis erat, atque ad noſtrum reſpi-
ciens miniſterium, aurem aperientes (neque enim ob aliud quid regii culmine miniſterii nos novimus
ſublimatos, niſi ut gratis à Deo honorati, gratis ejus honorem ubicumque poſſimus, augere & extollere cu-
remus) decrevimus petitioni prænominati Præſulis ac monachorum, ut in eorumdem orationibus cum uxore
& prole partem habeamus, ſatisfacere, atque ſubnexas res diverſis eorum neceſſitatibus uſibuſque ſupplen-

dis deſerv ituras deſtinamus. In primis ergo ſtatuimus, ut in illa parte Laudunici montis, ubi illud glo- A *rioſiſſimi martyris Vincentii templum eſt fundatum, ſicut ſitus eſt ipſius & circumpoſitio ad id pertinens, atque eccleſiarum ſancti* Othbodi, *ſanctique Hilarii, non manſionarius noſter, neque aliquis noſtræ ditioni ſubjectus, dare manſiones vel accipere præſumat: ſednec eiſdem ſanctis locis ſuiſque ſubjectis omnibus aliquam contrarietatem injuſtè inferat, neque de rebus vel hominibus ad ipſas eccleſias pertinentibus, ſive modò habitis, ſive in futuro conferendis, aliquam judiciariam poteſtatem exercere, aut freda, vel telonea à quoquam illorum hominum exigere numquam præſumat. Statuimus etiam, ut in villa Capriniaco*, quæ eſt ſuper fluvium Aquilam*, eccleſiam ſancti Medardi nomine ſacratam à beatæ memoriæ* RORICONE *Epiſcopo per epiſcopale privilegium, per regale quoque Præceptum eidem loco cum ſuis appenditiis additam & eccleſiam in Caſtro Petraponte*, à dilecto nobis nunc Antiſtite Adalberone additam pro cauſis quæ in epiſcopali ipſius privilegio continentur; ſed & prædium quod habent in Hatoniſcurte* ab eodem* B *Antiſtite ſimiliter additum, ac dimidium manſum de villa Verciniaco* ſuis terris in Saiſnulficurte* interjacentem in ſuis uſibus perpetualiter habeant. Hæc & alia omnia eidem loco à quibuſcumque perſonis, ſive per ſcriptum, ſive ſine ſcripto contradita, noſtra regia auctoritate per hoc noſtræ juſſionis Præceptum corroboramus, ut propulſis omnibus contrarietatum obſtaculis, quietè viventes monachi ibidem deputati, liberè divinam religionem tenere, & pro nobis omnique Chriſtianitate valeant exorare. Et ut hoc noſtræ auctoritatis Præceptum majorem in Dei nomine habeat vigorem, manu propria illud ſubterfirmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.*

* Chevrigny.
* l'Aiglette.
* Pierrepont.
* Harancourt.
* Vercigny.
Senancourt.

Signum HUGONIS *glorioſiſſimi Regis.*

Actum Compendio palatio in Dei nomine feliciter, amen, anno primo regnante ſereniſſimo Rege HUGONE VI *Kal. Octob. Indictione* XV.

NOTATIO. C

HIS litteris in autographo nullus ſubſcribit Cancellarius, fortè quòd ſub hæc initia nondum de his officiis ſtatuere integrum fuerat Hugoni novo Regi. Quamquam diplomatibus quibuſdam Carolinis etiam deeſt quandoque Cancellarii ſubſcriptio, qua de re dictum eſt in libri ſecundi capite XXVII, ubi de chartis imperfectis. Nota quæ hîc dicuntur de donationibus *ſine ſcripto* factis, & confer libri I caput V.

CXLIII.

Ex autographo Foſſatenſi.

Hugonis Regis aliud diploma, quo Manſiones villam concedit eccleſiæ Foſſatenſi in agro Pariſienſi.

Anno 988.

D *IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* HUGO *gratia Dei Rex. Quicquid locis divino cultui mancipatis largiendo conferimus, profuturum nobis, & ad æternam beatitudinem obtinendam, & ad præſentem vitam feliciùs tranſigendam omnino confidimus. Itaque noverit omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorumque præſentium ac futurorum induſtria, quia pro abſolutione peccatorum noſtrorum, ad deprecationem venerabilis Abbatis monaſterii Foſſatenſis, nomine* MAIOLI, *& monachorum ejuſdem congregationis, quod eſt dedicatum in honore beatæ Virginis Mariæ ac Principis Apoſtolorum Petri, conſiderantes eorum non modicas neceſſitates; propter hoc complacuit celſitudini noſtræ, in quadam villa, in Comitatu Pariſienſi ſita, cui eſt vocabulum Manſiones, manſum indominicatum cum pratis & terris arabilibus, cultis & incultis, & farinariis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, cum mancipiis utriuſque ſexus deſuper commanentibus, ſive cum omnibus appendiciis ſuis, videlicet eccleſias duas, quarum una eſt mater eccleſia, in honore beati Remigii: & alia capella in honore ſancti Germani; & omnem Vi-* E *cariam in ea poteſtate habendam, prædicto Abbati vel fratribus tradere atque delegare. Unde etiam hoc celſitudinis noſtræ Præceptum fieri, prædictoque Abbati vel congregationi dari juſſimus, per quod memoratas res omnes, ad ſupradicti monaſterii fratrumque ſubſidium juſtè legaliterque pertinentes, cum omni rerum ſumma integritate, tradimus ac delegamus: ut ſecundùm rerum diſpoſitionem, ſucceſſorumque ſuorum adminiſtrationem, per futura tempora ordinentur, eiſque pro ſua oportunitate utantur; & noſtrum memoriale, conjugiſque meæ, ſeu filii noſtri* ROTBERTI *Regis ac conſortis regni noſtri, æternaliter fundendo pro nobis preces inibi habeatur. Et ut hæc auctoritatis noſtræ largitio noſtris futuriſque temporibus diligentiùs conſervetur, atque ab ipſis fratribus ſecuriùs poſſideatur; manu propria ſubter eam firmavimus, anulique noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.*

Signum HUGONIS *glorioſiſſimi Regis.*

RAGENALDUS *Cancellarius ſcripſit.* F

Data XII *Kal. Iul. Indict.* II, *anno* II *regnante Hugone Rege. Acta publicè Pariſius urbe.*

NOTATIO.

HOC Præceptum exſtat in Chartario Foſſatenſi cum anno Incarnationis, uti expoſueram in libri ſecundi capite XXVI num. IV. At non convenit cum Indictione ſecunda annus DCCCC LXXXVIII, ſed ſequens. Poſtea ex autographi exemplo deprehendi, totam hanc clauſulam de annis Chriſti in autographo adjectam fuiſſe. Ex quo intelligas, non facilè rejiciendas eſſe chartas ob additionem vitiumve annorum Incarnationis.

A

CXLIV.

Charta de treuga & pace.

Ex chartario Celſinianenſi.

Circ. an. 990.

IN *nomine Dei ſumma & individua Trinitatis.* VVIDO *Dei gratia Anicienſis Præſul, ſuperna pie-*
tatis miſericordiam expectantibus ſalutem & pacem. Notum eſſe volumus omnibus Dei fidelibus, quo-
niam videntes maleficia quæ in populo quotidie accreſcunt, congregamus quoſque Epiſcopos Domnum P. Vi-
varienſem, VVIGONEM *Valentinenſem,* BEGONEM *Arvernenſem,* RAIMUNDUM *Toloſenſem,* DEUS-
DEDIT *Rutenenſem,* FREDELONEM *Elnenſem, & Domnum* FULCRANNUM *Ludevenſem, &* VVIGONEM
Glandenſem, & alios quamplures Epiſcopos & quoſcumque Principes & nobiles, quorum numerus non eſt in-
B *ventus. Et quia ſcimus quia ſine pace nemo videbit Deum, ammonemus propter nomen Domini, ut ſint filii*
pacis: ut in iſtis Epiſcopatibus, quos iſti Epiſcopi regunt, neque in iſtis Comitatibus de iſta hora & inantea
eccleſiam homo non frangat extra eccleſiam, quam in firmamento Caſtellia ſe ſciente, niſi Epiſcopi, præter eo-
rum cenſum, prædam in iſtis Comitatibus neque in iſtis Epiſcopatibus homo non faciat de equis, pullis, de bo-
vibus, de vaccis & de aſinas, & de faſcibus quos ipſi portant, neque de ovibus & de capris, neque de por-
cis, neque ea occidat, niſi per conductum ſuum & ſuorum intimè poſitorum accipiat victum, ſicut ad ſuam
domum nihil portet, & ad caſtellum baſtire aut obſidere, niſi unuſquiſque de ſua terra aut de ſuo alode &
de ſuo beneficio, & de ſua commenda. Clerici non portent ſecularia arma: monachis injuriam nullus homo
aliquando non faciat, neque his qui cum eo perrexerint qui arma non portaverint, niſi Epiſcopi aut Archi-
diaconi, propter eorum cenſum villanum aut villanam, propter redemptionem, nonniſi per ſuum forisfa-
ctum, & niſi eumdem villanum qui alterius terram araverit & laboraverit, quæ eſt in contentione, niſi
C *unuſquiſque de ſua terra aut de ſuo beneficio terras eccleſiaſticas, epiſcopales, canonicales, monachales*
nullus præſumere audeat, neque aliqua mala conſuetudine diſſonorare, niſi de manu Epiſcopi, aut fra-
trum voluntate per precariam adquiſierit de iſta hora & inantea. Negotiatores etiam nullus apprehendere
& rebus ſuis ſpoliare præſumat ſe ſciente. Interdicimus etiam, ut nullus laicorum ſe immittat de ſepultu-
ris eccleſiæ & offerendis: & nullus Presbyterorum pretium de baptiſterio accipiat, quia donum Spiritus-
ſancti eſt. Si verò aliquis raptor fuerit aut maledictus, qui hanc inſtitutionem infregerit & tenere no-
luerit, ſit ipſe excommunicatus & anathematizatus, & à liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ ſegregatus uſque
ſatisfactionem veniat. Quod ſi non fecerit, Presbyter ei Miſſam non cantet, divinum ei officium non fa-
ciat; & ſi mortuus fuerit, presbyter eum non ſepeliat, neque ad eccleſiam ſit ſepultus, communionem non
donet ei ſe ſciente. Et ſi aliquis Presbyter hoc infregerit ſe ſciente, ab Ordine deponatur. . . . .
& ammonemus ut in iſto tempore, ſcilicet mediante Octobri menſe, ad iſtum Dei Placitum cum bono ani-
D *mo & bona voluntate veniatis in Dei nomine, ut remiſſionem peccatorum veſtrorum conſequi valeatis,*
præſtante Domino noſtro Ieſu-Chriſto, qui cum Patre & Sancto-Spiritu vivit & regnat. Confirmat hoc Ar-
chiepiſcopus DAG. *Bituricenſis ſedis, & dominus* THEOBALDUS *Viennenſis Archipræſul.*

CXLV.

Ottonis III Præceptum, quo confirmat omnes poſſeſſiones cœnobii ſancti Felicis, modò S. Clementis Ord. S. Bened. apud Mettas.

Ex autographo.

Anno 991.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* OTTO *divina favente clementia Romanorum Impera-*
tor Auguſtus. Cum omnibus ſub imperio noſtro degentibus nos providere pacem conveniat, maximè his
E *eſt tranquillitas exhibenda, qui ſuperni inſpectoris oculis placere deſiderantes, quietioris vitæ contempla-*
tionem diſpoſuerunt ſervandam. Quapropter omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque fidelium præſen-
tium & futurorum noverit univerſitas, qualiter nos ob petitionem Domni FINGENII *venerabilis Abba-*
tis ſub monaſterio ad honorem beatiſſimi Confeſſoris Felicis conſtructo, juxta Metenſem urbem ſito, noſtra
imperiali auctoritate confirmamus cuncta prædia, poſſeſſiones, familias, villas, eccleſias, manſos, cun-
ctaque mobilia vel immobilia ad præfatum monaſterium jure pertinentia: eamdemque libertatis aucto-
ritatem pro remedio noſtræ animæ, noſtrorumque parentum ſibi concedimus, talemque defenſionis tuitio-
nem donamus, qualem noſter bonæ memoriæ pater OTTO *invictiſſimus Cæſar tempore ſanctæ memoriæ*
CADROELIS *Abbatis jam dicto monaſterio concedere dignatus fuit, eo videlicet rationis tenore, ut nul-*
lus Dux, Comes, Vicecomes, nullaque noſtri imperii magna vel parva perſona in præfato monaſterio
cunctiſque ejus pertinentiis moleſtiam, infortunium, injuriam vel aliquam violentiam inferre præſumat:
F *ſed tutum & defenſum atque ab omni inquietudine remotum ſub noſtra defenſione & dominio Metenſis Pon-*
tificis, qui pro tempore fuerit, omni tempore perſiſtat. Ut autem hæc noſtra auctoritas firmior perſeve-
ret, hoc Præceptum inde ſcriptum manibus propriis roborantes, noſtro ſigillo juſſimus inſigniri.

Signum Domni OTTONIS *invictiſſimi Cæſaris.*

ROTBERTUS *Cancellarius ad vicem* HERIBERTI *Archicapellani recognovi.*

Anno Incarnationis Domini DCCCC XCI, *imperii verò Domni* III *Ottonis* XIV, *Indict.* IV. *Actum*
Kal. Maii publicè in palatio Neriſten.

 A

NOTATIO.

In hoc autographo, notandum eſt primo ſubſcriptionem Cancellarii è regione ſubſcriptionis Imperatoris poſitam alio atramento conſcriptam eſſe, quàm contextum, uti & Datam. Secundo numerum arithmeticum I in longum eſſe porrectum. Tertio ſigillum eſſe appenſum ex appendicula coriacea, idque eſſe plumbeum, præferens ex una parte thoracen Imperatoris cum redimiculo gemmeo, tribus liliis ſupernè diſtincto, cum hac inſcriptione *Otto .... Imperator Auguſtus.* ex adverſa parte legitur hic titulus litteris malè impreſſis, *imperii Romanorum*, ſed qualis ſit figura diſcerni vix poteſt. Videtur tamen eſſe imago thorocata cum laureo ſerto in capite, & cum umbone in ſiniſtra, & vexillo in dextra.

CXLVI.

Ex chartulario. S. Germani Autiſiod.

Hugonis atque Rotberti Regum diploma de electione Abbatum & eccleſia ſancti Leodegarii de Campellis. B

Anno 994.

IN nomine ſanctæ atque individuæ Trinitatis, HUGO *atque* ROTBERTUS *gratiâ Dei Reges indyti. Omni noſtræ militiæ noſtræ ſervituti devotæ Regum benignitas atque excellentia quæ bonorum virorum votis competunt, non modò roborare, verùm etiam magnificò debet auxilio ſupplere, benigno hortari favore: immo totis benevolentiæ viribus proficere. Magnæ ſiquidem æternæque retributionis participem ſe noverit, qui his quæ Dei ſunt, quoquo modo ſe inſeruerit. Verùm virtutis auctor, ſuppletor, fautor beniguiſſimi* JESU *magnificentiæ non expers erit, cùm pro ſe quæ Dei voto ſunt juverit. Omnium enim quæ omnipotentis Dei fiunt amore, idem retributor eſt maxima benignitate. Ergo Regum benignitas, quorum auctoritate ea quæ caſis Dei conferuntur, fixa atque permanere debent inconvulſa, clementiſſimâ* JESU *confiſa miſericordiâ juſta præmia æternæ præſtolatur vitæ.* C *Quapropter magni atque ſummo digniſſimi honore Ducis Burgundiæ*, HENRICI *nomine, ſanctæ congratantes voluntati, ea quæ per venerabilem Abbatem, cui nomen ſit* HILDERICO, *nobis intimavit (digna enim ejus ſunt omnia iſta precata) ſtipulatione præcipua auctoramus, corroboramus, atque in perpetuum inconcuſſe firmamus. Idem enim Abbas, vir Deo plenus, ab ejus parte ea quæ ſunt ſancti* BENEDICTI *ſubnixa religione, immo Canonum inviolabili auctoritate petens rogat, ut ſuæ Abbatiæ locus, honore ſancti Germani Autiſſiodorenſi territorio conſtitutus, perpetuam Abbatum electionem habeat ſecundum ſancti* BENEDICTI *præceptum. Ergo hujus Ducis, noſtri ſcilicet fratris, quoniam juſta eſt, voluntati; atque Abbatis, quia recta eſt, legationi annuentes, precando monemus, monendoque regali imperio præcipimus, ut nullus inibi conſtituatur Abbas, niſi quem fratrum omnium cum Dei timore concors elegerit caterva: cujus Abbatiæ tuitationem ſub manu Regum aut forte Ducum ejus regni conſtituimus, ita ut nullus Principum eam invadere nec etiam audeat rogare.* D *Adverſariarum denique conſuetudinum ſic avellimus, ut ab hoc tempore uſque in ſæculum nihil patiatur adverſi, ſed ab omni libera in ævia libere Deo deſerviat. quem locum, quoniam Dux diligit (Patronum ſiquidem eum ipſum, ſcilicet ſanctum Germanum, eligit ſpecialiter habere in cælis apud Deum;) quadam ſuis Abbatiola conſtructa patrimoniis in honore ſancti Leodegarii martyris, nomine Campellis, ipſum cum locum ampliavit, pariterque ei villam Magniacum reddidit: ſcilicet ut in præfata Abbatiola ſemper octo ſint monachi, Abbati ſcilicet præſidenti loco ſancti Germani ſubditi. Eis verò monachis à loco ſancti Germani nec liceat collum excutere, nec quemquam ſibi, niſi Abbatem ſancti Germani, præferre. qui Abbas ipſum loculum ſi ſuâ forte induſtriâ, aut bonorum hominum munificentia, plus octo monachorum ampliaverit, pro hujuſce beneficii merito gratiam Omnipotentis hic mereaturque in cælo. Igitur ut hujus benefacti mereamur eſſe participes, hanc noſtræ auctoritatis præceptionem ſigillo roboravimus inviolabiliter, volumuſque obſervari per cuncta ſæcula legaliter. Datum* V *Idus Octob. anno Regum* HUGONIS *atque* ROBERTI VIII. *Actum in Dei nomine [in monaſterio] ſancti Dionyſii feliciter.* E

NOTATIO.

CŒNOBIUM de Campellis, vulgo *de Champeaux*, de quo hic agitur, in Briegio tractu, diœceſis Pariſienſis, memoratur primùm in vita S. Mederici, relata in Benedictini Sæculi tertii parte I. Vocatur item *beati martyris Leodegarii monaſterium quod Campellis cognominatur*, apud Glabrum initio libri V. qui Glaber aliquamdiu ibidem verſatus eſt monachus. Jampridem locus mutavit ad Canonicos ſæculares.

CXLVII.

Ex chartario Foſſatenſi.

Roberti Regis Præceptum pro confirmatione rerum, quas Burchardus Comes, & Rainaldus Epiſcopus Foſſatenſi monaſterio tradiderunt. F

Anno 998.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. ROBERTUS *divina providente clementia Francorum Rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei, eorumque in eiſdem locis famulantium beneficia oportuna largimur, præmium nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Idcirco noverit ſagacitas ſeu induſtria omnium noſtrorum fidelium tam præſentium, quàm & futurorum, quia quidam venerabilis ſanctæ Pariſiacenſis eccleſiæ Epiſcopus, nomine* RENOLDUS, *& pater ejus Deo amabilis Comes* BURCHARDUS, *adierunt ſerenitatem noſtram, humiliter petentes, quatenus res de beneficiis eorum quas monaſterio Foſſatenſi, quod eſt dedicatum in honore beatiſſimæ Virginis Mariæ, &*

A beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ſeu beati Mauri, patris Benedicti diſcipuli, qui in eodem loco re-
quieſcit, contulerunt, & Abbati ejuſdem loci nomine TEUTONI, & fratribus ibidem Deo militantibus
pro æternæ remuneratione vitæ, & pro animarum ſuarum abſolutione, & animæ ELISABETH Comitiſſæ
tradiderunt, auctoritatis noſtræ præcepto concedere & confirmare dignaremur. Suggerentibus itaque ac in-
terventientibus dilectis noſtris, videlicet dulciſſima genitrice noſtra ADELAIDE atque conjuge noſtra BERTA,
nos precibus eorum libentiſſimè faventes, traditionem ſeu reliquis monachis præfata eccleſiæ munificentia
noſtræ præcepto confirmamus, per quod præcipimus atque jubemus, ut ab hodierna die ac deinceps prædictus
Abba, aliique monachi præfati monaſterii illas res quæ ſunt in pago Pariſiacenſi liberè poſſideant, villam
videlicet quæ vocatur Nobiliacus, cum advocatione & vicaria, cum eccleſia & altare abſque ſynodo &
circada, cum ſilvis, vineis, pratis, terris cultis & incultis, & cum omnibus ſuis appendiciis. Item in
eodem pago eccleſiam, quæ ſita eſt in vico, qui Noſiacus dicitur, per deprecationem GOSCELINI * Vicecomitis *an Roſcelini.
B Milidunenſis tradiderunt, qui eam de illorum tenebat beneficio. Item in eodem pago in villa, quæ vocatur
Licias, manſum Algardis cum vineis, terris cultis & incultis, & omnibus ad illum pertinentibus: & in
Comitatu Milidunenſi alodum unum, qui vocatur Curciacus, cum advocatione & vicaria, cum pratis,
terris cultis & incultis, & cum his quæ ad ipſum reſpiciunt. Et in VVaſtinenſi pago alium alodum, qui nun-
cupatur Seia, cum advocatione & eccleſia, & aqua cum piſcaria, pratis, terris cultis & incultis, abſque
ulla Vicariorum poteſtate congruè teneant atque poſſideant. Ob hoc præcipimus etiam, ut nullus Rex, nullus
Epiſcopus, nullus Comes, aut ulla poteſtas illas res diſponere, aut in ſua poteſtate quicquam horum decer-
nere vel delegare præſumat: ſed perpetua ſoliditate in ſupradictorum fratrum poteſtate conſiſtat diſponendi
ſeu faciendi ex his quicquid elegerint. Et ut hujus noſtræ præceptionis edictum atque roborationis præceptum
per cuncta ævi tempora inviolabilem obtineat firmitatis vigorem, manu propria ſubter confirmavimus, &
annuli noſtri impreſſione inſigniri uſſimus.

C Data XIII Kal. Maii, Indictione XI, anno X regnante Roberto Rege glorioſo. Actum publicè Pariſiaca
urbe anno Incarnati Verbi DCCCC XCVIII.

CXLVIII.

Stephani Vicecomitis charta de dotatione ab ipſo facta monaſterii conſtruendi ſub jure Abbatis Calmiliacenſis, ſeu ſancti Theofredi.

Ex Chartario.

Anno 998.

IN nomine ſummi Dei Creatoris omnipotentis, qui trinus eſt in perſonis, & unus in eſſentia majeſtatis.
Notum ſit omnibus fidelibus præſentibus & futuris, quod ego STEPHANUS Vicecomes Gabalitanenſium
D cum conjuge mea AIAMOLDE, cogitans Domini miſericordiam & tremendum Dei judicium, quando re-
cipiet unuſquiſque prout geſſerit in corpore, ſive bonum, ſive malum, ut ipſum Dominum Ieſum-Chriſtum
in die judicii propitium habere poſſimus, heredem eum noſtræ hereditatis fore decrevimus, & ſecundum
quod ipſe promiſit in Evangelio iis quæ ſua dederint vel reliquerint propter nomen ejus, centuplum accipient,
& vitam æternam poſſidebunt. Hujus rei cauſa donamus ſancto Petro urbis Romæ principi Apoſtolorum par-
tem de rebus & poſſeſſionibus noſtris, quæ nobis hereditario jure ſucceſſerunt, ad monaſterium conſtruendum,
& ſervitium Dei ibi regulariter agendum, ea tamen ratione, ut ſub honore ſancti Petri ſit ſancto Theofre-
do Calmiliacenſis cœnobii ſubjectum. Sunt autem ipſæ res ſitæ in Comitatu Gabalitano, in Vicaria Milia-
cenſe, in villa quæ dicitur Lingonia*, ſecus ripam fluvii Elerii*, hoc eſt eccleſia, quæ eſt constructa in *Langogne. *l'Allier.
honore & nomine ſanctorum Gervaſii & Protaſii martyrum, ipſa eccleſia cum decimis quinque manſos va-
lentes, & in ipſa villa manſos quatuor, & unum molendinum cum omnibus, quæ ad ipſas res pertinere
E videntur: & in alia villa quæ dicitur Manſus-Ricardi, quatuor manſos cum omnibus adjacentiis ſuis, &
in Montilio quatuor manſos cum omnibus adjacentiis ſuis, & in Caucino duos manſos cum appendiciis
ſuis. Et in Vicaria Gredenenſe donamus villam nomine Clauſicias, cum vineis, campis, pratis pro man-
ſis X in valle Alliradi, totam ſilvam ad monaſterium ipſum conſtruendum ſancti Gervaſii & ſancti Pro-
taſii. Et in Comitatu Vivarienſi, in Vicaria Bauzonica, villam quæ dicitur Felgerias, cum vineis, cam-
pis, ſilvis, & omnibus adjacentiis ſuis, valentem viginti manſos vel amplius. Hoc autem factum eſt cum
conſilio Epiſcoporum MATFREDI eccleſiæ Mimatenſis & clericorum ejus, THEOTARDI Epiſcopi Anicienſis,
& PETRI Epiſcopi Vivarienſis, & RIGALDI fratris mei, & BERTHANÆ, filiique ejus VVILHERMI,
PONTII quoque Comitis ac BERTRANDI fratrum, & omnium fidelium noſtrorum, ut in prædicto loco
monaſteriolum ad honorem Dei & Domini Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti, ſanctique Petri Apoſtoli, ac ſan-
cti martyris Theofredi, prout poſſibilitas noſtra potuerit, conſtruatur ſub regimine Regulæ ſanctæ beati pa-
F tris BENEDICTI. Hoc ergo negocium committimus in manu & providentia domni VVIDONIS Calmiliacen-
ſis cœnobii Abbatis & ſucceſſorum ejus, quorum conſilio in eodem loco monachi aggregentur & mutentur,
& prædictæ res in uſu monachorum illorum omni tempore permaneant ſine ulla contradictione perſonæ. Ne-
que ullus homo cenſum ſive commendam ex iſtis rebus accipiat: ſed Abbas ſancti Theofredi XV ſolidos ter-
tio anno perſolvat ſancto Petro pro cenſu. Si quis autem homo hanc noſtram conſtitutionem aliquando diſ-
rumpere vel mutare præſumpſerit, maledictioni ſubjaceat, niſi pœnitendo ſatisfecerit: & omnis homo qui-
cumque loco ipſi quem cupimus ædificare, vel habitatoribus ejus adjutorium atque defenſionem præbuerint,
partem cum electis Dei habeant in vitam æternam. Hoc autem privilegium, quo, ſicut ſtabilitum eſt, fir-
mum & perpetualiter habeatur in memoria cunctorum, in conſpectu totius Cleri ac nobilium virorum manu
propria confirmamus, GREGORIO Papa hoc auctoritate apoſtolica confirmante, necnon MATFREDO Mi-
matenſis eccleſiæ Epiſcopo & Canonicorum ejus, THEOTARDO Vallavenſis eccleſiæ Præſule, PETRO etiam

Vivarienſi Pontifice, RIGALDO *fratre meo*, BERTHANA, *filioque* VVILHERMO, PONTIO & BER- A
TRANNO *fratre ejus, & aliis amicis & fidelibus noſtris. Amen.*

CXLIX.

Ex chartario S. Germani Autiſiod.

Rotberti Regis Præceptum, quo ſuperiorum Regum, aliorumque conceſſiones cœnobio S. Germani Autiſiodorenſi factas confirmat.

Circa annum 1000.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, ROTBERTUS *divinitatis annuente clementia Rex. Regiæ
dignitatis eſt circa religionis cultum pietate & juſtitia ſe extendere, ſervorumque Dei petitionibus voti-
vis animis adquieſcere. Qua de re noverit omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium induſtria, venerabilem* B
Abbatem HELDRICUM *monaſterii ſancti Germani Autiſſiodorenſis, adhibita ſecum monachorum ejuſdem
loci congregatione, præceptum quoddam regiæ munificentiæ ab avo noſtro* HUGONE *Magno præfato cœno-
bio impetratum atque collatum, noſtræ ſerenitati detuliſſe, noſtra quoque auctoritate denuo renovandum,
atque in poſterum tranſmittendum humiliter expetiſſe: quatenus & Apoſtolicorum privilegia, & prædeceſſo-
rum noſtrorum, Regum ſcilicet, Præcepta omnia eidem præcepto inſerta, hoc noſtro ſanctionis teſtimonio donare-
mus: ſcilicet ut ſecundum fidem & eorum proprietatis continentiam perpetuo & inconvulſa maneant, &
inviolata perdurent. Quorum petitioni benevolo favore aſſentientes, maximèque ob glorioſi avunculi noſtri
domni* HENRICI *Ducis Burgundiæ memoriam &* OTTONIS *fratris ejus, qui ſeſe peculiariter inibi ſub
beati Germani patrocinio manciparunt, ut & ſepulturæ mandati ſint; nos quoque eumdem locum ſanctæ
potiùs reverentiæ, quàm alicui ſubjectioni committimus, tradimus, ſublimamus. Præcepta quoque omnia
& auctoritates noſtræ denuo adſtipulationis edicto confirmamus, ipſam quoque congregationem ſub pleniſſi-* C
*ma defenſione noſtra quietam ac liberam eſſe volumus, cùm omnibus quæ ipſius monaſterii ſunt, vel quo-
cunque modo pertinere videntur, inviolabiliter auctoritate noſtra permanere decernimus, & ſub noſtræ
tuitionis gubernatione ſuſcipimus: ita ut ſub noſtra protectione liceat eis quietè vivere, & vivendo quieſ-
cere; nulluſque Epiſcopus, vel aliquis ex epiſcopalibus miniſtris ibidem aliquid præſumat exercere judi-
cium; & nullus judex publicus, vel quilibet exactor judiciariæ poteſtatis, vel aliquis ex noſtris fidelibus,
vel aliqua magna parvaque perſona in omnibus rebus eidem loco ſubditis ad cauſas audiendas,
vel freda aut tributa exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut
homines ipſius monaſterii, tam ſervos quàm ingenuos, ſuper terram ejuſdem cœnobii commanentes
diſtringere, aut illicitas occaſiones noſtris vel futuris temporibus requirere audeat: ſed liceat mona-
chis præfati cœnobii res ad ſua ſtipendia pertinentes ſub una immunitatis præceptione quieto or-
dine poſſidere. Iubemus ergo, ut neque ipſi monachi aut negotiatores eorum, neque homines, qui per ipſam* D
*caſam Dei ſperare videntur, teloneum perſolvere cogantur in civitatibus vel vicis, ſeu villis aut mercatis,
vel in portubus aut portis, ſicut in præcepto glorioſiſſimi* KAROLI *Imperatoris continetur. Præcipientes au-
tem jubemus, & jubentes confirmamus, ut nulli Abbatum ejuſdem loci, aut cuilibet alteri perſonæ liceat
ex præſcriptis omnibus rebus aliquid in alios præterquam conſtituimus uſus redigere aut retorquere, aut
alicui habendum conferre, neque cenſum, aut honorem aut dona qualibet, vel paſtos canum in poſſeſſioni-
bus ſuis, ſive equorum, vel ab eiſdem ſervis Dei receptus aliquos, niſi de more religionis pro hoſpitalita-
tis bono, quiſquam ullatenus præſumat requirere: ſed quidquid exinde fieri poteſt, juxta quod præſcriptum
eſt, regulari amminiſtratione uſibus & utilitatibus eorum auctore Deo omnibus habeatur temporibus. In-
terea volumus & confirmamus, ut quidquid de ſæculo in idem monaſterium ad regularem converſationem
agendam favente Deo venientes, ex poſſeſſionibus ſuis obtulerint ſive contulerint; vel alii quicumque ho-
minum, ſicuti eorum voluntas & collatio facta apparuerit; ſine aliqua immutatione inviolabiliter ſem-* E
*per perſeveret atque permaneat. Concedimus etiam eidem congregationi eligendi Abbatem ſibi licentiam
ſecundam regularem inſtitutionem alio decedente. Et ut nullo unquam tempore ſub alicujus Epiſcopi domi-
natione redigantur, & nullus Epiſcopus ipſam Abbatiam à regia celſitudine exquirere, & ipſos monachos
ſollicitare, aut inquietare præſumat, hac noſtræ auctoritatis præceptione omnimodo interdicimus. Si quis
autem hujus noſtræ auctoritatis temerarius violator aut contemptor eſſe temptaverit, non valeat impetrare
quod expetiit: ſed inſuper pro regiæ majeſtatis contemptu centum libras auri cocti cogatur exſolvere, medie-
tatem cameræ noſtræ, medietatem ipſis monachis: de ceteris verò ſupradictis præceptionibus immunitatis à
contemptoribus pœna exigatur. Ut autem hæc altitudinis noſtræ confirmatio ſeu præceptio meliorem ſemper
neat firmitatem manu noſtra eam ſubterfirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus. Actum
Autiſſiodori civitate publicè.*

CL. F

Ex chartario.

Umberti Epiſcopi Gratianopolitani charta, qua cellam S. Laurentii attribuit monachis ſancti Theofredi.

Anno 1012.

NOtum ſit omnibus tam præſentibus, quàm futuris, quod regnante Domino RADULFO *in Galliis,
ego* UMBERTUS *Gratianopolitanenſis eccleſiæ Præſul, cùm pro poſſe providerem Clerum & plebem
mihi ſubjectam, incidit deſiderium in cor noſtrum, ut pro ſpe cæleſtis patriæ & propter remedium anima-
rum noſtrarum locum fundatum in honorem beati Laurentii martyris præfatæ ſedi ſubjectum, qui per in-
curiam malè direptus erat, & inopia exigente religionis ſtatus inibi penitus annulari videbatur, in
priſtinum reſtitueremus ſtatum. Conſentiente itaque domino* RADULFO *Rege & Regina* ERMENGARDA,
& domino

A *& domino Archiepiſcopo* BROCARDO, *matreque mea* FREDEBURGA, *atque* MALLENO *nepote meo, ſimul-*
que aliis nepotibus meis HUMBERTO *atque* VVIGONE, *accitum domnum* VVIGONEM *Abbatem de cœ-*
nobio almi Theofredi, & JOHANNEM *venerabilem monachum, deprecati ſumus eos, ut eumdem locum*
in ſuo dominio ſuſciperent, & fratres ibi regulariter degentes ſemper delegarent. qui audientes, noſtris
precibus libenter aſſenſerunt, ea tamen ratione, ut exinde hereditarium firmamentem, ſcilicet privile-
gium, de manibus noſtris acciperent, qualiter ille locus per omnes ſuccedentes generationes in poteſta-
te & ſubjectione regimine ac tuitione permaneret cœnobii martyris Theofredi, & omnes Abbates per ſuc-
cedentia tempora haberent in poteſtate ipſum locum ſecundum ſuam voluntatem regere, diſponere, & or-
dinare ſine ullius contradictione perſonæ. quod audientes aſſenſimus quidem ea ratione, ut quotidie,
exceptis diebus feſtis, unum pſalmum, hoc eſt Deus miſereatur noſtri, *pro nobis & ſucceſſoribus, & om-*
nibus propinquis & benefactoribus noſtris, flexis genibus decantent: pro defunctis verò cùm poſſibile fue-
B *rit, vigiliam & Miſſam. Sed & hoc quod ſupra ſcriptum eſt, & nunc iterum inſerere libet, quia ſecun-*
dum petitionem prædicti Vvigonis Abbatis & monachorum ejus decretum eſt ab omnibus atque ſtatutum,
ut iſte locus ſancti Laurentii martyris perpetualiter maneat atque conſiſtat in poteſtate & providentia &
ſubjectione & ordinatione legali jure Calmilienſis cœnobii, quod eſt fundatum in honorem ſancti Petri prin-
cipis Apoſtolorum, ubi ſanctus martyr Theofredus cum aliis ſanctorum pignoribus requieſcit in corpore:
& habeant ſemper tam Abbas, quàm congregatio ipſius cœnobii locum ipſum in poteſtate ſecundum libi-
tum proprium tenere, diſponere, regere, & ordinare ſine cujuſquam impedimento perſonæ. Si quis verò hoc
temerarius infringere aut violare præſumpſerit, tam noſtra, quàm omnium Epiſcoporum auctoritate om-
niumque fidelium Chriſtianorum, damnationem, excommunicationem (niſi reſipuerit, & ſatisfaciendo
emendaverit) patiatur. Amen. Atque ut hoc quod factum eſt firmius credatur & certius teneatur à ſe &
ſucceſſoribus ſuis, ipſe Domnus Umbertus Epiſcopus hanc chartulam ſcribere rogavit in præſentia Cano-
C *nicorum omnium qui tunc præſentes aderant, quorum nomina ibidem conſcripta tenentur; & ipſe pro-*
pria manu firmavit, omneſque ſimiliter confirmare præcepit ſtipulatores.

Signum RADULFI *Regis. Signum* BROCARDI *Archipræſulis. Signum* FREDEBURGÆ *matris ejus.*
Signum VVIGONIS *&* UMBERTI *filiorum fratris ejus. Signum* MALLENI *nepotis ejus.*

Facta eſt charta hujuſmodi anno ab Incarnatione Domini milleſimo duodecimo, feria V, *luna* XXV,
Indictione X, *epacta majore* III, *minore* XXV, *concurrente* III, *cyclo decemnovennali* VI.

C L I.

Rotberti Francorum Regis diploma pro reſtitutione monaſterii Latiniacenſis.

Ex chartulario Latiniacenſi.

Anno 1028.

D ROBERTUS *Dei ordinante clementia Francorum Rex. Si juſtis fidelium noſtrorum petitionibus li-*
benter aſſenſum præbuerimus, & quæ rationabiliter petierint, bonæ voluntatis gratia ſine quovis
typo perficere curaverimus; & hos nobis fideliores fieri, & noſtri regni ſtatum ſub divina cuſtodia credi-
mus confirmari: maximè tamen ſi de his quæ ad honorem ſanctæ Dei Eccleſiæ pertinent, id fieri contigerit.
Noverit igitur communis Eccleſiæ atque noſtrorum induſtria fidelium, præſentium ſcilicet atque futuro-
rum, quod quidam de noſtri regni Principibus, nomine STEPHANUS, *nobilitate & potentia Comes cla-*
riſſimus, noſter etiam nepos amantiſſimus, celſitudinis noſtræ magnificentiam humiliter adiit, & auri-
bus noſtræ ſerenitatis devotè intimavit, qualiter quamdam Abbatiam, cujus monaſterium in Pariſienſi
Comitatu fundatum, in loco ſitum habetur qui Latigniacus dicitur, quæ olim amplis terrarum ſpatiis &
largis poſſeſſionibus ditata claruerat, ſed paganorum poſtea perſecutione deſtructa, & penitus deſtituta fue-
E *rat, pater ſuus Comes* HEBERTUS *reſtauraverit, ac ſuis fidelibus cum cambiis redditis Abbatiæ propriam*
terram pro parte maxima reſtituerit. Præfatus igitur Comes Stephanus humiliter expetiit, ut præcepto no-
ſtræ auctoritatis confirmaremus, quatenus terram quam pater ſuus ibi reddidit ſive donavit, vel ipſe ad-
huc daturus eſt, ſeu alii quilibet Chriſtiani & eccleſiæ fideles ex donatione daturi ſunt, hanc ipſa Abba-
tia firmiter tenere & in perpetuum valeret poſſidere. Cujus precibus liberiori gratia præbentes aſſenſum,
conſilio noſtrorum Principum noſtrique regni Primatum, quod humiliter expetiit, efficaciter impetrare pro-
meruit. Hoc igitur noſtræ celſitudinis Præceptum fieri juſſimus, per quod præcipimus atque firmamus, ut quid-
quid prædicta Abbatia ad præſens tenere noſcitur, vel quidquid & deinceps poſſidendum à Chriſti fideli-
bus donatum fuerit, jure firmiſſimo teneat atque poſſideat. Ut autem hæc noſtræ auctoritatis præceptio fir-
miorem in Dei nomine obtineat vigorem, annuli noſtri impreſſione ſubter eam juſſimus ſigillari. Actum
Senonis civitate, anno dominicæ Incarnationis milleſimo decimo-octavo, regnante ſereniſſimo Rege RO-
BERTO XXXII. VI *Kal. Martii. Signum* ROBERTI *Regis. Signum* HUGONIS *Regis. Signum* HENRICI.
F *Signum* ROBERTI. *Signum* LETRICI *Archiepiſcopi.* BALDUINUS *Subcancellarius vice* ARNULFI *Archie-*
piſcopi primi Cancellarii recognovit atque firmavit.

NOTATIO.

LEGENDUM hic, *anno milleſimo vigeſimo octavo.* Siquidem ſubſcribit Hugo Rex Rotberti filius, qui anno ſuperiore Rex benedictus fuerat. Herberti Comitis apud Latiniacum ſepulti epitaphium in Analectorum tomo tertio Deo dante referemus. Lege chartam Henrici Comitis infrà.

 A

CLII.

Ex autographo.

Rotberti Regis & Conſtantiæ Reginæ charta de donatione prædii prope Vermeriam, facta Abbatiæ Compendienſi.

Anno 1029.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus-ſancti. Ego ROTBERTUS *gratia Dei Francorum Rex, &* CONSTANTIA *divino nutu Regina. Si primitivi fructus caritatis, quos exornat devota erogatio religioſæ liberalitatis, ad hoc efficaces ſunt & idonei, ut valeant firmare ſtatum cujuſcumque honoris, ac deinde repræſentare plenitudinem futuræ remunerationis; veriſſimè decet regiam dignitatem illis redividare & affatim exuberare, per quos ſuæ dignitatis amplitudinem valeat ſublimando erigere, & erigendo ſublimare; & demum felici commercio & incomparabili expectet æterna, & certa ſpe poſſideat expectata.* B *Quod liberalitatis genus tunc ex parte pro debito exercemus, ſi locis Sanctorum & congregationibus fidelium temporalia bona conferre non denegamus: ut tanto liberiùs cultores Chriſtianæ religionis & eccleſiaſtici Ordinis divinis inſerviant mandatis, quanto amplius fuerint ab omni neceſſitatis impedimento abſoluti. Innoteſcat ergo univerſitati ſanctæ matris Eccleſiæ fidelium, tam præſentium, quàm etiam futurorum, me & conjugem meam Conſtantiam, jocunda converſatione mihi admodum dilectam, & in adminiſtratione rerum ad ſe pertinentium ſatis utilem & ſtrenuam, prædium noſtræ regali ſedi Vermeriæ contiguum, quod de auro & patris ſui dono aſportato prædicta conjux mea emerat, ſanctæ Mariæ Compendienſis eccleſiæ, cujus cultum ſingulariter præter ceteros Sanctorum amplectebatur, & ſanctis martyribus Cornelio & Cypriano in eadem eccleſia requieſcentibus humiliter dediſſe, & devotè jure prætorio & forenſi tradidiſſe pro noſtra incolumitate & ſalute animarum noſtrarum, & filii noſtri* HUGONIS *jam regni ſolio, antequam decederet, ſublimati & proh dolor! noſtris diebus inibi ſepulti.* C *Ea autem quæ reſpiciunt ad prædictum prædium ſunt hæc. Duæ eccleſiæ cum quatuor molendinis, quinquaginta tres habitatores, hoſpites cum quadraginta quatuor arpennis vinearum, & cum quadraginta & dimidio arpennis pratorum. Denique inter hoſpites & ceteras legitimas exactiones perſolvet uno quoque anno ſub nomine cenſus duas libras denariorum, & octo ſolidos. Inculcamus adhuc numerando ea quæ cum prædio contulimus, unam ſcilicet ſylvam quæ eſt ſupra eccleſiam ſancti Germani ſita, & alteram ad Altum-Monticellum: deinde tantum terræ culturæ ad alodium pertinentis, quantum vix ſufficiunt duæ carrucæ omnibus temporibus uniuſcujuſque anni excolere. Duos præterea manſos eidem alodio adjacentes concedimus, unum in villa Mohericurz, alium in villa Veneta. Hæc omnia legaliter data, & jure forenſi & prætorio Compendienſi eccleſiæ tradita, noſtræ auctoritatis præcepto firmavimus, & in poſterum firmata eſſe ſtatuimus, & ſigillo noſtro inſigniri præcipimus, ut inferius ſcriptum eſt. Actum publicè Aurelianis,* D *anno incarnati Verbi milleſimo vigeſimo nono, regnante Rege Rotberto quadrageſimo tertio.*

Ego BALDUINUS *Cancellarius relegendo ſubſcripſi, & ſubſcribendo relegi.*

NOTATIO.

In hoc diplomate duo obſervanda, nempe quod Rotbertus Rex utatur initio contextûs pronomine *Ego*, de quo vide libri ſecundi caput tertium num. xxi. & quod Conſtantia ſimul cum eo diploma inchoat præter morem, nimirum quia ipſa donationem facit ex propriis cum Rege.

CLIII.

Notitia Brunonis Epiſcopi Tullenſis de inſtauratione cœnobii S. Apri. E

Ex autographo.

circa annum 1030.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus-ſancti, ego BRUNO, *gratia Dei Leuchorum Præſul, Clero & populo præſenti, atque univerſis hujus eccleſiæ filiis, tam viventibus, quàm & ſucceſſuris. Scitur à pluribus, qualiter tempore domni* BERTOLDI, *hujus ſedis Pontificis, per domnum Abbatem* VVILLELMUM, *locum ſancti Apri omni religione deſtitutum Deus viſitaverat, quem vix evictum precibus idem Præſul Bertoldus adduxit à Burgundiæ partibus, eique ibidem regulariter præfecit fratribus. Sed quia vita monaſtica, dum neſcitur, videtur quaſi contraria; cùm vice mutata, viderent & audirent de Ordine monachorum inuſitata, & interdiceretur quibuſque curioſis fratrum familiaritas, quæ paſſim priùs cunctis communis & facilis extiterat; his & aliis occaſionibus cœpit oriri querimonia contra locum, & cum diffamatione vituperationis ſcandalum, ut quidam Sapiens ait:* Omnis ſubita mutatio rerum non fit ſine quodam fluctu animorum. F *Unde factum eſt, ut à vicinis murmurantibus & detrahentibus, blaſphemantibus & accuſantibus, locus adverſitatem diu ſuſtineret, quàm à quibuſdam excitabat non tam malitia, quàm minus peccans ignorantia. Reddita autem pace . . . . ſede reſidente Pontifice, cœperunt qui olim adverſati fuerant . . . . reſipiſcentes rem inquirere, & ab ea quam crediderant i. . . ventam, venerari & diligere, & boni odoris famam undecumque propinare. Unde contigit, ut plures eorum quærentes ſocietatem adipiſcerentur, plerique verò etiam monachi efficerentur: ſicque creſcente fidelium devotione cœpit ſæpefatus ſublevari locus donantium largitate. Nam quiſquis in ſocietatem fratrum ſeſe offerebat, largiebatur ſpontaneus tranſitoria, ut participatione Deo ſervientium mereretur permanſura. Quapropter de expenſis eorum aggreſſi ſunt facere memoriale æternum, ut talium eleemoſyna in conſpectu fidelium præſentium & futurorum conſpicua, & in hoc ſæculo ſit in benedictionis memoriale ante Deum in remuneratione perpetua. Itaque S. Apri antiquum*

A *monaſterium vetuſtate lapſabundum, ſemel & bis olim igne concrematum, ab ipſis fundamentis renovandum conſtituerunt erigere in domicilium. Et ut ſciatur quibus benefactoribus conſtruitur, eorum vocabula pariter & expenſas nominatim ſubter aſſignaverunt, ſuique piam recordationem jugiter devotione recolendam poſteris reliquerunt. Exinde ſupplicamus hujus noſtræ ſedis ſucceſſores Antiſtites, ne juxta magnitudinem ſtructuræ facultates loci æſtimantes, obliti paternitatis duri fiant oppreſſores. Et ut noverint quàm juſta ſit hæc noſtra deprecatio, legere dignentur cartam, quam* Gauzlinus *Epiſcopus cum regali præcepto fecit & firmavit ſæpe dicto loco, in quo ante Epiſcopatum noſtram ſocietatem collocavi: in Epiſcopatu autem poſitus rebus quibus potui ampliavi, & continua noſtri memoria ut per ſingulas diei horas habeatur ibi, à fratrum fideli devotione omnibus diebus vitæ meæ obtinui.*

Hæc ſunt nomina helemoſinatorum cum helemoſinis ſuis.

Domnus Imperator Chaonradus *libras* XV *& auri uncias* IV.
B *Domna Imperatrix libras* III *& duas uncias auri.*
Domnus Epiſcopus Mettenſis II.
Comes Leitfridus VI *& ſemis.*
Comitiſſa Alberada I, *& cortinam optimam cubitorum* LXXII, *& annonæ mod.* CCCC.
Ductrix Mathildis *lib. unam & ſemis.*
Heinricus *advocatus* V.
Filista *conjux ejus* V.
Hugo *de Briſciaco* III.
VVidricus Groſſus V.
Heinricus de Fau V.
Heinricus de Tuſiaco V.
C *Hildeburgis de Barro* V.
Oda de domno Martino uncias auri IIII *& ſemis.*
Mainfredus lib. V.
Emma VI.
VValderada V.
Mainherus de Calmis V.
Lambertus Canonicus V.
Ingobertus V.
Domnus Abbas Richardus I.
Domnus Abbas Norbertus I.
Domnus Abbas Sigifredus I.
Domnus Abbas Poppo IIII.
Domnus Abbas Erlinus *unam & ſemis.*
Domnus Abbas Herbertus II.

Domnus Azechinus unam & ſemis & V *ſolid.*

Helemoſinæ converſorum.

Domnus Herbertus Primicerius V. *Domnus Herbertus Archid.* XVIII *& cappam purpuream. Domnus Gozelinus* V. *Domnus Girbertus* XII. *Domnus Albertus* VI. *Domnus Theodericus* VII. *Domnus Goisfridus unam & ſemis. Domnus Harvvardus* I, *& pallam unam. Domnus Teudo vineas ad* X *carr. vini. Comes Oddo* X *lib.*

Nec minori gratiarum actione ſuſcipiunt quod eis cives & ſuburbani noſtri in carropera fecerunt, cùm
D *ſaxa ingentia & lapides muralis ordinis totis viribus, ſpontaneo niſu, & prompta voluntate convexerunt, ruinaſque veterum murorum totius monaſterii manibus mundaverunt, cervicibus aſportaverunt, quando necdum attigerant incenſionum, deprædationum, & vaſtationum infelix infortunium. Et quia nominatim eos non capit præſens carta, capiat illos cæleſtis regni aula pro ea quam ædificaverunt Deo & ſancto Apro in hac mortali vita.*

Præterea hic annumerari dignum eſt illos, quorum fuit multo major benevolentia, quàm potuiſſet eſſe largiendi facultas, qui ſolidos quinque, aut decem, aut quindecim, aut nummos XII *vel ſex, aut plus minuſve contulerunt.*

CLIV.

E Charta Widonis Archiepiſcopi Remenſis charta de altari Germereii pro cœnobio Moſomenſi. Ex autographo.

Anno 1043.

† I*N nomine Patris, & Filii, & Spiritus-ſancti. Notum ſit omnibus tam præſentibus, quàm etiam futuris fidelibus, quod ego* VVido *Remorum Archiepiſcopus, favente Odone Archidiacono, pariterque Canonicorum conventu, precatu quoque domni* Rodulfi *Abbatis ceterorumque fratrum, conceſſerim quoddam altare in villa, quæ dicitur Germereium, Abbatiæ ſanctæ Mariæ Moſomenſis, ob remedium animæ meæ, eo verò tenore, ut defuncta ipſius altaris perſona, alia ab Abbate, quamcumque voluerit præſentata abſque aliquo munere canonicè reſtituatur. Et ut hoc firmum & ſtabile in perpetuum maneat, violatorem & infractorem hujus rei jaculo anathematis percutimus, & vinculo excommunicationis allegamus.*

F † *Signum* VVidonis *Remorum Præſulis.*

Signum Odonis *Archidiaconi. S.* Albrici *Præpoſiti. S.* VVarini *Archidiaconi. S.* Constantii *Decani. S.* Richardi *Cantoris. S.* Richeri *Presbyteri. S.* Alberti. *S.* Rotgeri. *S.* Gerardi. *S.* Erlebardi. *S.* Hugonis. *S.* VVidrici. *S.* Odonis. *S.* Sigeberti. *S.* Herimanni. *S.* Leuvini. *S.* Hugonis. *S.* Manasse. *S.* Roderici. *S.* Rotberti.

Actum Remis anno Incarnationis Dominicæ M XLIII *Indict.* XI, *regnante* Heinrico *Rege Francorum anno* XVII, *epiſcopatus verò domni* VVidonis *Archiepiſcopi anno* XI. Odalricus *Cancellarius ſcripſit.*

NOTATIO.

In hac charta notanda eſt epocha regni Henriciani ab anno M XXVII, quo anno coronatus eſt vivente patre. Omnes ſubſcriptiones eadem manu. Sigillum affixum erat cum vinculo membraneo ſtrictè ceram alligante, nullâ cerâ à tergo appoſitâ.

CLV.

Ex chartario S. Medardi.

Henrici I Francorum Regis Placitum pro cœnobio S. Medardi adverſus Rotbertum Codiciacenſem.

Anno 1047.

Eo uſque inolitum humanitatis vitium videmus profuſum, ut principale quod eſt naturæ ſuis quodammodo nebulis obfuſcet, & abjecta puritate ſimplicitatis, girum laboris delectabiliter ſub jugo cui ſe ſponte ſuppoſuit, portet. Unde neceſſario teſtimoniis eget ſimplicitas rara fulciri, quoniam nequit aliter humanæ malitiæ multiplicata verſutia vinci. Haec ex cauſa Raynoldi *Abbatis ſancti Medardi &* Rotberti *de Codiciaco altercatio longa in præſentiam uſque* Henrici *invictiſſimi Regis Francorum perducta, ejus eſt juſto judicio & regali auctoritate finita. De pluribus quæ tyrannica vi facere injuſtè valebat in Abbatia, Regeque jubente res eadem ratio finita altercationis his concluſa & firmata eſt litteris ad teſtimonium veritatis, ne ultrà prædictus Miles vel ejus poſteritas in aliquo ſubmurmuret: quemadmodum ſæpiſſimè ſuper eccleſias inſatiabililis cupido mortalium facere ſolet. Notum ſit ergo omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis & fidelibus, tam futuris, quàm præſentibus, quoniam Rainaldus gratia Dei conſtitutus Abbas cœnobii, quod præter mœnia Sueſſionicæ urbis fundatum eſt in honore ſancti Medardi, magna neceſſitate compulſus* Henricum *Regem adiit in Abbatia ſancti Stephani, in loco qui dicitur Codiciacus, coram Epiſcopis & Abbatibus ac nobilibus multis qui infrà notati ſunt, adſtipulandæ causâ veritatis; & ſupra Rotbertum pro cuſtumis quamplurimis, contra jus & fas in eadem Abbatia ſcilicet ab ipſo levatis, querimonias intulit auribus piiſſimi Regis. Affuit ille regia coactus præceptione, & quæ injuſtè præſumpſerat & levaverat, licet diù fruſtrà nitens defendere, tandem tam juſſu potentiſſimi Principis, quàm præſentium ratione firmiſſima nobilium victus, id ſolum quod infra ſubſcripſimus, in Abbatia ſibi deberi, de præteritis pœnitens compulſus annuit. Si Abbati aut miniſtris ejus de hominibus forenſibus, ſicuti de ledis aut aliis tortitudinibus, quiſpiam potentum aut vicinorum aliquid fecerit injuſtum, & Abbas aut miniſtri ejus per ſe poterunt habere & recipere rectum, in hoc non Rotbertus neque poſteri ejus nihil clamandum habebunt. Si autem Abbati aut miniſtri ejus ad obtinendam juſtitiam defecerit virtus, & ob hoc ipſe Rotbertus aut poſteri ejus ab Abbate aut miniſtris ipſius moniti fuerint & invitati ad faciendam defenſionem; ſi per eos juſtitiam receperint, tunc ex juſtitia, quam vulgò vocant Legem, tertiam tantùm habebunt partem. Quia igitur de juſtis & injuſtis cuſtumis ad hanc ſolam multorum teſtimoniis recognoſcens eſt adductus; idoneorum teſtium nomina quibus præſentibus id actum eſt & firmatum, hîc inferius ſignavimus, ne (quod poſthac numquam fieri credimus) ad amplius requirendum vel ipſe reſpirare audeat, vel ſuorum aliquis poſterorum. Et ne ulteriùs fieret, juſſu Regis in præſentiarum omnes Epiſcopi qui ſubſcripti ſunt, anathematizaverunt, quod Rex propria manu firmavit, atque ſigillo regiæ auctoritatis conſignari fecit.*

Signum Vvidonis *Remorum Archiepiſcopi. Signum* Beraldi *Sueſſorum Epiſcopi. Signum* Vvalteri *Meldenſium Epiſcopi. Signum* Gibuini *Laudunenſis Epiſcopi. Signum* Dragonis *Belvacenſium Epiſcopi. Signum* Rogeri *Catalaunenſis Epiſcopi. Signum* Frolaudi *Silvanectenſis Epiſcopi. Signum* Rainaldi *Comitis. Signum* Guidonis *filii ejus. Signum* Drogonis. *Signum* Godefridi *ſancti Quintini Militis. Signum* Balduini. *Signum* Vvalteri *Albani. Signum* Vvillermi *fratris ejus. Signum* Vvidonis *Vicecomitis. Signum* Guidonis *de Cerchia. Signum* Vvazelini *de Chaſneyo. Signum* Vvidonis *Mareſcalci. Signum* Drogonis *Præpoſiti. Signum* Odardi. *Signum* Odelini *Camerarii. Signum* Gunzelini. *Signum* Fulconis. *Signum* Evrardi *filii Heſſelini. Signum* Gerardi. *Signum* Vivieni. *Signum* Aeilberti. *Signum* Henrici *Regis Francorum invictiſſimi.*

Deſcripta vice Rainodi *Cancellarii jubente* Rainaldo *Abbate, anno incarnati Verbi milleſimo quadrageſimo ſeptimo, Indictione quinta-decima, regni verò Henrici Regis nono-decimo.*

NOTATIO.

De hoc Placito vide librum IV ubi de Cauciaco, qui locus hîc *Codiciacus* appellatur. In chartario ſcriptum erat, *anno incarnati Verbi milleſimo quadrageſimo nono*, at reponendum, *ſeptimo*, ſi Indictio hîc rectè ſcripta eſt, ducto calculo Henrici regni ab ejus coronatione, anno M XXVII facta. Confer Placitum Philippi Regis infra contra Albericum Cauciacenſem.

CLVI.

Ex Chartul. Latiniacenſi.

Henrici Trecenſium Comitis charta de procurationibus relaxatis pro anniverſario Comitis Theobaldi apud Latiniacum.

Anno 1052.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Ego Henricus *Trecenſium Comes Palatinus, beneficium quod eccleſiæ beati Petri Latigniacenſis exhibui, & quod eidem per divinam providentiam miſericorditer*

A *impendi, præſentibus & futuris notificare volens, hoc tam litteris meis, quàm ſigillo aſſenſu matris meæ* MATHILDIS *Bleſenſis Comitiſſæ, & fratrum meorum, videlicet* THEOBALDI *Bleſenſis Comitis, &* STEPHANI *&* GUILLERMI *Clerici confirmavi. Sciant igitur omnes, quod ibidem contigit* THEOBALDUM *patrem meum & obiſſe, & ſedere, & per magnam reverentiam dignè ſepultum fuiſſe. Pro quorum remuneratione beneficiorum, ejus honeſtiſſima inhumatione, & quia eccleſia tempore patris mei frequentiſſimis ejus viſitationibus erat multis expenſis ſupra modum afflicta; quapropter quia omnium rerum temperator Deus per meum beneficium tantum onus domus religionis relevari voluit, manifeſtum volui fieri omnibus, me ſupradictam eccleſiam ab omni procuratione meorum liberam & relaxatam feciſſe, excepta procuratione meæ perſonæ, & eorum, qui mecum Latigniacum aderunt, & excepta procuratione fratrum meorum, ſcilicet Theobaldi Comitis Bleſenſis, Stephani, Guillermi, & eorum qui cum ipſis Latigniaci aderunt. Heredes autem horum fratrum meorum non procurabit eccleſia, neque de procuratione poſt mortem eorum, niſi tantum Brienſi domino reſpondebit. Sciendum*
B *quoque eſt, quia de centum modiis vini & octo, quos hoſpites eccleſiæ Latigniacenſis per ſingulos annos patri meo & anteceſſoribus meis perſolvebant, pro anniverſario ejus, ut ſollemniter à fratribus celebretur,* X X *modios condonavi. Hujus rei teſtes ſunt* MANASSES *Meldenſis Epiſcopus,* LAMBERTUS *Abbas ſancti Faronis,* GODEFRIDUS *Abbas de Caſtrotheoderici,* ELIAS *Abbas ſanctæ Mariæ de Cagia,* THEOBAUDUS *Abbas de Calmis,* GODEFRIDUS *Abbas ejuſdem eccleſiæ,* HUGO *Decanus Meldenſis,* GIRARDUS *de Cantumerulæ,* ALVEREDUS *Prior ejuſdem eccleſiæ, Rogerius Subprior, Huldricus Præpoſitus, Ivo Cantor, Ricardus Sacriſta, Lucas, Helgotus, Guido, Ricardus Scriba, Oduinus, Gervaſius; Galterus. De laicis,* EBRARDUS *de Puteolo conſanguineus meus,* GALTERIUS *de Montemirabili,* JOSCELINUS *de Alneello,* ANSERICUS *de Monteregali,* RENALDUS *de Pomponia, &* JOANNES *frater ejus, Albericus filius Iohannis, & Drogo, & Henricus filius ejus, Simon filius Præpoſiti, Ernulfus Corberini, Petrus filius, Garnerius filius Benedicti, & Gaufridus filius ejus Alberti, Galterus de Bervini. Actum eſt hoc Pruini-caſtro, anno*
C *ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo ſecundo,* LUDOVICO *Rege regnante, &* THEOBALDO *Pariſienſi Epiſcopo exiſtente, manu enim* GUILLERMI *Cancellarii tradita eſt.*

NOTATIO.

Ex hac chatta manifeſtum eſt, Theobaldum III Latiniaci ſepultum eſſe, uti & Theobaldum IV, cujus ibidem mauſoleum cernitur ex Pario lapide. In eodem chartario exſtat *Notitia de charta anniverſarii Theobaldi Comitis*, cujus Notitiæ teſtes recenſentur *Robertus Prior, Vitalis Præpoſitus, Guillermus Cantor*, HUGO FARSITUS, *Rogerus Subprior* &c. quod idcirco hîc noto, ſi quid fortè hic locus conferat ad illuſtrandum Hugonem Farſitum, ad quem exſtat epiſtola S. Bernardi Abbatis. De Theobaldi IV anniverſario lege aliam chartam infra.

D

CLVII.

Philippi I Francorum Regis Placitum pro monaſterio S. Medardi adverſus Albericum Cociacenſem.

Ex chartario S. Medardi.

Anno 1066.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego* PHILIPPUS *gratia Dei Francorum Rex. Dum ſub tutore degerem* BALDUINO *Marchione, meo patre nuper defuncto, in diebus pueritiæ meæ, Compendii eſt habitum colloquium publicum, cui interfuit prædictus Marchio Balduinus meus (ut prædixi) patronus cum* GERVASIO *Remenſi Archiepiſcopo, & aliis pluribus Epiſcopis, ſcilicet* ADELARDO *Sueſſionenſi,* VVIDONE *Ambianenſi, altero* VVIDONE *ſimiliter Belvacenſi,* BALDUINO *Noviomenſi, ac* DROGONE
E *Tarvanenſi, cujus convocatio & conſeſſus propter complures maximè factus eſt proclamationes, quas adverſus* ALBRICUM *Cociacenſem Abbas S. Medardi* RAYNOLDUS *juſtè habebat, qui advocatoria & conſuetudine iniqua terras ſancti Medardi poſſidere volebat, ſcilicet in terris ſancti Medardi, ubicumque vellet, prandium ſibi præparari faceret, & à cœnobio ſancti Medardi & Vico-caſtro mediâ viâ de ſuo caſtello ruſticos & incolas ad ſuam juſtitiam venire compelleret, & in hoſtem profecturus equos ſecum de prædictis villis, quantoſcumque vellet, duceret; & equites earum ſecum ire cogeret. Mercatores denique & vini conductores de Flandrenſi natione ad terras ſancti Medardi venientes juſtificare volebat, quod retrò inauditum, ac ei inlicitum erat, niſi priùs proclamationem apud Abbatem aut procuratores villarum faceret. Denique mercatores quatuor Comitatuum, ſcilicet Noviomenſis, Viromandenſis, Ambianenſis,* Santers, *nullus anteceſſorum ſuorum aliquo modo euntes aut redeuntes, ſicut ille uſque ad iſtius diem proclamationis injuſtè fecit, inquietare præſumpſit: quoniam eorum procuratio erat ſub tutela alicujus*
F *monachi ad hoc & hiis ſimilia procuranda conſtituti. Et quia nihil horum quæ ſuprà memoravimus ſibi potuit adquirere, nec dono, nec veſtitura, nec teſtimonio; omni ſubmota ratione, communi cenſura totius conventus Epiſcoporum atque laïcorum, injuriam quam ſæpè ſupramemorati ſancti loco injuſtè intulit, legaliter convictus emendavit, ea conditionis conventione, communique præſentium aſtipulatione, ut ſi amplius aliquid horum fecerit, & inde proclamationem Abbatis habuerit, niſi poſtea infra quindecim dies quod commiſit emendare & proclamata reſtituere procuraverit, Silvanectis in captionem ſe conferat, donec capitale legaliter reddat, & decem libras auri regio fiſco pro inlata injuria & temeritate, antequam diſcedat, perſolvat. Quam etiam conventionem manu ſuâ tunc in manum Balduini Marchionis mei tutoris miſit; ſeque juramento firmaturum, quandocumque eum monerem, ſpopondit. Ut ergo hujus ratio conventionis in perpetuum rata permaneret & inviolabilis, ego Philippus puer Rex Francorum anno Incarnationis dominicæ milleſimo ſexageſimo ſexto, Indictione* IIII, *regni verò mei anno quinto*, manu pro-*

* *l.* ſeptimo.

pria firmavi & ſigilli regii impreſſione firmare juſſi, & ſignatam manibus multorum præſentium Regi A
Francorum fidelium corroborandam tradi præcepi. Signum piiſſimi Regis Francorum PHILIPPI. *Signum*
BALDUINI *Comitis nobiliſſimi. Signum* GERVASII *præclariſſimi Remorum Archiepiſcopi. Signum* ALARDI *tunc temporis Sueſſorum dicti Epiſcopi. Signum* VVIDONIS *Ambianenſium Epiſcopi. S. alterius* VVIDONIS *Belvacenſium Epiſcopi. S.* BALDUINI *Noviomenſis Epiſcopi. S.* DROGONIS *Tarvanenſis Epiſcopi. S.* RODULFI *Comitis. S.* VVILELMI *Sueſſorum Comitis. S.* VVIDONIS *Comitis Pontivenſis. S.* ANSELLI *Huſſeleng. Signum* VVAZCELNI. *Signum* RODULFI. *De familia Regis, Signum* BALDRICI. *Signum* INGENULFI. *Signum* FREDERICI. *Signum* AMALRICI. *Signum* VVIDONIS. *Signum* ROTBERTI *Advocati. Signum* JOHANNIS *de Vico ſancti Medardi. Signum* DROGONIS. *Signum* ADONIS. *Signum* ODONIS. *Signum* FULBERTI.

B

CLVIII.

Ex autographo

Vvidonis Epiſcopi Belvacenſis charta de donatione Goſcelini Infantis moribundi facta cœnobio S. Luciani.

Anno 1075.

I*N nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis amen.* VVIDO *divina miſeratione Belvacenſis Epiſcopus, univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis inperpetuum. Si diligenter conſideremus quid mercedis apud Deum ſit repoſitum creditam ſibi diſpenſationem bene miniſtrantibus, nec pigri necremiſſi, ſed pervigiles & ſtrenui circa nobis injunctum officium perſtaremus inveniri: præcipuè cùm ex altero periculum pendeat diſtrictæ correctionis, ex altero præmium acquiratur æternæ beatitudinis. Quod nos perpendentes, de noſtra quidem imperfectione timidi, de Domini verò miſericordia, cujus non eſt numerus, præſumentes, ob indemnitatem & pacem & quietem ſanctæ conſervandam Eccleſiæ, ad poſterorum memoriam pertrahi* C *volumus cauſam neceſſariam præveniſſe, quia nobiſcum accitis quibuſdam religioſis & magnificis viris ad expediendum negotium noſtrum, caſtrum quod dicitur Monsdeſiderii adierimus, & audientes ibidem quemdam nobilem virum militarem* GOSCELINUM, *Infantem cognomine, filium* ASCELINI *de Bulis, affixum ægritudinis lecto decumbere, gratiâ conſolationis ad eum divertimus. Qui cum à nobis audiſſet quæ ſibi fierent in ſalutem, & ex noſtra viſitatione plurimùm gaviſus gratias nobis referret, dominumque* THEOBALDUM *venerabilem Abbatem cœnobii beati Luciani, quod præcordialiter dilexerat, ſicut & ipſi novimus, propter adſtare videns; ad nos converſus, Per manum, inquit, domine pater, veſtræ ſanctitatis offero, trado, concedo donationis oblationis & eleemoſynæ titulo, pro remedio animæ meæ & omnium progenitorum meorum, eccleſiæ beati Luciani ad uſus fratrum ibi Deo ſervientium, & in recordationem & memoriam anniverſariæ depoſitionis meæ, poſtquam ibi ſepultus fuero, faciendam, medietatem feodi* D *quod hereditario poſſederam apud Hovvecurtem, in terris ſcilicet, hoſpitibus, nemoribus, & in omnibus omnino juſtitiis & conſuetudinibus. Pro cujus devotione nos multum exhilarati, donum illud ſollemniter factum præſentibus* HUGONE *domino de Bulis & de Domno-Martino, &* MATTHÆO *avunculo Goſcelini, & concedentibus, ſtatim de manu noſtra petente Goſcelino in manum domni Theobaldi Abbatis depoſuimus: & per eccleſiaſticam & canonicam inveſtituram dictam Abbatiam collati ſibi beneficii perpetuo conſtituimus heredem, ſub anathematis interminatione prohibentes, ne quis hanc eleemoſynam ſemel ſecundove præmonitus ab ea ſubtrahere vel alienare præſumat. Teſtes* ROGERUS GUNSCELINUS *Archidiaconus,* VVATERUS *Theſaurarius,* HENRICUS RAINERIUS *Capellanus,* HUGO *Comes de Domno-Martino,* MATTHÆUS & PAGANUS, *avunculi Goſcelini, qui die ſepulturæ ipſius,* IIII *videlicet Idus Iulii menſis, præſente toto conventu ſuper altare ſancti Luciani, ſicut eis injunxerat Goſcelinus, donum iſtud poſuerunt.* BALDUINUS *filius Milonis,* RADULFUS *Putæ-naturæ, Ilgerus de Bulis, Vvarinus de* E *Buſchans, Drogo Dapifer, Radulfus filius Oylardi de Domno-Martino, Humbertus Puer, Vvalterus Venator, Vvalbertus Venator, Herbertus Cubicularius. Actum Belvaci, anno Incarnati Verbi* M LXXV, *regnante* PHILIPPO *Rege Francorum.*

NOTATIO.

SIGILLUM Epiſcopi affixum: omnes ſubſcriptiones eadem manu abſque ſigno crucis. De donationibus per manus Epiſcoporum factis lege libri tertii caput v num. XIV.

CLIX.

Ex chartario Silvæ-majoris.

Conventus Aquitaniæ Procerum Burdegalæ habitus, in quo datur ſalvitas cœnobio Silvæ-majoris. F

Anno 1079.

O*Mne exemplar vel decretum poſteris profuturum libris eſt cartiſve inſerendum: ut quod brevis perdit memoria, ſervata queat reddere pagina. Poſtquam igitur egregius Pictavenſium Comes Duxque totius Aquitaniæ* VVILLELMUS, *domnum,* GERALDUM *ſummæ religionis Abbatem, cum ſibi ſubjecta congregatione vellet in Silva-majori permanere, eccleſiamque in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ ædificare cognovit; multa loco iſto beneficia contulit, non ignorans ſe fore ſemper ipſius eccleſiæ participem orationum, ſiquidem exaltaretur per ipſum. Donatum itaque ipſum ab omnibus poſſeſſoribus allodium, ac coram principibus regionis ſanctæ Mariæ & præfato Abbati traditum, & undique diſterminatum, ita ſua omniumque poteſtate abſolvit, ut nemo ibi, non Comes, non Vicecomes, non Præpoſitus, non Vicarius, non Miles, nullaque prorſus perſona aliqua ratione quidquam jure vel advocationis ſive dominationis*

A audeat exhibere: non violentiam cuilibet inferre, non telonium aut vadimonium capere, non judicium aut juſtitiam juſtè vel injuſtè exercere, nullamque omnino calumniam agere: quatinus Abbas & congregatio ipſius loci liberiùs Deo poſſint militare. Et quandoque forſitan inhabitans populus omnium, præter monachorum, ſit jugo ſolutus: ſed ſi quid fuerit corrigendum, ad eos vel ad quos voluerint ſit referendum. Quicumque autem illuc fugiens pervenerit, nemo intra terminos ipſius allodii præſumat illum inſectari. Hanc etiam libertatem & (ut vulgariter loquar) ſalvamentum conceſſit præfatus Comes territorio quod dicitur Trajectum, quod ab eodem & ceteris poſſeſſoribus præfato Abbati & Silvæ-majoris eccleſiæ fuerat donatum. Dedit quoque idem egregius Dux libertatem monachis Silvæ-majoris, ut ſemper ſingulis annis liceat eis per Gerundam fluvium navigio tranſcendere quo libuerit decem modios ſalis pro acquirenda annona ceteriſque ſibi neceſſariis. Præterea ad luminaria eccleſiæ donavit quamdam curtem Broja nomine, ut quidquid cenſûs ibi habebat, ſine aliquo typo vel cujuſquam calumnia ſemper ad eamdem eccleſiam B perveniat. Cujus videlicet Comitis juſſu ac precatu, Achelinus Villelmi de Blancafort ac Guilhelmus Seguinii quidquid in ea ſcilicet curte habebant, ſimiliter donaverunt. Sed & Villelmus Heliæ Burdegalenſis Vicarius piſcaturam ibi dedit Silvæ-majoris fratribus. Acta eſt ergo hæc omnis donatio ab ipſo Comite in Burdegalenſi civitate, præſentibus nobilibus ac potentibus viris, qui propter memoriale teſtimonii in hac cartula ſunt ſcripti. Anno ab Incarnatione Domini M LXXIX, epacta XV, Indictione II, anno VII Gregorii VII Papæ, Philippo Francorum Rege. Iſti ſunt Nodatores ac præfatæ donationis firmatores.

S. GOCELINUS venerabilis Burdegalenſium Archiepiſcopus. S. & ACHELMUS Archidiaconus totuſque ſancti Andreæ Clerus. S. CENTULFUS de Biarno. S. RADULFUS de Sancto Hilario. Signum VVILLELMI fortis de Dordone. Signum BALDUINI de Centujano. Signum BERNARDI de Baſlada. Signum AMELRICI Vicecomitis. Signum ODONIS Nepotis Comitis Signum BALDUINI de Dun.

C Igitur præfatus Dux Vvillelmus præſentibus his aliiſque nobilibus viris XII Kalend. Iulii firmavit hoc memoriale beneficium, à quibus omnibus conceſſum eſt atque laudatum, ac perpetua ſtabilitate traditum.

Sequenti etiam anno congregato Burdegalenſi civitate Concilio confirmata ſunt iterum hæc à Comite ipſo, decretumque eſt ab omni Epiſcoporum, Abbatum & Sacerdotum collegio, ut quicumque aliqua temeritate violare temptaverit, perpetuæ excommunicationis damnatione reus ſit, niſi ad congruam ſatisfactionem venerit.

† Ego AMATUS ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatus confirmo.

† Ego HUGO ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatus confirmo.

Signum GOCELINI Burdegalenſis Archiepiſcopi. Signum RODULFI Turonenſis Archiepiſcopi. Signum VVILLELMI Auxienſis Archiepiſcopi. Signum BOSONIS Santonenſis Epiſcopi. Signum ADEMARI Engoliſmi Epiſcopi. Signum VVILLELMI Petragorenſis Epiſcopi. Signum RAYMUNDI Baſacenſis Epiſcopi.

D

NOTATIO.

IN hac charta obſervanda eſt confirmatio uno poſt anno facta in Concilio Burdegalenſi ſignis chartæ antea factæ appoſitis. Eamdem libertatem teſtatam facit Geraldus ipſe cœnobii Abbas & auctor Notitiâ conditâ, cui præter ſupradictos Epiſcopos alii ejuſdem Burdegalenſis Concilii Patres ſubſcribunt. Notitiam hanc in Actis ipſius Geraldi Deo dante referemus. Denique eamdem libertatem Barones ac Principes Gaufrido ſexto Abbate confirmarunt; nec multo poſt Vvillelmus Comes filius Vvillelmi Ducis, qui apud ſanctum Jacobum obiit. Hæc ex collectaneis noſtri Claudii Stephanotii. De *Nodatoribus* infrà in Corollario IV.

CLX.

E

Theobaldi Comitis Palatini charta de ſervis S. Martini.

Ex antigrapho D. d'Herouval.

Anno 1083.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti amen. Ego Tetbaldus Palacii Comes præcepi litterarum tenaci memoriæ tradi, & ſic notum fieri poſteris ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus atque noſtris, quod in præſentia multorum facio, à quibuſlibet videri vel audiri volo. Quia enim injuſtè & nulla juris noſtri repetitione præmiſſa mancipaveram mihi & eccleſiæ ſancti Martini, per manum Guillelmi Præpoſiti & aliorum fidelium noſtrorum, ſervos atque ancillas, qui nati ſunt ex conjugio ſervorum ſanctæ Mariæ Carnotenſis eccleſiæ & ancillarum noſtrarum & eccleſiæ ſancti Martini, vel è converſo; venit ad me GAUFRIDUS Epiſcopus, Decano & aliis quibuſdam perſonis eccleſiæ ſibi adhibitis, humiliter poſtulans, ut ſicut anno introitus ARRALDI Epiſcopi, ut ſicut quietam poſſeſſionem ſervorum & ancillarum ex tali F conjugio habuerat Carnotenſis eccleſia, ita ſibi habendam perpetuò redderem liberam & quietam de his qui uſque ad hancdiem ſimili matrimonio copulati erant. Precibus ergo Epiſcopi & Canonicorum præſertim juſtis in hac re diſſentire indignum duxi, & litis atque contentionis cauſam funditus eradicare, atque pacem quæ Deo conciliat animas, elegi inter nos & canonicos ponere. Conſenſu ergo ſororis meæ BERTÆ, & uxoris ADELAIDIS atque filiorum meorum STEPHANI & ODONIS, necnon etiam Canonicorum ſancti Martini, facio quod Epiſcopus & Canonici petierunt, & ſervos vel ancillas de quibus ſermo eſt, à noſtra manu in poteſtatem illorum reddo liberam & quietam: hoc tamen addens, quòd ſi fortè contigerit ſimile matrimonium inter ſervos noſtros & illorum; ſervent erga nos legem illam & conſuetudinem, quam poterunt probare legitimè canonici ſancti Martini ſe habuiſſe tempore Odonis Comitis, antequam prohibuiſſet, ne ſervi canonicorum ſanctæ Mariæ conjugio miſcerentur ſuis. Vt ergo hæc noſtra conceſſio petitionis illorum plenariam firmitatem in poſterum habeat, cartam hanc ſigillo auctoritatis noſtræ impreſſo,

cruce autem facta manu noſtra roboravimus, & fidelium noſtrorum manibus tangendo corroborandam de- A
dimus.

Signum TETBALDI † *Comitis S.* † ADELAIDIS *uxoris ejus. S. Ingelranni Sueſſorum Archidiaconi.*
S. Ramerii Bleſenſis Clerici. S. Bonidonis Lambardi. S. Rotberti Capellani. S. Hugonis Capellani. S.
Tetbaldi de Rupibus. S. Gilduini Bleſenſis. Signum Dudonis Dapiferi. S. Fulconis de Brana. S. Rodulfi
de Vitreio. S. Rotberti Legis-docti. S. Guillelmi Præpoſiti. S. Goſcelini canonici ſancti Martini. S. Gradulfi
canonici. S. Isberti de Gurzeis. S. Hilduini Præcentoris. S. Girardi Majoris. S. Ugonis Cubi . . . . .
S. Guidardi de Vana. S. Guillelmi ſervientis. S. Hugonis filii Rotrochi. S. Gauterii Cenomanenſis. S. Gel-
duini de ſancto oculo. S. Hugonis Conſtabularii.

Data V *Idus Ianuarii, Indictione* VI, *anno à Paſſione Domini milleſimo* LXXXIII, *regni autem*
Philippi XXIII. *Scripta manu* INGELRANNI *Carnotenſis eccleſiæ Decani & Cancellarii.* B

NOTATIO.

IN hac charta duo maximè obſervanda: unum eſt, eam tangendam fuiſſe porrectam teſtibus ad confirmandum, qua de re in libri II capite XXII num. XIV. alterum, ipſam notatam eſſe à *Paſſione Domini*, quod idem eſt atque *ab Incarnatione*. Confer lib. II caput XXIII, num. XVI.

CLXI.

Ex archivo Compendienſi.

Odonis domini Peronenſis charta, qua Capiacum Compendienſi eccleſiæ reſtituit. C

Anno 1091.

I*N nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti, ſanctæ & individuæ Trinitatis. Omnibus eccleſiæ fidelibus*
notum eſſe volumus, ſanctam Dei Compendienſem eccleſiam ab Imperatore KAROLO *& ejus ſucceſſo-*
ribus ita eſſe fundatam, & ex propriis eorum beneficiis magnificè ditatam, à ſancto verò JOHANNE
ſummo Pontifice & Papa Romano, & à LXX *Epiſcopis ita ſacratam, & privilegiis adeò nobilitatam,*
ut quiſquis ex ejus beneficiis aliquid violenter auferre vel ſubtrahere præſumpſerit, procul dubio anathe-
mate percuſſus Apoſtolicam damnationem & tremendi Iudicis offenſionem incurrat. Sed poſtea morum &
temporum ſerie variante extitère perverſi homines, quorum violentia ad id veſaniæ prorupit, ut non ſo-
lùm Deo pro collatis beneficiis gratias non referrent, ſed verſi in ſuperbiam bonitate & patientia Dei
abuterentur, & in ſanctam Dei Eccleſiam conſurgentes, ſervos Dei opprimerent, prædia eccleſiarum di-
riperent: poſtremo fas & omne nefas ſimul conglomerantes, anathemata cuncta parvi penderent. Vnde D
accidit, ut cum malorum incurſio per ſucceſſionem temporum incrudeſceret, à prædicta Compendienſi eccle-
ſia alodium quoddam, nomine Capiacum, quod Karolus Rex eidem eccleſiæ dederat, donumque ſuum ma-
nu propria in privilegiis ejuſdem eccleſiæ firmaverat, violentia quorumdam Principum fuiſſe abſtractum,
& multorum annorum ſavè ab ipſa eccleſia penitùs alienatum. Sed Dei clementia propitiante ex Perronen-
ſium Principum ſucceſſoribus tandem extitit unus, nomine ODO, ROTBERTI *filius, vir Chriſtianiſſi-*
mus, & Perronenſe principatu magnificè ſublimatus, qui cùm præfatam eccleſiam cultu & reverentia in
animo amplecteretur, audiens quaſdam partes prædicti alodii, ex antiqua conſuetudine Campos ſancti
Cornelii proprio nomine ab incolis & vicinis nominari; Domino inſpirante ad prædictam Compendii
eccleſiam venire non neglexit: ibique revolutis privilegiis, præſentibus quibuſdam qui cum eo venerant
clericis, Capiacum eccleſiæ Compendienſi pertinere ſine ulla ambiguitate cognovit. Hoc facto, cùm ſe ſe, licet
ignoranter, anathemati hactenus ſubjacuiſſe cognoſceret, & ut ſibi ignoſcerent fratres eccleſiæ humilis E
imploraret; indulgentia & abſolutione anathematis à fratribus eidem eccleſiæ deſervientibus miſericor-
diter impetrata, partes quaſdam jam nominati alodii eccleſiæ reddidit. His ita geſtis, illas eaſdem par-
tes, quas (ut diximus) eccleſiæ reſtituit, reddiderunt & fratres ejuſdem eccleſiæ ſub eo tenore, ut ſingu-
lis annis, quamdiu vixerit, XII *ſolidos in feſtivitate ſanctorum Cornelii & Cypriani Canonicis eccle-*
ſiæ Compendienſis cenſualiter perſolvat: poſt mortem verò ſuam faciant fratres eccleſiæ anniverſarium ejus,
& in ipſo die ſui anniverſarii perſolvant ſucceſſores ejus perpetualiter ipſos XII *ſolidos fratribus eccleſiæ*
Compendienſis ſine ulla dilatione & termini immutatione. Annuit etiam, ut ſi qui ex ſuis omnibus ali-
quid de prædicta terra tenentes eamdem quam tenebant terram relinquere, & in jus præfatæ eccleſiæ reſti-
tuere vellent; ratam & firmam eſſe reſtitutionem illam, & ab eo laudari & confirmari. Et ut firma &
inconvulſa permaneat inſtitutio iſta, hoc præceptum & hanc ſubſcriptionem inde fieri juſſit, quam ipſe
manu propria & ſigilli ſui impreſſione firmavit. Actum eſt Perronæ, anno ab incarnato Verbo Dei M XCI, F
Indict. XIIII. *Signum* ODONIS *Perronenſis domini. S.* LUCIÆ *uxoris ejus. S.* ANDREÆ *Decani. S.* STE-
PHANI *Theſaurarii. S.* FULCONIS *Cantoris. S.* ODONIS *Caſtellani. S.* GERARDI. *S.* MAMERI.
S. ROGERI. *S.* ODONIS. *S.* ALBERTI. *S.* DROGONIS. *Nomina Compend. Canonicorum qui adfuerunt*
Vvilberti Sacerdotis. S. Herelini Canonici. S. Roberti Canonici. S. Vvidonis Canonici.

CLXII.

Philippi primi diploma pro Milidunenſi cœnobio S. Petri.

Ex autographo.

Anno 1094.

ETerni Regis miſerante gratia, à quo extat omnis poteſtas, per quem dignitas viget regia, ego PHILIPPUS *Francorum tenens gubernacula, cunctis quos Chriſti gignit virgo mater aecclеſia. Docet ſpiritalis norma, mercari felici commercio pro luteis ſiderea, pro caducis perhennia transferri polo terrena negotia. Totius enim pietatis opifex ſic eſt dicturus in extremo examine: Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Iura ergo regiminis juſtè diſponere cupiens, ſollicitè conſideret quid mereatur qui ſcandalizaverit unum ex puſillis. Expedit ei, inquit Evangeliſta, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus & demergatur in profundum maris. Itaque ego Philippus regiæ majeſtatis aures piè accommodans querеloſis vocibus fratrum cœnobii ſancti Petri Milidunenſis, quibus triſtè querebantur de violentia & invaſionibus, quas noſter Præpoſitus ceterique noſtri ſatellites injuſtè illis & illorum hominibus inferebant, inquietantes eos, juditia & alia multa ſæcularis cenſuræ impiè ab eorum ſuburbanis exigentes, ſcandalizantis honus ferre verens, ſecundum dicta* ROTBERTI *reverentiſſimi Regis, necne patris mei* HENRICI *dignæ memoriæ, quicquid exactionis ſubtili callidorum aſtutia dici vel excogitari poteſt, dimitti cenſeo, indultum & remiſſum decerno. Nam cùm ſervi Dei quietè Deo famulari debebant, noſtrum Præpoſitum & Vicecomitis miniſtros pro ſuis hominibus ſæpiſſimè triſtes proſequebantur. Hii angoris anxietate coacti, præſente Domno* RICHERIO *Senonenſi Archiepiſcopo noſtram adierunt præſentiam, deferentes ſecum præſcripta privilegia Regum, quorum dicta coram Milidunenſibus Proceribus ex noſtra parte obſervanda ſtatuo. Et ut fratres pro noſtra ſalute noſtrique regni pace exorent, ac in celeſtis Ianitoris monaſterio placidè & tranquillè famulentur Domino; regali auctoritate jubeo, paterna pietate obſecro, comminando conteſtor, ut nemo mortalium regia vel alicujus potentis fiſus tuitione, res præfati cœnobii, ubicumque fuerint, audeat invadere. Remitto igitur, indulgeo omnes pravorum adinventiones, ſæcularium negotiorum exactiones, fredorum, raptuum, bannorum, judiciorum, necnon incendiorum, & omne quod ſæculares occaſione legis humanæ mentes concipi queunt. Callem etiam publicum, quem noſtri miniſtri noſtro juri injuſtè vendicabant, à radice montis ex parte ſuburbii ſancti Aſpaſii uſque ad prædia vallis Randonis, beato Petro & ejus monachis liberum ab omni inquietudine concedo, ne aliquis noſtrorum clientum occaſione prædicti callis aliquam moleſtiam inferat ad refugium ſuburbii confugientibus. Executores & cooperatores hujus regalis Præcepti Paſtorum ſummus, cujus honore & amore id egimus, cui curam ovilis commiſit Chriſtus, deducat in mitis Agni regno, qui ſe dedit paſſioni pro ſalute mundi: calumniatores verò ac violatores iram incurrant Patrisfamilias, velut ſervus nequam, qui conſervo noluit miſereri, adduranturque cum Sodoma & Gomorra, & ad nihilum redigatur illorum audacia. Et ut inviolabile permaneat, noſtræ majeſtatis ſignamus ſigillo, ne quis illud audeat infringere.*

Signum PHILIPPI *venerandi Regis. S.* RICHERII *Archiepiſcopi Senonenſis. S. Denberti Præpoſiti S. Stephani. S. Herberti ſancti Salvatoris Abbatis. S. Milonis Vicecomitis. S. Marci Vicecomitis. S. Giſleberti Cancellarii.*

Actum in turre Milidunenſi, anno ab Incarnatione Domini milleſimo LXXXXIIII, *regni autem Philippi Regis* XXXVI, *Indictione ſecunda, Vuillermo tunc Milidunenſi Vicecomite.*

NOTATIO

SIGNUM Regis ampliſſimo charactere expreſſum eſt nullo appoſito ſive ſigno crucis ſeu monogrammate. Ejuſdem quantitatis eſt ſignum Richerii Archiepiſcopi: aliorum ſigna & nomina eodem ſcriptoris calamo exarata ſunt. In ſubſcriptione annorum Chriſti nonnemo unum x temerè delevit. Anni Regis ab ejus conſecratione vivente patre facta computantur. De titulo *venerandi* ſeu *venerabilis* diximus in lib. II cap. VI num. VIII.

CLXIII.

Philippi Epiſcopi Catalaunenſis charta, remittentis jus Advocati monaſterio S. Baſoli prope Remos.

Ex autographo.

Anno 1096.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus-ſancti. Noverit Chriſtianæ Religionis fidelis & beata devotio; noverint præſentes cum eo quem fecit Dominus, & naſcetur populo, quod ego PHILIPPUS *gratia Dei Cathelonenſis Epiſcopus, Comitis quidem* TETBALDI *ex domina* ALAIDE *Comitiſſa carnalis filius, ſanctæ verò Remenſis ecclеſiæ ſpiritualis alumpnus, dominuſque* HUGO *Comes frater meus, in Abbatiam ſancti Baſoli, quæ eſt in territorio Remenſi ſita, quorumdam noſtrorum inſtinctu deberi nobis quaſdam conſuetudines intellexeramus: ſed & advocationem ejuſdem Abbatiæ nobis adſtipulabamus. Hanc* GUIDO *Domni Manaſſæ filius à nobis requiſivit, quam ſibi reddi jure militari nobis collibuit. Super qua re multum moleſtati ſcilicet Domnus Abbas* BURCARDUS *cum fratribus ejuſdem cœnobii noſtram pariter adierunt præſentiam, fierique ſibi à nobis, & per nos maximam queſti ſunt injuriam. Deinde prolatis auctoritatibus apoſtolicis cum regalibus inſtitutis, non ſolum ab hac, ſed & ab omni qualibet exactione ſanctum locum monſtraverunt immune, ſanctique Confeſſoris familiam nulli prorſus ſubdi debere, præter loci ipſius Abbatem. His ergo viſis & perlectis, partim ne videremur contraire ſedis apoſtolicæ decretis & auctoritatibus, regiæque majeſtatis teſtamentis & inſtitutionibus; partim pro ſpe ſalutis*

A

noſtræ, noſtrorumque, & ut anniverſaria commemoratio diſſolutionis noſtræ, noſtra ſcilicet, noſtrique patris ac matris, fratrumque perhennis ſit eidem domui ſanctæ; ſed & Abbatis præſati precibus oportunis & importunis devicti competenter, ipſo Guidone nihilominus nobis reddente, ſanctoque loco, necnon præfato Abbati juſtitiam primitus exequente, remiſimus Deo, ipſique Abbati perpetualiter. Vt autem hujus remiſſionis noſtræ pagina tam præſentibus, quàm futuris temporibus maneat inconcuſſa, ſub obteſtatione divini nominis obteſtamur, ut nullus quilibet deinceps, neque noſtræ ſucceſſionis hereditatiſque liberalis ſucceſſor, nec cujuſcumque dignitatis ac nobilitatis alius poſſeſſor, conſuetudines quaſlibet quaſi noſtro jure vel eam de qua loquimur advocationem reinvadat, & quod remiſimus repetere præſumat. Ego quoque hujus diffinitionis contemptorem auctoritate pontificali à liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & à ſanctiſſimo corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu-Chriſti ſequeſtro, cum Iuda traditore ipſius Domini noſtri puniendum in examine futuro. Et ut noſtræ diffinitioni nulla firmitas deſit, ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus, nominiſque noſtri noſtrorumque ſubſcriptione firmavimus.

B

† *Signum ejuſdem* PHILIPPI *Epiſcopi. S.* LAMBERTI *Atrebatenſis Epiſcopi. S.* HUGONIS *Sueſſionenſis Epiſcopi. S.* ELINANDI *Laudunenſis Epiſcopi. S. Ingelranni Archidiaconi Sueſſionenſis. S. Rodulfi Præpoſiti Remenſis. S. Levini Decani. S. Richeri Cantoris. S. Odalrici Archiſcoli. S. Ymmari Cathelonenſis Archidiaconi. S. Odonis Archidiaconi. S. Rotgeri Scolaſtici. S. Hugonis Canonici. S. Rotberti Abbatis ſancti Remigii. S. Rotberti Comitis Flandrenſis. S. Hugonis Comitis Regiſteſtis. S. Guidonis filii Manaſſæ. S. Heriberti Badranni. S. Dudonis Vicecomitis Maroili. S. Guillelmi Moſomenſis Præpoſiti. S. Erlaudi Vicedomini Remenſis.*

Actum Cathelonis, & recitatum Remis in præſentia domni Manaſſe Archiepiſcopi coram præfatis teſtibus, anno dominicæ Incarnationis M LXXXXVI, *Indictione* IIII. *S.* † *Hugoni Comitis.*

C

CLXIV.

Ex chartario S. Michaëlis.

Urbani PP. II reſcriptum de tranſlatione cœmeterii ſancti Michaëlis ad Moſam, aliiſque rebus.

Anno 1098.

URBANUS *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio* UDALRICO *Abbati ſancti Michaëlis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Benignitati tuæ gratias agimus, quia venerabilibus fratribus & coabbatibus,* RODULFO *ſcilicet &* LANZONI, *fraternæ caritatis ſinum expandis, & perſecutionis æſtu laborantes, tuæ quietis umbraculo protegis, ſicut nos ex ipſorum relatione comperimus. Vnde & rogamus, ut quod cœpiſti, nunc magis pro noſtræ poſtulationis reverentia vigilantius ac devotiùs proſequaris. Quod verò nobis legatione petitoria ſuggeſſiſti, de conſtruendo videlicet circa novam eccleſiam cœnobii veſtri cimiterio, ſiquidem fratribus laborioſum & religioni contrarium eſt (ut ſubſcripſiſti) ad veteris eccleſiæ locum, quia longius ſita eſt, fratrum funera deportare: nos præſentium litterarum auctoritate concedimus. Data Laterani* VII *Kalend. April. anno ab Incarnatione Domini ſecundum Dionyſium milleſimo nonageſimo octavo: ſecundum verò certiorem Evangelii probationem milleſimo centeſimo* XXI, *Indict.* VI, *epacta* XV, *concurrente* IIII.

D

NOTATIO.

ADVERTENDA eſt hoc in reſcripto nota chronica *ab Incarnatione Domini ſecundum Dionyſium, & ſecundum Evangelii probationem*: de qua diximus in lib. II, cap. XXV, num. VII. Ceterùm quod ait Pontifex de veteri eccleſia, intelligendum eſt de veteri monaſterio, quod ab hodierno diſtabat unâ leucâ: ubi hactenus cernitur ædicula cum tumulo Vvolfaldi conditoris. de quo vide tomum ſecundum Analectorum.

E

CLXV.

Notitia de libertate baculi paſtoralis in eodem cœnobio.

Anno 1117.

IN *nomine ſanctæ Trinitatis & individuæ Vnitatis. Deducente nos omnium bonorum ductore Spiritu-ſancto exultationem noſtram fratribus noſtris in hanc eccleſiam nobis ſucceſſuris inſinuemus, ut & ipſi ſcilicet habeant, unde nobiſcum exultent; & ſibi caveant, ne reducto conſuetudinis illicitæ jugo, ſe ipſos pariter & fratres ſibi ſucceſſuros, unde nos exultemus, contriſtent. Igitur in hac eccleſia, ſicut & in ceteris, in quibus ſæcularis dignitas ſuam exercere nititur poteſtatem, mos antiquus obtinuerat, ut quoties Abbas moreretur, alter in loco illius, niſi baculum de manu Advocati eccleſiæ ſuſciperet, nullatenus ſubſtitueretur. Hæc illicita conſuetudo adeo inoleverat, ut quidam Abbas, nomine* SIGIFRIDUS, *quamvis ceteris quos memoria noſtra ſibi revocare potuit religioſior, tamen de manu feminæ, videlicet venerabilis Comitiſſæ* SOPHIÆ, *ſuſcepiſſet. qui tandem ad ſe reverſus, & melius ſacrorum canonum inſtitutionibus informatus, Romam pœnitentiâ ductus petiit, baculum beatæ memoriæ* GREGORIO *ſeptimo, qui &* HILDEBRANNUS, *crimen ſuum confitens reddidit. quem tamen, cogente vix eodem Apoſtolico, quia ejuſdem viri religio ad notitiam ejus pervenerat, iterum recepit: & ſic Abbas laudabilis vitæ uſque in finem perſeveravit. Sed venerabilis prædicta Comitiſſa audiens ſe contemptam, ſe deſpectam, vehementer ſuper hoc gratulabatur: ac deinceps in dilectione viri religioſi plurimum pro tali contemptu caritatis vinculis aſtringebatur. Sed & ipſa hoc exemplo ſe peccaſſe cognoſcens, Romam perrexit, atque eidem Apoſtolico reatum ſuum confitens, abſoluta repatriavit. Iſtâ autem membris corporis exutâ, ingens alter-*

F

A catio inter Comitem THEODORICUM, prædictæ Sophiæ filium, & monachos exoritur: dum hic ſcili-
cet juxta conſuetudinem dignitatis prædeceſſorum ſuorum Abbatem ſubſtituere nitebatur: monachi autem
ſacrorum canonum decretis, quibus jam per prædictum Abbatem edocti fuerant, obviare verebantur.
Sed utrarumque partium mediatoribus hanc litem ſedare cupientibus viſum eſt, ut baculus ſuper altare
à Comite Theodorico poneretur; & Abbas ejus conductu ad eum ſuſcipiendum adduceretur: ſatis in hoc
decepti, ut quaſi ſic ſuam Comes non amitteret dignitatem, nec monachi ſuam viderentur violare reli-
gionem. cùm ſacri canones manum rariùs nominent, quando catholicis prohibent accedere ad eccleſias
per ſæcularem poteſtatem: & frequentius (ſicut in ſequentibus videbitur) præcipiant eorum omnino vita-
re in conductu dignitatem. Tali ergo deceptus errore Abbas ORNATUS, necnon Abbas ULRICUS, baculum
uterque ſuper altare Advocati conductu ſuſcepit: & hæc illicita, nec memoriæ digna conditio in hac ſancti
B Michaëlis eccleſia uſque ad electionem Domni Abbatis LANZONIS perſeveravit. Igitur prædicto Abba-
te Vlrico carnis clauſtra egreſſo, quidam fratrum ſpiritu ferventes, atque ſacrorum canonum ſtudioſi ſcru-
tatores, hujus miſerandæ conditionis peſtem diu in eccleſia lactatam, diu nutritam, diu roboratam, ve-
hementer ingemuerant; atque aſſumpto fidei clypeo, adverſus eam pro poſſe ſuo decertare ſe ipſos & uni-
verſam eccleſiam excitaverunt, ſic ſcilicet, ut priuſquam Advocatus accurreret, Abbatem ſibi LANZO-
NEM nomine præficerent, & ad altare abſque ullo laicali conductu ad baculum ſuſcipiendum deducerent,
& ſoli ſine ſæculari dignitate in ſede collocarent. Sed his ita geſtis, aures univerſorum, qui antiquæ con-
ſuetudinis eccleſiæ & Advocatorum notitiam habuerant, quaſi re inaudita concutiuntur, corda omnium
in ſtuporem vertuntur. Monachi hoc præſumpſiſſe auſi, nimia inſipientia & etiam inſolentia notantur.
Comes etiam RAYNALDUS, prædicti Comitis THEODORICI filius, tunc temporis eccleſiæ Advocatus,
hoc audito furore commotus, cum Principibus regionis ad eccleſiam venit, qui monachos dignitatem ſuam
injuſtè ſibi ſubtraxiſſe ſatis indignando conquerebatur. quod niſi celeriter corrigeretur, ſic ſcilicet ut Abbas
C de ſe egrederetur; multis aſſertionibus affirmabat, quod eccleſiam oppreſſionibus quibus poſſet, perſeque-
retur. Sed tamen eo virorum prudentium conſilio mitigato, dies determinatur, in quo jus ſuum anti-
quum omnibus convenientibus recitaret, & injuriam quam à monachis perpeſſus fuerat, revelaret. In-
terim ab utraque parte conſilium requiritur Epiſcoporum. Die determinato fit conventus Abbatum, mo-
nachorum, clericorum, laïcorum. Res utriuſque partis in judicio ponitur: ſed monachi nihil ſuperbè, ni-
hil inſolenter, ſed religioſè, ſed prudenter feciſſe quod fecerant, inveniuntur. Auctoritas enim ſacrorum
canonum in medio deducitur, quæ ſub anathemate prohibet, ne quis per ſæcularem dignitatem curam pa-
ſtoralem aggrediatur. Sic enim in canone Apoſtolorum reperitur. Si quis ſæcularibus poteſtatibus uſus «
eccleſiam Domini per ipſo optineat, deponatur, & abjiciatur, omneſque qui illi communicant. Item ex «
Antiocheno Concilio. Si quis per ſæcularem dignitatem eccleſiam Domini obtinuerit, abjiciatur, & ipſe, «
& ordinator ejus; & modis omnibus à communione ſeparentur, & ſint ſub anathemate, ſicut Simon «
D Magus à Petro. Item ex Synodo à CCXL Patribus habita ſub Nicolao primo Pontifice. Quiſquis ſæcula- «
rium Principum aut potentum, aut alterius laicæ dignitatis adverſus communem & conſonantem atque «
canonicam electionem eccleſiaſtici ordinis agere temptaverit, anathema ſit, donec obediat atque conſen- «
tiat, quod Eccleſia de electione & ordinatione proprii paſtoris ſe velle monſtravit. His atque plurimis aliis «
teſtimoniis, quæ prolixitas adhibere prohibuit, atque virorum religioſorum conſiliis Comes RAYNAL-
DUS non tantùm monachorum, ſed & ſuum periculum diſcens, ſi quod jus circa paſtoralem curam re-
tentaret; indignationem tandem flexit: & quoniam non malitioſè, ſed pro ſua religione monachos de-
certaſſe cognovit; jus illud antiquum quod à progenitoribus ſuis retinere quærebat, inſpirante ſibi Spiritu-
ſancto guirpivit. Erunt fortè qui judicent, nos iſta ſupervacue retuliſſe. Sed noverint, nos qui laborem
certaminis ſuſtinuimus, circa fratres in hanc eccleſiam nobis ſucceſſuros piam ſollicitudinem ſuſcepiſſe, &
eorum utilitati dilectionis ſtudio deſerviſſe: ut in his percipiant, quanta ſervitute hoc cœnobium olim
E depreſſum fuerit, cùm quoties Abbas moreretur, non ſolum Comites, ſed & Comitiſſæ capitulum ingredie-
bantur, ut eorum poteſtate alter ſubrogaretur. Sit igitur deinceps cautela fratrum religioſorum, ut quo-
ties Abbas eligendus fuerit, ſine ſæculari pompa, ſine conventu omnino laicorum, clericorum, ſoli capitu-
lum habeant, ſoli Patrem ſibi cum timore Dei eligant; electum ſoli ad altare ad ſuſcipiendum baculum
deductum conſtituant, conſtituto obedientiam promittant. His expletis Abbas ad publicum exeat, & fide-
litates ſuas juxta conſuetudinem, à quibus debet, ſuſcipiat. Quod ſi Comes in villa fuerit, vel cùm ad-
venerit, duo de fratribus vel tres ad eum pergant, ut quem ſoli Abbatem conſtituerint, ei nominent,
omnino nihil aliud dicentes: Illum dominum nobis conſtituimus Abbatem, precamur ſicut Advocatum
eccleſiæ, ut eum diligatis, & conſilium ei detis, & in neceſſitatibus ſuis ſubveniatis. Si autem obliti
ſuæ religionis aliter egerint, unde jugum antiquitatis execrandæ ſuper ſe vel ſuper poſteros revocent; vin-
culis anathematis ſacrorum Conciliorum, quæ ut Evangelia ſunt veneranda, ſe ſe aſtrictos non ignorent:
F fratrum autem libertatem eccleſiæ retinentium ſit gloria in ſæcula ſæculorum. Actum ab Incarnatione Do-
mini anno milleſimo centeſimo XVII, Indictione X, epacta XV, concurrente VII. Et ut certiorem cartæ
narrationem faciamus, teſtes qui præſentes fuerunt ſubtitulando adhibeamus. Monaſtici Ordinis Domnus
Abbas LANZO cum omnibus ſibi commiſſis. Domnus Abbas LAURENTIUS de ſancto Vitono. Domnus
Abbas THEMARUS de ſancto Manſueto. Domnus Abbas GILBERTUS de ſancto Mauricio. De clericali
ordine, ALBRICUS decanus, LANBERTUS Presbyter, Rodulfus clericus. Lambertus Condatenſis, Valte-
rus Canonicus ſanctæ Mariæ Magdalenæ. De laicis, Vviricus de Beſram, & filius ejus Balduinus: Theo-
doricus Caſtellanus & filius ejus Gerardus. Iſembardus & filii ejus Rodulfus & Iſembardus. Vlricus fi-
lius Petri. Raynaldus, Valterus, Arnulfus, Cono de Aſperomonte, Folmarus, Vvido, Herbertus, Ha-
bilinus, cum aliis innumerabilibus.

CLXVI.

Ex autographo.

Richeri Epiſcopi Virdunenſis charta, de jure cudendæ monetæ cœnobio ſancti Michaelis conceſſo.

Anno 1099.

IN nomine ſummæ & individuæ Trinitatis, ſuorum commodis providè conſulentis, & non ſolùm ad æterna, ſed & ad temporalia ſalubriter proſpicientis. Ego RICHERUS *ſanctæ Virdunenſis eccleſiæ Epiſcopus, ob animæ meæ remedium, utilitates amplectens Domino famulantium, precatu & ſervitio domni Abbatis* UDALRICI *conventus, mediantibus domno Abbate S. Vitoni* RODULFO, *& domno* LANZONE *Abbate S. Vincentii Mettenſis, aliiſque quampluribus, eccleſiæ S. Michaëlis monetam villæ ipſius in jus æternum contradidi, atque donationem inde in capella ſancti Benedicti publicè feci. in qua datione hæ conditio-* B
nes dinoſcuntur habitæ, ut videlicet loci ipſius Abbas liberè pro ſuo arbitrio quemcumque monetæ præferat, qui ab ipſo vel ejus nuntio Virdunum perductus, coram Camerario fidelitatem tam de pondere, quàm de exagio, hoc eſt de metalli ſinceritate, ritè faciat. & ſic ab ipſo veſtituram & inſtrumenta percuſſuræ, id eſt cuneos ſuſcipiat: cui & ſingulis annis in Natali Domini V ſolidos pro eulogiis, nihilque cuiquam aliud pendat. Quòd monetarius ſi de præfatis, id eſt de pondere & exagio, infamatus fuerit, Virduni coram Camerario cauſam ſuam proſequetur: ibique legitimo examine ſi ſe purgare nequiverit, ſatisfactionem juſticiæ tam Epiſcopo, quàm Abbati exequetur. Quod ſi admonitus id facere detrectaverit, ſiquidem ſancti Michaëlis homo eſt, Abbas eum aut coget, aut invitum judicio memorato tradet: aut ſi hoc illo rebellante vel effugiente non valet; de rebus ipſius, prout in ſuo banno vel poteſtate repperetit, tantum accipiet, unde & epiſcopalis juſtitiæ debitum ſecundum ipſius clementiam ſuppleat, & ſuum ipſe non amittat: nec ulteriùs poſt hanc rebellionem eum in monetam, niſi pacato & annuente Epiſcopo, ſuſcipiat. Sin verò ſanctæ C
Mariæ homo eſt, cuncta hæc converſa vice ab Epiſcopo erga Abbatem actitanda erunt, ut ſcilicet de rebelli & refuga tam ſibi, quàm Abbati prædicto modo juſtitiam extorqueat, nec deinceps eum in ullam monetarum ſuarum abſque nutu Abbatis admittat. Quod ſi monetam mutari atque renovari contigerit (quod quidem cum Abbatis conſilio & aſſenſu faciendum erit) præfatus monetarius Virdunum veniens, bullas ſeu cuneos à Camerario recipiet, atque pro æſtimatione ac ſententia compartum ſuorum, quæ ſumma ei pro ſua parte, vel pro commodi ratione adjudicata vel indicta fuerit; hanc Abbas cum ipſo pariter uſque ad miſericordiam exſolvere curabit. Ut verò hæc rata, inconcuſſa & perpetim intemerata perdurent, hoc cautionis cyrographum ſigilli noſtri impreſſione roboravimus, & ſub omnipotentis Trinitatis auctoritate cum perpetui anathematis interminatione ſtatuimus, ut nec Epiſcopo, nec Abbati, neque Advocato, vel cuiquam mortalium hæc infringere, vel immutare, ſive in beneficium alicui dare liceat. Alioquin ſi quis ſecus egerit, æternæ maledictionis ſententiæ ſubjaceat, & divinæ animadverſionis pondus inevitabiliter ſubeat. D
Acta ſunt hæc anno dominicæ Incarnationis milleſimo XC VIIII, *Indictione* VII, *epacta* XXVI, *concurrente* IIII. *Teſtes autem hi fuerunt præſentes,* THEODERICUS *Primicerius:* RICHERUS *Decanus,* GERULFUS *Camerarius,* AZOLINUS *Cantor. De laicis* ERLEBALDUS *Iudex,* GOZELO *de Braz.* NANTERUS *Decanus. De fratribus eccleſiæ* ALBERTUS *Prior,* VVADULFUS, HERBERTUS, ARNULFUS. *De Caſatis,* THEOBALDUS, VVIRICUS, YMFRIDUS.

NOTATIO.

OMNES ſubſcriptiones eadem manu: ſigillum erat affixum.

CLXVII. E

Ex chartario Gellonenſi ſeu S. Guillelmi de deſerto.

Charta Hermengardis, offerentis monaſterio Gellonenſi donum pro defuncto fratre ſuo, & pro alterius captivi liberatione.

Anno 1100.

IN nomine Domini Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti. Ego HERMENGARDIS *& infantes mei* PETRUS *Berengarii, &* BERNARDUS, *&* BERTRANDUS, *ac* UGO, *&* GAUCELINUS, *&* GERALDUS, *nos omnes præfati donamus bono animo ac bona voluntate Domino Deo Redemptori noſtro, ac vivificæ Cruci, ac ſancto Guillelmo confeſſori Chriſti Gellonenſis cœnobii, & Abbati, qui nunc præeſt* GUILLELMO, *& monachis ejuſdem loci præſentibus & futuris, pro anima fratris noſtri* RAYMONDI *Berengarii, qui interfectus gladio fuit, non pugnando, neque aliquid malefaciendo, ſed de dormitione ſurgens percuſſus eſt, non tamen abſque pænitentia & communione ſancta obiit. Et ut præmemorata congregatio precetur Domi-* F
num pro anima defuncti, & pro fratre alio qui captus tenetur, GUILLELMO *ſcilicet Berengario, gravi captione inimicorum, qui captus fuit in peremptione alterius fratris jam dicti: ut liberari mereatur, aliquid de alode noſtro, qui eſt in Epiſcopatu Nemauſenſi, videlicet medietatem unius manſi, qui dicitur* Redoſtat, *totum illud inde exire debet quartum cenſum & uſuale omnem ad alodem, ut ab hodierno die habeant prædicti, ſcilicet Abbas & monachi teneant & poſſideant ſine refragatione ullius penitus perſonæ. Ita donamus nos omnes ſano ſenſu ſupra ſcripti, & firmamus manibus propriis, & ſuper altare ſancti Guillelmi ponimus, regnante* PHILIPPO *Francorum Rege. S.* HERMENGARDIS, *qui hanc donationem facit, & manu propria firmat. S.* PETRI *Berengarii. S.* BERNARDI. *S.* BERTRANNI. *S.* UGONIS. *S.* GAUCELINI. *S.* GERALDI. *Facta carta iſtius commemorationis, anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu-Chriſti* M C, *feria* I.

A

CLXVIII.

Philippi I Regis Præceptum, quo Stampas veteres cœnobio Mauriniacenſi attribuit.

Ex chartario Mauriniacenſi à D. d'Herouval communicato.

Anno 1106.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. PHILIPPUS Dei gratia Francorum Rex. Notum fieri volumus univerſis ſanctæ Dei Eccleſiæ cultoribus, & omnibus fidelibus noſtris, tam laicis, quàm clericis, præſentibus videlicet & futuris, quòd eccleſiam beati Martini de veteribus Stampis, tunc temporis ordine canonico præfulgentem, & omnem Abbatiam ejuſdem eccleſiæ, quæ noſtra propria erat, monaſterio ſanctæ Trinitatis de novis Stampis, & RAINALDO tunc temporis ejuſdem loci, qui Mauri-
B gniacus vocatur, Abbati, necnon omni conventui fratrum ſibi commiſſo, pro Deo & animæ patris noſtri remedio, conſilio & aſſenſu LUDOVICI filii noſtri donavimus, & donando poſſidendam & habendam in perpetuum conceſſimus. Tali videlicet tenore, talique determinatione eleemoſynam iſtam ſanctæ Trinitati, quæ Deus eſt, conceſſimus, ut Canonicis, qui eo tempore vivebant, vita comite canonicas (quas præbendas vocamus) canonicè tenere liceret: ſi verò vendere qualibet occaſione quilibet eorum, vel omnes vellent; aut Abbati ſanctæ præfatæ Trinitatis vendant, aut omni alio tempore penitus remoto dimittant. Hoc etiam definivimus, ſi aliquis ipſorum Canonicorum infirmitate prægravatus, vel proſperitate carnis de morte animæ metuens, habitum ſanctæ religionis recipere propoſuerit, in præfata domo ſanctæ Trinitatis panem eccleſiaſticum & habitum ſancti Benedicti, quaſi frater ejuſdem loci, omni poſtpoſita pecunia paratum invenerit. qui autem in domo ſua viam univerſæ carnis ingreſſus fuerit, obſequium & omne debitum animæ, quaſi frater monachus à præfatis confratribus monachis Deo volente receperit. Et
C ut hæc caritas firma & inconvulſa permaneat, memoriale iſtud inde fieri, & noſtri nominis charactere & ſigillo ſignari & corroborari præcepimus, adſtantibus de palatio noſtro, quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna. S. HUGONIS de Creceio Dapiferi noſtri. S. GASCIONIS de Piſſiaco Conſtabularii. S. PAGANI Aurelianenſis Buticularii. S. GALERANNI Camerarii. Actum Aurelianis in palatio, anno ab Incarnatione Domini M C VI, anno verò regni noſtri XLVI. STEPHANUS Cancellarius relegendo ſubſcripſit. Interfuerunt in teſtimonio veritatis, BARTHOLOMÆUS de Fulchoſio, WLGRINUS Gohardi filius de Stampis, HUGO Rua-nova. PETRUS Camberlanus.

CLXIX.

Ludovici VI Præceptum in ejuſdem rei confirmationem.

Ex eodem.

Anno 1112.

D

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. LUDOVICUS Dei gratia Francorum Rex. Notum fieri volumus univerſis ſanctæ Dei Eccleſiæ cultoribus, & omnibus fidelibus noſtris, tam laicis, quàm clericis, præſentibus videlicet & futuris, quod THOMAS Maurigniaci Abbas præſentiam noſtram humiliter expetivit, & ut donum de eccleſia beati Martini, quæ eſt apud veteres Stampas (quod eccleſiæ Maurigniacenſi meo conſilio & aſſenſu pater meus antea fecerat) confirmarem, devote requiſivit. Videns igitur rationabilem viri petitionem, ut eleemoſyna patris mei, & mea firma teneretur, donum ſupradictum coram Proceribus noſtris, quorum nomina infra deſcribuntur, confirmando renovavi & renovando confirmavi. Eccleſiam ergo beati Martini de veteribus Stampis, in qua decem adhuc Canonici morabantur, (duas etenim monachi jam præbendas obtinebant) & omnem Abbatiam ejuſdem eccleſiæ, quæ noſtra propria fuit, monaſterio ſanctæ Trinitatis pro Deo & animæ patris mei & meæ remedio donavimus, & do-
E nando poſſidendum in perpetuum conceſſimus, eo videlicet tenore, ut, ſicut in donativo patris mei inſtitutum eſt, Canonici dum viverent & vellent, præbendas ſuas canonicè poſſiderent: vendere verò qualibet occaſione, vel cuiquam relinquere nullo modo valerent: ſed loco ſupradicto, id eſt Maurigniacenſi cœnobio, vel viventes ſponte ſua, vel morientes, omni emptore & ſucceſſore penitus remoto, dimitterent. Juſtitia verò eorum, quamdiu vixerint, ſit in manu Maurigniacenſis Abbatis. quippe quia illorum erit, Abbas habeatur. Si quis eorum monachus effici voluerit, libentiſſimè ſuſcipiatur. Actum Stampis in palatio publicè, anno incarnati Verbi M C XII, anno verò conſecrationis noſtræ IV, præſentibus ac teſtimonium veritatis perhibentibus, quorum nomina ſubtitulata ſunt, & ſigna. S. ANSELLI tunc temporis Dapiferi noſtri. S. GILBERTI Buticularii noſtri. S. GUIDONIS Camerarii noſtri. S. HUGONIS Conſtabularii noſtri. Quod ut in poſterum vigorem haberet, noſtri nominis charactere & ſigillo ſignari & corroborari præcipimus. S. PAGANI filii Anſelli. S. JOHANNIS filii ejus. S. PAGANI de Buno. S. THEODONIS filii Vrſonis. S.
F VVLGRINI filii Goardi. S. ADÆ de Chaalli. Signum ARNULFI filii Arrardi. S. HERBERTI filii Harpini. S. HOIMONIS nepotis. STEPHANUS Cancellarius relegendo ſubſcripſit in eccleſia beatæ Mariæ coram Rege & Archipresbytero, qui in loco Archiepiſcopi interfuit. Hoc conceſſerunt omnes Canonici. Giſlebertus Canis, Therbaldus Magiſter, Hugo Cantor, Guillelmus Vmbaldi filius, Arnulfus clericus, Algrinus filius Guillelmi Presbyteri, & Guillelmus frater ejus. Galterius clericus, Gallinus filius Arnulfi, Drogo, Herbertus filius Fulconis.

NOTATIO.

MAURINIACENSE monaſterium, vulgo *Morigny*, ſuam originem acceptam refert Anſello Militi, qui locum monachis Flaviacenſibus, modò S. Geremari, diœceſis Bellovacenſis, conceſſit, annuente Hugone de

Puſiaco domino ſuo. Crevit locus in Abbatiam, cui præfectus eſt ex Flaviacenſibus Abbas primus Rainaldus, de quo hîc agitur. Plura de hocloco vide in libro iv, ubi de palatio Stampenſi. A

CLXX.

Ex autographo.

Ludovici VI Regis deſignati diploma Abbatiæ Compendienſi ſex manſos apud Tadriniacum reſtituentis.

Anno 1107.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. LUDOVICUS *Regius filius, Dei gratia Francorum Rex deſignatus. Notum fieri volumus tam futuris, quàm præſentibus, quòd ſancta Compendienſis eccleſia apud Tadriniacum ſex manſos quondam habuit: ſed quorumdam ſervorum noſtrorum avaritia* B *præripiente perdidit. Igitur nos ſanctæ Compendienſis eccleſiæ privilegiis inſpectis hoc cognoſcentes, & ſervorum noſtrorum ſacrilegam præreptionem condemnantes, patris quoque noſtri autenticam redditionem ſubſequentes, præſcriptos ſex manſos apud Tadriniacum præfatæ ſanctæ Compendienſi eccleſiæ reddidimus; & ut in perpetuum habeat, abſque ullius controverſia conceſſimus. Ut autem hæc conceſſio & redditio noſtra firma permaneat & indivulſa conſiſtat, memoriale iſtud fieri inde præcepimus, & ſigillo noſtro inſigniri fecimus.*

NOTATIO.

SEQUITUR Ludovici ſigillum planè rotundum, duorum pollicum amplitudinem exæquans, in quo Ludovicus militari habitu equo inſidet dextra lanceam, læva equi habenas tenens cum hac inſcriptione in ſigilli orbem appoſita. † *Sigillum Ludovici deſignati Regis.* Eſt ſine Data. C

CLXXI.

Ex autographo.

Henrici Comitis Augi donatio facta cœnobio S. Luciani Bellovacenſi.

Anno 1109.

HENRICUS *Comes Augi fratribus ſuis, videlicet G. Abbati ſancti Luciani, & omnibus ejuſdem eccleſiæ monachis, ſalutem & fraternum ſervitium. Me & anteceſſores meos fratres veſtros eſſe à multis recognoſco: & quia nos orationibus veſtris ad Dominum ſublevatis; debemus vos pro nobis orantes ſuſtentare beneficiis noſtris. Igitur manſuras quas bonæ memoriæ* ROTBERTUS *Comes avus noſter dedit eccleſiæ veſtræ & ſanctis martyribus, videlicet quinque, ego adjiciens duas, trado & concedo vobis ſeptem cum omnibus conſuetudinibus ſuis ita liberas, ſicuti* VVILLELMUS *pater noſter & Rotbertus avus* D *meus tenuerunt, & ego teneo, nec ullam conſuetudinem mihi retineo, nec alicubi, niſi ſolis martyribus veſtris habere concedo. Has manſuras dico in ripa & arena Ulteris-portus. Teloneum quoque & traverſum pater meus VV. & avus meus R. vobis remiſerunt: & ego remitto & concedo in omni terra mea vobis, & omnibus ſervientibus vobis, qui panem veſtrum comedunt, hæc trado: & fraternam dilectionem vobis ſervabo pro animabus anteceſſorum meorum & pro anima mea, atque anima dominæ* MATHILDIS *uxoris meæ nuper defunctæ: & ut eam ut unum de monachis veſtris in orationibus veſtris recipiatis, me quoque defunctum ſimiliter faciatis. Hanc cartam petitione & conſilio virorum meorum fieri juſſi, & ut firmior & rata permaneat, ſigillo meo munivi, & manu propria ſubſcripſi.*

H † enrici Comitis. VV † illelmi fratris ejus. VV † illelmi alterius fratris ejus. R † oberti fratris ejus. VV † illelmi de Petraponti. G † iraldi Dapiferi. G † aufridi Cancellarii. H † ugonis de Froſcis. VV † idonis filii Gaufredi de ſancto Martino. † VValteri de VVillanis. † Rainelmi & fratris ejus Rogeri. VValteri de Fulc. E *† Abrahæ de Petra & filiorum ejus Hugonis, VVermundi atque Rainaldi. † Goſcelini de Crioleo, VVillelmi atque Rotberti fratris ejus, filii VValterii. Signum † Rodulfi de Grandicuria, & filiorum ejus Rogeri & VVillelmi. † Gaufridi de S. Martino. VValteri Davidis-villæ. Gauffridi filii Fulc. Hugonis de Ainſivilla, VVillelmi de Dongon, Rotberti de Aſcenni, Ricardi aurificis, Gauffridi de Calvertivilla & fratris ejus Ricardi. † Oylardi de Beralol, Rotberti de Fulcardomonte, Rotberti filii Heleboldi, Hugonis Petripontis, Hugonis de Petra, VVillelmi de Bovencurt. Anſcheri de Moncellis, & fratrum ejus VVillelmi atque Radulfi. Iſti etiam affuerunt Rogerus Mi . . . Galterus filius Goifredi, Ingelrannus de Floſcis. Robertus.... filius Frodonis. Radulfus Truſſatus, Radulfus, Rainoldus, Trapus, Ernulfus, Aquarius, Giſlebertus Presbyter, Hugonis de Perotta-villa. Acta ſunt hæc anno ab Incarnatione Domini* M C IX, *Indictione* II, *Epacta* XVII, *Concurrentes* IIII, *Cyclus lunaris* V, *Cyclus decennovalis* VIII, *Regulares Paſchæ* IIII, *Terminus paſchalis* XIII *Kal. Maii, dies Paſchalis* VII *Kal. Maii, luna ipſius* XXI, *regnante Ludovico* F *anno primo apud nos Domino noſtro Ieſu-Chriſto in ſæcula ſæculorum. Amen.*

NOTATIO.

TESTES ſubſcribunt partim ſua, partim Notarii manu: parentes ſcilicet donatoris ex uno latere propriâ: alii ex alio manu recentiori eademque, omnes cum ſigno crucis idiographo. Sigillum affixum & inverſum.

CLXXII.

Notitia privata, de iis quæ per ſe & per alios domnus tertius Hugo Epiſcopus Nivernenſis Canonicis dedit.

Ex chartario Nivernenſi.

circa annum 1110.

EX inſtitutione ſanctarum Scripturarum veteris ac novi teſtamenti communiter eſt omnibus impoſi-
tum, quatenus ſanctam Eccleſiam, utpote matrem ſpiritualem, pro juribus tueantur & magnificent,
& de propriis facultatibus largiendo ex intimo cordis affectu eam honorificent. Quod ſi communiter om-
nibus eſt impoſitum, multo magis illis qui pontificali honore ſublimati, per manus Apoſtolicorum atque
B Regum in ea præſidendo ceteris præminent. Si enim ipſi nequeunt vel nolunt de facultatibus aliqua tri-
buere, ſaltem debent, & quæ ſua ſunt cum ſummo ſtudio & omni cautela conſervare, & contra occurſan-
tes ac diſſipatores ſemetipſos ſcutum inexpugnabile opponendo debent eam præ ceteris defenſare. Vnde notum
facere volumus omnibus Eccleſiæ filiis in Chriſto & in ea regeneratis, tam præſentibus, quàm eorum po-
ſteris, quod domnus HUGO Pontifex magnanimus bona Eccleſiæ noſtræ ſibi commiſſa in diebus ſuis non
ſolum viriliter conſervavit, verùm etiam plura nobis ad augmentum ſtipendii noſtri de ſuis facultatibus
contulit. Nam ceteris quæ ab eo ſunt collata prætermiſſis, Abbatiam ſancti Troeſii cum omnibus ad eam
pertinentibus nobis tribuit, & unam ſilvam, quæ vocatur Calma, & de tota terra noſtra raptus, incen-
dia, infracturas, duella, & de noſtris eccleſiis ſynodos & paratas ſimiliter nobis omnino contulit, & ea
nobis in perpetuum pontificaliter aſſignavit. Poſt cujus deceſſum HUGO nepos ejus, communi ſenſu cleri
C & populi licet invitus, licet coactus, tandem ſuſcepit Epiſcopatum. Hic fuit vir magnificus & per omnia
laudabilis, electus à Deo, gratus clero, omnibuſque venerabilis: & quia juſtitiam dilexit, & odio iniquita-
tem habuit; oleo ſancto Deus eum unxit & ſuper plebem ſuam exaltando in ſacerdotem ſibi eum elegit. qui
virtutum munere ditatus & morum honeſtate conſpicuus, abnegata penitus omni mala voluntate erga
clerum ſibi commiſſum, uſus eſt ſumma & inenarrabili pietate. Hic oves ſibi creditas & ſalutis pabulo aſſi-
duè cibavit, & virtutis viam qua graderentur, exemplo proprio, ut paſtor prudens, notificavit, eccleſiam-
que ſuam multis muneribus & pluribus manufactis operibus auxit & honeſtavit; nobiſque plurima con-
ferens beneficia, victum noſtrum bonus paſtor & pius augmentavit. Namque primum quod domnus Hugo
Præſul nobis contulerat, laudavit atque firmavit: deinde ipſe ſua gratia multo plura ſuperioribus datis ad-
junxit. Abbatiam quoque ſancti Agricolæ extra muros civitatis ſitam, cum caſatis aliiſque appenditiis,
volente atque laudante GOFFRIDO Autiſſiodorenſi Epiſcopo, qui eam ab illo tenebat, nobis Canonicis &
poſteris noſtris in perpetuum tribuit atque conceſſit. & quia Miles quidam, nomine RAGINALDUS de Mat-
D chio, cenſum qui colligitur de domibus ad eccleſiam pertinentibus calumniabatur; hujuſmodi cum eo pa-
ctum habuimus, videlicet ſol. LX ei dedimus, & ipſe calumniam ex toto dimiſit, quatenus & in vita ſua,
& poſt mortem deinceps cenſum totum abſque ullius calumnia habeamus & poſſideamus. Eccleſiam verò
de Verenis, quod anteceſſor ſuus ROCLENUS quintus ab eo nomine tantùm Epiſcopus, de dominio Epiſcopa-
tus olim ſequeſtraverat, ſuiſque parentibus ad periculum animæ ſuæ diſpartiverat; de manibus tyrannorum
eam injuſtè poſſidentium partim vi, partim precibus, pluribus etiam ſæpe adhibitis ammonitionibus,
necnon & multâ pecuniâ prius expensâ, multiſque ſervitiis à nobis exhibitis, cum ſummo labore tandem
& ſummo ſtudio de manibus inquam illorum abſtraxit, & volentibus omnibus atque laudantibus qui
videbantur habere, videlicet Aimardo Canonico & patre ejus Bernardo de ſancto Salvio, inſuper & Ro-
cleno Milite de Druiaco, de cujus eam Bernardus pater habebat beneficio, idem Præſul Deo & ſancto Cyrico
tribuens, ad victum noſtrum eam deputavit uſque in ſempiternum & conceſſit. Nos autem ut conceſſio Ber-
E nardi filiique ſui Aimardi firmior in poſterum permaneret, neve quis poſt eorum obitum calumniator exſur-
geret; in exſequiis cujuſdam filii ſui, nomine Bernardi, fratris Aimardi, magnas & innumeras exhibui-
mus expenſas, videlicet in Miſſis celebrandis, & in eleemoſinis pauperibus erogandis, necnon & in claſ-
ſicis per eccleſias ſonandis, & in aliis pluribus rebus quæ ad funebres exſequias pertinere videntur. Et quia
tanta contuleramus in ejus exſequiis ſervitia, uxor ejuſdem Bernardi defuncti cum filiis ſuis donatio-
nem hanc laudavit atque firmavit. Bernardus verò pater item dedit nobis ſervum unum, nomine Ragi-
naldum, cum uxore ſua & omnibus eorum poſteris. Dedit etiam nobis aream quamdam ante fores eccle-
ſiæ prædictæ ſitam, ad faciendum quicquid voluerimus, remiſſo ſenſu & omnibus omnimodis conſuetudi-
nibus. Deinde rogavit nos plurimum idem Bernardus, ut pro anima ſua parentumque ſuorum quemdam
præbendarium ſuum nobiſcum haberemus, quem nobiſcum ſuſcepimus, tali tamen ratione, ut quandiu in
refectorio communiter manducaverimus, victum ei ſolt & veſtitum ſubminiſtremus. Si verò contigerit nos
F exire, vel anni ſterilitate, ſeu qualibet occaſione; de refectorio nihil ſubminiſtrabimus deinceps eidem præ-
bendario. Poſt hæc autem idem Pontifex ſæpe memorandus donavit etiam nobis quemdam ruſticum, no-
mine Vmbertum de Valeta, cum fratribus ſuis & ſorore, omnique poſteritate eorum, in quibus calumniam
ſe habere dicebat: & conceſſit ut quemadmodum in diebus domni Hugonis Præſulis patrui ſui nobis ſervie-
rant ſine calumnia, eodem modo noſtri eſſent, nobiſque ſervirent in diebus ejus ſemper & poſtea. Domos
etiam quaſdam, quæ fuerant Malguini Archidiaconi, juxta clauſtrum in parte occidentali poſitas, ab illis
qui eas tenebant emit, nobiſque eas cum areis ante & retro idem paſtor egregius tradidit. Deinde non lon-
go tempore poſt BERNARDUS Miles de Callentio quaſdam conſuetudines in villa quæ dicitur Ars, exigebat;
& in altera quæ dicitur Caloreus, calumniam imponebat: ſed ſalubri perſuaſione noſtri Epiſcopi frequen-
ter commonitus, ad ultimum reſipiſcens, omnem conſuetudinem quam in villa requirebat, intus & extra
penitùs dimiſit, & calumniam quam in altera imponebat, bona voluntate poſtpoſuit. Poſt cujus obitum

ſilius ejus LEOTERIUS, *qui in tutela* VVILLELMI *Comitis remanſerat, eodem Comite laudante &* A
perſuadente, dimiſſionem quam pater fecerat, laudavit & conceſſit, & calumniam quam in villa Ca-
vei inferebat, omnino dimiſit: & ob hoc in morte patris ejus Miſſas plures celebravimus, & claſſica per
eccleſias civitatis ſonavimus, multaque ad remedium ejus obſequia miniſtravimus. Et hæc omnia ſupe-
rius memorata & alia quamplurima conſilio & prudentia prædicti Præſulis Hugonis, viri fama &
merito clariſſimi, & adepti fuimus, & adhuc Dei gratia & ſua poſſidemus. Poſt hæc autem idem Ponti-
fex horum omnium notitiam ne lateret poſteros, ita fieri præcepit, factamque manu propria & auctori-
tate pontificali firmavit, Comitemque Vvillelmum & ceteros proceres, ad quos laudatio pertinere videba-
tur, eam firmare & laudare fecit. Rogavit quoque & adhuc plurimum rogat ſuos poſt eum ſucceſſores Epi-
ſcopos, ut quod ipſe de manibus tyrannorum vi & induſtria, ſummoque labore abſtraxit, & ad honorem
Dei & Eccleſiæ victui Canonicorum Deo & altari ſervientium ad unxit; ipſi nullatenus in eorum tempo-
ribus ab eorum victu ſubripiant: ſed ejus donationi præbentes aſſenſum, quod fecit laudent, & pro ſa- B
lute animarum ſuarum conſentiant. Addidit inſuper idem memoratus Pontifex ſuperioribus donationibus
& conceſſit, quatenus de ovili Canonicorum, ſive commune ſit, ſive proprium alicujus Canonici, nullum
amplius capiatur pro paſtura debitum. De porcis autem communibus vel propriis ſimiliter, ut pro paſtione
ſuorum nemorum non capiant ulterius ſervientes ſui aliquod pretium: boves verò communes vel proprii
ſimili modo non ducantur in ejus corvatam jam amplius. De ſilvis itidem ſuis conceſſit etiam nobis, ut
ad calefaciendum in commune vel ad domos communes ædificandas capiamus, quantum neceſſe fuerit omni
tempore. Notum facimus etiam quod ROCLENUS *Miles de Orniaco tempore præſulis Hugonis ſecundi in-*
juſte & ut peſſimus raptor eccleſias de Parigniaco cum tota villa nobis Canonicis auferebat: qui neque pre-
cibus, neque muneribus, nec aliqua ratione potuit umquam violari, quatenus eas redderet Deo & nobis.
Verumtamen cum ſic induratum ultio divina tandem aſperè tetigit, & ſicut ſcriptum eſt, eum ad miſe- C
ram mortem uſque perduxit: cui mortuo domnus Hugo Epiſcopus propter hanc quam nobis fecerat inju-
riam, communem omnium prohibuit ſepulturam. quod videntes ejus filii, Roclenus videlicet & Raginal-
dus, de patre eorum condoluerunt: & tandem animo reſipiſcentes eccleſias cum appendiciis & totam vil-
lam Deo & nobis reddiderunt. Sed habebant tunc temporis duos fratres, BERNARDUM *ſcilicet &* HU-
GONEM, *adhuc parvulos, & nondum ad hoc laudandum cum fratribus idoneos: qui poſtquam creverunt,*
& Milites effecti ſunt, eccleſias ſupradictas & villam nobis calumniare cœperunt. Igitur multis verbis,
multiſque certaminibus prius utrobique conſumptis, ad ultimum de noſtro accipientes, alter quidem ſol. LX,
alter verò XXX, *quod eorum fratres pro anima patris ſui fecerant, laudaverunt pariter & iſti bono corde,*
& conſenſerunt, & pro hac ſuſcepta pecunia tandem ſic ſopita eſt eorum calumnia.

CLXXIII. D

Ex autographo. Charta Adæ Abbatis Dionyſiani, qua Canonicis S. Pauli eccleſiam ſancti Petri in opido Dionyſiano & aliquot ſtipendia concedit.

Anno 1114. I*N nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus-ſancti. Amen.* ADAM *Dei gra-*
tia Abbas monaſterii Martyrum Chriſti Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii, omnibus ſanctæ & univerſalis
Eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quàm futuris. Notum fieri volo omnium veſtrum caritati, quod ego & ca-
pitulum noſtrum, ſcilicet eccleſia beati Dyoniſii, communi decreto & favore dedimus, & manu noſtra per
clavem eccleſiæ ſuper altare poſuimus ad dotem eccleſiæ quandoque dedicandæ, dedimus inquam baſili-
cæ ſancti Pauli eccleſiam ſancti Petri juxta ſe ſitam liberam & quietam. Dedimus quoque poteſtatem po-
nendi in ea presbyterum & eiciendi ſalvo honore eccleſiæ noſtræ. Hujus verò donationis cauſa eſt, ut quo- E
tannis Canonici ſancti Pauli in nocte natalis beati Dyoniſii cum proceſſione veniant ad eccleſiam in qua
corpore requieſcit, ibique matutinos feſtive decantent ante noſtros. Rodulfo autem Presbytero de Foſſa co-
gnomine, qui præfatam eccleſiam ſancti Petri per nos tenebat, dedimus plenam præbendam in refectorio in
prima menſa, ut eam plenariam habeat quamdiu vixerit: præbendam quoque panis ac vini quam idem
Canonici accipiebant in promptuario, conceſſimus accipi in refectorio. Qui verò dotem ipſam eccleſiæ ab-
ſtulerit, & Rodulfo prædicto præbendam ſibi à nobis datam ſubtraxerit; quamdiu vixerit, divinæ ultioni
& noſtro ſubjaceat anathemati.

Actum & datum ac roboratum in capitulo ſancti Dyoniſii, anno incarnati Verbi M C XIIII, *Indictione*
VII, *epacta* XXIII, *concurrente* IIII, *anno Hludovici Regis* VII.

Signum ADÆ *Abbatis. S.* ALELMI *Prioris. S. Gausberti Presbyteri. S. Adæ Presbyteri. S. Andreæ*
Presbyteri. S. Rodulfi Presbyteri. S. Iohannis Levitæ. S. Petri Levitæ. S. Vvillelmi Levitæ. S. Henrici F
Subdiaconi. S. SUGERII *Subdiaconi. S. Rotberti Pueri. S. Henrici Pueri. S. Girardi Pueri. S. Viviani*
Cantoris. S. Herberti Notarii.

NOTATIO.

CHARTA eſt indentata, in cujus parte ſiniſtra habetur ſigillum Dionyſiani monaſterii affixum, quod ipſam S. Dionyſii Pontificis in modum benedicentis figuram exhibet cum inſcriptione. Quædam inter lineam adjecta ſunt, ut, *in prima menſa.* Eccleſiæ ſancti Petri, de qua hìc agitur, modò ſolæ parietinæ ſuperſunt prope eccleſiam collegiatam ſancti Pauli.

A

CLXXIV.

Lamberti Epiſcopi Noviomenſis judicium in gratiam cœnobii ſancti Criſpini majoris Sueſſionenſis.

Ex autographo.

Anno 1115.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego L. Dei gratia Noviomorum Epiſcopus, & pariter clerus
noſter notum eſſe volumus ſic futuris ut præſentibus, quibus modis eccleſia ſanctorum Martyrum Criſpi-
ni & Criſpiniani terram quamdam, in Noviomenſi territorio ſitam, villæ Homoncurti proximam, ope ſan-
ctæ Noviomenſis eccleſiæ recuperaverit. Hanc ſiquidem de qua agere cœpimus terram [RADULFUS] *domi-*
B *nus Nigellæ vi ablatam cuidam militum ſuorum nomine Guarino tradiderat in beneficium, quod nos laicâ*
linguâ dicimus feodum. Non multis poſt annis domnus Abbas ODO *ſuſcepto regimine prædictæ eccleſiæ, cu-*
piens ei ablata reſtituere; prædictum Radulfum Nigellæ dominum adiit, modo quo decuit ab eo terram repo-
poſcit. Radulfus prorſus abnuere, verba Abbatis riſui habere, & ne miles ſuus terram quoquomodo poſſeſſam
perderet, ſatagere. Abbas ab eo repulſus, ad audientiam domni BAUDRICI *Noviomenſis Epiſcopi anteceſſoris*
noſtri rem detulit, querimoniam ſimul & clamorem de Ra. fecit. Mox Epiſcopus Ra. ad judicium evocat, cau-
ſaque canonicè diſcuſſa & diligenter eventilata, tandem poſt multas diſceptationes terram juri eccleſiæ adjudi-
cat: Radulfo ipſi perſuadet ut ſpondeat, ſe ultra eccleſiæ non nociturum, nec militi terram injuſtè tenenti patro-
cinaturum. Hinc Abbas militem illum aggreditur, & ut quam invaſerat terram dimittat, hortatur. Miles
contrà furere; malle mori ut dicebat, quàm terram dimittere. Quo audito Epiſcopus hunc quoque ad judi-
cium evocatum canonicâ juſtitiâ frangit; & non ſolum terram dimittere, verùm etiam quod dimiſſam
C *numquam repeteret, jurare compellit. Videns Radulfus rem pro voto Abbatis ad effectum perductam, qua-*
dam rediviva contentione rurſus terram vi occupat, rurſus omnia turbat. Abbas contra non ſegniùs ex-
ſurgit: & jam anteceſſore noſtro viam univerſæ carnis ingreſſo, nos adiit, & primo Noviomi apud nos,
deinde Sueſſionis apud dominum CONONEM *Romanum Cardinalem iteratum clamorem Radulfo fecit. qui*
ex conſulto remiſit utrumque ad judicium Noviomenſis eccleſiæ. Quò cùm perventum fuiſſet, conſiderans
Radulfus Abbatem & cauſæ juſtitia & ope eccleſiaſtica ſubnixum; tandem benigno & ore & animo pro
ſua ſuorumque ſalute terram hanc liberè perpetuo poſſidendam eccleſiæ Martyrum conceſſit. Quam conceſſio-
nem ſollemniter factam, & in hac carta deſcriptam, inſerto ſigillo noſtro munivimus, & ſignatoribus vel
teſtibus corroboravimus, & ad ultimum excommunicationi perpetuæ omnes, qui hujus privilegii tentave-
rint, convulſores eſſe tradidimus. Quam excommunicationem, recitato prius hoc privilegio in Concilio Re-
mis habito, præſidente domino CONONE *Cardinali Romano, ab omnibus qui eidem aderant Concilio Epiſco-*
D *pis fecimus confirmari. Signatores vel teſtes hi fuerunt. S. L. Epiſcopi. S. E. Abbatis S. Eligii. S. Rorgonis*
Archidiaconi. S. Raſcelini Decani. S. Hagenonis Præcentoris. S. Magiſtri Fulcherii. Alii teſtes. Guido Caſtel-
lanus, Hugo de Perrona, Fulco Rufus, Odo de Diva, Ingrannus Miles, Simon filius Ratbodi. Landricus
Miles.

Hæc eadem conceſſio Nigellæ iterata eſt à Radulfo, libenter aſſentientibus uxore ejus RAINURDE *& filiis*
ejus IVONE, DROGONE, RADULFO, *&* RAINALDO. *Cujus rei teſtes affuerunt Iohannes Dapifer,*
Petrus frater Bauduini. Robertus Moſoni, Humbertus Favella, Rogerus de Creſcio, Iohannes filius Boſo-
nis, Rogerus de Monceio. Abbas volens placide & firmiter omnia fieri, pro hac re caritative dedit Radulfo
ſeptem libras denariorum. Actum publicè primo Noviomi; deinde Nigellæ, anno ab Incarnatione Domini
milleſimo centeſimo quinto-decimo, Indictione octava, regnante LUDOVICO *Rege,* VII *anno regni ejus,*
Archiepiſcopatum autem Remenſis eccleſiæ regente domno RADULFO. CONON *Cardinalis, ut jam ſupra*
E *ſcriptum eſt, & omne Concilium excommunicationis perpetuæ ſententia feriunt omnes, qui terram de qua*
hic agitur, eccleſiæ ſanctorum Martyrum Criſpini & Criſpiniani quocumque modo vel abſtulerint vel au-
ferre temptaverint.

NOTATIO.

APPENDET ex membraneo vinculo ſigillum Lantberti Epiſcopi ſine mitra, dextra gerentis paſtorale pedum, ſiniſtra librum pectori admotum Inſcriptio vetuſtate fere omnis deleta eſt. Sigillum rotundum eſt, duobus circiter pollicibus amplitudine conſtans. In hac charta ſunt aliquæ lituræ lineola transverſa deſignatæ. Sic Notarius ſcripſerat, *Honore*; mox appoſito obelo, *Conone* ſubſtituit. Item *Roſcelini præcentoris*, cujus ultimi vocabuli loco ſuperpoſuit *Decani*: & ſuper *caritative* adjecit, *dedi Radulfo*.

F

CLXXV.

Godefridi Epiſcopi Ambianenſis charta, qua rata habetur reſtitutio quorumdam altarium, facta eccleſiæ Compendienſi.

Ex chartario Compendienſi.

Anno 1115.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus-ſancti. GODEFRIDUS *Ambianenſis eccleſiæ gratia Dei miniſter humillimus. Quia altaria poſſidentes laicos Sanctorum ubique damnant canonum inſtituta; multos jam Dei miſericordia ab hac videmus uſurpatione deſiſtere; & ut magis, magiſque deſiſtere debeant, commiſſo nobis gregi dominico ſollicitudine prædicare debita non ceſſamus. Unde parrochianorum quidam noſtrorum* ELINANDUS *de Monte-Deſiderio Miles, inſpiratione*

divinâ compunctus noſtraque perſuaſione commonitus, altaria de Metvillare atque Pronaſtro, quæ ad animæ ſuæ periculum diu obtinuerat, cum appendiciis eorum ſanctæ Compendienſi eccleſiæ, quam ſpecialiter ſicut unus de confratribus diligebat, tradenda decrevit. Quoniam autem nonniſi per Viromandorum Comitiſſam, de cujus manu dicta altaria, tamquam per feodum, tenebat, hoc efficere prævalebat; ut ipſa quoque idem concederet, multis exorando precibus, quia & illa ſoror erat eccleſiæ, tandem obtinuit. Verumtamen quia & ſine aſſenſu Ambianenſis Pontificis, in cujus parrochia ſunt altaria, & à quo ea per feodum ſe quoque dicebat Comitiſſa tenere, res minimè procedebat; venit ad nos Elinandus, venit & Comitiſſa cum filiis ſuis, & in generali ſynodo quam apud Montem-Deſiderium celebriter habebamus, nobis (ut æquitas exigebat) altaria reſignantes, ut dictæ Compendienſi eccleſiæ eadem redderemus, pariter effecerunt. Ego igitur Godefridus Ambianenſis eccleſiæ Præſul, rogatu illuſtris Viromandorum ADELÆ *Comitiſſæ, rogatu etiam filiorum ſuorum,* RADULFI *videlicet Comitis,* HENRICI, & SIMONIS *Clerici, voluntate inſuper, immo obſecratione devotâ Militis Helinandi, dono & concedo ſanctæ Compendienſi ecccleſiæ altaria de Metvillari atque Pronaſtro cum appendiciis eorum, & ut quietè eadem in æternum poſſideat, per has memoriales litteras, per auctoritatem ſigilli noſtri, donata & conceſſa confirmo: donum etiam altaris de Herceis, quod jam antea ſæpedictæ Compendienſi eccleſiæ, ſereniſſimi Francorum Regis* LUDOVICI *precibus, ſicut & de his fecerant, eadem auctoritate corroboro. Concedit & hæc omnia domnus* FULCO *Archidiaconus noſter, in cujus Archidiaconatu dicta conſiſtunt altaria, & quantum in ipſo eſt laudando corroborat. Hanc tamen Ambianenſi dignitatem eccleſiæ reſervamus, ut pro omnibus prædictis altaribus in ſynodo Ambianenſi quilibet Compendienſis eccleſiæ fratrum ſe præſentet; ceteraque ſynodalia jura atque epiſcopalia minimè relaxamus. Si quis autem hanc donationis noſtræ corroborationem infirmare aut delere præſumpſerit, anathematis gladio in perpetuum feriatur. Actum eſt hoc, confirmatum, & recitatum Ambianis in Sede pontificali in plenaria ſynodo, anno Incarnationis dominicæ milleſimo centeſimo decimo-quinto, epiſcopatus autem noſtri anno* XII, *Indictione octava,* XVI *Kal. Iulii.* RADULFUS *Cancellarius ſcripſit, ſubſcripſit atque relegit. Signum* GODEFRIDI *Epiſcopi. Signum* ROGERI *Decani. S.* SIMONIS *Præpoſiti. S.* FULCONIS *Archidiaconi. S.* INGELRANNI *Archidiaconi. S. Vvarini Theſaurarii.*

CLXXVI.

Ex autographo Compendienſi.

Ludovici Groſſi diploma de moneta Compendienſi.

Anno 1120.

IN *nomine ſanctæ Trinitatis. Ego Ludovicus Dei gratia Rex Francorum. Notum fieri volo cunctis fidelibus, tam futuris, quàm & inſtantibus, quòd nos qui contra voluntatem hominum de Compendio ibi monetam fieri volebamus; tum propter diſcordiam inde ortam, tum propter eorum petitionem illis concedimus, ut neque nos, nec heres noſter umquam ampliùs Compendii monetam fieri faciamus: ſed illis in perpetuum annuimus, ut talis moneta ad medietatem ibi perpetuo mittatur, qualis anteceſſorum ſuorum temporibus ibidem cucurriſſe cognoſcitur. Quod ne valeat oblivione deleri, ſcripto commendavimus, & ne poſſit à poſteris infirmari, ſigilli noſtri auctoritate & nominis noſtri Karactere ſubter firmavimus.*

Datum Pariſius publicè anno incarnati Verbi M C XX, *regni noſtri* XIII, *Adelaydis Reginæ* VI. *Adſtantibus in palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna. S.* STEPHANI *Dapiferi. S.* GISLEBERTI *Buticularii. S.* HUGONIS *Conſtabularii. S.* VVIDDONIS *Camerarii.*

Data per manum STEPHANI *Cancellarii.*

NOTATIO.

HUIC diplomati appoſitum eſt Ludovici VI monogramma, quale aliorum ejuſdem nominis Regum pingi ſolet. quod unum ipſius Regis monogramma nobis licuit reperire in variis ejus, quæ vidimus, monumentis. Idem Ludovicus aliquando dictus eſt *venerabilis*, uti & Philippus I, ex dictis in libri II capite VI num. VIII. Charta Rodulfi Archiepiſcopi Remenſis pro monachis ſancti Præjecti. *Actum Remis anno incarnati Verbi* M C XXIII. *Ind.* I, *regnante Ludovico venerabili Rege Francorum, anno* XV *&c.*

CLXXVII.

Ex autographo S. Remigii.

Calliſti Papæ II reſcriptum de vitanda ſimonia in præbendis S. Timothei, de Roberto Priore S. Oricoli revocando, & de monachis ſervandis in eccleſia Reiteſtenſi.

Circa annum 1120.

C*All. Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri R. Remenſi Archiepiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Gaudemus de te, frater cariſſime, atque omnipotenti Deo & dilectioni tuæ gratias agimus, quia conſtitutas per Epiſcopatum tuum eccleſias ſollicite gubernare, & in ſtatum congruum reformare totis niſibus elaboras. Significatum autem nobis eſt, quòd in eccleſia ſanctorum Martyrum Timothei & Apollinaris, ad ſancti Remigii monaſterium pertinente, ſæculares Canonici commorentur, quorum aliquo obeunte, ſancti Remigii Abbas ejus præbendam ex antiquo donare aut vendere conſuevit. quod contra Deum & contra ſanctorum Patrum inſtituta exſiſtere tua prudentia non ignorat. Mandamus itaque fraternitati tuæ, ut malam illam conſuetudinem in melius per Dei gratiam ſtudeas commutare: ita videlicet, ut ſancti Remigii Abbas præbendam deinceps donare aut vendere non præſumat: ſed deſi-*

A *cientibus Canonicis, qui ad præſens in eadem eccleſia commorantur, loco eorum conſtituantur monachi,*
qui ſub ſancti Remigii Abbatis obedientia & diſpoſitione beati Benedicti regulam & monaſticæ religio-
nis obſervantiam debeant cuſtodire. Mandamus etiam, ut ROTBERTUM *Priorem eccleſiæ ſancti*
Oricoli, qui olim ſancti Remigii Abbas exſtitit, & cujus nunc incuriâ bona ejuſdem eccleſiæ devaſtan-
tur, à loco illo prorſus amoveas: quatenus eo in clauſtro beati Remigii collocato, per Abbatem alius in
eadem eccleſia tuo conſilio ſtatuatur, qui auctore Deo loco illi praeſſe, atque in ſpiritualibus & in tem-
poralibus etiam valeat ſalubriter providere. Sanè conſtitutionem illam quæ de eccleſia ſanctæ Mariæ Re-
giſtetis ad beati Remigii monaſterium pertinente à te conſtituta, & à nobis ſcripti noſtri pagina confir-
mata eſt, inviolabiliter facias in poſterum conſervari: neque monachos in loco eodem juxta conſtitutionem
ipſam poſitos vel ponendos, per Canonicorum ſeu laicorum quorumlibet violentiam de choro vel de proceſſio-
B *nibus expelli permittas. Quod ſi contra mandatum noſtrum factum fuerit, plenariam de præſumptoribus*
juſtitiam præſtante Domino exſequaris. Datum Laterani XVII. *Kal. Iunii.*

NOTATIO.

ROTBERTUS Prior S. Oricoli apud Senucum prope Grande-pratum, ipſe eſt autor hiſtoriæ de expeditione Jeroſolymitana, ob malum regimen dejectus ex Abbatia S. Remigii, & Senucum relegatus, ubi hiſtoriam ſuam compoſuit. at loci mutatio mores non mutavit, ut hic vides.

CLXXVIII.

Placitatio Papæ inter Lanzonem Abbatem S. Michaëlis ad Moſam, & Abbatiſſam Joviniacenſem.

Ex chartario S. Michaelis.

Anno 1128.

C *IN nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Rerum geſtarum ſeries idcirco ſcribenda mandatur, quatenus ad*
poſterorum notitiam veritas factorum nulla falſitate intercedente perveniat. Ea propter controverſiam
quæ inter Abbatiſſam Iovmiacenſem HADUIDIM, *&* LANZONEM *Abbatem ſancti Michaelis, qualiter*
mota eſt & terminata concordia, ego quidem CENTIUS *Scrinarius de quarta decima regione trans Tibe-*
rim, ſtilo & memoriæ commendandam ſuſcepi, ſicut mihi à venerabilibus VVILLELMO *Præneſtino &*
MATTHÆO *Albanenſi Epiſcopis, necnon* JOHANNE *Cremenſi de titulo ſancti Chryſogoni, &* GERARDO
de titulo ſanctæ Crucis, & HUBERTO *de titulo ſancti Clementis, atque* GREGORIO *Diacono ſancti An-*
geli Cardinalibus injunctum eſt. Quæquidem quæſtio quemadmodum inferius legitur, ſic cœpta & finita
eſt. Clamavit ſiquidem Iovmiacenſis Abbatiſſa ſuper eccleſiam de Spiregio ante dominum ALBERONEM
Mettenſem Archidiaconum, in cujus parrochia prædicta eccleſia eſt, & ad cujus judicium ſpectat adver-
D *ſum Abbatem ſancti Michaelis, quòd eccleſiam illam à Iovmiacenſi monaſterio prius poſſeſſam in uſtè*
abſtulerit & retinebat. Abbas è contra reſpondebat, ſe eamdem eccleſiam nemini abſtuliſſe, ſed in illam
legitimo dono, ſcilicet Comitiſſæ SOPHIÆ, *& conceſſione diœceſani Epiſcopi introiſſe. Quid plura? data eſt*
à prædicto Archidiacono judicii dies. Convenerunt utrimque: clamavit itidem prolocutor Abbatiſſæ, &
dixit, ſe poſſediſſe eccleſiam illam, & in uſtè ſibi ablatam fuiſſe; ſe ſeque teſtibus ut mandaretur pro-
bare paratam. E contra Abbas: Non abſtuli, inquit, eam tibi, ſed dono Comitiſſæ Sophiæ, proprii etiam
Epiſcopi aſſenſione, in eam legaliter introivi, eamdemque eccleſiam cum omnibus ad eam pertinentibus
uno & quadraginta annis ſine legitima interruptione poſſedi. Hujus negotii actioni ſive diſcuſſioni in-
terfuit STEPHANUS *Mettenſis Epiſcopus: interfuerunt etiam Abbates* BERTRANUS *ſancti Arnulfi,*
HERBERTUS *ſancti Symphoriani,* TEDUINUS *Gorzienſis Abbas, & Abbas* RODULFUS *ſancti Petri de*
Monte, cum multis aliis ſacerdotibus & clericis. Electi ſunt judices Gilbertus, Albertus, Bartholomæus.
E *Quæſitum eſt à partibus, utrum aliquid amplius dicere haberent. Reſponderunt ſe nihil amplius habere.*
Itum eſt in partem: judicatum eſt, ut ſi Abbas probare poſſet duobus idoneis teſtibus, ſe ſe præſcriptionem
temporis unius & quadraginta annorum inconcuſſam habere, nullam ſuper hoc pati debere ulterius in-
quietudinem. Cùm autem ſententia proferri deberet, Abbatiſſa indignando receſſit, & miſſo fratre ſuo
ALBERTO *Primicerio Virdunenſi Sedem apoſtolicam appellavit, nullum tamen gravamen quod pate-*
retur inſinuans, neque adverſus quem appellaret; ſed neque diem ullum appellationis indixit. Poſtea
tamen eademque Abbatiſſa ad dominum Papam querimoniam depoſitura pervenit. Vocatus eſt & Abbas:
data eſt dies Dominica mediæ Quadrageſimæ, qua cantatur Lætare Jeruſalem. *Proceſſerunt partes: una-*
quæque jus ſuum in medium protulit. Cum autem utraque pars eaſdem quas apud Archidiaconum pro ſe
rationes protulerit; quæſitum eſt, utrum novas aliquas allegationes haberent. Reſpondit Abbatiſſa de
annis quos ſibi Abbas præfixerat, XVIII *quibus eccleſia vacaverat, & quatuor quibus ipſa clama-*
F *verat ſe ſe velle ſubtrahere: & hoc ſe probare teſtibus, ſi judicaretur, aſſeverabat. Præterea privile-*
gia Romanorum Pontificum, URBANI *ſcilicet &* PASCHALIS, *quæ prædictam eccleſiam con-*
firmabant ſuo monaſterio, prætendebat. Quæſitam eſt etiam ab ea, ſi de interruptione illâ & annis
quos inutiles eccleſiam ſuam habuiſſe dicebat, in conſpectu prædicti Archidiaconi & conſtitutorum judi-
cum fecerat mentionem: vel ſi tempore quo privilegia facta ſunt, Iovmiacenſe monaſterium prædictam
eccleſiam poſſidebat. Quæ reſpondit, neque annorum ſe mentionem feciſſe, ſiquidem credebat, ſolum hoc
quod aliquando poſſederat, ſibi & eccleſiæ ſuæ poſſe ſufficere: ſed neque cùm privilegia facta ſunt, monaſte-
rium ſuum in illius eccleſiæ poſſeſſione fuiſſe dicebat. Quæ omnia poſtquam dominis epiſcopis & Cardina-
libus plenius intimata ſunt, videlicet quomodo Mettis cauſa ventilata eſt & judicata; quid etiam hic in
præſentiarum Abbatiſſa ſuper addere voluit: tunc demum viſum eſt dominis Epiſcopis & Cardinalibus,
prædictum Archidiaconum ſecundum audita ſatis canonicè proceſſiſſe. Verumtamen quoniam judicium

quadam parte imperfectum remanſit, viſum eſt domino Papæ cauſam eandem concordiâ potiùs, quàm ju- A
dicio terminandam. Vndè prædictis Epiſcopis & Cardinalibus præcepit, ut ad pacem inter eos componen-
dam elaborarent. Qui in partem ſecedentes, & cauſam totam diligentius indagantes, cognito etiam quod
Abbatiſſa nullam in eadem eccleſia requirenda juſtitiam haberet; laboribus mulieris & expenſis potius
quàm juſtitiæ conſulentes, laudaverunt ut dominus Abbas monaſterio Iovintacenſi XX *libras Catalau-*
nenſis monetæ terminis ſtatutis perſolveret: Abbatiſſæ autem præceperunt, ut eccleſiam eandem & omnia quæ
ad ipſam pertinent, in manus refutaret Abbatis. quod & factum eſt. Quibus omnibus ego Centius, ſanctæ Ro-
manæ eccleſiæ Scrinarius, interfui, & ſicut à prædictis dominis Epiſcopis & Cardinalibus mihi præceptum
eſt, ſtilo & memoriæ per hoc publicum inſtrumentum retinenda mandavi. Actum eſt hoc in palatio La-
teranenſi coram dominis Epiſcopis & Cardinalibus, VVILLELMO *Praneſtino*, MATTHÆO *Albanenſi*,
JOHANNE *de titulo ſancti Chryſogoni*, GERARDO *de titulo ſanctæ Crucis*, HUBERTO *de titulo ſancti*
Clementis, & GREGORIO *diacono ſancti Angeli, anno dominicæ incarnationis* M·CXXVIII, *tempori-* B
bus domini HONORII *ſecundi Papæ; Pontificatus ejus anno* IIII, *menſis Martii die ultima, indictio-*
ne VI. *Huic concordiæ interfuerunt iſti*, MAINERIUS *Trevirenſis Archiepiſcopus*, HENRICUS *Tullenſis*
Epiſcopus, ALBERO *Primicerius Mettenſis*, FOLMARUS *cuſtos Trevirenſis*, EURARDUS *Trevirenſis*,
HUGO *magiſter*, GODEFRIDUS *Trevirenſis*, LEONARDUS *Archipresbyter Mettenſis. Rodulfus de Tu-*
dinio, STEPHANUS *Cantor Virdunenſis*, RODULFUS *magiſter, Rodulfus presbyter*, PETRUS *Miles*
frater ejus, VARNERUS *de Nonſart*, RORICUS *Tullenſis*, HERBERTUS *Scholaſticus ſanctæ Mariæ Mag-*
dalenæ.

CLXXIX.

Ex archivo Urſicampi.

Ludovici VI diploma de donatione quadam facta Abbatiæ Urſicampi. C

Anno 1131.

I*N nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis amen. Ego* LUDOVICUS *Dei gratia Rex Francorum, om-*
nibus tam futuris quam præſentibus notum fieri volumus, quod Monachis de Vrſicampo pro remedio
animæ noſtræ & anteceſſorum noſtrorum dedimus unum modium frumenti ad menſuram Pariſienſem,
quem monachi ſancti Leodegarii ſingulis annis nobis exſolvebant: eo quidem tenore, ut ſicut prædicti
monachi nobis ex conſuetudine uſque Compendium illum afferebant, ſic & uſque Vrſicampum vel ubi
monachi de Vrſicampo voluerint, per tantum quidem ſpatium, quantum eſt à ſancto Leodegario uſque
Compendium, deferri faciant. Quod ne poſſit oblivione deleri vel à poſteris infirmari, ſigilli noſtri aucto-
ritate firmavimus. Actum Compendii publicè, concedente LUDOVICO *filio noſtro ipſo anno in Regem*
coronato, anno incarnati Verbi milleſimo centeſimo trigeſimo primo, regni verò noſtri vigeſimo tertio. D

CLXXX.

Ex autographo.

Notitia judicati pro monaſterio majori ſancti Criſpini Sueſſionenſi, de feodo Biſtiſiaci.

Anno 1135.

I*N nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti amen. Ego* TEULFUS *Abbas monaſterii beatorum Mar-*
tyrum Criſpini & Criſpiniani Sueſſionis, notum fieri volo tam futuris, quàm præſentibus, quòd
quidam vir Sueſſionenſis, Aloldus nomine, habebat quoſdam reditus apud villam, quæ dicitur Biſtiſia-
cus, ſcilicet vinatica, hoſpites, terragia, quæ ſe dicebat in feodo tenere ab ipſa eccleſia. Cumque ab an-
tiquis monachis eccleſiaque famulis diligenter requiſiſſem quid ſuper hoc ſentirent; jurejurando mihi re-
tulerunt, illum non vera proferre; quin potius per ſubreptionem, non ex recto & jure, ab eccleſia extorſiſſe. E
His ergo veridica relatione compertis, Aloldum in præſentiam noſtri quàm ſæpius arcerſiri volui, quem
minis blanditiiſque pulſabam, ut hæc omnia quæ ab eccleſia injuſtè & per violentiam abſtulerat, San-
ctis reſtitueret, ne excommunicationi ſubjaceret. Quod cùm nec plenè refutans, nec omnino aſſentiens,
in dies agere differret, ita me ſuſpenſum reddebat. Interim filiam propriam, quæ vocabatur Ada, cuidam
Vvilardo de porta ſancti Vodoali in matrimonium junxit, eique omnia ſuperiùs prætitulata me igno-
rante dedit, moxque de vita inſperato deceſſit. Quod cùm mihi fuiſſet compertum, admirans fraudu-
lentiam viri judiciumque Dei, Præpoſito noſtro Iohanni præcepi, ut illa omnia quæ hactenus Aloldus
ab eccleſia injuſtè ſubripuerat, nobis ſtudioſè reſtitueret, utpote noſtra. Igitur Aloldo de medio facto Vvi-
lardus unà cum conjuge ad nos venit, poſtulans, ut feodum quod pater uxoris ſuæ utcumque tenue-
rat, redderem illi. Adverſus iſtiuſmodi poſtulationem cum pro viribus repugnarem, nec vellem reddere; F
proclamavit me injuſtè erga illum agere. Quid plura? indixi itaque illi diem Placiti in curia noſtra;
proteſtans me facere quid inde judicaret lex cauſidica vel eccleſiaſtica. Venit ergo ad præfixum diem, fre-
tus amicorum & juriſperitorum maxima Katerva. Quod ego prænoſcens, miſſâ ad glorioſiſſimum Franco-
rum Regem LUDOVICUM *epiſtola, ex ordine pateſeci omnia. qui ex latere ſuo* HUGONEM, *agnomento*
Acharin, Præpoſitum regium miſit ad nos, imperans, ut cauſam eccleſiæ definiret juſto judicio. Cùm ita-
que utrimque partes reſediſſent, Vvilardus proclamavit, quatenus feodum, quod Aloldus pater uxoris
ſuæ Adæ tenuerat, illi redderem, atque exinde de more hominium michi faceret. Cùmque abnuerem, ſolli-
citè ab ipſo perquirere ſtudui, quis illud Aloldo dederit, & ubi & quando & quomodo factum fuerit. Qui
cùm ſuper his vehementer artaretur; nil omnino aliud dicere potuit, niſi quod quidam, ait, ODO, *qui*
hujus monaſterii & ſancti Arnulfi Creſpeii regimina tunc temporis obtinebat, illi dederit. Ad hoc verbum

A duo ex ſervientibus eccleſiæ noſtræ, quorum primus Ricardus, ſequens verò Martinus dicebatur, ambo vitâ egregii, ambo jam ſenio confecti, ad medium proſiliunt, jurejurando proteſtantes, ſe quidem interfuiſſe, vidiſſe & audiſſe Odonem in camera reſidentem Aloldo hoc feodum dediſſe, ſed abſque conceſſu & conſenſu totius Capituli, quin immo cunctis fratribus contradicentibus & ſervientibus eccleſiæ. Hoc Vvilardus audito proclamavit illos falſum juraſſe, nec ſe tali ſacramento aſſenſum præbere. Quid multa? Lege cauſidicorum communi & jure forenſi decretum eſt hinc oportere duellum fieri. Quod cùm accelararetur, jamque conſerto pede res ipſa pæne ſub baculo ventilaretur; venerabilis GOISLENUS Sueſſorum Præſul, & Comes RAINALDUS, necnon EBOLUS Archidiaconus, excluſis reliquis, fratres noſtros propenſius deprecantur, ne duellum fieri paterentur, eo quod odia & pericula hinc ſequerentur, maximè cùm & duelli incertus ſit exitus. Advertens igitur unà cum fratribus quod vera faterentur, in hoc ipſis aſſenſum communiter dedimus, quatinus eccleſia omnem medietatem feodi amodo poſſideret, & aliam uxor Vvilardi, videlicet B Ada, quamdiu adviveret, retineret; illâque defunctâ pars altera abſque calumnia quorumlibet ſuorum heredum ilico libere ad eccleſiam rediret. Hoc audito gaviſi ſunt: & ne in poſterum oblivioni traderetur, ſcripto & Karactere ut confirmaretur laudaverunt. Hæc ad Vvilardum & conjugem retulerunt; & ut concederent, quod quaſi ab invitis extorſerant commonuerunt. quod uterque libentiſſimè fecit. Inde coram omni frequentia ad medium procedentes, jurejurando confirmaverunt hæc omnia, ut ſtatuta fuerant, ſe infracto jure tenere; ut nec ipſi ſeu aliquis heredum ſuorum ſuper hac re ulteriùs quoquomodo eccleſiam beatorum Martyrum aliquando inquietaret.

Hujus concordiæ vel pacti inter nos & illos Domnus Præſul GOSLENUS unà cum Comite RAINALDO mediator & teſtis exſtitit. Annotamus quoque ex parte qui interfuerunt. Ex parte ſancti Criſpini, Ego TEULFUS Abbas, JOHANNES Prior, Arnulfus Theſaurarius, Iohannes Præpoſitus, Durandus Camerarius, Nicolaus Præcentor, Rogerius Cellararius, Magiſter ſcolarum Hugo, Albricus, Gervaſius, Balduinus, C Lambertus Clerici, Anſculfus Archidiaconus, Ebolus Archidiaconus, Blihardus Laudunenſis Præcentor. Milites, Guido de Galardun, Hugo Vicecomes de Buci, Garnerius Rufus de Cuſiis. Servientes eccleſiæ, Nocherus major cum filio ſuo Vvaltero. Dominicus Decanus cum filio ſuo Humberto, Guiardus Vicecomes cum fratre ſuo Benedicto, Iohannes Sartor, Ivo Major de Biſtiſiaco. Ex parte Vvilardi & uxoris ſuæ Adæ, Guiardus de Valleboin, Dieth, Scotus, Ingelrannus. Actum eſt hoc publicè in Capitulo ſanctorum martyrum Criſpini & Criſpiniani Sueſſionis, anno humanati Verbi Dei M C XXXV, regnante piiſſimo Francorum Rege Ludovico, præſidente Remis Rainaldo Archiepiſcopo, Epiſcopante Sueſſionis piæ memoriæ Donno Goiſleno.

NOTATIO.

D IN hac Notitia obſerva primò epiſtolam miſſam per Abbatem ad Regem pro Placito. Secundò duellum. Tertiò Regem Ludovicum VI appellari *piiſſimum*, & Goiſlenum Epiſcopum *piæ memoriæ*. Unde quis colligat, hanc Notitiam eo mortuo factam eſſe. Quamquam *beatæ memoriæ* Acca Epiſcopus adhuc vivens appellatur non ſemel ab Heddio Stephano in Actis S. Vvilfridi Epiſcopi Eboracenſis capp. XXI, LIII & LXI. immo Ludovicus Abbas Dionyſianus adhuc vivens dicitur *piæ memoriæ* in diplomate Caroli Calvi ſuprà num. XCVI. Certè de Goiſleno vivente dictum eſſe patet ex duobus ſigillis appenſis, quorum primum exhibet effigiem S. Criſpini cum virga martyrii indice in dextra manu ſub hoc titulo: SIGILL. SANCTORUM MARTYRUM CRISPINI & CRISPINIANI. aliud eſt Goiſleni Pontificis ſedentis in cathedra abſque mitra; dextrâ pedum paſtorale, ſiniſtrâ librum pectori appoſitum tenentis. Locus obſervatione dignus.

CLXXXI.

E Godefridi ducis Lotharingiæ charta de Littæ reſtitutione facta cœnobio ſancti Remigii Remenſi.

Ex autographo.

Circa annum 1140.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus-ſancti. Ego GODEFRIDUS Dux Lotharingiæ, & filii mei GODEFRIDUS atque HENRICUS, notum facimus univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis tam futuris quàm præſentibus, nos injuſte & violenter alodium beati Remigii Francorum Apoſtoli, quod Litta* dicitur, diu uſurpaſſe & tenuiſſe. Tandem verò compuncti & pænitentia ducti, maximè quia auctoritate apoſtolica & ab Epiſcopis Leodicenſi & Cameracenſi, nec non ab eccleſia præfati Confeſſoris excommunicationi ſubjacebamus; jam dictum alodium cum omnibus ad ipſum pertinentibus Deo & beato Remigio atque Abbati prompta devotione reddidimus, necnon fidei ſacramento & jurejurando firmavimus, inſuper in præſentia domini CONRADI Imperatoris illud abdicavimus, F ſtatuentes & confirmantes, quod amodo numquam per nos nec per aliquem noſtrorum ſæpe dictum monaſterium de ipſius alodii rebus aliquod damnum patietur, ſed ex integro eidem maneant ſua omnia, ſicut dedit & confirmavit GERBERGA venerabilis Francorum Regina. Quod noſtræ conſtitutionis decretum ut per ſuccedentia tempora inconvulſum ſervetur & maneat, auctoritate noſtri ſigilli firmavimus, & teſtes idoneos ſubnotavimus. Hujus rei ex parte eccleſiæ teſtes fuerunt domnus ODO Abbas, & domnus VVALTERUS Abbas ſancti Martini, & SYMON Abbas de Parcho, Iocelinus Prior, Rainaldus Præpoſitus, Gervaſius, Lambertus monachus, Tebaldus Canonicus, Heſzelo Canonicus. Ex parte Ducis SIGERUS de Vavera, ARNULFUS Dapifer & VVALTERUS frater ejus, Raynerus, Gozuinus, Franco de Scluſa, Alardus de Baltorſen, Arnuidus de Filfort, Reonzo & Arnulfus filius ejus.

* Litoy.

 A

Notatio.

Littæ donatio per Gerbergam exſtat apud Marlotum in Metropolis Remenſis tomo 1 pag. 606. ubi Gerberga S. Remigio tradit *Marſnam in Comitatu Moſango, cum omnibus ad ipſum pertinentibus, id eſt Clamam & Littam,* &c. *anno Inc. dominicæ* DCCCC LXVIII. Sigillum huic chartæ appendet, exhibens equitem cataphractum abſque contraſigillo. Eſt ſine notis chronicis.

CLXXXII.

Adelaidis Reginæ diploma de villa S. Germani prope Compendium.

Ex archivo Compendienſi.

Anno 1153.

IN nomine ſanctæ individuæ Trinitatis. Ego ADELAIS *Dei gratiâ Regina Francorum, notum facimus* B
tam præſentibus quàm futuris, quod inter nemus de Cuiſia & burgum de Compendio, præcepto & vo-
luntate filii Regis noſtri LUDOVICI, *Villam novam ædificari præcepimus, eo ſcilicet tenore, quòd omnes*
ejuſdem villæ habitatores nullam reddent conſuetudinem, excepto ſex minas avenæ & quatuor capones:
& de vineis, ſi eas plantaverint, quarterium vini de unoquoque arpento reddent. Si verò pecora alicu-
jus locis in illis, quibus aliquid foriſfecerint reperiantur, duos ſolidos reddent. De foriſfacto ſemel illa-
to per quinque ſolidos emendabunt: ſi ſecundario vel amplius foriſfecerint, pro voluntate noſtra remota
omni voluntate & alterius reclamatione. Ad ædificia verò ſua facienda & claudenda, vivum nemus &
mortuum nemus ad ardendum ab redditu liberum accipient. Pagantum verò famulum noſtrum, maximè
præ ceteris liberum, ipſum & ſua in manu noſtra accepimus. Præterea ne diuturnitate temporum hujuſ-
modi rerum memoria poſſit deleri, litterarum memoriæ tradi, ſigilli noſtri auctoritate roborari, & nomi- C
nis noſtri annotatione firmari præcepimus. Actum publicè Compendii anno milleſimo centeſimo quin-
quageſimo tertio. LUDOVICUS *Dapifer,* REINAUDUS *Coquus Reginæ,* JOHANNES *Pincerna, per manum*
EBRUINI *Capellani.*

CLXXXIII.

Ex autographo.

Charta Samſonis Remenſis Archiepiſcopi, quâ donationem eccleſiarum de Fay & de Stratis, ab Ivone Domino Nigellæ majori S. Criſpini apud Sueſſionas monaſterio factam, confirmat metropolitano jure.

Anno 1157.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego SANSON, *divina miſeratione Remorum Archiepiſco-*
pus, apoſtolicæ ſedis Legatus, univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis tam futuris, quàm præſentibus D
in perpetuum. Cùm ex debito officii noſtri omnium eccleſiarum Remenſis diœceſis debitores ſimus; illis
præcipuum affectum impendere debemus, quæ religione eminent, & bonæ æſtimationis famâ percrebreſ-
cunt. Ea propter notum fieri volumus, quod IVO *vir nobilis, dominus Nigellenſis & Comes Sueſſio-*
nenſis, eccleſiam de Fai, *eccleſiam quoque de Stratis cum decimis utriuſque eccleſiæ majoribus & mino-*
ribus, terra arabili, hoſpitibus, & cum omnibus pertinentiis ſuis, hoc ipſum concedentibus & laudan-
tibus fratribus ſuis THEODORICO *Noviomenſis eccleſiæ Theſaurario,* DROGONE, *&* RADULFO
Brugenſi Caſtellano, in manus venerabilis fratris noſtri bonæ memoriæ SYMONIS *Epiſcopi Noviomenſis*
reddidit: idemque Epiſcopus rogatus ab eodem Comite, monaſterio ſanctorum martyrum Criſpini & Criſ-
piniani Sueſſion. conceſſit, & inveſtituram fecit; inſuper & privilegii ſui munimine quod factum
fuerat confirmavit. Porro idem etiam Comes in præſentiam noſtram Sueſſionis veniens, cùm adeſſent
Epiſcopi Abbateſque, qui cum Conone nepote ſuo, cui jam terra jurata fuerat; eccleſias præfatas cum E
omnibus (ut dictum eſt) ad eas pertinentibus ſe Epiſcopo reddidiſſe, monachoſque in perpetuam poſſeſſio-
nem ſuſcepiſſe recognovit, & præfatus Cono idipſum coram nobis laudavit atque confirmavit. Ut autem
id ratum inconcuſſumque permaneat, ſicut à prædicto Epiſcopo actum eſt, coramque nobis recognitum
atque approbatum, auctoritate metropolitana confirmamus: & ne quis auſu temerario moliatur infrin-
gere, ſub animæ ſuæ periculo interdicimus, præſentemque paginam ſigilli noſtri impreſſione, eorumque
qui recognitioni Comitis & conceſſioni Cononis interfuerunt, teſtimonio & ſubſcriptione muniri atque ro-
borari fecimus. S. ANSCULFI *Sueſſionenſis Epiſcopi. S.* BALDUINI *Noviomenſis Epiſcopi. S.* INGRAN-
NI *Abbatis S. Medardi. S.* RADULFI *Præpoſiti. S.* NEVELONIS. *S.* JOHANNIS. *S.* ROGERII. *S.* PE-
TRI *ſancti Gervaſii Archidiaconorum. S.* GALTERI *Prioris ſancti Medardi. S.* RADULFI *Subprioris.*
S. Ludovici. S. Adam Brulardi. S. Anſcheri Militis de Ancra. S. Guidonis de Galardon. S. Guidonis de F
VII *montibus. S. Gervaſii Vicecomitis. S. Ivonis Præpoſiti ſanctæ Mariæ. S. Pagani Præpoſiti Comitis*
Ivonis. S. Radulphi Eſpallandi.

Actum Sueſſion. apud ſanctum Medardum anno incarnati Verbi milleſimo C LVII, *Indictione* VI,
regnante LUDOVICO *nobiliſſimo Francorum Rege anno* XXI, *Archiepiſcopatus autem Domni Sanſo-*
nis anno XVIII.

ROBERTUS *Cancellarius recognovit, ſcripſit & ſubſcripſit.*

Notatio.

Hîc habes veterem formam tradendi res eccleſiis donatas in manus Epiſcopi, cui accedit Metropolitani confirmatio. Omnes ſubſcriptiones ſunt eadem manu adſcriptæ: appenſum eſt ſigillum Samſonis Archiepiſcopi ex cera rubricata abſque contraſigillo.

A

C LXXXIV.

Theobaldi Abbatis Foſſatenſis charta de remiſſione talliæ facta hominibus villæ Nobiliaci, & ejuſdem talliæ in cenſum commutatione.

Ex chartario Foſſatenſi.

Anno 1173.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego THEOBALDUS *Foſſatenſis Abbas & conventus ejuſdem eccleſiæ, notum fieri volumus, quod homines noſtræ villæ, quæ Nobiliacus appellatur, olim ad arbitrium noſtrum & voluntatem nobis talliabiles extiterunt: ſed quia homines prædicti de ipſa tallia nimis ſe gravari conquerebantur, rogaverunt nos, quatinus eiſdem modum & menſuram in ea poneremus.* B *Nos autem intuitu pietatis petitionem eorum ſuſcipientes, ſecundum velle eorum admenſuravimus, & ſtatuimus aſſenſu capituli noſtri, ut deinceps omnes homines præfatæ villæ vice talliæ & loco, quaſi quoddam cenſuale, centum ſolidos nobis per annos ſingulos in craſtino omnium Sanctorum perſolvant. Porro quatuor excipiuntur cauſæ juris Nobiliaci viri, in quibus quando contigerit omnes homines cum famulis eccleſiæ noſtræ quindecim libras providebunt, in adventu ſcilicet domini Papæ in Franciam; in incendiis Abbatiæ noſtræ (quod abſit) ſi evenerint; in Regis Francorum innovatione, quando primò coronabitur; quando Regem communiter à regalibus eccleſiis ſuis & à cetera terra publicam ſuſcipere collectam contigerit. Denique cenſuimus ponendum in extremis, quòd in annis, in quibus nonniſi centum ſolidi perſolventur, pro collecta quærenda famuli noſtri ab eadem excipiantur. Quotiens autem libras quindecim oportebit perſolvi; ex eis ſexaginta ſolidos perſolvent famuli, duodecimque habitatores villæ reliqui. Quod ſi præfati nummi in feſto defunctorum, termino ſcilicet ſibi poſito, ſoluti non fuerint; omnibus diebus dilationis eorum poſt feſtum beati* C *Martini per decem ſolidos ſe præfati viri Nobiliaci emendabunt. Teſtes . . . . . . Datum anno Domini* M C LXXIII.

NOTATIO.

HÆC charta anno M CC XLI recognita eſt à Simone *Barbete* & Odone Popini civibus & Præpoſitis Pariſienſibus, qui ſuper controverſia inter Abbates & Nobiliacenſes inde exorta ſententiam dixerunt, quæ in Chartario Foſſatenſi legitur. Nobiliacum, vulgo *Nully* diœceſis Pariſienſis, uti & Sacer-Portus ſeu Barbellum, infra.

C L X X X V.

D Philippi Auguſti diploma, Barbellenſes monachos Ordinis Ciſtertienſis eximentis à colligenda meſſe, & ad Miſſæ celebrationem revocantis.

Ex Chartario Barbellenſi à D. d'Herouval.

Anno 1186.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. PHILIPPUS *Dei gratia Francorum Rex. Fidelium Dei piè laborat intentio, quæ ſuis actibus curat efficere, ne Dei ſervitium occaſio frivola valeat impedire. Noverint itaque univerſi præſentes pariter & futuri, quoniam conſiderato quòd apud Sacrumportum, ubi ſepultura noſtri genitoris habetur, tempore meſſionum monachis ad granchias commeantibus, temporalium occaſione ceſſaret à ſollemnitate Miſſarum eccleſia: placuit nobis divina inſpirante gratia, & fratris* JOHANNIS *exhortatione, quatenus monachos Sacri-portus noſtris precibus ad divini culturam ſervitii meſſionum tempore intra ſuam ita retineremus eccleſiam, quod ſingulis diebus mane in honorem Dei, & ob remedium animæ patris noſtri & animæ noſtræ, omniumque fidelium conventu præ-*E *ſente Miſſarum ſolemnia celebrarentur: quibus peractis, ſi quas haberent meſſes in locis eccleſiæ ſuæ proximis, quotidie poſſent illis metendis operam dare. Hæc igitur ad petitionem noſtram Abbate & conventu Sacri-portus in perpetuum nobis annuentibus in recompenſationem laboris ſui, quem circa granchias tempore meſſium ſolebant exhibere, & ut deinceps eo tempore non tranſeant ad granchias, immo in ſua commorantes eccleſia, divinis (ſicut prædictum eſt) vacent obſequiis, donamus in perpetuum eccleſiæ Sacri-portus quidquid decimæ habemus apud Reclauſas, excepta decima vini, quam dedimus capellæ noſtræ de Fonte-Bleaudi; ita tamen, quod ſi quis decimam illam debentium legitimam non dederit decimam rectum emendationis noſtrum erit: ſi quis verò ſuſpectus habebitur legitimè ſuam decimam non dediſſe, quod eam legitimè ſecundum æſtimationem ſuam dederit, juramentum cùm requiſitus inde fuerit à monachis, tenebitur præſtare. Sciant etiam univerſi, quoniam eccleſia Sacri-Portus ad hæc nobis donat in perpetuum, quidquid apud Reclauſas habere dignoſcitur. Quæ ut in poſterum rata habeantur, & calumniantium malitia non valeant perturbari;* F *præſentem cartam ſigilli noſtri auctoritate ac regii nominis Karactere inferius annotato communimus. Actum apud Fontem-Bleaudi anno ab Incarnatione Domini* M C LXXXVI, *regni noſtri anno* VIII, *adſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna. S. Comitis* THEOBALDI *Dapiferi noſtri. S.* GUIDONIS *Buticularii. S.* MATHEI *Camerarii. S.* RADULFI *Conſtabularii. Data vacante Cancellaria.*

A

CLXXXVI.

Ex autographo S. Eligii Noviomenſi.

Anno 1197.

Stephani Epiſcopi Noviomenſis compoſitio inter Abbatem S. Eligii & Cantorem eccleſiæ Noviomenſis.

STEPHANUS *Dei gratia Noviomenſis Epiſcopus omnibus in perpetuum. Quæ ad notitiam poſterorum volumus tranſmittere, ſcripto ſolemus commendare. Ea propter notum facimus univerſis, quòd cùm inter dilectos noſtros Abbatem & monachos ſancti Eligii Noviomenſis, & Iohannem Bulg. Cantorem majoris eccleſiæ noſtræ ſuper botis nocturnalibus querela diutius eſſet agi.‘ta; cùmque tandem hinc inde in nos compromiſſum fuiſſet; inter eos hoc modo compoſuimus. Abbas eidem Cantori ſuiſque ſucceſſoribus* B *in perpetuum ſingulis annis in tribus ſollemnitatibus, Paſcha ſcilicet, Pentecoſte, in feſto beati Eligii æſtivali, duos flatones, ac duos ſimenellos ſolvere tenetur. In natali verò Domini & in feſto beati Eligii, quod fit in menſe Decembri, nonniſi unicum flatonem unicumque ſimenellum, ſicut aliis feodatis noſtris, ei perſolvet; & ob ejus feodi recognitionem, ſi idem Cantor in cauſarum deciſione juxta nos ſederit, Abbati venienti tenetur aſſurgere & cedere, & ad ipſius conſilium accedere, niſi forte contra nos, vel contra majorem eccleſiam noſtram querelam habuerit. Item ſi Abbas apud ſanctum Eligium judicium monomachiæ vel aquæ frigidæ tenere voluerit; Cantor, ſi in civitate fuerit, rogatus accedere debet, ſuumque conſilium impertiri. Ut igitur hæc compoſitio tam ab eccleſia ſancti Eligii, quàm à Cantore ſucceſſoribuſque ſuis deinceps inviolabiliter obſervetur; præſens cyrographum ſigilli noſtri auctoritate confirmamus. Actum anno Verbi incarnati* M C XCVII.

C

CLXXXVII.

Ex chartario Lehunenſi à D. d'Herouval communicato.

Anno 1231.

Compromiſſum Roberti de Bova & Conventus Lehunenſis.

EGO ROBERTUS *Dominus de Bova notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quia cùm cauſa verteretur inter nos ex una parte, & viros religioſos Priorem & Conventum de Lehuno ex altera, ſuper hoc quòd nos dicebamus nos habere omnem juſtitiam in omnibus hoſpitibus, quos habent dicti Prior & Conventus in villa de* Herbonieres, *& eſſe in poſſeſſionem dictæ juſtitiæ: è contrario dicti Prior & conventus dicebant ſe habere omnem juſtitiam in omnibus hoſpitibus ſuis de* Herbonieres. *Tandem de bonorum virorum conſilio nos & dicti Prior & Conventus compromiſimus ſuper dicta controverſia in viros venerabiles & diſcretos* MATTHÆUM *Abbatem Britulicenſem, & nobilem virum* JOHANNEM D *de Nigella Militem, promittentes bona fide, quod ratum habebimus & firmum quidquid ſuper dicta controverſia à prædictis arbitris fuerit bona fide ordinatum. Sciendum eſt quod de conſenſu noſtro & Prior & & conventus de Lehuno & de aſſenſu dictorum arbitrorum ſtatutum eſt & ordinatum, quod dicti Prior & Conventus ad intentionem ſuam probandam ſuper prædictis tantummodo producent decem teſtes tales; octo de hominibus ſuis de* Herbonieres, *& duos monachos ſuos de Lehuno: ita tamen, quod teſtimonium illorum duorum monachorum non valebit niſi tantum, quantum valeret teſtimonium duorum hominum laicorum. Similiter nos ad probandum nos habere omnem juſtitiam in hoſpitibus Prioris & conventus de Lehuno in villa de* Herbonieres *manentibus, & eſſe in poſſeſſionem juſtitiæ ſupradictæ, tantummodo producemus decem teſtes, octo de hominibus noſtris de* Herbonieres, *& duos alios quoſcumque nobis placuerit: ita tamen quòd ſi fortè religioſos vel clericos produceremus, non valeret teſtimonium eorum, niſi quantum valet teſtimonium duorum laicorum. Si verò dicti arbitri inter ſe diſcordarentur; de conſenſu* E *noſtro & Prioris & Conventus de Lehuno electus eſt tertius, ſcilicet* RADULFUS *Abbas beati Cornelii de Compendio, cujus ſtabimus arbitrio cum altero dictorum arbitrorum. Vallata eſt autem dicta compromiſſio pœnâ centum librarum Pariſienſium perſolvendâ à parte, quæ à dicto arbitrio reſiliret, & alteri parti reddendâ. Sciendum eſt autem quod dictum arbitrium infra inſtantem Aſſumptionem beatæ Mariæ Virginis debet terminari, niſi de conſenſu dictorum arbitrorum dictus terminus fuerit prorogatus. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras ſigillo noſtro fecimus roborari. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo primo, menſe Marcio, in craſtino Dominicæ qua cantatur* Lætare Jeruſalem.

NOTATIO

Hæc charta valet ad probandum id quod in libri capite IV. probavimus, nempe monachorum teſtimonium valuiſſe in propria cauſa, etiam cùm alii teſtes adeſſent. Idem probat pro Ciſtertienſibus Urbani IV privilegium apud Manriquezium relatum, in hæc verba. *In cauſis autem propriis, ſive civilem, ſive criminalem contineant quæſtionem, liceat vobis fratrum veſtrorum, quos ad hoc noveritis eſſe idoneos, teſtimonio uti: ut per hoc poſſitis propulſare violentiam, & juſtitiam vindicare: ne defectu teſtium jus veſtrum valeat deperire.* F

A

CLXXXVIII.

Henrici Angliæ Regis diploma de cuſtodia Abbatiæ S. Juliani Turonenſis.

Ex tomo 3 Stephanotii noſtri.

H*ENRICUS Rex Anglorum, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, omnibus fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis quod Rex Francorum Aurelianis in communi audientia recognovit, quod cuſtodia Abbatiæ ſancti Iuliani Turonenſis ad me pertinet ex dignitate Dapiferatûs mei, unde ſervire debeo Regi Franciæ ſicut Comiti* Andegavenſi: ita quod Archiepiſcopus Turonenſis nullam habeat in ea poteſtatem præter epiſcopalia, ſicut in ceteris habet Abbatiis. His audientibus,* JOSCIO *ſcilicet tum* B *Turonenſi Archiepiſcopo, Abbate ſancti Euvertii, Abbate ſancti Benedicti ſuper Ligerim,* GAUFRIDO *& H. Capellanis. Actum anno* M CC LXXXIII, *die Mercurii ante feſtum beati Georgii.*

* *l.* Comes Andegavenſis.

NOTATIO.

HANC chartam referimus ad conciliandam fidem iis, quæ diximus in libri ſecundi capite XXI num. VIII. nimirum de teſtibus apud Anglos, qui manu ſua ipſi non ſubſcribebant, ſed tantùm commemorabantur ſub hac forma, apud Gallos etiam, rariſſimè *tamen in regiis* litteris, receptâ: *His teſtibus*, &c. Ad formulam, *Teſte meipſo*, Guillelmus Prinneus in antiquis Collectionibus regni Angliæ, ex archivis regiis turris Londinenſis depromtis, multa exempla ſuppeditat à Johanne Rege, dicto Sine-terra, nimirum à pag. 5. De *Dapiferatu* ſeu Seneſcallatu Comitis Andegavenſis lege commentarium Hugonis de Cleeriis.

C

EXCERPTA

EX CHARTARIO AUTOGRAPHO FOLQUINI MONACHI SITHIENSIS,

IN QUO VARIA REGUM DIPLOMATA REFERUNTUR.

DE Folquino ſæculi X monacho Sithienſi, inſtructoque ab ipſo primariorum cœnobii ſui inſtrumentorum codice chartaceo egimus variis in locis, maximè in libri tertii capite V. Hîc Præcepta ipſa Regum exhibenda ſunt cum ipſius Folquini narrationibus, quæ ad præceptorum notitiam conducunt, prout ea ego aliquando cum noſtro Stephanotio in Sithienſi monaſterio conſtitutus deſcripſi, aut per noſtrum Johannem Gillotinum
D poſtea recuperavi.

QUOD omnipotens Deus qui fortè velit præ oculis, &c. inſpicere poterit. Hunc tantummodo codicem de membranulis in unius libri cumulavimus corpus; ut ſi forſan quis iſtius loci poſſeſſionum inveſtigandarum fuerit avidus, ad hunc recurrat: ibi numerum & nomina invenire poterit quantocius ſub prætitulatione annorum dominicæ nativitatis, vel tunc temporis cujuſlibet Regis aptè conjunctum, prout noſtræ erat poſſibilitatis. In primordio hujus operis auſpice Chriſto præponimus traditionem ADROALDI, tunc temporis inluſtriſſimi, qui velut in geſtis almi patris Bertini [legitur,] cum hereditarium poſſeſſionis ſuæ non haberet pôſt diſceſſum fragilitatis humanæ, tractare cœpit aſſiduè, qualiter Chriſto commendaret terrena, ut mercaretur ſuperna, &c.

EXSTAT in codice Miræi, itemque apud Cointium Adroaldi optimatis donatio, quam ille Chlodovei II
E Regis anno XI condidit. Adroaldi donationem excipit commutatio villarum, Mummolinum inter Epiſcopum Noviomagenſem & Bertinum Sithienſem Abbatem inita, quam Folquinus his verbis refert.

Exemplar commutationis villarum B. Bertini & Mummoleni Epiſcopi.

SUB Francorum quoque Principe [Chlothario] prædicti regis HLodovei filio, anno ipſius VI, Verbique incarnati DCLX, placuit venerabili viro Mummoleno Noviomenſi Epiſcopo, Domnoque Bertino Abbati de Sitdiu monaſterio inter ſe aliqua commutare locella: deditque venerabilis Mummolenus Epiſcopus Domno Bertino Abbati villam nuncupatam Vallis, quam de parte dederat viro reverentiſſimo EBERTRAMNO Abbate de ſancti Quintini cœnobio, pro alia villa cognomento Tunninio, ſeu & Inbrago & Inglindono, vel in Selerciago. Hæc quinque lo-
F cella Domno conceſſit Bertino. Et è contrario vir venerandus Bertinus dedit Mummolino Epiſcopo portionem ſuam de villa nuncupante Vauſune, in pago Conſtantino, & locum aliud nomine Launardiaca villa ad integrum, quam commutationem regia auctoritate confirmare petierunt. quod & factum eſt. Exemplar autem regiæ confirmationis iſtic proponere placuit.

Exemplar ejuſdem.

[CHLOTACHARIUS *Rex Francorum vir inluſter*]. *Dum & nos Dominus in ſolio parentum noſtro-* CLXXXIX.
rum fecit ſedere, oportet nobis ſalubriter peragere, ut ea in Dei nomine debeamus propenſare, ut id quæ ad profectum eccleſiarum vel res ſanctorum ſalvandum pertinet, libenti animo debeamus præſtare, qualiter hoc in Dei nomine inlibata debeat permanere, & apud æternum retributorem nobis ex hoc ad

mercedem poſſit pertinere, & congregatio Deo canentes, pro nobis Domini miſericordiam ſtudeant depre- A
care. Igitur apoſtolicus vir MUMMOLENUS *Noviomenſis urbis Epiſcopus, necnon & venerabilis vir*
BERTINUS *Abba de monaſterio Sitdiu, qui ponitur in pago Tervuanenſe, à quorum amborum opere viſi*
fuerunt ædificare, & eſt in honore ſanctæ Mariæ genitricis Domini noſtri Ieſu-Chriſti, necnon & ſancti
Petri & Pauli Apoſtolorum, vel ceterorum domnorum Sanctorum conſtructus, ad præſentiam noſtram
venientes, clementiæ regni noſtri detulerunt notitia, ut aliqua locella eorum congrua & oportuna, tam
in pago Conſtantino, quàm in Noviomaginſe, vel Cambracinſe, ſeu Vermandinſe, ubicumque congruum
locum advertirent, inter ſe commutare deberent. Ideo petierunt nobis unanimiter antę dictus Domnus
Mummolenus Epiſcopus, ſeu venerandus vir Bertinus Abba, ut eis licentiam tribuere deberemus tam
de parte Domno Mummolino Epiſcopo, vel civitate Noviomenſe ipſius pontificato, quàm & de parte ip-
ſius Bertino Abbate, monaſterii ſui Sitdiu, quandoquidem eis complacuerunt, & locum invenirent, li- B
centiam noſtram habeant faciendum. Invenerunt inter ſe ambo locella aliqua his nominibus: Vallis, quem
de parte venerabili viro EBERTRAMNO *Abbate de baſilica ſancti Quintini pro alia villa cognomi-*
nanti Tumninio, ſeu & Imbrago, & Inglindono, vel in Selerciaco, in iſta loca quinta denominata
dedit Mummolinus Epiſcopus jam dicto Bertino Abbate. Similiter dedit Bertinus Abba memorato Domno
Mummolino Abbati vel Epiſcopo portione ſua de villa nuncupante Vauſune, in pago Conſtantino ad in-
tegrum, quem de illuſtri vero AGULFO *pro alia villa Tranciliaco in concambio accepit, & alio locello*
qui vocatur Laudardiaca villa, in pago...... ad integrum. Iſta omnia denominata quod nos pro reve-
rentia ipſius ſancti loci, vel Bertino, ſeu monaſterii ſui Sithiu, ut hoc in eiſmetipſis Mummolino Epiſcopo
& Bertino Abbate, ſicut ſuperius diximus, integra noſtra auctoritas plenius confirmare deberet. Cujus
petitioni ita præſtitiſſe & in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes enim ut ſicut conſtat de ipſas res
ſuperius, quicquid dictum eſt, in ipſa loca cum omnia & ex omnibus totum & ad integrum, id eſt cum
terris, domibus, mancipiis, farinariis, vineis, vel quicquid inter ſe commutaverunt, cultis & incul- C
tis, & hoc ad præſente tempore poſſedere vel dominare videntur, ita & inantea per noſtrum præ-
ceptum plenius inde confirmatum & ſupra ſcripti Domnus Mummolinus Epiſcopus & Bertinus Abba de ipſas
res ſuperius nominatas, quicquid manu noſtra fuit delegatum vel firmatum, ſicut per eadem declara-
mus, hoc habeant, teneant, atque poſſideant, ſuiſque ſucceſſoribus cum Dei & noſtra gratia derelin-
quant; vel quicquid exinde facere decreverint, liberam in omnibus habeant poteſtatem, & nulla inter
ipſos lis & altercatio poſt temporibus ante parentorum noſtrorum Regibus maneat, niſi de parte Domno
Mummolino Epiſcopo, quàm & de ſucceſſoribus ſuis Noviomaginſe civitate nulla requiſitio nec remallatio
fiat; & de parte Bertino Abbate vel ipſius monaſterii Sitdiu ſeu ſucceſſoribus ſuis non fiat: & nec ſucceſſoris
noſtri in curticellas ſupraſcriptas, nec quiſlibet, ut dictum eſt, judiciaria poteſtas ibidem ingredere non
præſumat. niſi pro noſtra mercede abſque introitu judicum memoratus Abba vel ſucceſſores ſui ibidem
conſiſtentes ad parte ipſius monaſterii valeant poſſidere, qualiter in illis delectetur ad ipſa ſancta congrega- D
tione pro nobis Domini miſericordiam jugiter deprecare. Et ut hæc præceptio firmior habeatur, & à vo-
bis ſucceſſoribuſque veſtris per tempora in omnibus conſervetur; nos & præcelſa Domna & genitrix noſtra
BALTHECHILDIS *Regina ſignaculo manus noſtræ noſcimur adfirmaſſe.*

Actum ſub die Kl. Februarii, anno VI *regni noſtri Criſciaco palacio.*

In hoc Chlotharii Præcepto deeſt apud Folquinum formula initialis, uti & in ſequenti Theodorici, quam anſu-
lis incluſam ſupplevimus. Deſunt etiam Regis ac Balthechildis Reginæ ſubſcriptiones, tametſi uterque *ſignaculo*
manus ſuæ id affirmavit, eum admodum quo in ſubſequentibus Chlodovei tertii litteris etiam Chrodechildis
ſubſcribit cum filio ſuo Chlodoveo ſub hac formula: *Signum glorioſi Chlodovei Regis.* &, *Signum præcelſæ genitricis*
noſtræ Chrodechildis Reginæ quæ formula etiam ſervatur in diplomatibus Chlodovei junioris, ut vidimus in lib. V ad
tabulam XVIII, omnino conſentanea formulæ Carolinæ. In contextum hujus diplomatis mendum irrepſiſſe vide-
tur ad hæc verba. *domno Mummolino Abbati vel Epiſcopo.* nam aliàs ſimpliciter Epiſcopus dicitur, nulla men- E
tione facta Abbatialis ejus dignitatis, quam ei nonnulli tribuunt ante pontificatum. Ceterum hoc Præceptum
laudat in ſuo Chlodoveus tertius, qui & Childerici avunculi ac Theoderici genitoris ſui eam in rem diplomata
laudat. Childerici litteras non habemus: Theodorici Præceptum exhibet Folquinus, prout ſequitur.

Privilegium Theodorici Regis ſuper hoc quod Domnus Bertinus in Attinio fiſco comparavit.

ANNO antem dominicæ Incarnationis DC LXXVI, Indictione IIII, regnante glorioſo Franco-
rum Rege Theoderico, qui erat frater præfati Regis Chlothacarii, anno X, fecit idem Rex Theo-
dericus Præceptum ſecuritatis domno Bertino de eo quod comparavit in Attinio fiſco: cujus hic F
eſt textus.

CXC. [THEUDERICUS *Rex Francorum vir inluſter*]. *Si aliquid ad loca Sanctorum pro adjuvamen ſer-*
vorum Dei concedimus, hoc nobis ad laudem vel æternæ retributionis pertinere confidimus. Igi-
tur cognoſcat magnitudo ſeu utilitas veſtra, quod nos venerabili viro BERTINO *Abbati de monaſterio*
Sitdiu tale beneficium conceſſimus, ut quod infra mero Attiniacenſe de fiſco noſtro comparatum habebat,
aut inantea ad comparandum invenire potuerit, præter illos manſos unde operas carrarias exeunt, hoc
habeat conceſſum, & nullo redditu terræ, nec nullas functiones publicas eiſdem ob hoc exigere, nec requi-
rere non debeatis. Quapropter per hoc præceptum ſpecialius decernimus ordinandum, quod in perpetuo vo-
lumus eſſe manſurum, ut neque vos, neque juniores ſeu ſucceſſores veſtri, nec quiſlibet de judiciaria pote-
ſtate adcinctus, de ipſas terras quod infra mero Attiniacinſe infra ipſo fiſco noſtro memoratus Abba compa-

A *ratum habet, aut deinceps ipſe vel ſucceſſores ſui, aut pars ipſius monaſterii comparare potuerint, præter
illos manſos unde carpentas exeunt, nullos redditus terræ, nec nullas functiones eiſdem non requiratis, nec
exactetis, niſi quidquid exinde ipſe Abba vel pars monaſterii ſui Sitdiu aut ſucceſſores ſui, vel quod fiſcus no-
ſter percipere potuerit, ex noſtro munere largitatis hoc habeat conceſſum atque indultum. Et ut hæc præce-
ptio firmior habeatur, & per tempora melius conſervetur, manus noſtræ ſubſcriptionibus eam decrevi-
mus roborare.*

Signum glorioſi Regis THEODERICI.

Data ſub die X *Kal. Novembris, anno* X *regni noſtri, Compendio palatio in Dei nomine feliciter.*

THEODERICI ſollemnis ſubſcribendi modus is erat, † *In Chriſti nomine Theudericus Rex ſubſcripſi*, ut ex
B relatis ejus formulis conſtat. Unde aſſerere licet, hîc non bene redditam fuiſſe Theoderici ipſius ſubſcriptio-
nem à Folquino, qui in ſuperiori, uti & in iſto, Chlotharii diplomate formulam initialem; ad hæc etiam Regis ac
Baltechildis Reginæ atque Cancellarii ſubſcriptiones prætermiſit. Ejuſdem Theoderici Regis anno XII Amal-
fridus cum Childebertana uxore Hunulficurtenſe cœnobium S. Bertino tradidit, quod Amalfridus ipſe, item-
que Theodoricus Rex litteris uterque ſuis teſtantur apud Folquinum, cujus hæc verba.

ANNO ab Incarnatione Domini DC LXXVII, Indictione VI, vir quidam inclitus, nomine Amal-
fridus, tradidit domno Bertino monaſterium quod ipſe conſtruxerat in proprietate ſua, nomine
Hunulficurte, in pago Camaracenſe, ſuper fluvio *Scald*, ubi & filia ipſius, Auriana nomine, Abba-
tiſſa Sanctimonialium rectrix eſſe videtur.

EGo in Dei nomine AMALFRIDUS *illuſter vir, conceſſi atque delegavi ad monaſterium Sitdiu, ubi* CXCI.
venerabilis vir Bertinus Abba præeſſe videtur, unà cum voluntate vel convenientia filiæ meæ
C AURIANÆ, *quæ ibidem rectrix eſſe videtur, hoc eſt monaſterium noſtrum, cujus vocabulum eſt Hunulfo-
curtis, in pago Kambrincenſe, ſuper fluvio* Scald, *quem ego in proprietate noſtra in honore ſanctæ Ma-
riæ, vel ſancti Petri, ſeu ſancti Martini, ſeu ſanctæ Pollinæ conſtruxi, ubi ipſa pretioſa gemma requieſcit
in corpore.... Et ſupplicamus ipſos fratres & rectores monaſterii, ut ipſum monaſterium de Miſſa, de
curſo, de luminaria, curam habere ſtudeant, & de hoſpitibus & peregrinis caritatem, ut mercedem ha-
bere debeant, & nomen noſtrum in libro vitæ recenſeant. Actum Vermandis, quod fecit menſis Februa-
rius dies* VIII, *in anno* XII *regni domni noſtri Teuderici glorioſiſſimi Regis.*

AMALFRIDI litteras ita claudit Folquinus, itemque Iperius in Chronico Bertinenſi, qui Iperius prima in-
ſtrumenti verba, quæ præfationis loco ſunt; refert in hunc modum. *Quantum intellectus ſensûs humani &c.*
Illa verò reſecuiſſe videtur Folcuinus, quòd nihil ad hiſtoricam diplomatis notitiam conferrent: at ſubſcriptiones
omittere non debuit, quæ ſic habent. AMALFRIDUS *hoc teſtamentum à me factum relegi & ſubſ. Ego Auriana Ab-*
D *batiſſa conſentiens ſubſ. Signum Adalfridi, Vulfoaldus, Nivario, Angaberius, Hildramnus, Erchamfridus, Si-
gnius, Vvaraulfus Diaconus, Ultimarus, Craſmarus, Dudonus, Bruno, Ermenfridus, Conſtantinus, Giſlefridus,
Centenaſius, Gerfridus, Balſtrantus. Bladardus rogatus hoc teſtamentum ſcripſi & ſubſcripſi.*

Huic inſtrumento Folquinus confirmationem ejus à Theodorico Rege factam ſubjicit in hæc verba.

VEniens venerabilis vir BERTINUS *Abba de monaſterio Sithiu, quod eſt conſtructum in pago Tar-* CXCII.
*vvaninſe, in honorem ſancti Petri, vel ceterorum Sanctorum, per conſenſu & voluntate illuſtris
viri* AMALFRIDI, *& matronæ ipſius* CHILDEBERTANÆ, *ſeu & filia eorum* AURIANA *Abbatiſſa, Ca-
riciaco villa in palatio noſtro, in noſtram venientes præſentiam, clementiæ regni noſtri intulerunt, eo
quod ipſe Amalfridus & matrona ſua Childebertana in honore ſanctæ Mariæ genetricis Domini noſtri
Ieſu-Chriſti, vel ſanctæ Pollinæ, in loco nuncupante Hunolfocurte, ſuper fluvio Scald viſi fuerunt ædificaſſe &c.
Dat. Kalend. April. anno* XIV *regni noſtri Cariciaco palatio.*

E SEQUITUR apud eumdem Folquinum Chlodovei Regis Theoderici filii præceptum, quo Bertino Abbati,
à vectigalibus immunitatem concedit.

Privilegium Chlodovei Regis.

CHLODOVEUS *Rex Francorum (vir inluſter). Si illa beneficia quæ parentes noſtri ad loca Sancto-* CXCIII.
*rum præſtiterunt vel conceſſerunt, pro noſtris oraculis confirmamus; & regiam conſuetudinem exer-
cemus, & nobis ad laudem vel ſtabilitatem regni noſtri in Dei nomine pertinere confidimus. Igitur ve-
nerabilis vir* BERTINUS *Abba de monaſterio Sithiu, quod eſt in pago Tarvvanenſe, in honore ſanctæ
Mariæ genitricis Domini noſtri Ieſu-Chriſti, necnon & ſancti Petri & Pauli Apoſtolorum, vel ceterorum
domnorum Sanctorum conſtructum, ad noſtram accedens præſentiam, clementiæ regni noſtri ſuggeſſit, eo*
F *quod avus noſter* CHLODOVIUS *quondam Rex de omnes curticellas vel villas ipſius monaſterii, quicquid
præſenti tempore poſſidebant, aut adhuc inantea ex munere Regum, vel collata populi, ſeu de compara-
to aut de qualibet adtracto in quibuſlibet pagis atque territoriis inibi erat additum vel collatum, integra
emunitate anteceſſore ſuo* MUMMOLINO *quando vel ad prædicto monaſterio conceſſit, ut nullus Iudex
publicus ibidem ad audiendas cauſas, freta exigenda, fidejuſſores tollendos, nec manſiones aut para-
tas faciendo, nec homines ipſius monaſterii, tam ingenuos, quàm & ſervientes ſuper terras ſuas comma-
nentes diſtringendos, nec nullas redibitiones requirendas, nec exactandas, nec judiciaria poteſtas ibi-
dem ingredere quoquo tempore non deberet, niſi ſub emunitatis nomen omni tempore cum omnis fretis
conceſſis pars ipſius monaſterii debeat poſſidere. Unde & præceptionem Principum, ſeu confirmationem avun-
culorum noſtrorum* CHLOTACHARII, *&* CHILDERICI, *ſeu & genitoris noſtri* THEODERICI *quondam Re-
gis, qualiter hæc vel illa locella, quæ poſtea ipſe Bertinus Abba ad parte ipſius monaſterii pro commuta-*

tionis titulo vel ſtrumenta accipere . . . . accipere confirmaverunt, nobis in præſente oſtendit re- A
legendas : & ipſis beneficiis conceßis de tempore uſque nunc aſſerit conſervatas, ſed pro firmitatis ſtudium
petiit memoratus Abba celſitudini noſtræ, ut hoc circa ipſum locum pro noſtra auctoritate plenius confirmare
deberemus. Cujus petitioni pro mercedis noſtræ munere vel reverentia ipſius ſancti loci ita præſtitiſſe, &
in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes enim ut quicquid conſtat ſupra ſcribtos avos noſtros CHLO-
DOVIUS *quondam Rex de ipſa emunitate, ſicut ſuperius eſt comprehenſum, præfato Mummolino, vel poſtea*
ipſe avunculi noſtri Chlotacharius ſeu Childericus, ſeu & genitor noſter Theodericus quondam Reges. juſtè
& rationabiliter conſenſerunt vel confirmaverunt, & de eo tempore uſque nunc recto tramite fuit conſer-
vatum, ita & inanteа per noſtro præcepto plenius in Dei nomine confirmato, inſpectas ipſas præceptiones
ſupraſcriptorum Principum, ſicut per eaſdem declaratur, circa ipſo Abbati Bertino, vel ſucceſſoribus ſuis,
aut ipſo monaſterio Sithiu omni tempore ipſis beneficiis conceßis in omnibus valeat eſſe conſervatum : &
nulla refragatione vel nullo impedimento à Iudicibus publicis exinde quoque tempore habere non perti- B
meſcant: unde & ipſa congregatio pro ſtabilitate regni noſtri vel ſalute patriæ Domini miſericordiam ju-
giter debeant exorare. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur & in omnibus conſervetur, nos & præcelſa
genitrice noſtra CHROTECHILDIS *Regina manus noſtræ ſignaculis ſubter eam decrevimus confirmare.*
Signum glorioſi CHLODOVEI *Regis. Signum præcelſæ genitricis noſtræ* CHRODECHILDIS *Reginæ.*
Actum ſub die I *Kal. Iunias, anno* I *regni noſtri.*

HIC omiſſus dati privilegii locus à Folquino, qui & codici ſuo ſequens Chilperici privilegium inſeruit.

Privilegium Chilperici Regis.

CXCIV. CHILPERICUS *Rex Francorum (vir inluſter). Si facta parentorum noſtrorum, quod ad loca ſancto-*
rum præſtiterunt vel conceſſerunt, per noſtris oraculis confirmamus, regia conſuetudine hoc exer- C
cemus, & nobis ad laudem vel ſtabilitatem regni noſtri in Dei nomine pertinere confidimus. Igitur ve-
nerabilis vir ERCHEMBODUS *Abba de monaſterio Sitdiu, qui eſt in pago Tervannenſe in honore*
ſanctæ Mariæ genitricis Domini noſtri Ieſu-Chriſti, necnon & ſancti Petri & Pauli Apoſtolorum, vel
ceterorum domnorum Sanctorum conſtructus, ad noſtram accedens præſentiam, clementiæ regni noſtri ſugge-
ſit, quod avus noſter CHLODOVEUS *quondam Rex de omnibus curtis vel villis ipſius monaſterii, quicquid*
eodem tempore poßidebant, aut adhuc inantea ex munere Regum vel collata populi, ſeu de comparato, aut
de qualibet adtracto in quibuſlibet pagis atque territoriis inibi eſt additum vel collatum, integra emu-
nitate anteceſſori ſuo domno BERTINO, *quondam ipſius monaſterii Abbate, vel ad prædictum monaſte-*
rium conceßiſſet, ut nullus Iudex publicus ibidem ad cauſas audiendas, aut freta exactanda, vel fidejuſ-
ſores tollendos, nec manſiones aut paratas faciendas, nec homines ipſius monaſterii, tam ingenuos, quàm
& ſervientes, qui ſuper terras ſuas commanent, diſtringendos, nec ullas redibitiones requirendas nec exa- D
ctandas judiciaria poteſtas ibidem ingredere quoquam tempore non deberet: niſi ſub emunitatis nomen
omni tempore cum omnes fretas conceſſas pars ipſius monaſterii perenniter deberet poßidere. Vnde & præce-
ptiones ipſius videlicet Principis avi noſtri Chlodovei, & confirmationes præcelſorum avunculorum no-
ſtrorum CHLODOCHARII & THEODORICI, *ſeu & genitoris noſtri* CHILDERICI, *etiam & conſobri-*
norum noſtrorum CHLODOVEI & CHILDEBERTI *quondam Regum ſe ex hoc præ manibus habere affir-*
mat, & quod ipſa beneficia conceſſa ab eo tempore uſque nunc videant eſſe conſervata: ſed pro integra
firmitate petiit celſitudinem noſtram memoratus Abbas, ut hoc circa ipſum locum pro noſtra auctoritate
plenius confirmare deberemus. Cujus petitioni pro mercedis noſtræ augmentum, vel reverentia ipſius loci ita
præſtitiſſe, & in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes enim præcipimus, ut quicquid conſtat ſupraſcrib-
tum avum noſtrum Chlodoveum quondam Regem de ipſa emunitate, ſicut ſuperius eſt comprehenſum,
præfato Bertino, vel poſtea ipſi avunculi noſtri Chlodocharius & Theodoricus, ſeu & genitor noſter Chil- E
dericus, etiam & conſobrini noſtri Chlodoveus & Childebertus quondam Reges juſtè & rationabiliter quon-
dam conceſſerunt & confirmaverunt, & de eo tempore uſque nunc recto tramite fuit conſervatum, ita
& inantea per noſtro præcepto plenius in Dei nomine confirmare deberemus. Inſpectas ipſas præceptiones
ſupraſcribtorum Principum, ſicut per eaſdem declaratur, circa ipſum Abbatem Erkembodum vel ſucceſſores
ſuos, & ad ipſum monaſterium Sitdiu omni tempore ipſa beneficia conceſſa in omnibus valeant eſſe con-
ſervata, & nulla refragatione, nec nullum impedimentum à Iudicibus publicis exinde quoquam tem-
pore habere non debeant: unde ipſa congregatio pro ſtabilitate regni noſtri, vel ſalute patriæ Domini mi-
ſericordiam jugiter debeant exorare. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & in omnibus conſervetur,
manus noſtræ ſubſcribtionibus eam ſubter decrevimus roborare. Datum anno regni noſtri III.

HIC Folquinus Regis atque Cancellarii ſubſcriptionem prætermiſit, itemque dati privilegii locum: efficto in- F
ſuper ſigillo, quod ab authenticis primæ ſtirpis Regum longe diverſiſſimum, ſæculi x ætatem atque genium
ſapit. Sequens Theoderici Regis Præceptum, tametſi editum apud Miræum, in diplomate Belg. pag. 11, hic
videtur exhibendum ex Folquino ad ſeriem continuandam.

Exemplar Kartæ Theoderici Regis.

CXCV. THEODERICUS *Rex Francorum, viris inluſtribus Gravionibus, ſeu & omnibus agentibus, vel ju-*
nioribus eorum, tam præſentibus quàm futuris, in quibuſcumquelibet accionibus monaſterii Sitdiu
tenere vel habere videtur. Si facta parentorum noſtrorum quæ ad loca ſanctorum præſtiterunt vel con-
ceſſerunt, per noſtra oracula confirmamus, regia conſuetudine exercemus, hoc ideo ut nobis ad laudem

A vel ſtabilitatem regni noſtri in Dei nomine pertinere confidamus. Igitur venerabilis vir ERKEMBODUS Abbas de monaſterio Sitdiu, qui eſt in pago Teruanneſi, in honore ſanctæ Mariæ genitricis Domini noſtri Ieſu-Chriſti, nec non & ſancti Petri & Pauli Apoſtolorum, vel cæterorum Domnorum Sanctorum conſtructus, ad noſtram accedens præſentiam, clementiæ regni noſtri ſuggeſſit, eo quod proavus noſter CHLODOVIUS quondam Rex de omnibus curtis vel villis ipſius monaſterii, quicquid eodem tempore poſſidebant, aut adhuc inantea ex munere Regum, vel de collatis populi, ſeu de comparato aut de comparando, aut de quolibet adtracto in quibuſlibet pagis atque territoriis inibi eſt additum vel collatum, integra emunitate anteceſſori ſuo BERTINO quondam, vel ad prædictum monaſterium Sitdiu conceſſiſſet, ut nullus judex publicus ibidem ad cauſas audiendas, aut freda exactanda, vel fidejuſſores tollendos, nec manſiones aut paratas faciendas, nec homines ipſius monaſterii tam ingenuos quàm ſervientes, qui ſuper terras ſuas commanent, diſtringendos, nec nullas redibitiones requirendas nec exactandas judiciaria poteſtas
B ibidem ingredere non præſumat, niſi ſub emunitatis nomine omni tempore cum omnibus fredis conceſſis pars ipſius monaſterii perenniter debeat poſſidere. Vnde & præceptione ipſius Principis proavi noſtri CHLODOVEI, & confirmationibus præceſſorum avunculorum noſtrorum CHLOTACHARII & CHILDERICI, ſeu & avorum noſtrorum THEODORICI & CHILDEBERTI, atque conſobrini noſtri CHILPERICI quondam Regis, ex hoc præ manibus ſe habere affirmat, & quod ipſa beneficia conceſſa ab eo tempore uſque nunc videantur eſſe conſervata: ſed pro integritatis firmitate petiit celſitudini noſtræ memoratus Erkembodus Abbas, ut hoc circa ipſum locum per noſtram auctoritatem plenius in Dei nomine confirmare deberemus. Cujus petitioni pro mercedis noſtræ aucmentum vel reverentia ipſius loci ita præſtitiſſe, & in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes enim præcipimus, ut quicquid conſtat ſupra ſcribtum proavum, Chlodoveum quondam Regem de ipſa emunitate, ſicut ſuperius eſt comprehenſum, conceſſiſſe præfato Bertino anteceſſori ſuo, vel poſtea ipſi avunculi vel avus noſter Chlotarius*, & Theodoricus, Childebertus & Childe-
C ricus, etiam & confirmationes conſobrini noſtri Chilprici quondam Regis, juſte & rationabiliter conceſſerunt, vel confirmaverunt, & de eo tempore uſque nunc recto tramite ſunt conſervata; ita & inpoſtmodum per noſtrum præceptum plenius in Dei nomine confirmamus, inſpectas ipſas præceptiones ſupra ſcribtorum Principum, ſicut per eaſdem declaratur, circa ipſum Erkembodum Abbatem vel ſucceſſores ſuos, aut circa ipſum locum Sitdiu omni tempore ipſa beneficia conceſſa in omnibus valeant eſſe conſervata, & nullam refragationem nec ullum impedimentum à judicibus publicis exinde quoquam tempore habere non pertimeſcant: unde & ipſa congregatio pro ſtabilitate regni noſtri, vel ſalute patriæ Domini miſericordiam jugiter debeat exorare. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & in omnibus conſervetur, manus noſtræ ſubſcribtionibus eam ſubter decrevimus adfirmare.

* hic menda ex ſuperioribus corrigenda.

Signum glorioſi Regis THEODERICI.

Data quando facit Marcius dies III, anno primo regni noſtri, Sueſſionis civitate in Dei nomini feliciter.

D

EODEM quoque anno, in menſe Novembrio, fecit idem Rex Theodericus præfato Abbati Erkembodo privilegium aliud de terris, quas Domnus Bertinus ſe adhuc vivente de præcedentium Regum fiſco in quibuſcunque locis emerat, vel de omnibus rebus, continentem ſe in hæc verba.

Exemplar ejuſdem privilegii.

THEODERICUS Rex Francorum (vir inluſter). Quem divina pietas ſublimat ad regnum condecet facta ſervare parentum, præcipue quæ compendiis eccleſiarum aut locis, Sanctorum à regali clementia pro æterna retributione probatur eſſe indultum, oportet conſervare in ævum. Igitur cognoſcat CXCVI.
E magnitudo ac utilitas veſtra, venerabilem virum ERKEMBODUM Abbatem de monaſterio Sitdiu per miſſos ſuo clementiæ regni noſtri talem intulit notitiam, quod tritavus noſter THEODERICUS quondam Rex, per præceptionem ſuam ſua manu ſubſcribtam, anteceſſori ſuo BERTINO quondam Abbati, vel prædicto monaſterio Sitdiu tale beneficium conceſſiſſet, ut quod infra fiſco noſtro, ubi & ubi, in quaſcumquelibet pagis vel territoriis comparatum habebat, aut inantea ad comparandum invenire poterit, vel quod boni homines Deum timentes pro animabus eorum ad ſupraſcribtum monaſterium dederunt, aut inantea dederint, hoc habuiſſet conceſſum, & quod de fiſco noſtro comparatum habebat, aut inantea comparaſſet, præter illam terram, unde opera carpentaria exeunt, hoc habuiſſet indultum, ut nulla judiciaria poteſtas, nullos redditus terræ, nec nullas functiones publicas eidem ob hoc exigere aut exactare vel requirere non deberet. Vnde & ipſam præceptionem jam dicti tritavi noſtri ſe præ manibus habere ex hoc affirmavit, & nobis in præſentia oſtendit ad legendum, & ipſa beneficia conceſſa de eo tempore
F uſque nunc aſſeruit eſſe conſervatas: ſed pro firmitatis ſtudium petiit celſitudinem noſtram, ut hoc circa ipſum locum ſanctum pro noſtris deberemus confirmare oraculis. quod nos propter nomen Domini & reverentia ipſius ſancti loci gratanti animo ita præſtitiſſe & in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes enim ut quicquid conſtat ſupraſcribtum tritavum noſtrum Theodericum quondam Regem, de ipſo beneficio, ſicut ſuperius eſt comprehenſum, præfato Bertino vel ad ſupraſcribtum locum ſanctum pro aucmento mercedis ſuæ conceſſiſſe, & de eo tempore uſque nunc recto tramite fuit conſervatum, ita & inantea inſpecta ipſa præceptione prædicti Principis, ſicut per eadem declaratur, ita & inantea per noſtrum præceptum plenius in Dei nomine ſit confirmatum, ſub eo ordine circa ipſum Erkembodum Abbatem, vel ad ipſum monaſterium ſuum Sitdiu omni tempore ipſa beneficia ſint conceſſa, & in omnibus valeant eſſe conſervata, & nullam refragationem, nec nullum impedimentum à judicibus publicis exinde quoquam tempore habere non pertimeſcant: unde & ipſa congregatio pro ſtabilitate regni noſtri vel pro ſa-

lute patriæ Domini miſericordiam jugiter exorare delectet. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, vel perenniter in omnibus conſervetur, manus noſtræ ſubſcribtionibus eam ſubter decrevimus adfirmare. A

Signum glorioſi Domni THEODERICI.

Datum quod facit Novemb. dies decem, anno primo regni noſtri Conſelentis caſtro.

Ego CONRADUS *juſſus recognovi & ſubſcribſi.*

Privilegium Hilderici Regis.

CXCVII. HILDERICUS *Rex Francorum, viris inluſtribus Gravionibus, atque omnibus agentibus, vel junioribus eorum, tam preſentibus quàm futuris, in quiſcumque accionibus monaſterium Sithiu habere videtur. Quem divina pietas ſublimat ad regnum, condecet facta conſervare parentum, præcipue quæ comdiis eccleſiarum aut locis Sanctorum regali clementia pro æterna retributione probatur eſſe indultum, oportet conſervare in ævum. Igitur cognoſcat magnitudo ſeu & utilitas veſtra, quod venerabilis vir* VUAIMARUS *Abbas de monaſterio Sithiu, clementiæ regni noſtri detulit in notitiam, quod parens noſter* THEODERICUS *quondam Rex per ſuam præceptionem ſua manu firmatam anteceſſori ſuo* ERKEMBODO *Abbati vel ad prædictum monaſterium ſuum Sithiu tale beneficium conceſſiſſet, ut quod infra fiſcum noſtrum, ubi & ubi, in quibuſcumquelibet pagis aut territoriis comparatum habebat, aut inantea ad comparandum invenire poterat, vel quod boni homines Deum timentes, pro animabus eorum ad ſupraſcribtum monaſterium dederunt, aut inantea dederint, hoc habuiſſet conceſſum: & quod de fiſco noſtro comparatum habebat, aut in antea comparaſſet, præter illam terram unde opera carraria exeunt, hoc habuiſſet conceſſum, & nulla judiciaria poteſtas, nullos redditus terræ, nec nullas functiones pubplicas eidem ob hoc exigere aut exactare, nec requirere non deberet. Vnde & ipſam præceptionem ipſius jam dicti parentis noſtri Theoderici quondam Regis ſe præ manibus ex hoc habere adfirmat, & nobis in præſenti eam oſtendit ad relegendum, & ipſa beneficia conceſſa de eo tempore uſque nunc aſſerit eſſe conſervata: ſed pro firmitatis ſtudium petiit celſitudinem noſtram, ut hoc circa ipſum locum ſanctum per noſtris deberemus confirmare oraculis. quod nos propter nomen Domini & reverentia ipſius ſancti loci ita præſtitiſſe, & in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes enim præcipimus, ut quicquid conſtat ſupraſcribtum parentem noſtrum Theodericum quondam Regem de ipſo beneficio, ſicut ſuperius eſt comprehenſum, præfato Erkembodo Abbati vel ſupraſcribto loco ſancto pro aucmento mercedis ſuæ conceſſit, & de eo tempore uſque nunc recto tramite fuit conſervatum: ita & inantea inſpectis ipſis præceptionibus prædicti Principis, ſicut per eaſdem declaratur, ita & inantea per noſtrum præceptum plenius in Dei nomine ſit confirmatum, ſub eo ordine circa ipſum Vuaimarum Abbatem, vel ad ipſum monaſterium ſuum Sithiu, omni tempore ipſa beneficia conceſſa in omnibus valeant eſſe confirmata, & nullam refragationem, nec nullum impedimentum à judicibus publicis exinde quoquam tempore habere non pertimeſcant: unde & ipſa congregatio pro ſtabilitate regni noſtri vel ſalute patriæ Domini miſericordiam jugiter debeant exorare. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, vel per tempora in omnibus conſervetur, manus noſtræ ſubſcribtionibus eam ſubter decrevimus adfirmare.* B C D

Signum glorioſi Regis HILDERICI.

Datum quando fecit Aprilis dies XXIII, *anno primo regni noſtri, Criſciaco palatio in Dei nomine feliciter. Amen.*

NOTANDUM hoc in diplomate *parentis* nomen, quod Childericus Merovingorum Regum poſtremus Theodorico Calenſi deceſſori ſuo adſcribit: quem etiam *Principem* abſque paterni nominis indicio deſignat. Hinc quippe certum eruitur argumentum, Childericum Theodorico Calenſi progenitum non fuiſſe, quemadmodum pleriſque recentioribus viſum eſt. Nam ex omnibus Merovingorum Regum inſtrumentis ſuperius editis conſtat hunc apud illos ſcribendi morem viguiſſe, ut patrem *genitoris*, conſanguineos *parentum* vocabulo deſignarent. Itaque Chilpericum patrem habuit Childericus, qui conſortis ſuæ non præſcius, ei loco concedebat immunitatem, quam ipſe paullo poſt ſubiturus erat. E

Ejuſdem Childerici Regis anno III *Felix* quidam Presbyter *Nanthario* Abbati Cellam tradidit, ſui juris propriam, vocabulo HRocaſamo, ſive Thevoaldo loco, in pago Flandrinſe, *quam ego*, inquit, *in honore ſancti Michaëlis Archangeli, vel ſancti Iohannis Baptiſtæ, vel ſanctæ Mariæ genitricis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel ceterorum Sanctorum opere conſtruxi ..... Et ſupplicamus, ut nomen meum in libro vitæ ipſi Sacerdotes, qui in ipſo monaſterio degunt, habere dignentur. Actum Sithiu monaſterio publicè* VIII *Kal. Aug. anno* III *regni domni noſtri Childerici glorioſiſſimi Regis. Signum Chrodgarii illuſtris viri .... Ego Vioradus Diaconus rogatus ſcripſi.* Ex his litteris diſcimus, quo tempore Bertinus Sancti nomine donatus ſit, quandoquidem in hac primum charta legitur de monaſterio Sithienſi: *ad monaſterium Sithiu, quod eſt in honore ſancti Petri, & ſancti Pauli Apoſtolorum, & ſancti Martini, vel ſancti* BERTINI *Confeſſoris, ubi ipſe Domnus in corpore requieſcit*, &c. Porro *Sitdiu* vocabulum, quod pro *Sithiu* paſſim his in actis legitur, etiam habent Annales Bertiniani. F

Privilegium Karoli Regis, filii Pippini.

CXCVIII. KAROLUS *gratia Dei Rex Francorum vir illuſter. Si facta anteceſſorum noſtrorum Regum quod ad loca Sanctorum præſtiterunt vel conceſſerunt, per noſtris oraculis confirmamus, regia conſuetudine exercemus, & nobis ad laudem vel ſtabilitatem regni noſtri in Dei nomine pertinere confidimus. Igitur venerabilis vir* HARDRADUS *Abba de monaſterio Sithiu, qui eſt in pago Tervaninſe, in honore ſanctæ Mariæ genitricis Domini noſtri Ieſu-Chriſti, necnon & ſancti Petri & Pauli Apoſtolorum vel ceterorum domnorum Sanctorum conſtructus, ad noſtram accedens præſentiam clementia regni noſtri ſuggeſſit, eo quòd anteceſſores regni noſtri Reges de omnes curtes vel villas ipſius monaſterii, quicquid eodem tempore poſſidebant, aut adhuc inantea ex munere Regum, vel collata populi ſeu de comparato, aut de quolibet attracto*

A *in quibuſlibet pagis atque territoriis inibi erat additum vel collatum, integra emunitate anteceſſoribus ſuis, vel ad monaſterium Sithiu conceſſiſſet, ut nullus judex publicus ibidem ad cauſas audiendas, aut freta exactanda, vel fide juſſores tollendos, vel manſiones aut paratas faciendas, nec homines ipſius monaſterii tam ingenuos, quàm & ſervientes, qui ſuper terras ſuas commanent, diſtringendos, nec ullas redibitiones requirendas, nec exactandas, judiciaria poteſtas ibidem ingredere non præſumat quoquam tempore: niſi quod ſub emunitatis munere omni tempore cum omnes fretos vel bannos conceſſos pars ipſius monaſterii perenniter debeat poſſidere. Vnde præceptionem anteceſſorum noſtrorum ſe ex hoc præ manibus habere aſſirmat, & quod ipſa beneficia conceſſa ab eo tempore uſque nunc videantur eſſe conſervata. ſed pro integra firmitate petiit celſitudini noſtræ ſupra memoratus Abba, ut hoc circa ipſum locum pro noſtra auctoritate plenius confirmare deberemus: cujus petitioni pro mercedis noſtræ auctmentum, vel reverentia ipſius ſancti loci ita præſtitiſſe & in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes enim ut quicquid* B *conſtat de ipſa emunitate, ſicut ſuperius eſt comprehenſum, anteceſſores noſtri juſtè & rationabiliter conceſſerunt vel confirmaverunt, & de eo tempore uſque nunc recto tramite fuit conſervatum: ita & inantea per noſtrum præceptum plenius in Dei nomine ſit conſervatum, inſpectas ipſas præceptiones ſupraſcribtorum Principum, ſicut per eaſdem declaratur, circa ipſum Abbatem Hardradum, vel ſucceſſores ad ipſum monaſterium Sithiu omni tempore ipſa beneficia conceſſa in omnibus valeant eſſe conſervata; & nullam refragationem, nec nullum impedimentum à Iudicibus publicis exinde quoquam tempore habere non pertimeſcant: unde ipſa congregatio pro ſtabilitate regni noſtri vel ſalute patriæ Domini miſericordiam jugiter debeant exorare. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & in omnibus conſervetur, manus noſtræ ſubſcribtionibus eam decrevimus roborare.*

Signum KAROLI *glorioſiſſimi Regis.*

C *Data menſe Iulio, anno primo regni noſtri. Actum Andiaco.*

ANDIACUM pagi Ecoliſmenſis palatium ſuperiùs memoravimus: at vereor ut anno regni primo Carolus Magnus hoc in loco conſtiterit. In Audriaco palatio ad Alteiam non longè à Sithienſi monaſterio reſediſſe crediderim. Nam hoc ipſo anno degebat apud Audriacam villam, ubi privilegium Corbeienſi Abbati Hadoni ſeu CHadoni conceſſit.

Præceptum Karoli Regis de venatione ſilvarum.

KAROLUS *Dei gratia Rex Francorum & Langobardorum ac Patricius Romanorum. Quicquid enim ad loca Sanctorum venerabilium pro oportunitate ſervorum Dei concedimus vel confirmamus, hoc* CXCIX. *nobis proculdubio ad æternam beatitudinem pertinere confidimus. Igitur notum ſit omnium fidelium* D *noſtrorum magnitudini, præſentium ſcilicet & futurorum, qualiter conceſſimus* AUTLANDO *Abbati & monachis ex monaſterio Sithiu, quod eſt conſtructum in honore Dei omnipotentis & ſancti Petri Principis Apoſtolorum vel ceterorum ſanctorum, ubi ſancti* AUDOMARUS *atque* BERTINUS *Chriſti confeſſores corpore requieſcunt, ut ex noſtra indulgentia in eorum proprias ſilvas licentiam haberent eorum homines venationem exercere, unde fratres conſolationem habere poſſint, tam ad volumina librorum tegenda, quamque & manicias & ad zonas faciendas, ſalvas foreſtes noſtras, quas ad opus noſtrum conſtitutas habemus. Propterea præſentem auctoritatem fieri juſſimus, per quam omnino præcipimus atque demandamus, ut neque vos, neque juniores veſtri ſeu ſucceſſores, memorato viro venerabili Audlando Abbati, aut ſucceſſoribus ſuis, ſeu hominibus eorum, pro hac cauſa inquietare, aut calumniam generare, aut aliquid pro hoc requirere ab eis, aut exactare, nec omnino contradicere præſumatis: niſi liceat eorum hominibus ut ſupra diximus ex noſtra indulgentia in eorum proprias ſilvas venationem exercere. Ex ut hæc auctoritas* E *firmior habeatur, & per tempora melius conſervetur, de annulo noſtro ſubterſigillari juſſimus.*

Signum Domni KAROLI *glorioſiſſimi Regis.*

Data VII *Kal. Aprilis, anno* XX *regni noſtri. Actum in ſupradicto loco Sithiu, in atrio ſancti Bertini in Dei nomine feliciter. Amen.*

CAROLI MAGNI principatu varia cœnobio Sithienſi prædia conceſſa ſunt, in quibus memoranda Deodati clerici donatio. Quippe. *Odlando Abbati Deodatus Clericus concedit res ſuas ſitas in locis in Sanctum, & in Aſcio ſuper fluvio Vuitbaci, & in Freſinnio ſuper fluvio Capruino, & Hilduualcurt, & in Lonaſto ſuper fluvio Albumfontana in pago Tervuaninſe, nimirum fabricaturas eccleſiarum auro argentoque, drappalia diverſa faciei, ſpeciei, libros diverſos &c. ea ratione, ut res cuncta compreheſæ ad opus monachorum in monaſterio Sithiu degentium veſtimenta comparentur, id eſt drappos ad kamiſias ultromarinas, quæ vulgo berniſcriſt vocitantur. Actum Sanctis publicè. Datum menſe Auguſto, die* III, *anno* XXXII *regni domni noſtri Karoli glorioſiſſimi Regis. Gunabertus Diaconus ſcripſit.*

F Odlandum Abbatem Sithienſem excepit Nantharius, eo nomine ſecundus, cui Erlharius vendit manſum unum in loco nuncupante Fletrinio, in pago Iſſerctio. Venditionis charta ſic incipit. *Domino venerabili in Chriſto Patri,* NANTHARIO *Abbati de monaſterio Sithiu, ſive de cella quæ dicitur* BEBRONA, *ubi Ebrogerus Præpoſitus eſſe videtur. . . . Actum Bebrona in menſe Octobrio, anno* XXXVIII *regnante Karolo Rege, anno* VI *imperii ipſius.*

Eidem Nanthario Abbati Lebdrudis vidua tradit omnem rem ſuæ proprietatis in loco nuncupante GISNA ſive Totingetune, in pago Bononienſi, ſuper fluvium Vuaſconigavvalla; *pro qua donatione,* inquit, *& veſtra pietate expetivi à vobis terram aliquam monaſterii veſtri in loco nuncupante Æcloum in ipſo pago Bononienſi, ea ratione, ut ipſas terras ego & tres infantes mei his nominibus, Hildberta, Nidlebus & Erpſuid, dum adviximus, per veſtro beneficio ad uſumfructum poſſidere debeamus. Vnde quoque pro eodem uſu annis ſingulis ad feſtivitatem ſancti Audomari Kal. Novembris penſas* II *de formaticis tranſſolvere debeamus, & non habeam pontificium ipſas res alienare. Actum Giſna villa publicè, quando fecit menſis October dies* XI, *anno* XL *regni, &* VIII *imperii domni noſtri Karoli Imperatoris. Signum Vvendelgeri centenarii †. Gumtbertus ſacerdos ſcripſit.*

Is ipſe forſan Gumbertus monachus, cujus pater Goibertus, mater Ebertruda, quæ conceſſit monaſterio

Sithienſi monaſterium quoddam, quod ipſe Goibertus in proprietate ſua in honorem Salvatoris noſtri conſtru- A
xerat, nomine Henetlant.

Privilegium Hludovici Regis de monaſterio Sithiu tempore Fridugiſi Abbatis.

PRÆDICTUS autem Abbas Fridugiſus ſecundò Regi jam dicto petiit, ut etiam ſua auctoritate per regale privilegium monaſterium ſuum Sithiu ab omni judiciaria poteſtate defenſaret: & ſicut conſtat anteceſſores ſuos Reges eidem loco conceſſiſſe, ita & ipſe glorioſus Rex ſua auctoritate dignaretur confirmare. Quod Rex anno Incarnationis Domini DCCC XXX hoc modo regia auctoritate firmavit.

CC. *IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti, Hludovvicus divina ordinante providentia* B
Imperator Auguſtus. Cum locis divino cultui mancipatis ob divinæ ſervitutis amorem opem congruam
ferimus, & imperialem morem decenter implemus, & id nobis profuturum ad æternæ remunerationis
præmia capeſſenda veraciter credimus. Idcirco notum eſſe volumus omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ
& noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, quia monachi ex monaſterio Sithiu, quod eſt ſitum in pago Ter-
vavvinſe, conſtructum in honore ſanctæ Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ & beatorum Apoſtolo-
rum Petri & Pauli, in quo corpora beatorum Confeſſorum Chriſti AUDOMARI *&* BERTINI *requieſcunt; ubi*
etiam præſenti tempore vir venerabilis FRIDUGISUS *auctore Deo Abba præeſt: obtulerunt obtutibus noſtris*
auctoritatem immunitatis domni & genitoris noſtri, Karoli bonæ memoriæ ſereniſſimi Imperatoris, in qua con-
tinebatur inſertum, quod non ſolùm ipſe, verùm etiam & anteceſſores ejus, priores Reges videlicet Fran-
corum, prædictum monaſterium ob amorem Dei, tranquillitatemque fratrum ibidem conſiſtentium, ſemper
ſub pleniſſima defenſione & immunitatis tuitione habuiſſent: ſed pro firmitatis ſtudio poſtulaverunt, ut C
non ſolùm paternum ſeu prædeceſſorum noſtrorum regum morem ſequentes, hujuſcemodi noſtræ auctorita-
tis præceptum erga ipſum monaſterium immunitatis atque tuitionis gratia fieri juberemus; ſed etiam
percenſeremus, ut omnes cellas & villas ſeu ceteras poſſeſſiones prædicti monaſterii ſanctæ Mariæ & ſancti
Petri & Pauli, atque beatorum Audomari & Bertini, quæ in quibuſlibet pagis & territoriis infra ditio-
nem imperii noſtri conſtant, nullus ſuccedentium noſtrorum dividere, aut in alios uſus convertere præſu-
meret; & ut familia ejuſdem monaſterii nullis quibuſlibet hominibus foderum daret. Quorum petitioni-
bus libenter adquievimus, & ita concedimus, atque per hunc præceptum in omnibus confirmamus. Et ideo
ſucceſſores noſtros admonemus, ut ſicut nos prædicto monaſterio ſanctæ Mariæ & ſancti Petri & Pauli at-
que beatorum Chriſti Confeſſorum Audomari & Bertini conceſſimus, ita illi ratum & ſtabile permanere
permittant; ut nullam diviſionem in monaſteriis aut cellis, vel villis, ſeu ceteris poſſeſſionibus, in quibuſlibet
pagis aut territoriis conſiſtant, faciant, aut facere permittant, aut in alios uſus ipſas res retorqueant. Sed & D
hoc per hos imperiales apices ſancimus atque decernimus, ut nullus judex publicus, aut quiſlibet ex judi-
ciaria poteſtate in eccleſias aut loca, vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones memorati monaſterii quas moderno
tempore in quibuſlibet pagis & territoriis infra ditionem imperii noſtri juſtè & legaliter poſſidet, atque deinceps
in jure ipſius ſancti loci voluerit divina pietas augere, ad cauſas judiciario more audiendas, vel freda
exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut foderum exigendum, aut fidejuſſores tollendos, aut
homines ipſius monaſterii tam ingenuos, quàm & ſervos diſtringendos, nec ullas redibitiones aut illici-
tas occaſiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea quæ ſupra memorata ſunt penitus
exactare præſumat: ſed liceat memorato Abbati ſuiſque ſucceſſoribus res prædicti monaſterii, vel ſicut in
præcepto domni & genitricis noſtri continetur, cum omnes fredos & bannos ſibi conceſſos ſub immunitatis
noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere: quatenus ipſos ſervos Dei, qui ibidem Deo famulantur, pro nobis
& prole noſtra, vel etiam pro ſtabilitate totius imperii noſtri à Deo nobis conceſſi atque conſervandi, jugi- E
ter Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas noſtris futuriſque temporibus Domino
protegente valeat inconvulſa manere, manu propria ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione
ſignari juſſimus.

Signum HLUDOVVICI *ſereniſſimi Imperatoris.*

DURANDUS *Diaconus ad vicem* FRIDUGISI *recognovi & ſubſcripſi.*

De Hugone Abbate.

ABBATE autem Fridugiſo migrante à ſæculo, Hugo venerabilis filius Karoli Regis magni, &
frater Hludovvici Cæſaris, in Abbatia ſucceſſit anno Incarnationis Domini DCCC XXXIIII, & præ-
fati Regis Hludovvici XXI. Qui anno regiminis ſui II prædictum Regem adiens rogavit hæc ab F
illo regia auctoritate fieri, quæ anteceſſores ſui Francorum Reges regalibus privilegiis præfato
Sithiu monaſterio viſi fuerunt confirmaſſe. quod Rex excellentiſſimus tam promptè adimplevit,
quantum & rogantem præ anteceſſoribus, utpote cordetenus, fraternali karitate dilexit.

A Privilegium Hludovvici Regis tempore Hugonis Abbatis.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris Ieſu-Chriſti, Hludovvicus divina repropitiante clementia Imperator Auguſtus. Si preces fidelium noſtrorum devote nobis ſupplicantium ad optatum effectum ſolitæ benignitatis liberalitate pervenire concedimus, abundantius credimus oportere ſuggeſtiones dilectiſſimi fratris noſtri HUGONIS *venerabilis Abbatis, quas omnino ratione plenas eſſe non dubitamus, digniſſimo honorificentiæ propriæ effectu perficere, eaſque præcipuè quæ manifeſto ſuæ devotionis fervore ad divinum cultum propenſius exſequendum pertinere noſcuntur. Quapropter noverit omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque tam præſentium, quàm & futurorum induſtria, quia memoratus dilectus frater noſter* HUGO *ſacri palatii noſtri Archinotarius, & venerabilis Abba monaſterii Sithiu ſiti in pago Tervanninſi, con-* CCI.
B *ſtructi in honorem beatæ ſemper virginis genitricis Domini noſtri Ieſu-Chriſti Mariæ, ac beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, in quo etiam corpora Chriſti Confeſſorum Audomari atque Bertini tumulata noſcuntur, noſtræ innotuit celſitudini, qualiter jam dudum tempore prædeceſſoris ſui Fridugiſi Abbatis eidem monaſterio noſtram feciſſemus auctoritatem, per quam illud cum omnibus ad ſe pertinentibus morem paternum avitumque ſequentes, ſub noſtra conſtitueremus defenſione, & mundeburdo, atque immunitatis tuitione, necnon omnes cellas & villas, ſeu ceteras poſſeſſiones quæ in quibuſlibet pagis & territoriis infra ditionem imperii noſtri conſiſtunt, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum divideret, aut in alios uſus converteret, utque familia ejuſdem monaſterii nullis quibuslibet hominibus foderum daret, imperiali auctoritate decrevimus, petens ut eamdem noſtram auctoritatem ſuo quoque nomine renovari juberemus. Nos itaque ob amorem divinum & reverentiam atque honorem eorumdem Sanctorum, necnon & monitionem ejuſdem fratris noſtri, memoratam auctoritatem noſtram circa eumdem locum rectoreſque per tempora laben-*
C *tia ſibi ſuccedentes renovari cenſuimus, & ea quæ illic decreta fuerunt, præſenti etiam auctoritate roborare. Proinde hos noſtros imperiales apices fieri juſſimus, per quos ſucceſſores noſtros admonemus, ut ſicut monaſterio prædicto ſanctæ Mariæ & ſancti Petri & Pauli atque beatorum Chriſti Confeſſorum Audomari & Bertini conceſſimus: ita illi ratum & ſtabile permanere permittant, ut nullam diviſionem in monaſteriis aut cellis, vel villis, ſeu ceteris poſſeſſionibus in quibuslibet pagis & territoriis conſiſtant, faciant, aut facere permittant, aut in alios uſus ipſas res retorqueant. Sed & hoc per hos imperiales apices ſancimus atque decernimus, ut nullus judex publicus aut quislibet ex judiciaria poteſtate in eccleſias aut loca vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memorati monaſterii, quas moderno tempore in quibuſlibet pagis & territoriis infra dicionem imperii noſtri juſtè & legaliter poſſidet, vel quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina pietas augeri, ad cauſas judiciario more audiendas vel freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas aut foderum exigendum, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii tam*
D *ingenuos, quàm & ſervos diſtringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea quæ ſupra memorata ſunt penitus exactare præſumat: ſed liceat memorato Abbati ſuiſque ſucceſſoribus vel prædicti monaſterii, ſicut in præcepto Domni & genitoris noſtri continetur, cum omnes fredos & bannos ſibi conceſſos ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere: quatenus ipſos ſervos Dei, qui ibidem Deo famulantur, pro nobis ac prole noſtra, vel etiam pro ſtabilitate totius imperii noſtri à Deo nobis conceſſi atque conſervandi jugiter Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas noſtris futuriſque temporibus Domino protegente valeat inconvulſa permanere, manu propria ſubter firmavimus & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.*

Signum HLUDOVVICI *sereniſſimi Imperatoris.*

HIRMINMARIS *Notarius ad vicem* HUGONIS *Abbatis recognovi & ſubſcripſi.*

Data Id. Auguſti, anno XXII *imperii domni* HLUDOVVICI *piiſſimi Auguſti, Indictione* X. *Actum*
E *Aquiſgrani palacio regio in Dei Domine feliciter. Amen.*

POST Hugonem Abbatem ſuprà memoratum Abbas efficitur ADALARDUS in hoc cœnobio Sithiu, S. Petro & S. Bertino à patre Hunroco oblatus, ſed poſt Canonicus effectus.

Igitur poſt hæc anno dominicæ nativitatis DCCCLVIII præfatus Abbas Adalardus apud Regem Karolum incuſatus, anno regiminis ſui XVI Abbatia ab eo eſt abſtracta, atque Hugoni juniori eſt data VIIII Kal. Aprilis. qui erat Canonicus, & filius Chonradi, & avunculus KAROLI ſupra memorati Regis.

De Hugone Abbate juniore ex alio Chronico.

F Hugo junior hujus loci Abbas XIIII, ſæcularis Canonicus, avunculus Regis Karoli Calvi, filius Conrardi, Adalardo Abbate noſtro nequiter expulſo, rexit annis duobus paulo minùs. Hugo verò Abbas noſter, cùm hoc monaſterium tenuiſſet fere biennio, hæc Abbatia fuit ab eo ablata, & Domno Adalardo iterum reſtituta, anno DCCC LXI, &c.

DE Hugone plura diximus ad chartam CXIII. Eidem (ut puto) Hugoni, *regali proſapia genito*, inſcripta eſt epiſtola LXXVI Johannis VIII. Plura de eo in Annalibus Bertinianis. Apud Folquinum multa inſeruntur de æquivoco & conſangineo ejus Folquino Morinorum Epiſcopo, deque pare[nti]bus Folquini Chronographi, quæ in Sæculi IV parte I retulimus ad vitam S. Folquini. His omnibus colophonis aſtar quaſdam chartas optimæ notæ, ex noſtro Stephanorio ſeriùs acceptas, adjicere juvat.

A

CCII.

Ex chartario Pſalmodienſi.

Anno 812.

Johannis Epiſcopi Siſtaricenſis charta pro conditu monaſterii de Baulis.

I*N nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis,* JOHANNES *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, in ſanctimoniis perſpicuus, & in omnibus rebus ditiſſimus, ac peritiſſimus in omni opere & ſermone, coram Deo & hominibus. Igitur ego jam prædictus dum per multa annorum curricula in hoc ſæculo conſiſto, ubi licitum eſt operari bonum, ſicut ait Apoſtolus:* Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. *& Salomon inquit,* In omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis. *& rurſus:* Quodcumque poteſt manus tua facere, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec B ſcientia erunt apud inferos. *Idcirco hæc audiens & omnino ſciens expaveſci diem judicii, ubi ſubtiliter perquirentes judicantur cuncta, ubi me oportet ante tribunal Iudicis reddere rationem de univerſis factis, dictis, cogitationibuſque malis boniſque, inſuper de omnibus mihi commiſſis, ideoque cognoſco caſum fragilitatis meæ, anxius intra me cogitare cœpi, quomodo vel qualiter ejurando evadere valeam æternas pœnas, & adquirere bona ſempiterna. Interea aſcendit in corde meo, ut inter alia bona perpetraſſem optima, id eſt ſacra monaſteria ſeu regulares canonicas, tum etiam & religioſas eccleſias. Verumtamen ex omni parte perſpexi nihil utilius..... qui jacto templi Siſtaricæ poteſtate ſedis..... eccleſiæ fundatæ ſunt, de quibus etiam primitus..... eccleſias in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ, & beati Præcurſoris Iohannis atque Baptiſtæ cum baptiſterio antiquito; & alia eccleſia in honore ſancti Martini Confeſſoris in Comitatu & Epiſcopatu Siſtaricenſe, ſub monte in loco qui dicitur Baulis, cum omnia & in omnibus ibidem pertinentibus, juris noſtra eccleſia Siſtaricenſis ſedis, quam unà cum conſilio & adjutorio Domni no-* C *ſtri & glorioſiſſimi* KAROLI *piiſſimi Auguſti regulare monaſterium ſancta converſationis beati* BENEDICTI *Regulam conſtituimus, & religioſo Abbate in eodem loco ſtatuimus, nomine* ADEMARO, *cum ceteris duodecim fratribus, qui ſanctæ converſationis regulam artiùs & diſtrictiùs tenendi & cuſtodiendi habeant ſcientiam. Et concedimus ibi alia eccleſia in honore ſancti Saturnini, cum omnia & in omnibus ad ſe pertinentibus, inſuper cum arboribus olivarum ad oleum faciendum, ut una medietas ad luminaria concinnanda ſit de prædicta ſede Siſtaricenſi, & alia medietas de præfato jam dicto monaſterio, & ſua eccleſia in opus luminaris ſuccendendi. Hæc autem dicta eccleſia cum colonicis & aliis adjacentiis ſuis donamus atque transfundimus ad jam prædicto monaſterio & alias eccleſias, quæ ibidem in circuitu ejus ſunt; ubi Intermontes dicitur, cum presbyterato & territoriis ſuis in poteſtate de ſacro ſancto monaſterio; & rectores illius hoc jam ſacrato atque fundato venerabili loco regulariter & canonicè auctoritate roboratum ibidem conſtituimus cum omnibus ſibi pertinentibus, cum vineis, pratis, & quodcumque in..... pertinere* D *legitur.... quod à magnifico* KARULO *Rege pro Dei amore in eodem loco oblata ſunt.... Si qua autem perſona eccleſiaſtica vel laica præfatum donum, quod auctore Deo facimus.... venerit ad inrumpendum, vel in aliquo minorari attemptaverit; quod repetit non vindicet, ſed in duplo componat...... firma inſuper donatio illibata permaneat in ſæcula.*

S. JOHANNIS *ſanctiſſimi & venerabilis Præſulis, qui hanc auctoritatem conſtitutam fieri & firmari & roborare juſſit.*

† VINCENTIUS *præſul relegit atque firmavit*

:†: AMANTIUS *in Chriſto Præſul relegit atque firmavit.*

:*: SECUNDINUS *Epiſcopus prælexit & firmavit.*

† VIRMAGNUS *in Chriſto Præſul idem roboravit atque firmavit.*

:*: *Vuarnerius ſimiliter præſens fuit. Arloinus Archipresbyter præſens fuit & firmavit mente ſua....* E

Facta hæc ſcriptio VII *Kalend. Aprilis, Indictione* XI, *anno* XII *regnante Domno* CAROLO *piiſſimo ac ſereniſſimo Auguſto.*

ITHERIUS *Notarius manu ſua propria rogatus ſcripſit.*

NOTATIO.

Hoc monumentum noſter Claudius Stephanotius eruit ex pervetuſta chartâ Pſalmodienſis in Septimania cœnobii, cui monaſterium Baulenſe diœceſis Siſtaricenſis olim ſubjectum fuit, teſtante Urbani Papæ II. bulla, anno MXCVIII datâ Fulconi Abbati Pſalmodienſi, in qua inter cetera Pſalmodio ſubjecta enumeratur *in diœceſi Syſtaricenſi loco de Baulis eccleſia S. Mariæ cum ſuis pertinentiis, hoc eſt cum eccleſia* S. *Cannati & eccleſia* S. *Saturnini.* Mirifica ſunt elogia, quæ Johanni Epiſcopo de ſe loquenti tribuit Notarius. Multa ejuſmodi exempla retulimus in libri ſecundi capite VI. Nec ſimilia deſunt apud antiquiores; tametſi paullo civiliora. Vincentio Epiſcopo hîc ſubſcribunt Epiſcopi tres Siſtaricenſes, qui unus poſt alium Siſtaricenſi eccleſiæ ex ordine præfuerunt: cujus rei alia exempla ſuppetunt in libri ſecundi capite XX. Error eſt in numericis notis vel Indictionis, vel annorum Caroli M. cujus principatu Johannem vixiſſe conſtat. F

A

CCIII.

Ermegundis charta, qua teſtamentum Dadilani mariti ſui confirmat, augetque in gratiam cœnobii Pſalmodienſis.

Ex archivo Pſalmodienſi.

Anno 815.

In nomine Domini, ego vobis patri Theudemiro *Abbati monaſterii ſancti Petri Pſalmodii. Manifeſtum eſt enim & non habetur incognitum, qualiter maritus meus bonæ memoriæ* Dadila *& ego cum illo uno conſenſu propter amorem Dei & remedium animæ noſtræ ſancto Petro monaſterii Pſalmodienſis aliquid de rebus noſtris cedimus. Et ſunt iſtæ res quas dedimus. In pago Nemauſenſe, in ſuburbio de caſtro Mormelico, villa Salignaro ſeu Salignanello, in ipſas villas totam quartam partem ab* B *integritate; de molino uno quartam partem; & in alio molino medietatem. Similiter in ſupradicto pago, in villa Aſperas, portionem unam quam cum præfato viro meo adquiſivi, & ego poſtea per cartam donationis præfato monaſterio dedi. Similiter in pago Vzetico, in valle Caſonica, villa Ruſticia ab omni integritate. Similiter in pago Nemauſenſi, in valle Anagia, in villa Alevernes, omnia quæ ibi vir meus dedit, portionem ſibi debitam, & nos uterque ſicut jam dictum eſt, præfato monaſterio cartam donationis fecimus. Vnde poſtea* Ermegundis *rogavi vos, & vos conſenſiſtis, ut præfatas res prius in beneficium haberem dum viverem, & dediſſem vobis cenſum ad Miſſas ſancti Petri per annos ſingulos duodecim libras de cera, excepto decimo: & ſi de ipſo cenſu vel de decimo negligens fuero, componam vobis in vinculo ſolidos* XL, *ut hæc præſens precaria in ſua maneat poteſtate. Et ſi vos mihi ante dictum tempus abſtuleritis, ipſas res componatis mihi ſimiliter de vinculo* XL *ſolidos. Et ut hoc firmum permaneat... Facta* C *præcaria* VII *Kalend. Octob. anno* II *regnante Domno* Ludovico *Imperatore, benigneque gubernante Romanum imperium.*

S. Ermegundis, *qui hanc precariam fieri volui, manu mea ſignum feci, ac teſtes firmare volui. S.* Garaldo. *S. Grimoaldo.*

Notatio.

Superiorem chartam cum aliis ex archivo Pſalmodienſi mihi ſuppeditavit noſter Stephanotius jam ſæpius laudatus. Primum eſt diploma Caroli M. in gratiam Corbiliani Abbatis pro inſtauratione monaſterii Pſalmodienſis, *quod modò*, inquit, *in noſtris temporibus* D *violentiâ Saracenorum deſtructum fuerat, & mutatum in locum Cornoliacum*. quod gratum habet Carolus, offertque eidem loco Theodemirum *nepotem* ſuum, *ut ibi monaſticam vitam gerat*; tum conſilio Nimbridii Archiepiſcopi Narbonenſis adjicit *monaſterium de Noſdelliô* (Nodels) ab ſe conſtructo in honore S. Saturnini martyris cum turre *Mataferra*, vulgo *la tour d'Aigues-mortes*. Sed vitioſum eſt diploma illud, cui longe præſtat diploma Ludovici Pii, conceſſum Theodemiro Abbati *ex monaſterio, quod ſitum eſt in pago Nemauſenſi, in inſula quæ nuncupatur Pſalmodia*, ad defenſionem loci, & ad liberam electionem Abbatis *ſecundum Regulam, anno ſecundo imperii* ejus, *Ind.* VIII, *Aquiſgrani palatio*. Ubi E Ludovicus Theodemirum nullatenus propinquum ſuum dicit. Hunc verò eſſe Theodemirum eximium illum Abbatem, qui contra Claudium Taurinenſem Epiſcopum ſcripſit, vehemens mihi ſuſpicio eſt. Præiverat Dadilæ ſeu Dadilani teſtamentum, quod ſuperiori charta confirmat ejus uxor. Eo in teſtamento patrem ſuum Gregorium; filias Dadanam ac Pauletam; neptem Agierlinam vocat; traditque Pſalmodio, quidquid in Salignacio & Salignanello villis territorii Magdalonenſis poſſidebat *de luctuoſa quondam filia ſua Dadana*, id eſt ex ſorte relicta poſt mortem filiæ ſuæ. *Luctuoſi* nomine uſa eſt ſuperius Chrothildis matrona non ſemel in charta VIII.

Ad hæc Dadila Anianenſi & Conchenſi monaſterio quædam legat; tum ſubdit. *Baucos verò meos aureos, quos à Domino ac piiſſimo Auguſto Karolo Imperatore accepi, vel ipſe mihi donare juſſit; ipſe cui eleemoſinam meam injunxero, pro remedio animæ meæ in Sacerdotibus ac pauperibus erogare faciat. Vaſa argentea, vel æramenta auro & argento, vel ferramenta, vel quidquid ullius metalli eſſe videtur, vel alia ornamenta & veſtimenta vel ſupellectile domûs meæ; Ermegundis ſub omni integritate. una cum arma mea, quæ ad meum opus habeo. id eſt in ſpatis lanceis, brugnis, & in ſcutis, vel alia mobilia vel quadripedem meum; ipſe prædictus cui eleemoſynam meam injunxero, in Sacerdotibus & pauperibus, orphanis & viduis in eleemoſynam pro remedio animæ meæ erogare faciat, &c. Facta pagina teſtamenti ſub die* IX *Kal. Iunias, anno* XLVI *regnante domino noſtro Karolo Imperatore.* Teſtamento ſubſcribunt complures Presbyteri ac Diaconi, & inter eos Johannes Epiſcopus. Stephanotius noſter in fragmentis ſuis contexuit Pſalmodienſium Abbatum catalogum, qui aliàs referendus erit. Omittimus hîc Caroli Simplicis Præceptum ad Ragembaldum Abbatem pro eodem monaſterio.

CCIV.

F

Epiſcoporum conventus, in quo Coxanenſi monaſterio confirmatur eccleſia ſanctæ Mariæ Inter-ambas-aquas, ejuſque loci immunitas ſtatuitur & definitur.

Ex archivo Bolbanenſi.

Anno 1035.

Igitur *nos in Dei omnipotentis nomine ſubſcripti Epiſcopi, videlicet* Guifredus *ſanctæ primæ ſedis Narbonenſis Archiepiſcopus, &* Bernardus *Præſul Toloſanenſis, &* Petrus *Epiſcopus Gerundenſis, &* Arnaldus *Epiſcopus Commengenſis, &* Arnaldus *Epiſcopus Magalonenſis, &* Oliba *Epiſcopus Alſonenſis, &* Giffredus *Epiſcopus Carcaſſonenſis, &* Bernardus *Præſul Coſeranenſis, &* Berengarius *Epiſcopus Elenenſis, &* Bernardus *Præſul... &* Ugo *Nuncius domini Nicolai Papæ, hanc conſtitutionem dotis, quæ facta eſt temporibus domni* Garini *Abbatis bonæ memoriæ ad utilitatem & honorem ſanctæ Dei genitricis Mariæ, cujus locus ab indigenis Inter-ambas-aquas vocatur, omnes uno animo unaque ſententia confirmamus, & quidquid ad prædictam eccleſiam ſanctæ Mariæ, ubicumque pertinet, totum ſimul cœnobio ſancti Michaëlis Archangeli, quod Coxanum dicitur, & Abba-*

tibus vel monachis ejuſdem loci, ut in perpetuum liberè poſſideant, auctoritate pontificali nos ſtabilimus A *& roboramus. Terminus autem de immunitate prædictæ eccleſiæ ſanctæ Mariæ incipit ab aquilone, & vadit per medium fluminis Hircii uſque ad vadum Parler... ante rupem de Caveto, & de ipſo vado tendit per ſemitam uſque ad caput de Baiſſaco, & exinde tendit per rivulum qui intrat in flumen Aregia, ſcilicet à Negabon, & à medio fluminis Aregiæ revertitur ad aquilonem. Addidimus etiam hoc per ſacerdotalem auctoritatem gratiâ Ieſu-Chriſti nobis conceſſa, ut qualibet perſona, magna vel parva, cujuſcumque ordinis vel ætatis, non habeat licentiam temerè aliquid ſe ſciente de alodibus ad prædictam eccleſiam ſanctæ Mariæ pertinentibus, ſine voluntate & conſenſu Abbatis & monachorum cœnobii ſancti Michaëlis Archangeli (abſtrahere.) Interdicimus quoque, ut non liceat ulli homini aſſallire vel capere aliquam perſonam infra terminos vel immunitates prædictæ eccleſiæ: & ut nulla perſona parva vel magna non habeat licentiam aliquam vim in totis ipſis alodibus facere, neque aliquid tollere ſine voluntate Abbatis vel monachorum præfati cœnobii ſancti Michaëlis Archangeli, neque ibi aliquid agere* B *quod pertineat ad dehoneſtamentum vel damnum ipſius eccleſiæ. Concedimus etiam propter honorem Dei, & ſanctæ Virginis Mariæ, & ſancti Martini Confeſſoris Chriſti, ſanctique Quintini Martyris, quorum eccleſiæ pertinent ex toto ad proprietatem prænominati cœnobii, ut qualiſcumque pœnitens ibi advenerit, licentiam habeat introeundi & orandi, & omne divinum officium audiendi. Addimus quoque non excommunicando, ſed rogando & obſecrando, & per Deum omnipotentem admonendo, ut pluſquam ſex caballerii non ſe jungant ad placitandum infra terminos prædictæ immunitatis ſanctæ Mariæ Virginis, & ſancti Michaëlis Archangeli. Quicumque ergo hujus noſtræ conſtitutionis, quæ ad honorem Dei & beatæ Virginis atque glorioſi Archangeli Michaëlis à nobis facta & confirmata eſt, obſervator exſtiterit, atque hunc locum exaltaverit, vel de ſuis beneficiis honoraverit & defenderit; hunc de parte omnipotentis Dei & omnium Sanctorum ejus & noſtra benedicimus; & ut illum Dominus ab omni vinculo delictorum abſolvat, oramus: ita ut in præſenti vita ejus miſericordiam conſequatur, & in futuro cum* C *Sanctis omnibus vivere mereatur. Qui verò hoc quod nos excommunicando firmamus, tranſgredi auſus fuerit, neque dederit honorem Deo ſanctiſque ipſius & Ordini noſtro; hunc de parte omnipotentis Dei Patris & Filij & Spiritus, & ſanctæ Mariæ Virginis, ſanctique Michaëlis Archangeli & omnium Sanctorum, & per auctoritatem noſtri Ordinis excommunicamus, & ab omni conſortio Chriſtianorum extraneum judicamus; & à regno Dei alienus ſit, & pars ejus ſit cum impiis & ſceleratis, donec digna ſatisfactione pœniteat & humiliter emendet, quod ſuperbè deliquit, & ſic poſtmodum per divinam miſericordiam abſolutus exſiſtat. In fine quoque hujus operis hoc addimus, & per divinam auctoritatem & apoſtolicam & noſtram atque huluſmodi obteſtationem ſecundum ſuperiorem allegationem intendimus, ut præfata eccleſia ſanctiſſimæ Virginis Mariæ ſemper in perpetuum maneat abſoluta, nec per ullam perſonam aut propter quamlibet cauſam unquam ſit excommunicata, ſed ſine ullo vinculo alligationis irrevocabiliter omnino ſit libera. Datum in cœnobio prænominato anno Incarnationis dominicæ* MXXXV, D *æra* MLXXIII, *Indictione* III, *ſub die nono Kalend. Iul. anno* V AINRICI *Regis.*

S: †: ARNALDUS *Præſul.* S. BERNARDUS *Præſul.* †. S. ARNALDUS *Epiſcopus Magalonenſis.* † S. GUIFFREDUS *ſanctæ primæ Narbonenſis ſedis eccleſiæ Epiſcopus.* S. GUILABERTUS *Epiſcopus Barchinonenſis.* † S. OLIBA *Epiſcopus.* † S. BERNARDUS *Epiſcopus Biterrenſis.* † S. BERNARDUS *gratia Dei Epiſcopus.* † S. STEPHANUS *Agathenſis Epiſcopus.* S. PETRUS *Epiſcopus.* † GUIFFREDUS *Carcaſſonenſis Præſul.* † S. BERENGARIUS *ſanctæ Elnenſis eccleſiæ nutu Dei Præſul.* †. S. ERIBALLUS *gratia Dei Epiſcopus.* † S. DURANDUS *Præſul.* † S. AMELIUS *Epiſcopus Albienſis* † S. VUILLELMI *Epiſcopi Convenarum.*

† *Scriptum per manus Radulſi presbyteri ad vicem Arnaldi, Olibæ Pontificis Notarii, præfato anno vel die.*

E

NOTATIO

COENOBIUM B. Mariæ Inter-medias-aquas, vulgo *Tremeſaigues*, poſt medium ſæculum X conditum eſt, ejuſque eccleſia dedicata anno DCCCCLXXII. de qua ſic legitur in tabulario Bolbonenſi. *Anno* DCCCC LXXII *Trabeationis Domini noſtri Ieſu-Chriſti*, XI *Kal. Febr. feria* VI, *quando juſſit Garinus Abbas Bernardo Præſuli dedicare eccleſiam in honore S. Mariæ Virginis cum juſſione Hugonis Pontificis ſedis Toloſæ propter remedium animæ Luponi Archidiaconi ſive Primicerii S. Stephani, qui hanc eccleſiam vel ceteros alodes vel eccleſias tradidit Deo vel ſancto Michaëli Archangelo, ſive S. Germani Confeſſoris monaſterio Coxano*, &c. *Facta carta donationis hujus* XI *Kal. Febr. anno* XVIII *regnante* LEUTHARIO *filio Luduvici.* De Coxano Catalaniæ monaſterio Benedictino agemus in Sæculo V Benedictino: at de cœnobio Inter-medias-aquas noſter Claudius Stephanotius, à quo hæc accepimus, ita diſſerit in fragmentis ſuis. Supereſt tantùm veteris cœnobii baſilica, viſunturque item ejuſdem monaſterii nonnulla rudera: cujus quidem ſitus mirum in modum amœnus eſt, quippe inter fluvios Hircii & Aregiæ haud ignobiles, in colle parumper eminenti, ſolo pingui, & valle novem aut decem milliaribus protenta, & collibus à meridie & ſeptemtrione ſæpta. Uno milliari ab opido S. Gavellæ, duobus à Calertio, tribus à caſtro Savarduni, & octo ab Apamiis diſtat. Deſtructâ à novatoribus Bolbonæ celebri Abbatia, in qua Benedictus Papa XII monachum voverat, quæque ab Intermediis-aquis tertio milliari diſtabat, eo in loco modò inſtauratur ita ſplendide, ut abſoluta futura ſit totius Occitaniæ cultiſſima & gratiſſima monachorum ſedes. Hæc ille F amicus meus. In hoc porro inſtrumento conjunctam habes æram Hiſpanicam cum Chriſtiana, ut de aliis non ſemel obſervavimus.

CCV.

Placitum ſeu Conventus Epiſcoporum, in quo Pſalmodienſe monaſterium abſolutum fuit à ſubjectione cœnobii S. Victoris Maſſilienſis.

Ex tabulario Pſalmodienſi.

Anno 1096.

NOtitia definitionis quæ facta eſt inter RICHARDUM Abbatem Maſſilienſem, & ejus monachos, & Pſalmodienſis cœnobii Abbatem, videlicet FULCONEM, ejuſdemque monaſterii monachos. Anno dominicæ Incarnationis M XCIV Pſalmodienſes monachi venerunt ante domni Urbani Papæ præſentiam, & fecerunt ei querimoniam ſuper Maſſilienſi Abbate ſuiſque monachis, eo quod contra apoſtolicam auctoritatem Pſalmodienſe monaſterium ſibi ſubdidiſſent. Quod audiens venerabilis Papa, Maſſilienſem Abbatem, Richardum ſcilicet, qui tunc in his partibus Legatus ejus fuerat, advocavit; præcipiens ei, ut hanc proclamationem BERTRANNI Narbonenſis metropolitani, & GIBELINI Arelatenſium Archiepiſcopi, atque Epiſcoporum Raymundi Nemauſenſis & Gotofredi Magalonenſis judicio, qui tunc in præſentia e.us erant ibi, audirent & diffinirent. Quæ res non minimum Maſſilienſes monachos & etiam ipſum Richardum ad tantam iracundiam provocavit, ut non ſolum violenter Pſalmodium retinerent; verùm etiam monachos, qui prædictam querelam domino Papæ fecerant, de ſuo monaſterio expellerent. Unde accidit quòd Pſalmodienſes nimia coacti neceſſitate Romam reclamantes, Maſſilienſes de medio ſui ejecerunt à minimo uſque ad maximum, jurantes ſuper quatuor Evangelia, cum Maſſilienſibus nullam participationem in prædicto monaſterio habituros ſe amplius fore. Quo facto prædictus Richardus prænominatos Archiepiſcopos & Epiſcopos adiit, eorumque juſtitiam ex parte domini Papæ ſibi fieri poſtulavit. qui conſilio accepto convenientes in unum, prius Pſalmodium Maſſilienſibus reddiderunt, Pſalmodienſibus propter jusjurandum de monaſterio egreſſis omnibus. Deinde diem & locum ſtatuerunt, quo tantus clamor audiretur & diffiniretur.

Ad ſtatutum denique diem Maſſilienſes & Pſalmodienſes venerunt cum prædictis judicibus, in quorum judicio dominus Papa definitionem prædictæ querimoniæ poſuerat. Omnibus itaque ex utraque parte circumſtantibus, GIBELINUS Arelatenſis Archiepiſcopus ita locutus eſt. Prima pars Placita laudat, ut Pſalmodienſes dicant unde de Maſſilienſibus conqueruntur. Ad hoc ſurrexerunt STEPHANUS Calcatellus, cui à ceteris commiſſum fuit, ut reſponderet pro ſe & pro aliis, & ait: Fratres Pſalmodienſes conqueruntur Deo & ſancto Petro & vobis Archiepiſcopis & Epiſcopis, qui jubente domino Papa noſtram querelam diffinire debetis, de Maſſilienſibus, qui Pſalmodienſe monaſterium per violentiam, per manum laicam, per ſanguinis effuſionem, per monachorum expulſionem, ad ultimum per pecuniæ conceſſionem ſibi attraxerunt, & nobis abſtulerunt. Quamvis Pſalmodium ſecundum privilegia apoſtolica, ſcilicet JOHANNIS & STEPHANI, & per præcepta regalia, id eſt KAROLI, LUDOVICI, aliorumque Regum, quorum auctoritates hîc nos habemus, liberum ſemper fuerit, & nemini debeat ſubjici, niſi Romanæ Eccleſiæ. Adhuc conqueruntur Fratres noſtri Pſalmodienſes ſuper Maſſilienſibus, quoniam poſtquam prædictam querimoniam domino Papæ depoſuerunt, & eo jubente res deberet perduci ad finem; dominus iſte Richardus qui præſens eſt, monachos Pſalmodienſes, qui prædictam querimoniam fecerant, de proprio monaſterio expulit, atque in exteras nationes abire & mori fecit. Hæc eſt querimonia unde fratres noſtri Pſalmodienſes conqueruntur ſuper Maſſilienſibus, præter alia mala quæ Pſalmodio intulerunt.

Ad hæc Richardus Abbas Maſſilienſis, ſediſque apoſtolicæ Legatus, cum ſuis Maſſilienſibus ita reſpondit. Nulli dubium eſt, fratres mei, Pſalmodienſes monachos ſæculariter & extra regulam vixiſſe uſque ad tempora prædeceſſoris noſtri BERNARDI Maſſilienſis Abbatis, qui volens eorum vitia corrigere, RAYMUNDO Comite deprecante, ſuorumque Procerum conſilio, adeptus eſt jam dictum monaſterium; & de irregulari fecit eum regulare, & ita tenuit eum uſque ad diem obitûs ſui. Extunc ego qui in locum ejus ſucceſſi, tenui eum uſque in hodiernum diem ſub regularibus diſciplinis, monachis ejuſdem loci accipientibus Abbates & Priores de noſtro monaſterio per bonas ſucceſſiones. Hanc contra eorum querimoniam reſponſionem facimus.

Cumque Maſſilienſes & Pſalmodienſes hæc & alia multa inter ſe conſererent, Primati Iudices dixerunt, ut ſi quid aliud auctoritatis Maſſilienſes adverſus Pſalmodienſes habebant, oſtenderent: atque juſſerunt ſibi reddi privilegia & præcepta regalia, quibus dicebatur nulli alteri eccleſiæ Pſalmodium debere ſubmitti, niſi Romanæ. ſicque conſideratis utriuſque partis rationibus & congruentiis, & Pſalmodii auctoritatibus perſpectis, BERTRANDUS & GIBELINUS Archiepiſcopi, & GOTAFREDUS atque RAYMUNDUS Epiſcopi, præfato Richardo in medio eorum exiſtente, quia Legatus erat, judicaverunt præfatam querimoniam ita ut ſequitur.

Licet domine Richarde vices domini Papæ in noſtris partibus vos habeatis; tamen ex auctoritate ejus & veſtro aſſenſu nobis datum eſt, ut ad perpetuam pacem ponamus totam controverſiam Pſalmodienſium & Maſſilienſium. Iudicium tale eſt. Secundum privilegia Apoſtolicorum Iohannis & Stephani, & præcepta regalia Caroli, Lodovici, aliorumque Regum, ſolius Romanæ eccleſiæ jus antiquiſſimum eſt Pſalmodium, & nemini debet ſubjici niſi ſoli domino Papæ; ac pro cauſa iſta Pſalmodienſes, ut cauſa eorum velocius definiretur, firmiter juraſſe numquam amplius ſe habituros eſſe ſocietatem in prædicto Pſalmodio cum Maſſilienſibus: & ideo omnes de ſuo monaſterio, poſtquam Maſſilienſibus per inveſtituram reſtitutum eſt, egreſſi ſunt juſtitiam quærentes. Vobis igitur domine Richarde non expedit jura beati Petri Apoſtoli minorari, qui ejus Vicarius eſtis; nec etiam defendere, vel retinere quæ male commiſſa ſeu adquiſita ſunt ab anteceſſoribus veſtris; ſed potius convenit canonicè corrigere & emendare. Et quia non ſufficiunt

» *Maſilienſibus auctoritates, quibus Pſalmodium, per juſtitiam poſſint habere; decernimus ut Pſalmodien-* A
» *ſibus ſuum monaſterium liberè & abſolutè reddatur, nullamque dominationem Maſilienſes ibi habeant*
» *ampliùs. Præcipimus etiam, ſi vobis placet, ut hoc judicium ſcribatur, & domino Papæ præſentetur; &*
» *ſi ipſe laudaverit, teneatur, & in Pſalmodio reſervetur, ne deinceps inde aliqua inquietudo inter eos*
» *aſſurgat.*
» *Ad hoc Richardus habito conſilio cum Maſilienſibus, inquit: Iudicium veſtrum laudamus & ſuſci-*
» *pimus, atque Pſalmodium cum omnibus ſibi pertinentibus Deo & ſancto Petro, & domino Papæ, uſdem-*
» *que monachis cum charta & ſine charta in perpetuum ſolvimus.*

Factum eſt publicè apud Caiſtarum-caſtrum, in loco qui dicitur Toirozella, regnante PHILIPPO *Rege Francorum, anno ab incarnatione Domini* M XCVI, XVI *Kal. Octobris, die ſanctorum Lucii & Geminiani, Indictione* IX, *concurrente* IV, *epacta* XV, *clave* XI, *in præſentia ſupradictorum Iudicum &* EBRARDI *Abbatis ſancti Tiberii,* FULCONIS *euſdem monaſterii Pſalmodii Abbatis, Stephani* B *Calcatelli, Raymundi, Stephani, Guillelmi, Archimberti, Guillelmi Bonaſus, Guillelmi de Albanis, Raymundi, Iterii, Guillelmi, Bernardi, Stephani, Bernardi, Pontii de Noceto, & Petri Bernardi monachorum. . . . . . Iuliani, Gondrici, Gonterii Presbyteri; laicorum Raymundi de Cani, Rayneriifratris ejus, Poncii Gaucelini, Gaucelini fratris ejus, Pontii, Bremundi de Somedrio, Bremundi fratris ejus, Pontii, Petri de Sancto Iuſto, Raymundi de ſancto Iuliano, Bremundi de Leſtrencheriis, Bertrandi fratris ejus, Raymundi Galterii, Raymundi, Eldrici, Raimundi, Raynonis, Guillelmi, Iterii.*

Ego RICHARDUS *Maſilienſis Abbas octava die ſupradictæ definitionis,* VIII *Kal. Octob. apud Montempeſſulanum laudo hanc definitionem cum hac charta monachis Pſalmodienſibus in perpetuum ſubſ. Ego Pontius Stephani firmo. Ego Bernardus Petito firmo. Ego Guillelmus firmo. Ego Arnaldus firmo. Ego Pontius firmo. Ego Ebrardus firmo. Iſti omnes monachi Maſilienſes fuerunt. Laudamentum hoc juſſu prænominati Richardi in præſentia Bertranni Archiepiſcopi, Gotafredi Magalonenſis Epiſcopi, Augerii Ar-* C *chidiaconi, Gaucelini de Lunello, Raymondi, Raymonis & multorum aliorum. Gotafredo Epiſcopo dictante Pontius ſcripſit.*

Hæc definitio miſſa fuit ad dominum Vrbanum Papam II, qui eam confirmavit bullâ ſuâ data Romæ apud ſanctum Petrum, per manum Iohannis Diaconi Cardinalis, Kal. Maii, Indict. XII, *anno* M XCIX, *pontificatûs ſui anno* XII, *quam habemus.*

NOTATIO.

IN hac charta præter ſolitas numericas notas ponitur *clave* XI, ſcilicet Paſchali. Errata quædam irrepſerunt in alias notas, & quidem in Indictionem, quæ quarta erat anno M XCVI.

D

CCVI.

Ex chartario Latiniacenſi.

Henrici Comitis Trecenſis charta de lampade Comitis Theobaldi.

Anno 1160

EGO HENRICUS *Trecenſium Comes Palatinus exiſtentium præſentiæ & futurorum poſteritati notum fieri volo me conceſſiſſe Theſaurario beati Petri Latigniacenſis eccleſiæ viginti ſolidos de cenſu meo Columarii, quod in die feſto ſancti Dionyſii redditur, ad adminiſtrandum lampadi patris mei Comitis* THEOBALDI *in perpetuum. Hu us rei teſtes ſunt Reiricus de Meldis, Petrus Briſcaudus, Garnerius Coquus, Nicolaus Capellanus. Anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo. Data per manum* GUILLERMI *Cancellarii apud Meldis.*

NOTATIO. E

Ex hac charta patet, Theobaldum Magnum Latiniaci ſepultum eſſe, (quod de Theobaldo III dictum eſt ſupra in charta CLVI) ad cujus tumulum, ex Pario lapide erectum, ardet etiam nunc lampas, de qua hic agitur.

CCVII.

Ex codice eccleſiæ Mettenſis, ſcripto ante annos quingentos.

INCIPIUNT SYNTAGMATA DICTANDI ad lib. I cap. I num. II.

F

P*Rologi epiſtolarum multipliciter fiunt. In quibuſdam nomen delegantis ponitur: nomen verò ejus cui delegatur non ponitur, ut in Præceptis regiis atque apoſtolicis. In quibuſdam & nomen delegantis, & cui delegatur, ponitur: ſed quam mittat non delegatur ſalutem, vel aliquid hujuſmodi non loquitur. In quibuſdam & nomen mittentis, & nomen cui mittitur, &* ſalutem, *vel aliquid hujuſmodi, ſed verbum à quo hii regantur caſus, in ſubauditione relinquuntur. ut,* Servus Honoratus Aquilino ſalutem. *In nonnullis omnia collocantur, ut* Ciceroni ſuo C. ſalutem dicit. *In nonnullis adjectiva perſonis, quibus epiſtolâ delegantur, ponuntur, ſed eorum à quibus delegantur, non ponuntur. ut,* venerabili fratri P. J. ſalutem. *Antiqui mittentium nomina ſemper ſolebant præferre vel præponere: moderni humilitatis causâ, niſi excellentiſſima ſit perſona mittentis, ſemper eam conſueverunt poſtponere. Interdum excellentiſſima perſona præcipua humilitatis gratiâ ſua poſtponunt nomina.*

A *Materia quod informatis apicibus habeatur hujuſmodi. Excolat autem & exornet unuſquiſque litteras ſuas quibuſcumque verbis voluerit vel valuerit.*

Quomodo fiunt privilegia Paparum.

PRivilegia Summorum ſunt eccleſiæ cujuſlibet conceſſiones Pontificum. Materia autem in privilegiis hujuſmodi eſt, ut dicat ſe Pontifex, vel rogatu cujuſlibet dignæ perſonæ, vel alia ratione quacumque, illi eccleſiæ illa ſeu illa pontificali concedere vel roborare auctoritate. Anathema ſit in calce epiſtolæ. Habent autem privilegia prologos, ſicut & cetera epiſtolæ, & monogramma in fine hujuſmodi B-E, quod eſt Bene valete. Signum autem in exordio privilegii, vel chriſmon, vel crux dominica cum ſupraſcripto ſigno
B *erit. quod ſupraſcriptum ſignum interpretatur Chriſtus. Chriſmon autem ejuſmodi effigiatur ſpecie *. Ut plenius autem in hoc monogrammate *, & ut Chriſti nomen appareat, tali mea effigiaretur ſententia ſpecie *. Conſueverunt præterea in extremo margine privilegii † quoſdam inſignire orbiculos, Antiſtitis nomen, & pauca qualibet divina verba continentes in hunc modum.*

Privilegium.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili ac religioſo cœnobii illius Abbati, cunctæque ſibi ſubditæ congregationi ſal. in Domino perpetuam *&c.*

Hîc ponuntur orbiculi Leonis, Gregorii & Urbani II, cujus tempore ſcriptus videtur codex.

C *Materia quidem privilegiorum & hujuſmodi ordo eſt. Poterit autem quiſque verba ſua, prout animo inſederit, elongare, & quas voluerit exornationes exhibere verborum.*

Privilegia Regum.

*PRæcepta vel mundiburdia magnatum & ſæcularium poteſtatum ſunt ſolùm. Propriè autem Regum vel Principum Præcepta ſignum certum non habent in exordiis, ſed quod facere ſcriptoribus collibuerit, vel crucem, vel chriſmon, vel litteram quamlibet circumdatam ſerpentibus in hunc modum *, vel quodlibet aliud quod voluerit. Solet autem prima linea Præceptorum longis & æqualibus litteris figurari. Initium autem Præceptorum hujuſmodi eſt.* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heynricus gratia Dei Imperator Aug. *Poſt iſtum prologum introducitur quaſi perſona Imperatoris loquentis, reddentiſ-*
D *que cauſam, qua inductus illud voluerit præceptum ſtatuere, dicens, regiæ dignitati competere, ut talium virorum, a qualibus ipſe rogatus eſt, non debeant contemnere preces: vel quam voluerit facere illius edendi præcepti vel mundiburdii iuſtam cauſam inſinuans. Poſt hæc quod ipſe loci illius homini ſua auctoritate concedat vel roboret, erit illud ſubinferendum. In fine verò præcepti illud erit locandum, ut quicumque contra illius præcepti decretionem fecerit, mille auri optimi libras, vel quodlibet aliud pretium quod inſtituerit Imperator, ſe perſoluturum cognoſcat, medietatem regiæ cameræ, & medietatem loco vel homini illi, cui illud Præceptum conſcribitur. Poſt hæc quod Imperator propria manu ſubſcripſerit, & proprio ſignari ſigillo juſſerit, erit adjiciendum. Poſt completum præceptum, monogramma eſt ponendum, in quo nomen Imperatoris Auguſti Dei gratia habeatur connexum, vel alia qualibet quæ Imperatorem condecat *. Ex utraque autem monogrammatis parte longioribus & æqualibus litteris ſcriptum erit ſignum domini illius Imperatoris ſereniſſimi vel Auguſti, vel aliud quodlibet hujuſmodi. Poſt monogramma prolixioribus & pa-*
E *ribus litteris ſcribitur,* HEINRICUS *vel* A. CANCELLARIUS vice G. Vercellenſis Epiſcopi recognovi *iſtud factum.*

In ultima carta linea quoto anno à Domini Incarnatione, & quota Indictione, & quo regni vel imperii illius Imperatoris anno, & quo loco, litteris erit communibus conſcribendum.

Prologus epiſtolæ à Papa delegatæ.

G. Epiſcopus ſervus ſervorum Dei P. ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Epiſtolæ Epiſcopi vel Abbatis alicujus.

F A. Sacerdos voce tantùm, *aut* Epiſcopus, *vel* indignus Abbas ſalutem, gratiam & benedictionem.

Epiſtolæ ad Papam tranſmiſſæ.

Summo & univerſali Pontifici P. debitæ ſervitutis obſequium, *vel* perenne cum Petro conſortium, *&c.*

CCVIII.

A

Communicavit D. d'Herouval.

Ex Regiſtro Parlamenti anni 1328. Ad libri II cap. XVI num. XI.

Anno 1328.

PHILIPPUS *Dei gratia Francorum Rex, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Notum facimus, quod in Parlamento noſtro perſonaliter conſtitutus Michaël Servientis clericus penes curiam noſtram, tradidit quendam librum, Chronica ſeu Geſta Regum Franciæ in gallico continentem, & ſic incipientem,* Cis qui ceſte vveure commence; *& in ſecundo ſexterno ſic,* que tu ſache de la volonté; *in penultimo ſic,* & dura longuement; *in ultimo ſic,* de ſainte Egliſe: *finitur autem ſic,* noſtre Sire fiſt mout de miracles par les ſaintes merites du bon Roy Loys. *quem librum curia noſtra tradidit dilecto & fideli magiſtro Theobaldo de Sacro-Cæſare Archidiacono Bituricenſi Clerico noſtro, eundem librum recipienti nomine procuratorio Abbatis S. Dioniſii in Francia: qui per ſuas patentes litteras quas curia noſtra vidit, ipſum magiſtrum Theobaldum fecit & conſtituit etiam in rem ſuam procuratorem, ſindicum & nuncium ſpecialem, ad petendum & recipiendum nomine ipſius Abbatis & ſui monaſterii dictum librum, quem frater Stephanus quondam dicti monaſterii monachus inde tranſtulit ad monaſterium Virſion, unde poſtmodum fuit Abbas, prout narrabatur in litteris antedictis. De quo quidem libro ſic tradito curia noſtra voluit & præcepit ipſum Michaëlem quitum perpetuo remanere: ac inde præfatus magiſter Theobaldus promiſit, & ſe & ſua obligavit eundem Michaëlem ſuperiorem garantire. Datum Pariſ. ſub noſtro ſigillo, quo utebamur antequam ad nos Franciæ regnum devenit,* XIIII *die Aprilis, anno Domini* MCCC *vigeſimo octavo.* B

CCIX.

C

Idem communicavit.

Ex Regiſtris Caſtelleti. Ad lib. II cap. XVIII num. XIII.

Anno 1404.

VINGT-CINQ *Octobre* 1404. *noble homme Iean de Garancieres, Chevalier, Chambellan du Roy, Seigneur de Croiſſy & de Macy, Maiſtre des eaux & foreſts du païs de Normandie & de Picardie, dit qu'il avoit laiſſé le jour precedent ſon ſeel, à un ſien ſerviteur, auquel avoit empreint deux lions tenans un eſcuſſon, & trois chevrons, le premier eſquigironné, avecune croiſette pour difference des armes du Seigneur de Garancieres ſon frere, & au deſſus un timbre d'un col de cigne, autour duquel eſt écrit,* Seel de Meſſire Jehan de Garancieres, Seigneur de Croiſſy, *lequel ſeel avoit eſté prins audit ſerviteur. Pourquoy a revoqué ledit ſeel.* D

Anno 1412.

Dix-ſept Novembre 1412. *Monſeigneur Aleaume de Bournonville, Chevallier, diſant luy avoir eſté prins luy eſtant au Palais ſon ſeel, auquel y a un lyon rempant, & un timbre au deſſus, où il y avoit deux cornes de bœuf, & un lyon croiſſant entre deux, & un griffon à un des coſtez de l'écu, & à l'autre coſté un homme ſauvage, & ſon nom & ſur-nom autour. A revoqué ledit ſeel.*

Treize Decembre 1412. *Robert de Pontaudemer, Eſcuyer, affermant que hier de relevée luy eſtant au Palais du Roy en la compagnie du Seigneur de Boiſſey, où luy eſtant és galleries de ſaint Paul au ſervice de Monſeigneur de Guyenne, une ſienne manche luy fut coppée par un mal-faicteur qu'il ignore: parquoy rappelle, revoque & caſſe ledit ſeel, auquel il y a un écu, où il y a deux lyons paſſans à deux Lambeaux, & un timbre deſſus, & deux panons à une pate de lyon, & au tour,* R. de Pontaudemer, *& aux deux coſtez du ſeel avoit un lyon & un griffon qui ſoûtenoient l'écu.* E

Dix Ianvier 1412. *noble homme Meſſire Iehan de Bethune, dit de Loques, Chevalier Seigneur de Mareul en Brie, diſant que pour ſes affaires il avoit envoyé nagueres certains blancs au païs de Normandie ſeellez de ſon ſeel dont il uſe, ouquel eſt empraint un écu écartelé des armes de Coucy & de Bethune que tiennent deux lyons rempans, ſur lequel écu eſt un timbre couronné à un col de heron, & un penas, & ſon nom & ſur-nom au tour. Et pour ce qu'il dit que leſdits blancs ſont perdus & adirez, & doute que ou temps à venir on ne luy puiſſe faire prejudice, a revoqué ſondit ſeel.*

CCX.

Idem communicavit.

Ex actis legationis à Ludovico XI Francorum Rege directæ ad Paulum II. Ad lib. II. cap. III num. IV. F

Anno 1469.

O*V mois d'Aouſt l'an mil quatre cens ſoixante & neuf, le Roy noſtre ſouverain Seigneur eſtant à Amboyſe, fut par luy commandé à moy Guillaume Chevalier Seigneur de Montereul, ſon Conſeiller, Chambellan & Gouverneur de Montpeſlier, aller à Rome devers noſtre ſaint Pere, afin de obtenir ung Vicariat pour faire le procés du Cardinal d'Angiers & de l'Eveſque de Verdun, accuſez & chargez de criſme de leze-Mageſté alencontre de la perſonne du Roy noſtre Seigneur, & de la choſe publique univerſelle de tout le Royaume.*

Secretaire Guillaume le Franc Docteur en Loix, joint Pierre Gonel Docteur en Loix & en decret, Conſeiller du Roy & Preſident du Dauphiné.

Arrivée

A *Arrivée à Rome le Ieudy* XXIII *jour de Novembre,*
Audiance premier jour de Decembre.
Complimens du Roy au Pape.

A quoy noſtredit ſaint Pere repondit, que luy eſtant Cardinal, & bien long-temps avant qu'il fuſt ab-
ſompt au ſaint Siege Apoſtolique, il avoit mis grant peine de viſiter l'eſtat de l'Egliſe, & comme il avoit
eſté conduyt & gouverné les temps paſſez: & qu'il n'avoit point veu ne leu en nulle yſtoire Françoiſe,
Romayne, Ytalienne, Veniſſienne, ne Grecque, que la force, l'auctorité, l'aide & le ſecours du ſaint Sie-
gè Apoſtolique, ne la defenſe & exaltation de la foy ayt eſté en nulz autres Princes, ne meſme ou ſur-
plus de toute la Chreſtienté, tant & ſi avant comme és Roys de France. Et que combien que Conſtantin
le Grand euſt fait le don & la collation & tranſport du Patrimoine que l'Egliſe au ſaint Siege applicque
en la perſonne de ſaint Silveſtre; toutesfois l'Egliſe n'en joyſt onc, ne n'en euſt poſſeſſion paiſible, juſques à
B *ce que les Roys de France y mirent la main: & que ou precedant, ou les Roys de Lombardie, ou les Com-*
munctez, ou les autres Empereurs, ou les infidelles leur menoient ſi forte guerre, & avoient tellement pris
& occupé ledit patrimoine, que jamais l'Egliſe n'en avoit peu jouyr, & que ce que l'Egliſe tient de pa-
trimoine, elle la par le don, largiſſion, ayde, ſecours & confort du Roy Pepin, de Charlemagne, de Loys
le Debonnaire & de leurs ſucceſſeurs, & que les Roys de France ſont le bras dextre de l'Egliſe & de la
Foy, & que toûjours les ont maintenus & gardez contre tous les adverſaires, & que c'eſt bien raiſon
qu'il en porte le nom, & la gloire de Roy & de Prince tres-Chreſtien devant tous les autres: & que poſzé
que ſes predeceſſeurs Papes ne uſaſſent point en leur lettres écriptures ne parlers communs de Roy tres-
Chreſtien toutesfois il avoit tant veu & leu des grands & honorables fais des Roys de France touchant le
fait de l'Egliſe & de la Foy, qu'il luy ſembloit que ſe en parolles ne en écripture il n'apelloit le Roy tres-
Chreſtien, il ne feroit point ſon devoir, & que à cette cauſe il avoit commencé de le faire, & eſtoit diſ-
C *poſé de y continuer.*

CCXI.

Ex actis Cameræ computorum Paris. Ad lib. II. cap. XXI. num. V.

Ex

Du Vendredy XIII jour d'Avril M CCCC IIII^XX avant Paſques.

Anno 1481
Stilo novo.

TOUCHANT *ce que puis nagueres l'on a rapporté au Roy, que en aucuns lieux l'on a contrefait le*
ſigne de ſa main, & meſmement le Duc Maximilien d'Auſtriche le contrefait toutes fois qu'il veut.
Surquoy attendu les inconveniens qui en pourroient avenir, le plaiſir du Roy a eſté qu'on adviſaſt en ſon
D *Conſeil la proviſion qu'il pourroit donner pour obvier aux fraudes deſſuſdites, ſoit pour changer le ſaing*
qu'il a accouſtumé faire de ſa main, ou y ajouſter quelque difference pour cognoiſtre plus au certain les ſi-
gnatures que doreſenavant il feroit.

A ſemblé qu'il eſt bien beſoing de donner proviſion à ce que dit eſt pour obvier auſdites fraudes & abuz,
mais non pas que le Roy doye par ce changer ſon ſaing accouſtumé, pour ce que, s'il le changeoit, ce ſeroit
mectre en doubte tous ceulx qui ont de luy lettres de traictez, de alïances, de confederations, treves,
auſſi de dons, de acquitz, ou d'autres choſes du temps paſſé, leſquieulx penſeroient que les lettres qu'ils ont
ne leur ſeroient pas doreſnavant valables, ou que que ſoit qu'on pourroit prendre occaſion de les impugner,
& y pourroit avoir pluſieurs de ceux qui ſe ſont nouvellement reduits en l'obeïſſance du Roy qui ſeroient en
difference que les dons & biens qu'il leur a fatz ne leur feuſſent pas ſeurs ne valables. De laquelle diffe-
rence pourroit avenir des inconveniens, & auſſi quand le Roy écriroit doreſnavant en eſtranges nations,
E *ceulx à qui il écrivoit ou envoyeroit lettres, pourroient avoir de grans doubtes & imaginations à cauſe de la*
mutation dudit ſaing; & quand le Roy le changeroit, auſſi bien ſe pourroit ledit ſaing contrefaire.

Mais pour la forme, la proviſion eſt à conſiderer qu'il y a diverſes qualitez de lettres, les unes ſont
lettres de finances, comme dons, tranſpors, alienations, admortiſſemens, acquits, roolles, cedules, adreſ-
ſans au Changeur du Treſor, ou Receveurs Generaux, pour employer aucunes ſommes en leurs roolles ſelon
qu'il plaiſt au Roy leur commander. Toutes leſquelles & ſemblables ont accouſtumé d'eſtre ſignées de la
main du Roy. Et quant auſdites lettres de finance, ſemble que le Roy y a ja donné bonne proviſion en ordon-
nant qu'elles ſoient toutes contreſignées par l'un des deux Secretaires qu'il a commis pour ſigner en finance,
& non par autres, & auſſi par les attaches & verifications qui ſe font par les Treſoriers & Generaux.

Et au regard des autres Lettres cloſes qui ne ſeroient de finances, ſemble que pour obvier auſdites frau-
des le Roy pourroit, ſe ſon plaiſir eſt, ordonner deux notables Secretaires, bonnes preudes gens & bien re-
F *nommez, qui ſeroient commis à contreſigner toutes les Lettres cloſes que le Roy écriroit, & faire publier*
que à quelxconques Lettres cloſes qu'on ſe efforceroit de obtenir du Roy, foy ne feuſt adjouſtée, ſe elles n'e-
ſtoient contreſignées de l'un deſdits Secretaires, leſquieulx Secretaires ſeroient tenus d'en repondre, &
que leſdits Secretaires euſſent bons gages du Roy & bien payez. Et que auſſi des Lettres qui ſe devroient ſi-
gner, feuſſent tenuz de faire leurs ſignatures franchement, ſans quelque choſe prendre ne exiger à cauſe
d'icelles.

Et pour ce que deſdites Lettres cloſes, autres que de finances, il en y a aucunes que le Roy écrit au
Pape, aux Roys, Princes, & Seigneurs, & ailleurs hors ſon Royaume, Pays & Seigneuries. Semble que
quant à celles-là, oultre la contre-ſignature du Secretaire elles doivent toutes eſtre ſeellées du ſeel du ſecret,
ainſi que d'ancienneté il eſt accouſtumé, lequel ſeel n'eſt pas aiſé à contrefaire.

Et pour ce que pour les matieres qui chaſcun jour ſurviennent, il eſt neceſſité que le Roy écrive beaucoup

de Lettres cloſes, il ſemble que pour obvier aux fraudes deſſuſdites, le Roy, ſe ſon plaiſir eſt, pourroit faire faire un petit ſignet rond, bien gravé aux Armes de France, qui ne ſeroit plus large que un petit blanc, duquel ſignet toutes les Lettres cloſes en papier ſeroient ſcellées, excepté les petites Lettres que le Roy écrit à ceux de ſa maiſon ou ſerviteurs de choſes qui ne ſont point d'importance; & que ledit ſignet feuſt entre les mains de Monſieur du Bouchaye, ou d'autre bien ſeur & feable au Roy. A

COROLLARIUM I.

Obſervationes quædam de reſcriptis ſummorum Pontificum, & de quibuſdam regulis falſi. B

ABſoluta editione ſuperiorum librorum, cùm in ſexto imprimendo quædam animadvertiſſemus à nobis aut prætermiſſa, aut non ſatis illuſtrata; poſtremas noſtras obſervationes in Corollaria quædam conjicere operæ pretium duxi, incipiendo à pontificiis litteris, de quibus primo inquirendum, quanam ſalutatione Pontifices ante Gregorium VII, & ab ipſo Gregorio ad noſtrum uſque tempus uſi ſint.

Quocirca notare juvat, duplicem inſcriptionis clauſulam in pontificiis reſcriptis uſu veniſſe, nempe, *in perpetuum*, &, *ſalutem & apoſtolicam benedictionem*; atque alterutram à Gregorio VII, maximè ab Urbano II ſemper admiſſam fuiſſe; priorem quidem in bullis majoris momenti, & quæ in longum tempus valituræ erant: poſteriorem verò in aliis brevioribus reſcriptis, quæ in præſens exſequenda. C Deinde difficile eſſe ſtatuere, quas formulas prætulerint antiquiores Pontifices, quoniam in vulgatis eorum litteris inſcriptiones paſſim aut penitus reſciſſæ ſunt, aut diminutæ. Ad hæc in eis quæ nobis integræ relictæ ſunt, non conſtantes formulas adhiberi, ſed varias eſſe pro diverſis Pontificibus, immo pro diverſis plerumque reſcriptis. In duobus illis, quorum ſpecimina in tabula XLVI retulimus, Benignianis, nempe Johannis V & Sergii I, legitur *ſalutem & apoſtolicam benedictionem.* Zacharias in epiſtola encyclica ad Epiſcopos Galliæ, *in Domino ſalutem* dicit: & in epiſtola quadam ad Bonifacium pro confirmatione Metropolis Moguntiacenſis, *perpetuam ſalutem.* Hadrianus I in epiſtola ad Galliæ & Hiſpaniæ Epiſcopos contra Elipandum præfert, *in roſeo Chriſti ſanguine ſalutem.* Hadrianus II in epiſtola XXIII ad Epiſcopos in regno Ludovici conſtitutos, *ſalutem.* Nicolaus I in epiſtola XXXII ad Epiſcopos & Principes Gallicanos, *ſempiternam in Deo Patre & Domino noſtro Ieſu-Chriſto ſalutem.* Johannes VIII in conſtituto de lege in ſacrilegos, Gothicis D legibus addita in concilio Tricaſſino, *ſalutem & apoſtolicam benedictionem.* Johannes XIII in epiſtola ad Epiſcopos citerioris Britanniæ, *ſalutem in Chriſto & viſitationem.* Johannes XIII & Leo IX in ſpeciminibus noſtris, *perpetuam ſalutem.* Iiſdem temporibus vice hujus ſalutationis aliquando apponitur, *in perpetuum*, ut in privilegiis Nicolai I pro Corbeienſi, & Marini pro Sollemniacenſi apud Sirmundum; item in Vizeliacenſi Johannis VIII apud Acherium noſtrum: quibus adde aliud Corbeienſe Benedicti tertii, & Dionyſianum Nicolai item primi, quorum ſpecimina hìc exhibemus. Erant ergo in uſu ambæ illæ formulæ ante Gregorium VII, ſed non ſemper alterutra ex illis, ut poſt Gregorium ipſum, præſertim ab Urbano II.

Poſtquam hæc ſcripſeram, conſului Bullarium Cluniacenſe, quod anno MDCLXXX Lugduni editum eſt curâ & ſtudio reverendiſſimi Patris Petri Simonis, nunc congregationis Cluniacenſis ſtrictioris obſervantiæ Superioris Generalis, qui Regum diplomata ex eodem fonte nobis pollicetur, E quod magnopere optamus. In eo itaque Bullario multa inveniuntur diplomata pontificia ante Leonem IX cum titulo, *in perpetuum.* Bulla Johannis XIII præfert, *apoſtolicæ gratiam benedictionis, & gloriam æternæ beatitudinis.* Benedictus VIII *ſalutem & benedictionem ex parte Dei omnipotentis & B. Petri Apoſtolorum Principis.* Johannes XIX, *ſalutem clariſſimam cum benedictione apoſtolica.* Silveſter II, *ſalutem & apoſtolicam benedictionem*, quam formulam Leo IX aliique ſubinde præferunt; aut aliam, *in perpetuum*; niſi quod Leo ſemel habet, *perpetuam in Domino ſalutem.*

Salutatio in fine expreſſa his verbis, *Bene valete*, integris (ut ſuo loco diximus) legitur in bullis ante Leonem IX, qui hæc verba in monogramma redegit. At quo primùm tempore cœperit ille uſus antiquior, non ſatis exploratum. *Bene valete* legitur in privilegio Stephani Papæ III pro ſancti Dionyſii cœnobio apud Sirmundum; item in Pauli I epiſtola XLII codicis Carolini ad Carolum & Carolomannum. *Bene vale* in epiſtola Hadriani I ad Tilpinum Remorum Antiſtitem. Fortaſſe hic F mos jam invaluerat ſub prima ſtirpe Francorum Regum, qui aliquando hanc formulam in diplomatibus ſuis præferebant ad ſignum Cancellariorum. Sanè is obtinebat in bullis Pontificum ſub ſtirpe Carolina, ut ſpecimina noſtra probant.

Notæ chronologicæ duplici ordine adhiberi ſolent ante Leonem IX, ita ut ante *Bene valete* in fine contextûs legatur, *Scriptum* (rarò *ſcripta*) *per manus N. Scriniarii ſanctæ Romanæ eccleſiæ*, appoſito menſe cum Indictione: & poſt *Bene valete, Data V Kal. Maii per manus N. Primicerii*, vel *Bibliothecarii*, cum anno Imperatoris, & Papæ, atque Indictione, ut fuſiùs in libro ſecundo expoſitum eſt. Verùm ſæpius in concilianda Indictione cum annis Imperatorum aut Pontificum multæ occurrunt ambages. Duo ejus rei exempla in duobus Paſchalis II diplomatibus retulimus in libri ſecundi capite XXIV, num. IX. at quædam hìc addenda ſunt ad ampliorem probationem, ne quis ob

A ſere Indictionis vitium litteris aliàs validiſſimis falſi crimen faciliùs aſſingat. Hac in re quid ab erudi-
tiſſimo Baluzio, qui Innocentii III editionem novam atque integram modò adornat, ſcripto acce-
perim, ejus verbis huc refero. *Certum eſt*, inquit, *Indictionem decimam convenire cum anno decimo
pontificatûs Innocentii tertii. Et tamen in regiſtro ejus, quoties Indictio recenſetur in epiſtolis, anno illo
decimo datis, toties Indictio nona ponitur, in octo epiſtolis, nimirùm* VII, XXVII, XXVIII, LIX, LX,
XCI, XCV *&* CVI. *Immo epiſtola* XCV *ejuſdem libri decimi, quæ ab Huberto edita eſt in probationi-
bus hiſtoriæ S. Aniani Aurelianenſis pag.* 123, *ex authentico quod in archivo illius eccleſiæ exſtat cum
plumbo, Indictionem nonam habet in regiſtro & in authentico illo.* Et tamen adverſus iſtud authenticum
ſententia dicta eſt in cauſa illuſtriſſimi Epiſcopi Aurelianenſis contra Canonicos illius collegia-
tæ eccleſiæ, nimirùm quod Judicibus perſuaſum eſſet, hoc eſſe ſuppoſiticii reſcripti indicium, ta-
metſi ab Innocentii regiſtro aliiſque ejuſdem litteris validum præſidium habebat. Idem accidit in
B cauſa Vizeliacenſium Canonicorum.

Quod attinet ad locum, ubi Pontificis litteræ datæ ſunt, rariùs exprimitur ante ſæculum XI. Id
paſſim advertere licet in epiſtolis Nicolai I ejuſque ſucceſſorum, in quibus nihil uſitatius eſt hac
ſimilive formula. *Data* IX *Kal. Decemb. Ind.* XI. Ab Urbano II in bullis majoris momenti apponi ſo-
let locus: qui in aliis brevioribus reſcriptis prætermittitur. Hac de re dicere inſtitueram initio libri
quarti: ſed cùm id mihi è memoria tunc excidiſſet, hîc aptiſſima emendandæ omiſſionis nata eſt
occaſio.

Cur Paulus à dextris, Petrus à ſiniſtris in bullis plumbeis collocetur, quæſitum eſt in libri ſecundi
capite XIV num. XIII, ubi expoſitis aliorum ſententiis ita mentem meam aperui, nempe habitam eſſe eo
in facto rationem intuentium, ad quorum dexteram poſitus intelligitur Petrus, qui aliàs ſiniſter eſt po-
C ſitione erga Paulum. Poſtea illuſtriſſimi Petri de Marca opuſcula quædam per virum ejus nominis ſtu-
dioſiſſimum Stephanum Baluzium vulgata ſunt: quibus lectis gaviſus ſum me cum eruditiſſimo Antiſtite
hac in re conveniſſe. Nam in exercitatione de ſingulari primatu Petri ita mentem ſuam aperit num.
XXI. *Hanc auctoritatis à Petro & Paulo deductæ communionem impreſſæ octingentis abhinc annis in bullis
plumbeis utriuſque Apoſtoli imagines teſtantur, Paulo ad dexteram Petri collocato: unde præcipui quoque
honoris Paulo impenſi argumenta quidam trahunt. Abſurdè. Quod enim dextrum latus videtur, ſi Pauli
imago cum Petri imagine comparetur; eſt latus ſiniſtrum, ſi referatur ad inſpicientes. Ex qua relatione
ſæpe metiendus eſt honoris gradus in conventibus publicis. Hinc profectum, ut Epiſcopus in parte chori ſe-
deat, quæ dextra eſt ingredientibus, & tamen reſpondet cornu ſiniſtro altaris. In quo ſiniſtrum & dextrum
latus nuncupamus reſpectu habito ad divini numinis præſentiam* &c. Nihil luculentius afferri poterat
ad hanc ſententiam explicandam.

Reſtat agendum de nonnullis falſi regulis, quæ prætermiſſæ ſunt in libri ſecundi capite XIV, ubi
D hoc de argumento egimus. Variæ occurrunt ejuſmodi regulæ in litteris Pontificum, maximè In-
nocentii III, ex quo quaſdam jam retulimus: ſed ex aliis ejus epiſtolis ineditis alias inſuper nobiſ-
cum humaniſſimè communicavit jam laudatus non ſemel Baluzius, cujus hæc verba ſunt in ſche-
dula ad me tranſmiſſa. Apud Innocentium III libri XI epiſtola CXXVI exſtat ſententia Alexandri III, «
lata pro Archiepiſcopo Capuano adverſus Abbatiſſam & moniales S. Mariæ juxta muros civitatis «
Capuanæ. Agebatur de ſubjectione & libertate ejuſdem monaſterii. Archiepiſcopus allegabat vete- «
rem poſſeſſionem & canones, in quibus expreſsè monſtratur, quod *monaſteria & eccleſiæ ad Epiſco-* «
pos pertinent, in quorum territorio fundata noſcuntur. Abbatiſſa in medium protulit privilegia Prin- «
cipum & Zachariæ, Leonis, & Adriani Romanorum Pontificum. De his privilegiis ita loquitur «
Alexander. *Privilegiis Principum, quantum ad libertatis donationem & monaſterii exemptionem, quia* «
nec illi, nec alii laici hujuſmodi poſſunt eccleſiis libertatem donare, nullatenus (ſicut dignum eſt) inni- «
E *tentes privilegium Zachariæ propter ſtilum dictaminis & corruptionem grammaticæ artis, & propter ſi-* «
moniacum contractum quem continebat, videlicet quod eccleſiam venditam (quod de tam ſancto viro «
nefas eſt credere) confirmaſſet; & propter pargamenum etiam, quod vix centum videbatur eſſe anno- «
rum, cùm quadringentorum annorum (prout in chronicis habetur) ſpatium decurrerit, quòd idem Za- «
charias deceſſit. Privilegium autem Leonis propter vitium & corruptionem grammaticæ artis, quod de «
tam litterato viro abſurdum eſt extimare, quòd tam idiotas ſcriptores habuerit; & propter bullam, quæ à «
bullis ejuſdem Leonis, quæ coram nobis productæ fuerunt, omnino comparebat diſſimilis, cùm illæ inter «
ſe comparerent per omnia ſimiles; ſuſpecta & fide non digna judicavimus. In tanti Pontificis decretum, «
& in regulas ab eo allatas inquirere pæne religioni duxerim: nec dubito, quin pro rei circumſtantiis
prudenter ſe geſſerit Alexander ſed tamen ejus regulæ non ita accipiendæ ſunt, quaſi decretoria
ex ſingulis ſententia ferri poſſit.

F Nam quod libertatem eccleſiarum per ſæculares Principes conceſſam non admittit, ſi de jure
agatur, alii viderint: ſi de facto, non deſunt exempla in Caſaurienſi monaſterio aliiſque. Quod Za-
chariæ ac Leonis privilegia *propter ſtilum dictaminis & corruptionem grammaticæ artis* ſuſpecta habet;
id pendet ex prudenti judicio eruditi viri, qui diverſas pro diverſis temporibus ſcribendi ratio-
nes ac formulas diſcernere valeat, ut veteres bullas cum novis conferenti perſpicuum erit. De ſi-
moniaco contractu diverſæ etiam fuerunt pro tempore ſententiæ, ac diverſa diſciplina. Fuit tempus,
cùm Sanctorum reliquias nundinari liceret impune, item eccleſias emere ac redimere, libertatem
eccleſiæ cenſu temporali comparare vel aſſerere: cujus rei exempla vetera etiam nunc in Gallia
obſervare licet. Ad hæc *pargamenum* colorem ſervat aut amittit pro cura eorum, quos penes eſt.
Denique non ſemper eædem fuerunt unius ejuſdemque Pontificis bullæ, quas aliquando mutare
neceſſe fuit. Sic Innocentius IV, cùm typarium quo primùm uſus eſt, fractum fuiſſet; aliud non pe-

nicus ſimile poſtea adhibuit: ut neceſſe judicaverit hac de re commonere Epiſcopum Arelatenſem, ſicuti patet ex dictis in libri ſecundi capite XIV num. XIV, ubi retulimus hanc epiſtolam Innocentii, non tertii, ut eo loci ſcripſimus, ſed quarti, quemadmodum docuit nos primum iſtius epiſtolæ exemplar, quod nobis eruditiſſimus Baluzius exhibuit.

Idem quoque quid de nonnullis bullarum mendis ſentiret, exponere non eſt gravatus, miſſa ad me obſervatione in hæc verba. Quoties occurrit inſigne aliquod mendum in bulla cujuſdam Romani Pontificis, non ſtatim judicandum eſt eam eſſe falſam. Exemplo eſſe poteſt epiſtola Innocentii III ad Archiepiſcopos Narbonenſem, Arelatenſem, Ebredunenſem, Aquenſem, & Viennenſem; cujus paria exemplaria, mutatis mutandis, miſſa ſunt etiam ad Archiepiſcopum Lugdunenſem, ad Philippum Regem Francorum, & ad Comites & Barones per regnum Franciæ conſtitutos. Extant illæ in libro undecimo regeſtorum ejuſdem Innocentii, epiſt. 26, 27, 28, 29. Utrobique autem ita legitur de Petro de Caſtronovo: *Jam, ut credimus, miraculis coruſcaſſet, niſi hoc illorum incredulitas impediret, de quorum ſimilibus in evangelio legitur, quod Jeſus non faciebat ibi virtutes multas propter incredulitatem eorum: quia quamquam lingua non fidelibus, ſed infidelibus ſint in ſignum, Salvator tamen, &c.* Conſtat vocem *linguæ* in hoc loco eſſe mendoſam. Quod intelligens Odoricus Raynaldus, eam ſuſtulit, & propria auctoritate repoſuit *miracula*, ne monito quidem lectore ſe ita mutaſſe. Attamen in regeſto diſertè ſcriptum eſt *linguæ*, itemque in variis exemplaribus bullatis quæ tum miſſa ſunt in Gallias, ut patet ex Petro monacho Vallium Sarnaii cap. VIII hiſtoriæ Albigenſis; ubi referens epiſtolam illam, deſcriptam, ut apparet, ex aliquo illorum exemplarium, *linguæ* vocabulum exhibet, non ſolùm in editionibus, ſed etiam in veteri codice MS. bibliothecæ Colbertinæ. Atque ita etiam legebat Arnoldus Sorbinus in libro veteri quo uſus eſt ad concinnandam verſionem ſuam Gallicam hiſtoriæ Albigenſium, ubi ita reddidit hunc locum: *le don de langue n'eſtant ſigne aux fideles, mais bien aux infideles.* Legendum itaque *ſigna* pro *linguæ*. Idem patet ex epiſtola 73 ejuſdem libri XI, ſcripta ad conventum monaſterii Corbeienſis in Saxonia: ubi Pontifex ſcribens adversùs Abbatem Hervvordeldenſem, qui abſque Romani Pontificis auctoritate ad Corbejenſe monaſterium migraverat, & inconſultis apoſtolicæ ſedis legatis qui tum erant in Germania, ait: *Cùmque Northuſium adveniſſet regalia recepturus, iidem exiſtentes ibidem, ut contemptus ejus manifeſtior appareret, ad eos accedere non curavit.* Certum eſt heic legi debere, *iiſdem exiſtentibus.* Verùm in regeſto legitur, *iidem exiſtentes*, itemque in authentico monaſterii Corbeienſis, cujus exemplum ad me olim miſit Celſiſſimus & eruditiſſimus Princeps Ferdinandus Furſtenbergius Epiſcopus Paderbornenſis & Monaſterienſis. Denique is nobiſcum aliam Innocentii III epiſtolam communicavit ex lib. XII epiſt. XCIX, in qua Pontifex ita loquitur. *Si aliquæ nobis litteræ offerrentur noſtra bulla munitæ, quæ nec raſæ, nec cancellatæ, nec abolitæ viderentur in aliquâ ſui parte, neque vitium appareret in filo, ſtilo, charta, vel bulla, nec inhoneſtum continerent aliquid vel iniquum; etſi non eſſemus memores ſic fuiſſe in facto proceſſum quemadmodum litterarum ſeries contineret, quia omnium habere memoriam divinum eſt potiùs quàm humanum, proculdubio litteras approbaremus eaſdem, & per conſequentiam earundem intelligeremur continentiam approbare.*

Extitit qui quamdam *bullam*, *quia punctus deerat, voluit aſtruere eſſe falſam*, apud eumdem Innocentium in lib. XIII epiſt. LIV editionis Toloſanæ, item *ob ſigillum poſitum ex tranſverſo*, ibidem lib. XIV epiſt. LXXXVII pag. 235. Adeo pullulant ingenia in cauſis falſi confingendis.

COROLLARIUM II.

De ſubſcriptione Epiſcoporum abſentium & poſterorum, ubi de quibuſdam Epiſcopis Pariſienſibus.

EGIMUS in libri ſecundi capite XX de epiſcopalibus litteris, quibus abſentes poſteroſque aliquando ſubſcripſiſſe oſtendimus. Utriuſque facti exempla mihi ſuppeditavit ſæpius laudatus Baluzius, cujus hæc verba ſunt. Guifredus Archiepiſcopus Narbonenſis & Epiſcopi qui cum eo interfuerunt Concilio Narbonenſi celebrato anno MXLIII, XVI Kal. Aprilis, rogant abſentes ut ſubſcribant, hoc modo: *Hanc verò, commonitionis ſive excommunicationis cartulam manibus noſtris firmamus, & ceteros coëpiſcopos noſtros, in quorum manibus venerit, ſeu Comites regionis noſtræ, ob remedium animarum ſuarum firmare rogamus.* Itaque cùm octo tantùm Epiſcopi celebraverint hanc ſynodum, viginti tamen ſubſcripſiſſe reperiuntur. Plura exempla * iſtiuſmodi ſuppetunt. Hæc ille de ſubſcriptione abſentium: ſic verò de ſubſcriptione poſterorum.

Hildebertus Epiſcopus Patavienſis anno DCCCCLXIV, Indictione V, confirmavit & bona & poſſeſſiones eccleſiæ ſuæ litteris quas edidit Sertorius Urſatus lib. III hiſtoriæ Patavienſis pag. 201. In fine illarum litterarum ſubſcribit primò idem Hildebertus, deinde Urſo Epiſcopus item Patavienſis. Cùm autem Urſo non ſederit illo tempore, ſed quadraginta circiter poſt annis, manifeſtum eſt eum ſuo tempore ſubſcriptionem ſuam, ut vicem confirmationis obtineret, addidiſſe rei multò antè geſtæ. Hactenus vir de republica litteraria optime meritus.

Mihi commemorandus hoc loco venit ſingularis ſubſcribendi modus, qui habetur apud Gregorium Turonenſem Epiſcopum, in exemplari reſcripti Epiſcoporum ad Gundegiſilum & Suffraganeos ſuos, occaſione turbarum cœnobii ſanctæ Crucis apud Pictavos: cui reſcripto ita ſubſcribunt Epiſcopi. *Peculiaris veſter Ætherius peccator ſalutare præſumo. Cliens veſter Heſychius reverenter audeo*

* *Vide ſupra* chartam c II.

A *ſalutare. Amator veſter Syagrius reverenter ſaluto. Cultor veſter Vrbicus peccator famulanter ſaluto. Famulus veſter Felix ſalutem præſumo. Venerator veſter Veranius Epiſcopus reverenter ſaluto. Humilis veſter atque amator Felix audeo ſalutare. Humilis atque obediens veſter Bertchramnus Epiſcopus ſalutare præſumo.* Ita apud Gregorium in lib. IX cap. XLII.

Sed quando huc ſermo recurrit de Epiſcopis, non ab re erit unum in locum congerere nomina Pariſienſium Epiſcoporum qui paſſim in ſuperioribus actis commemorantur, dum accuratiorem eorum hiſtoriam meditatur eruditus Oratorii Preſbyter.

LANDERICUS laudatur in charta VII, quod eſt diploma Chlodovei junioris pro libertate cœnobii Dionyſiani, datum anno XVI regni ſui, quod à charta LXXV aliiſque auctoritatem habet. Tempus congruit cum anno DC LIII, ſi Dagoberti obitum ſtatuas ad annum DC XXXVIII.

AGGILPERTUS ſeu Agilbertus ſubſcribit chartæ Chrothildis matronæ de conditione cœnobii Bro-
B gariensis, quæ charta ſcripta eſt Chlotharii Regis anno XVI, qui ad Chriſti annum DC LXX revocari poteſt.

SIGOFRIDUS anno XVII Theoderici, Chriſti DC XC, ex charta XIV Vandemiris V.I. ubi de *Criſtivilo* monaſterio puellarum *in Pariſius*, aliiſque ejuſdem urbis eccleſiis. Idem anno DCXCII ex chartis XV & XVIII. quo anno deſinente, aut ineunte ſequenti, è vivis videtur exceſſiſſe. nam ei jam ſuffectus erat Turnoaldus anno ſequenti, *prid. Kal. Martias*. Eccleſia cathedralis uni ſancto Stephano tum nuncupata erat, ex charta XIV. Suſpicari licet, *Chriſtivilum*, cujus mentio in charta Vandemiris, eſſe *Criſtoilum*, vulgo *Creteil*, qui vicus duabus leucis ſitus eſt ſupra Luteciam Pariſiorum inter Matronam & Sequanam. De hoc loco ita Uſuardus etiam in primario Martyrologio mſ. VIII *Kal. Iulii, in territorio Pariſiatenſi, vico Criſtoilo, paſſio ſanctorum Agoadi & Gliberti cum aliis innumeris promiſcui ſexus.* Iſtic forſan exſtabat ſæculo VII cœnobium puellarum. Neque obſtat quòd Cri-
C ſtivilum ſitum dicatur in *Pariſius*. Eo enim locutionis genere intelligi etiam agrum Pariſienſem, conſtat ex ſimilibus locis, in quibus ſancti Dionyſii baſilica, Regum noſtrorum tumulis illuſtris, quinto ab urbe milliari, *Pariſius* tamen ſita dicitur. Lege chartam XXVIII, ex qua ſitus iſte luce clarius innoteſcit.

TURNOALDUS anno DC XCIII ex charta XIX, data *prid. Kal. Martias*, & anno DCXCV ex charta XXIII, atque ſequente, ex charta XXIV.

ERCHENRADUS ſenior anno DCC LXXV, ex charta LI. in qua eccleſia major *S. Mariæ, vel S. Stephani & S. Germani* dicitur. Omiſſus eſt in fuſiori Gallia Chriſtiana.

INCHADUS obiit anno DCCC XXXII, ut probat charta LXXIV. Ejus obitus in Necrologio noſtro Germanenſi notatur his verbis. VI *Id. Martii depoſitio Hinchadi Epiſcopi.*

ERCHENRADUS junior eodem anno DCCC XXXII ſubſcripſit litteris Hilduini Abbatis pro parti-
D tione bonorum cœnobii Dionyſiani, hic num. LXXV. Vide acta Aldrici Epiſcopi Cenomannenſis in tomo III Miſcellaneorum Baluziano. In Necrologio noſtro, *Nonis Martii depoſitio Ercanradi Epiſcopi.*

His ſubjicere lubet veterem Pariſienſium Epiſcoporum catalogum, qualem olim deſcripſi ex codice Bibliothecæ tunc Thuaneæ, modò Colbertinæ, ante annos circiter ſeptingentos exarato: qui licet accuratiſſimus non ſit, corrigendis tamen editis conducere poteſt.

S. Dionyſius primus.
Mallo
Maſſus
Marcus
Adventus
E Victurinus
Paulus
Prudentius
S. Marcellus
Vivianus
Felix
Flavianus
Urſicinus
Apedunius
Eraclius
Probatus
F Amelius
Libanus.

S. Germanus.
Ragnemodus.
Euſebius.
Faramodus.
Saphoracus.
Simplicius.
Ceraunus.
Leutbertus.
Autbertus.
S. Landricus.
Rotbertus.
Sigobrandus.
Importunus.
Aglebertus.
Sigofridus.
Turnaldus.
Aldulfus.
Berneharius.
Ugu.

Merfridus.
Fedolius.
Ratbertus.
Ragnecapdus.
Madalbertus.
Deodefridus.
Erkanradus.
Ermenfredus.
Inchadus.
item Erkanradus.
Æneas.
Ingelvinus.
Gozlinus.
Anchericus.
Theodulfus.
Fulradus.
Adalelmus.
Walterius.

Sequentes recentiore manu
Albericus.
Conſtantinus.
VVarinus.
Liſiardus.
Rainoldus.
Albertus.
Franco.
Imbertus.
Gaufredus.
VVillermus.
Fulco.
Galo.
Gerbertus.
Stephanus.
Theobaldus.
Petrus.
Mauricius.
Odo.
Petrus.
VVillelmus.
Bartholomæus.
VVillermus.
Galterus.

 A

COROLLARIUM III.

De Abbatibus cœnobii S. Dionyſii, aliiſque ad ipſum pertinentibus.

CONſulto in hunc locum diſtuleram tractationem quorumdam capitum, quæ ad Pariſienſe S. Dionyſii monaſterium pertinent: quibus de capitibus eruditiſſimus Cointius controverſiam movit. At cùm jam promota eſſet hujuſce operis editio, morte interceptus eſt optimus ſenex, cui precibus parentare malim, quàm cum mortuo contentionibus luctari. Hoc enim officium à me exigit familiaritas & amicitia, quæ inter nos, dum is viveret, interceſſit, ea ſanè, ut nullâ umquam controverſiarum occaſione interturbari potuerit. Quia ergo cum eo de rebus inter nos controverſis B ſcripto agere non licet, ne cauſam penitus deſerere videar, ita eam pertractabo, ut rem obſcuram potiùs explicare, quàm contentiones agitare videar.

Incipio à conditu cœnobii Dionyſiani, cujus primordia ad Dagobertum I referri ſolent. Verùm antequam is Neuſtriæ regnum adeptus eſſet mortuo Chlothario patre, jam exſtabat iſtud monaſterium, cui DODO Abbas præerat anno XLIII Chlotharii, qui annus ejus regni ac vitæ penultimus fuit. Eo enim anno Teodetrudis ſive Theodila, præpotens matrona, multa prædia largita eſt *Dodoni Abbati & fratribus ejus, baſilicæ ſancti Dionyſii deſervientibus*, apud Dubletum pag. 653. Prædia hæc ſita erant in pagis Mattiacenſi, Bellovacenſi, ac Lemovicino: quo in pago ampliſſimas poſſeſſiones hæc matrona habebat, ut patet ex charta IV, quam ſuperiùs edidimus, data anno IV Dagoberti Regis. Fredegarius Scholaſticus de eccleſia S. Dionyſii agens, ejus monaſterii originem Dagoberto non tribuit, ſed quatuor de ea commemorat in capite LXXIX. nimirum in ea ſepultum fuiſſe Dagobertum: ipſam ab eo *condignè ex auro, & gemmis, & multis pretioſiſſimis ſpeciebus ornatam*, & *condignè* C *in circuitu fabricatam*: ad hæc *tantas opes* ab eodem *& villas, & poſſeſſiones* per plurima loca eidem eccleſiæ fuiſſe *conlatas*, ut plurimis admirationi eſſent: denique *pſallentium ibidem ad inſtar monaſterii ſanctorum Agaunenſium inſtitutum*, quod *facilitas Abbatis Aigulfi* abrogavit. Fredegarius his verbis, *condignè in circuitu ejus* (eccleſiæ) *fabricare præcepit*, videtur innuere circumpoſitas monachorum ædes, quas Dagobertus baſilicæ ab ſe magnificentiùs ornatæ adjecit. Itaque novæ baſilicæ, novique monaſterii auctor cenſendus eſt, meritoque primi auctoris honorem à poſteris obtinuit ob ampliſſimas villas & poſſeſſiones, quas eidem loco attribuit, teſte Fredegario. De *pſallentio* perenni in ea eccleſia inſtituto fuſe diſſeruimus in præfatione I Sæculi IV Benedictini.

Locus, ubi ſitum erat primitus S. Dionyſii cœnobium, quinto lapide ab urbe Pariſiorum exſtitiſſe luculenter probatum eſt ab accuratiſſimo viro Hadriano Valeſio in diſceptatione de Baſilicis, & in D ejus defenſione adverſus Johannem Launoium Doctorem Pariſienſem: quem etiam Carolus Cointius poſt Valeſium refutavit in tomo tertio Francorum Annalium ad annum 630. Idem diſertè adſtruit ſuperior charta XXVIII, quæ eſt Childeberti III, in qua teſtatur, *anteactis temporibus, clade intercedente, mercatum de ipſo vico S. Dionyſii*, in quo ipſius martyris corpus requieſcere præmiſerat, fuiſſe *emutatum, & ad Pariſius civitatem, inter S. Laurentii & S. Martini baſilicas, tranſlatum.* An autem vetus ſancti Dionyſii monaſterium eo in loco ſteterit, ubi nunc exſtat eccleſia cum Prioratu dicta ſancti Dionyſii de Strata, non eſt hujus loci prolixiùs diſputare. Id tantùm obſervo, ejus eccleſiæ mentionem fieri in libro I de miraculis S. Dioniſii cap. XXIV. Denique idem Cointius probat ad eumdem annum, ſancti Dionyſii ſocios, Ruſticum & Eleutherium notos fuiſſe regnante Chlodoveo juniore. quod demonſtrat ipſius Chlodovei diploma ex autographo ſuperius editum ordine VII, cui Thoderici Calenſis præceptum num XXXVI ſuffragatur.

Ex chartis ſeptemdecim, quas Dubletus à Dagoberto conditas refert pro cœnobio Dionyſiano, E quaſdam ſuſpectas eſſe aut interpolatas non infitiamur: at probare non poſſumus viri docti cenſuram, qui pleraſque rejicit ob cauſas leviores. Neque enim diſſimulare licet, cum aliquando conjecturis & genio ſuo, cùm in redarguendis, tum in mutilandis vetuſtis inſtrumentis, plus æquo indulſiſſe. Exemplo ſit charta prima Dagoberti apud Dubletum, quæ eſt de nundinis ſeu mercato, data *ſub die* III *kal. Auguſti, anno ſecundo regni Dagoberti, Compendio*: quam falſi arguit, *quia Dagobertus*, inquit, *anno regni ſui ſecundo Neuſtriam nondum obtinebat; nec ad annum regni Neuſtraſiani ſecundum, qui partim anno Chriſti* DC XXIX, *partim anno* DC XXX *illigatur, ullum patet ſubterfugium. nam Dagoberti Regis anni, quibus prædictæ chartæ conſignantur, neceſſario non à Chlotharii patris obitu, ſed ab inito Auſtraſiæ regno numerari debent: cùm Dagobertus in Neuſtria & in Burgundia decem annos integros haud regnarit; anni verò ejuſdem Dagoberti Regis decimus, undecimus, decimus-tertius, decimus-quartus, decimus-quintus, & decimus-ſextus chartis Sandionyſianis inſcripti legantur.* Hæc ille ad F annum 630 num. X. Verùm tota hæc ratio corruit, ſi dicamus, aliter atque aliter in diverſis Dagoberti diplomatibus annos regni ejus fuiſſe numeratos, aliquando à regno Auſtraſiano, aliquando à Neuſtraſiano. Eſto itaque aliæ chartæ apud Dubletum ineant calculum ſuum à regno Auſtraſiano, quidni in aliis deſumatur ab Neuſtraſiano? ut in ea de qua agimus. Nam diverſæ ejuſmodi computandi rationes in aliis Regum litteris non raro occurrunt, nempe in Carolo Calvo, Henrico primo, Philippo item primo, aliiſque, ut in ſuperioribus obſervatum eſt. Et quidem hanc computandi rationem admittit Cointius ipſe occaſione cujuſdam chartæ Childerici Regis pro monachis Dionyſianis, in qua Childerici annus primus exprimitur. *Annus ille Childerici Regis primus de regno Neuſtraſiano intelligi debet.* Ita Cointius in tomo tertio ad annum 679 num. XIV. Sanè Dagoberti præceptum de

A nundinis optimæ notæ eſt, habetque auctoritatem à ſubſequentium Regum Præceptis, quorum autographa hactenus exſtant: in quibus inſigne eſt Præceptum Childeberti III, ſupra num. XXVIII. Ab hoc tamen Dagoberti exemplo reſecandum eſt pronomen *Ego*, quod in Regis ſubſcriptionem perperam videtur irrepſiſſe. Eodem modo vindicari poſſent alia Dagoberti inſtrumenta apud Dubletum, præſertim tertium, quartum, octavum, & tertium-decimum, corrigendo quaſdam leves mendas, quæ facilè in exempla invehuntur. Sed hæc alia otia exigunt: de Abbatibus hîc quædam obſervanda.

Mendoſiſſimus eſt Abbatum Dionyſianorum index uſque ad Hilduinum; neque de priorum numero aut inter ſe ſe ordine facilè ſtatui poteſt. Hoc ordine numerari ſolent. AIGULFUS I. CHUNALDUS. DODO. LEOBEFARIUS. AIGULFUS II. AIGULFUS III. GODOBALDUS. CHAINO. Dodonem Aigulfo præponi debere ex ſuperioribus intelligitur. Aigulfos tres fuiſſe non mihi perſuadent diplo-
B mata, qualia ex Dubleto ad id proferuntur. Godobaldus ad Theoderici, filii Chlodovei junioris principatum malè revocatur, quem Theoderici Calenſis æqualem fuiſſe ex dicendis conſtabit. Itaque hic nobis ordinandus videtur priorum Abbatum catalogus, donec certiora ſuppetant argumenta. DODO. AIGULFUS. CHUNALDUS. LEOBEFARIUS. CHARDERICUS. CHAINO.

CHARDERICUS laudatur anno DCLXXVIII in ſuperiori charta X. quod Placitum eſt Theoderici Regis pro dejectione Chramlini Epiſcopi Ebredunenſis. De hoc Chramlino Epiſcopo fit mentio in teſtamento Abbonis Patricii pro cœnobio Novalicienſi, quod teſtamentum relatum eſt num. LXII. Dejectus Chramlinus à Rege poſtulavit, ut in monaſterio S. Dionyſii, *ubi Chardericus Abba praeſſe videbatur, ſub obedientia & regulari ordine diebus vitæ ſuæ converſari* ſibi liceret. quod & impetravit. Item Abbas memoratur anno DCLXXXVIII in præcepto ejuſdem Theoderici num. XII. Chardericum hunc poſtea factum eſſe Epiſcopum intelligimus ex charta XXIV. ubi *Chardericus, quondam*
C *Epiſcopus*, Tunſonis-vallis monaſterium in pago Camliacenſi condidiſſe perhibetur. Pertinet hic pagus, de quo in libro IV dictum eſt, ad diœceſim Bellovacenſem: cujus Epiſcopum fuiſſe Chardericum inde ſuſpicamur, nimirum ante Conſtantinum, cujus frequens mentio in his actis, num. XVIII, XIX & XXIV.

CHAINONEM nobis ſuggerunt chartæ hîc editæ complures. Is eſt *venerabilis vir Chaino Diaconus*, de quo in Theoderici præcepto de Saucitho num. IX, ſub Charderico Abbate, cui poſtea ſucceſſit ſub annum DCXC. Eo quippe anno Theodericus Præceptum condidit de Latiniaco villa, hîc editum num. XIII, in gratiam monaſterii S. Dionyſii, ubi *Chaino Abba*, inquit, *cum norma plurima monachorum ad laudes Chriſti canendas in Ordine ſancto ibidem adunatâ praeſſe videtur*. Idem laudatur eodem anno in Vandemiris charta ſequente; dein anno DCXCII, tum in Placito Chlodovei III num. XV, tum in aliis chartis num. XVI & XVIII. Poſtea anno DCXCIV in Præcepto Childeberti III de villa
D Napſiniaco, quam antea tenebat *apoſtolicus vir domnus* GODINUS *Lugdunenſis urbis Epiſcopus*. Hæc charta eſt ordine XX. cui alia ſuccedit, in qua itidem Chainonis Abbatis mentio eſt. Pervenit ſaltem ad annum DCXCVI, ut probat inſignis charta Agirardi Epiſcopi Carnutenſis num. XXIII. Eo Abbate Crotcharius Diaconus ibidem florebat, de quo in chartis XVII & XIX. qui poſtea creatus eſt Abbas cœnobii B. Mariæ, quod Agirardus jam dictus apud Bleſas conſtruxit, ex charta ſuperiori XXIII, in qua Chrotcharius Abbas loci memoratur.

Chainoni ſuffectus eſt DALFINUS ante annum DCCX, quo anno Childebertus III Præceptum condidit, hîc num. XXVIII, de mercato S. Dionyſii, in quo Dalfini Abbatis memoria eſt, & in ſequente ejuſdem anni, quod eſt de villæ Cadolaici farinario.

CHILLARDUS ſeu Hellardus Abbas fuit regnantibus Dagoberto tertio & Chilperico ſecundo, ut varia Regum Præcepta demonſtrant. Nam in Pippini Majoris-domus ſuperiori charta XXXVIII fit
E mentio de rebus nonnullis cœnobii Dionyſiani, de quibus *Chillardus Abbas ante Dagobertum quondam Regem acceperat judicium evindicatum*. Memoratur etiam in tribus Chilperici Regis diplomatibus, datis anno primo regni ejus, menſe Martio, id eſt anno DCCXVI. quæ diplomata ſuperiùs edita ſunt num. XXX, XXXI & XXXIII. His accedit egregium de eodem Chillardo Abbate teſtimonium in codice Remenſi, de quo mox agemus, ubi *Helardus* appellatur, & certa præfecturæ ejus initia firmantur, nempe aliquot, ſed paucis annis poſt S. Lanberti Epiſcopi necem, quæ anno DCCIX accidit. Ex præmiſſis corrigendum eſt Childeberti tertii diploma, hîc ordine XXVI, de Solemio, datum anno XII regni ejus, quo anno *Chillardus Abbas* jam memoratur. Nam reponendus eſt proculdubio ejus loco Chaino, ſeu potiùs Dalfinus, quem Chillardo Abbati præiviſſe ex dictis conſtat. Ceterâ optimæ notæ eſt charta de Solemio, ex Placito Pippini Major-domus confirmata, cujus chartæ autographum reperire nequivimus, ſed tantùm exemplum, in quod facilè erratum ſubrepere
F potuit vitio ſcriptoris, ut ſanè in Dubletum, qui primus eamdem chartam vulgavit, irrepſit turpis menda in *Corſintiſca* ficticio nomine, quod bellæ fabulæ originem dedit, ut dictum eſt in libro IV.

TURNOALDUS ex Epiſcopo Pariſienſi monachus, deinde Abbas fuit Dionyſianus. Epiſcopus laudatur ſub Chlodoveo III in charta XIX, & ſub Childeberto itidem tertio in chartis XXIII & XXIV. Abbas verò in diplomate Chilperici apud Dubletum pag. 689, dato prid. Kal. Martias Compendio, anno ſecundo regni ejus. Chilpericus enim agens de S. Dionyſii cœnobio, *ubi*, ait, *Domnus Turnoaldus Epiſcopus cuſtos praeſſe videtur*. Itaque dicendum eſt, Chillardum anno DCCXVI deceſſiſſe.

HUGO hoc loco interponi debet ſub Chilperico Rege, ex charta XL. an Hugo Epiſcopus Rotomagenſis, qui & ipſe *cœnobia nobiliora, Fontinellam & Gemeticum*, favente Carolo Principe, obtinuit, ex chronico Fontanellenſi.

Berthoaldus Abbas erat anno dcc xxiii ex charta xxxvi, quæ eſt Theoderici Calenſis. A

Godobaldus eodem Theoderico regnante Abbas exſtitit, ut colligitur ex diplomate ejuſdem Regis edito apud Dubletum pag. 686 & 687, quod Theoderico Chlodovei junioris filio perperam tribuitur. Datum eſt die tertio menſis Martii, anno vi regni ejus, Pontigone. Ut autem id de Theoderico Calenſi interpretemur, perſuadet auctoritas libelli de miraculis S. Dionyſii, quo in libello Godobaldi natales, variaque fortuna, necnon abbatialis muneris duratio nobis innoteſcunt. Libellus iſte habetur in membraneo codice majoris eccleſiæ Remenſis, ab annis non minus octingentis deſcripto, quæ ſententia eſt clariſſimi viri Antonii Fauri Doctoris ac Socii Sorbonici, ejuſdem eccleſiæ Præpoſiti, cui illum codicem oſtendi. Eo libello uſus eſt is, qui tres libros de miraculis ejuſdem Sancti condidit regnante Carolo Calvo, editos in Sæculi tertii Benedictini parte ſecunda, in quibus pleraque priora miracula totidem verbis, atque in Remenſi, referuntur, omiſſis nonnullis, quorum B unum ſic habet in codice Remenſi, num. 248.

Sub Carolo *Francorum Principe, & Majore-domus (ut tunc moris erat) vocato, quidam nomine* Godobaldus, *ortus provincia Asbanienſi, villâ quæ dicitur Arbrido, cùm in necem beatiſſimi viri* Lantberti *Epiſcopi cuidam Comiti*, Dodoni *nomine, ſe conſortem & conſcium præbuiſſet; Deo pœnam exigente claudus effectus eſt. Itaque divini flagelli admonitu reatum ſuum agnoſcens, diu Sanctorum loca circumiens, & admiſſis veniam, & membris incolumitatem reſtitui flagitabat: tandemque ad beatiſſimi Petri limina Romam veniens, divina revelatione cognovit ſanitatis recuperandæ locum in Galliis ſibi apud ſanctorum Martyrum Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii memorias eſſe conceſſum. Regreſſus igitur ab urbe, deſignatum cælitus locum expetit, ibique optatam diuque quæſitam ſanitatem recuperat. Erat tunc Abba loci* Helardus, *qui divino miraculo congratulans, locum ei & alimenta communia conceſſit. ſicque in eodem loco vitam degens, cùm in multis probus omnibus appareret, præcipiente Carolo Principe, Abbatis inibi officium ſuſcepit, ac per viginti quinque annos ſtrenuiſſimè adminiſtravit.* C

Nihil luculentius afferri poterat ad illuſtrandum tempus, ſimulque memoriam Godobaldi Abbatis, quem Caroli Tuditis principatu vixiſſe inde conſtat, atque per xxv annos cœnobio Dionyſiano præfuiſſe, nimirum ab anno dcc xxiii, quo Berthoaldo ſucceſſit ad annum dcc xlviii, quo anno Amalbertus ei ſubrogatus eſt. Eodem Abbate Sigobertus, apud S. Dionyſium recluſus, ut habent Francorum annales, à Carolo Principe legatus eſt cum Grimone Abbate Corbeienſi ad Gregorium III. quem Sigobertum vulgati indices Abbatem fingunt.

Amalbertus quippe legitur in Placito Pippini Majoriſdomus anno v Childerici Regis, qui cum prædicto Chriſti anno coincidit. Placitum iſtud habes hîc num. xxxvii.

Fulradus jam Abbas erat anno dcc l. id enim teſtantur non modò chartæ hîc editæ, ſed etiam aliæ apud Dubletum. Quatuor inter alias proferimus, quæ ſuperiùs editæ ſunt num. xxxviii & xxxix, D xl, & xliii, datæ annis dcc l. & tribus ſubſequentibus; omnes Fulrado Abbati inſcriptæ. Tres exſtant apud Dubletum à pag. 602. ex quibus prima data eſt à Pippino Majore-domus; ſecunda anno ſecundo, tertia anno quarto Pippini Regis; omnes in gratiam Fulradi Abbatis. Harum litterarum archetypa quatuor ſuperſunt, in quibus Fulradi nomen diſertè legitur. Accedit Anaſtaſii auctoritas, qui in vita Stephani Papæ III. Fulradum *Abbatem* vocat ineunte Indictione vii, id eſt exeunte anno Chriſti dcc liii. His non obſtantibus Carolus Cointius ad annum 749, Fulradum S. Dionyſii Abbatem fuiſſe ante annum Pippini ſeptimum negat ob tres rationes. Una eſt, quòd S. Bonifacius, qui epiſtolam cvi *Conſacerdoti Optato Abbati* Caſinenſi inſcribit, aliam, nempe xcii, *Conſacerdoti Fulredo Presbytero* dirigit in procinctu poſtremæ in Friſiam profectionis, quæ contigit anno dcc liv. dicturus (ut putat) *Abbati*, ſi Fulradus tum Abbas extitiſſet. Altera cauſa eſt, quòd Pippinus diploma edidit anno regni ſui vi *ad deprecationem Domni Conſtramni venerabilis Abbatis monaſterii* E *ſancti & Domni Dionyſii martyris, ubi ipſe in corpore quieſcit.* Tertia eſt quòd litteræ Stephani Papæ III datæ Indictione x, id eſt anno dcc lvii, inſcriptæ ſunt *Fulrado Deo amabili Archipresbytero & Abbati venerabilium monaſteriorum ab eodem auſpice fundatorum.* Ex quibus hæc infert vir doctus vixiſſe tum Conſtramnum Abbatem, & Fulradum regimen monaſterii Dionyſiani ſeriùs ſuſcepiſſe. Inter venerabilia enim illa monaſteria cenſeri non poſſe Dionyſianum, quod Dagobertum, non Fulradum conditorem agnoſcit. ac demum ita concludit. *Quapropter è diplomatibus, quæ pro illo cænobio Pippinus ſeu Majordomus, ſeu Rex emiſit ante annum Chriſti* dcc lvii, *Abbatis Fulradi nomen abrade.* Decretoria ſanè, at præceps concluſio ob leves rationes, quæ prævalere non debent indubitatis autographis & inſtrumentis, in quibus Fulradus Abbas ſignanter laudatur jam inde ab anno Childerici Regis nono. Nam ut priorem attingam rationem, familiare eſt illius ævi ſcriptoribus, F ut cum de Presbytero Abbate ſcribunt, unam faciant tituli *Presbyteri* mentionem, omiſſo nomine Abbatis, ut multis exemplis alibi probavimus. Quod attinet ad Conſtramni Abbatis nomen expreſſum in diplomate Pippini anno regni ejus ſexto; præponderare non debet aliis ſeptem, quæ Fulradum Abbatem præferunt: maximè cùm mendoſam Indictionem illius diplomatis Conſtramno dati agnoſcat Cointius ad annum 657. immo penitùs ab eo delendam. Hujus diplomatis archetypum diligenter à nobis perquiſitum reperire non licuit. Verùm ad fidem ejus elevandam ſufficit non ſolùm Indictio appoſita præter morem Pippini, ſed etiam erratum in ipſa Indictione commiſſum, comparata Indictione quarta cum anno Pippini ſeptimo, qui Indictione decima præditus erat. Si quis verò delendam eſſe Indictionem velit; & ego etiam delendum eſſe contendam Conſtramni nomen, & loco ejus reponendum Fulradum Abbatem, ut indubitata aliorum diplomatum autographa exigunt. Denique inſicetum eſt id quod ait Cointius de litteris Stephani Papæ, quæ

A quidem inſcriptæ ſunt *Presbytero Fulrado Deo amabili, & Abbati venerabilium diverſorum monaſteriorum Deo auſpice fundatori*, nullâ Dionyſiani in titulo mentione facta. At ſi cetera ejus diplomatis verba (ut ſanè teneretur) admitteret Cointius, aliter ratiocinaretur. quandoquidem in ejus privilegii contextu ſequuntur alia verba, quæ Fulradum S. Dionyſii Abbatem diſerte adſtruunt. Ita enim habet Stephanus in ſubſequentibus ejuſdem epiſtolæ verbis. *Per hanc apoſtolicam auctoritatem tibi, ceteriſque ſucceſſoribus tuis Abbatibus cœnobii ſanctorum martyrum Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii, licentiam & poteſtatem concedimus ædificandi monaſteria*, &c. quo nihil clarius ad propoſitum afferri poteſt. Sed ea verba obelo transfigit annaliſta, non ob aliam rationem, quàm quia libet Conſtramnum Fulrado præferre eo anno. Verùm certum eſt Fulradum Abbatem cœnobii Dionyſiani exſtitiſſe ab anno DCC L, illudque rexiſſe ad annum DCC LXXXIV, ut in ejus Elogio diximus in Sæculi tertii parte ſecunda.

B MAGENARIUS Fulrado ſucceſſit, pauciſque annis ſupervixit, laudatus etiam in eodem Elogio. De eo fit mentio in libro I de miraculis S. Dionyſii capite XIX, ibidem.

FARDULFUM non tantùm Decanum, ſed Abbatem poſt Magenarium fuiſſe patet ex eodem Elogio. Fardulfi Abbatis mentio eſt in charta Teudoldi Comitis ſupra num. LX, data anno DCC XCVIII, & in lib. I cap. XX de miraculis S. Dionyſii, & in quatuor ſequentibus.

VVALTO ei ſubrogatur Abbas in capite XXV eorumdem miraculorum, exſtinctus anno DCCC XIV, ut probat carmen de viſione Vvetini acroſtichon, prout à me reſtitutum eſt in Sæculi quarti parte I.

HILDUINUS eodem anno regimen ſuſcepit iſtius monaſterii, pluribus aliàs à nobis dilaudandus. Hæc ſunt, quæ de primis Abbatibus Dionyſianis in præſens dicenda erant ad corrigendos indices vulgatos, ex quibus Cailedulfum, qui ad Dagobertum tertium, & Sigebertum, qui ad Childerici

C tempus revocantur, prætermiſimus, quòd nullo teſtimonio Abbatialis eorum dignitas probetur. Ad Fulradum revertor.

Tria Fulrado Abbate in monaſterio B. Dioniſii contigerunt, quæ hoc loco expendere operæ pretium eſt. Primum de Herberto Epiſcopo, de quo hæc leguntur in lib. I de miraculis S. Dionyſii cap. VI occaſione cujuſdam ruſtici ſanati. *Poſtera die acceſſit ad Herbertum Epiſcopum, (Moris quippe ei fuit eccleſiæ aliquamdiu Epiſcopos habere) eique peccata ſua confeſſus eſt.* Quæ verba in Præfatione Sæculi IV Benedictini non eo animo retuli & expoſui, quaſi proprii Epiſcopi ſedem in eccleſia Dionyſiana vellem aſſerere, ſed eum tantùm ſenſum intendi, quem verba ipſa præ ſe ferunt, nimirum exſtitiſſe quondam in illa eccleſia Epiſcopos non incardinatos, ſed extraordinarios, qui dignitatem Epiſcopi cum officio, ſed non titulum habebant, quales in multis Gallicanis eccleſiis atque Hiſpanicis olim fuiſſe conſtat, immo etiam apud Orientales: ex quibus Barſes, Eulogius

D & Lazarus monachi, referente Sozomeno in libri VI capite XXXIV editionis Valeſianæ, *non alicujus urbis, ſed honoris dumtaxat causâ, tamquam ad repenſanda præclara eorum facinora, in ſuis monaſteriis ordinati ſunt Epiſcopi.* Certè in Itinerario Montis-Libani duo Epiſcoporum genera memorantur, quorum uni dumtaxat Abbates ſunt monaſteriorum. Vide notas ibi ad caput XXII. At rem ipſam non moror, ſed in hunc finem ea refero, ut aſſeram parentheſim ſuperiorem ex margine in textum non irrepſiſſe, ut Cointius perſuadere conatur ad annum 768 num. XLIII. Hæc enim legitur non modò in codice Victorino (quem non multum antiquum exiſtimat vir doctus) atque in Dionyſiano ſcripto ab annis fere quadringentis; ſed etiam in prælaudato codice Remenſi, quem ſæculo IX exaratum fuiſſe diximus.

Alterum hîc obſervandum eſt, inter varia privilegia, quæ cœnobio Dionyſiano per id tempus conceſſa ſunt (ex quibus duo protulimus num. XLI & XLII) duo etiam Stephani Papæ III exſtare

E inter alia apud Dubletum pag. 447 & 449, quod utrumque ita deſinit. *Bene valete. Datum* IV *Kal. Martias, imperante domno Conſtantino Aug. à Deo coronato magno Imperatore, anno* XVIII *imperii ejus; ſed & Leone Majore Imperatore ejus filio anno* IV, *Ind.* X. Primum hanc præfert clauſulam apud Sirmundum: IV *Kal. Martias anno* XXXVIII, *poſt ejus conſulatum anno* XVIII. *ſed Leone Majore Imperatore ejus filio anno* IV, *Ind.* X. quæ notæ in idem recidunt. De veritate privilegiorum à Stephano Papa III Dionyſianis conceſſorum dubitare non ſinit teſtimonium Hilduini in Areopagiticis, ubi de Stephano hæc leguntur *Hunc locum ſacratiſſimum privilegiis magnæ auctoritatis ſublimavit, & ſuper altare quod conſecravit, pallium apoſtolicæ dignitatis pro benedictione S. Petri reliquit, & claves ob venerationem prærogativæ ejus* &c. Adſtipulatur etiam codex Thuaneo-Colbertinus numero 780, quo in codice, ante annos octingentos ſcripto, ſecundum Stephani privilegium reperitur, ſed deſinens in *Bene valete*, abſque chronologicis notis. quas non rarò ſecundarii ſcri-

F ptores omittunt, ut in chartariis paſſim obſervare licet, non ſine magno detrimento hiſtoriæ. Sed hæc non ſunt hujus loci. In clauſula verò præmiſſa duæ occurrunt difficultates, una quòd Leonis annus quartus comparetur cum Indictione decima, incidente in annum DCC LVII, qui Leonis ſextus erat. ſiquidem Conſtantinus Indictione quarta, id eſt anno DCC LI, Leonem filium imperii conſortem renuntiavit, teſte Theophane. Altera difficultas eſt, quòd Leo *Major* dicatur, qui ὁ Νέος dicitur in quibuſdam nummis; Adoni Viennenſi *Minor*, ut eruditiſſimus Cangius obſervavit in diſſertatione de inferioris ævi Numiſmatibus poſt Gloſſarium, num. XLIII, ubi hanc quæſtionem expoſuit. Tertiam ibidem difficultatem movet vir doctus de annis Conſtantini Copronymi, qui cum imperium inierit poſt parentis obitum XVIII Iunii, Indict. IX, anno Chriſti DCC XLI; non potuit XVIII imperii ejus annus incidere in Indict. X, id eſt in annum DCC LVII. Clauſula quidem privilegii apud Sirmundum, qui legit, *imperii anno* XXXVIII, rectè quadrat cum initiis ejus imperii vivente patre ab anno DCC XX. ſed ex anno poſt conſulatum octavo-decimo, qui à morte patris deſumi debet, eadem redit difficul-

tas. Fortaſſe mendum incidit in Indictionem, quod non rarò accidit etiam in autographis, uti A
oſtendimus in Corollario I. Quod verò Leo *Major* dicitur, id etiam de eo legitur apud Rubeum
initio libri V de hiſtoria Ravennate, nempe in clauſula diplomatis Pauli I, quæ ſic habet. *Dat. Non.*
Febr. imp. domino piiſſimo Auguſto Conſtantino, à Deo coronato magno Imp. anno XL, *& pacis ejus anno*
XX. *ſed & Leone Majore ejus filio anno* VII, *Indict.* XII. id eſt anno DCC LIX. ubi pro *pacis* legendum
P. C. id eſt *poſt Conſulatum.* In annis Conſtantini mendum eſt, ſive ab anno DCC XX, ſive ab anno
DCC XLI annos ejus imperii numeres. At anni Leonis conveniunt cum calculo Stephani III in
diplomate Dionyſiano, qui Leo *Major* vocatur etiam in diplomate Pauli I, quo Galiatenſe S. Hilari
cœnobium ſubjicit eccleſiæ Ravennenſi. An hic ſtilus erat curiæ Romanæ, ut *Major* ibi appella-
retur Leo, qui aliis *Minor?* An Leo iſte dicitur *Major*, nempe filiorum Copronymi? quemadmodum
Honorius Theodoſii filius dicitur *Major* ratione Arcadii apud Bedam in lib. I hiſtoriæ cap. XI. quod
etiam de primogenitis dici poteſt etiam ante ortum ſecundo-genitorum, ut Chriſtus beatæ Virginis B
Primogenitus appllatur, etiamſi unicus fuerit. Sed quidquid ſit de hac difficultate, epiſtolam ſecun-
dam Stephani Papæ pro Dionyſianis ſatis aſſerit vel ſolus codex Thuaneus, in quo ea ſcripta eſt ante
annos (ut dixi) octingentos, ſed abſque chronologicis notis.

Tertium denique Fulrado Abbate contigit, quod in codice Remenſi adducitur, S. Dionyſii mi-
raculum, cujus commemoratio hîc prætermittenda non eſt. Quippe in eo codice poſt relatum de
Godobaldo miraculum ſuperiùs deſcriptum, ſequitur id quod de milite quodam Pippini Regis le-
gitur in editis noſtris, nempe in lib. I cap. IV. tum conſequenter aliud quod hîc ſubjicimus.

Præterea illud non negligenter ſtatuimus eſſe omittendum, quod ſui ad laudem Omnipotens fieri ab eo-
dem voluit Martyre. Tempore igitur ſupradicti Regis Pippini, quidam erat Comes, nomine GERARDUS,
Pariſienſis, cujus uxor Rotrudis nuncupabatur. Hæc in fiſco, haud procul Pariſii, Riogilo habitans, ſub
beati Dionyſii natalis diem cernit ſuas otioſas eſſe puellas: quæ cùm ad ſe vocatæ fuiſſent, quam ob rem otio C
torperent, auſterè eas invexit. quarum una, quæ ſupra ceteras erat, Sollemnitas, inquit, beati eſt Dio-
niſii, & ob id ratum eam eſſe duximus ſollemniter celebrandam. Et materfamilias, Vade; ait, & inſtan-
ter operare. nos verò qui extra dominium ejus ſumus, eam à nobis minime coli oportet. Verùm cùm im-
perio ejus parere vellent, favente Domino & meritis Chriſti martyris obtinentibus, ſubitò tanta coruſcatio
atque aquarum venit inundatio, ut domus omni cum ſupellectile uno rapta impetu, in Sequanæ fluvium
dimergeretur; & quæ unum noluit diem ducere feſtum, factum eſt ut totum perderet anni ſubſidium: ſed
homines per Dei providentiam ab illa liberati ſunt tempeſtate. Quod ideo credimus geſtum, quò dies ille ju-
giter ſollemnis obſervaretur.

Hactenus è codice Remenſi. Gerardus Comes Pariſienſis non ſemel laudatur in ſuperioribus char-
tis, nempe in chartis XLIV & LI. Ex præmiſſo miraculo nomen uxoris ejus ROTRUDIS diſcimus.
Ex eodem codice ſubjicio varias lectiones capitis X, quod eſt de Comite, qui prata Sancti depaſcens D
interiit. In editis noſtris legitur initio, BERTRANDUS *quidam Comes* &c. in codice Remenſi, BERT-
CAUDUS *quondam Comes.* & infra, *in pratum ponti*, non *fonti.* dein, *Bertcaudus.* poſtea, *itaque claves ec-*
ſiæ per cuſtodem Comiti diriguntur; Fratrum communis precatio refertur, exeat de prato. .. mox, *Claves,*
ait Comes, mihi affers, ut earum timore abſcedam. Poſtremo, *jubet ergo tortorem ſui amoveant, eum-*
que qui ſibi tam crudeles plagas inferret, interimant. Forſan claves iſtæ ipſæ erant, quas Stephanns
Papa III S. Dionyſii altari impoſuiſſe dicitur, ut ſuperiùs meminimus.

Jam penitus ab omnibus tricis expeditum me putabam, cùm ecce mihi recurrit cenſura viri do-
cti de duobus privilegiis cœnobio Dionyſiano conceſſis, apud Dubletum editis, quorum unum eſt
Pippini Majoris-domus abſque nota chronologica, apud Dubletum pag. 692. alterum ejuſdem Pip-
pini tum Regis, datum anno regni ejus ſecundo pag. 694, utrumque in gratiam Fulradi Abbatis
S. Dionyſii. De primo jam ſuperiùs in tranſcurſu egimus, animadvertendo admitti quidem il- E
lud à Carolo Cointio ad annum 650 num. XLV, ſed abradi nomen Fulradi Abbatis. Injuria. nam
Fulradi nomen comparet in ipſo autographo, quod in archivo Dionyſiano aſſervatur: cui ſigillum
affixum eſt proxime poſt verba extrema contextûs. Deinde ſequitur, *Signum + inluſtri viro Pippino*
Major-domus. caret notis chronicis. Exemplum ejus item habetur, eodem ferè tempore ſcriptum,
quo ipſum archetypum. quæ omnia ſatis ſuperque ſufficiunt ad probandam ejus integritatem.

Sed longè gravior eſt cenſura in ſecundum Pippini Regis diploma de nundinis, quod Cointius
non tantùm corrigit, ut primum, ſed penitus tamquam ſuppoſiticium rejicit ad annum 755 num.
" XXXIII. *Potentiſſima* (ſic ipſe vocat) aſſertionis ejus ratio eſt, quod in hoc diplomate ſex comme-
" morantur Reges, qui variis præceptionibus ſuam erga monaſterium Dionyſianum munificentiam
" teſtati dicuntur, Dagobertus magnus, filius ejus Chlodoveus ſecundus; nepotes Chlotharius tertius,
" Childericus ſecundus, & Theodoricus tertius; pronepos Childebertus tertius: quibus additur Gri- F
" moaldus Major-domus. At nullum eorumdem Regum vel Grimoaldi exſtare diploma, quod ejuſmodi
" nundinarum mentionem faciat, ſi Dagoberti Magni, inquit, chartam excipias, quam tomo ſecundo
" ad annum Chriſti 630 examinavimus exploſimuſque, quia reperitur data *ſub die* III *Kal. Aug. anno*
" *ſecundo regni Dagoberti, Compendio.* En *potentiſſima* illa ratio, quæ potiùs leviſſima cenſenda eſt, ſi
res æqua lance ponderetur. Fac enim nullas exſtare apud Dubletum de nundinis prædictorum Regum
præceptiones. an propterea, illæ, aut earum aliquæ non exſtant in archivo Dionyſiano? Immo etiamſi
non ampliùs exſtarent, an falſi inſimulandum eſſet privilegium, cujus autographum ſanum & integrum
exſtat etiam nunc? an non æquius eſſet, ut amiſſas Cenſor diceret doleretque illas præceptiones,
ut pluribus in locis ſimiles amiſſæ ſunt, de quibus fit mentio in Regum poſteriorum præceptis,
quæ ex temporum injuriis ſana ad nos pervenerunt? Sed non eò redacta eſt cauſa cœnobii Diony-
ſiani. nam præter Dagoberti Magni diploma, quod adverſus Cointianas infitias ſuperiùs propugna-

A vimus, integrum habetur Childeberti tertii Placitum, & quidem autographum, de nundinis Dionyſianis, atque in eo fit mentio de præceptionibus Regum eo ſuperiorum, Chlodovei, Theoderici & Chlothacarii, immo de aſſenſu Grimoaldi Majoris-domus pro illis nundinis, quas ſibi is vindicare contendebat. Exſtat Placitum iſtud ſuprà num. XXVIII, à nobis ex ipſo autographo erutum, quod Dubletus cum multis aliis prætermiſerat ob lectionis difficultatem. Jam ergo tenemus Dagoberti magni & Childeberti tertii diplomata pro ipſis nundinis, quas Pippinus confirmat; & ſanè alia aliorum Regum diplomata haberemus, niſi temporum injuriis amiſſa fuiſſent. Sed funiculus ille triplex fortior eſt, quàm ut diſſolvi poſſit tam levi ratione, quæ nulli alteri *potentiſſima* videbitur, quàm ſuo auctori. Ejuſdem farinæ eſt alia ratio de nomine Fulradi Abbatis eo in diplomate expreſſo, quem Fulradum ſeriùs ad regimen cœnobii S. Dionyſii perveniſſe vir doctus contendit, ſed immeritò, ut ſuperiùs oſtendimus. Denique ei non placet, quòd prædicti monaſterii privi-

B legium à Soanachilde & Gairefredo, *quando Carlus fuit ejectus*, violatum queritur Pippinus. Quænam enim illa Carli, inquit, ſeu Caroli ejectio? quando & à quo facta? Reſpondemus non omnia illius ævi facta in litteras redacta fuiſſe: exiles ac vix dimidiatos eſſe eorum temporum annales. adeo ut è contrario ſibi gratulari deberet doctus Annaliſta, quòd hanc materiam haberet illuſtrandæ Caroli Principis hiſtoriæ, quem inde addiſcimus ejectum fuiſſe *per Soanachildæ cupiditatem, & Gairefredo Pariſius Comite inſidiante*, tametſi ejus facti circumſtantias ac tempus ignoremus: idque ſolum nobis de ejus adverſa fortuna compertum ſit, quod eum Plectrudis in carcerem conjecerit anno DCC XIV. Forſan turbæ illæ Soanachildis & Gairefredi acciderunt Theoderico Calenſi mortuo, cum de rerum ſumma inter Principes diſceptaretur, per illud quinque annorum interregnum, quod ad Childerici initia interceſſit. Hanc meam conjecturam firmari gaviſus ſum auctoritate Chronici Fontanellenſis ex capite X in editis apud Acherium noſtrum in Spicilegii tomo tertio, ubi Vvido

C Abbas dicitur *accuſatus apud Principem Carolum, quòd conſpirationem adverſus ipſum cum aliis meditatus eſſet, ob idque capitis præciſione damnatus* poſt annum DCC XXXVIII, quo prædictus Vvido cœnobii Fontanellenſis præfecturam iniit. Itaque inde patet, conſpirationem in Carolum tunc factam eſſe, cujus participem fuiſſe Soanachildem & Gairefredum ex diplomate Dionyſiano intelligimus. An verò Soanachildem & Gairefredum ignotos habet Annaliſta? Sed ſi hic ei locus non ſufficit, alterum ſuppeditat Carlomanni charta XLVIII, in quo fit mentio de utroque, ac de nundinis Dionyſianis. Porro in priori illo diplomate fit etiam mentio de Gairehardo ſeu Gerardo Pariſienſi Comite, quem ſuperiùs laudavimus. Sed hæc ſatis de hoc Pippini inſtrumento, quod vel ſola autographi relicti auctoritate validiſſimè ſe tuetur; ſatiſque de cœnobii Dionyſiani inſtrumentis & archivo, cui, ſi quid hîc profecimus, præ ceteris, habenda gratia eſt. Unum inſuper addo, nempe in diplomate Caroli M. apud Dubletum pag. 705 & 706, in Data, ubi legitur tantùm, *anno primo regni noſtri*,

D legendum eſſe, *anno ſeptimo & primo*, ut in aliis duobus pag. 709 & 710.

COROLLARIUM IV.

Variæ obſervationes de imprecationibus, ſigillis, tabellionibus, cognomentis, nodatoribus, variiſque inveſtitionum modis.

DIXIMUS in libri ſecundi capite VIII, num. XIX, Merovingicos Reges itidemque Carolinos imprecationibus rariùs uſos fuiſſe; Carolinos tamen aliquando adhibuiſſe, ut de Lothario, Ludovico, & Carolo Craſſo Auguſtis probatum eſt num. XX. Unum hîc addere juvat, nempe imprecationum uſum à Carolinis magis frequentatum fuiſſe regnante Carolo Simplice, cùm languente

E regia poteſtate ad externa illa terricula factum eſt confugium. nam antea Regum imperiis mandatiſque exſecutioni demandandis ſufficiebat regia auctoritas. Verùm res aliter ſe habebant ſub Carolo Simplice, cujus jugum excutere auſi ſunt nonnulli perduelles, regio in ſe nomine ſuſcepto, atque aliis in funeſti exempli conſortium adductis. Tunc ergo adhibitum eſt ſæpius quàm antè imprecationum auxilium ad regia edicta firmanda: cujus rei exempla exſtant in ſuperioribus chartis CXXVI Caroli Simplicis, CXXXV Ludovici Tranſmarini, & CXXXIX Gerbergæ Reginæ: quibus adde chartam CXXXIII Rodulfi, qui ſe Regem ferebat.

His quæ de Regum regnique miniſtrorum ſigillis dicta ſunt in libri ſecundi capite XVI, adde quod legitur in continuatione Chronici Nangiani ad annum M CCC XVI, cùm mortuo Ludovico Hutino Philippus frater ejus regnum ſuſcepit adminiſtrandum, facto magno ſigillo, in cujus circulo ita erat inſcriptum: *Philippus Regis Francorum filius, Franciæ & Navarræ regens regna.* Conſule

F quæ ſuperiùs dicta ſunt tum de annis XVI Chlotharii III ad ſpecimen XIX ex charta Chrothildis: tum de monogrammatis Regum primæ ſtirpis ad ſpecimen XIX, & de monogrammate Ludovici Groſſi ad ſpecimen XLI. ad alia venio.

Robertus de Vernone ſubdecanus eccleſiæ S. Martini Turonenſis, qui Nicolai Cardinalis procurator erat, quaſdam litteras ita munit, *teſte ſigillo noſtro*, anno Domini M CCC XIII, ut legitur in tomo X Spicilegii pag. 365. Ibidem in charta pro Guillelmo Epiſcopo Andegavenſi Matthæus Chevræus dicitur *Sigillator curiæ Andegavenſis*. & pag. 366 Guillelmus de Gravella Clericus Redonenſis, & publicus auctoritate imperiali Andegavenſis curiæ Notarius, poſtquam ſe iſtud inſtrumentum in publicam formam redegiſſe dixit, mox ſubdit, *Signoque meo ſignavi rogatus*, nempe anno M CCC XIII. quo proinde tempore ſigna propria jam in uſum redierant, ut ſuo loco diximus. Hæ minutiæ ſunt, ſed tamen ſuis locis non inutiles. Adde quod in quadam epiſtola Innocentii III præcipitur apud

Alteſerram pag. 72, ut *originalia proceſſus penes ſcriptorem remaneant.* quod argumento eſt, jam A
tum Notarios publicos exſtitiſſe, qui exemplaria inſtrumentorum penes ſe retinebant. Confer libri
II caput XIII.

De cognomentis monachorum, quæ ſæculo XI ac ſequenti rara fuiſſe diximus in libri ſecundi ca-
pite VII, obſervanda eſt inſcriptio Goffridi Vindocinenſis Abbatis epiſtolæ XXXIV in libro IV. *Dile-*
ctis in Chriſto filiis, Goffrido de Surgeriis, Iordane de Podio-rebelli, Rainaldo Cartallo, Herveo de Ol-
na, qui omnes monachi fuerunt cœnobii Vindocinenſis. Epiſtola ſequens inſcripta eſt iiſdem *Jor-*
dano & Rainaldo Cartaldo. Ubi Jordanus abſque cognomento memoratur. Varia cognomina lege
ſis apud Perardum pag. 118 & ſequentibus, ubi in pag. 119 lepidum cognomen legitur, ſcilicet,
Natalis Calvinus qui pro colapho flevit.

Actum eſt in libri tertii capite V de teſtimonio clericorum & monachorum in propria cauſa.
Exempla quædam ſuperiùs relata ſunt ad chartam CLXXXVII. Sed unum illuſtre exſtat in Spicile- B
gii tomo III à pag. 510 in cauſa Vizeliacenſium monachorum contra Henricum Epiſcopum Æduen-
ſem, acta coram Eugenio III Pontifice de privilegiis cœnobii Vizeliacenſis, cujus loci monachi om-
nium primi pro ſe teſtimonium *jurati* dixerunt.

Neque prætereundum hoc loco, quod in ſuperiore charta CLIX, quæ eſt conventûs Aquita-
niæ Procerum Burdegalæ habiti, legitur ſub finem hoc modo. *Iſti ſunt Nodatores ac præfatæ dona-*
tionis firmatores. Quinam ſint illi *Nodatores*, explicare juvat. In pluribus chartis monaſterii S. Seve-
ri in Vaſconia id obſervavit noſter Petrus Buiſſonius, olim in illis partibus morem fuiſſe, ut iis, quo-
rum intererat, donationes & pacta firmarent nodis in corrigio factis. Sic Petrus de Olbio *dedit*
unam culturam, poſtea verò Vicecomitiſſa & & Ulnaldus filius *affirmaverunt factis in corrigio nodis.*
Similiter in charta donationis factæ per quemdam Fort-Anerium Vicecomitem de Saltu hæc legun-
tur. *Horum necnon ſigno donorum ipſe Forto-Anerius nodum in hoc corrigio primus fecit, & alium nodum* C
Bruno de Saltu frater ejus: alios deinceps nodos idonei Barones. Hujus rei teſtes fuerunt Bonus-homo Adu-
renſis Epiſcopus. Fuit is Epiſcopus ab anno M C XX ad M C XLV. Ex his aliiſque chartis patet, *No-*
datores inde dictos eſſe à nodo, quem pro rei firmitate in corrigio faciebant ex charta pendente;
eoſque diſtinctos fuiſſe à teſtibus, ut ex poſteriori charta intelligitur.

Admonet nos hic locus, ut de variis inveſtitionum modis agamus, quoniam ea res ad vetera in-
ſtrumenta pertinet. Verùm iſtud argumentum jam occuparunt viri docti, quos inter legendus eſt
Cangius in Gloſſario. Obſervatu digna eſt inveſtitura Actardi ex Antiſtite Namnetenſi Archiepiſco-
pi Turonenſis, de qua ita ſcribit Hadrianus Papa II in epiſtola XXIX ad Carolum Calvum. *Præfatum*
veſtrum denique legatum, ſicut ſignificaſtis, & ſynodus & plebs expoſtulavit & Turonicus clerus, jam
conſtituimus cardinalem Metropolitanum & Archiepiſcopum Turonicæ provinciæ, per ferulam, pitacium
& anulum, necnon per noſtræ auctoritatis litterale decretum. Idem Carolus Calvus inveſtivit Herefri- D
dum Epiſcopum Autiſiodorenſem, *paſtoralem conferendo baculum.* In chartario monaſterii Abſien-
ſis apud Pictones, varia leguntur inveſtiturarum genera, ex quibus paucula huc refero. VVillelmus
de Barges inveſtivit Abbatem Rainerium *cum calice quo communionem acceperat.* Guillelmus Archie-
piſcopus (id hominis cognomen) dominus Partiniaci, dedit Guillelmo Abbati, concedente Boſa-
na uxore ſua & filio Guillelmo, *cum una mitra* decimam molendinorum Segumdignæ: & Bernardus
de Villa-nova reconcedit & reconfirmat quædam bona coram eodem Guillelmo Archiepiſcopo &
filio ejus *cum aumuta Odri*, qui Odrus etiam ſubſcripſit. Teſſeræ in ſignum donationis porrectæ ali-
quando in archivis reponebantur, ut dictum eſt ad libri ſecundi caput V. ubi etiam obſervatum eſt, ali-
quando teſſeras illas datas eſſe ab eo cui fiebat donatio. Reginaldus quidam & Aleardis uxor ejus
quamdam terram dederunt Abſienſibus monachis, concedentibus filiabus ſuis. *Et quia N. erat infantu-*
la, mater ejus tenens eam in ulnis ſuis, pro conceſſione illius nummum accepit. Idem præſtitum in alia E
donatione facta per quemdam Johannem, cui conſenſerunt uxor ejus Philippa ac filiæ duæ, & alius
qui erat infantulus, *pro cujus conceſſione nutrix ſua nummum accepit eo præſente.* Chartarium Vindo-
cinenſe inter alia exhibet litteras Burchardi Comitis, anno M LXXXIV datas, in quibus hæc legimus.
Comes Burchardus coram Baronibus ſuis in capitulo daturus vadimonium domno Abbati, tradidit
quamdam particulam parchaminis, & eamdem particulam tranſmiſit per manum domini Fulcherii de
Turre offerre ſuper dominicum altare, ob memorationem in omne tempus futurum conſervandam. Occur-
rit in chartario cœnobii S. Cypriani Pictavenſis aliud exemplum de quodam Iſamberto, qui aliquid
donavit de caſamentis ſuis: & hoc promiſit *oſculando crucifixum in eccleſia B. Iulii in manu Raynaldi*
Abbatis, firmans cum oſculo ſe *ita facturum.* Simile præſtitit Ranulfus offerens chartulam *ſuper altare,*
oſculando crucifixum & Abbatem. Rem finio à deveſtituræ duplici formula, quarum formularum
prima legitur apud Acherium noſtrum in Specilegii tomo I pag. 558. ubi mentio fit deveſtituræ fa- F
ctæ *per caligulam impletam de terra, & virgulam de viridario.* Alia exſtat apud Sirmundum in tomo
tertio Conciliorum Galliæ pag. 234. *Stipulas dextris in manibus tenentes, eaſque propriis è manibus*
ejicientes &c. Ad hæc ſervi qui per chartam & excuſſionem denarii manumittebatur, in ſervitutem
ſi quando aliquis præpotens illos revocabat, eis chartam libertatis de capite auferebat. Unde cùm
Goffridus Abbas Vindocinenſis quemdam ſervum ſuum, Stephanum Popinellum nomine, annuente
capitulo liberum feciſſet, *res illa Goffrido Comiti, qui Griſagonella cognominabatur, diſplicuit, & ei-*
dem Stephano cartam libertatis de capite eripuit.

Sed quando huc ſermo de ſervis incidit, obſervare licet duos ſervorum ordines, unos qui ex ne-
ceſſitate, alteros qui ex devotione addicti erant ſervituti. Hi verò non uno modo ſervitutem profite-
bantur. Unum ſuggerit Arnulfus in lib. I de miraculis S. Emmerammi cap. XII, ubi quidam memoran-

A tur, *qui capita cum manibus religioſè altari S. Emmerammi imponentes, profeſſi ſunt ſe martyri perpetuos*
cenſuales. Alio modo quidam Rainaldus, monachorum Vindocinenſium famulus, *cùm eſſet vir inge-*
nuus, recognoſcens quòd in eorum famulatu à puero altus & enutritus fuerat, & omnia quæ habebat, ſub
eorum dominio acquiſierat; obtulit Deo & ſanctæ Trinitati omnia ſua atque ſemetipſum ad ſervum. quod
priùs quidem fecit in capitulo, ac deinde ſtatim in monaſterio, (id eſt in eccleſia) *involvens juxa morem*
collum ſuum chorda. Factum eſt hoc anno MLXXIX. Sed longiùs hæc nos abripiunt.
Hæc ſunt, quæ de re Diplomatica nobis dicenda occurrerunt, utinam eo fructu, quem nobis pro-
poſuimus. Sed humanæ plerumque conjecturæ fallunt: nec ab alio quàm à Deo Opt. Max. ſperan-
dus eſt fortunatus conſiliorum eventus. Ceterum non ad ferendas lites, immo ad eas penitus
(quoad fieri poteſt) exſtinguendas hoc opus ſuſcepimus, illud Gregorii Magni [a] in votis habentes: *a* Greg M. lib. II
Redeat cunctis in rebus ſecura poſſeſſio, ut ſine timore habere ſe gaudeant, quæ non ſunt eis fraudibus ac- epiſt. 38.
B *quiſita. Reformetur jam ſingulis* SUB JUGO IMPERII PII *libertas ſua.*

ADDITIONES.

Innocentii IV epiſtola contra falſatores, & contra cenſores malignos.

Ex cod. 128 Bibliothecæ Colbertinæ deſcripſit V. Cl. Steph. Baluzius.

UNiverſis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis eccleſiarum Prælatis & Clericis, necnon & uni-
verſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis. Pridem eo bullæ noſtræ confracto typario; quo
Apoſtolorum Petri & Pauli capita ſignabantur, aliud utcunque conſimile fecimus continuò ſubrogari *, ne * vide ſupra 623 f & 624.
C ob bullæ defectum perſonis & negotiis ex vacatione diſpendium immineret. Porrò quia ſubrogatum hu-
juſmodi corpulentiores ſolito eorundem capitum effigies exprimebat; dum per hoc diſcrepabat notabiliter à
priori, aliud poſtmodum, cujus impreſſione præſentes litteræ muniuntur, aptius in opus bullandi perpetuum
fecimus, repoſito in otuũ * altero, alterius opificis miniſterio fabricari, donec corruptione ſeu vetuſtate defe- * ſic.
cerit, non mutandum. Verùm [quia] falſariorum pernicioſa ſubtilitas, ſi parum vigilet cauta prudentia ex
adverſo, ex mutatione prædicta præſumeret fortaſſe malignandi materiam, & moliendi ſibi nova ne-
quitiæ inſtrumenta; perſpicaciori eſt conſiderationis oculo providendum, ut ſi letalis ſibi ipſi & toti corpori
ſuo manus falſis incudibus ſimile quicquam effigiare tentaverit intra peſtilentes proprii latibuli officinas,
id per tranſſumptam de veris exemplaribus ſpeciem, fallere nequeat oculos inſpectoris arguti, vel evadere
ad communis utilitatis incommodum ſeveri judicis ultionem. Quocirca mandamus, quatinus contra lit-
terarum noſtrarum falſarios manus ſollicitæ indaginis porrigentes, iniquitates ipſorum ſatagatis ad
D perfectum odium invenire; ita quòd hæc radix, quæ per ſuffragia maligni temporis pullulavit, diſcipli-
nalis falcis acumine ſuccidatur. Cùm aliquibus veſtrum apoſtolicas litteras contigerit præſentari, circa præ-
ſentantis perſonam, maximè ſi privilegium vel litteras ſuper conceſſionibus vel indulgentiis, quæ à nobis
nonniſi de certa ſcientia conceduntur vel committuntur, obtulerit; diligens conſideratio habeatur, utrum
ex illius opinione vel meritis aliquis in ejus actionibus ſiniſtræ * ſuſpenſionis ſcrupulus oriatur. Deinde qui * ſuſpicionis.
litteras hujuſmodi receperit, eas in bulla, filo, carta, ſtilo dictaminis, ſcriptura, forma, & aliis in
quibus notari vel deprehendi falſitas poteſt, circumſpiciat diligenter: & ſi certum in illis falſitatis ap-
paruerit argumentum, reprobentur protinus tamquam falſæ, & contra impetratores earum vel ſcienter
utentes eiſdem ad incarcerationem & alias pœnas juxta rigorem canonum procedat exacta diligentia
Prælatorum, contradictores, &c. ſi & ipſi noluerint canonicam effugere diſciplinam; proviſo ut litteris ea
bulla quam ſubrogabimus, priori confractæ ſignatis nullatenus derogetur. Ita tamen quòd ſi ſuper earun-
E dem litterarum aliquibus de veritate bullæ contigerit rationabiliter dubitari, per ſubtilem collationem
aliarum ſimilium, de quibus non dubitatur, ad illam hujuſmodi hæſitatio ſine difficultate qualibet dirima-
tur. Ut autem aliquibus ſuper hoc de culpa vel negligentia impetrantis nullum frivolum defenſionis
vel excuſationis pallium relinquatur; volumus & diſtrictè præcipimus, ut ſinguli Prælatorum ſub-
ditis * ſuis propoſito eis publicæ commonitionis edicto præmuniant & informent per litteras apoſtolicas * ſubditos ſuos.
quibus uti diſponunt, & quas de aliorum quàm * veſtris vel illorum qui ad illud deputati noſcuntur * noſtris.
officium manibus receperunt, apud ſe ipſos, * exhibito, ſi opus fuerit, peritorum conſilio, diſcutiant dili- * adhibito.
genter, & eas tunc in publicum proferant cùm diſtricto fuerint judicio approbatæ. Si verò eas intellexe-
rint reprobas, eas ſtatim deſtruant vel reſignent. Quodſi poſtquàm eis publicè uti cœperint, ipſas contige-
rit argui falſitatis; ſciant ſibi ſeram ignorantiam, ſi tunc eam prætenderint, quò minùs canonicæ pœnæ
ſubjaceant nullatenus profuturam. Caveant autem ſinguli, ne quod ad medelam cogitavimus in hac
F parte, per abuſum tendat ad noxam: quia ſi nobis obviantibus ſceleri falſitatis, aliqui ex hoc materiam
ſumpſerint in perſonas vel negotia malignandi, hanc gravem malitiæ culpam, quæ facilè poterit depre-
hendi, non dimittet apoſtolicæ diſciplinæ ſeveritas impunitam.

Pag. 105 *num.* VI *lin.* 16. poſt violaturus eſſet. *adde.* Sed longe gravior eſt ejuſdem Gregorii
comminatio in Johannem Epiſcopum Lariſſæum, quem ſi in Honoratum Thebanum Epiſcopum,
ejuſque eccleſiam, quæ per Gregorii deceſſorem ab ipſius Johannis juriſdictione exemta fuerat, rurſus
aliquid juriſdictionis uſurpare perſeveraret à communione removet, his verbis: *Sacra ſcias te communione*
privatum; nec eam te, niſi conceſſa Romani Pontificis decernimus juſſione percipere, in lib. II epiſt. VII, Ind.
XI. Et in epiſtola XIV Indict. X Natalem Epiſcopum Salonitanum ob dejectionem Honorati Archidia-
coni uſu pallii privat, atque excommunicationem comminatur, ſi in eo facto perſiſtat. tum ſubdit.

Tu igitur, frater cariſſime, nequaquam nos amplius provoces, ne duros valde in aſperitate ſentias, quos A *erga te poſi os in caritate contemnis.* Idem repetit in epiſtola ſequente. Sic Gregorius pro rerum ac perſonarum conditione aliquando rigidiùs ágebat. unde non mirum &c.

Pag. 170 lin. 2. poſt *tyrannicè*, adde. Neque illud omittendum quod legitur in fine libri XIII Alexiados Annæ Comnenæ, ubi relata conventione pacis initæ inter Alexium Imperatorem & Boamundum, ſubditur, *hæc conſcripta* fuiſſe *& juramenta præſtita in præſentia teſtium, quique hæc ſubſcripſere*, nimirum Dei amantiſſimi Epiſcopi, Amalphis Maurus; Tarenti Renardus, & qui cum eo erant clerici; Præpoſitus monaſterii S. Andreæ in inſula Brunduſii; & duo ex monachis dictæ domus: Principes peregrinorum, *qui ſua quidem ſigna ipſi figurarunt manu propria, nomina verò ipſorum manu Deo dilectiſſimi Epiſcopi Amalphis ſub eorum ſignis ſubſcripta ſunt*, ὧν τὰ μὲν σίγνα αὐτοὶ διεχάραξαν οἰκειοχείρως. τὰ δὲ τούτων ὀνόματα διὰ χειρὸς τοῦ θεοφιλεστάτου Ἐπισκόπου Ἀμάλφης τοῖς B σίγνοις προπαρεγεγράφησαν. Hoc igitur juramentum ſcripto mandatum Imperator à Baimundo accepit: dedit autem ei viciſſim memoratam ſuperius bullam auream, ſubſignatam *ſubramento*, διὰ κιναβάρεως, ut mos eſt, propria Imperatoris ipſius dextera. Hactenus ex Anna Comnena. Denique, &c.

Pag. 123. *cap.* XIII, *num.* 1, *lin.* 10 *poſt* publicos eſſe, *adde.* In Capitulari Adelchiſi Principis Beneventani, qui principatum ab anno DCCC LVIII ad LXXVIII tenuit, ita de Notariis publicis ſtatuitur capitulo VIII. *Inconveniens uſque modò conſuetudo exſtitit, ut jam quiſquis voluiſſet, ſi noſſet ſcribere, brevem (ſcriberet) undecumque oportunitas exegiſſet. Modò autem decernimus, ut ſoli Notarii Brevem ſcribant, ſicut & cetera munimina: & quiſcumque deinceps Brebis fuerit abſque Notarii ſubſcriptione oſtenſus, nullam retineat firmitatem, quoniam multos deprehendimus ex illis fuiſſe falſos. quod Deo opitulante* C *cupimus ut ulteriùs non fiat.* Hæc apud Camillum Peregrinium in Hiſtoria Principum Langobardorum pag. 316.

Pag. 221 *lin.* 6 *poſt* Hibernica, *adde.* Eodem tempore Comitiſſæ vocabulum reperitur in charta Stephani Comitis, quam ex Chartario Pariſienſi vulgavit eruditus Baluzius in Notis ad Capitularia col. 1061, ubi hæc verba. *Ideoque in Dei nomine ego Stephanus Chriſti humilis gratia Dei Comes, necnon & Amaltrudis* COMITISSA, *pariter ob amorem invicem dilectionis, donamus res noſtras, quæ ſunt in pago Pariſiaco, in loco qui vocatur Sulciacus &c. Actum Bonoilo villa, ubi facta & firmata fuit, in anno* XI *imperii domni noſtri Karoli glorioſique Auguſti*, XLIII *regni ejus in Francia*, XXXVI *in Italia, ſub Indictione tertia.* Ante id tempus dicebatur *Comes de pago Pariſiaco*, ut hîc in charta XXVIII, vel alio ſimili modo loquendi. Comites quippe in civitate & circumpoſito pago jus dicebant; in tota D provincia Duces. *Comitatus* dicti ſunt pagi illi jam inde à Carolo M. nam in charta Johannis Epiſcopi Siſtaricenſis, hîc edita num. CC II, legitur *Comitatus Siſtaricenſis*, imperante Carolo M. apud Dubletum pag. 777 in diplomate Caroli Calvi, *Comitatus Camliacenſis*. ad hæc in Præcepto Carolomanni ſuprà num. C XIII, *Comitatus pagi Autiſſiodorenſis*, denique num. C XVI in litteris Caroli Craſſi, *Comitatus Arvernenſis*. Atque hinc patet, antè dictos fuiſſe Comitatus, quàm hi in hereditariam ſucceſſionem devenirent. quod accidit maxime Carolo Simplice regnante. tametſi ante eum filii in Comitatus, quos eorum patres adminiſtraverant, non raro ſuccedebant, ſed ex regia conceſſione, non ex hereditario jure.

ERRATORUM CORRECTIO. E

PAg. 10 *lin. ult.* etam *l.* etiam. 12 *lin.* 20 nonnullæ *l.* nonnulla. 13 *in marg.* Albon. *l.* Abbon. 16 *lin.* 35 ſiliis *l.* filiis. 18 *lin.* 31 ſuperus *l.* ſuperius. 19 *lin.* 18 Jacob *l.* Jacobo. 26 *lin.* 32 refringenda *l.* refingenda. 30 *lin.* 26 intelligent *l.* intelligerent. 31 *lin.* 27 teſtitudinis *l.* teſtudinis. 38 *antepenult. adde.* In ſaxo etiam ſcriptæ donationes, qualis eſt Johannis Epiſcopi Ravennatis, eo nomine quinti, relata apud Girolamum Fabrum de Ravenna antiqua pag. 15. 39 *lin.* 19 S. Ludovicum *l.* Ludovicum Hutinum. 40 *lin* 1. Hhuoldi *l.* HRuodulfi. 41 *lin.* 24 Britanniæ *l.* Britulii. 50 *lin.* 12 dele à. 58 *lin.* 8 lectori l. lectoris. 60 *lin.* 34 exciderent *l.* exciderant. 80 *lin.* 17 Tertium *l.* Quartum. 83 *lin.* 30 Conchenſi *l.* Caunenſi. 88 *lin.* 34 pauci Capetianorum *l.* raro Capetii. 95 *lin.* 1 Conchenſi *l.* Caunenſi. 98 *lin.* 15 uſi *l.* uſi. 106 *lin. penult.* Sed hac *l.* Verùm hac. 115 *lin. penult.* Rororem *l.* Roronem. 131 *lin.* 33 tertii *l.* quarti. 145 *lin.* 3 falſi *l.* falsò. 166 *lin.* 32 litterat *l.* litteras. 169 *lin.* 12 Abbani *l.* Albani. 177 *lin.* 48 XXI *l.* XIX. 180 *lin.* 32 decemnovalis *l.* decemnovennalis. 182 *lin.* 45 non longe *l.* longe. *ibid. lin. ult. poſt* primus, *adde*, hoc calculo uſi ſunt. 191 *lin.* 26 XXI *l.* XVI. 202 *lin.* 47 mendum aut *l.* aut mendum. 205 *lin.* 25 Leutbertus *l.* Leutboldus. 220 *lin.* 49 Caroli *l.* ſaltem à Caroli Simplicis. 223 *lin.* 4 Iſtane *l.* Itane. 226 *lin.* 44 leguntur *l.* legantur. 246 *lin* 3 Santonenſi *l.* Ecoliſmenſi. 256 *lin.* 8 *& ſeqq. poſt* locus ipſe, *l.* (haud ignobilis, cum duplici eccleſia *vulgò Chambly Lauberger* dictus) unâ leucâ diſtat. *ibid. lin.* 20 Cotira *l.* Cotiracus. 281 *lin* 33 & 34 Hadrianuus *l.* Hadrianus III. 329 *lin.* 8 Criſæ *l.* Criſæ &. 331 *lin. ult.* intra *l.* inter. 422 *lin.* 16 ducenteſimam *l.* ducenteſimam-tertiam. 463 *lin.* 8 Marca *l.* Maria. 467 *lin. ult. dele* Armentarius F Senonenſis. 469 *lin* 22 Aicardus *l.* Airardus. 487 *lin.* 54 quam *l.* quoniam. 488 *lin.* 55 confidemus *l.* concidemus. 495 *lin. ult.* caſtoribus *l.* paſtoribus 502 *lin.* 51 Erxmbaldus *l.* Erxembaldus. 510 *lin.* 3 honorata *l.* Honorata. 511. *lin.* 14 movaſterii *l.* monaſterii. 520 *lin* 25 Lincotolas *l.* Lincrolas. 523 *lin.* 37 *poſt* VViliafredus *adde* Abbas. 526 *lin.* 11 diplomamatis *l.* diplomatis. 527 *lin.* 51 *poſt* Fraxinium *dele virgulam, & pone eam poſt* Sueſſionenſi. *ac in fine poſt* quoque *dele duo puncta.* 572 *ad marg.* Marillac *l.* Marcillac. 583 *ad litteram e dele ſemel* charta. 586 *lin.* 38 VVaterus *l.* VValterus. 609 *lin.* 14 præceſſorum *l.* præcelſorum. 610 *lin.* 42 conſortis *l.* ſortis. 615 *lin* 19 præcaria *l.* precaria. *ibid. lin.* 34 Saturmini *l.* Saturnini. pag. 619 *lin.* 35 condecat *l.* condeceat. *pag.* 302 *in marg. ult.* Montecaux *l.* Monceaux.

In Speciminibus pag. 347 *lin.* 13 flecto *l.* fecto. *pag.* 415 *lin. ult.* Suvetchuſa.

APPENDIX NOVA

AD HANC SECUNDAM EDITIONEM

A D. THEODERICO RUINART ADDITA.

C

NONNULLA paſſim in hac ſecunda Librorum de re Diplomatica editione ſe relaturum in novam Appendicem pollicitus eſt ejus operis auctor domnus Johannes Mabillonius, quod cum morte interceptus præſtare non potuerit, viſum eſt mihi fidem optimi Magiſtri mei liberare. Verum cum multum interſit inter me & tantum talemque virum, cujus vel diſcipuli nomine inſigniri tota mea gloria eſt; ne mireris, erudite lector, ſi ea monumenta quæ huc proferuntur, exquiſitis obſervationibus, uti ille facere ſolebat, illuſtrata non invenias, quamvis ea, quæ explicatione indigere videbantur, pro mea virili utcumque exponere fuerim conatus. Immo & adjeci nonnulla præter illa quæ ab eo promiſſa fuerant, poſt mortem ejus ut plurimum recuperata, quod viſa ſunt eſſe alicujus momenti; & vix dubitare liceat, quin is ipſe ea in lucem producturus eſſet, ſi in ejus manibus fuiſſent. In his
D vero & aliis quibuſcumque à me prolatis, ſi quid minus rectè dictum, aut etiam aliquod erratum exciderit, id non magiſtro tribuas, ſed diſcipuli eſſe memineris, cujus vel conatus ſi non laudandi, ſaltem patienter ferendi ſunt.

I.

Antiquarum ſcripturarum nova ſpecimina.

EGIT vir Optimus, libro primo capite undecimo, de variis ſcripturarum veterum generibus, quarum etiam ſpecimina libro quinto in tabellis æri inciſis exhibuit. Verum etſi, cum primum ſeſe ad hujus operis editionem accinxit, uti vir erat miræ ſagacitatis & eru-
E ditionis, nihil penitus omiſerit ut ea undecumque colligeret, quæ ad has veteres ſcripturas illuſtrandas conferre poſſent, quædam tamen ei tunc exciderunt, quæ poſt modum variis occaſionibus detecta in Appendicem novæ hujus editionis referre meditabatur. Hæc in una tabella curavimus ſimul repræſentari, quam in quinque partes diviſam totidem numeris diſtinximus.

I. Primum locum in ea obtinet Romana, ſi quæ unquam alia, elegantiſſimis characteribus exarata ſcriptura, ex Virgilii fragmento expreſſa, quod ex Bibliotheca Pithœana aliquamdiu præ manibus habuit ipſe Mabillonius, mihique & aliis nonnullis non ſine admirationis ſenſu oſtendit. Numquam librum tam præclaris, tamque grandibus litteris ex toto conſcriptum videre licuit. Verſus autem qui hic habentur in tabella expreſſi initio paginæ ſcripti erant, unde conjicimus primam cujuſque pagellæ litteram eodem modo, quo in iſta
F videre licet, ceteris multo majoris formæ exſtitiſſe. Non enim verſus qui primus hic occurrit initium eſt alicujus libri, aut narrationis, ſed è contrario cum antecedente ita conjungi debet, ut nullo vel minori commate ab eo debeat ſeparari: non etiam vox *Thyias*, quæ ſacrificulam Bacchi deſignat, talem exigebat litteram, cum nec ipſius Bacchi, nec etiam Æneæ, qui præcipuus eſt poëmatis heros, nomina aliis litteris quam totus contextus deſcribantur. Eſt autem hic Virgilii locus ex libro quarto Æneïdos excerptus, ubi Dido quod ſe ab Ænea deluſam deſeri timeret, in furorem acta repræſentatur *qualis commotis excita ſacris Thyias ubi audito*, &c. ad orgia Bacchi triennalia celebranda exſtimulatur.

II. Numero ſecundo exhibetur Epitaphium Gordiani legati Galliæ, in quo is ipſe cum tota familia pro fide jugulatus dicitur. Hanc inſcriptionem ſe huc prolaturum pollicitus eſt Mabillonius in explicatione tabellæ ſecundæ num. 1. hujus novæ editionis pag. 346. quam

in itinere Italico pag. 141 jam exhibuerat, ubi unicum fortaſſe eſſe ſinceræ veteris Gallorum A
ſcripturæ ſpecimen cenſet. Vide quæ ea de re habet ſupra lib. 1. cap. XI. num. 3. Ceterum
Galli, uti obſervat Cæſar libro VI. Commentariorum, græcis litteris utebantur. quales ſunt
revera plerique hujus inſcriptionis characteres, licet aliis barbaris intermixti. Sic autem legi
debet. *Hic Gordianus Galliæ nuncius, jugulatus pro fide cum familia tota quieſcunt in pace. Theophila,*
ſeu *Ytphila*, *ancilla fecit.* Porro hoc Epitaphium in quo Gordianus cum tota familia pro fide
jugulatus *in pace quieſcere* dicitur, confirmat id quod in Euſebii epiſtola de Sanctis ignotis
obſervavit vir eruditus, etiam Martyres ob fidei confeſſionem interfectos hoc elogio *in pace
quieſcunt*, nonnumquam donatos fuiſſe.

III. Tertium tabellæ locum occupat Alphabetum ex famoſis illis volumnibus Pandectarum, quæ in Palatio Magni Ethruriæ Ducis ſumma cura ſervantur, excerptum. Hi libri olim,
ut Angelus Politianus narrat, nonniſi ad funalia, & quidem paucis omnino, primariis ſcilicet B
viris monſtrabantur, de quibus plura habet Mabillonius etiam in prima editione, ex eorum
ſpecimine quod tranſmiſerat V. Cl. Antonius Magliabechius, ſupra in tabella VII. edito. Verum
hos libros poſt modum in itinere Italico diligenter ipſe inſpexit, & favente ſereniſſimo Magno
Duce accuratè examinavit, ex iiſque Alphabetum illud delineari curavit, quod ex ejus itineris
relatione huc etiam repræſentare viſum eſt. Sic vero hæc duo Pandectarum volumina deſcripſit
pag. 184. itineris italici. *Hæc volumina ſunt formæ prope quadratæ, ita at altitudo duobus tantum
digitis latitudinem ſuperet ..... characteres ſunt quadrati & mediocris formæ, vocabula ſine abbreviatione ubique & abſque commatis ſimul colligata. Quælibet pagella in duas dividitur columnas, quæ
ſingulæ verſus quadraginta quinque continent. Prima ſingulorum verſuum vocabula paſſim minio deſcripta ſunt. Littera S plerumque in medio vocabulo ceteris major eſt.*

IV. Quod quarto loco exemplum exhibetur, deſumptum eſt ex veteri codice Bibliothecæ C
Pithœanæ, apud viros eruditos celebri, ut pote ex quo Franciſcus Juretus Sedulii libros quinque operis Paſcalis primum vulgavit Pariſiis anno M D LXXXV. Forma hujus codicis minima
eſt, & longe diſſimilis ab ea quam præferunt volumina Pandectarum numero præcedenti
deſcripta; at litteræ quadratæ & characteres quibus exaratus eſt, probare videntur utraque
ejuſdem ferme eſſe ætatis. Ejus ſpecimen ex autographo exprimi curaverat optimus Magiſter meus, ut hic in appendice exhiberetur; & quidem, ſi bene judico, dignus eſt hic
codex, ut inter melioris notæ antiquos libros locum obtineat.

V. Quintum & ultimum tabellæ ſpatium occupat ſpecimen veteris Sacramentarii ante
annos mille exarati, quod in monaſterio Bobienſi in Alpibus Cottiis ſito invenit ipſe Mabillonius. Illud vero, quod integrum editum eſt tomo 1. Muſei Italici, potius ad Maximæ
Sequanorum, quam cujuſquam Italicæ provinciæ uſum exaratum fuiſſe probant ſingularia D
quædam feſta, quæ ad Sequanos pertinere videntur. Unde probabiliter colligere licet hoc
Miſſale è Luxovienſi monaſterio ad Bobienſe allatum fuiſſe, fortaſſe à Bertulfo, qui ineunte
ſæculo ſeptimo Bobium adiit, ubi poſt Attalæ obitum factus eſt ejuſdem loci Abbas. Certè
inter alia nomina quæ in ora inferiori quorumdam foliorum hujus codicis ſcripta inveniuntur, alicubi legitur *Bertulfus.* Et quidem ſi conjecturam adhibere licet, facilè crediderim eum
codicem fuiſſe librum Sacramentorum portatilem ad ſacra in ipſis itineribus celebranda.
Nec inſolitum erat his temporibus, ut Sacerdotes, etiam monachi, neceſſaria ad ſacrificandum cum peregrinabantur deferrent. quod conſtat ex ſancto Gregorio Turonenſi Libro
de Gloria Confeſſ. cap. 22. ubi Maximus cum Ararim fluvium tranſmearet demerſus fuiſſe
dicitur, *habens ad collum cum Evangeliorum libro miniſterium quotidianum, id eſt patenulam
parvam cum calice.* E

F

I

THYIASVBIAVDITOSTIMVLANTTRIETERICABACCHO
ORGIANOCTVRNVSQ·VOCATCLAMOREFCITHERO
TANDEMHISAENEANCONPELLATVOCIBVLTRO
DISSIMVLAREETIAMSPERASTIPERFIDETANTVM

II

ΘHϹ ΥωΡϹHΑΥΥϹ ΥΑΛΛΗΕ ΡΥΡϹΗΥϹΗΥΥΥ
ΛΑΤΥϹΤΤΡωΦΗϹΕ ϹΥΜΦΑΜΗΛΗΑΤωΤΑ
ΟΥΗΕ ϹϹΥΡΤ ΗΡ ΤΤΑΚΕ
ϹΥΘΦΗΛΑΑΡϹΗΛΛΑΦΕϹΗΤ

III

A a B C D E F G H I K L
M N O P Q R S S P P T U X Y

IV

INCIP EPIST· SEDVLI· ADMACHEDONI

Sco ac beatissimo patri machedonio presbyteros edulius in xpo salutem praecepisti reuerende mi dne pas chalis carminis textum quod offi cio pura e deuotionis . . . . .

V

Generose die idoni ce genetrices inexplea bile sacramenta? tan tomas i spre ci na bule sacramenta quan

II. A

De litteris à Chilperico rege adinventis.

ACTUM eſt libro I. capite XI. num. VII. de litteris, quas Chilpericus Francorum rex vulgato alphabeto adjicere tentavit. Hadrianus Valeſius, quod exiſtimaret inter Gregorium Turonenſem & Aimoinum, qui ſoli ex veteribus hujus facinoris meminerunt, non convenire, de his characteribus diſputare non eſt aggreſſus. At Olaus Wormius has litteras Runicas fuiſſe cenſet; & Gerardo Voſſio ex Aimoino Græcas eſſe contendenti reſpondit, Chilpericianas ab eo auctore corruptas fuiſſe. Alii aliter ea de re ſcripſerunt. Verum etſi fortè mihi non liceat inter tam eruditos viros ſententiam proferre, dicam tamen quid B de his litteris in codicibus editis & manuſcriptis tam Gregorii quam Aimoini obſervaverim. Aimoini editiones tres quas videre licuit, è quibus una eſt Valeſiana, ſincerum auctoris textum exhibens, has litteras græcis characteribus exaratas cum vulgato earum ſono repræſentant: nempe *ω*, X, *ch.* θ, *th.* φ, *ph.* His editis conſentit codex ante annos circiter centum manu exaratus; at alter & quidem multo vetuſtior, ut potè qui annos ſaltem quingentos præferre videtur, longe aliter has litteras exhibet: nempe eodem ferme modo efformatas, quo apud Gregorium haberi inferius dicemus. Et licet ex his una ad Ψ Græci formam accedat, diverſum tamen ei ſonum Aimoinus in hoc codice tribuit. Hæc ſunt ejus verba prout ibi habentur: *Addidit autem* Chilpericus *noſtris litteris ω othomegam Græcam, & tres alias, quarum characteres ab ipſo inventos cum propriis ſonis hic ſubſcripſimus* ᛦ *ae* T *the amu directiſque*, &c. & quidem hanc eſſe germanam Aimoini lectionem ipſe contextus etiam in editis probat. Si C enim litteræ illæ omnes & earum ſonus cum Græcis conveniſſent, quo pacto dicere potuiſſet, Chilpericum unam litteram Græcam Ω cum tribus aliis, quarum ſonum & characterem ab eo excogitatos exhibet, adinveniſſe. Hoc tamen non modo codex ſcriptus, ſed ipſi quoque editi habent. Unde colligitur tres poſteriores illas litteras etiam juxta Aimoini ſenſum à Græcis diverſas omnino fuiſſe. An vero Runicæ fuerint, ut contendit Wormius, aut alterius cujuſcumque uſitatæ linguæ, non adeo certum eſt. Et quidem ſi V. Cl. Georgius Hickeſius in præclaro illo linguarum Septemtrionalium theſauro apprime repreſentavit litteras Runicas, nulla ex his cum Chilpericianis convenit in ſono ſimul & charactere; etſi enim aliqua eſt in characteris forma inter illas affinitas, longe tamen diverſum ſonum ipſis tribuunt Gregorius & Aimoinus. Quin & figuræ illæ non modo aliquantum cum Runicis, ſed etiam cum Græcis conveniunt, quas tamen Græcas eſſe litteras negat Wormius. Ceterum ſicut Aimoini D ita & Gregorii vulgatæ editiones characteribus Græcis has litteras repræſentarunt, uti monuimus in notis ad hunc Gregorii locum libro 5. cap. 45. noſtræ editionis. Certiores omnino eſſent manuſcripti codices, ſi ſibi ipſis conſtarent; ſed cùm & ipſi nonnihil varient, ſatis ſit litteras illas eo modo formatas proferre, quo in codice Joliano ſeu Corbeienſi, omnium vetuſtiſſimo, habentur: hic quippe paullo poſt Gregorii, proindeque etiam ipſius Chilperici, ætatem litteris Franco-Gallicis ſive Merovingicis exaratus eſt, uti ex ejus ſpecimine patet ſupra lib. 5. in tabula 3. pag. 349. relato. Sic autem ibi habentur *ω* ᛦ Z Δ. Conſentiunt ut plurimum alii codices vetuſtiores, ex quibus tamen nonnulli ultimam litteram ſic fere a repræſentant. Sonus vero earum in Corbeienſi, cui ceteri utcumque concordant, ita exprimitur, ut poſt Ω Græcum prima littera *ae*, ſecunda *the* ſeu *th*, tertia *uui* deſignet. quod mirum eſt de prima ac ſecunda; nam pleraque alphabeta linguarum Septemtrionalium apud E Hickeſium *th*; & aliquot Runica M ſic ᛦ repræſentant. Tamen inter antiqua Hunnorum elementa, quæ idem auctor exhibet, in tabula ad pag. VIII. præfationis generalis, hæc ipſa littera occurrit omnino ut in codice Corbeienſi efformata, ſed quæ ibi *czs* non vero *ae*, aut *th* aut M deſignare dicitur.

III.

Ratio punctandi ex veteri cod. m. Vallis-umbroſæ.

DE variis apud veteres puncta efformandi modis, deque eorum notionibus actum eſt lib. I. cap. XI num. XV. & potiſſimum num. XIX. ex brevi ea de re compoſito opuſculo, quod F ex codice mſ. monaſterii Principis Vallumbroſani in Etruria deſcripſerat vir optimus, quare illud uti ſe facturum innuerat loco laudato, integrum huc proferre fortaſſe juverit.

De ratione punctandi.

RAtio punctandi licet ad placitum dici poſſit inventa, non eſt tamen omnino rationis expers: & tota quidem eſt ad pronuntiationis commodum ordinata. Et antiquorum aliqui per periodos, id eſt perfectas clauſulas totam orationem diſtinxerunt: modernitas autem periodum ponit in fine concluſionis, quam aliqui perorationem vocant. Sunt verò puncti, quibus utimur, ſuſpenſivus, coma, colum, periodus & interrovativus. Suſpenſivus eſt ſimplex virgula, quæ ſolet quietis gratia poni, antequam ſenſus clau-

A ſulæ ſit completus. Colum eſt punctus planus, qui ponitur in fine clauſulæ, quando totus ſenſus completus eſt. Coma verò componitur ex iis duobus: eſt enim punctus planus ſuprà quem ducitur virgula in modum punctuli ſuſpenſivi: & hoc utimur in loco, ubi poteſt clauſula fore completa; ſed ex ſcribentis intentione aliquid eſt addendum. Periodus eſt punctus multiplex, quem in fine capituli vel totius orationis ſolemus apponere, cum nihil ulterius eſt dicendum. Interrogativus eſt, quem poſt orationem poſtulativam ſolemus communiter annotare, punctus ſcilicet planus, & ſuper ipſum punctus longus in formam cornu. Sunt præterea etiam punctus qui deſcribitur per duos punctos planos, quo ſolemus uti in epigrammatis & titulis epiſtolarum loco propriorum nominum, vel brevitatis gratia, vel in nominis quod ignoramus ſupplementum. Eſt & ſemipunctus, quem in fine lineæ, quando contingit quod ibidem dictio completa non ſit, ſed in ſequentem tranſeat adhibemus. qui quidem ſolet per jacentem virgulam deſignari, ad notandum quod ibi non ſit completa dictio, ſed in ſequentem oporteat tranſire lineam. Ego verò videns quod exclama-
B tiva vel admirativa clauſula aliter quàm continuus vel interrogativus ſermo ſoleat enuntiari; tales clauſulas in fine notare per punctum planum & comam eidem puncto lateraliter ſuperpoſitum. Sunt autem horum punctorum formæ tales. Suſpenſivus, coma .' colum -' Periodus :. gemipunctus.. ſemipunctus- interrogativus ? exclamativus ſeu admirativus ! Qualiter autem præter gemipunctum ſemipunctumque locentur, videre potes in oratione ſequenti. Si decernas in ſolitudinem te conferre quo Deo placeas, exuere primum hominem, & fallacis mundi blandicias pone. Non potes equidem reſpicere mundum & aſcendere in cælum .' deſpiciendus eſt, non reſpiciendus ut immortalia pro mortalibus acquiramus. O felix commercium ! ô glorioſa commutatio ! lucrari cælum, amittere mundum: quis ad hanc non currat auctionem? cui non debet omnis labor eſſe levis, qui mercedem repoſitam cognoſcat in cælis? Deponamus igitur omnes ineptias .. & ad religioſam ſolitudinem recurramus -' ſi volumus ad eum reverti qui pro
C redemptione noſtra voluit mori ! ſibique ſerviamus temporaliter, ut in æternum vivere cum ſuis ſanctis in gloria valeamus :.

IV.

Bullæ lectu difficilis recenſio per Bartholomæum Abbatem.

PONTIFICUM bullas ſaltem quaſdam, charactere lectu difficili exaratas fuiſſe obſervatum eſt libro I. cap. XI. num XVII. Illud ipſum, præter exempla, quæ tum in libro quinto, tum ad calcem Supplementi ex autographis æri inciſis habentur, diſerte probat teſtimonium Bartholomæi Abbatis Majoris-monaſterii, quod Gregorii V. bullæ in Martinianæ baſilicæ
D Turonenſis gratiam datæ adjunctum, ſervatur in ejuſdem loci archivo. Utrumque, ut optimi Magiſtri mei promiſſum exſequar, proferam ex ipſo bullæ recenſionis authentico inſtrumento, quod rei ſeriem exponet. Data eſt hæc bulla anno DCCCC XXVI. ut ex Pontificis & Ottonis Auguſti anno primo ibi diſerte annotato facile colligitur. at obſcurior eſſet recenſionis à Bartholomæo factæ epocha, niſi Philippi iter contra Anglorum regem, qui Dolum obſidebat, ad annum M LXXV. revocandum eſſe ex Rogerio Hovedeno obſervaſſet vir eruditus in Annalibus Benedictinis. Ectypum bullæ ipſius inverſæ, ut eam fuiſſe Bartholomæus teſtatur, inſtrumento ſubjungemus.


Bullæ Gregorii Papæ V. recenſio per Bartholomæum Majoris-monaſterii Abbatem.

E *GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei omnibus fratribus in monaſterio ſancti Martini viventibus, Otthoni ſcilicet decano eximii gregis beati Martini patroni noſtri. Innotuit ſatis profecto digne auribus noſtris qualiter idem grex nunc uſque degerit, atque privilegia tam regalia quam præceſſorum noſtrorum domni Adeodati atque Nicholai habuerit, ut ſepoſita poteſtate Epiſcopali Turonicæ urbis quicquid in ſupra fato grege diſponendum erat ſive regendum aut corrigendum Abbas ejuſdem monaſterii cum ſuo præpoſito necnon decano ceteriſque probatiſſimis viris ſub ſua tenuerit ditione. Ob hoc pergrandis nos conſtringit ſollicitudinis cura quæque ad ſtabilitatem pertinere dinoſcuntur locorum ordinare nobilium. Ideo ſecundum antiquam conſuetudinem eidem venerabili loco apoſtolicæ inſtitutionis cenſura confirmari à nobis depoſcit, quatinus privilegia quæ à prædeceſſoribus noſtris ſanctæ recordationis domno ſcilicet Adeodato atque Nicholao firmata eſſe conſtant, in iſto tempore noſtra apoſtolica eidem loco auctoritate demum confirmarentur. Idcirco veſtris annuentes votis prælatorum patrum inſtitutionum decreta prorſus apoſtolicis infulis ſancimus, ſimulque eadem roboramus apoſtolicam ſequendo nor-*
F *mam. Quapropter auctoritate beati Petri Apoſtolorum Principis fulti decernimus condicto monaſterio veſtro ſtatuentes porſus omnia quæ uſque nunc ſunt & ut liceat ibidem habere Epiſcopum ſicut à priſcis temporibus fuit, per cujus prædicationem populus qui à diverſis regionibus devota mente quotidie ad ſancta ejuſdem confeſſoris Chriſti monaſterii limina concurrit, remedia percipiat à Creatore animarum. Et quando Epiſcopus ſancti præfati loci de hoc ſæculo migraverit & alius ab Abbate necnon eadem congregatione religioſus electus fuerit, ſine qualibet controverſia ne prolongitudo itineris obſit à vicinis Epiſcopis ſicut mos exſtitit ordinetur. Et ſi, quod abſit, aliquo livore infecti atque invidia ordinandi diſtulerint hac licentia ſive privilegii jure revocati per inſtitutionem hanc apoſtolicam cum teſtimonio Abbatis ſui & Clericis propriis eorum manibus decretum hoc ſubſcriptum ferentibus ſine dilatione ordinetur pro conſuetudine, ut lumen quod ibidem hactenus tanto tempore per Epiſcopi prædicationem claruit, illis temporibus non minoretur omnino, aut quod nefas eſt exſtinguatur. Neque Epiſcoporum metropolitanus de*

præfato venerabili monaſterio in cellulis ejuſdem eccleſiæ ſive titulis ſeu oratoriis ditioni ipſius conſtitutis aut ordinationes facere, ſive pro chriſma conficiendo venire atque exquiſitare agere, aut diſtringere, vel ad ſe presbyteros convocare, nec ullus Epiſcopus altaria eorum eccleſiarum ſine eorum conſilio vendere præſumat, ſed per hanc auctoritatem privilegii noſtri Epiſcopus ex ipſo venerabili monaſterio canonice curam paſtoralem & ſollicitudinem miniſterii ſui in prælatis adjacentibus vel ſubicientibus nominatis venerabilibus locis habeat. Et quæcumque emendanda & corrigenda ſunt cum conſenſu Abbatis ſui canonica inſtitutione & ſecundum ordinem cuncta peragat. Si vero quælibet diſcordia inter vicinos Epiſcopos ſeu Epiſcopum præfatum, quod non optamus, orta fuerit, nullus audeat Abbate minime annuente ſæpius nominati monaſterii Epiſcopum diſtringere vel in qualibet judicare parte. Quod ſi Abbas ejus monaſterii nullo modo valuerit inter eos ſententiam delimare noſtris apoſtolicis eveniant obtutibus concordia reformandi. Igitur regalis munificentiæ edicto, ſimulque votis & precibus tot fidelium annuendo ſtatuimus, & hujus ſanctæ apoſtolicæ Sedis decreto firmamus, ut ſicut hujus præcepti ſeries continet, ita decanus, Sacerdotes aut Clerus ejuſdem monaſterii res omnes ſibi munere regio conceſſas cum univerſitate B *ſuorum appendiciorum perpetuo poſſideant integerrime, ita ut nullius poteſtatis vir quicquam exinde de eorum dominio vel poſſeſſione præſumat auferre, in quo miſericordiæ ſuæ beneficium regia dignitas fratribus in eodem cœnobio beati Martini morantibus largiri diſpoſuit. Statuentes apoſtolica cenſura ſub divini judicii obteſtatione & anathematis interpoſitionibus, ut nullus unquam noſtrorum ſucceſſorum Pontificum, aut qualibet dignitate præditus poteſtate, vel alia quæcumque magna parvaque perſona præſumat contra hoc noſtrum apoſtolicum privilegii præceptum agere. Potius autem firmiſſimum atque ſtabile eum ejus temporibus decernimus permanendum. Si quis autem quolibet tempore, quod nullomodo credimus, hujus decretum privilegii apoſtolica auctoritate firmatum in toto, vel in parte temerare tentaverit, ſuæ præſumtionis digna emendatione minus correxerit, ſciat ſe auctoritate domini mei beati Apoſtolorum Principis Petri anathematis vinculo eſſe innodatum & à regno Dei alienum atque cum diabolo & ejus atrociſſimis pompis æterno incendii ſupplicio deputatum & pertuæ condemnationis ſummiſſum. At vero* C *qui obſervator & cuſtos hujus noſtri apoſtolici privilegii exſtiterit, benedictionis gratiam vitamque æternam à miſericordiſſimo Domino Deo noſtro conſequi mereatur. Scriptum per manus Petri notarii & ſcriniarii ſanctæ Romanæ eccleſiæ in menſe Septembri & Indictione decima. Datum* III. *Kal. Octobris per manus Johannis Epiſcopi & Bibliothecarii ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, anno Donni Gregorii V. Papæ primo, imperante domno tertio Otthone à Deo coronato Magno Imperatore anno primo.*

* Bartholomæus.

EGo frater B Abbas notum volo fieri omnibus hoc privilegium legentibus qualiter illud in manus noſtras devenerit. Hugo theſaurarius ſancti Mauricii & Galterius Archipresbyter venerunt ad me, & attulerunt quoddam antiquum privilegium, dicentes ſe mitti ab Archiepiſcopo ſuo Radulpho, & mandare mihi ipſum Archiepiſcopum ſe inveniſſe illud præceptum de rebus ſancti Mauricii. Sed quia erat Romana littera ſcriptum non poſſe legi à ſuis clericis, rogare ſe ut facerem illud legi & ſibi tranſcribi. Legimus* D *itaque illud, & invenientes multo aliud in eo contineri quam ille putabat, tranſſcripſimus, in quo & ſigillum Apoſtolicum quod in illo erat depinximus ita ut inverſum ſicut & in illo vetuſto erat. Erat autem mecum tunc prior noſter Domnus Petrus, quando illi duo Canonici illud privilegium mihi obtulerunt, & factum eſt hoc in anno & in ipſis diebus quando ibat Rex Franciæ Philippus in Britannia, ad pugnandum contra Regem Anglorum qui ibi obſidebat Dolum caſtrum.*



E

V.


Obſervationes in Bullas haud uſitatas. F


DE veteribus Pontificum bullis egit hujus operis auctor libro II. cap. XIV. ac nonnulla retractavit in Supplemento cap. II. ubi icon bullæ Pauli I. exhibetur, qua occaſione huc referre juvat quod in veteri chartario annorum ferme ſexcentorum eccleſiæ cathedralis ſancti Petri Bellovacenſis anno proxime elapſo deprehendimus de bulla Nicolai I. à Luveto libro II. Hiſtoriæ Bellovacenſis cap. VI. relata, de attributione monaſteriorum Flaviacenſis & Oratorii eccleſiæ cathedrali. In eo codice prædicta bulla ſuo loco exhibetur, ſed cum hac notula ad marginem veteri manu, id eſt ante annos circiter quadringentos, ſcripta, *Iſtæ litteræ ſumptæ ſunt ex tranſcripto reſcripti, quod eſt in charta de tilia corroſa, & ſic ſcripta ut vix legi poſſit, habente bullam alterius formæ, quam ſunt bullæ modernæ.* Tum paullo inferius item leguntur hæc alia verba, *Nota quod hic litteræ dependent à bulla, non bulla à litteris.* Id eſt bulla quæ

A ſolet poſt relatum diploma ab inferiori chartæ parte pendere, ipſi diplomati præmittitur ad ſuperiorem oram affixa, ita ut diplomatis initium legenti univerſa appareat, ut in ipſo chartario depicta exhibetur. In una ejus bullæ parte habetur hæc vox NICOLAI in circulum circa crucem diſpoſita; in altera vero † PAPAE, ſic, ut primum crux appoſita ſit in primo verſiculo, in ſecundo duæ primæ litteræ nempe PA, & in tertio tres aliæ PAE. formula vero BENE VALETE, integris litteris exarata eſt ante datam, inter duas cruces. Hæc omnia ex illo chartario viſum eſt obſervare, quod autographum, ut pote ante annos quadringentos jam pæne detritum, omnino periiſſe veriſimile ſit.


Aliam bullam, nempe Victoris II. pollicitus eſt libro laudato, eodem capite, num. x. vir eruditus, quæ haud multum diſſimilis eſt ab ea quam ex Nicolao II. eodem loco deſcripſit. Victorinum illud diploma, quod in gratiam Caſinenſis monaſterii datum inſcribitur Friderico Abbati, integrum habes in Appendice ad tomum iv. Annalium Benedictinorum: quare ſatis
B ſit eo omiſſo, huc circuli majoris, monogrammatis, & ipſius bullæ ectypa proferre.

C





D



E

VI.

De Loriaco & ejus loci Palatio.

OMISSUM eſt neſcio quo pacto in prima hujus operis editione Lauriaci * palatium, quod etiam in iſta locum non obtinuit ordine ſuo, ne pagellarum ſeries, & palatiis ſingulis numeri appoſiti turbarentur. Eſt autem Lauriacum pagi Waſtinenſis opidum, ſitum medio ferme itinere inter Montem-Argiſi & Floriacum, ubi palatium celebre olim exſtitiſſe probant varia diplomata, potiſſimum in gratiam vicinorum monaſteriorum ſancti Benedicti Floriacenſis & ſancti Petri Ferrarienſis data, ex quibus patet locum illum à Regibus noſtris ſæculo duodecimo frequenter inhabitatum fuiſſe. Inferius referemus placitum ſub Ludovico
F ſexto Francorum Rege in gratiam monaſterii Floriacenſis, quod *actum* dicitur *Loriaci*, *in palatio publice.* Cetera inſtrumenta ut plurimum *Loriaci* data *publice* dicuntur, *adſtantibus in palatio* majoribus coronæ officiariis, ex quibus nonnulla dabimus, quæ aliàs edita non ſunt, & alicujus videntur eſſe momenti; ſed prius recenſenda ſunt omnia quæ in hoc palatio data diplomata videre licuit. Primum locum obtinet placitum jam laudatum, quod anno M C XII. habitum fuit præſente Ludovico ſexto Rege. 2. Idem Ludovicus anno regni ſui XXIV. (id eſt æræ vulgaris XXXII. nam in eo inſtrumento, Ludovicus Junior jam tunc coronatus fuiſſe dicitur, quamvis exemplum noſtrum mendoſe annum XXVII. præferat) Ferrarienſis monaſterii libertates & jura, petente Henrico ejuſdem loci Abbate, Loriaci confirmavit. Chartam ea de re factam, ſi Deus voluerit, in Appendice ad tomum v. ſeu vi. Annalium Benedictinorum referemus integram. 3. Anno M C XLIII. Ludovicus Junior in eodem

* Lorris.

loco exſiſtens mediam partem furni de Branlia eidem monaſterio , cui tunc præerat Amau- A
ricus Abbas , conceſſit , & alteram medietatem ab aliis datam , & nonnulla jura eidem loco
confirmavit. Chartam ea de re infra proferemus , *Datam per manum Cadulci Cancellarii.* 4. Idem
Cancellarius *Cadurcus* appellatur in alia ejuſdem Regis charta ibidem data anno ſequenti ,
qua Rex centum ſolidos ſingulis annis , de cenſu hoſpitum ipſius caſtri recipiendos , confert
ad perficiendam eccleſiam ſancti Sulpicii. quæ eccleſia hodieque ſuperſtes prope Loriacum ,
Prioratus eſt Abbatiæ ſancti Benedicti Floriacenſi ſubjectus. 5. Decennio poſt , id eſt anno
M C LIV. Majores officiarii recenſentur in duabus chartis Loriaci datis in gratiam Macarii
Abbatis Floriacenſis. Ii erant Theobaldus Comes Bleſenſium Dapifer , Guido Buticularius ,
& Hugo Cancellarius. 7. & 8. Qui anno M C LXIII. iidem adhuc erant , ut ex duabus item
aliis chartis patet quas habes inferius. 9. Anno M C LXVII. Radulfus conſtabularius erat , ex
alia charta , quam etiam proferemus. 10. & 11. Iidem anno M C LXXII. & ſubſequenti B
ſubſcribſere duobus diplomatibus Loriaci datis , quibus idem ipſe Ludovicus Rex , interce-
dente Arraudo Abbate , donationes à ſe aut ab aliis in Floriacenſis monaſterii damnum factas
reſcidit.

12. Philippum Auguſtum , qui anno M C LXXX. patri in monarchiam ſucceſſit , in ipſo regni
ſui exordio Loriaci egiſſe teſtis eſt ejus charta , quam eodem anno M C LXXX. in Chappenſium
eremitarum gratiam dedit , inferius exhibendam. 13. Ibidem anno ſequenti , petente jam lau-
dato Abbate Arraudo cum toto conventu ſancti Benedicti Floriacenſis , idem Rex annuit , ut
talliæ ejuſdem monaſterii hominum *admenſurarentur & ſub certa ſumma ſingulis annis reddenda
definirentur.* 14. Denique anno M C LXXXV. confirmavit donationem Militibus Templi factam ,
cujus ea de re chartam referemus. 15. Præter hæc omnia habemus præ manibus inſigne
ejuſdem Philippi Regis diploma datum Loriaci anno M C LXXXV. ejus regni VII. quo manu- C
miſſionem Ferrarienſis opidi & *Banlivæ* incolarum ab Abbate Arnulfo & toto ſancti Petri Fer-
rarienſis conventu factam confirmavit. Illud ſane dignum erat quod hic integrum exhibe-
retur , niſi jam editum eſſet à Morino ejuſdem monaſterii majore priore in libro quinto
Hiſtoriæ Waſtinenſis capite I.

Ceterum paullo poſt iſtud tempus , Loriacum opidum pæne totum igne conſumtum fuit
cum chartis omnibus & inſtrumentis , in quibus privilegia ejus loci incolis à ſuperioribus
Regibus indulta continebantur. Hinc Philippus , qui tunc , uti videtur , Loriaci verſabatur
eorum infortunio compatiens , novo diplomate conſuetudines omnes quas Loriaci homines ab
avo ſuo Ludovico Rege , vel à ſuo patre item Ludovico impetraverant , *confirmavit & quaſi de
novo ſtatuit.* Data eſt charta Bituri gibus anno M C LXXXVII. ex qua colligitur Loriacum opi-
dum tunc temporis celebre fuiſſe ob inſignes prærogativas , quibus Regum ibi frequenter D
degentium beneficio gaudebat. Hæc privilegia ut plurimum referuntur in laudata charta ,
quæ integra habetur in jam laudata Hiſtoria Waſtinenſi libro I. cap. VI. Cum verò idem
Philippus Rex in eo diplomate Loriaci conſuetudinum originem ad Ludovicum ſextum re-
vocet , haud improbabile eſt ejus loci palatii initia etiam ad ejuſdem Regis tempora revocari
debere , idque ex eo maxime confirmatur , quod nullum inſtrumentum in quo hujus palatii
mentio fiat proferatur eo tempore vetuſtius. Ita etiam ex eadem charta , & quod nemo poſt
ejuſdem Philippi Auguſti tempora Loriacenſis palatii meminerit , inferri poteſt illud ſub eodem
Rege finem habuiſſe : fortaſſe , quod in illo incendio ita deformatum fuerit , ut exinde de-
ſierit à Regibus noſtris frequentari. Hodieque tamen celebres ſunt in iſtis partibus Loriaci
conſuetudines , quæ vim legis habent in pleriſque Waſtinenſis tractus opidis & pagis. Apud
Loriacum verò ſuperſunt veterum ædificiorum rudera , quæ inſignis hujus loci palatii reli-
quiæ eſſe videntur. cui conjecturæ favet *Salarum* nomen , quod etiam nunc loco tribuitur. E
nam hac voce veterum palatiorum atria deſignari olim ſolebant , ut dictum eſt in hac nova
editione lib. IV. ubi de palatio Baſiu & in Supplemento capite XI. num. VII. Sed de his
ſatis : jam chartas quas promiſimus , proferre libet.

Ex Archivo Floriacenſi.

I. Placitum Ludovici VI. quo curtem Materniaci Floriacenſibus immunem à vexationibus aſſerit.

Anno 1112.

*COnſtat apud omnes quos veritatis intellectus inluſtrat , quod ad hoc regni gubernacula Regibus
commiſſa ſunt , ut primum ſe regant , deinde legalium atque regalium mandatorum contemtores
potenti virtute ultore gladio percutiant : cultores autem orthodoxæ religionis eorumdem multimoda pie- F
tate benigniter conſolentur , conſolati à ſæculari inquietudine liberentur , ut ad orationum inſtantiam pro
pace & ſtabilitate imperii chriſtiani devoti reddantur ; & ab adverſariorum tyrannide quieti permanentes
Domino Deo cum gaudio famulentur. Quibus teſtimoniis ego* LUDOVICUS *Dei gratia Francorum Rex
præmunitus , dignum ac valde neceſſarium duximus , ut quando Pontificalis auctoritas verbi gratia non
prævalet , noſtri potentia ſubminiſtret ; & quod perfidorum violentia Deo militantibus ſubtrahitur , noſtræ
Majeſtatis formidine ad ultimum reformetur. Univerſis itaque ſanctæ Dei eccleſiæ cultoribus tam poſteris
quam & præſentibus , notum fieri volumus ac certum haberi , quia* Boso *Floriacenſis Abbas monaſterii
cum quorumdam noſtrorum fidelium interventu adiit ſerenitatis noſtræ præſentiam obſecrans , ut injurias
& injuriarum damnoſa querimonia , quæ præfata Floriacenſis eccleſia in beneficiis Materniacenſi curti
pertinentibus & in appendiciis ſibi adjacentibus à* FULCONE *Vaſtinenſi Vicecomite ſuſtinebat , Regia*

A *virtute dirigeremus. Cujus petitioni caritatis gratia condeſcendentes, Baronibus Vaſtinenſibus, immo & præſato Fulcone Vicecomite, cum* Goscelino, *qui in eodem Vicecomitatu calumnias aſpirabat, apud Belnam villam noſtram convocatis in unum, inter multas placitorum querelas quæ inibi diſſiniri terminabantur ſuper querimoniis à Fulcone prænominato eccleſiæ beati Benedicti illatis, præſente Abbate prælibato, in conventus præſentia multimode tractantes, inter utrumque ex ipſorum definitione cum providentia dijudicavimus. Adeo denique non noſtra prudentia, verum ſolius Dei dicentis miſericordia: Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum nunc exſurgam, per multa queſtionum divortia elaboravimus, & quidquid omnimode in omnibus juſtè vel injuſtè in præfatis poſſeſſionibus prænominatæ curti Matriniacenſi & in omnibus ſibi adjacentibus Fulco Vicecomes atque Goſcelinus conſuetudinariè vel calumniabantur vel rapiebant, & quamvis injuſtè deprædabantur, nimio labore mitigati ad viam veritatis regreſſi ſunt. Fulco quoque cognoſcens quia quidquid inibi ipſe cum ſuis rapiebat, ex feodo beati Benedicti*
B *poſſidere debebat, ad hoc Dei gratia noſtri timore conducitur, quod totum ab ipſo & à Goſcelino beato Benedicto noſtro aſſenſu quietum promittitur & in perpetuum poſſidendum, tali tamen tenore, talique conditione factum eſt, quod Fulco ſingulis annis à ſancto Benedicto in media Quadrageſima decem libras Aurelianenſis monetæ apud Matriniacenſem curtem aſportatas; Goſcelinus vero ipſius factus homo, centum ſolidos eodem ibi termino recipiet. Si vero aliquo caſu prænominato termino denarii non perſolverentur, quodcumque voluerit de rebus eccleſiæ in manu capiet, & iterum per legem denarios habebit. Nec ibi in boſco vel plano ipſe Fulco Vicecomes vel nos ipſi viariam ſive circadam, vel aliquam aliam juſtitiam requirere poterimus. quod ne alicujus uſurpatoris invidia irritum fieri vel infirmari valeret, litterarum memoriæ commendari, & noſtri nominis charactere & ſigillo ſignari ac corroborari præcepimus, præſentibus de palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna.*

S. Anselli *de Garlanda tunc temporis Dapiferi noſtri.* S. Hugonis *Conſtabularii noſtri.*
C S. Widonis *Silvanectenſis Buticularii noſtri.* S. Guidonis Waleranni *Camerarii noſtri.*

Actum Loriaci in palatio publice anno Incarnati Verbi M C XII. *anno vero conſecrationis noſtræ* III.

Stephanus *Cancellarius relegendo ſubſcripſit.*

S. Daimberti *Senonenſis Archiepiſcopi* †. S. Leodegarii *Bituricenſis Archiepiſcopi* †. S. Yvonis *Carnotenſis Epiſcopi* †. S. Walonis *Epiſcopi ſancti Pauli Leonenſis* †. S. Johannis *Epiſcopi Aurelianenſis* †.

II. Charta Ludovici VII. pro monaſterio Ferrarienſi.

Ex Archivo Ferrarienſi.

Anno 1143.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Ludovicus *Dei gratia Rex Francorum & Dux Aquitanorum, notum haberi volumus cunctis ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, tam preſentibus quam*
D *futuris, nos eccleſiæ de Ferrariis partem noſtram furni de Branlia pro Dei amore & remedio animæ patris mei* Ludovici, *& omnium anteceſſorum meorum in perpetuum præſtitiſſe; & etiam partem alteram ejuſdem furni, quam ab Alberico Clemente, præfatæ eccleſiæ cum quadam terra in eadem villa emerunt, ſicut ipſe tenuit, noſtra ſimul auctoritate conceſſiſſe. In quo illud pari auctoritate adjungimus, quatinus villæ illius univerſi habitatores ad furnum iſtum coquant, neque aliter aliqua occaſione in prædicta villa poſſit fieri. Addimus etiam quod ſi præfata eccleſia de feodo noſtro, aut elemoſinâ aut emptione, vel quoquomodo in præfata villa adquirere poterit, noſtra auctoritate laudando confirmamus.*

Actum publicè apud Lorriacum anno ab Incarnatione Domini M C XLIII. *regni vero noſtri* VII. *adſtantibus in palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna.* S. Radulphi *Viromandorum Comitis dapiferi noſtri.* S. Mathei *Camerarii.* S. Mathei *Conſtabularii.* S. Guillelmi *Buticularii.*

E *Data per manum Cadulci Cancellarii.*

III. Donatio facta Templo Jeroſolymitano à Ludovico VII. confirmatur.

Ex Archivo Floriacenſi.

Anno 1163.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Ego Ludovicus *Dei gratia Francorum Rex, notum facimus univerſis præſentibus pariter & futuris, quod in præſentiam noſtram veniens Paganus de Hiſch proteſtatus eſt ſe feciſſe donum Templo & fratribus militibus de dimidia carrucata terræ apud Putiniacum; & nos eleemoſynam & donum hoc in quantum pertinet ad noſtram ſerenitatem laudavimus, & Templo & dominis conceſſimus, quod etiam pro memoria & firmitate conſcribi & ſigillo noſtro communiri præcipimus, addito charactere noſtri nominis.*

Actum Loreaci anno Dom. Inc. M C LXIII. *adſtantibus in palatio noſtro quorum appoſita ſunt no-*
F *mina & ſigna.*

S. *Comitis* Theobaldi *Dapiferi noſtri.* S. Guidonis *Buticularii.* S. Matthæi *Camerarii, conſtabulario nullo.*

Data per manum Hugonis *Cancellarii.*

IV. Diploma Ludovici VII. quo decimam panis apud Loriacum ſibi miniſtrandi ad pios uſus concedit.

Anno 1163.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Ego Ludovicus *Dei gratia Francorum Rex. Quem deſideramus in regno Dei panem habere, dignum duximus in tempore ex tritico noſtro diſpenſare, & fidelibus Chriſti cibum impendere. Sciant igitur univerſi præſentes pariter & futuri, quod*

de toto pane, quem Loriaci poſt modum comedemus nos & ſucceſſores noſtri & tota curia, decimam dedimus tribus locis in perpetuum habendam, in tres partes quidem ex æquo diviſam, videlicet feminis de Chaumonteſio, & feminis de Wandelen, leproſis Loriaci. Quod ut ratum ſit & prorſus inconvulſum ſigillo Regio confirmamus, addito noſtri nominis charactere.

Actum publicè Loriaci, anno Incarnationis Dominicæ M C LXIII. *adſtantibus in palatio noſtro quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna.*

S. [THEOBALDI] *Comitis dapiferi noſtri.* S. GUIDONIS *Buticularii.* S. MATTHAEI *Camerarii, Conſtabulario nullo.*

Datum per manum HUGONIS *Cancellarii & Epiſcopi Sueſſionenſis.*

V. Idem Rex Viveretum confert Hoſpitali Jeroſolymitano. B

Anno 1167. *IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Ego* LUDOVICUS *Dei gratia Francorum Rex, Notum facimus univerſis præſentibus & futuris, quod Deo & Hoſpitali Jeroſolymitano pro anima patris noſtri Regis & noſtra, domum Morini de Haïa & totum Laroniſis, quod continetur intra foſſata & pratum apud* * *Viveretum conceſſimus ad cenſum* XII. *nummorum, quod ne valeat oblivione deleri præſentem paginam ſigillo noſtro fecimus muniri ſubter inſcripto charactere noſtri nominis.*

* Viveret.

Actum Loriaci anno Incarnati Verbi M C LXVII. *adſtantibus in palatio noſtro quorum appoſita ſunt nomina & ſigna.*

S. *Comitis* THEOBALDI *Dapiferi.* S. GUIDONIS *Buticularii.* S. MATTHAEI *Camerarii.* S. RADULPHI *Conſtabularii.*

Data per manum HUGONIS *Cancellarii & Epiſcopi Sueſſionenſis.* C

VI. Philippi Auguſti donatio facta Eremitis Chappenſibus.

Anno 1180. *IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen.* PHILIPPUS *Dei gratia Francorum Rex. Noverint univerſi præſentes pariter & futuri, quod cariſſimus pater noſter* LUDOVICUS *bonis hominibus de Vado de Chappes divinæ pietatis intuitu & ob remedium animæ ſuæ donavit decem & octo ſextarios ſiliginis annuatim de granario ſuo apud Lorriacum percipiendos; adjecit etiam ut quotieſcumque ipſum apud Lorriacum eſſe contigeret, memorati boni homines in illo loco ſervitio Dei vacantes ſingulis diebus de liberatione perciperent 4. panes 2. denarios, dimidium ſextarium vini & quatuor fruſta candelæ. Si regina ſine ipſo eſſet apud Lorriacum dimidiam liberationem haberent. Nos itaque beneficium cariſſimi patris nullatenus quaſſare vel diminuere volentes, patris noſtri memoratam donationem concedimus, & ſigilli noſtri auctoritate ac Regii nominis caractere ſubtus annotato confirmamus.* D

Actum an. Inc. Dominicæ M C LXXX. *regni noſtri anno* I. *apud Lorriacum, aſtantibus in palatio noſtro quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna.*

S. *Comitis* THEOBALDI *Dapiferi noſtri.* S. GUIDONIS *Buticularii.* S. MATTHAEI *Comerarii.* S. RADULPHI *Conſtabularii.*

Data per manum HUGONIS *Cancellarii.*

VII. Donatio fratribus Templi à Philippo Auguſto facta confirmatur.

Anno 1185. *IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen.* PHILIPPUS *Dei gratia Francorum Rex. Noverint univerſi præſentes pariter & futuri, quoniam Petrus de Monte* Barrois *fratribus Templi in eleemoſinam dedit & in perpetuum habendum conceſſit Theobaldum de Roncia hoſpitem ſuum cum omni eo quod ad Oſciſiam pertinet, & nos ad petitionem ipſius Petri & intuitu Dei donum illud ratum his & benigne concedimus, quod ut perpetuam ſtabilitatem obtineat, præſentem paginam ſigilli noſtri auctoritate & Regii nominis charactere inferius annotato præcipimus confirmari.* E

Actum Loriaci anno Inc. M C LXXXV. *regni noſtri anno* VII. *adſtantibus in noſtro palatio, quorum nomina appoſita ſunt & ſigna.*

S. *Comitis* THEOBALDI *Dapiferi noſtri.* S. GUIDONIS *Buticularii.* S. MATTHAEI *Camerarii.* S. RADULPHI *Conſtabularii.*

Data vacante Cancellaria.

VII.

F

Chartæ in gratiam Dionyſiani monaſterii

CUM totus hujus operis liber ſextus ex variis chartis conflatus ſit, quas inter alias innumeras ſelectas proferre voluit vir eruditus in ſpecimen, eas potiſſimum adhibuit in quibus aliquid obſervatione dignum haberetur ad noſtræ gentis hiſtoriam illuſtrandam, aut ſaltem ad rem Diplomaticam utile. quare cum poſt felicem ejus exitum duas recuperare licuerit, quæ videntur eſſe alicujus momenti, eas ceteris adjungere viſum eſt. Datæ ſunt in gratiam Dionyſiani monaſterii à Carolomanno & Carolo fratribus, quibus uterque iiſdem ferme verbis villas ſancto Dionyſio confert, quas Pippinus eorum pater, *per noſtras*, inquiunt, *manus ad ipſam caſam Dei delegaverat.* Suam Carolomanus, quæ tempore altera prior eſt, paucis

A paucis omnino, id eſt quatuor ad ſummum, diebus antequam exſpiraret, conceſſit, pæni-
tentia haud dubium tactus, quod patris voluntatem nondum exſecutus fuiſſet. Utriuſque
autographum hodie eſt penes illuſtriſſimum Caproſiæ Ducem, qui mecum illas chartas hu-
maniſſimè communicavit, atque huc proferendas exſcribi permiſit. Eas vero authenticas eſſe
& ab omni ſuſpicione immunes, non meo ſolum, ſed virorum eruditorum qui eas inſpexere
judicio extra dubium eſt. quarum prima hactenus deſiderabatur; alteram vero à Carolo
datam jam protulerat Dubletus, ſed variis mendis reſperſam. In ea vero obſervatione dignum
eſt, quod etſi poſt adeptum à Carolo Langobardiæ regnum, ut vel ipſe titulus probat, con-
ceſſa fuerit, unicam tamen epocham habet. Data quippe dicitur abſolute *menſe Decembri*,
anno primo regni noſtri, *actum Salmunciaco Palatio.* An quod Notarius, qui eam ex priori à
Carolomanno ibidem data exſcripſiſſe videtur, incaute etiam annum cum ceteris expreſſerit?
B aut forte id contigit, ut jam ab optimo Magiſtro meo obſervatum eſt libro II. capite XXVI.
num. XII. ex ejuſdem Notarii oſcitantia, qui duplicis epochæ calculo nondum erat aſſuetus.

Charta Carolomanni Regis, qua villas Faberolas & Norontem monaſt. Dionyſiano confert.

Ex autographo penes illuſtriſſ. Ducem Caproſiæ.

Anno 771.

CAROLOMANNUS *gratia Dei Rex Francorum vir inluſter. Et quia monente ſcriptura ita oporteat
unumquemque conſtanter præparari, quatenus veniente in conſpectu ſuperni Judicis illam mereatur
Domini piam vocem audire, unde omnes juſti ex bonis actibus erunt gaviſi, quapropter nos ſalubriter,
ut credimus, conſiderantes qualiter ex terrenis rebus quibus ſuperna gratia nobis affluenter in hoc ſæculo
largire dignata eſt, ſaltim vel in pauperibus ex hoc tribuere deberemus unde miſericordiam Altiſſimi*
C *adipiſci valeamus. Idcirco cedimus atque donamus pro animæ noſtræ remedium, vel pro genitore noſtro
quondam* PIPPINO, *ad monaſterium ſancti Dionyſii martyris, ubi pretioſus domnus cum ſociis ſuis
corpore requieſcit, donatumque ad præfato ſancto loco eſſe volumus, hoc eſt villas quod ipſe genitor noſter
per manus noſtras ad ipſa caſa Dei dudum delegaverat, nuncupantes Faberolas, qui ponitur in pago
Madriacenſe & Noronte in pago Carnotino cum omni integritate, vel appendiciis earum ad ipſo monaſte-
rio, vel monachis ibidem degentibus, ſeu ad luminaria ipſius eccleſiæ procurandum, vel ſtipendia
pauperum, ut prædictas villas proficere debeant in augmentum, ſicut à vaſſo noſtro Audegario poſſeſſas
fuerunt, & ut melius delectet ipſos monachos pro nobis & genitore noſtro die noctuque Domini miſe-
ricordiam adtencius deprecare. Igitur prædictas villas Faberolas & Noronte cedimus atque donamus ad
ipſo ſancto loco una cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis,
paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, mobilibus & immobilibus, farinariis, gregis cum paſtoribus,*
D *omnia & ex omnibus, ſicut diximus, cum omni integritate, quidquid præſenti tempore noſtra ibidem vi-
detur eſſe poſſeſſio, pars prædicti monaſterii ejuſque rectores perenniter noſtris & futuris temporibus ha-
beant, teneant, atque poſſedeant, & ad ipſa caſa Dei in noſtra elemoſina uſque in perpetuum abſque ullius
repetitione debeat eſſe jure integro confirmato. Et ut hæc auctoritas firma & inconvulſa permaneat, nos
eam manu propria ſubter firmavimus & de anulo noſtro ſigillare juſſimus.*

Sign. † CAROLOMANNO *glorioſiſſimo Rege.*

MAGINARIUS *recognovi & ſubſcripſi.* Locus ſigilli.

*Data in menſe Decembri anno quarto regni noſtri. Actum Salmunciago palatio publico, in Dei
nomine feliciter.*

Caroli Magni charta de eadem re.

Ex autographo penes illuſtriſſ. Ducem Caproſiæ.

Anno 774.

E
KAROLUS *gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum ac Patricius Romanorum vir inluſter.
Et quia, monente Scriptura, ita oportet unumquemque conſtanter præparari, quatenus veniens
in conſpectu ſuperni Judicis, illam mereatur Domini piam vocem audire: Venite benedicti Patris mei,
percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi: unde omnes juſti erunt gaviſi. Quapropter
nos, ut credimus, ſalubriter conſiderantes qualiter ex terrenis rebus, quibus ſuperna gratia nobis af-
fluenter in hoc ſæculo largire dignata eſt, ſaltim in ſanctos Dei vel in pauperibus Chriſti ex hoc tribuere
deberemus, ut miſericordiam Altiſſimi adipiſci valeamus. Idcirco cedimus pro animæ noſtræ remedium,
vel pro genitore noſtro quondam bonæ memoriæ* PIPPINO, *ad monaſterium domni Dionyſii martyris ubi
ipſe precioſus cum ſociis ſuis corpore requieſcit, & ubi ſupradictus domnus & genitor noſter humatus
eſſe videtur, &* FOLLERADUS *Abba eſſe dinoſcitur; ceſſumque ad præfatum ſanctum locum eſſe vo-*
F *lumus, hoc eſt villas quas ipſe Domnus genitor noſter per manus noſtras ad ipſam caſam Dei dudum
delegaverat, nuncupantes Faverolas, quæ ponitur in pago Madriacinſe, & Noronte in pago Carnotino
cum omni integritate, vel appendiciis earum ad ipſo monaſterio, vel monachis ibidem degentibus, ſeu ad
luminaria, vel ſtipendia pauperum procuranda, ſtatuimus. ſicut à vaſſo noſtro Audegario poſſeſſæ fue-
runt, inſuper & cum foreſte ad eas pertinente quæ vocatur Equalina, cum foreſtariis, & certis finibus in
eam deſignatis, videlicet contra pagum Madriacenſem pervenit lemma uſque ad Petram Fictam, deinde
ad Molarias ſuper Victriacum deinde ad montem-Presbyteri, deinde ad Condatum uſque ad Cuculoſa.
Secunda lemma contra pagum Pinciacenſem pervenit ad Codonarias, deinde ad Vennas uſque Aureo-
vallo, deinde Levicias. Tertia lemma contra pagum Pariſiacum de Ulfarciacas pervenit ad campum
Dominicum, deinde ad campum Wilgeverti, deinde ad Sarnetum uſque ad cellam ſancti Germani,
& deinde per illam ſtratam quæ pergit ad vetus monaſterium contra pagum Stampinſem pervenit lemma*

ad Roſbacium, deinde ad Frumenterilis, inde ad Waranceras contra pagum Carnotenſem pervenit lem- A
ma ad Putiolos, inde ad Pucilittos, deinde ad Hitlini-villare, inde ad Wadaſti-villam ad illo Pirario,
deinde ad illa Frona quæ fuit Stephanone, inde ad Calmontem, deinde per illam ſtratam quæ pergit ad
Helmoretum, inde ad Longum-lucum & Senone-valle ſuper Nivigellam. Hæc omnia ſuperius dicta cum
omni integritate & ſoliditate ſua ſicut uſque nunc à fiſco noſtro cognoſcuntur eſſe poſſeſſa, cum utriuſque
ſexus genera feraminum, cervorum, capreolorum, ex quorum coriis libros ipſius ſacri loci cooperiendos
ordinamus. Necnon etiam ex ſupradicta venatione infirmorum fratrum corpora ad tempus reparanda &
roboranda conſtituimus. Igitur prædictas villas Faberolas & Norontem & cum foreſte Equalina, vel ea
quæ ſupradiximus, ad ipſum ſanctum locum cedimus atque donamus cum terris, domibus, ædificiis, ac-
colabus, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, mobilibus &
immobilibus, farinariis, ſuper ipſam dominationem conſiſtentibus ſive facere volentibus. Similiter &
mercatis in eiſdem villis confluentibus, ſive mercandi gratia convenientibus; ita ut nullus Comes, nec B
Vicecomis, nec Vicarius, nec Centenarius, nec ullus exactor judiciariæ poteſtatis, aut teloneum, aut freda
exigenda, aut feramina ſine licentia Abbatis capienda, aut laqueos tendere vel pedicas, aut ullam con-
ſuetudinem imponere, aut ſuperaddere audeat; ſed remoto totius inquietudinis impedimento, & contra-
riorum hominum auſu ſive ex ipſis villis, & mercatis, omnia & ex omnibus, ſicut dictum eſt, ſupradicto
ſancto loco ſub omni integritate & emunitate, quicquid præſenti tempore noſtra ibidem videtur eſſe poſſeſſio
vel dominatio, pars prædicti monaſterii ejuſque rectores noſtris & futuris temporibus habeant, teneant at-
que poſſideant; & ut eis melius delectet pro nobis & domno genitore noſtro Domini miſericordiam atten-
tius implorare. Hanc auctoritatem manu noſtra ſubter firmavimus, & de anulo noſtro ſubter ſigillari
juſſimus.

Signum CAROLI *glorioſiſſimi Regis.*

WIGBALDUS *ad vicem* HITHERII *recognovi & ſubſcripſi.*

Data in menſe Decembri, anno primo regni noſtri. Actum Salmunciaco palatio publico, in Dei no- C
mine feliciter. Amen.

VIII.

PRÆMISSIS chartis unam Caroli Calvi ſubjicimus in gratiam eccleſiæ Rotomagenſis con-
ceſſam, quam ipſe Mabillonius lib. IV. num. CLI. ubi de Vermerienſi palatio, ſe daturum
promiſerat. Hanc anno proxime elapſo Rotomagi deſcripſimus ex authentico, quod in archi-
vo monaſterii ſancti Audoëni aſſervatur, ſed ita multis in locis exeſo, ut paſſim recurrendum
fuerit ad duo ejus exempla, quorum primum anno M CCC XVIII. alterum an. M D XVIII au-
thenticè recognitum eſt.

Ex authentico.

Caroli Calvi pancharta pro eccleſia Rotomagenſi. D

Anno 863.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, KAROLUS *gratia Dei Rex. Si petitionibus ſacerdotum*
Chriſti, quas nobis pro utilitatibus ac neceſſitatibus eccleſiarum ſibi commiſſarum inſinuaverint,
aſſenſum præbentes efficaci intelligentia excipimus, Regiæ celſitudinis opera frequentamus; ac per hoc
facilius nos æternæ beatitudis gloriam adepturos omnino confidimus. Itaque notum ſit omnibus ſanctæ
Dei eccleſiæ fidelibus & noſtris, præſentibus atque futuris, quia reverendus vir WANILO *Rothoma-*
genſis eccleſiæ Archiepiſcopus ad noſtram humiliter accedens ſublimitatem, inter alia eccleſiæ ſuæ ex-
pendia, ſive excidia, *nobis omnino notiſſima, ſuggeſſit cartarum inſtrumenta, ſeu teſtamenta rerum*
Eccleſiæ ſuæ pertinentium penitus incendiis deperiſſe, & aſportatione ſeu abſumptione perditionis omni-
modis comſumpta fore. qua de re ſuppliciter exoravit manſuetudinem noſtram, ut auctoritatis noſtræ E
præceptum fieri juberemus, per quod ipſe & ſucceſſores ejus res omnes ſuæ ſanctæ ſedi, in honore ſanctæ
Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ ſanctique Petri Apoſtolorum Principis, almique Audoëni, ce-
terorumque Sanctorum ibidem quieſcentium fundatæ pertinentes, omnimodis ſine cujuſpiam inquietudine
eccleſiaſtico jure tenere poſſint, ac dominando poſſidere. Nos denique rationabilem ejus rogationem cle-
menter audientes, præcellentiæ noſtræ teſtamentum hoc præceptionis fieri juſſimus, quod alio nomine pan-
carta appellatur, per quod ſtatuimus atque firmamus, ut omnia monaſteriola & cellas, ſimulque & alias
villas, cunctaſque res per diverſas provincias & pagos ſitas, & diverſa territoria, cum familia utriuſque
ſexus memorato ſacro loco pertinentia, omnia videlicet, quæ præfata Rothomagenſis eccleſia viſa fuit
quieto ordine poſſidere, quando primum Nortmannica vaſtatione ipſa civitas cremata eſt, vel quæ poſtea
ob mercedis noſtræ emolumentum eidem eccleſiæ pia collatione reſtituimus; vel quæ à fidelibus ſanctæ Dei
eccleſiæ addita ſunt, & ipſe honorandus vir Vvanilo Archiepiſcopus & ſucceſſores ejus perpetuis tempo-
ribus eccleſiaſtica & Pontificali dominatione abſque teſtium receptione, integre teneant noſtraque con- F
firmatione veluti nihil memoratorum inſtrumentorum deperierit, ſine cujuſpiam inlicita repetitione aut
præſumptione, invaſione, temeritatiſque minoratione juxta canonicam inſtitutionem ordinent, atque
diſponant in voluntate Dei ad utilitatem & neceſſitatem ſive honeſtatem memorati reverendi loci & ſer-
vorum Dei ibidem Domino famulantium, ejuſque imitabili religione cum ipſius adjutorio acceptabili-
ter ſervientium. Ut autem hoc altitudinis noſtræ teſtamentum, ſive auctoritas ab omnibus Dei & noſtris
fidelibus præſentibus ac futuris temporibus melius credatur & diligentius ſemper & ubique inprævaricata
conſervetur, de anulo noſtro ſubter eam fecimus ſigillari.

Actum Vermerigia palatio noſtro. Datum II. * *Nonas Novembris, anno* XXIIII. *regnante domino*
noſtro KAROLO *glorioſiſſimo Rege in Dei nomine feliciter. Amen.*

* ſic in priori exemplo; in authentico hoc exeſum eſt.

A Signum Fulconi Comiti Palacii. Sign. Berengario Comiti. Sign. Odrico. Sign. Rodano. Sign. Bertranno. Sign. Baroni. Sign. Adrevaldo. Sign. Rotgarii vaſſi Dominici.
Sign. Hadroino Com. Sign. Hurſioni. Sign. Hildebodo. Sign. Leutberto.
Sign. Gerardo Comt. Sign. Heireveo.

Hæc ſigna eadem manu: quæ ſequuntur, alia manu.

Sign. Herluino Comiti. Adalbertus ſubſ. Bertivilp ſubſ. Gerardus ſubſ. Antelmus ſubſ. Odo ſubſ.

ANSCHARIUS Notarius jubente Comite Palacii ſcripſit & ſubſcripſit.

Cum ſigillo affixo.

IX.

B *Locorum in Abbonis Teſtamento memoratorum expoſitio.*

ABBONIS patricii Teſtamentum refertur libro VI. num. LXII. in quo multa recenſentur loca, quæ Novalicienſi potiſſimum monaſterio conferuntur, vix ulli nota; niſi aliquis in antiqua Allobrogum regionis topographia verſatus ea expoſuerit. Id quidem tentaverat vir eruditus in Hiſtoria provinciæ Alpium-Maritimarum quam meditabatur: ſed cum anno MDCXCII pleraque ejus ſcripta in Wapincenſis urbis, in qua morabatur, clade periiſſent, ac ea quæ exinde colligere cœperat morte præreptus perficere non potuiſſet, vix quicquam lucis inde ſperabamus. Res itaque tum manſit infecta, rurſuſque teſtamentum ipſum abſque ulla locorum interpretatione, ut in priori editione factum eſt, typis commendare animus erat, cum ſeſe huic operi ultro obtulit Mabillonii memoriæ cultor ardentiſſimus, mihique amiciſſimus vir eruditus Antonius Lancelotus, qui cum complures annos Gratianopoli egiſſet, ibique C vetera quæque Dalfinatus, vicinarumque regionum inſtrumenta diligenter evolviſſet, curam ſuſcepit pro ſua virili hæc propria locorum nomina exponendi. quod feliciter, quantum in tanta caligine licuit, exſecutus eſt. quare ſatis ſit hic illius ſcriptum, quod ad me tranſmiſit proferre.

DE locis vero quæ in hac charta deſcribuntur, nomina ea ſunt quæ veriſimilius conjici poſſe videntur. Barro, vicus in monticulo vallis Novalicienſis etiamnum poſitus, haud procul inde aberat Albanato. Cravaſca, Cervaſque, *trans Ciniſium montem prope Pinarolium. Faido viculus in eadem valle Novalicienſi & ex adverſo Barri ſitus ultra rivum à monte Ciniſio labentem. Promaciano,* Permacieus *prope Balmas, ſuperſunt adhuc rudera cum capella D. Virgini ſacra quæ nomen de Balmis retinet. Laſtadio,* D Stado, *duabus leucis ab opidulo Cameræ diſtans, Grumano vicus Cameram inter & Aquambellam poſitus, Camundis,* Chamoux; *Lucemone,* Lanebourg; *Corvalico,* Beſſan; *Petracava,* Auſſoix; *Trebocis,* Termignon, *hæc omnia in valle Maurigennica ſive Mauriannenſi poſita. Orbano,* Orbaſſan, *in Secuſina valle qua Taurinum itur; Cicimiano,* Cumiane, *quinque milliariis à Pinarolio ad lævam, duobus vero à vico* Javen *diſtans; Venoxio,* Venaux *prope Novaliciam; Raudenoviliano, forſan non ſic eſt legendum una voce, ſed geminum eſt vocabulum diſtinguendum, Raude,* Roulet *ad lævam Pinarolii; Oviliano,* Avigliane *ſeu* Veillane *in Secuſina valle; Velaucis,* Veſilio *juxta Novaliciam; Cammite ſuperiore & Cammite ſubteriore,* Caramagne ſupérieure, & Caramagne inférieure, *Broſiolis,* Bruzols, *ad lævam Duriæ amnis, quà Secuſiâ ad Taurinum eſt iter; Rogationis,* Raconis, *Fano-Borgonis, ſic legendum pro Tanno-Borgonis,* Chaſteau Bourgon; *Galiſiaca,* Galiſe, *mons haud procul à Novalicia in valle vulgo dicta* Val d'Yene. *Tollatecus,* Toſola *ſeu* Teico *in ora Mediolanenſi. Vallis Diubiaſca in eodem confinio, niſi forte Dubiaſca ſit vicus* Beſſia *in Pedemontio ad eamdem oram Du-*E *catus Mediolanenſis ſitus; Biriſio,* Abriez *in Tarentaſienſi Comitatu; Fontana, forſan* Font-couverte *in valle Moriannenſi, ſeu* Fontaine *prope Monſterium; Nanoſces, nomine mutato, nunc dicitur ſanctus Julianus; Bonaſco,* Bramen; *Brogis* le Bourget, *Miſiottano,* Modane *ſex leucis à fano ſancti Joannis Mauriann. diſtans; Obleciacis forſan vicus ſancti Andreæ; Mago, item ſancti Michaelis; in Albiadis, in Bauſetis, alpes vulgo dictæ* du Til & de ſaint Michel la Porte; *Briſcoſis, ſancti Juliani montes; Amalicione,* Armeillon *ad fluvium Aream.*

In pago Gratianopolitano, Ollonna, Oulle; *Miſſoriano,* Miſoen, *ambo in Oyſencii tractu; Piniaco, forte* Pinet *in valle Vriatici; Corennum,* Corenc *prope Gratianopolim; Aravardo,* Allevard, *in Graiſivodano & ad quintum à Gratianopoli lapidem; quid ſit Miſicaſiana non plane liquet, niſi forte Miſeriacum,* ſaint Martin de Miſeré, *etiam in Graiſivodano ad dextram Iſeræ ripam; Mezatico, etiamnum* Mezage *prope Viziliam; Cambe,* Champ, *vicus ad confluentes Draci & Romanchiæ, à* F *Mezatico ſeſqui leuca diſtans; Quinciaco,* Quincieu; *Viennatico,* Vinay, *ambo vici haud procul ab oppido ſancti Marcellini, & ejuſd. dioc. Gratianop.*

In pago Viennenſi Maconiaco, viculus nunc Maſco; *Bacconiaco,* Baſon *ad fluviolum Caruſium dioc. Lugdun. ſeu ſi legeris Baccociaco,* Boſſenſieu; *Blaciaco* la Blache, *ſeu* Blanieu; *Bornaco,* ſaint Jean de Bournay; *Baſciaco,* Boſſieu, *Amblariaco,* Amblerieu; *Senorio, forte* Serres *in eodem pago Viennenſi.*

Pago Mataſcenſi, quibuſdam eſt quaſi pagus Mantalenſis, Mantaille, *in Vienneſio, at minus arridet hæc ſententia. Mataſcenſi, hic ponitur pro Matiſconenſi, niſi forte per Mataſcenſem intelligenda ſit pars illa ſuperior Graiſivaudani quæ vulgo dicitur* la Mateſine, *ubi inter alia quæ continet loca primas facile ſibi vindicat partes oppidulum olim dictum Mura-Matacena, nunc* la Mure. *Quæ ſint Carnaco, Æbaſciaco, viderint alii.*

In pago Briantino, le Briançonnois; *Aquiſiana*, Ceſanc; *Annevaſca*, Nevache; *Agrecianis*, la A Grave; *Exoratianis*, *forte* Oulx; *Aquiſlevas*, Aygliers; *Valle Gerentonis*, la Val Louiſe; *Saliaris*, la Salle; *Genua, ſi legendum ſic pro ingenua*, le Mont Genevre; *Vendanum*, le Veyer, *Mulliaricus*, Moline; *VVilla*, Ville vieille; *Jutole ſeu Vitole, forte* le Vilaret; *Ralis*, Rollieres *juxta Cezanam. Valle Moccenſe*, le Val de Monts; *Brunico*, Bernez, *olim dioc. Ebredun. Albarioſco forte* Arbarel *in Salutienſi Marchionatu.*

De pago Rigomagenſi ut & de Rigomago civitate ſub metropoli Ebredunenſi poſita in notitia Provinciarum Galliæ non levis eſt inter peritos quæſtio. quidam Scingomagum, de quo Strabo l. 4. reponendum cenſent, tunc Peireſcio eſt Sezana, aliis Secuſia. Qui vero Brigomagum legunt, de Brianſono dictum volunt, quod olim Virgantii nomen obtinuit. Aliis Rigomagus eſt Caturigomagus ſeu Caturicæ, Chorges; *Ferrario Rigomagus, eſt* Rinco *oppidum ſeu Caſtrum Galliæ Ciſalpinæ in finibus Ligurum in Ducatu Montisferrati. Ex Abbonis chartæ contextu alia forſan exſtrui poſſet ſententia, Rigomagum ſcilicet in Salutienſi tractu fuiſſe poſitum, imo ipſam eſſe Salutiarum civitatem. quod ſi ita conjicere li-* B *cet tunc Solia erit vicus dictus* Celle, *juxta hanc urbem.*

In pago Vvapencenſe Talarna, Talard; *Calaico*, le Caire; *Allionicos*, Salignac; *Venavella* Vaumeil; *Kalart*, Clairet; *Altana*, Autane *vicus in valle Benedicti, olim diœceſis Vapincenſis nunc Siſtaricenſis; Curenno* Curnier *ejuſd. dioc. Galiſco*, le Gleyſil; *Ancilla*, Ancelle *in Campo ſauro, Alpe Caſſauda, mons ubi* les Caſſes de Faudou; *Opaga forſan* Pleygu; *Subtus-ripas*, Sourives, *prope Siſtaricum; Bonis* le plan de Boung; *Cravioſco, forte* Chardavon, *Valerignaca*, Valerne; *Roma*, Romette *ubi prioratus inſignis; Laquatico*, Quet, *ſeu* Eyguyan; *Crariis*, Creyres: *Savelis*, Savel, *ad Dracum; Artonoſco, forte legendum Aranoſco*, l'Aragne; *Nobridio*, Nibles; *Glaſia*, Glaiſe; *Pentus, forte* Pennes; *Bullone*, Ballons; *Morovilla*, Mervel; *Rodanone*, Roſans; *Crono-Luciano*, le cros de Durbon *prope vicum de Luzi; Latiomaus*, Laye.

In pago Vaſenſi Quonaone, Queylane *ad fluviolum dictum* l'Eyque, *dioc. Vaſionenſis; Doliana* C *in pago Vendaſcino*, Dolan *ſeu* Dolane *dioc. Carpentoractenſis; Placiano*, Pleyſian. *In Maſſilia, Pero, forte* Peyrolles. *Centronis & ad fontem Liſola*, Centron, *vicus eſt etiamnum ad Iſaræ fontes poſitus; at quominus credam de eo hic ſermonem fieri vetat locorum ordo. In pago Arlatino Anglarias, forte Ayglarias*, Aygalieres; *Vivario, forſan* Caſtelveyre *in eodem tractu. Salines in Viu, Salines in alterneto, Caſtoroſco & Leonio, jam nunc deperdita nomina, ut & Cronia in pago Tolonenſe. In pago Regenſe, Verdacellis*, la Verdiere *ſeu* Varages, *dioc. Regenſis.*

In pago Dienſi Caſſies, Caſſieres *viculus in mandamento de Perſico*, du Perſe, *dioc. Dienſis; Boſedone*, Beſaudun *ejuſd. dioc. Ambillis*, Ambel, Moneſtier d'Ambel. *in Triviis dioc. Vapinc. Riacioſco, forte* Roiſſas *in eodem Treviarum tractu; de Derauſo*, ſaint Jean d'Herans.

In pago Attenſe Variates, Pierrevert, *dioc. Aptenſis. Attaniſco*, Laigne, *dioc. Cavallionenſis, ut & Quoſſis*, Quoye, *Pecciano* Pernes, *& Torrido*, le Tor. *Lavarioſcum, forte* Lavargs *in Triviis* D *dioc. Dienſis. In pago Gratianopolitano in Pino, forte* le Pin, *vicus inter Pontem Bellini vici & Aquam-Belletram ſitus, ſeu Pinus, unde Turis Pini, licet ſita in pago Viennenſi. Ingliſione prope Arcia*, Gleiſolles *juxta Arciam in valle Barcinonenſi diœceſis Ebredunenſis, & ditionis Sabaudicæ. Braccio*, Braz, *dioc Regienſis. Memiana*, Mamers, *in Venaſcino tractu. Criſpiaco*, Creſpol *dioc. Gratianop. Abrici*, les Abrets *in pago Viennenſi. Macciano* Maſſieu *in eodem pago. Licenciaco*, Lems, *dioc. Vapincenſis; Caſſaniola*, ſaint Jean de Chaſſanies, *Ciconiola, forte* Sigayer *ejuſd. dioc. Vapincenſis. Lavariſco, forte* Eure *ſeu* Leure *vicus dioc. Siſtaricenſis, ubi Abbatia. Comario etiamnum dicitur* Comiers *in dioc. Gratianopolitano.*

Habes vir Clariſſime quæ tecum communicari juſſiſti. de aliis quibuſdam hic conſultò omiſi dicere, verbi gratia de Eſturbatina, Taraone, Campannas, Utronno, Muccunava, Bladonis, Gradoſa in pago Vapincenſi; Vocontio & Cinicino in Regienſi, Pagnano in Gratianopolitano, &c. *quia quod de iis* E *accurate admodum loquerer nihil erat in promptu.*

F I N I S.

Addenda ad finem notationis pag. 616.

In eodem diplomate Nicolai nomen intruſum videtur pro Benedicto IX. qui tunc ſedebat.

INDEX UNIVERSALIS

A

A & ω initio diplomatum, 161 *a*
Abaciacum villa pagi Cenomannici, 491
Abacivum pro Baſivo perperam dictum, 211 *a*
Abbatis electio, 591 *d e*. Abbates dicti Præſules, Antiſtites & Prælati, 65 *f*. Papæ, 91 *a*. Illuſtres, 70 *c*. Principes, 64 *a*. Abbas dictus monachus & Preſbyter, 446. Abbates chartas vetuſtas renovant, 28 *a*. Actis publicis poſt Regem ante Principes & Magnates ſubſcribunt, 162 *c*. item ante miſſos ſeu vicarios Epiſcoporum; *ibidem d*. Abſentes etiam ſubſcribunt actis ſynodicis, 155 *c e*. Abbatum ſigilla, 133 *d e*. aliquando argentea, *ibid. f*. à ſigillo conventûs diverſa, 134 *b c*. Eorum Notarii, 124 *d*. Cancellarii dicti, 125 *b*. Notarios ſub ſe habentes, *ibid.* diſtincti à Conventualibus *ibid. e*. Abbatum teſtamenta, 8 *d*. 20 *e* 495 *f* 496. *b*
Abbatiſſæ Prælatæ dictæ, 65 *f*. Earum monaſticæ veſtes 9 *d*. Sigilla cum earum effigie aut Patroni, 134 *a b*. à conventualibus quandoque diverſa, *ibid. c*. Earumdem teſtamenta, 8 *d* 20 *e*
Abbatia opidum agri Senenſis, 47 *d*.
Abbonis patricii teſtamentum 59 *e*. à Carolo M. renovatum, 507 *& ſeqq.* 512
Abbo Epiſc. Sueſſionenſis, Rodulfi cancellarius, 120 *c* 565 *b*
Abbo Epiſcopus ſummus Cancellarius Rotberti, 116 *a*, 120 *e f*.
Abbo Epiſcopus Nivernenſis, 268 *d*, 455, 539, 540 *d*, 547 *e* 549
Abbo Epiſcopus, 471 *d*
Abbo Floriacenſis Abbas, 176 *c*
Abbo Abbas, 559 *f*
Abo Epiſcopus Autiſiodorenſis, 155 *b*
Aboyabra Sacharia Tunicii Rex, 28 *b*
Accentus litteræ i *Vide* I
Acfredus Aquitanorum Dux 199 *e* 214 *c*. Immunitatis ejus formula inſolita, *ibid.*
Acfredus Comes, 559 *e*, 570 *f*
Achelmus Archidiaconus Bardegalenſis, 587 *b*
Achilles Statius Poëta Luſitanus, 352 *e*
Actalius miniſterialis, 483 *b* 485 *a* 486 *c*
Actardus Epiſcopus Namnetenſis, 540 *d* 454 poſtea Turonenſis, 632 *c*
Actis inſerta charta venditionis, 457 *
Actuarius, diplomatum conditor, 209 *b*
Adacius Abbas Sarlatenſis, 571 *c*
Adalaldus ſeu Maimon nobilis, 513 *c*
Adalardus Epiſcopus Claromontenſis, 89 *b*
Adalardus Abbas Corbeienſis, 352 *a* 514 *f*
Adalardus Abbas Sithienſis, 613 *e f*
Adalardus Abbas, 453
Adalardus Comes, 537 *b*, 539 *d*
Adalardus Comes palatii, 117 *d*
Adalbero Archiepiſcopus Remenſis, Cancellarius Lotharii II Regis, 110 *d e*, 156 *b*, 445, 450
Adalbero Laudunenſis Epiſcopus, 575 *f*
Adalbero Epiſcopus Mettenſis, 166 *e*
Adalbero notarius ſub Lothario II Rege, 120 *e*, 419
Adalbertus Comes Vermandenſis, 571 *e*
Adalbertus Vaſſus dominicus, 541 *d f*
Adalgardis Abbatiſſa S. Crucis Pictavenſis, 338 *e*
Adalgarius Epiſcopus Æduenſis, 155 *f*
Adalgarius Caroli Calvi notarius, 119, 541 *b*
Adalgarius Odonis cancellarius, 120 *a*
Adalgudis Deo ſacrata, 480 *d e*
Adalhardi optimatis charta, 147 *f*, 495
Adalolfus Abbas Sithienſis, 235 *f*, 336 *b*
Adalricus Comes, 475 *d*, 479 *e*
Adalricus Comes, 479 *e*
Adalricus Judex, 541 *d*
Adalſarius Caroli Calvi notarius, 119 *e*
Adalulfus Diaconus Ludovici Pii Notarius, 119 *c*, 515 *e*
Adaltrudis ſeu Adaltruta Drogonis uxor, filia Bercharii majoris domus, non Vvarattonis, 275 *a*, 479 *f*, 480 *c*
Adam Abbas S. Dionyſii, 133 *f*, 150 *d*, *f*, 427, 447, ejuſdem Charta de eccleſia S. Petri, 596
Adamus Philippi I Conſtabularius, 122 *a*
Adefonſi Hiſpaniæ Regis diplomata, 67 *d*, 85 *d e*. ſigillum in chartis appenſum, 140 *e*
Adelæ Francorum Reginæ diplomata, 80 *b*. ſigillum, 145 *b*
Adela Abbatiſſa Palatiolenſis, 83 *e*
Adela Comitiſſa Veromanduorum, 598 *a*
Adela Comitiſſa Trecenſis, 233 *c*
Adelais Francorum Regina, mater Rotberti Regis, 579 *a*
Adelais Francorum Regina, 204 *c d*. Ipſius Adelaidis vetus palatium, 278 *d e f*. Aliud ubi nova villa S. Germani prope Compendium, 245 *b c d*, 549 *a*. Item diploma de hac villa, 602
Adelais Comitiſſa Bleſenſis, 168 *b*
Adelais Burgundiæ Ducilla, 148 *d*
Adelais Comitiſſa Calabriæ, 160 *e*
Adelais uxor Theobaldi Comitis Palatini, 587 *f*, 588 *a*
Adelais Comitiſſa Sueſſionenſis, 152 *b*
Adelais Comitiſſa Trecenſis, 589 *f*
Adelardus Sueſſionenſis Epiſcopus, 585 *d*, 586 *a*
Adelardus Philippi I Buticularius, 121 *f*
Adelbertus Comes ſtabuli Ludovici II Imperatoris, 533 *f*
Adelbertus Judex, 544 *e*, 545 *d*
Adelais Conradi Comitis uxor, 552 *a b*
Adelelmus Laudunenſis Epiſcopus, 565 *c d e*
Adelendis ſoror Vvillelmi Ducis Arvernorum, 559 *d*
Adelgaudus vir nobilis, 567 *d*
Adelidis uxor Principis Peronæ, 313 *a*
Adelidis Abbatiſſa S. Johannis apud Laudunum, 134 *a*
Adelſtanus Anglorum Rex, 111 *e*
Ademarius Vicecomes Toloſanus, 573 *d*
Ademarus Abbas Baulenſis, 614 *c*
Adeodatus Carnotenſis Epiſcopus, 154 *e*, 257 *f*, 478 *c*
Adeodati Papæ privilegium, 14 *b & ſeqq.* 487 *d f*
Aderaldus nobilis Francus, 498 *f*
Aderamnus S Dionyſii pugil, 499 *a b*
Aderulfus agens S. Dionyſii, 493 *f*
Ado Abbas, 384
Ado advocatus S. Dionyſii, 502 *a*
Ado miniſterialis, 486 *f*
Adoaldus miſſus Ludovici Imperatoris, 542 *b*
Adoptio per barbæ poſitæ tactum, 136 *f*
Adraldus Abbas ſancti Germani à pratis, 327 *d*
Adratinſis pagus ſeu Attrebatenſis, 503 *b e*
Adrebaldus Abbas S. Tiberii, 541 *e*
Adreberthus Comes, 475 *d*
Adrebertana mater Adeodati Epiſc. Carnutenſis, 478 *c e*
Adriani Imperatoris barba promiſſa, 138 *a*
Adrianus Notarius Alfonſi I X, 434
Adroaldus Abbas domni Deſiderii, 472 *d*
Adroaldus vir inluſter, 605 *d e*
Advocati manu receptus baculus paſtoralis, 590 *f*, 591 *a b*
Advocatus dictus Archidiaconus Epiſcopi gerens vicem, 155 *e*
Æ diphthongus diviſim ſcripta ab antiquis, 58 *f* non tamen ſemper 59 *a*
Æcterius Epiſcopus Ebredunenſis, 467 *a*
Æctur ſeu Hector Epiſcopus, 380, 382, 479 *b*
Ædilbardus Dorobernenſis Epiſcopus, 66 *b*
Æga Majordomus regiæ, 273 *f*
Ægidius Tyri Archiepiſcopus, 123 *b*
Ægidius S. Ludovici Conſtabularius, 125 *b*, 433
Ægidus Groſſus Clementis IV conſanguineus, 130 *b*
Ægynarus optimas, 467 *b*
Ægyptii an primi ſcripturæ inventores, 45 *c*
Ægyptiacæ merces in Gallia, 34 *d e*
Ægyptiacæ papyri antiquitas, 31 *f* 33 *a & ſeqq.* à cortice differentia, confectio, variæ ejus ſpecies *ibid.* uſus ad ſæculum XI, 34 *& ſeqq.*
Æneas Epiſcopus Pariſienſis, 155 *e* 453, 454, 531 *a*, 540 *d*
Æneas Caroli Calvi Notarius, 119 *c*
Æra Diocletiani, 178 *c*
Æra in Concilio Arelatenſi notata, 177 *b*
Æra Hiſpanica, 176 *e*. unde dicta *f*. Æra dicta ſupputatio *ibid.* quando mutata *ibid.* 177 *a*. item apud Luſitanos *ibid.* annis incarnationis conjuncta, *ibid.* etiam apud Narbonenſes & Arelatenſes recepta, 208 *e*, 209 *a*, 616 *a f*. Æra Chriſtiana cum Arabum hegira conjuncta, 208 *f*, 432
Æthici Litanobriga, aut Latinobriga quid? 336 *e f*, 337 *a b*
Agabertus monachus & miſſus Novalicienſis, 507
Agano ſeu Hagano Comes, 561 *b*, 563 *e f*, 564 *a b*
Agantrudis matrona, 256 *d*
Agantrudis Deo ſacrata, 474 *f*, 475 *a*
Agapiti Papæ II privilegium corticeum, 37 *c f*, 38 *a*, litteris donationis ab Epiſcopo factæ ſubſcribit, 570 *b c*
Agatha domina Petræfontis, 278 *e*
Agatheus vocatus ad Namnetenſem Epiſcopatum, 63 *b*
Agathonis Papæ diploma ſynodicum 153 *b* an in cera ſigilla impreſſa, 128 *b*
Agelmundus Judex Imperatoris, 142 *e*
Agila Judex, 513 *c*
Agilbertus Vicedominus, 396, 397, 513
Agilmarus Viennenſis Epiſcopus, 255 *f*
Agilmarus Lotharii Imp. Cancellarius, 115 *d*
Agilmarus Epiſcopus Arvernenſis, 546 *f*
Agilpertus ſeu Aggilbertus & Angilbertus

Epiſcopus Pariſienſis, 298 *e*, 378, 379, 468 *f*, 525 *be*
Agirardus vel Airardus Epiſcopus Carnotenſis, 154 *e f*, 257 *e*. ejus privilegium Beatæ Mariæ cœnobio conceſſum, *ibid.* 478. æri inciſum, 381
Agius ſeu Agil Epiſcopus Aurelianenſis, 155 *e*, 455, 458, 540
Aghlibertus referendarius, 114 *e*, 470 *a*
Aghlberthus Theoderici Regis Cancellarius, 381
Agmo Comes, 499 *c* Agmoinus optimas, 512 *d*
Agnelli Epiſcopi Ravennatis litteræ corticeæ, 37 *a*
Agnericus optimas, 479 *e*
Agna ſeu Agnes, vel Anna Regina, Henrici I uxor 151 *e*, 165 *c*, 166 *a*, 212 *c*.
Agnes de Cariſiaco Abbatiſſa Sueſſionenſis, 134 *c*, 265 *e*
Agnes Abbatiſſa ſanctæ Crucis Pictavenſis, 240 *b*
Agnes de Regio filia domini Sparæ, 148 *c*
Agnes filia Radulfi Codiciacenſis, 268 *a*
Agnilus referendarius, 473 *e*, 474 *c*
S. Agricolæ Abbatia Nivernenſis, 595 *c*
Agnifredus Comes, 505 *f*
Agnlfus vir inluſter, 606 *b*
Aianoldis Vicecomitiſſa Gabalitanenſium, 579 *d*
Aiglus referendarius, 112 *f*, 475 *d*
Aigobertus Theuderici Regis miniſterialis, 198 *d*, 477 *d*, 480 *b c*
Aigoberchus Cancellarius, 114 *e*
Aigulfus Comes palatii, 467 *b*
Aimo ſeu Eimo Abbas S. Martini Æduenſis, 554 *e*, 556 *b d*
Aimo Advocatus S. Mariæ Sueſſionenſis, 571 *f*
Aimoinus Comes Gebennenſis, 126 *c*
Aimoinus Antiſtes monaſterii S. Mauricii, 65 *f*
Ainardus ſeu Einardus Abbas Foſſatenſis, 338 *b*.
Alanus Britanniæ an Bretulii Comes, 93 *a*
Alabaſtri Caſtrum Sueſſione, 329 *a b*
Alarici Veſigothorum Regis effigies nummis impreſſa, 135 *f*
Alarichus Vicedominus, 531 *b*
Albaterra villa pagi Stampenſis, 532 *e*
Alberada Comitiſſa, 583 *b*
Albero Archidiaconus Mettenſis, 599 *c*
Albero Primicerius Mettenſis, 600 *b*
Albericus Senator, 570 *b*
Albericus Henrici Regis Conſtabularius, 121 *a*
Albericus Ludovici VI Camerarius, 122 *c*
Albertus Primicerius Virdunenſis, 599 *e*
Albertus Notarius Ludovici II Imp. 542 *e*
Alboazemus Maurorum Hiſpanicorum Rex, 208 *f*
Albricus de Cociaco ſeu Cauciacenſis, 271 *f*, 272 *b c*, 585 *e*.
Albricus Præpoſitus eccleſiæ Remenſis, 585 *f*.
Alboini Langobardorum Regis pragmaticum, 19 *a*
Album fontana fluvius pagi Tervanenſis, 611 *e*
Alcuinus emendandæ ſcripturæ à Carolo M. adhibitus, 51 *f*, 52 *a*
Aldefonſus Rex Aragonenſis, 157 *c*
Aldricus ſeu Haldricus Epiſcopus Senonenſis, 518 *d*, 519 *a*, 521 *b*
Aldricus Epiſcopus Cenomannenſis, 209 *f*, 210 *e*, 450
Alduinus Abbas Angeriacenſis, 230 *f*
Alealmi de Barnonis-villa ſigillum, 150 *a* 620 *d*
Alenſis pagus, 564 *f*
Alexandri Papæ III diploma, 265 *e f*
Alexander Epiſcopus Viennenſis, 546 *b*
Alexander dominus Clarimontis in Calabria, 84 *c*
Alexandrina charta, papyrus ægyptiaca, 34 *c*
Alfonſus Bonus Hiſpaniæ Rex, 161 *a b*
Alfonſus nobilis Hiſpaniæ Rex, 161 *a*
Alfonſi Aſtrologi Regis Hiſp. ſigillum plumbeum, 143 *a* 21 *a*. diplomata ſubeo Caſtellano idiomate exarata *ibid. b*
Alfonſi IX Regis Hiſp. diploma æri inciſum, 434, 435
Alfonſus S. Ludovici Camerarius, 123 *b*, 433
Alfonſus Cocarellus falſarius, 25 *e*
Algarus Anglorum Comes, 6 *f*
Algrinus Philippi & Ludovici VI Cancellarius, 121 *b*, 122 *e*.
Allatii animadverſiones ad fragmenta Etruſca, 2 *b*, 32 *a*, 33 *c d*, 36 *f*, 39 *a*, 47 *c*, 153 *a*
Allo ex Caſtaldione monachus & Chartularius, 543 *f*, 545 *d*
Almanaricus Comes Bætiæ, 434
Almericus Bituricenſis Epiſcopus, 121 *c*
Almericus Vicecomes, 587 *b*
Alphabeta varia vetera, 347
Alſona fluvius pagi Verbonenſis, 514 *a*
Alteia fluvius, 306 *b c*
Alteſta matrona, 490 *f*
Altfredus Epiſcopus Hildinesheimenſis, 459
Altrus fluviolus, 384
Alvarus Rudericez, 435
Amalberctus Epiſcopus, 467 *a*
Amalbertus Abbas ſancti Dionyſii, 489 *d* 628 *c*
Amalbertus Seneſcalcus, 378
Amalbertus an Caroli M. Notarius, 119 *a*
Amalbertus Caroli Craſſi Notarius, 120 *a* 555 *b*
Amalcarius Abbas Portmauri monaſterii, 472 *c*
Amalfridus Hunolfocurtis cœnobii conditor, 258 *f*, 607 *b c d*
Amalgarius Gaeltramni filius, 295 *d*
Amalrici optimatis charta, 148 *a*
Amalricus Comes palatii, 512 *d*
Amalricus Vicecomes de Meſiaco, 148 *e*
Amaltrudis Comitiſſa, 519 *b*
Amaltrudis Comitiſſa, 663 *d*
Amandus Arnulfi Regis medicus, 206 *b*
Amantius Epiſcopus Siſtaricenſis, 614 *d*
Amatus ſedis apoſtolicæ legatus, 587 *c*
Amatus Senonenſis Epiſcopus, 312 *d*
Ambaſciatores diplomatum, 205 *a b c*. etiam Epiſcopi, 546 *e*
Ambaſciator Franco præpoſitus, 409
Ambaldus Philippi I Vicecancellarius, 121 *f*
Amblardus Epiſcopus Lugdunenſis, 214 *b*
Ambronenſis vicaria comitatus Thalamitenſis, 570 *f*
Amelius Epiſcopus Albienſis, 616 *d*
Amelius optimas, 506 *a*
Amelius Vicecomes Carcaſſonenſis, 572 *e*
Americani in corticibus ſcribunt, 38 *e*
Amito ad Namnetenſem epiſcopatum vocatus, 63 *b*
Ammonathas Abbas, 169 *f*
Ana Abbas S. Hilarii Carcaſſonenſis, 506 *d*
Anaſtaſius nobilis Francus, 542 *b*
Anathematiſmi frequentes in Decretalibus, 96 *e f*
Anathematiſmi ſanctorum Patrum metuendi, 101 *f*
Ancyrani Concilii decretum de bonis eccleſiarum, 10 *c*
Andegavenſis Comes Dapifer ſeu Seneſcalcus Franciæ, 605 *a b*
Andeliacum monaſterium, 335 *b*
Andella ſeu Indella fluvius in Sequanam influens, 316 *a*
Andiacum palatium 245 *e f*, aliud a Jogundiaco *ibid.* in Epiſcopatu Engoliſmenſi, 289 *c d*, 611 *b c*
Andreas Epiſcopus, Cancellarius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, 445
Andreas Epiſcopus, 542 *e*
S. Andreæ parthenon Viennenſis, 214, 463 *d*
S. Andreæ Cœnobium juxta Bingium, 313 *e*
S. Andreæ Elenenſis monaſterium, 506 *e*
Andreas Decanus Peronenſis, 588 *f*
Andreas Monachus Græculus, 23 *f*, 24 *a*
Andro Abbas S. Crucis Burdigalenſis, 148 *d*
Angalramnus ſeu Angelramnus Epiſcopus Mettenſis, 499 *f*
Angaria in obſequium data Epiſcopo cum clypeo, lancea & coriis duobus, 524 *f*
Angibladus referendarius, 296 *c*, 484 *a*
Angilmodus Epiſcopus Sueſſionenſis, 455
Angilbertus Abbas Corbeienſis, 365 *d*, 366
Angilbertus Caroli M. miniſter Capellæ & Manualis, 114 *d*
Anghiberctus Comes, 475 *d*
Anglici Reges dicti Imperatores, 80 *f*. Ipſi cum Reginis privatorum donationibus ſubſcribunt, 7 *a*. eorum præceptis proceres ſubſcribunt, 159 *e*. formula *Teſte meipſo* ab ipſis uſurpata, 160 *a b c*. formulæ diplomatum initiales, 85 *a b c d*. labarum iis præfixum aliquando, *ibid.* notæ chronicæ in diplomatibus, 208 *c d*. Annus Incarnationis apud eos ſæculo octavo receptus, *ibid.*
Anianenſe S. Salvatoris cœnobium, 572 *d*
Anianus Abbas Caunenſis, 503 *f*, 504 *a b*. Ab eo S. Aniani cœnobium in Septimania, 545 *c*
Anianus Abbas S. Johannis in Extorgio, 283 *d*
Anna ſeu Agnes Henrici I relicta, 121 *a*, 140 *b*. in litteris ſuis Philippi filii ſigillum appendit, *ibid*, 145 *b*. Diploma ejus, 80
Anno Abbas, 501 *c*
Anno Aurelianenſis Archidiaconus, 540 *d*
Annus Romanorum ante Numam à Martio, 171 *d*. deinceps à Januario, *ibid.* Annus eccleſiæ Romanæ unde inceptus, *ibid. f* & 171. Piſanorum annus qualis, 171 *f*. Annus Gallorum à Paſchate, 172, 173, 174, 432, 433. Gregorii Turonenſis qualis anni calculus, 172. Florentinorum & Mediolanenſium annus à Paſchate, 172 *a*
Anni Incarnationis ſecundum Dionyſium, & ſecundum Evangelium, 185 *e*, 590 *d*. Incarnationis annus dictus etiam qui à Kal Januarii incipiebat, 177 *c*. Annus Trabeationis, 177 *d*, 616 *e*. Anni Paſſionis aliquando confuſi cum annis Incarnationis, *a* 177 *d* 588
Anni gratiæ, 177 *d*. Anni Incarnationis in hiſtoriam inducti per Bedam, 176 *d*. Anni ab obitu S. Martini, *ibid. b*. Annus magnus, quis, *ibid. c*.
Anni Incarnationis in bullis Pontificiis quando primum adhibiti, 183, 184. Initio litterarum Synodicarum, 66 *e f*, 67 *a b c* In diplomatibus Regum Merovingorum nuſquam, 173 *a*, 189 *e*. Item in Carolinis ordinariis, *ibid. f*. Aliquando in ſollemnioribus, 190 *a b c*. Per Chartigraphos quandoque additi, 8. In privatis chartis quando abhibiti, 211 & *ſeqq.* Annus formula *Chriſto regnante & Regem exſpectante*, 199 *f*. Formula *regnante Chriſto*, 204 213 *d*.

Anni

Anni Papæ an & quando Imperatorum annis præmiſſi, 444, 445. Anni Imperatorum & conſulatus iidem, 182 c d 436, 438, 440, 441 & ſeqq. Aliquando diverſi, 182 e f
Anſbertus Chlotarii III Referendarius, 112 118 b
Anſberti Epiſcopi reliquiæ, 335 e
Anſcherus miles de Ancra, 601 c
Anſculfus Archidiaconus, 601 c, tum Epiſcopus Sueſſionenſis, 602 e
Anſeberchtus Epiſcopus Auguſtodunenſis, 380, 382
Anſeberchtus Epiſcopus, 154 f, 473 d, 475 d, 476 b, 479 b c
Anſeberethus vir inluſter, 378, 379
Anſegiſus Abbas Fontanellenſis, 8 e, 19 a
Anſellus de Garlanda Ludovici VI, TUNC TEMPORIS Dapifer, 122 b 163 a 427, 593 e
Anſellus Miles, Mauriniacenſis monaſterii conditor, 593 f
Anſellus Huſſeleng nobilis, 586 a
Anſelmus Epiſcopus Mediolanenſis, 87 a, 153 f
Anſelmus Havelbergenſis Epiſcopus, 64 f
Anſelmus Abbas, 436, 438
Anſelmus Comes Palatii, 281 b c 449, 499 c
Anſemundus & Anſleubana Viennenſis S Andreæ Parthenonis conditores, 20 f eorum charta, 21 a 463 d e
Anſeres Cenomannici pagi, 536 d
Anſericus de Monte regali nobilis, 585 b
Anſoaldovillare publicum, 495 c
Anſoaldus Epiſcopus Pictavenſis, 380, 382, 475 d, 476 b, 479 b
Anſoaldus Comes palatii, 117 b 258 a, 474 d
Anſobertus optimas, 468 f
Anſualdus Rotharis Regis Notarius, 114 a
Anſuſus ſeu Angeſiſus Epiſc. Trecenſis, Rodulfi Cancellarius, 120 e
Anteneretus optimas, 479 e
Antonacum palatium aliud à Capronaco, 246 a b
Antonius Carafa Cardinalis, 13 e
Anulus aureus Romanorum legatis datus, 127 f. quibus anuli aurei uſus à Romanis conceſſus, c. anulorum varia genera d. Anulis quid inſculptum ab antiquis. ibid. 146 b. Anuli loco ſigillorum, 127 e. Anulo Piſcatoris Brevia Pontificia muniuntur, 129 f. Anuli ſignatorii Epiſcoporum ſeu ſigilla 132 & ſeqq. Anuli unde ſigilla dicti, 108 d 127 b. Anuli nomen invectum à Carolinis Imperatorum exemplo, 108 Anulus Piſcatoris quando primùm adhibitus in bullis, 186
Aolinivillæ monaſterium, 472 e
Apennis, chartula relationis, 29 c
Apoſtolicus, Papa dictus, 549 a
S. Apri cella ſeu monaſterium Tullenſi eccleſiæ ſubditum, 533 b, 548. Loci inſtauratio, 552 582, 583
Aprolinus Judex, 531 b
Apthadus referendarius, 474 e
Aquæcurtæ cœnobium, 299 e
Aquila fluvius in pago Laudunenſi, 576 a
Aquilina ſilva ubi S. Leodegarii Monaſterium, 292 e f 293 a b
Aquitaniæ procerum conventus Burdegalæ habitus, in quo data ſalvitas cœnobio Silvæmajoris, 586
Aquægrani vocabulum quando primum in uſu, 210 d e, 391, 561, 613. Aquiſgranum palatium, 246 c & ſeqq Thermæ ibi & balnea publica, ibid. Baſilica Aquiſgranenſis non eadem cum eccleſia B. Mariæ in novo Caſtello, d e. Aquiſgranenſis regiæ lateranæ inſtaurator Carolus M. e f. ibi ſepultus eſt, 247 a 259 b. Caroli diplomata ibidem conceſſa b. Ludovici Pii & Caroli Simplicis c Aqui. nomen loco primum ibid.
Arbridum locus in pago Asbanienſi, 628 b
Arcæ Remorum ſecus Carolopolim villa regia, 247 d e
Archicapellani officium, 116 e is ſacri palatii antiſtes, ibid. an Archiepiſcopus, ibid. Archicapellani nomen in Francorum Regum diplomatis rariſſimum, 115 f
Archiepiſcopi nomen in Oriente à ſæculo IV, 65 b. in Occidente ſerius, 64, 65 b c d. S. Bonifacius dictus Archiepiſcopus, 448. & quidam Epiſcopi, 65
Archivum unde dictum, 10 f. Archiva publica 10 e. Univerſalis eccleſiæ, 7 b 140. Monaſterii, ibid. publica, ibid. 10 e 239 f, 518 f. Geſta publica dicuntur, ibid. in archiva difficilis ingreſſus, 70. Archivum pontificale, 140. 472. Archivum palatii regii b a 240, 518 f. publicum, ibid. c
Arcfredus cancellarius, 495, d
Arculium villa Pariſiacenſis, 308 b
Arderadus Epiſcopus Vulturarienſis, 164 f
Ardericus Judex ſacri palatii, 544 d
Ardingus Berengarii Regis cancellarius, 115 c
Aredius Abbas Attanenſis, 8 e, 9. Ejus teſtamenti imprecationes, 99 c
Aregia fluvius pagi Toloſani, 541 e, 616 a
Arelatenſe palatium, 247 f
Arelatenſis pagus, 509 e
Arelaunus villa & ſilva regia, 248 a, Ibi jocundum palatium b
Arengaudus Tullenſis Bibliothecarius, 525 e
Aretas Æthiopum Rex, 13 d
Argefridus Judex, 396 c 397, 543 a
Argefredus Judex, 541 d
Argentodublum fluvius pagi Narbonenſis, 504 e, 516 b, 543 b, 545 e
Argentolium in pago Pariſienſi, 433
Argentoratenſe palatium, 248 c d
Arghilus Domeſticus, 479 e
Argilanes Judex, 396, 397
Argonnenſis pagus, 323 b
Argrinus Lingonenſis Epiſcopus, 156 a, 221, f
Aria in Atrebatibus, 306 c
Aribertus Mediolanenſis Epiſcopus, 164 d
Arichiſo Duci Beneventano conceſſa Patricii dignitas, 73 e
Arigius Graſio, 475 d
Aripertus Langobardorum Regis diploma aureum, 44 f
Aripertus notarius Ludovici II Imperatoris, 542 d f
Arlatinus pagus, 509 e
Arloinus Archipresbyter Siſtaricenſis, 614 b
Armannus Comes, 512 d
Armigeri dicti ſcutiferi, 147 f. Milites facti ſigilla mutabant, ibid.
Arnaldus Arvernenſis Epiſcopus, 63 e
Arnaldus Epiſcopus Comengenſis, 615 f
Arnaldus Epiſcopus Magalonenſis, 615 f
Arnaldus Tullenſis Epiſcopus, 548 c
Arnaldus Comes Fuxenſis, 573 b
Arnaldus Ludovici Pii notarius, 119 b
Arnaldus Olibæ Pontificis notarius ad cujus vicem ſcribit Radulfus presbyter, 616 d
Arneberchthus optimas, 467 b
Arnoldus Tullenſis Epiſcopus, 552 c
Arnolfus Bajoariorum Dux, 188 c
Arnulfi Regis chronicæ n ox anno Inc. prædictæ, 206 b c
Arnulfus Lotharii Regis filius, 201 c
Arnulfus Remenſis Epiſcopus, Rotberti primus Cancellarius, 120 f 581. ejus juramentum, 101 a
Arnulfus Abbas S. Geraldi, 569 b
Arnulfus Abbas S. Sabini, 455
Arnulfus Flandriæ Comes, 173 c, 146 c, 202 e, 292 b, 302 d
Arnulfus Comes, 53 b
Arnulfus ſeu Ernulfus Lotharii III notarius, 120 e
Aromus optimas, 502 b
Arolanenſis pagus, 531 f, ibi villa Sulis, 532 a
Arraldus Epiſcopus Carnotenſis, 587 e
Arraldus Remenſis Epiſc. Ludovici Tranſmarini Cancellarius, 102 d
Arraldus Vaſſus dominicus, 531 b
Artoldus Remenſis Archiepiſcopus, ſummus Cancellarius Ludovici Tranſmarini, 120 b 332 b, 417
Artis conditiones, 2 e
Arvernenſis Comitatus, 55 e
Arx ſeu Archivum monaſterii, 477 a
Asbra fluvius pagi Brachantenſis, 534 d
Aſcelinus Abbas Foſſatenſis, 159 b
Aſcelinus de Bulis vir nobilis, 58 c
Askericus ſeu Anskericus Epiſcopus Pariſienſis, Caroli Simplicis Cancellarius, 120 b, 557 b. 558 e, 559 b
Aſig ſeu Adalricus nobilis, 512 f
Aſmingia cella S. Michaëlis ad Moſam, 234 c
S. Aſpaſii ſuburbium Milidunenſe, 559 e
Aſſuerus Abbas Prumienſis, 249 b, 342 c
Aſtenidum V. Satanacum.
Ateiæ palatium ad Dalmanionem ultra Somenam, 248 d
Athanaſii epiſtola depravata, 22 c
Athildus Epiſcopus, 467 a
Ato nobilis, 54 d
Atoariorum Gallicanorum pagus, 320 a
Attenſis pagus, 509 f
Attiniacum Palatium, 248 f Dionam villam ambitu ſuo complectitur, ibid. S. Vvalpurgis nomine cenſitam, ibid. Chilpericus Rex Attiniaci mortuus, ibid. Regum ibi geſta ſeu Placita, ibid. 249. Attiniacenſe Broilum, b. Dionam tranſlatæ S. Vvalpurgis reliquiæ ſub Carolo Simplice c d e. locus ille fit cella Moliſmenſium Monachorum, f Attiniacum vaſtatur à Normannis, ibid. 411, 489 f, 450 e, 526 a, 555 b, 559 b, 560
Attinium villa Suiſſenſis in pago Bolonenſi, 561 f 606 f
Attipiacum vicus pagi Sueſſionici, 278 d
Atto Abbas Saltzburgenſis, 163 f
Atto Abbas, 559 f
Atto Comes Ruſſinonenſis, 572 e
Aturavus fluvius pagi Æduenſis, 5[illegible] a
Ava Comitiſſa, 210 f
Avalenſis pagus, 548 a, 564 f
Audacher notarius Caroli Calvi, 115 b, 119 f
Audegiſelus optimas, 464 b c e
Auderdus vir inluſter atque Patricius, 467 b
Audimbertus referendarius, 470 e
Audoberctus Patricius, 469 c
Audoeni Epiſcopi Rotomag. geſta & obitus Clipiaci, 273 e f; 274 a. tranſlatio in Capellam ejus nomine dictam, ibid. 378 393 b
Audoinus Epiſcopus Autiſiodorenſis, 175 e 177 e
Audoinus Clericus, 482 a
Audomarus Epiſcopus Morinorum, 154 f, 164 c
Audramnus Comes palatii, 117 b, 475 e
Audriacavilla 611 e V. Odreia villa.
Audura fluvius in Sequanam influens, 316 a
Avelina uxor Abrici de Cociaco, 271 b c
Auguſtodunenſia privilegia, 13 d & ſeqq.

imprecationes & excommunicationes in illis an ſinceræ, *ibid.* 104 *& ſeqq.*
Auguſtini epiſtola ad Peregrinum illuſtratur, 40 *f.* liber de moribus Clericorum, 10 *d*
Auguſtinus Cantuarienſis Epiſcopus an bulla plumbea uſus, 128 *d*
Aviti Viennenſis Epiſcopi monogramma ſigillo impreſſum, 132 *c*
Aunemundus Epiſcopus Lugdunenſis, 467 *a c*
Aureliacenſe cœnobium, 572 *b*
Aurelianenſe palatium, 250 *a*, 593 *c*
Aurelianus Epiſcopus Lugdunenſis, 155 *f*, 188 *c*
Aurelius vir inluſter, 381, 473 *a*
Auriana Abbatiſſa Hunulficurtis, 607 *b c d*
Aurilianus Grafio, 475 *d*
Auronius optimas, 381, 473 *a*
Auſona fluvius in pago Lemovicino, 464 *c*
Auſtorgius V. Euſtorgius nobiliſſimus, 573 *d*
Auſtraldus Judex, 505 *f*
Auſtrobertus optimas, 487 *b*
Autranus Judex, 505 *f*
Audcharius ſive Autharius Abbas S. Germani à pratis, 472 *b* 473 *b* 481 *a*
Augarius optimas, 491 *d*
Autlandus ſeu Odlandus Abbas Sithienſis, 611 *d e f*
Autographorum corruptionis cauſæ, 26 *& ſeqq.*
Autiſſiodorenſes monachæ ad Cathedralem eccleſiam accedunt qualibet feria quinta, 465 *f*
Autiſſiodorenſis pagi Comitatus, 550 *d*
Aygliberthus Epiſcopus Cenomannenſis, 380, 382 479 *b e*
Aymardus Abbas Cluniacenſis, 570 *e*, 571 *e*
Azenarius Abbas S. Remigii, 275 *b*
Azolinus Cantor eccleſiæ Virdunenſis, 592 *d*

B

B. Hungariæ Regis bulla aurea, 142 *a*
Bacchi effigies Pippini Regis ſigillo impreſſa, 138 *b*
Baccum cum Sicamine, 553 *a*
Bacivum ſuperius & ſubterius Dionyſiana villa, 474 *d* 485 *d e*
Bactilione-vallis in pago Belvacenſi, 470 *c*
Baculus aureus Caroli Calvi, 144 *c d.* baculi regii uſus *e*
Baculus paſtoralis Abbatis de manu advocati receptus, 590 *f*
Bagerna villa pagi Camliacenſis, 256 *e* 505 *b*, 526 *b*
Baginus ſeu Baïnus Morinorum Epiſcopus, 155 *a*
Bairus fluvius in pago Venginſi, 384
Baldo Carlomanni Regis Cancellarius, 115 *e*
Baldricus Philippi I Conſtabularius, 122 *a*
Balduinus Epiſcopus Noviomenſis, 152 *b* 585 *d* 58 *a* 602 *e*
Balduinus Flandriæ Comes, 203 *f*, 292 *b*
Balduinus Marchio Flandrenſis, Philippi I Regis tutor, 585 *d f*, 586 *a*
Balduinus Montenſis Flandriæ Comes, 48 *e*
Balduinus apocriſiarius Rotberti ſeu ſignator, 116 *a*, ſubcancellarius 581 *f*, Cancellarius 315 *b*, 421. idem Henrici, 115 *f*, 120 *f*, 121 *a*, 125 *e.* dictus Archicapellanus, 115 *f*, 203 *d*
Balduinus Philippi I Dapifer, 121 *f*
Balduinus Philippi Regis Cancellarius, 116 *b*, 122 *d*
Balduinus Ludovici VI Cancellarius, 122 d
Baltherus ſæculi IX Monachus, 16 *f*
Baltmundus Vvenilonis Archidiaconus, 155 *d* dictus Advocatus *ibid. e* 454
Banienſis ſilva pagi Noviomenſis, 314 *f*
Baptiſterii pretium à Preſbyteris non exigendum, 577 *e*
Baptizatis nomina primùm impoſita, 94 *b c d.* Baptiſmus ultra annum differri prohibitus, *ibid.*
Bar mons pagi Tullenſis, 524 *d*
Barbarica ſcriptura, ſeu Franco-Gallica, 49 *e f*, V. Scriptura.
Barbaries ſtili in diplomatibus, 54 *& ſeqq.* unde orta 55 *a & ſeqq.* affectata, 56 *a b* 57 *a b*
Barbati ſub Merovingica ſtirpe Galli, 136 *e*
Barbæ prima tonſio conſecrata, 136 *f*, 137 *a b.* barbæ tonſio Francis uſitata, *ibid.*
Barbellenſe Monaſterium ſive Sacerportus, 303 *d*
Baronii in Sigebertum cenſura iniquior, 230
Barontus Comes, 464 *b*
Barrus ſilva in Comitatu Autiſſiodorenſi, 555 *e*
Barrus ſeu Barricinus mons pagi Tullenſis, 552 *e f.* V. Bar.
Bartholomæus Epiſcopus Laudunenſis, 133 *b* 150 *d*
Bartholomæus Abbas Majoris-monaſterii, 116 *f*
Bartholomæus Ludovici VI Cancellarius, 122 *d*
Bartholomæus de Roya Philippi Aug. & Ludovici VIII Camerarius, 123 *a*
Bartholomæus Camerarius S. Ludovici, 433
Bartholomæus Caroli M. Notarius, 118 *f*
Bartholomæus Caroli Calvi Notarius, 119 *e* 532 *f*
Baſenus Grafio, 328
Baſiliſſa Abbatiſſa Trevirenſis, 331 *d*
Baſſius Protonotarius Beneventanus, 142 *f*
Baſiniacus pagus ubi Petrafiĉta, 314 *b*
Baſiu ſeu Bacium & Bacivum palatium & ſilva in pago Ambianenſi, 250 *b.* loci ſitus *c* Francorum Regum ibi geſta *d e f.* Abacivum corrupte dicitur, *ibid.* 251 *a.* Karolomanus ibi necatus, 250 *f.* aliud in Vilcaſſino Baſium duplex, 251 *a*, 533 *a*
S. Baſoli Monaſterium, 589 *f*
Baſſus dominicus, 543 *f*, 544 *f*, 545 *d*
Baſtire, 577 *a*
Bauci aurei, 615 *d*
Baudinus Chlotharii I Referendarius, 118 *a*
Baudricus Epiſcopus Noviomenſis, 597 *b*
Baudrinum villa pagi Camliacenſis, 256 *c*
Baulenſe monaſterium, 614 *a b*
Bauzonica vicaria Vivarienſis Comitatus, 579 *e*
Beatrix de Cariſiaco Abbatiſſa Sueſſionenſis, 285 *d*
Beatrix Comitiſſa Ghiſnenſis, 151 *d*
Beatrix Coloniacenſis domina, 148 *a*
Beatrix de Hoſdanio uxor Sigeri Caſtellani Gandenſis, 148 *b*
Beatrix Caſtellana de Picte, 148 *c*
Bebelena uxor Rodingi Optimatis, 342 *d*
Bebo Conſiliarius Ludovici II, 533 *f*, 534 *c*
Bebrona cella Sithienſis, 611 *f*
Bebrus fluviolus, 384
Beda Hiſtoricis auctor notandi annos Incarnationis, 176 *c d* Bedæ epiſtola, 159 *e*
Beſſa referendarius, 480 *e*
Begeri optimas, 533 *f*, 334 *c*
Bego Arvernenſis Epiſcopus, 577 *a*
Bego Epiſcopus, 560 *d*
Belcinnaca Sequanæ inſula, 248 *b*
Bellandus Abbas S. Vincentii Laudunenſis, 575 *f*
Bellilocenſe in Lemovicibus cœnobium, 572 *b*
Bellitas ad Matronam palatium, 251 *b c.* Ibi defunctus Carolus V Rex, *ibid.*
Belvaci Gallicanæ Eccleſiæ conventus, 267 *e*
Benedicti Papæ III bulla corticea Corbeienſi cœnobio conceſſa, 36 *e* 40 *e* in æs inciſa, 438, 439
Benedictus Seniſcalcus, 474 *f*, 479 *e*
Benevaleas in notis Tironianis cancellariorum, 114 *f*
Benevalete in Pontificiis bullis à Leone IX in monogramma redactum, 112 *a*, 12[illegible] *c*
Benjamin Caroli ſimplicis Notarius, 120 *b*
Beracharius Epiſcopus, 380, 382, 479 *b c*
Bercharius Majordomus, Drogonis ſocer, 276 *a*, 290 *f*, 291 *a*, 479 *f.* aliis Bertharius dictus, 471 *c f*
Berardus Sueſſionenſis Epiſcopus, 584 *d*
Berardus Chorepiſcopus Tullenſis, 197 *b*
Berengarius Epiſcopus Elenenſis, 615 *f*
Berengarius Epiſcopus Virdunenſis, 180 *a*, 188 *c*
Berengarius optimas, 565 *a*
Bernacer Archiclavus Noviomenſis, 567 *f*
Bernardus Italiæ Rex, 197 *a*
Bernardus Epiſcopus Biterrenſis, 515 *f*, 616 *d*
Bernardus Epiſcopus Cadurcenſis, 572 *f*
Bernardus Epiſcopus Conſeranenſis, 615 *f*
Bernardus Guidonis Epiſcopus Lutevenſis, 173 *f*
Bernardus Epiſcopus Matiſconenſis, 459
Bernardus Epiſcopus Toloſanus, 615 *f*
S. Bernardi ſigillum ejus imaginem repræſentans 133 *e*, 149 *f.* Aliud à Prioris ſeu Conventus Claræ-vallis ſigillo, 134 *c*, 153 *f*, 154 *b*
Bernardus Abbas S. Benedicti, 455
Bernardus Abbas Boni-Radii, 28 *a*
Bernardus Abbas Maſſilienſis, 617 *b*
Bernardus Abbas Majoris-monaſterii, 41 *c* 232 *f*, 368, 369
Bernardus Abbas Montiſmajoris, 212 *d*
Bernardus Abbas Sollemniacenſis, 29 *c*
Bernardus Abbas, 569 *d*
Bernardus Dux Arvernorum, 559 *c*
Bernardus Comes *Arvernorum*, 510 *e*
Bernardi Comitis Arvernorum charta Brivatenſis, 530
Bernardus Comes Petragoricenſis, 571 *d*
Bernardus Comes Silvanectenſis, 303 *b*, 326 *a*
Bernardi Comitis Toloſæ ſubſcriptio facta Chriſti ſanguine, 170 *d*
Bernardus Comes Marchio, 541 *e*
Bernardus Comes, 247 *e*
Bernardus Comes, 499 *c*
Bernardus Vicecomes Mimatenſis, 569 *e*
Bernardus Ludovici Ultramarini Conſiliarius, 568 *d*
Bernardus de Callentio an Cullentio miles, 595 *f*
Bernardus de S. Salvio miles, 595 *d*
Bernardus filius Rocleni militis de Orniaco, 596 *c*
Bernerus Abbas Humolarienſis cellæ, 571 *e*
Berniſcriſt, Kamiſiæ ultromarinæ: 611 *e*
Bernogilum villa pagi Noviomenſis, 514 *c*
Bero Comes palatii, 117 *b*, 296 *b*, 483 *f*
Beroaldus Chlodovei II Referendarius, 467 *a*
Berta Caroli M. parens, Cauciaci ſepulta, 271 *b*
Bertæ Caroli M. filiæ charta de Bernogilo, 514, 549 *c*
Berta Abbatiſſa S. Mariæ Sueſſionenſis, 566 *f*, 567 *a*
Berta mater Adelgaudi optimatis, 567 *d*
Berta uxor Rotberti Regis, 579 *a*
Berta ſoror Theobaldi Comitis Palatini, 567 *f*
Bertana ſeu Berta uxor Poncii Raymundi Toloſæ Comitis, 572 *d e*
Bertea nobilis matrona, 579 *e*, 580 *a*
Bertecarius vir inluſter, 487 *b*
Bertrandus Comes, 620 *d*
Bertrandus ſcriptor regius, 476
Bertchramni Epiſcopi Cenomannenſis teſtamentum, 59 *e.* characterium, 132 [illegible]
Bertefridus Ambianenſis Epiſcopus, 257 *f*

Bertharius Abbas Caſinenſis, 571
Bertinus Abbas Sithienſis, 258, 605 e, 606 a f, 607 b f, & ſeqq. quo tempore inter cælites numeratus, 610 e
Bertinus vir inluſter, 298 c, 378, 379, 468 f
Bertoaldus Abbas Dionyſianus, 488 d, 628 a
Bertoaldus Comes palatii, 117 b, 279 d, 482 b
Bertoldus Epiſcopus Tullenſis, 124 e 583 e
Bertonis Epiſcopi Turonenſis privilegium, 487 f
Bertrada Regina benedicta à Stephano P. 384, 503 b. V. Berta
Bertrandus Epiſcopus Ebredunenſis, 129 c
Bertrandus frater Pontii Comitis, 579 e
Bertrannus Narbonenſis Epiſcopus, 617 b
Bertrannus Abbas S. Arnulfi Mettenſis, 599 d
Bertrea uxor Fulconis Comitis Andegavenſis, 214 a
Beto vir inluſter, 531 f, 532 a
Betto Caroli Calvi miſſus, 251 d
Bettolenus vir inluſter, 378, 379, 468 f
Bevera fluviolus agri Pariſini, 284 a
Bibliotheca, codex bibliorum, 44 e
Bibliothecarii S. R. E. Cancellariorum officio functi, 116 a
Bidegiſus Judex, 531 b
Bidolidum villa publica agri Pariſienſis, 251 d e, 517 b, 537 e
Bieria ſilva pagi Vvaſtinenſis, 183 a
Bigargium palatium agri Pariſienſis, 251 e f
Birra fluvius pagi Narbonenſis, 276 e
Biſtiſiacum ſeu Beſtiſiacum palatium, 252 a b, Obſidetur à Philippo Flandrorum Comite e. Aliud in diœceſi Ambianenſi Biſtiſiacum, d
Bituricenſe palatium, 252 d e
Bivanc locus in ſilva Bochonia, 513 a
Blanchæ Francorum Reginæ diploma, 801
Blancha Trecenſium Comitiſſa, 148 d
Blatcharius Referendarius, 481 e
Bleſenſe palatium ſeu caſtrum, 252 e f. Hic receptæ à Theobaldo Comite S. Launomari reliquiæ, 253 a
Bledegarius optimas, 475 d
Blidramnus metropolita Viennenſis, 299 a, 469 f, 470 b
Blieſichovve pagus regni Lotharienſis, ubi Comitatus Vvolcmari Comitis, 575 c
Blihardus Laudunenſis Præcentor, 601 c
Blitgerius Abbas Trenorchienſis, 290 b
Boamundus Princeps Antiochenus, 130 d. ſigillum ejus plumbeum, 142 f
Bobienſe privilegium, 99 e f
Bobo Dux, 290 c
Bobo Epiſcopus, 467 b
Bobolenus Fredegundis Reginæ Referendarius, 113 b
Boderovilla in pago Camliacenſi, 256 e
Bodolevus optimas, 467 b
Bolbonæ Abbatia, 616 e f
Bolonenſis pagus, 561 f
Bonaventuræ Hepburni tabula, 45 f
Boneſindus Abbas S. Tiberii, 541 d f
Bonifacius Epiſcopus Moguntinus, 188 b c imprecatio ejus in ſeipſum, 100 f
Bonifacius Caſtillionenſis materno uſus ſigillo, 148 c
Bonitus Chlodovei II Referendarius, 118 b, 122 e
Bonizo Abbas Palatiolenſis, 446, 447
Bonogilus agri Pariſienſis villa regia, 253 c an duplex d. Conventus Patrum ibi anno DCCCLVI unicus habitus eſt, e. Aliæ ejuſdem nominis villæ, ibid.
Bonogilus ad Matronam prope Caziacum, 268 d
Bonoilus villa agri Pariſienſis, 665 d
Bononienſis pagus, 611 f
Bononienſis pagus in Burgundia, 547 a c
Bonushomo Epiſcopus Adurenſis, 631 c
Bordonellum villa pagi Camliacenſis, 257 e
Boſitto optimas, 381, 473 a
Boſo Provinciæ Rex, 206 b. ejus diplomatum formulæ initiales, 84 b c
Boſo frater Rodulfi Regis, 274 f
Boſo Abbas Floriacenſis, 523 a
Boſo Abbas, 541 f
Boſo Abbas, 539 c
Boſo Comes, 333 d
Boſo Referendarius, 118 b
Boſo optimas, 381, 473 a, 559 e
Botæ nocturnales quid, 604 a b
Botharius Clericus, 477 d
S. Botthiani Confeſſoris corpus & eccleſia in monte Lauduno, 553 f 554 a
Bovilo optimas, 489 c
Bovo Catalaunenſis Epiſcopus, frater Fredirunæ Reginæ, 318 e 562 f
Boſo Abbas Moſomenſis, 282 a
Bracium, potionis genus, 392 e 536 a
Bragbantus pagus, 498 b 534 d
Braidingus Epiſcopus Matiſconenſis, 455
Braina ſeu Brennacum ad Vidulam, palatium, 253 f. Aliud eſt à Bibrace, 254 a. Ibi Chlotharii theſauri, ibid. Rotomagenſis fuit eccleſiæ, ibid. b
Breenſis pagus ad fluvium Urc, 205 c, 334 f
Breves ſeu Chartæ & donationes à Monachis factæ, 20 d. e Breves donationum 8, f inveſtituræ, 4 f. Brevia apoſtolica, 186 a anulo Piſcatoris munita, 129 f. Breves cur ſic dictæ, 130 a, à ſolo Notario ſcribendæ, 632 e. Breve codicillum, 572 a
Briantinus pagus, 508 c
Briga fluviolus contra Vernolium in Izaram influens, 336 b 337 a. Brigæ nomen quid ſignificat, ibid.
Brilius optimas, 474 f
Briſigavia pagus, 502
Brittaniacum ſeu Britennacum Monaſterium ad villam Cariſiacam, 259 d, 260 d, 262 d e f, 263 a b c, 266 e
Brivatenſis Comitatus, 559 d
Brocardus Archiepiſcopus, 581 a c
Brocariaca villa regia, 254 c
Brogaria Camliacenſis pagi villa, ubi baſilica S. Viviani, 256 f, 505 b d e
Brogarienſis parthenonis conditio auctore Chrothilde, 100 e, 148 e, 298 c, 408, 469 b
Brolius Vide Jacobus Brolius.
Bromereicurtis villa pagi Remenſis, 532 b
Brotona ſilva, 248 b
Brovvaria villa pagi Camliacenſis, 258 f
Brugnæ, armorum genus, 615 d
Bruno Lingonenſis Epiſcopus, 90 e, 156 b
Brunonis Epiſcopi Tullenſis notitia de inſtauratione S. Apri, 582
Bruno Ottonis Imp. Cancellarius, 115 d
Bruno de Saltu frater Fortanerii Vicecomitis, 632 c
Bruſtio ſeu Bruſcio fluvius in pago Pertenſi, 317 e, 559 a 562 e
Buccellinus optimas, 475 d
Buchardus Montemoriacenſis, dominus de Marleto, 149 a b
Bulla aurea, diploma litteris aureis exaratum, 141 c, 43 b. ſigillum, 107 e, 108 c e. Bullæ dictæ Romanorum Pontificum chartæ, 3 e. ſigilla, 128 a. item litteræ, ibid. Bullarum Pontificiarum figura vetus, 129 b & ſeqq. Bullæ Pontificiæ corticeæ, 37 c e. Bullarum Pontificiarum formula initialis duplex, 436, 444, 622. Variæ earum notæ, 181, 182 Benevalete in bullis quando cœperit, 622. In monogramma redactum à Leone I X. ibid. & 129 c. Bullæ Conſiſtoriales, 130 a. illis idem ac Brevibus olim appenſum ſigillum, ibid. Bullæ plumbeæ, 128 & ſeqq. Bullæ quandoque aureæ 130 b c Bullarum falſario quibus fiat modis, 131 b & ſeqq. mutatio facta ab Innocentio III, 131 e. Bulla aurea Caroli Calvi Imperatoris, 43 b c. aliorum, d. Bullis plumbeis uſi ſæculo IX Gallicani Epiſcopi, 128 e. an à tempore Silveſtri Romani Pontifices ibid. f. Bulla plumbea Abbatis, 133 e
Burchardus Abbas S. Baſoli, 166 f, 589
Burchardus Corbolienſum Comes, 159 b ejus donatio, 578 f
Burchardus de Montmorenciaco, 151 d
Burchardus Comes Vindocinenſis, 632 e
Burdegalenſis ſynodus, 587 c
Burdigalenſia palatia, 254 c d. unum Galieni, aliud Tutela dictum, ibid.
Burlatis locus, ubi S. Enimiæ Prioratus, 570 b

C

Cabilonenſe palatium, 254 d e
Caciacum villa, 550 a
Caciprandus Baſſus dominicus, 544 e
Cadolaicum villa & farinarium ad Brigam prope Vernum, 290 d, 296 a b, 336 b, 337 b, 483 e f, 484
Cadriuſmons palatium in Lemovicibus, 254 f, 289 b
Cadrocinus pagus, 472 e
Cadroel Abbas S. Felicis, nunc S. Clementis Mettenſis, 577 e
Cadurcus Ludovici VI Cancellarius, 122 c
Caduſſa vicus Laudunenſis ſuper fluvium Seræ, 310 d
Cæci Epiſcopi ſubſcriptio, 450
Cæſariæ epitaphium Indictione munitum, 179 a
Cæſarii Arelatenſis Epiſcopi ſacra, 14 a, 15 c, teſtamentum, 656
Ceſarion ſeu S. Tiberii monaſterium, 541 d
Caiſſarum caſtrum in Torrozella, ubi Epiſcoporum Conventus, 618 a
Cajumas Caneenſis Epiſcopus, 164 a
Cala palatium agri Pariſini, 255 a. Ejus atque Parthenonis initia, ibid. Ibi peremti Chilpericus atque Childericus Reges, b c. Sepultus Clotharius III ibid. Theodericus III hinc Calenſis dictus, ibid. Synodus Calenſis, d e.
Calabriæ primatum diplomata, 84 c d
Caligulæ lex minutiſſimis litteris exarata, 48 a
Calliſti Papæ II reſcriptum ad R. Remenſem Epiſcopum de Monaſterio S. Remigii, 598
Calliſti Metropolitæ Rhodii epiſtolæ, 67 d
Calmiliacenſe ſeu S. Theofredi monaſterium, 546 b, 569 b
Cambaronna ſuper fluvium Aſbra, 534 d
Cameliacum villa regia ſeu Mallum publicum, 256 & ſeqq. Cameliacenſis pagus olim nobilis, ibid. a, 257 a. familia Camliacenſis 257 a. Odardus, Maria & Nicolaa de Cambliaco, ibid. 282 f, 472 b c. 498 b, 505 b, 529 f, 537 d e.
Cambacenſis Comitatus, 663 e
Cambiſonum palatium, 255 e, loci ſitus f
Camborinum palatium, 253 b
Cambracinſis pagus, 606 a, 607 b c
Campania villa pagi Camliacenſis, 256 b, 541 b
Campellis Abbatiola S. Germano Autiſiodorenſi ſubjecta, 578 d e
Campus Madius prope palatia, 244 f
Camſienſis comitatus, 562 e, ubi Camlei villa, ibid. f
Capiacum ad Suminam Compendienſis eccleſiæ alodium, 588 d

Cancellariorum Franciæ catalogus, 117 *e & ſeqq.* ii tempore Meroveadum dicti Referendarii, 118 *a*

Cancellarius cum Rege vel ſine Rege ſolus ſubſcribit in diplomatis regiis, 152 *f*

Cancellarii aut Referendarii ſignum prope ſigillum in diplomatibus, 136 *b.* Cancellariorum ſubſcriptio in diplomatibus, 112 *c* minuta, 113 *c d e f.* Cancellarii ſimul plures, *ibid.* Cancellarii notariive ultimo loco ſubſcribunt, 116 *b*, 162 *d* cum ſignis intricatis 165. cum ſigno crucis, *f* formula *tunc temporis* quandoque adhibita, *ibid.* 153 *a.* Tironianis notis munita, 165 *d.* Cancellariis Epiſcoporum Notarii ſubjecti, 124 *e.* Cancellarius ſub Notario, 434 Cancellarii dicti Scholaſtici, 125 *d.* Cancellarius, Commentarienſis dictus, 17 *a* Cancellariorum officio functi S. R. E. Bibliothecarii, 126 *a.* Cancellarii publici eſſe poſſunt Preſbyteri, 123 *f.* Cancellarius monaſterii, donatoris ac teſtium vice ſubſcribit, 161 *d*

Cancellaria regia, dicta Capella, 126 *d*

Cancellariæ ſcriptura uniformis, 51 *e*

Canda, telonei genus, 563 *f*

Camculus, 404

Canonicorum plurium ſubſcriptio eadem manu abſque ſigno Crucis, 167 *e*

Canonicorum cauſæ ad Epiſcopum referendæ, criminales actiones ad eorum advocatum, 517 *e.* Canonici dicti cœnobitæ, 561 *e.* Canonicæ, ſeu Canonicorum præbendæ venditæ, 597 *b*, 598. Canonicæ regulares, monaſteria, 614 *b*

Capella S. Audoëni olim Clipiaco conjuncta, 274 *b c d*

Capella domni Martini in oratorio regio, 295 *d*, 296 *b.* ibi inita ſacramenta, 470 *d*, 483 *f*

Capella dicta cancellaria regia, 126 *d*

Capellani nobilium Notarii ſeu Cancellarii officio functi, 126 *c*

Capetianorum Regum ſigilla ab aliorum more diverſa, 159 *a.* Ad Ludovicum VII affixa, 139 *e*

Capitulorum ſigilla ab Epiſcopalibus diſtincta, 133 *c*

Capitularius, præfectus, 508 *c d*

Capræ-mons villa regia, 257 *b c*

Caprarienſe ſuburbium in pago Biterrenſi, 541 *e*

Capriniacum ad Aquilam villa pagi Laudunenſis, 554 *a*, 557 *f* 576 *a*,

Capruinus fluvius pagi Teruanenſis, 611 *e*

Captonacum agri Pariſienſis palatium 209 *d*, 257 *c d e f.* male Opatinacum dictum, *ibid.* Regum & Epiſcoporum ibi geſta, *ibid.* 258 *a b*, 380. 382, 474 *e*, 479 *a.* aliud ab Antonaco, 258 *b.* Ibi veterum Regum nummi percuſſi, *ibid.*

Capuanorum Epiſcoporum diplomata minio ſubſcripta, 43 *d*

Caput, cenſus, 552 *e*

Caput-Droni ubi Caſſolium, *le Coudrot*, 269 *e* 270 *d*

Carbonacum villa pagi Æduenſis, 565 *a*

Carcaſſenſis pagus, 545 *f*

Cardinales dicti *Fratres* abſolute, 66 *c.* Cardinalium ſubſcriptiones in pontificiis bullis, 153 *b c d*

Cardoinus Seniſcalcus, 474 *f*

Carini Imp. faſtidium ſcribendi, 165 *a*

Cariſiacum palatium, 258 & *ſeqq.* jam gallice *Kierſy* dictum *ibid.* ad Iſaram ponitur, non ad Seram in pago Laudunenſi, *ibid.* 262 *b c* Regum ac Pontificum geſta Cariſiaci, 258 & *ſeqq.* Cariſiacum Epiſcopo Noviomenſi datum à Philippo Rege, 261 *b c* Cariſiacenſis dominus Gerardus, à quo familia *de Cheriſy*, *d.* alii ejuſdem nominis, Gobertus 265 & *ſeqq.* Kiriſiacum dictum Cariſiacum, *e.* à Nortmannis inſeſſum, *ibid.* Ciriſiacum dicitur à Nicolao Sueſſionenſi monacho, *f.* item Chiriſiacum & Cheriſiacum, 262 *a.* Ibi S. Martini Decanatus, *ibid.* Silva item regia, *c d.* Villa quoque S. Salvatoris, 263 *a* 266 *b*, Cui dicata Cariſiacenſis eccleſia, *e d.* Loci dominium regibus ſtetit ad Philippum, *ibid.* Ejus de Cariſiaco litteræ, 264 & *ſeqq.* Alexandri item III, 265 *e f* Goberti de Cariſiaco atque Ingeranni Codiciacenſis, 266 *d e f.* Cariſiacum male pro Creciaco uſurpatur, 267 *d* & *ſeqq.* Cariſiacum. 498 *f* 501 *a*, 468 *d*, 517 *a*, 541 *b*, 606 *d*, 607 *d*, 610 *d.*

Cariſiacenſis villa in comitatu Brivatenſi, 159 *d*

Cariſium fluvius pagi Viennenſis, 508 *b*

Caritates in anniverſariis, hoc eſt eleemoſynæ, 536 *e*

Caro Abbas, 472 *d*

Carolomannus I Rex Remis ad S. Remigium ſepultus, 321 *f.* ejus præceptum Dionyſianum, 496. æri inciſum, 387. effigies in ſigillo cum vitta, 144 *e.* in lævam partem inclinata, 138 *c.* ſubſcriptio manu notarii, 165 *e.* Diplomatum formula initialis, 72 *a.* item epiſtolarum *c d.* 73 *a* ſubſcribendi ratio, 109 *b*

Carolomanni II Regis præcepta de Curte villa ſuper Ligerim S. Cyrico reddita, 549. pro confirmatione privilegiorum S. Germani Autiſiodorenſis, 550

Carolomanni Bajoariæ Regis diplomatum formulæ initiales, 83 *e.* diploma pro ſancto Zenone ipſi tribuendum, *f*

Carolinorum Regum effigies in ſigillis in dextrum latus converſæ, 118 *c*

Carolina ſcriptura, 46 *d*

Carolus Majordomus, 488 *e.* ejus victoria Corbarienſis, 276 *e.* ejectio ejuſdem per quos, 631 *b c* Cariſiaci moritur, 334 *b.*

Carolus Magnus in Romanam eccleſiam munificus, 5 *f.* Litteras expolivit, 50 *b*, 51 *f*, 52 *a*, ejus lex ſeu multa Aquiſgrani lata, 63 *b*, Præcepta pro eccleſia Oſnabrugenſi, 390. de bonis cœnobii Dionyſiani recuperatis, 497. De Salonæ privilegio, 499. De immunitatibus Dionyſianis, 500. pro Commutatione prædiorum cum Eufemia Abbatiſſa Mettenſi, 501. De bonis à HRodrado Comite venditis, 502. De Caunenſi villa Aniani Abbatis cœnobiis addita, 503. De abſolutione Theodoldi Comitis 504. De renovatione Teſtamenti Abbonis patricii, 507. Pro Adalrico Saxone, 512. Pro Sithienſi monaſterio, 610, 611. Placita adverſus Herchenradum Epiſcopum Pariſienſem, 498. De Sonarciaga villa pagi Tellau, 501. De Nitariolis villa monaſterio S. Hilarii Carcaſſonenſis reſtituta, 505. Adverſus Tingulfum, 512. Diplomatum formula initialis, 72 *a* & *ſeqq.* aſſumta imperii dignitate mutatur, *f* 73 *a f.* Patricii dignitas cur expreſſa, *b c. f.* ejus epiſtolarum & Capitularium formulæ, 74 *b.* & *ſeqq.* nomen à littera *C*, ſæpius inceptum, 75 *a b*, 109 *b*, aliquando per K 390 *b* 391 ſcribendi imperitia, 164 *d e.* ſubſcribendi ratio, 109 *b.* Monogramma calici impreſſum, 110 *f*, 111 *a* & *ſeqq.* Chronicæ diplomatum notæ tribus epochis inſignes, 194 *b* & *ſeqq.* Regnum ejus pro imperio uſurpatum *ibid. e.* Imperator dictus ante adeptum Imperium, *f.* Ejus & Pippini ejus filii ſigilla aurea, 135 *c* 141 *d.* ſigillum plumbeum 507 *c*, 512 *b c.* In ſigillis primus inter Reges Francorum laurea corona uſus, 143 *f* 144 *c.* ſub Carolo Magno ſigillum placitis affixum aliud ab eo quod diplomatibus imponitur, 138 *b.* ſigilli inſcriptio, *c.* diplomata æri inciſa, 387, 388, 389, 391. charta corticea, 442 Teſtamentum, 157 *f* 158 *e.* barba raſa 157 *f.*

Carolus Caroli M. filius, 503 *d*

Carolus Calvus dictus Magnus, 554 *b c.* ejus præcepta, pro eccleſia Compendienſi, 404 & *ſeqq.* Pro Herimanno Ludovici Abbatis Vaſſallo, 526. Pro eccleſia Nivernenſi, 527. De fiſco Cormiliarum in pago Vilcaſſino, 528. De prædiis Hincmaro conceſſis in Pinciacenſi, *ibid.* Item pro eccleſia Nivernenſi, 530. Pro commutatione prædiorum inter Ludovicum Abbatem & Bertonem, 531. De prædiis Vveniloni in pago Stampenſi conceſſis, 532. Pro commutatione prædiorum inter Ludovicum Abbatem & Vvitramnum, 534. Inter Gauſlinum Abbatem Gemeticenſem & Vvarnarium, 535 pro partitione bonorum cœnobii Dionyſiani, 535. De villa Sindelicias Dionyſianis conceſſa, 538. Pro S. Germani Autiſiodorenſi cœnobio, 539. De mercato Cormeliarum, 540. Pro Caunenſis cœnobii immunitate, 545. Pro S. Theofredi monaſterio 546 Placitum miſſorum ejus pro S. Tiberii monaſterio, 541. Diplomatum formulæ initiales, 76 *d e.* Ab eo deducta formula, *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis*, *e.* ſubſcribendi modus, 109 *c.* Nomen in diplomatibus à littera K inceptum, 75 *c.* Factus Imperator rubrica uſus eſt in diplomatum ſubſcriptione, 436 *e.* ſubſcriptio Chriſti ſanguine facta, 170 *d.* ſigilla aurea, 141 *e* effigies laureata, 143 Corona gemmea, 144 *a.* ſigilli inſcriptio, 138 *d.* chronicæ notæ diplomatum, 197 *c d. e* diplomata æri inciſa, 406 & *ſeqq.* Effigies cum baculo aureo, ſceptro & globo, 144 *c d.* Ejuſdem Conſtitutum de imprimendo nummis regio monogrammate, 111 *b.* Lex in Compendienſi cœnobio lata, 563 *b.* liber precum aureus, 44 *b.*

Caroli Simplicis diplomatum formulæ initiales, 77 *c d.* Chronicæ notæ, 199 *a.* tres regni ejus epochæ, *ibid.* captivitas apud Tranſligeritanos expreſſa, *d e f* Præcepta pro Ernuſto diacono & Cancellario, 558. De dote Frederunæ uxoris, 558. De erectione & dotatione eccleſiæ ſanctæ Vvalburgis apud Attiniacum, 560. Pro inſtauratione Compendienſis Abbatiæ, 560. Pro ejuſdem loci inſtrumentorum combuſtorum renovatione, 561. De Pontigonis villæ donatione facta Compendienſi eccleſiæ, 562. De conditione Capellæ S. Clementis apud Compendium, 563. diplomata æri inciſa, 411

Carolus Craſſus, 158 *e.* & *ſeqq.* Ejus diplomatum formulæ initiales, 82 *e f.* ſubſequentium Germaniæ Imperatorum, 83 *a b c.* Diplomatum chronicæ notæ, 198. *e* 206 & *ſeqq.* Auctor apponendi incarnationis anni, *d.* Coronationis ejus epocha, *e.* diplomatis multæ inſertæ, 103 *a.* ſigillum plumbeum, 142 *c d* ſigilli inſcriptio, 138 *d.* præcepta pro reſtitutione monachorum in cœnobio ſancti Apri, 552. De Cuciaco Nivernenſi eccleſiæ conceſſo, 554, pro Cœnobio ſancti Germani Autiſiodorenſis, 555. Caroli Provinciæ Regis diplomatum formulæ initiales, 84 *a b*, 255 *f.* notæ chronicæ, *ibid.*

Carolus V Francorum Rex lilia in ſcuto innumera ad ternarium numerum redegit,

git, 139 *d*. Apud Bellitatem defunctus, 251 *c*
Caroli IX edictum de anni exordio quando receptum, 174 *b c*
Caroli Siciliæ Regis ſigillum aureum, 141 *f*
Carus Clericus Notarius Landolfi principis, 126 *c*
Carus ſeu Charus fluvius, 281 *e*, 282 *a*
Caſa, & Caſa Dei monaſterium, 92 *b*
Caſaurus ſeu Caſa-aurea, ubi monaſterium Piſcarienſe, 11 *d e*, 542 *b*, 543 *f*, 544, 545
Caſaurienſe chartarium, 370, 371
Caſnus regia villa prope Compendium, 278 *c*
Caſonica vallis pagi Uzetici, 615 *b*
Caſſinogilum ſeu Caſſanogilum palatium, 269 & *ſeqq.* Ludovici Pii natalibus inſigne, *ibid.* quo pago ſtatuendum, *ibid* & *ſeqq.* loci deſcriptio, 269 *c d* 270 *b c* an ad Drotii caput, 269 *e*. Aginnenſi pago continetur & à Caſſolio diſtinguitur, *ibid.*
Caſſinoilum in pago Pictavenſi, 269 *b*
Caſſiodori locus inſignis de Papyro Ægyptiaca, 34 *b*
Caſſolium Ædes regia ad Garumnam & Caput Drotii, 269 *d e*
Caſtellanus Abbas S. Hilarii Carcaſſonenſis, 506 *a b*
Caſtellanum idioma in ſcribendis diplomatis adhibitum, 143 *a b*
S. Caſtoris monaſterium apud Confluentes, 276 *d*
Caſtricenſis pagus idem cum Regiteſtenſi, 323 *a*
Caſtrenſe S. Benedicti cœnobium, 572 *f*, 573 *a*
Cataboli ſeu Cadaboli ordo, 474 *b*, 485 *c*
Catalaunenſe palatium, 270 *f*
Catuſiacum an idem cum Codiciaco, 275 *c*
Catholicus & orthodoxus dictus Pipinus Rex Francorum 384. Catholici dicti Hiſpanici Reges, *ibid.* poſt Reges Chriſtianiſſimos, *ibid.*
Cauciacenſis Abbatia, 544 *c* 558 *a*
Cauciacum palatium ac monaſterium S. Stephani, 268 *e* 271 & *ſeqq.* loci ſitus, *ibid.* hic ſepulti Childebertus III & Bertrada Caroli M. parens, *b*. cedit Aſceterio Medardenſi, *c*. Cauciacenſium militum ac Caſtellanorum origo, *e f*, 272. Nomina, Robertus, Albricus, Theco, Rainaldus, Normannus, Quintinus, Ludovicus, Johannes, Guericus, Hugo, Petrus, Bertrannus, Robertus alter, Johannes, Guido, Gualterus, Reginaldus, Emmelinus, Vvillelmus, & Balduinus, 271 *e f*, 272. loci varia nomina, 271 *d*, 272 *a*
Cavellicus pagus, 509 *f*, 510 *e*
Caugia ſuper fluvium Tuvam pagi Camliacenſis, 505 *b*
Caunenſe monaſterium, ubi Anianus Abbas, 283 *d*, 543, 545, 546, 572 *e*
Caunenſis villa, 504 *a*. Alias Buſintis, in monaſterium mutata, 504 *a*
Caziacum ſeu Caſiacum palatium atque monaſterium, 268 *d e f*. à Normannis pervaſum, *ibid.*
Caziacum in ſuburbio Meldenſi, 268 *f*
Cellarium fiſci, 474 *a*
Celſinianenſe apud Arvernos cœnobium, 559 *d e*, 570 *e f*
Celſitudinis titulo donati Epiſcopi, 91 *a*
Cenomannenſis eccleſiæ jus cudendæ monetæ antiquiſſimum, 220 *e*
Cenſuales libri ſeu polyptychi, 7 *e*, 235 *c d*
Cenſus ſolidorum in vinculo compoſitus, 615 *b*
Centius Scriniarius S. R. E. de quarta decima regione trans Tiberim, 599, 600 *a*
Centullus Comes Bigorritanus, 177 *b*
Ceræ varius color in diplomatum ſigillis, 140 *f*, 141 *a*. 151 *b c*. Ceram viridem in chartis primus adhibuit Philippus Aug. 140 *f*. 141 *a*. Flavæ uſus Regibus Franciæ proprius, *ibid.* privilegio conceſſus Renato Regi, *b*.
Cereus Paſchalis, 174 *f*. In eo quid notatum, 175 *a b*. Cerei paſchalis benedictio, *c d*. Cerei apud Romanos in Natali domini an iidem cum Paſchalibus, *ibid.*
Cercilla ſeu Sarcella villa regia, 273 *d*
Cethegus Conſul, 457 *. varia ejus prænomina, *ibid.*
Chabdedo Epiſcopus, 467 *a*
Chado Metropolita, 298 *f*, 469 *f*
Chado ſeu Hado Corbeiæ Abbas, 306 *c*. 611 *c*
Chadoindus Dagoberti Referendarius, 118 *b*
Chaduinus Epiſcopus, 475 *d*. 476 *c*
Chagnericus optimas, 475 *d*. 491 *a*
Chaino Diaconus, 469 *c*. Item Abbas S. Dionyſii, 154 *f*, 295 *d*, 304, 312 *a*, 380, 382, 471 *c d*, 472 *c*, 473 *c*, 474 *a f*, 475 *a b*, 476 *e*, 477 *d*, 479 *c d*, 627
Chairebaldus optimas, 490 *f*
Chaldeberchtus Referendarius, 114 *e*, 480 *b c*
Chaldedramnus, 475 *e f*
Chaldo optimas, 467 *b*
Chaoaldus Epiſcopus Viennenſis, 467 *a f*
Chaonradus Imperator, 583 *b*
Characterium eccleſiæ & Epiſcopi ſeu ſigillum, 132 *a*. aliquando idem cum cauterio jumentorum, *ibid.* *e*
Chardericus Abbas S. Dionyſii, tum Epiſcopus, 256 *d*, 304 *c*, 469, 470 *f*, 479 *e*, 480 *e*, 627 *b*
Charichardus optimas, 298 *c*, 468 *c d e*, 491 *d*
Chariſigilus Chlotharii I Referendarius, 118 *b*
Charimeres Childeberti II Referendarius, 118 *b*
Charta, res quælibet excipiendæ ſcripturæ idonea, 31 *e*. Charta, Papyrus Ægyptiaca, 33 *a b*. Chartarum varia genera, 3 *d* & *ſeqq.* 4 *e f*. Chartæ, regales, pagenſes & eccleſiaſticæ, *ibid.* Charta audientialis, 4 *c*. Chartæ papyraceæ immenſæ magnitudinis, 40 *c*. Chartæ vulgaris quæ origo, 39 *a*. non eadem cum libris linteis, *ibid.* Charta coccinea, 43 *e*. crocata & crocea, *ibid.* Charta cuttunea ſeu cortonea, 39 *c*. Chartæ opiſthographæ, 32 *c d*. Charta plenariæ ſecuritatis, 5 *b*. 40 *d*. 344, 345 460*. Charta opus dicta, 578 *c*. 616 *c*. Charta paricla ſeu particula, 4 *e*. indentata ſeu identata *f*. 5 *e*. Ambaginalis, 4 *f*. Duplicis generis, 428 *b*. Chartæ indentatæ, 149 *c*. 428, 429. Sigillum unius partis alteri datum, 428. Charta per Alphabetum diviſa, *b c d*, *f*. Chartæ chronicæ notæ à paſſione Domini initæ, 588 *a*. Chartis ſerius aliquando ſigillum appoſitum. Hinc chartæ imperfectæ, 149 *d*. Chartæ ſeu diplomata vel inſtrumenta defectu ſigilli ſæpe non ſigillata, 134 *a*. Charta aureis litteris exarata, 19 *a*. Chartæ ſeu diplomata lituris infecta, 59 *d e*. Chartæ gallicè ſcriptæ, 60 *a*. & *ſeqq.* Charta plumbea Neronis, 38 *f*. Charta Ravennenſis apud Lambecium, 460 & *ſeqq.* Chartæ falſæ, 22, 241 *e*. Chartarum variæ probationes, 460.* Chartarum copiæ veteres. 28 *d e f*. earum uſus, *ibid.* & *ſeqq.* Charta facta rogatu donatoris per Abbatem cui donatio competebat, 234 *b*. Charta manu cur contacta, 165 & *ſeqq.* 168 *a b*, 588 *a*. Chartarum renovatio & corruptionis cauſæ, 26 & *ſeqq.* Chartæ per Officialem monaſterii renovatæ, 27 *e f*. per Abbatem, 28 *a*, per Officialem Epiſcopi, *ibid.* per Notarios, 28 *c*. Chartarum exempla miniſterialibus cur data, 235 *d*, 236 *a*. Chartarum cuſtodes Epiſcopi, 10 *e*, 240. Chartæ *V.* Inſtrumenta & Diplomata.
Chartaria, 235 & *ſeqq.* Eorum origo ad ſæculum x referenda, 7 *e f*, 235 *c*. Iis antiquiores libri cenſuales ſeu polyptychi, *ibid.* *d*. Tria chartariorum genera *e f*. In iis exordia & concluſiones inſtrumentorum ſæpius reſecatæ, 236 *f*. Hiſtorica, *ibid.* 237 *a*. Authentica & privata, *ibid.* Eorum auctoritas, *b* & *ſeqq.* Huic non obſtant mendæ aliquot, & quorumdam inſtrumentorum depravatorum inſerta iis deſcriptio, *e f*. 138 *e f*. nec item quod autographa non ſunt, 138 *a b*. Chartariorum utilitas, 8 *b*. mendæ, *ibid.* uſus & examen, *ibid.* *e*. Chartariorum uſus cum delectu habendus, 238 *e f*. Chartarium, Romanæ eccleſiæ archiva, 7 *b c*
Chartula relationis, ſeu Apennis, 29 *c*
Chartularium *V.* Chartarium
Chartularius, an cuſtos Chartarum, 10 *f*
Chartularius monaſterii monachus, 543 *f*, item vir conjugatus, 544 *a*
Chedelmarus Abbas S. Germani à pratis, 480 *d e*, 481 *a*
Childebertana uxor Amalfridi optimatis, 507, *b d*
Childebertana matrona nobilis, 258, *f*
Childeberti I diplomata pro Nantenſi cœnobio, 16 *f*. pro Aniſolenſi, 17 *a*
Childeberti I Regis Præceptum pro xenodochio Lugdunenſi in Synodo confirmatum, 105 *d*
Childebertus III Cauciaci ſepultus, 271 *a*. Ejus Præcepta de Napſiniaco villa, 476. De Tuſonis vallis monaſteriolo, 477. De Nocito, 479. De Solemio, 481. Placita de Hordinio, 477. De Lemauſo monaſteriolo, 480. De Childriciago & Taxmedis, 482. De mercato ſancti Dionyſii, *ibid.* De Cadolaico farinatio prope Vernum, 483. De nundinis Dionyſianis, 631 *a*. Diplomata æri inciſa, 382, 385. Edictum, 88 *c*. leges Attiniaci ſancitæ, 248 *f*
Childebrandus vir inluſter, 378, 379, 468 *f*
Childerici I Regis anulus aureus cum ipſius effigie, 135 *f*, 136 *c*.
Childerici III Præceptum pro Sithienſi cœnobio, 610. Is non Theoderici, ſed Chilperici filius, *ibid.* *d*. Sigilla duo, 374, 384, 385
Chillardus Abbas S. Dionyſii, 295 *f*, 484 *d*, 485 *b*, 486 *a*, 490. ab aliis Helardus, 627 *d e*, 628 *d*
Chilbo Comes, 475 *d*
Chilperici Burgundiæ Regis diploma, 16 *c*
Chilpericus II Rex Attiniaci mortuus, 248 *f*. Ejus Præcepta de Dionyſianis immunitatibus, 484. De Teloneis, 485. De centum vaccis, 486. Pro cœnobio Foſſatenſi, *ibid.* Placitum de Bacivo ſuperiori,
Chilperici II pater Childericus, 485 *b*, 486 *b*. Ejuſdem Præceptum pro Sithienſi cœnobio, 608. Genus ejus hic expreſſum *d*. Item ejuſdem diploma æri inciſum, 385
Chiſnei caſtrum, 428 *b*
Chirographa, 5 *b c d e f*, diplomata ſeu chartæ apud Anglos, 169 *b c*
Chirographum ſeu Cirographum Ludovici VII, 428, 429
Chlodoaldus Chlodomiri filius; 281 *e*
S. Chlodoaldus *V.* Novientum.
Chlodoaldus optimas, 381, 383 *a*
Chlodoveus I dictus *Magnus* & Hludovicus, 557 *e*. Ejus barba prima poſita, 136 *f*, 137 *a b*. diplomatum ſtilus, 88 *b*. diploma Mitjacenſe, 16 *d*, 158, *a*, 363 *b*

Chlodovei II Regis Præcepta, Dionyſianum Synodale, 158 ab, 466. pro villa Cotiraco Dionyſiano cœnobio conceſſa, 378. pro commutatione villæ cum Audoeno Epiſcopo. ibid. litteræ corticeæ, 40 e. 366, diplomata æri inciſa, 378 & ſeqq.

Chlodovei III Regis placitum de lite Chainonis, 473. De Hidulfo-villa, 474, de Nocido, ibid. De Baldanacurte, 475. Præceptum de immunitate Dionyſiana, 474. pro cœnobio Sithienſi, 607. charta æri inciſa, 381

Chlodovvaldus optimas Francus, 274 e

Chlotharii III principatus anni xvi inchoati, 191 de, 298 d, 378, 379. præceptum pro Sithienſi cœnobio, 605. ſubſcribendi modus, 109 b

Chlotharius an Theoderici filius, 483 cd

Chosrois Perſarum Regis epiſtola, 41 d

Chradobertus optimas, 467 b

Chramlinus ſeu Crammelinus Epiſcopus Ebredunenſis, 298 b. in Synodo depoſitus, f, 299 ab, 469 e f, 470 a, 510 e

Chramnino Optimas, 298 e, 378, 379, 468 f

Chramno Epiſcopus, 380, 382

Chriſtianus Epiſcopus Autiſiodorenſis, 154, 155 b, 455, 458, 550 d

Chriſti monogramma in labaris Conſtantini, 110 c. Chriſti ſanguine factæ ſubſcriptiones, 170 b c d

Chriſtianiſſimi quando dicti Francorum Reges, 62 f, 384. antequam Reges Hiſpanorum Catholici, ibid.

Chroannus Odonis Regis Notarius 415, 556

Chrodardi Comitis fratris Fulradi Abbatis teſtamentum, 209 d, charta, 494

Chrodeberchtus Referendarius, 112 f

Chrodecarius Abbas Corbeienſis, 378, 379

Chrodecarius Abbas, 298 c

Chrodecharius Abbas, 469 a

Chrodhardus Comes, 297 d

Chrodgarius vir inluſter, 610 e

Chrodieldis Regina qui dicta 89

Chrodingus Pippini Notarius, 118 d

Chrodmundus Graſio, 475 d

Chrodobandus vir inluſter, 378, 379

Chrodobardus optimas, 298 e, 469 a

Chrodoberchthus Referendarius, 475 d, 485 e

Chronicæ notæ bullarum Romanorum Pontificum, 186, 187, 446, 447, 622 f

Chronologicæ notæ diplomatum in infima ora appoſitæ, 51 e, 171 & ſeqq. 178, 179, 180, 181 & ſeqq. 189 & ſeqq.

Chrothardus Cancellarius, 502 b

Chrothardus ſeu Rothardus optimas, 491 d, 494 a

Chrotcharius Abbas ſanctæ Mariæ Bleſenſis, 257 f, 258 a

Chrotcharius monachus Dionyſianus, item Diaconus & Abbas, 474 d, 475 e, 478 c 479 d, 485 e

Chrothildis Reginæ chartæ, 17 d

Chrothildis ſeu Chrodechildis aut Chrotochildis Regina uxor Theoderici III Regis, 290 f, 291 a, 471 c, 08 b

Chrothildis matrona Deo devota 70 c, 191 c d, 298 a. Ejus charta de conditu cœnobii Brogarienſis, 100 e, 148 a, 468, 499. charta æri inciſa, 379

Chugoberchthus Seneſcalcus, 475 e

Ciſræ Romanæ & Arabicæ, 214 f, 215 a b. Romanæ dumtaxat in vetuſtis diplomatibus adhibitæ, 215 b. earum valor, ibid. c numerus milleſimus tranſverſa ſupra ciſram lineola deſignatus, d. Litterarum numericarum forma ſpecialis in diplomatibus attendenda, e f. Ciſratum veterum aliquot figuræ, 72, 375

Cilimanicus pagus, 472 e

Ciſtercienſis monachus in propria cauſa Judex ac teſtis, 233 f

Civitas, urbs Epiſcopalis, 6 a

Cixſilanes Judex, 396, 397, 513 c

Clariſium villa contra Confluentes Iſaræ & Axonæ 561 b, 568 ef

Clarus Epiſcopus Gratianopolitanus, 467 a

Claudius Imperator trium litterarum auctor, 47 d. Claudii Imperatoris teſtamentum, 157 f

Claudius regalis Cancellarius ſub Childeberto II, 113 f

Claves cum Pallio apud S. Dionyſium relictæ à Stephano P P. III 629 f 630

Clavis Paſchalis notæ chronicæ ſpecies, 618 a

S. Clementis capella Compendienſis, 563 d e f

Clementis VI bullis adjectæ roſæ gentiles, 129 f

Clericorum cauſæ ad Epiſcopum referendæ, criminales actiones ad eorum advocatum, 527 e. Clericorum teſtimonium in propria cauſa, 168 d, 233 f, 234 a d e f, 604 d e, 632 b

Clipiacum aut Clippiacum palatium agri Pariſini, 273 & ſeq. varia ejus nominis loca, ibid. Regum Geſta Clipiaci, ibid. Epiſcopalis Synodus habita ſub Dagoberto ibid. Ibi mortuus Audoenus, 273 a. Ab ejus reliquiis dicta Capella S. Audoeni, olim incluſa Clippiacenſis palatii parte. b e, nunc ab ea ſejuncta, d 375

Clodulfus optimas, 495 c

Cluniacenſium Abbatum Coabbates, 571 c

Clypei nobilibus dari in ſigillis, 146 e

Codiciacenſis ſeu Cauciacenſis conventus in Abbatia S. Stephani, 271 e f

Codiciacum caſtrum, 274 e f. Codiciacenſes caſtellani. 275 a. Codiciacum an idem cum Catuſiaco Æthici & Cauciaco c.

Cognominum origo, 92 c & ſeqq. aliquando ex ſcommate, 93 a. Cognomina monachorum, ibid & 632 a. Cognomina in diplomatibus ſpatio interlineari appoſita, 165 b c

Cointii Annales Franc. examinantur, 626 ad 631

Coleu lector, hoc eſt ſcholæ præfectus, 25 d

Colomanni Regis decretum, 127 e

Comes liber adſcriptus Hieronymo, 392 e, 362 b. Emendatus ab Alcuino, 52 a

Comites dicti inluſtres, 70 b

Comes palatii ad vicem alterius Comitis palatii profert teſtimonium, 485 f. Eorum munus 484 b

Comites ſacri palatii ſæculo IX dicti, 116, f, 117 a, 243 f, 344 c d. Item Comites palatini, 117 a

Comites palatii ſimul plures 117, b c, 296 b

Comitatuum hereditariorum origo, 220 c f, 663 d

Comitiſſæ vocabulum quam antiquum, 220 f, 221 a, 634 b

Communiarum ſigilla, 148 f, 149 b c

Commentarienſes dicti Cancellarii, 17 a, 114 a. Quæſtores, Apocriſiarii & ſignatores, ibid.

Compendium palatium, 275 & ſeq. Compendienſis eccleſiæ conſecratio ab Johanne Papa, 588 c. Compendienſis ſynodus ſub Philippo Rege, 585 d

Comparatus Saio, 541 d

Concilii Ancyrani canon, 10 d. Concilium Agathenſe, 10 e. Germiniacenſe, 284 e. Romanum, 10 e. Remenſe, 597 c d. Santonenſe, 24 b V. Synodus. Conciliorum imprecationes, 98 c & ſeqq. Conciliorum Gallicanorum actis indictio adhibita, 178 d e. Aliorum, 179 a. Conciliorum actis & ſynodicis diplomatibus abſentes & poſteriores ſubſcribunt Epiſcopi, [illegible] a b c d, 624 e f

Condeda villa, 419

Condo Theodeberti Regis domeſticus, 244 e f

Coneda villa, 335 c

Confirmatores dicti teſtes, 209 a

Confluentes ad Rhenum villa regia, 276 b c d, 610 a

Cono Cardinalis Remenſi concilio præſidens, 597 c

Cono de Aſpero-monte nobilis, 591 f

Cono dominus Petræfontis, 278 e

Cono filius Ivonis Nigellenſis domini, 152 b

Cono nepos Ivonis Comitis Sueſſionenſis, 602 d

Conquenſe cœnobium, 572 a

Conradus Epiſcopus Moguntinus, 161 c

Conradus Comes, 550 d e f. 551 f. 552 a b

Conradi Comitis donatio verbis facta in extremis, 575 b

Conradus an Theodorici Kalenſis Notarius, 610 a

Contingii cenſura diplomatis Ludoviciani, 2 b. Refutatur, 116 f. 117 a b. 143 e f. 226 & ſeqq. Locus inſignis de præſcriptione, 239 a b c

Conſtabilis optimas, 502 b

Conſtans Archimandrita S. Dii, 169 e

Conſtantia Francorum Regina, 203 d e. 215 b. 582 a b

Conſtantini conſtitutio de Militum teſtamentis, 31 d e. Sigillum imperiale, hoc eſt diploma, 127 f

Conſtantinus Epiſcopus Bellovacenſis, 380, 382, 474 f. 475 d, 476 c, 479 c d e

Conſtantinus Notarius Beneventanus, 113 a

Conſtantius Decanus Remenſis, 585 f

Conſtramnus non Abbas Dionyſianus, 628 e. 629 a

Conſulatus imperiali dignitati addictus, 182 c. Conſulatus pro imperio, 177 b. Conſulatus anni Imperatorum, 436, 438, 440, 441, & ſeqq.

Contraſigillum, ſigillum ſecreti, 147 f. Inſcriptiones ibi appoſitæ, 148 a. Contraſigillo ex Regibus Francicis primus uſus eſt Philippus Aug. 430, 431. Contraſigilla quando ſcutis gentilitiis munita, 153 d

Convvoio Abbas Rotonenſis, 254 e, 289 a b

Copiæ ſeu exempla chartarum antiqua, 28 d e. uſus, ibid & ſeqq.

Copſiſtainum villa regia, 276 d e. An idem cum palatio ad Salam fluvium, ibid. 502 f

Corbatia palatium, 276 e f

Corbeïæ Saxonicæ immunitas, 514 f

Corbilianus Abbas Pſalmodienſis, 615 c

Corbiniacum palatium, 276 f. in Laudunenſi pago, 277 a d. Frederunæ Reginæ cedit in dotem 6, 558 f, 559 a. mox Remigiano addicitur cœnobio, 277. Huc tranſlatæ S. Marculfi reliquiæ, c. varia loci ejus nomina, d e. ibid.

Cordoveſi ſeu Calcei monachorum, 392 e, 536 a

Corſintiſca villa fictitia, 277 e f. 278 a b

Corellus pugil Epiſcopi Erchenradi, 499 a b

Cormiliæ pagi Pariſini villa Dionyſiana, 536 a

Cormiliæ pagi Vilcaſſini villa Dionyſiana, 528 a, 536 a, 540 f

Corniaco-villare pagi Camliacenſis, 2[illegible] f

Coronæ Francorum Regum in ſigillis, 144 a b c, 416 & ſeqq.

Corticum antiquitas & uſus in diplomatis, 33 & ſeqq. à papyro Ægyptiaca differentia, *ibid. c. Vide* Papyrus Ægyptiaca. Corticeæ chartæ, 430, 437, 438, 439, 440, 441, 442*, 443, 458*. Corticea charta Caroli M. 442
Coſmas Protopatricius Beneventanus, 142 *f*
Cotia villa regia & ſilva, 278 *cdef*. Cauſia & Cuſia dicta, *ibid.* loci ſitus, *d.* vetus Adelhaidis palatium dicitur, *ibid.* Hic S. Johannis Parthenon, *ef.* 245 *c.* Canonicis relictus, 279 *a*
Cotitacum villa pagi Camliacenſis, 256 *e*
Coxanenſis monaſterii dotatio & immunitas in conventu Epiſcoporum firmata, 615. 616 *f*
Craſſenſe S. Mariæ cœnobium, 572 *e*
Creciacum ad Saram pagi Laudunenſis villa, 261 *a*, 262 *ad.* alia à Cariſiaco, 267 *d* 279. An villa regia, *ibid.* Caſtri ejus loci auctor Thomas de Marla, 267 *e.* locus is alius à Criſciaco pagi Pontivi, 279 *b*
Creſamentum, 477 *d*
Criſæ caſtrum Sueſſione, 329 *ab*
Criſciacum palatium, 482 *ad*
Criſciacum ſeu Creciacum villa regia pagi Pontivi, 279 *cd.* Ad Maiam fluviolum poſita, *ibid.* Regum geſta hoc loco, *ibid.* 606 *d.* 610 *d*
Criſpianum villa territorii Narbonenſis, 531 *bc*
Criſtivilum Pariſienſe virginum Cœnobium, 472 *c*, 625 *b*
Croaunus Odonis Regis Notarius, 413, 556 *be*
Crodoldus amniculus agri Pariſienſis, 251 *f*, 253 *cd*, 273 *b*, 520 *f*, 536 *a*
Croiacum in pago Camliacenſi, 256 *f*
Crotperti Epiſcopi Turonenſis privilegium, 487 *bf*
Croviacus ſeu Croiciacum villa regia Sueſſionenſis, 279 *e*, 300 *ab*, an regno Auſtrico adjuncta, 328 *d*
Crucis ſignum initio diplomatum, 67 *d.* Crucis ſignum pro diplomatum ſubſcriptione, 389. Crucis ſigno munita diplomata, 18 *e.* & Notitiæ, 233 *e.* Crucis ſigno munitæ Epiſcoporum ſubſcriptiones, 167 *de.* Crucis ſignum à teſtibus ſæpe appoſitum, ſæpe omiſſum, 165 *ac.* à Theodorico III nomini præfixum, *e.* Eo uſi Regum filii in ſubſcriptionibus, *f.* Reges Capetiani, 156 *a.* Crucis ſignum à Regibus effictum in diplomatibus, 159 *d.* Cruces tres diplomatibus Imperatorum adſcriptæ, 45 *b* Crucis ſignum monogrammatis adjunctum à Capetianis Regibus, 166 *ab.* Crucis ſigno acta Concilii à Regibus & Principibus ſubſcripta, *c.* Crucis ſigno uſi Angli ad Vvillelmum Conquæſtorem in ſubſcriptionibus, 169 *abc.* item initio diplomatum, *ibid.* Alii, *ibid.* & ſeqq. ſubſcriptionis loco valet in Teſtamentis, 170 *a.* Crucis ſignum pro ſigno regio apud Hiſpanos Reges, 161 *b.* Crux procerum manu facta in ſubſcriptionibus, 587 *e.* Crucis ſignum diplomatis affictum aliquando ex ſcripturæ ignorantia, 163 *ef.* Crucis ſignum à Comite ſacri palatii factum ob litterarum ignorantiam, 544 *e.* Crucis judicium, 499 *abcd*
Crucis S. Audoëni Abbatia, 558 *a*
Cuciacum villa Comitatus Arvernenſis, 554 *d*
Cuiſia ſeu Cuyſia *V.* Cotia.
Cultellus & feſtuca ſeu guaſo inveſtituræ inſignia ſecundum legem Francorum, 542 *c*
Candolus de Suliano, 543 *f* 544 *a*
Cunradus Lantfridi optimatis filius, 251 *d*
Curborius vicus in pago Tellao, 490 *e*
Curcellæ in pago Camliacenſi, 256 *f*
Curcius Rufius Apronianus, 352 *e*
Curcii Rufii inſcriptio, 354
Curia Epiphaniæ, Paſchæ & Pentecoſtes, 201 *a*, 203 *ef*, 221 *b.* Curia coronata, 203
Curtilis villa Dionyſiana, 529 *e*
Cuſiacum an villa regia, 279 *f*, 280 *a*, 525 *c*, 557 *e*
Cyclus Lunaris & decennovenalis, 594 *f*, 581 *c*
Cynnabaris uſus, 404

D

Dadilæ ſeu Dadilani optimatis teſtamentum, 615 *ade*
Dado ſive Audoënus Dagoberti Referendarius, 112 *e*, 113 *a*, 114 *b*, 374, 465 *c*
Dado optimas, 491 *a*
Dag. Bituricenſis Epiſcopus, 577 *d*
Dagobertus I an auctor Cœnobii Dionyſiani, 626 *c.* Chartæ ejus vindicatæ, 224 & ſeqq. 626 *ef.* Diploma pro villa Iticinaſcoa, 375, 465, æri inciſum, 374. charta de Cotiraco laudata, 378. privilegium Reſbacenſe, 273 *e.* Immunitates, 484 *e.* 486 *b*, 487 *c*, 488 *d.* 493. privilegium pro S. Maximino expenditur, 217 & ſeqq. litteræ corticeæ, 36 *b.* regni epocha, 192 *b.* teſtamenti quatuor exempla, 29 *a.* barbatata effigies, 136 *f*, 137 *e.* moneta, 374
Dagobertus II Rex Satanaci ſepultus, 322 *f*
Dagobertus miniſterialis, 484 *a*
Daimbertus Epiſcopus Senonenſis, 133 *b*
Daltinus Abbas S. Dionyſii, 296 *ab*, 482 *e*, 483 *ae* 627 *d*
Dalmatius Abbas, S. Theofredi, 167 *e.* 569 *df*, 570 *abc*
Dalmatius Vicecomes, 571 *a*
Daniel Abbas Caunenſis, 543 *b*, 545 *e*, 546 *a*
Daniel Ludovici Pii Notarius, 119 *e*
Dapifer idem cum Seneſchalco, 121 *a*
Dapiferatus dignitas Comitum Andegavenſium propria, 160 *f*
Data Pontificia per annos Incarnationis ſecundum Dionyſium & Evangelii probationem diverſos, 59 *d.* Datæ variæ, 171 & ſeqq. Datæ defectus in diplomatis, 420, 422, 430, 431. *Vide* Annus, indictio, &c.
David Beneventanus Epiſcopus, 132 *f*
David Judex, 396, 397, 513 *c*
Decimæ datæ monaſteriis ſæculo IX, 552 *f*
Decima panis & vini à regibus monaſterio data, 278 *ef*
Decretalium anathematiſmi frequentes, 96 *ef*
Decretum Eccleſiæ pro teſtamento, 5 *c*
Decta Chrodoberti relicta, 469 *c*, 470 *d*
Dembertus Præpoſitus eccleſiæ Senonenſis, poſtea Epiſcopus, 589 *d*
Deodati clerici donatio facta Sithienſi cœnobio, 611 *e*
Denarius excuſſus ſecundum legem Salicam ad faciendum libertum, 558 *a*
Deodati Monachi donatio, 9 *c*
Deotericus Epiſcopus Mettenſis, 575 *bc*
Depoſitionis comminatio, 105 *f.* & ſeqq.
Deſcriptio, 4 *abd*
Deſideratus Epiſcopus, 467 *b*
Deſiderius Epiſcopus, 465 *f*
Deveſtituræ ſymbolum, 631 *f*
Deusdedit Epiſcopus Rutenenſis, 572 *e*, 574 *e*, 577 *a*
Deusdedit Notarius eccleſiæ Ravennatis, 446
Diddo optimas, 491 *a*
Dido Laudunenſis Epiſcopus, 133 *b*, 188 *c*, charta ejus pro cœnobio Vincentiano, 556
Dienſis pagus, 509 *ef*
Diocletianus *veteranus Rex* dictus à Lactantio, 80 *f*
Diogenes Archimandrita S. Thalaſſii, 169 *e*
Diona villa regia palatii Attiniacenſis, 280 *ab.* nunc S. Vvalpurgis dicta, *ibid.* 560 *b*
Dionyſii exigui cyclus, 176 *c*
Dionyſii à Clemente miſſio in Gallias ante Hilduinum credita, 229 *f.* Sollemnitas ejus, 630 *c.* S. Dionyſii reliquiæ Novientum delatæ, 304 *e.* Dionyſiani cœnobii bonorum partitio 535. Abbatum catalogus, 526, & ſeqq. 627 & ſeqq. Epiſcopus loci, 629 *cd.* Dionyſianum archivum vindicatur, 222, 223 & ſeqq. Dionyſiani monaſterii partitio bonorum auctore Hilduino, 519, villæ Dionyſianæ, 520, 521. Dionyſianum Chlodovei II privilegium, 466. Dionyſianus vicus & mercatum, 309 *b*, 482 *ef*, 483 *ab.* 493, 494, 630 *ef.* Dionyſianum palatium, 280 *c.*
Diplomatum varia genera, 3 *d* & ſeqq. ac nomina, 209 & ſeqq. antiquitas pro eccleſiis & monaſteriis, 10 & ſeqq. 16 & ſeqq. Diplomata ſeu chartæ pariculæ, 475 *ef*, 477 *a.* Diplomata auro exarata, 32 *def.* 44 *ef*, 45 *a.* in cortice ſcripta, 33 *a* & ſeqq. an in plumbo vel ære exarata, 38 *ef.* Diplomatum ſtilus varius 61 *a.* Barbarus, 54 & ſeqq. ſcriptura à libris ſcriptis diverſa, 50 *d.* Diplomata gallicè ſcripta, 60 & ſeqq. Hiſpanicè primùm ſcripta ſub Alfonſo Aſtrologo Rege, 143, *ab.* quando *publicè* facta primùm dici cœpere, 209 *b* & ſeqq. labaris, Crucis ſigno, anno Incarnationis, A & ω initio munita, 66 *ef*, 67 *abc*, 72 *d*
Diplomata pontificia triplicis generis, 181 *ef*, 186. eorum forma *ibid.* Eorum ante poſtque Gregorium VII qualis inſcriptio, 622 quandonam primum Cardinalium ſubſcriptionibus munita, 153 *bcd.* ſynodica item, *ibid.* diplomatis ſynodicis Epiſcopi abſentes & poſteri ſubſcribunt, nullo habito dignitatis ordine, etiam aliquando poſt Abbates, 154 *def.* Hinc ſpatium vacuum relinquitur, *ibid.* 155, 156. Diplomatum pontificiorum chronologicæ notæ, 181 *c* & ſeqq. *V.* Bulla & Papa.
Diplomatum regiorum formulæ, 69 & ſeqq. initiales, 70 & ſeqq. Diplomata Merovingorum Regum abſque annis Incarnationis, 189 *e*, Carolinorum item ordinaria, 173 *a*, 190 *a*, ſecus in ſollemnioribus, *ibid. bc.* Capetiorum anno Incarnationis prædita, 190 *def.* Diplomata à Francicis Regibus quî ſubſcripta & ſigillata, 107 & ſeqq. Iis addita poſtmodum Reginæ ac filii ejus ſubſcriptio, 332 *b.* item poſterorum Regum, 157. ſolus cum Rege vel ſine Rege Referendarius aut Cancellarius ſubſcribit, 50 *d*, 152 *f.* In Diplomatis teſtium uſus antiquus, 152 *f*, 153 *a.* quando adhibita imprecatio, 563 *b.* In diplomatis apud Francos ante Carolum M. Indictio nulla, 178 *e*
Diplomata autographa chronologicis notis deſtituta, 212 *a*, 471 *b*, 562 *c*, *menſe intrante & exeunte* data, 212 *def.* cur non ſigillata, 134 *a.* manu tacta à teſtibus qui non ipſis ſubſcribebant, 168 *ab.* longe poſt factam donationem ſcripta, 193 *b*, 214 *de*
Diplomatis conceſſi locus in fine ſemper appoſitus, 243 *d.* Diplomatum excommunicatio, multa & imprecatio, 472, 525 *b.* Diplomatis inſerta laus ſui ipſius, 614 *a.* Diplomata in archivis epiſcopalibus ſervata, 472 *f.* Diplomata in curia Epiphaniæ, Paſchæ & Pentecoſtes data, 203 *ef.* Diplomatum ambaſciatores, 205 *abc*,

autographa cur imperfecta, 210, 576 b Diplomatis exemplaria duo, 518 f, 520 a. copiæ veteres, 28 d e f. earum uſus *ibid.* & *ſeqq.* notæ chronicæ ſæpius adjectæ, 243 a b c. in ſubſcriptionibus aut notis chronicis vitiata, non inde ut ſpuria habenda ſunt, 221 d e f. falſum exponere qui poſſunt vera diplomata. *ibid.* 222 a. Iis infertæ leves mendæ, eorum fidei elevandæ non ſufficiunt, 241 e f, 624. Diplomatum interpolatio unde nata, 30. Diplomata à Papebrochio in ſpecimen aliorum prolata expenduntur, 217 & *ſeqq.* Diplomatum verorum à falſis diſtinguendorum regulæ quædam expenduntur, 220 c, & *ſeqq.* Diplomaticæ rei judicium qui ferendum, 241, 242. Diplomata *V.* Chartæ.
Diſpoſitiones, Principum reſponſa, 102 d
Diſtractio in venditione, 457 *
Divi nomen pro Sancto neutiquam uſurpatum, 92 c. Divina manu ſeu divinis apicibus facta ſubſcriptio, 170 e f. divinæ aures Imperatoris cur dictæ, 231 e. divinum reſcriptum, charta imperialis, 19 b.
Divionenſe caſtrum ſeu palatium, 280 d e
Diurni Romani imprecationes non adjectitiæ, 101 d
Documenta pro chartis, 10 e
Dodina Abbonis Patricii avia, 509 d, 510 a
Dodiniaca finis, 514 a
Dodo Epiſcopus Andegavenſis, 454
Dodo Abbas Dionyſianus, 99 f, 625 b, 627 a
Dodo Abbas S. Manſueti, 185 b
Dodo Comes auctor necis S. Lantberti, 628 b
Dodo Pippini Aquitanorum Regis Cancellarius, 401, 523 f
Dodo nobilis Abbonis Patricii avunculus, 509 c d.
Dolomenſis ſeu Dulcomenſis pagus, 323 a
Dominæ uxores à maritis appellatæ, 90 a
Dominicus Abbas Caſaurienſis, 12 e
Dominicus Abbas Olivetanus, 287 e
Domnolus Abbas S. Laurentii, 309 f
Domni titulus monachis, Abbatibus, ſummis Pontificibus, Regibus atque Sanctis commune, 92 a
Domni Deſiderii monaſterium, 472 d
Domnicellus filius Regis recens natus, 89 m.
SS. Donatiani & Rogatiani Abbatia pagi Namnetenſis, 558 a
Donationes eccleſiis ſæculo IV ſcripto factæ, 20 c. Donationes abſque ſcripto factæ, 21 b, 576 b. Donatio rei poſſeſſæ juſtè vel injuſtè, 93. Donatio facta pro defuncto & captivi liberatione, 592 e f. Donationis charta ad tangendum teſtibus porrecta in ſignum inveſtituræ, 168 b. Donationum ſeu chartarum inſtrumenta vel exempla authentica plura ſimul facta à donatore, 240 e f. Donatio Ducis Aquitaniæ poſt annum firmata in Concilio, ubi excommunicatio addita, 587 c
Dordingum agri Pariſini villa regia, 280 e. ibi mortuus Hugo Dux, *ibid.*
Draconis inteſtino ſcriptum volumen, 32 f.
Draconis leges ſanguine ſcriptæ, 45 a
Dracolfus Friſingenſis Epiſcopus, 188 c
Drago Belvacenſis Epiſcopus, 584 d
Drictum, dominatio, 570 f
Dripio Caroli M. palatium, 280 f
Droco Philippi Auguſti Conſtabularius, 123 a
Droctoaldus Cancellarius, 114 e
Droctoaldus Comes palatii, 295 d, 419 d
Drogo Mettenſis Archiepiſcopus, 210 c, 450, 521
Drogo Tarvanenſis Epiſcopus, 63 f, 585 d, 586 a
Drogo Pippini Majoris-domus filius, 479 f, 480 c
Drogo ſacri palatii Archicapellanus, 116 f
Drogo Sueſſionenſis Comes, 149 b
Drogo Comes, 157 a, 159 b
Drogo Comes, 203 a
Drogo Bovenſis de Papyriaco, 93 d
Drogo filius Radulfi domini Nigellenſis, 597 d, 602 d
Drogo præpoſitus, 584 c
Drogonis Ambianenſis D. de Vinacourt litteræ gallicæ, 60 a
Droilei vicus *V.* Troſlejum.
Drotium fluvius *le Drot*, 269 e
Ductemirus Lotharii Imperatoris Notarius, 115 d
Dubletus emendatur, 30 b
Dudo Vicecomes Maroili, 590 b
Duodantæ manualis liber, 94 c
Dumtaxat pro videlicet, 47 b
Duodeciacum *V.* Duziacum.
Durandus Epiſcopus, 616 d
Durandus Ludovici Pii Notarius, 119 b c, 395, 515 b, 612 e
Duranum flumen pagi Carcaſſonenſis, 523 d
Duria palatium, 281. olim Marcodurum Ubiorum a. Geſta hic publica, b c d. 498 d. 499 c
Duſiacum *V.* Duziacum.
Duziacum palatium, 281 e f. S. Remigio datum, *ibid.* Geſta ibi publica, *ibid.* & 282 a b. Aliud à Tuſiaco, *ibid.* dictum quandoque Tuſciacum, 332 c d

E

EAbæ Abbatiſſæ diploma, 105 d
Eadmarus Abbas S. Albani apud Anglos, 44 c
Eadmundus Theoderici Epiſcopi Virdunenſis Cancellarius, 162 f
Ebalus Remenſis Epiſcopus, 281 a
Ebarcis Epiſcopus Nivernenſis, 380, 382, 479 b
Ebbo Caroli Calvi Notarius, 119 f
Ebertrannus Abbas S. Quintini, 605 e, 606 b
Ebo Remenſis Epiſcopus, 287 e, 341 e, 362, 450, 518 d, 521 b
Ebo Odonis Regis Cancellarius, 413, 556 b e
Ebolus Odonis Cancellarius, 120 a
Ebolus Archidiaconus Sueſſionenſis, 601 a c
Eborolacum an idem cum Ebrogilo, 282 c
Ebrardus Abbas S. Tyberii, 618 b
Ebrardus de Puteolo conſanguineus Henrici Comitis Trecenſis, 585 b
Ebrardus Vicecomes Carnutenſis, 232 f
Ebredunenſis pagus, 508 e f
Ebrogilum palatium ac monaſterium, 282 c. an idem cum Eborolaco, *ibid.*
Ebroinus Pictavorum Epiſcopus, 337 f, 338 a
Ebroinus Major-domus, 336 b, 471 c, 483 f, 493 c
Ebroinus optimas, 467 b
Ebruinus Capellanus Adelaidis Reginæ, 245 d, 602 c
Ebrulfus Grafio, 378
Ebrulfus optimas, 467 b
Eccleſia quando primùm fundis ditata, 10 b c Eccleſia particularis dicta Catholica, 462 c. Eccleſia Mater, id eſt parochialis, 576 d. Eccleſiarum bona communia, 10 b. etiam immobilia, c. Eccleſiaſtica vaſa atque ornamenta, 462 c d e f
Echarigus vir inluſter, 378, 379; 469 a
Edelricus Abbas Caſaurienſis, 12 d e
Edilvvlf Rex Anglorum, 335 a
Edvvardus Anglorum Rex, 225 d
Egiga Abbas Caunenſis, 543 a b c
Egigo Judex, 543 a
Egil Senonenſis Epiſcopus, 316 f, 539 f, 540 c
Egisharius Vicedominus, 516 a
Einhardus Abbas Foſſatenſis, 515 f
Ejus miniſterialis, 494 b
Eius male Egius aut Eguim Pippini Regis Notarius, 118 d
Eldebertus ſub Carolo M. Notarius, 512 d
Eldegardis ſeu Aldegardis Comitiſſæ charta pro Celſinianenſi cœnobio, 570
Electradus Advocatus S. Dionyſii, 320 c
Elerius flumen in pago Gabalitano, 579 d
Elias Adrianopoleos Epiſcopus, 164 a
Elias Abbas S. Mariæ de Cagia, 585 b
Elifredus Notarius Caroli Calvi, 535 c
Eligius Epiſcopus Noviomenſis, 467 a
Elinandus Laudunenſis Epiſcopus, 590 b
Elinandus de Monte Deſiderio miles, 597 f, 598 a
Elmeradus ſacri palatii Comes, 544 e
Elizabeth Comitiſſa Corbolienſis, 579 a
Eminentiæ titulo donati Epiſcopi à Gregorio M. 91 a
Emma Regina Francorum, 156 f, 292 b, 322 f, 332 b
Emma Comitiſſa Ghiſnenſis, 148 a
Emmenus Epiſcopus Nivernenſis, 554 d e
Emmo monachus Remigianus, 366, 367
Engelbaldus Turonenſis Epiſcopus, 159 b
Engelbergæ cauſa Sueſſione ventilata, 301 b
Engelgarius Abbas S. Karileffi, 455
Engelrannus Sueſſionenſis Archidiaconus, 590 b
Engeltrudis uxor Boſonis Comitis, 332 d, 335 c
Engenulfus Philippi I Buticularius, 121 f
Ennego Abbas Rivipulli, 221 a
Enimia virgo culta in Mimatenſi Cella, 569 570
Ennicus Epiſcopus Avilenſis, 439
Ennodius Papæ nomen Romano Pontifici proprium facit, 63 c
Epacta major & minor, 180 b c d, 581 a
Ephibii Abbatis teſtamentum, 123 e
Epiſcopi, ſummi Pontifices dicti, 55 c. non dicendi, 63 f, 64 a. Epiſcopi dicti Principes & Reges, 64 a. Epiſcopi dicti Præſules, 614 d, 616 d. Papæ, 63 b. Epiſcopi *eminentiæ* titulo donati à Gregorio M. 91 a. *celſitudinis*, *ibid.* Epiſcopi *Vocati*, 63 b, 154 a b. Epiſcopi *Fratres* à Monachis & Abbatibus dicti, 66 b c. Epiſcopi *humilis* titulum aſſumunt, 153 e. Miniſtri ſæpe dicti, 154 c. Epiſcopi quandonam apoſtolicæ ſedis gratia ſe Epiſcopos dixerunt, 64 b. Epiſcopus ſe ipſum *Procuratoris* nomine deſignat, 63 b. Epiſcopi cuſtodes chartarum, 10 e. Epiſcoporum ordinatio & depoſitio qui facta, 298 f, 299 a. 469 e f. Epiſcoporum epiſtolæ ſynodales, 66 d, 153 e. diplomata, *ibid.* 4 d, 66 & *ſeqq.* labaris initio & A & Ω munita, 67 d. Epiſcoporum Notarii, 124 c d. Iis baculum paſtoralem gerere incumbit, *ibid.* Epiſcopis præſentibus aut recipientibus cur factæ eccleſiis & monaſteriis donationes, 240 d e, 602 f. Epiſcopalium chartarum chronicæ notæ, 187 c d e f. Epiſcopi & Abbates poſt Regem ante Principes & magnates ſubſcribunt, 162 c, 166 & *ſeqq.* Epiſcoporum ſubſcriptio ſynodicis Regum præceptis, 158. Abſque tituli & ſedium deſignatione, 467. Epiſcopi abſentes & poſteriores ſæpe ſynodicis diplomatis ſubſcribunt, 154 d e f. 155, 156, 452, 625. Epiſcoporum cæcorum ſubſcriptio

ſubſcriptio aliena manu, 164 *c d*, 450. Epiſcoporum ſalutationes apud Gregor. Turonicum, 624 *f*, 625 *a*. anuli ſignatorii vel ſigilla 132 *a & ſeqq.* plumbo munita, ipſis atque eorum ec leſiis communia, *f* 133 *a*. eorum forma & figura, 133 *& ſeqq.* quandoque Epiſcopis peculiaria, *ib.* Epiſcoporum imago in ſigillis, 133 *b*. Epiſcoporum ſcuta gentilitia in ſigillis quo primùm tempore adhibita, 133 *a*. Epiſcopi bulla plumbea, ſæculo IX uſi, 128 *d e*. Epiſcopi charta in ſynodo confirmata, 448, 450. Epiſcoporum conventus pro Coxanenſis monaſterii immunitate, 615. Epiſcoporum conventus pro Pſalmodienſium abſolutione à ſubjectione Maſſilienſis cœnobii, *b* 17. Epiſcopis Mettenſibus tributum Archiepiſcopi nomen, 65 *d e*. Epiſcopi monaſteriorum, 629 *c d*. Apud S. Dionyſium, *ibid.*

Epiſtolæ magnatum non opiſthographæ, 41 *b c*. Epiſtolæ prolixæ qui ſcribebantur apud antiquos, 41 *a*. Epiſtolæ teſtamentales, 5 *b*. Epiſtola pro donatione, *ibid.* Epiſtolæ & chartæ *ſigilla* dictæ, 126 *f*, *& ſeqq.*

Epochæ plures ac ſingulares in chronologicis Hiſpanorum Regum notis appoſitæ, 161 *b*

Eptolena Abbonis patricii amita, 510 *a*

Ercamberta uxor Vandemiris optimatis, 256 *d*, 381, 472, 473 *a*

Erchamboldus Abbas Sithienſis, 608 *c*, 609 *a e*, 610 *b*

Erchamboldus Lotharii Regis Cancellarius, 533 *d*

Ercanfredus nobilis Francus, 529 *d f*

Erchenoaldus major-domus, 378

Erchenraus Epiſcopus Catalaunenſis, 250 *d*, 455, 458

Erchenraus Præpoſitus S. Remigii, 362

Erchenradus I Epiſcopus Pariſienſis, 281 *b c*, 498 *f*, 521 *b*, 625 *c e*

Erchenradus II Epiſcopus Pariſienſis, 450, 625 *c e*

Erchenrigus vir inluſter, 298 *c*, 378, 379, 469 *a*

Ercheraus ſeu E[illegible]riacus palatium agri Laudunenſis, 282 *a*

Erchinoaldus major-domus, 290 *f*, 291 *a* 311 *f*, 312 *a*

Erconaldus Graphio, 474 *f*

Erfredus Vicecomes, 529 *f*

Eribaldus Epiſcopus, 616 *d*

Ericus Epiſcopus Ludovici Balbi Cancellarius 120 *c*.

Erifredus Baſſus dominicus, 543, 544 *e*, 545 *b d*

Erlaudus Vicedominus Remenſis, 59 *b*

Erlebertus Epiſcopus Catalaunenſis, 180 *e*

Erlinus Abbas, 583 *c*

Erluinus ſeu Herluinus Epiſcopus Conſtantienſis, 453, 455.

Ermecharius vir inluſter, 475 *f*

Ermedramnus Referendarius, 485 *f*

Ermedramnus Seniſcalcus, 479 *e*

Ermeldus Judex, 531 *b*

Ermenaldus Comes palatii, 489 *e*, 499 *c*

Ermenardi optimatis cambiatio, 505 *f*, 508 *a b c*

Ermenfridus optimas, 474 *f*

Ermenfridus Ludovici Tranſmarini Conſiliarius, 568 *d*

Ermengarda uxor Radulfi Provinciæ Regis, 580 *f*

Ermengardis uxor Guidonis Caſtellionenſis, 272 *b*

Ermengardis uxor Bernardi Ducis Arvernorum, 559 *e*

Ermengaudus Abbas, 572 *f*, 574

Ermegundis matronæ charta pro cœnobio Pſalmodienſi, 615

Ermeno Epiſcopus, 479 *c*

Ermenoaldus Abbas, 304 *c*, 473 *c d e*

Ermenricus Domeſticus, 475 *d*

Ermenricus vir inluſter, 378, 379, 467 *b*, 468, *a* 477

Ermenoara Deo ſacrata, 320 *a*

Ermentheus Comes, 479 *e*

Ermenteus Grafio, 475 *d*

Ermentrudis Jotri Abbatiſſa, 249 *c*, 525 *e*

Ermentarius optimas, 475 *d*

Ermerigus optimas, 298 *c*

Ermoldus Epiſcopus, 559 *f*

Ernulfus Odonis Notarius, 120 *a*

Erkembaldus Caroli M. Notarius an Cancellarius, 118 *e*, 119 *a*, 502 *f*, 504 *f*

Ernuſtus Caroli Simplicis Notarius ac Cancellarius, 120 *b*, 129 *a*, 317 *b*, 558 *d e*. Diaconus, *ibid.*

Erpuinus ſeu Herpuinus Epiſcopus Silvanectenſis, 453, 455, 458 *c*

Eſcapinius, Ædilis, 501 *f*

Eſcurienſe Ciſtertienſium monaſterium, 298 *b*

Etherius Notarius Caroli Magni, 5 *f*

Evangeliorum libri aurei, 44 *a b e*

Eubona Abbatiſſa Viennenſis, 463 *e*

Eucherius Epiſcopus Aurelianenſis, 337 *e*

Eufemia ſeu Eufimia & Euphimiana Abbatiſſa S. Petri Mettenſis, 285 *d*, 501 *b c*

Euphemia matrona Conſtantinopolitana, 21 *e*

Eugenii Papæ IV decretum de bullarum formulis, 183 *d*, 184 *d e*

Eugubi næ tabulæ æneæ, 48 *f*

Eulogius Preſbyter Cordubenſis, 208, *f*, 241 *f*, 242 *a*

Eulogii calculus, 177 *a b*

Everardus Cariſiacenſis Miles, 265 *d*

Everhardus Bambergenſis Epiſcopus, 64 *b*

Evrardi Comitis teſtamentum, 44 *a b*

Evrardus filius Lantfredi optimatis, & Teutgildis matronæ, 517 *f*

Evrardus Præpoſitus parthenonis Sueſſionenſis, 566 *f*, 567 *a*, 571 *f*

Evrardus Gerbergæ Reginæ Subgregarius & Cancellarius, 571 *f*

Euſebius Aurelianenſis Epiſcopus Chlodovei Magni diplomati ſubſcribit, 158 *a*, 463 *c*.

Euſebio Emiſſeno homilia quædam male tributa, 62 *c*

Euſpicius monachus Miciacenſis, 363 *b c*

Euſtorgius vir nobiliſſimus, 570 *e f*

Exagium, metalli ſinceritas in moneta, 592 *b*

Excellentiæ titulus ſummo Pontifici datus, 90 *e*, 91 *a*. Item Epiſcopis, 91 *a*

Exciſum monaſterium Caſſinogilo Aginnenſi vicinum, 268 *f*, 573 *c*

Excommunicationis interminatio in diplomatibus regiis ex decreto Pontificum aſſerta, 100 *c d*, 103, 561, *d e*, 5[illegible] *f*. in privilegiis, 13 *d & ſeqq.* 464 *a*, 466 *a*, 468 *f*, 478 *f*, 525 *b*, 554 *b*, 615. Excommunicatio ſynodalis chartæ addita, 597 *e*

Exempla ſeu copiæ chartarum veteres, 6 *a b*, 28 *d e*, 29 *a*, uſus, *ibid. & ſeqq.* Exempla autographis coæva, 8 *d*. miniſterialibus cur data, 235 *d*, 236 *a*

Exemtio monachorum ab Epiſcopo antiqua 11 *e f*, 12 *a & ſeqq.*

Exſona villa agri Pariſini, 282 *e f*, 529 *e*

Exſona ſeu Axona fluvius agri Pariſini, 282 *f*, 522 *e*

F

FAgus vicus pagi Tullenſis, 322 *b e*

Falſarii quàm antiqui, 22 *c & ſeqq.* Eorum pœnæ *f*, 23 *a b*, 24 *e*, exempla, *ibid.* *c d* 24 *a & ſeqq.* 25 *d e*, 29 *f*, 230 *f*, 231 Falſi regulæ expenſæ, 623 *d e f*, 624 *a b*. Falſatio bullarum quot modis, 131 *b & ſeqq.* Ludovici XI falſatæ litteræ, 159 *d*.

Famartenſis ſeu Fanomartenſis pagus, 333 *a b*, 481 *c*

Fano, vexillum imperiale, 575 *b*

Fara Abbatiſſa Eboriacenſis, 8 *e*

S. Faræ monaſterium de Gajaco pagi Vvaſtinenſis, 368 *e f*

Faramundus Referendarius, 118 *b*

Faramodus Ludovici Pii Notarius, 119 *b*

Fardulfus Abbas S. Dionyſii, 503 *b*, 505 *b*, 619 *b*

Farulfus Abbas domni Martini apud Priſciacum, 472 *d*

Faſces pro dignitate, 177 *b*

Faſtilis aureus, 534 *a*

Faſtrada Carolo M. Vvarmaciæ ſociata, 341 *c*

Felix Abbas Ruſpenſis, 12 *a*

Felix pater Abbonis patricii, 507 *c*

Feminarum nobilium ſigilla cum earum iconibus, ſtantium, & equitantium ſeu more muliebri ſeu virili, 148 *a b c*

Fernandus Rex, filius Alfonſi IX, 435

Ferrandus Comes Flandrorum, 311 *b*, 313 *c*

Ferrariæ Villa & monaſterium, 549 *d*

Feſtuca traditionis ſignum, 258 *a*. Feſtuca ſeu ſtipula chartæ inſerta, 448, 449

Fevigenetium fluviolus prope Attiniacum, 560 *c*

Figiacum cœnobium, 572 *a*

Filiſta uxor Heinrici advocati S. Apri, 583 *b*

Filii Regum dicti *nobiliſſimi*, 90 *f*

Fingenius Abbas S. Felicis nunc S. Clementis Mettenſis, 577 *c*

Fiſcavum flumen pagi Toloſani, 523 *d e*

Fiſcus *ſacratiſſimus*, 100 *b* Fiſci cellarium, 485 *b c*

Flos aureus ſive roſa donata à ſummis Pontificibus, 145 *c*

Folcaldus Caroli Calvi Notarius, 119 *e*

S. Flaviani Cella, 547 *a*

Flavius Guntchramni Referendarius, 118 *b*

Flavius Baſilius civis Ravennas, 457 *

Flavius Vitalis Forenſis Ravennas, 457 *

Folchricus Epiſcopus Trecenſis, 453, 454, 45[illegible], 540 *d*

Folmarus Cuſtos Trevirenſis, 600 *b*.

Folquinus Morinorum Epiſcopus, 613 *f*

Folquinus Monachus Sithienſis, 7 *f*, 8 *a*, 30 *e*. Ejus Sithienſe chartarium, 192 *b*, 198 *a*, 235, 236 *b*, 258 *f*, 605 *& ſeqq.*

Fons-Blaudi palatium, 283. Ejus auctor Ludovicus VII *a*. Ibi monaſterium Trinitariorum *b*. Regum hîc geſta, *ibid. c*

Forenſis, tabellio, 460 *& ſeqq.*

Foreſtes ſalvæ, id eſt regiæ venationi reſervatæ, 611 *d*

Formatæ unde dictæ, 132 *e*

Formulæ regiorum diplomatum, 69 *& ſeqq.* Formula *regnante Chriſto*, 204, 213 *d*, 214 *d*, *Ieſu Chriſto*, 422. *menſe intrante* & *exeunte*, *ſtante* & *reſtante*, 212 *d e f*. Formula *tunc temporis* uſi Cancellarii, 162 *f*, 163 *a*. Formula ſubſcribendi eadem cur ſæpe reperita, 168 *d*. Formula immunitatis inſolita, 214 *c*

Fortanerius Vicecomes de Saltu, 632 *b*

Francana matrona, 490 *f*

Fortunati verſus ad Flavium, 34, 35

Franciſci I ſigillum aureum, 141 *f*

Franciſci Guſiæ Ducis ſigillum aureum, 142 *a*
Franciſci Petrarchæ ſcriptura, 569
Franciſci Bernardini Ferratii liber de antiquis ſcripturis, 64 *e*, 67 *d*
Francho Vicedominus, 551 *b*
Franco Præpoſitus Dionyſianus, 205 *c*, 541 *b*. Ambaſciator 409
Franco chartigraphus, Rotberti id eſt Cancellarius, 116 *a*. tùm Epiſcopus Pariſienſis, 120 *e*
Francofurtum ad Mœnum, 285 *d e*. hoc in palatio geſta publica, *ibid.* 503 *f*, 504 *b*
Francogallica ſeu Merovingica ſcriptura, 46 *c*. 49 *d & ſeqq.* in diplomatibus adhibita, 50 *d*, *& ſeqq.*
Francici Reges, Reges Regum dicti, 70 *e*. Francorum Regum in ſedem Apoſtolicam merita, 621 *a b*. Inde Chriſtianiſſimi nomen, 62 *f*, 70 *e*, 384, 621, hereditario jure, 384. Ante Reges Catholicos, *ibid.* Francorum Regum formulæ diplomaticæ, 69 *& ſeqq.* Imprecationes Carolinorum, 102, 103, 131 *de*. ſubſcriptionis & ſigillationis diplomatum modus, 107 *& ſeqq.* Procerum chartis ſubſcribunt, 159 *bc*. Francorum Regum ſubſcriptio quandoque propria, 165 *d*, tum aliena manu, 159 *d*, 164. Francorum Rex quis primus monogrammate uſus eſt, 110 *b*, Carolinorum Regum liberi ſigno crucis uſi in ſubſcribendo, *f* ſigillo carebant ſub Carolinis, 139, *d e*. quale ſub Capetianis habebant deſignati Reges, *ibid.* quali nonnumquam utebantur mox ab initio regno, *ibid.* Francorum Regum chronicæ diplomatum notæ, 189, 190, 191 *& ſeqq.* Apud Meroveadas ſolus Regis annus notatur, *ibid.* Hinc apud poſteros nata confuſio, *f*. Carolinorum notæ chronicæ, 192 *d & ſeqq.* Datam & actum cur apponunt, 193 *a b*. Capetiadum ritus 102 *& ſeqq.* Francorum Regum atque Imperatorum ſigilla aurea, argentea, & plumbea, 141 *c d e f*, 142. Francorum Reges Meroveadæ in ſigillis coronæ ac diadematis expertes, 144 *b c*. Merovingici intonſi, 135 *de*. An barbati, *ibid & ſeqq.* 137 *d e* Carolinæ ſtirpis effigies thoracatæ, 136 *d*, 137 *c d ibid.* Francis ante Carolum M. Conſulum & Indictionis ratio nulla in notis chronologicis diplomatum, 178 *d*, ſecus Conciliorum *e*. Francis Regum anni in diplomatibus publicis adhibiti, 176 *b*. Franci magnates ante ſæculum X ſigillis ferè non uſi in diplomatibus, 146 *c*. Francorum veterum ſeu Gallorum annus à quo menſe incœptus, 172 *& ſeqq.* Diplomatis non adhibitus ante Capetiadas, 173 *a*. Franci Regem ad bellum ſequi debent, 298 *e*. detractantes mulctantur, 275 *f*, 477 *e*. Francorum Rex Henricus Imperatoribus Græco & Germano præpoſitus, 208 *b*. Francorum concides in pago Camliacenſi, 256 *f*
Fredaldus Epiſcopus Narbonenſis, 543 *a b c*
Freculfus Epiſcopus Sanctonicenſis, 454, 459
Fredebaldus nobilis Francus, 522 *a*
Fredeburga mater Umberti Epiſcopi Gratianopolitani, 581 *a c*
Fredegundis tumulus primarius, 422
Fredelo Elnenſis Epiſcopus, 577 *a*
Fredericus Philippi I Dapifer, 122 *a*
Frederuna Regina, 561 *b*, 562 *d*, 563 *a d*, 564 *a*. dos ei à Carolo ſimplice conceſſa, 277 *b*, 558 *f*
Friderici II ſigillum aureum, 141 *f*
Fridericus S. R. E. Cancellarius, 185 *d*
Fridericus Dux, 213 *b*
Fridugiſus Ludovici Pii Cancellarius, 115 *a* 119 *b c*, 395, 514 *b*, 515 *b*, 517 *a*. Abbas Sithienſis, 612 *a b*
Frigorius pagus in diœceſi Trevirenſi, 542 *b c*
Friſcinga purcina, 553 *a*
Frodinus Abbas Novalicienſis, 264, 507 *a*, 512 *a*
Frodoinus Abbas Corbionenſis, 29 *d*, 453, 455
Frotbertus nobilis Francus, 529 *b*
Froterius Albienſis Epiſcopus, 572 *f*
Frotgarii nobilis charta de Monterico, 529
Frotharius Epiſcopus Burdegalenſis, 455, 458, 546 *b c*
Frotharius Nemauſenſis Epiſcopus, 63 *f*
Frotharius Epiſcopus Tullenſis, 8 *d*, 285 *e f* 552 *c* charta ejus ſeu privilegium pro monachorum in S. Apri cœnobium reſtitutione, 524
Frucelinſis finis, 514 *a*
Fulbertus Diaconus, ſacri palatii Cantor, 205 *c*, 334
Fulcarius optimas, 489 *e*
Fulco Remenſis Epiſc. Caroli Simplicis Cancellarius, 120 *b*
Fulco Epiſcopus Belvacenſis, 152 *a*
Fulco Abbas Pſalmodienſis, 614 *f*, 617 *a*
Fulco Archidiaconus Ambianenſis, 598 *b c*
Fulco Cantor Peronenſis; 588 *f*
Fulco Comes Andegavorum, 145 *c*, 147 *c*
Fulco vaſſus dominicus & Comes palatii, 117 *c*
Fulco Henrici I Notarius, 120 *f*
Fulcrannus Epiſcopus Lutevenſis, 173 *f*, 201 *c*, 577 *a*
Fulcricus nobilis Francus, 516 *e*
Fulgentii Epiſcopi privilegium Ruſpenſi monaſterio datum, 11 *f*, 12 *a*
Fulradus Abbas Dionyſianus, 8 *e*, 281 *b*, 384, 490 *a e*, 491 *c d e f*, 493 *b f*, 494, 495, 628 *d*. Regiminis ejus anni diſcuſſi, 628, 629, Archipreſbyter dictus à Pippino, 495, *e*. 496, 497, 498 499, 500, 501 Fulradi Teſtamentum, 448 in æs inciſum, 449

G

G Cifra ſenarium numerum exprimens, 215 *f*, 216 *a*
G. Abbas S. Luciani, 594 *e*
Gabalitanus Comitatus, 579 *d*
Gabilo nobilis Francus, 529 *e f*
Gadroaldus Epiſcopus, 378, 379, 468 *f*
Gadroaldus optimas, 298 *c*
Gaelerammus vir inluſter, 279 *c*, 378, 379, 468 *f*
Gaerechramnus Diaconus, 467 *b*
Gaerinus Referendarius, 467 *b*
Gailinus ſeu Geilinus Francus nobilis, 356 *a*, 528 *a b*
Gainoaldus Comes, 464 *b*
Gairefredus Comes Pariſienſis, 631 *b c*
Gairinus Comes Pariſienſis, 482 *f*
Galbæ anulo canis inſculptus, 127 *d*
Galerannus Comes, 423
Galerannus Philippi I Camerarius, 593 *c*
Gallica vetus ſcriptura, 46 *b c*. Gallica ſcriptura in Anglia recepta, 52 *c*. Alibi apud Europæos, 432. Galli ſub Merovingica ſtirpe barbati, 136 *e*, 137. Gallorum ſeu Francorum veterum annus à quo menſe incœptus, 172 *& ſeqq.* Galli ante receptũ Dionyſii cyclum Victorii laterculo uſi, 176 *b c*. Gallorum Indictionis uſus, 178, 179
Galliacenſe S. Michaëlis cœnobium, 574 *e*
Galliatenſe S. Hilarii cœnobium in Italia, 630 *b*
Galliola amniculus ad Noviomum, 305 *e*
Gallomagnus Childeberti II Referendarius, 118 *b*
Galterius de Montemirabili optimas, 585 *b*
Galterus Epiſcopus Laudunenſis, 152 *a*
Galterus Abbas Orienſis, 6 *e*
Gamardus optimas, 381, 473 *a*
Gammo Caroli Calvi Notarius, 119 *f*
Ganctulfus Epiſcopus, 467 *b*
Gandersheimenſis parthenonis corticea privilegia, 37 *f*
Gandulfus optimas, 381, 473
Gandulfocurtis villa pagi Camliacenſis, 256 *c*
Garehardus optimas, 489 *e*
Garinus Abbas Coxanenſis, 515 *f* 616 *c*
Garinus Abbas S. Victoris, 370, 371
Garnerius de pontificiarum litterarum inſcriptione, 67 *e f*, 68 *a*
Gaſcio de Piſſiaco Philippi I Conſtabularius, 593 *e*
Gaſtinenſis pagus ſeu VVaſtinenſis, 551 *b*
Gaucelinus Comes, 506 *d*
Gaucelinus de Petra Bufferia, 6 *f*
Gauciobertus Diaconus, 467 *b*
Gaufridus Epiſcopus Andegavenſis, 133 *a*, 330 *c*
Gaufridus Epiſcopus Bellovacenſis, 6 *f*
Gaufridus Burdegalenſis Epiſcopus, 121 *e*
Gaufridus Carnutenſis Epiſcopus, 121 *c*, 587 *e*
Gaufridus Meldorum Epiſcopus, 310 *a c*
Gaufridus Abbas Silvæ-majoris, 587 *d*
Gaufridus Henrici Angliæ Regis Capellanus, 605 *a*
Gaufridus Aquitanorum Comes, 168 *b*
Gaufridus de Perona, 313 *e*
Gaugiacum villa pagi Carnotenſis, 556 *d*
Gauſbertus Abbas Muſſiacenſis, 573 *c*
Gauſbertus ſummæ induſtriæ Abbas, 566 *b*
Gauſbertus Majoris monaſterii Panetarius, 232 *f*
Gauſfredus Epiſcopus Pariſienſis, & regni Cancellarius, 315 *e*
Gautcelmus Abbas monaſterii ſanctæ Crucis, 455
Gavinia SS. Gavini & Luxorii Abbatiſſa, 9 *d*
Gauziolenus Cenomannenſis Epiſcopus, 220 *e*
Gauzlenus ſeu Gozlinus Abbas S. Dionyſii, 154 *c*
Gauzlenus Abbas Gemeticenſis, 288 *d*, 535 *b*.
Gauzlenus Caroli Calvi Notarius ſeu Cancellarius ſub Ludovico Abbate Protonotarius, 115 *b*, 119 *e*, 534 *f*, 541 *a*. *V.* Goslinus, *aut* Gozlinus.
Gauzlinus Epiſcopus Tullenſis, 89, *b*, 583 *a*
Geilo Epiſcopus Lingonenſis, 323 *e*
Gellonenſe monaſterium, 592 *e f*
Geneſius Metropolita Lugdunenſis, 298 *f*, 469 *f*
Geneſius Caroli M. Notarius, 118 *e*
Geneſius vir nobilis, 574 *d f*
Genevenſis pagus, 509 *c*
Gentiliacum palatium agri Pariſini, 283 *f*
Synodus Gentiliacenſis, 284 *a*
Georgii monachi Græci liber, 15 *d*
Gerantius Bituricenſis Archiepiſcopus, 569 *d*
Gerardus Card. S. Crucis, 599 *c*
Gerardus Laureacenſis Epiſcopus, 167 *b*
Gerardus Tullileucorum Epiſcopus, 124 *e* 133 *e*
Gerardus Abbas de Moncellis, 6 *e*
Geraldus Abbas Silvæ-majoris, 586 *f*
Geraldus Abbas Trenorchienſis, [illegible]
Gerardus ſub Carolo Calvo Abbate Dionyſianus Decanus, [illegible]
Gerardus S. Medardi Decanus, [illegible]
Gerardus ſeu Gairehardus Comes Pariſienſis, 493 *f*, 630, *e*, [illegible]
Geraldus Petri de Noalas, [illegible]

Gerardus I Cariſiacenſis dominus, dictus à Cheriſiaco, 261 d, 262 b. Item Strabo, 265 ab. Caſtellanus Laudunenſis, & *nobilis princeps*. c d.
Gerardus II Cariſiacenſis ſeu *de Cheriſy*. 265 d. Longiponti monachus ad ſuccurrendum, *ibid.*
Gerardus III Cariſiacenſis ſeu *de Cheriſi*. 625 d e f, 266 a b c.
Gerbardus Epiſcopus Cabilonenſis, 155 f
Gerberga Francorum Regina, 80 a, 292, 294 d, 601 f. Ejus diploma de Ruminiaco S. Mariæ villa Humolarienſibus data, 571
Gerbertus Epiſc. Remenſis Hugonis ſummus Cancellarius, 120 e
Gerhao Dux, 512 f, 515 a
Gerinus Comes ſub Chlothario III, 378
S. Germani in Ledia ſilva palatium, 284, b c
Germanis litteræ quando primùm uſitatæ, 46 e
Germiniacum ad Ligerim palatium, 284. publica hoc loco geſta, d e f, 514 a. Germiniacenſis Synodus, 155 e
Germiniacum villa agri Meldenſi, 284 d f
Geraldus optimas, 502 b
Gerricus filius Adelgaudi optimatis, 567 d
S. Gervaſii Eccleſia Pariſienſis, 517 c d e
Gervaſius Philippi I Notarius, 121 d. poſtea Remenſis Epiſcopus & ſummus Cancellarius, *ibid.* 150 e, 203 b, 585 d, 586 a
Gervaſius Philippi I Dapifer, 122 a
Gervaſius Vicecomes, 602 f
Gerulfus Cancellarius eccleſiæ Virdunenſis, 592 d
Gerulfus Comes, 512 d
Gerunda, fluvius Aquitaniæ, 586 f
Geſta publica, pro Archivis, 7 b
Geſo Ludovici Transmarini Cancellarius, 140 d. Gezo Cancellarius Lotharii II Regis, 419. Gezo *humilis quæſtor* ſeu Notarius, 115 b
Ghærardus Comes, 499 c *V.* Gerardus.
Ghiboinus Grafio, 475 d
Ghislibertus vir inluſter, 378, 379
Ghislemarus major-domus, 471 c
Ghiſlemarus optimas, 298 c, 378, 379, 468 f
Ghiſlemarus Comes palatii, 480 e, 481 b
Ghiſlemarus Comes, 475 d
Ghiſela Caroli M. ſoror, 158 e, 165 f, 255 e. Giſelæ ſororis Caroli M. diploma æri inciſum, 389. Ejus charta, 503
Ghiſleberthus optimas, 298 c, 468 f
Ghramnus optimas, 381, 473 a
Gibardi porta Pariſienſis, 310 a
Gibelinus Arelatenſis Epiſcopus, 617 b
Gibertus à Leone Papa IX multatus, 24 e
Gibuinus Laudunenſis Epiſcopus, 584 d
Giffredus Epiſcopus Carcaſſonenſis, 615 f
Gilbertus Abbas S. Mauricii, 591 f
Gilbertus Caroli M. Notarius, 118 e
S. Gildardus S. Medardi germanus, 548 f
Gilduinus Francus, 541 b
Gilbertus Notarius Caroli M. 509 f
Girardus Burdigalenſis Archiepiſcopus, 148 d.
Girardus Epiſcopus Engoliſmenſis, 213 d
Girardus Abbas Joſaphat, 121 b
Girbaldus Epiſcopus Cabilonenſis, 458
Giſclafredus Judex, 541 f
Giſla *V.* Ghiſla
Giſlarannus monachus & miſſus Novalicenſis, 507 a
Giſlebertus Epiſcopus Carnutenſis, 455, 540 d
Giſlebertus Ludovici II Imperatoris Cancellarius, 115 d
Giſlebertus Caroli Calvi Notarius, 119 e, 524 a, 532 c
Giſlebertus Philippi Notarius tum Cancellarius, 121 e f
Giſlebertus Philippi Regis Clericus, 116 b
Giſlebertus Cancellarius, 589 d
Giſlebertus Dux Lothariorum, 257 c, 294 d, 299 d
Giſlebertus ſeu Gilbertus Ludovici VI Buticularius, 122 c, 427, 593 e, 598 d
Giſleharus optimas, 494 a
Giſleharus Floriacenſis Abbatis Vaſſalus, 523 a
Giſlemarus monachus S. Germani, 12 d
Giſna villa pagi Bononienſis, 611 f
Giſoldus optimas, 502 b
Glorius Ludovici Pii Notarius, 115 a, 119 e, 526 a
S. Goaris monaſterium prope Rhenum, 342 c
Gobertus Cariſiacenſis dominus, 265 e, 266 d, 267 a
Gocelinus Burdegalenſis Epiſcopus, 156 c, 587 b
Goddinga villa regia, 285 a b, 500 f
Godana matrona Abbonis Patricii conſanguinea, 509 c d
Godobaldus Abbas Dionyſianus, 256 c, 628 a. In miraculis S. Dionyſii memoratus b
Godeberta Deo ſacrata, 305 e
Godefridi Epiſcopi Ambianenſis charta pro eccleſia Compendienſi, 597
Godefridus Epiſcopus Lingonenſis, 547 d
Godefridus Abbas de Caſtrotheoderici, 585 b
Godefridus Abbas Latiniacenſis, 585 b
Godefridus Abbas Novigenti, 261 f
Godefridus Bullioneus cum filiis Godefrido & Henrico, 294 e, 601 e. Ejus præceptum de Litta Remigiano cœnobio reſtituta, 601
Godefridus S. Quintini miles, 584 e
Godefridus Notarius falſi damnatus, 23 b
Godelſadus Epiſcopus Cabilonenſis, 455, 455
Godinus Epiſcopus Lugdunenſis, 275 f, 312 a, 471 c f, 475 d, 476 b d, 627 d
Godinus Grafio, 475 d
Godinus optimas, 475 d
Godo regius fiſcalinus, 562 b
Godoildus miſſus Comitis Toloſani, 523 d
Goericus Epiſcopus Senonenſis, 479 b c
Goffridus Epiſcopus Autiſiodorenſis, 595 c
Goffridus Epiſcopus Carnutenſis, 210 c
Goffridus ſeu Goifredus & Goisfridus Pariſiorum Epiſcopus, Philippi I Cancellarius, 116 b, 121 e, 301 a, 424, 425
Goffridus Abbas Vindocinenſis, 64 e, 210 e, 632 a f
Goffridus infans Rogerii Comitis Calabriæ filius, 160 e
Goibertus conditor cellæ S. Salvatoris in Henetlant, 611 f, 612 a
Gomeſindus Judex, 396, 397, 513, c
Gondelſavius Abbas Caunenſis, 531 b
Gombertus ſeu Guntbertus Epiſcopus Ebrocenſis, 453, 454
Gorzienſe monaſterium, 575 b
Goſcelinus Vicecomes Milidunenſis, 579 a
Goſcelinus Infans nobilis, vir militaris, 585 c
Goſlenus Sueſſionenſis Epiſcopus, 601 a b
Goſleni ſeu Gozlini Cancellarii nomen minio exaratum in diplomate, 43 c. Gozlenus Caroli Calvi & Ludovici Balbi Cancellarius, 119 e f, 409, 411, 547 b, 548 a d. Goslinus ſeu Gozlenus regiæ dignitatis Notarius ſub Carolo Simplice, 120, 411, 560 d, 561 d, 562 e, 563 b, 564 d. *V.* Gauslinus *aut* Gauzlinus.
Gotefridus Epiſcopus Lingonenſis, 174 a
Goteſcalci Epiſcopi Anicienſis charta de reſtitutione regularis diſciplinæ in cœnobio S. Theofredi, 569
Gothicæ litteræ Runicæ dictæ, 48 c e. Gothicæ in Hiſpania numerorum notæ, 216 b c d. Gothorum lex, 531 d
Gotofredus Magalonenſis Epiſcopus, 617 b
Grafiones dicti inluſtres, 608 f, 610 a
Grandimontenſes apud Vicenas monachi, 339 a
Gratiani collectio 230 c
Gravengerus, ſeu Ravengerus Morinorum Epiſcopus, 154 f, 155 a
Gredenenſis vicaria pagi Gabalitani, 579 c
Gregorii Nazianzeni teſtamentum, 10 d, 97 f
Gregorius Turonenſis explicatur, 94 b. Gregorius Turonenſis à quo menſe annum orditur, 172 & *ſeqq.* annos ab obitu S. Martini repetit, 176 b
Gregorii M. locus emendatur, 9 b. Ejus privilegia, 13 b, & *ſeqq.* Auguſtodunenſia vindicantur, 104, & *ſeqq.* mens explicatur, 105, 106. comminatoriæ epiſtolæ, 533 b c. Præceptum, 460 *. bullæ an plumbeæ, 128 b c d f. tituli dignitatis, 62 c d. Gregorius M. Indictione Græca ſeu CP. uſus in epiſtolis, 179 b
Gregorii VII diploma Langobardicis litteris ſcriptum, 49 b. Gregorii VII Papæ bullarum inſcriptiones, 68 a. Gregorius VII non auctor inſcriptionis bullarum *ſalutem & apoſtolicam bened.* 622
Gregorius Card. S. Angeli, 599 c
Gregorius Sugerii Abbatis Cancellarius, 125 e
Gregorius Dux, 534 b
Gribo Epiſcopus, 475 d
Grifo optimas, 502 b
Grifo ſeu Gripho Epiſcopus Rotomagenſis, 380, 382. 479 b c.
Grimberctbus Comes palatii, 117 b, 129 b, 483 f
Grimbertus optimas, 543 a
Grimmaldus Epiſcopus, 545 a b
Grimo Epiſcopus, 479 e
Grimoaldus Majordomus, 48 d e f, 296 a b, 336 b, 493 c, 496 d
Grimoaldus optimas, 479 e
Grimulfridi & Adalvvaræ charta, 497
Guairfridus Comes Pariſienſis, 496 f. *V.* Gairefridus.
Gualtarius ſeu Gualterus Epiſcopus Aurelianenſis, 155 e, 313 f, 455
Gualterus Epiſcopus Laudunenſis, 267 f
Gualterus Odonis Cancellarius, 120 a, 413
Guarinus Epiſc. Silvaneƈt. Notarius Ludovici VII & Philippi Aug. 122 f. poſtea Cancellarius, 123, a b, 433
Guarinus Prior Maurriniacenſis, 292 f
Guarinus miles, 597 b
Guibertus Abbas Novigenti, 261 c, 262 a, 275 b, 267 f
Guarnerius Epiſcopus Lingonenſis, 166 b
Guido Ambianenſis Epiſcopus, 63 b
Guido Epiſcopus Lugdunenſis, 555 f
Guido Epiſcopus Silvanectenſis, 423
Guido Epiſcopus Sueſſionenſis, 448, 450
Guido Vallavenſis Epiſcopus, 546 c
Guido Abbas S. Baſoli, 174 d c
Guido Abbas S. Magdalenæ de Caſtro-Duno, 134 d
Guido Abbas S. Remigii, 151 c
Guido Cancellarius Lotharii II Regis, 332 b
Guido Caſtaldio de Pinnis, 543 f
Guido Camerarius Ludovici VI, 427, 593 e
Guido Ludovici VII & Philippi Aug. Buti-

cularius, 122 *e f*, 429
Guido d'Athies Ludovici VII & Philippi Aug. Notarius, 122 *f*
Guido Caſtellanus Noviomenſis, 597 *d*
Guido miles S. Baſoli Advocatus, 589 *f*, 590 *a*
Guido de Septemmontibus miles, 602 *f*
Guido de Cerchia nobilis, 584 *e*
Guido de Galardun miles, 601 *c*, 602 *f*
Guido Latinerius domicellus, 440 *e*
Guido Fulcodius, 124 *a*
Guidonis & Lamberti Imp. Sigilla aurea, 141 *d*
Guidonagium Pontis Epiſcopi, 266 *a*
Guifredus Narbonenſis Epiſcopus, 615 *f* 616 *d*, 624 *e*
Guigo Comes Lugdunenſis & Forenſis, 429
Guilabertus Epiſcopus Barcinonenſis, 616 *d*
Guilibertus Epiſcopus Catalaunenſis, 454
Guillelmus Epiſcopus Andegavenſis, 631 *f*
Guillelmus Xantonenſis Epiſcopus, 121 *c*
Guillelmus Abbas Abſienſis, 632 *d*
Guillelmus Abbas Agaunenſis, 326 *e*
Guillelmus Abbas Gellonenſis, 592 *c*
Guillelmus Abbas Karofenſis, 455
Guillelmus Officialis Remenſis, 124 *f*
Guillelmus Clericus frater Henrici Trecenſium Comitis, 585 *a*
Guillelmus Gaufredus Dux Aquitanorum, 213 *c d*
Guillelmus Dux Aquitanorum, 157 *d*
Guilhermus Marchio, 569 *c*
Guillelmus Comes, 572 *b*
Guillelmus Tiernenſis Princeps, 204 *a*
Guillelmus Philippi I Cancellarius, 121 *e*
Guillelmus Ludovici VI Buticularius, 122 *c*
Guillelmus Ludovici VII Buticularius, 122 *e*
Guillelmus de Monaſteriolo Ludovici IX Camerarius, 620 *f*
Guillelmus Monaſteriolenſis dominus Ludovici XI Legatus, 70 *e*
Guillelmus Virzionenſis dominus, 147 *e* 148 *e*
Guillelmus Præpoſitus Theobaldi Comitis palatii, 587 *e*
Guillelmus Henrici Trecenſium Comitis Cancellarius, 585 *c*, 618 *d*
Guillelmus Præpoſitus Moſomenſis, 590 *b*. *V.* VVillelmus.
Guiterius Comes Regiteſtenſis, 91 *e*
Gulfocus Presbyter ſervus, 515 *f*, 516 *b*
Gulſinus Judex, 505 *f*
Gundi femina poſt ſuſceptum velum conjugata, 544 *e f*, 545
Gundobertus optimas, 467 *b*
Gunduinus optimas, 475 *d*
Gundulfus Major-domus Theodeberti, 285 *c*
Gundulfi-villa palatium, 285. Loci ſitus *b c*. publica ibi geſta, *ibid.* 286 *a*, 552 *c*
Guneradus vaſſallus Ludovici II Imperatoris, 542 *e*
Gunſalus Demaranon Alferiz Alfonſi IX, 434
Gunſalvus Fernandiz Comes, 435
Gunſalvus Rudericez, 434
Gunſcelinus Archidiaconus Belvacenſis, 586 *d*
Guntaldus vir inluſter, 493 *b*
Gunthardus Comes, 502 *b*
Guntlandus Comes, 512 *d*
Guntramnus Abbas S. Martini Turonenſis, 487 *b f*
Guntrigo optimas, 298 *c*, 378, 379, 464 *a*

H

HAdabrannus Caroli Calvi miſſus, 251 *d*
Hadegerus ſacerdos Caroli Simplicis *juſtitiarius*, 560 *f*
Hadriani Papæ I privilegium corticeum, 37 *c e*
Hadriani Papæ epiſtola ad Fulradum, 492
Haduidis Abbatiſſa Joviniacenſis, 599 *c*
Hadulfus Epiſcopus Noviomenſis, 448, 450
Hadulfus Abbas Fontanellenſis, 333 *e*
Hærtericus optimas, 499 *c*
Hagadeus nobilis Francus, 498 *f*
Hageno Præcentor Noviomenſis, 597 *d*
Hagino optimas, 489 *e*
Haimardus Notarius, 505 *d*
Haimo Comes, 547 *c d*
Hainovius pagus, 490 *a b c*
Hairardus Epiſcopus Lixovienſis, 454
Halenardus Abbas Benignianus, 547 *d*
Halevincus Prælatus ſeu Præpoſitus, 66 *a*
Haltbertus optimas, 499 *c*
Hamelenſis fabula, 214 *a*
Hamelini Epiſcopi Cenomannenſis epiſtola ad A. Tironienſem Abbatem, 41 *c*
Hardradus Abbas Sithienſis, 610 *f*
Hariſtallium ad Moſam palatium, 286. publica, ibi geſta, *c d e*. Evertitur à Nortmannis, *f*, 449
Harnaldus Presbyter, 281 *c* 499 *a*
Haſpungovve pagus regni Lotharienſis, ubi Comitatus Erenfridi Comitis, 575 *c*
Hebertus Comes, 581 *e*
Hebroinus Comes, 499 *c*
Hecardi Comitis ſigilla, 146 *b*, 314 *e*
Hechideus Comes Pincerna primus Ludovici II Imperatoris, 333 *f*, 334 *b*
Hedenulfus Epiſcopus Laudunenſis, 155 *f*, 209 *f*.
Hedò Comes, 512 *d*
Hegilvvich Abbatiſſa Calenſis, 255 *c*
Heirrardus Abbas Maguilocenſis, 546 *e*
Helias Aurelianenſis Epiſcopus, 121 *c*
Helias Epiſcopus Equaliſinorum, 454
Helinandus Laudunenſis Epiſcopus, 325 *a b*
Heliſeus Epiſcopus, 540 *d*
Heliſacar Abbas Centulenſis Ludovici Pii Cancellarius, 119 *a c*. inter honoratos palatii cenſitus, 395
Helmengaudus optimas, 491 *d*, 494 *a*
Helmeradus Epiſcopus Ambianenſis, 454.
Helvidis de Cariſiaco Abbatiſſa Sueſſionenſis, 265 *d*. Ejus litteræ gallicæ, 60 *d*
Helvidis Præpoſita S. Mariæ Sueſſionenſis ſub Gerberga Regina, 571 *f*
Hemma Francorum Regina, 200 *b*, 201 *b c d e*
Henetlant cella S. Salvatoris, 612 *a*
Henricus ſeu Heinricus Optimas ſub Carolo M. 448, 449.
Henrici II Imperatoris ſigillum repercuſſum, 142 *e*
Henricus Rotberti Regis filius, 581 *f*. Henrici I Francorum Regis diploma æri inciſum, 423. diplomatum formulæ initiales, 78 *c d*. ſubſcribendi modus, 109 *f*. duplex epocha principatus initi, 203 *c*, 422, 584 *a*. Conventus in Abbatia S. Stephani Codiciacenſis ſeu Cauciacenſis, *ibid.* *c*. chronicæ notæ, 202, *e f*, 203 *a*. coronatio *b c*. An is cum anſerino collo *d*.
Henricus Rex Romanorum à ſe ipſo dictus *humilis*, 84 *f*
Henrici Angliæ Regis diploma de cuſtodia Abbatiæ S. Juliani Turonenſis, 605
Henrici IV Angliæ Regis ſigillum cum duplici manu juſtitiæ, 145 *a*
Henricus VI Anglorum Rex, 160 *d*
Henrici Regis Cypri ſigillum plumbeum, 142 *f*
Henricus Remenſis Epiſcopus, 28 *c*, 152 *a*, 241 *f*
Henricus Tullenſis Epiſcopus, 600 *b*
Heinricus Virdunenſis Epiſcopus, 150 *d*
Hainricus Abbas Angeriacenſis, 126 *f*
Henricus Abbas S. Remigii, 214 *e*
Henricus Dux Burgundiæ, frater Hugonis Capeti, 578 *c*, 580 *b*
Henricus filius Godefridi Ducis Lotharingiæ, 601 *e*
Henrici Comitis Augi donatio facto cœnobio S. Luciani, 594
Henrici Trecenſium Comitis charta de procurationibus relaxatis pro anniverſario Comitis Theobaldi, 584. Ejuſdem charta de lampade Comitis Theobaldi Latiniaci ſepulti 618
Henricus frater Radulfi Comitis Viromanduorum, 598 *a*
Hainricus Comes, 512 *d*
Heinricus de Fau nobilis, 583 *b*
Heinricus de Tuſſiaco nobilis, 583 *b*
Heinricus Advocatus S. Apri, 583 *b*
Herardus Turonenſis Epiſcopus, 454
Herbertus Epiſcopus Dionyſianus, 629 *c d*
Herbertus Abbas S. Salvatoris, 589 *d*
Herbertus Abbas S. Symphoriani Mettenſis, 599 *d*
Herbertus Abbas, 583 *e*
Herbertus Archidiaconus Tullenſis converſus ad S. Aprum, 583 *c*
Herbertus Primicerius Tullenſis converſus ad S. Aprum, 583 *c*
Herbertus Comes Latiniaci ſepultus, 581 *f*
Herbertus Comes, 291 *b*
Herbertus Danus, 326 *a*
Herchenradus ſenior Epiſcopus Pariſienſis, 281 *b c*, 498 *f*. *V.* Erchenradus.
Herefridus Epiſcopus Autiſiodorenſis, 632 *d*
Heribaldus Epiſcopus Autiſiodorenſis, 450, 521 *b*, 550 *e*
Heribaldus Comes ſacri palatii ſæculo IX, 117 *a*, 243 *f*, 543 *e*, 544 *c d*
Heribaldus Comes in vice Comitis palatii, 544 *e*, 545 *d*
Heribaldus Comes Italus, 163 *f*
Heribertus Veromanduorum & Peronæ Comes, 312 *e f*
Heribertus Comes Sueſſionenſis, 303 *b*
Heribertus Badrannus nobilis, 590 *b*
Heribertus Ottonis III Imp. Archicapellanus, 577 *f*
Heribertus Rodulfi Notarius, 120 *e*
Herimanus Epiſcopus Colonienſis, 185 *d*
Herimannus Nivernenſis Epiſcopus, 334 *e*, 527 *b c d*, 530 *d*
Herimannus vir nobilis, 550 *e*
Herimannus Henrici IV Imperatoris Cancellarius, 116 *c d*
Herimannus Ludovici Abbatis Vaſſallus, 526 *d*
Herimarus Abbas S. Remigii, 445
Heriveus Archiepiſcopus Caroli Simplicis Cancellarius, 115 *b*, 120 *b*, 274 *e*, 560 *d*, 561 *d*, 411, 562 *c*, 563 *b*, 564 *d*
Herlemundus Epiſcopus Cenomannenſis, 296 *c*
Herluini caſtellum maritimum monaſteriolum, 302 *d*
Hermanni Contingii cenſura. *V.* Contingius.
Hermengardis Reginæ bullæ de auro dux, 143 *b c*
Hermengardis matronæ charta pro cœnobio Gellonenſi, 59[illegible]
Hermentrudis ſeu Hirmintrudis Regina Caroli Calvi uxor, 255 *c*, 337, *b*, 338 *b*, 537 *a*, 539 *a c*
Herardus Turonum Epiſcopus, 540 *d*
Hero Epiſcopus Lingonenſis, 415
Herveus de Montemorenciaco Decanus Pariſienſis,

Pariſienſis, 147 *d*, 234 *a*

Herveus Philippi I Buticularius, 121 *f*

Herveus Odonis Notarius, 120 *a*, 413

Hetto Epiſcopus Trevirenſis, 276 *c*

Hiddi nobilis Saxo, 512 *f*

Hieremias Caroli Magni Cancellarius, 118 *f*. Archiepiſcopus Senonenſis; *ibid.* 390 *a*, 391, 513 *b*

Hieronymus Epiſcopus Nivernenſis, 527 *b*

Higlac Doctor & Lector, 125 *d*

Hildebaldus Epiſcopus Ottonis II Cancellarius, 575 *d*

Hildebertus Epiſcopus Patavienſis, 624 *f*

Hildebertus Epiſcopus, 559 *f*

Hildebertus Comes, 533 *f*

Hildeboldus Epiſcopus Colonienſis, ſacri palatii Archicapellanus, 115 *e*, 116 *e*

Hildeboldus Caroli Calvi Notarius, 119 *e*, 538 *e*

Hildebrandus Epiſcopus Sagienſis, 155 *c*, 453, 454

Hildeburgis domina de Barro, 583 *c*

Hildegardæ uxoris Caroli M. obitus in diplomate Mettenſi notatus cum anno Incarnationis, 190 *c*

Hildegardis illuſtris femina, 541 *b*

Hildegarius Epiſcopus Belvacenſis, 448, 450

Hildegarius Epiſcopus Meldenſis, 453, 454

Hilderadus Comes, 499 *c*

Hildericus ſeu Heldricus Abbas S. Germani Autiſiodorenſis, 578 *c*, 580 *a*

Hildericus Abbas Caunenſis, 545 *e*

Hildigiſus Abbas Duſerenſis, 329 *f*, 337 *f*

Hilduinus Epiſcopus Ebrocenſis, 458

Hilduinus Abbas S. Dionyſii, 229 *f*, 230 *a*, 513, 514, 515, 516, 517, 518, 519, 521, 522, 525, 629 *c*

Hilduinus Abbas Lotharii Imp. Archinotarius, 114 *c*

Hilduinus junior, Abbas Sithienſis, 197 *de*

Hildulfus nobilis Auſtraſius, 513 *f*

Hilmeradus Epiſcopus Ambianenſis, 179 *f*, 180 *b c*

Hincmarus Preſbyter, 528 *e*. poſtea Remenſis Epiſcopus *f*, 154, 453, 454, 458, 536 f. ejus privilegium, 104 *f*. ſigillum ſeu *bulla nominis ſui*, 132 *f*

Hincmarus Laudunenſis Epiſcopus, 155 *f*, 335 *a*, 453, 454

Hincmarus Abbas S. Remigii, 277 *b*, 366 *a*

Hircius fluvius Occitaniæ, 616 *a*

Hirminmaris Ludovici Pii Notarius, 115 *a*, 119 *cde*, 393 *f*, 396 *f*, 514 *b*, 522 *e* 613 *d*,

Hiſpanici Reges dicti Imperatores, 432, 434, quando Catholici, 70 *f*, 384. Hiſpanorum Regum notæ chronicæ in diplomatibus, 208 *e f*. æra Hiſpanica, *ibid.* numericæ Hiſpano-Gothorum notæ, 216 *b c d e f*. Hiſpanorum Regum diplomatis teſtes adhibiti, 161 *a*

Hiſpanica æra, 176 *e*. unde dicta, *f*. quando omitti cœpta, 177 *a*

Hiterius ſeu Iterius Pippini & Caroli M. Archicancellarius, 118 *d*. Capellanus dicitur ab Anaſtaſio, & Notarius, *ibid.* 498 *d*

Hiſtoricorum teſtimonia cum chartis legitimis comparata, 241 *f*, 242 *a*

Hociobertus Comes palatii, 479 *e*, 480 *a*

Hodierna Comitiſſa, Pagani uxor, 94 *c*

Homeigianus ſeu Homeianus fiſcus pagi Biterrenſis, 541 *d e f*

Homeri verſus litteris aureis ſcripti in inteſtino ſerpentis, 44 *d*

Honorata Abbonis Patricii conſobrina, 510 *a*

Honorius Epiſcopus Cantuarienſis, 183 *f*

Hordinium pagi Belvacenſis villa, 275 *f*, 477 *c d*

Hormungus ſive Hormundus Abbas Marigilenſis, 490 *a d*

Horrenſe apud Treviros palatium ac monaſterium, 331 *c*

Hoſmundus Præceptor Richardi Ducis, 275 *c*

Hoſpes Epiſcopi in alterius caſtro, 266 *d*

HRocaſamum cella S. Michaëlis in pago Flandrenſi, 610 *e*

HRodardus Comes, 502 *d*

HRodgarius Advocatus S. Dionyſii, 489 *d*

HRuodulfus Centulenſis Abbas, 284 *f*

Hubertus Card. S. Clementis, 599 *e*

Hucbertus Epiſcopus Tiburtinus, 28 *a*

Hubertus ſeu Humbertus & Imbertus Philippi I Cancellarius, 121 *f*

Hucpoldus Comes palatii, 533 *f*

Hudolricus inclytus Marchio, 205 *b*

Hugonis Capeti atque Rotberti principatus initium & duratio, 202 *a b c*, 302 *d*. Hugonis Capeti Regis diplomatum formulæ initiales, 78 *a*. ſubſcribendi modus, 109 *c*. effigies in ſigillo cum manu juſtitiæ, 134 *f*, 139 *a*, 420, 421. diploma æri inciſum, 421. Præcepta pro Laudunenſi S. Vincentii cœnobio, 575. Pro Foſſatenſi, 576. pro Autiſiodorenſi ſancti Germani, 578.

Hugo Rex à patre Rotberto deſignatus, 581 *f*, 582, Compendii ſepultus, *ibid.*

Hugo Dux, 280 *f*, 568 *d*, 580 *b*. Hugonis Magni ſeu Ducis diplomata, 86 *c*

Hugo glorioſus Abbas, 547 *a*

Hugo Abbas, 205 *b*

Hugo nobilis Princeps & Marchio, 566 *b*

Hugo Dux Burgundiæ, 212 *b*, 240 *e*

Hugo Epiſcopus Lingonenſis, 547 *d e*

Hugo Nivernenſis Epiſcopus, 188 *c*

Hugo II Epiſcopus Nivernenſis, 595 *b*, 596 *b*

Hugo III Epiſcopus Nivernenſis, alterius nepos, 596 *b c*, 596 *a*

Hugo Remenſis Epiſc. Ludovici Ultramarini Cancellarius, 120 *d*

Hugo Remenſis Sedis invaſor, 288 *d*

Hugo Rotomagenſis Epiſcopus, 146 *f*, 147 *c*, 151 *a*, 448 *a*

Hugo Sueſſionenſis Epiſc. Ludovici VI Cancellarius, 122 *d*, 273 *e*, 590 *b*

Hugo Turonenſis Epiſcopus, 121 *c*

Hugo Epiſcopus Toloſanus, 616 *e*

Hugo Veſontionenſis Epiſcopus 67 *c*, 133 *a*

Hugo Abbas S. Dionyſii, 152 *b*

Hugo Abbas S. Dionyſii, 491 *e*, 627 *f*

Hugo Abbas S. Remigii, 193 *b*

Hugo Abbas S. Germani Autiſiodorenſis, 550 *c*, 551 *c f*, 552 *a b*, 555 *d*

Hugo S. Martini Æduenſis deſignatus Abbas, 565 *a*

Hugo Abbas Ludovici Pii Cancellarius, 115 *a*, 119 *d*, 526 *a*

Hugo I filius Caroli M. Abbas Sithienſis, 612 *e f*, ſacri palatii ſub Ludovico Pio Archinotarius, 613 *a*

Hugo II Abbas Sithienſis, Conradi Comitis filius, 613, *b e f*.

Hugo Ludovici VI Camerarius, 122 *c*

Hugo de Creceio Philippi I Dapifer, 268 *c*, 593 *c*

Hugo Henrici Regis Buticularius, 121 *a*

Hugo Ludovici VI Camerarius, 121 *c*

Hugo Ludovici VI Cancellarius, 122 *d*

Hugo Ludovici VI Conſtabularius, 121 *c*, 427, 593, 598 *d*

Hugo Ludovici VII Conſtabularius, 122 *e*

Hugo Cancellarius Ludovici VII, 429

Hugo Puteolenſis Ludovici VII Cancellarius, 122 *e*

Hugo de Maldeſtor, Philippi Pulchri Conſtabularius, 148 *f*

Hugo Conſtabularius Comitis Palatini, 588 *a*

Hugo Comes Viromandenſis, 313 *a*

Hugo Comes conſanguineus Lotharii Regis, 419

Hugo Comes Campaniæ, 90 *e*

Hugo de Calvomonte, Ludovici VI Conſtabularius, 122 *c*

Hugo Cancellarius Aldefonſi boni, 161 *b*

Hugo Comes, frater Philippi Epiſcopi Catalaunenſis, 589 *f*

Hugo Comes Regiteſtis, 590 *b*

Hugo Pariſiorum Comes, 287 *f*

Hugo de Caſtellione, Comes S. Pauli, 268 *b*

Hugo Clarimontis in Calabria dominus, 84 *d*

Hugo illuſtris Comes, 523 *b*

Hugo Comes, 594 *b*

Hugo Acharin à latere Regis miſſus, 600 *f*

Hugo Rodulfi Notarius, 120 *c*

Hugo Dominus de Bulis, & Comes de Domno-Martino, 586 *d*

Hugonis de Caſtellione litteræ gallicæ, 60 *a*

Hugo Farſitus monachus Latiniacenſis, 585 *c*

Hugo filius Poncii Raymundi Comitis Toloſæ filius, 573 *c e*

Hugo frater Stephani Mimatenſis Epiſcopi, 569 *e*

Hugo frater Ebrardi Vicecomitis Carnutenſis, 232 *f*

Hugo de Perona ſeu de Malovicino, Abbas Corbeienſis, 134 *b c*, 313 *c*

Hugo de Perrona, 597 *d*

Hugo de Azié Decanus de Perona, 311 *e*

Hugo de Briſciaco nobilis, 583 *b*

Hugo Decanus Meldenſis, 585 *b*

Hugo de Puſiaco optimas, 593 *f*, 594 *a*

Hugo Vicecomes de Buci, 601 *c*

Hugo filius Rocleni militis de Orniaco, 596 *b*

Hulteredus Judex, 531 *b*

Humbertus Cancellarius eccleſiæ Lingonenſis, 124 *e*

Humbertus nepos Umberti Epiſcopi Gratianopolitani, 581 *a c*

Humilem Romanorum Regem ſe dicit Henricus, 84 *f*

Humilis & *peccatoris* titulus ab Epiſcopis aſſumtus, 153 *c*. excluſo ſæpe *Epiſcopi* nomine, *e*

Hungerus Epiſcopus Ultrajectinus, 283 *e*

Hunulficurtenſe cœnobium duplex, virorum atque Virginum, S. Pollinæ ſacrum, 258 *f*, 607 *b c d*

Huxori ad VViſeram, Ludovici Pii villa regia, 286 *f*, 287 *a*, 514 *f*

I

I Litteræ accentus quando primùm impoſiti, 53 *a*. I duplici accentus quando poſiti, 368, 369, 370, & *ſeqq.* 425, 426, 427, 428. I ſimplici quando, *ibid.* & 432.

Jacob Caroli M. Notarius, 118 *e f*, 390 *b d*

Jacobus Sueſſionenſis Epiſcopus, 267 *a*

Jacobus Brolius monachus Pariſienſis, 73 *c*

Jalbertus ſeu Jaldebertus vir nobilis, 574 *e f*

Ibbonis Turonenſis Epiſcopi privilegium Martinianum, 14 *d*, 487

Ibbo Francus optimas, 275 *f*, 298, 477 *d*

Idricus Caroli Calvi Notarius, 119 *e*

Ignatius Patriarcha CP. 169 *f*, 170 *c*

Ildeboldus Epiſcopus Cabilonenſis, 155 *f*

Ildefredus Odonis Regis referendarius, 114 *b*

Illmirus judex, 541 *f*
Ilgerus de Bulis nobilis, 586 *d*
Illarius Confeſſor in monaſterio Salonæ ſeu S. Privati quieſcens, 499 *f*
Illuſtratûs ſeu Inluſtratus dignitas, Regibus cur data, 69 *f*, Majoribus domus & Comitibus & Abbatibus nonnullis, 70 *a b c d*. cur in Cardinalibus mutata, *ibid. e*
Imbertus Epiſcopus Pariſienſis, 423
Imma conjux Rodulfi Regis, 564 *f*
Immo Epiſcopus Noviomenſis, 155 *b*. item Tornacenſis, 334 *e*
Imnechildis Regina, 158 *a*
Imperator dictus Ludovicus Rex Germaniæ, 432. & Reges Hiſpaniæ, 432, 434, & Anglici, & alii 80 *& ſeqq.* Regis nomen Imperatoribus, *ibid.* Imperatorum uxores Reginæ dictæ, 143 *e*. Imperatorum formulæ initiales diplomatum, 80 *& ſeqq.* ſubſcribendi modus, 109. Imperatorum anni pontificiis diplomatis quamdiu appoſiti, 181 *c d*. Imperatorum anni imperii ac conſulatus, 182 *c d*, 436, 438, 440, 441 *& ſeqq.* Imperatorum diplomatis inditæ Procerum ſubſcriptiones, 161 *c* Imperatorum Orientis cynnabaris, 41 *e*, 42 *f*. Imperatorum ac Regum effigies laureatæ in ſigillis, 14, 143 *f*, 144 *a*. ſecus aliquando in nummis, *ibid. e*
Imprecationum quatuor capita, 97 *a & ſeqq.* Imprecationes in Diurno Romano non adjecticiæ, 101 *d*. Imprecationes in privilegiis, 13 *d & ſeqq.* 466 *a*, 478, 558 *b*, in diplomatis etiam regiis, 549 *d*, 553 *b*, 559 *e*, 567 *b*, 571 *b*, 596 *a*. Imprecationes minus uſitatæ à priſcis Francorum Regibus, 102 *a*. à Guntchramno tamen & Childeberto adhibitæ *b*. Imprecationes cum multis in Capetianorum Regum diplomatibus, 103 *b*. Ubi Reges ab Epiſcopis excommunicationem in nefarios petunt, *e*
Inchadus Pariſiorum Epiſcopus, 164 *c d*, 450, 519 *a b*, 625 *c*
Incrinus optimas, 467 *b*
Indentatæ chartæ, 5 *f*, 6, *b c d e*
Indictio triplex, 178 *c*, *& ſeqq.* Ejus uſus apud Romanos, Anglos & Francos, *ibid.* 179 *b c d*. in Conciliis, 178 *e*, 179 *a*. apud exſcriptores librorum, 178 *f*. in epitaphio Cæſariæ, 179 *a*. Pontificum Romanorum Indictiones variæ, *ibid. b c*, 85 *c*. Indictio incipiens, *ibid* Indictio Germanorum, *d*. Indictionis veteris Romanæ finis, *ibid. e*. Indictio in chartis Epiſcoporum apud Gallos, quando, 187 *d e*. Indictio in actis Conciliorum, Paparum, & Galliæ Epiſcoporum, quando recepta, 376. Indictio pro alia, 446, 448. 622 *f*, 623 *a*. Indictio in bullis ſæpe diverſa à communi currente, 622 *f*. 623 *a*. Indictionis uſus apud Francos Reges à Carolo imperante cœptus, 190 *f*. ea quoque uſi Capetiadæ, 191 *a*. quando ab ipſis intermiſſa, 204 *e*. Indictionibus ſingulis cenſus ſolvendus, 446
Indiculus, 3 *f*, 4 *a*. pro Edicto, *ibid.*
Ingelardus Abbas Centulenſis, 59 *e*
Ingelberga uxor Willelmi Ducis ſeu Principis Arvernorum, 559 *c e*
Ingelbertus Abbas Foſſatenſis, 102 *c*
Ingelheim ſeu Engelheimium & Ingilheim palatium, 287. loci ſitus, *a*. an ibi natus Carolus M. 60 *d*. is ipſe regiam hanc erexit *c*. publica ibi geſta, *d e f*
Ingelramnus Epiſcopus Ambianenſis, 164 *f*
Ingelramnus Carnotenſis Decanus & Cancellarius Theobaldi Comitis Palatini Bleſenſis, 588 *e*
Ingelramnus Philippi Regis cuſtos, 165 *c*
Ingelramnus Codiciacenſis dominus, 266 *e f*, 275 *a b*
Ingelramnus Archidiaconus Ambianenſis, 598 *e*
Ingelrannus Sueſſionenſis Archidiaconus, 588 *a*
Ingelvinus Decanus Mimatenſis, 569 *e*, 587 *a*
Ingenaldus Epiſcopus Pictavenſis, 454, 458
Ingenoldus optimas, 512 *d*
Ingenulfus Pincerna Henrici Regis, 423
Ingobertus optimas, 381, 473 *a*, 474 *f*, 475 *a*
Ingrannus Abbas S. Medardi, 602 *e*
Inguriaca finis, 514 *a*
Innocentii III epiſtolæ, 131 *b*, *& ſeqq.* 132 *b*, 24 *a b*
Innocentii IV typarium bullarum mutatum, 131, 623 *f*, 624 *a*
Innocentii Epiſcopi Cenomannenſis charta, 40 *d*, 257 *c*
Innocentius Comes, 317 *f*
Inquirinus Caroli Craſſi Notarius, 553 *d*
Inſcriptionum teſtimonia cum chartis legitimis comparata, 241 *f*, 242 *a*
Inſtrumentorum varia genera, *c d*, *& ſeqq.* Inſtrumentum pro charta, 10 *e*. cur mutatum, *f*. Inſtrumentum duabus membranis vinculo compactis ſcriptum, 32 *c*. in pelle piſcium, *d e f*. Inſtrumenta aureis litteris exarata, 32 *d e f*. Inſtrumentorum exempla authentica plura tempore Ludovici Pii, 240 *c*. Item poſtea apud Langobardos, *f* Inſtrumenta ſuffecta ſeu vicaria, 239 *d*. Inſtrumenti ſeu chartæ & diplomatis delatio ad Comitum placita, ejuſque authentica renovatio, 507 *b*. Inſtrumentis amiſſis quid actum, 527 *b c*. Inſtrumentorum interpolatio unde nata, 30. Inſtrumenta ſeu chartæ & diplomata gallicè ſcripta, 60 *a*, *& ſeqq.* Inſtrumentum plenariæ ſecuritatis, 55 *f* 344
Inſulæ ſuper Matronam, 288 *a*. Quo pacto regiam in villam evaſerint, *a*. loci ſitus, *b*. Geſta ibi publica, *c d e*, 535 *c*
Inſulæ villa Dionyſiana pagi Pariſienſis 529 *e*
Interpunctionum origo, 52 *a*
Inveſtituræ ſeu traditionis inſtrumenta, 232 *e*. Inveſtitionum varii modi, 632 *c d e f*. cum mitra, calice, aumuta, per ferulam, pitacium, anulum, oſculando crucifixum, *ibid*
Invocationis defectus in diplomatis Regum Francorum, 430, 431
Jocundiacum palatium in agro Lemovicino, 288 *f*. Varia ejus nominis loca, *ibid.* Geſta publica Jucundiaci atque ſitus, 289 *a b* Aliud ab Andiaco in Engoliſmenſi diœceſi palatio, *c*. 289, *c d*
Johaneus Epiſcopus Lucenſis, 455
Johanna Flandriæ Comitiſſa, 148 *b*
Johannis IV Papæ privilegium, 14 *b*. bulla plumbea, 128 *f*.
Johannis Papæ V bulla corticea Benigniano cœnobio conceſſa, 36 *c*, 166 *f*. bulla in æs inciſa, 437.
Johannis Papæ VIII bulla ſeu ſigillum, 129 *b c*. privilegium corticeum, 37 *c e*. privilegium Compendienſe, 561 *d e*, 568 *f*
Johannis Papæ XII diplomati ſignum Crucis vice ſubſcriptionis adjectum, 166 *f*
Johannis Papæ XIII bulla in æs inciſa, 445
Johannes Patriarcha Antiochenus, 97 *f*
Johannes Cremenſis Card. S. Chriſogoni, 599 *c*
Johannes Diaconus Card. S. R. E. 447
Johannes Diaconus Cardinalis, 618 *e*
Johannes Bibliothecarius *tunc* S. R. E. 436, 437
Johannis Angliæ Regis diploma gallicum, 60 *c*
Johannes Archepiſcopus Toletanus, 434
Johannes Epiſcopus Aretinus, 364, 365
Johannes Epiſcopus Legionenſis, 434
Johannes Lingonenſis Epiſcopus, 64 *b*
Johannes Namnetenſis Epiſcopus, 64 *c*
Johannes V Epiſcopus Ravennas, 101 *b*, 187 *c*
Johannis Epiſcopi Siſtaricenſis charta pro conditu monaſterii de Baulis, 614, 615 *e*
SS. Johannis & Laurentii in Extorgeo & Olibagio monaſterium, 283 *d*, 503 *f*
S. Johannis parthenon in villa Cotia, 278 *e f*
S. Johannis monaſterium Ravennatenſe, 446
Johannes Abbas Caunenſis, 396, 397, 513 *c*, 516 *b*
Johannes Abbas Corbeïenſis, 370
Johannes Archidiaconus Sueſſionenſis, 602 *e*
Johannis monachi teſtamentum, 9 *f*
Johannes Beraldi monachus Caſaurienſis, 230 *c*, 236 *c*, 370, 371
Johannes de Paguera monachus Benedictinus, 174 *c*
Johannes Pincerna Adelaidis Reginæ, 245 *d*, 602 *c*
Johannes S. Ludovici Buticularius, 123 *b*. 433
Johannes Fernandez Cancellarius Alfonſi IX, 434
Johannes Berengarii Regis Cancellarius, 115 *c*
Johannes de Garanceriis Caroli VI Camerarius, 150 *a*. Ejus ſigillum 620 *c*
Johannis de Bethunia ſigillum, 150 *a*, 620 *e*
Johannes de Nigella miles, 234 *c*, 604 *d*
Johannes de Torota, 296 *f* 297 *a*
Johannes Judex ſacri palatii, 544 *d*
Johannes Judex, 544 *e*
Johannes Præpoſitus parthenonis Sueſſionenſis, 566 *f*, 567 *a*
Johannes Boccacius de Certaldo, 368, 369
Joinvillei epiſtola Gallica ad Ludovicum Hutinum. 39 *c*
Jolendis Comitiſſa Nivernenſis, 339 *b*
Jonas Epiſcopus Æduenſis, 453, 455
Jonas Epiſcopus Aurelianenſis, 450, 521 *b*, 523 *b*
Jonas Epiſcopus Nivernenſis, 527 *b*
Jonas monachus Græcus, librorum Sancti Ephræmi ſcriptor, 176 *a*
Jonas Caroli Calvi Notarius, 119 *e*, 527 *f*, 528 *c e*
Jonatan Comes, 475 *d*, 479 *e*
Joncellenſe S. Petri cœnobium, 572 *e*
Jopila palatium ad Moſam, 289 *d e*
Joſcelinus de Alneello nobilis, 585 *b*
Joſcio Epiſcopus Turonenſis, 605 *a*
Joviniacenſe puellare cœnobium, 599
Irmingardis uxor Bernardi Comitis, 530 *c*
Irminonis Abbatis S. Germani codex cenſualis, 235 *c*, 307 *a*
Iſaac Epiſcopus Gratianopolitanus, 89 *d*
Iſaac Lingonenſis Epiſcopus, 156 *d*. 455, 458
Iſaac Clericus Notarius Pippini Aquitanorum Regis, 401, 523 *f*
Iſegerus optimas, 512 *d*,
Iſembardus Abbas S. Germani à pratis, 315 *e*
Iſembertus Epiſcopus Pictavenſis, 213 *b d*
Iſemburgum villa regia ultra Rhenum, 289 *f*, aliud ab Hiſentiaco, *ibid*
Iſidorus Hiſpalenſis alius à Mercatore, 229 *d e*
Iſimbertus Judex. 541 [illegible]
Iſmio Abbas Ambroniacenſis, 134 [illegible]
Iſſerctius pagus, 61[illegible]
Iſſiacum vel Iſciacum ad Sequanam fiſcu[illegible] villa regia Pariſienſis, 2[illegible]

Iterius vir illuſter, 555 *e*
Iterius Carolomanni II Regis fidelis, 551 *a* *V.* Hiterius.
Iſtitolæ villa pagi Belvacenſis, 477 *c d*
Iticinascoa, *Eſconen* pagi Pariſienſis villa, 275 *d*, 465 *b*
Itta fluvius pagi Tellau, 501 *f*
Jubendi verbo uſus Abbas in Epiſcopum, 616 *e*
Jucundiacum in Lemovicibus palatium, 245 *e f*, 254 *f*
Judæi à Philippo Auguſto puniti, 284 *c*
Judices publici telonearii Maſſilienſes, 476 *e f*
Judicium Dei ad Crucem & ad divina myſteria, 281 *b c*, 499 *a b c d*
Juniofredus Comes, 220 *f*
S. Juliani Autiſiodorenſis parthenon, 465 *e*
Julii Cæſaris epiſtolæ ad Senatum, 41 *a b*
Julii Cæſaris teſtamentum, in cortice ſcriptum, 37 *c*, 344, 345
Junna fluvius pagi Stampenſis, 282 *e*, 327 *a c*
Juramentum ad ſancta Dei Evangelia factum, 545 *b*. Juramentum omiſſum à teſte ob ſacram communionem, 234 *a*. Juramentum contacto altari præſtitum, 513 *d*. Juramenti forma ſumtis ſtipulis iiſdemque projectis, 98 *f*
Jus directum, 457 *
Juſtinianei codicis mendæ, 238 *b c d*
Juſtiniani Imperatoris barba raſa, 137 *f*
Juſtinus ſenior analphabetus, 163 *e*
Juſtitia *Lex* dicta, id eſt judicis merces, 584 *d*
Juſtitiarius ſeu miniſterialis Caroli Simplicis Hadegerus ſacerdos, 560 *f*
Ivonis Carnutenſis Epiſcopi epiſtola ad Adelam Comitiſſam, 41 *c*. Alia ex Archetypo, 369
Ivo dominus Nigellenſis, & Comes Sueſſionenſis, 152 *a*, 602 *d*
Ivo filius Radulfi domini Nigellenſis, 597 *d*
Ivo præpoſitus ſanctæ Mariæ Sueſſionenſis, 602 *f*
SS. Juſtus & Paſtor Patroni Narbonæ, 533 *b*

K

Kala *V.* Cala.
Kamiſiæ ultromarinæ berniſcriſt dictæ, 611 *e*
Karacter, ſubſcriptio, 601 *b*
Karaxatura ſeu litura in teſtamento probata, 511 *d*
Karolomannus II Rex in ſilva Baſiu vulneratus, 250 *f*. *V.* Carlomannus.
Karolus, *V.* Carolus.
Kaſulæ urbs provinciæ Bizacenæ, 356 *a*
Kircheimum villa regia, 290 *b*

L

L littera quomodo apud veteres contorta, 216 *b*
Labarum & crucis ſignum initio diplomatum appoſita, 67 *d*, 85 *d*, 161 *a*
Ladiſlai Ungariæ Regis ſtatuta, 127 *c*
Lambecii charta Cæſarea ſeu Ravennenſis, 460 *& ſeqq.*
Lambertus Angoliſmenſis Epiſcopus, 121 *c*
Lambertus Atrebatenſis Epiſcopus, 690 *b*
Lambertus Epiſcopus Noviomenſis, 134 *a*. Ejus judicium in gratiam cœnobii S. Criſpini Sueſſionenſis, 597
Lambertus Abbas S. Faronis, 585 *b*
Lambertus Abbas Floriacenſis, 212 *a*
Lambertus Abbas Sithienſis, 8 *a*, 236 *a*
Landebertus Abbas ſancti Germani, 472 *b*, 473 *b*
Landegiſilus vir illuſter, 464 *b e*
Landericus Epiſcopus Pariſienſis, 466 *e*, 467 *a*, 519 *f*, 625 *a e*
Landericus optimas, 375
Landeſius optimas, 378
Landetrudis Abbatiſſa Chriſtivili, 472 *e*
Landinum villa publica, 294 *d*
Lando Francus, 333 *f*
Landoberctus Metropolita Senonenſis, 469 *f*, 470 *b*
Landoberctus optimas, 299 *a*
S. Landoinus ad Funtanellam ſeu Domnum Petrum quieſcens, 472 *d*, 473 *b*
Landricus Matiſcenſis Epiſcopus, 157 *a*
Landricus Seniſcalcus, 475 *e*
Lantfridi optimatis charta 251 *d*, 147 *f*, 517
Lantfridus filius Lantfridi optimatis, 517
Langobardorum nomen ſemper, nuſquam Longobardorum præferunt autographa, 74 *c*. Langobardorum Regum formulæ diplomatum initiales, 84 *d e*. Langobardorum Regum chronicæ notæ Indictione affectæ, 207 *f*, 208 *a*. Langobardica ſcriptura, 46 *a b*. 49 *a*, *& ſeqq.* quando deſiit, 446. Ejus ſpecimina, 353. 447.
Lanzo Abbas ſancti Michaelis ad Moſam, 591 *b f*, 592 *a*, 599 *c*.
Lanzo Abbas S. Vincentii Mettenſis, 590 *c*, 592 *a*
Latiniacum villa regia Meldici pagi, 290 *c d e*, 275 *e*. an duplex *f*, 291 *a*.
Latiniacenſis Abbatia, 291 *b c d*, 311 *f*, 312 *a*. 471 *d e f*. Latiniacenſis cœnobii inſtauratio, 581 *d e*
Latiniacum villa Dionyſiana ad Brigam prope Iſaram & Vernum palatium, 290 *d*, 291 *e*, 296 *a b*, 336 *b c*. *Lagneville* jam dicta, *ibid.* 483 *e f*, 484 *a*. Ibi Melitenſium domus, 336 *e*. Ipſiſſima eſt Litanobriga ſeu Latinobriga, 291 *f*, 337 *a b*
Latinobriga *V.* Litanobriga.
Laudamentum, confirmatio, 618 *b*
Laudomerus Epiſcopus, 467 *a*
Laudunenſe palatium, 291 *f*. Regum ibi geſta, 292 *a b c d*
Laumbertus optimas, 499 *c*
Laurbanenſium monachorum æquitas, 209 *a*
Laurentianæ apud Pariſios baſilicæ ſitus, antiquitas & nundinarum occaſio, 483 *a b*
S. Laurentii cella Calmiliacenſis, 580 *f*, 581 *b*
Laurentius Abbas S. Vitoni, 591 *f*
Laureta filia Theoderici Comitis, 148 *b*
Laus perennis, ſeu pſallentium perenne apud S. Dionyſium, 489 *b*
Laus ſui ipſius in diplomatibus, 89 *a*, *& ſeqq.* 566 *b*, 614 *a*
Lebdrudis, ſeu Eberdrudæ viduæ donatio, 611 *f*
Lectores dicti Notarii, 125 *c d*. Lectores Magiſtri ſcholarum, ſeu Theologiæ Profeſſores, *ibid.*
Lefredus à ſeipſo laudatus in diplomate, 566 *b*
Legitimus Advocatus Raganæ Abbatiſſæ, 490 *f*
Ledia Silva, ubi S. Germani palatium & monaſterium, 284 *b c*
Leitfridus Comes, 583 *b*
Lemauſum in pago Stampenſi cœnobium Germanenſi ſubditum, 480 *d e f*, 481 *b*
Leonis Papæ IX diplomata, 185 *a b*. bulla in æs inciſa, 445. Is monogrammatum pontificiorum auctor, 129 *c*
Leonis Arphiepiſcopi Ravennenſis charta 49 *c*, 166 *e*, 187 *d*, 301 *f*. ſubſcriptionis ejus modus ſingularis, 162 *e*, 446. Ejuſdem chartæ ſpecimen in æs inciſum, 447
Leo Senonenſis Epiſcopus, 301 *f*
Leo Notarius Sedis Apoſtolicæ, 374, 375, 376, 377, 443
Leonis Allatii animadverſiones, *V.* Allatius.
Leobardi capillus & barba tonſa, 136 *e*, 137 *c*
Leobinus Carnutenſis Epiſcopus, 308 *f*, 309 *a b*
Leodebodi Abbatis teſtamentum, 191 *f*
S. Leodegarius Silvæ Liſgæ ſeu Liſicæ villa regia & monaſterium, 292, 293, 609 *e*
S. Leodegarii monaſterium in Silva Aquilina, 292 *f*
Leonardus Archipresbyter Mettenſis, 600 *b*
Leonas Abbas Caſaurienſis, 370
Leonianus Epiſcopus Viennenſis, 465 *e f*
Leopardus Vaſſus dominicus, 541 *d f*
Leovigildus Rex Hiſpanus, 18 *f*
Letarium, necrologium, 174 *c d*
Letricus Archiepiſcopus Senonenſis, 581 *f*
Leucus fluvius pagi Carcaſſonenſis, 506 *a*
Leudeſii Majoris-domus cædes, 279 *c*
Leudoberchtus Domeſticus, 475 *d*
Leudunenſis pagus, 508 *b*
Levinus Decanus Remenſis, 590 *b*
Leutcarius Abbas Corbeienſis, 360 *b*, 361
Leuti, ſervi, 515 *a*
Leuto optimas, 537 *d*
Leutmundus Primicerius Tullenſis, 525 *c*
Lex pro multa, 563 *b*
Lex ſeu juſtitia dicta Judicis merces, 584 *d*
Leges priſcæ apud Romanos cur minaces? 106 *e*
S. Liberatæ monaſterium, 270 *a*
Libertinitas, ſtatus libertorum, 510 *c*
Licerius Guntchramni Referendarius, 118 *b*
Lici inſula territorii Narbonenſis, 396 *c*, 513 *d*
Lidones, 390 *c*
Lieudgardis uxor Bernardi Comitis, 530 *a c*
Ligobertus Abbas Malaſtenſis ſeu Montis-olivi, 524 *a*
Liguria locus Narboni proximus, 303 *f*
Lilia in corona geſta, 424, 425. Lilium unicum in contraſigillo invectum à Philippo Aug. 139 *c*, 147, 149, 151 *a*. Lilia in ternum numerum redacta in ſcutis à Carolo V, *ibid.* Lilium in ſigillis geſtatum à Comitiſſis Flandrenſibus, 148 *b*
Lindavienſe Virginum cœnobium, 226 *c*, *& ſeqq.*
Lingonenſe palatium, 293 *e*
Liniacus villa pagi Meldenſis, 525 *f*
Liptinæ palatium in pago Cameracenſi, 293 *f*. Synodus Liptinenſis, 287 *e f*, 294. Liptinæ ibidem duæ, ſuperiores & inferiores, *b c*, 262 *f*
Lis ad Iſaram villa pagi Camliacenſis, 505 *b*
Liſga ſeu Liſica ſilva regia, 292 *e*. non eadem cum Aquilina, *ibid. & ſeqq.* 233 *a b c*. 297 *a*
Litanobriga ſeu Latinobriga, locus ad Brigam poſitus, qui Childeberto Regi Latiniacum villa, nunc *Lagneville* dicitur, 336 *e f*, 337 *a b*. alia à Verno aut Vernolio, *ibid.*
Litta villa regia, 294 *d e*. Occupatur à Giſleberto Duce, tum à Gerberga Remigiano monaſterio traditur, *ibid.* 601 *e*, 602 *a*
Litteræ unciales, 47 *a*, *& ſeqq.* minutæ, *ibid.* minutiſſimæ, 48 *a*. Litterarum & ſyllabarum commutatio & adjectio, 59 *a b c*. Litteræ patentes, ſeu præcepta, 4 *a*. Litteræ teſtamentales, 5 *b c*. Litteræ pro charta, *ibid.* Litteris aureis ſcripta diplomata, 32 *d e f*, 44 *e f*, 45 *a*. Litte-

ræ Germanis quando primùm uſitatæ, 46 *e*

Lituræ in autographis inſtrumentis, 548 *e*

Liudo *vocatus* Nivernenſis Epiſcopus, 154 *b* 458

Liuthardus ſeu Liutvvardus Epiſc. Vercellenſis, Caroli Craſſi Archicancellarius, 115 *c*, 120 *a*, 553 *d*. 555 *b*

Liutpertus Epiſc. Mogunt. Caroli Craſſi Cancellarius, 120 *a*, 459

Loa fluvius pagi Stampenſis, 327 *a*

Loch fluvius pagi Pariſini, 393 *b*, 520 *d*

Locus ſanctus, pagi Pariſienſis villa regia, 294 *f*

Longlare palatium diœceſis Leodicenſis, 295 *a b*

Lotharius Imperii conſors à patre conſtitutus, 74 *e f*. Lotharii cum Ludovico patre præcepta pro cœnobio Dionyſiano, 515, 516. diplomatum formulæ initiales, 81 *& ſeqq.* chronicæ diplomatum notæ ut pro varia temporum ratione figendæ, 195 *c & ſeqq.* 196, 197. ſigilli inſcriptio, 138 *c d*. ſigillum an plumbeum, 108 *e*. ſubſcribendi ratio, 109 *c*. diploma, 102 *e*. æri inciſum, 399

Lotharii I Regis diploma æri inciſum. 403. præceptum de S. Apri monaſterio, 533. chronicæ notæ diplomatum, 207 *d e*, ſigilli inſcriptio, 138 *d*

Lotharii regnum à quo dictum, 81 *e f*, 82 *a b c*, 575 *b*. Lotharienſis pagus, 575 *c*

Lotharii II Regis privilegium, cui ſubſcribunt Emma Regina & Ludovicus filius, 109 *e*, 156 *f*. chronicæ notæ diplomatum, 200 *e f*, 201 *a*. regni primordia & dies obitus, *ibid.* diplomata æri inciſa, 418, 419. Is addit *Francorum Rex* in formula initiali & in ſigillo, 77 *f*, 138 *e*, 418 & 419. Primus in ſigillo geſtat baculum oblongum, *ibid.* 139 *b*, 144 *c*, Corona ejus radiata & ſupernè gemmata, *ibid.* ſceptrum, 144 *e*

Lotharius Caroli Calvi filius, Abbas S. Germani Autiſiodorenſis, 539 *c*, 550 *f*

Lucia uxor Odonis Peronæ domini, 315 *a*, 588 *f*

Lucofagus villa Laudunenſis, 281 *d*

Luctuoſum ſeu Luctuoſa, portio relicta à defuncto, 615 *c*

Ludio Caroli M. Miſſus, 498 *d*

Ludovicus Pius, 158 *d*. 518 *b*, Ejus diplomatum formulæ initiales, 74 *c*, *& ſeqq.* poſt reſtitutionem vocem *repropitiante* adhibet, 75 *a*. Litterarum maximi momenti formula, 76 *b c*. Subſcribendi modus, 109 *c*. ſcripturæ ſpecimina, 394, 395. Præcepta pro partitionis bonorum Dionyſianorum confirmatione, 391. pro commutatione prædiorum inter Hilduinum & Hildulfum, 513. Pro Corbeia Saxonica, 514. De immunitate Dionyſianis conceſſa, 515. Pro commutatione bonorum in pago Andegavenſi, 516. De Mintriaco, 102 *d*, 521. De villis Floriacenſi cœnobio reſtitutis, 522. Pro commutatione prædiorum cum Ermentrude Jotrenſi Abbatiſſa, 525. Pro Sithienſi cœnobio duo, 612, 613. diplomatum notæ chronicæ, 195 *a b*. ſigilli inſcriptio, 138 *c*. ſigillum aureum, 141 *d*, an argenteum, 142 *b*, effigies laureata, 143 *f*

Ludovicus Rex Germaniæ, 157 *c*, 158 *d*. Imperator dictus, 432. Ejus diplomatum formulæ initiales, 83 *d* chronicæ notæ 206 *f*, 207 *a b*. Orientalis Franciæ regni initia, *ibid. c d*.

Ludovici Regis diploma Lindavienſe, 226, *& ſeqq.*

Ludovicus II Imperator, 542, 543, 544, 545. Ejus privilegium pro Caſaurienſi monaſterio, 12 *d e*, cujus eſt auctor, 236 *f*. ſceptrum, *d*. Abbati Caſaurienſi datum, *e*, diplomata cum imprecationibus, 102 *f*. Eorum formulæ initiales, 82 *d*. notæ chronicæ, 205 *f*, 436, 438, 440. obitus, 206 *a*. Placitum contra Ildebertum, 533. Commutatio rerum Caſaurienſium cum Siſenando, 542. De Gundi femina, 544

Ludovici Imp. Boſonis filii diploma, 84 *b c*, Chronicæ notæ, 207 *f*

Ludovici Balbi præcepta de conditu cellæ S. Flaviani, 546. De rebus eccleſiæ Nivernenſis, 547. De S. Apri cœnobio, 548. pro Medardenſi monaſterio, 548. diplomatum formulæ initiales, 76 *f*. regni initium, 197 *f*. chronicæ in diplomatis notæ, 198 *a*. diploma æri inciſum, 411

Ludovici Tranſmarini præceptum adverſus Rothardi Meldenſis Epiſcopi invaſionem pro eccleſia Compendienſi, 568. diplomatum formulæ initiales, 77 *e*, 41[illegible] *b*. chronicæ diplomatum notæ, 190 *d*, 200 *a b*. regni duratio, 207 *d e*, obitus & epitaphium, 200 *b e*. coronatio, *d e*. diploma æri inciſum, 417

Ludovicus Lotharii III filius, 156 *f*

Ludovicus VI, 157 *a*. Imperator dictus, 426. Ejus charta æri inciſa, 427. Quatuor in ejus diplomatibus conſideranda, 426. Monogrammata ejus rara, 426. Unum ubi repertum, *ibid.* Diploma ejuſdem inſolitum, 426. diplomatum formulæ initiales, 79 *a b*. chronicæ notæ, 204 *b c d*. ſigillum aureum, 141 *e*. ſigilla ad ſiniſtram diplomatum partem affixa, 138 *f*. ſigillum Regis deſignati, 139 *e*, 426, 427. 594 *b*. Ejuſdem Regis ſigillum quandoque appenſum, 140 *e*. Præcepta, pro Mauriniacenſi cœnobio, 593. pro Abbatia Compendienſi, 594. De moneta Compendienſi, 598. pro Urſicampi monaſterio, 601. litteræ Gallicæ, 60 *a*

Ludovici VII diplomata, 121 *b c*. Chirographum, 428, 429. in æs inciſum, *ibid.* Sigillum ejus quale, *ibid.* deſignati Regis, 79 *d e*. Monogrammata, *ibid.* Primus averſum habuit ſigillum, 428. Habuit item aureum, 141 *e*. cur appenſum & averſum, 139 *e*, 428. Id repudiata Alienora mutatum, *ibid.* 147 *c*. diplomatum formulæ initiales, 79 *d e*. chronicæ notæ, 204 *e*. in Barbellenſi cœnobio ſepultus, 603 *d*

Ludovici VIII charta æri inciſa, 431. Contraſigillum ejus quale, 139 *d*, 430, 431. diplomatum formulæ initiales. 80 *a*

Ludovici IX diplomata æri inciſa, 433. Monogrammata ejus diverſa, *ibid.* *Junior* dictus, 432. formulæ initiales, 80 *a* chronicæ notæ, 204 *f*. S. Ludovici & Philippi ejus filii ſigillum, trans mare degentium, 139 *f*.

Ludovici Hutini effigies in ſigillo cum baculo & manu juſtitiæ, 139 *e*, 144 *f*

Ludovici XI Regis Franc. ad Paulum II legatio, 620 *f*. Chriſtianiſſimus ab eo dictus, *ibid.* & 384. Ejus ſcriptura falſata, 159 *d e*, 621 *c d*. Remedium quî allatum, *e f*, 622

Ludovici Magni unctionis dies in numiſmatibus malè notata, 242 *a*

Ludovicus Abbas S. Dionyſii, 282 *e*, 453, 455, 534, 535. Caroli Calvi Cancellarius, 119 *e*, 527 *f*. 528 *c e*, 529 *b*, 531 *a f*. 532.

Ludovicus Dapifer Adelaidis Reginæ, 245 *d*, 602 *c*

Ludovicus Ludovici VI Buticularius, 122

Luithardus Comes illuſter, 320 *f*

Lugdunenſe palatium, 295 *b c*

Luminoſus Abbas Ariminenſis, 13 *c*

Lunapäcius Landavenſis Epiſcopus, 18 *e*

Lupentius Abbas S. Privati, 317 *f*

Lupo Archidiaconus ſeu Primicerius Toloſanus, 616 *e*

Lupus Abbas Ferrarienſis, 453, 455

Luſarca palatium agri Pariſini, 295 *c d e*. Regum ibi geſta, *ibid.* 470 *d*, 474 *f*, 475 *b*

M

Madalfridus vir inluſter, 467 *b*

Madelgerus Frederunæ Reginæ Capellanus & Confeſſarius, 563 *e*, 564 *a*

Madelandus Seneſcalcus, 378

Madelulfus ſeu Madlulfus Graphio, 474 *f*, 475 *d*

Madlulfus domeſticus, 479 *e*

Madriacenſis ſeu Matriacenſis pagus, 491 *c d*, 493 *b*, 598 *b*

Madriniacum villa pagi Morivenſis, ubi Cella monachorum Dionyſianorum tempore Caroli Calvi, 537 *c*

Madriolæ villa S. Germani, 341 *d*

Madritenſe agri Pariſini palatium, 253 *b*

Magnarius ſeu Mainarius & Maginarius Abbas S. Dionyſii, 276 *e*, 502, *d* 629 *b*

Maginarius Carolomanni Cancellarius, 387, 497 *a*

S. Maglorii cœnobium ab Hugone Duce erectum, 310 *f*

Magnabertus vir clariſſimus, 511 *f*

Magnarius Comes Narbonenſis, 396 *a*, 397

Magnarius Comes, 504 *b c*

Magnecarius optimas, 475 *a*, 479 *e*

Magniacus vicus, itemque ager Magniacenſis in pago Nivernenſi, 540 *a b c*

Magnoaldus Abbas Tuſonis-vallis, 256 *d*, 275 *f*, 304 *e*, 447 *f*, 479 *e f*, 480 *a*

Mahummedis diploma & ſubſcriptio, 170 *d e*

Majenfrit Caſtaldio, 543 *f*

Majeſtatis titulo affecti Romani Pontifices, 90 *a b*. Archiepiſcopi, *ibid.* Majeſtatis titulo uſus Campaniæ Comes, 90 *c*. Item Bruno Epiſcopus Lingonenſis, *ibid.*

Mainerius Trevirenſis Epiſcopus, 600 *b*

Mainherus de Calmis nobilis, 583 *b*

Maïo de Piſcaria, Advocatus Imperatoris, 544 *f*

Maïo Scabinus, advocatus Abbatis, 543 *f*

Maïolfus Judex, 544 *e*. 545 *d*

Maïolus Abbas Foſſatenſis, 576 *d*

Majores domus inluſtres dicti, 70 *a b*

S. Maiſentioli eccleſia apud Andecavos, 516 *e*

Malaſtenſe ſeu Montiſolivi cœnobium, 284 *e*, 504 *c d*

Malguinus Archidiaconus Nivernenſis, 595 *f*

Mallenus nepos Amberti Epiſcopi Gratianopolitani, 581 *a c*

Mamaccæ villa regia palatio inſignis, 278 *b* 295 *f*. Regum ibi geſta illuſtria, *ibid.* 296, 297. Loci ſitus in pago Noviomenſi, 296 *c d e f*, 297 *a*, 336 *b*, 481 *e*, 482 *e*, 483 *b c*, 561 *f*

Manaſſes Epiſcopus Remenſis, 5 *e*, 7 *d*, 150 *d*, 151 *e*, 301 *a*, 561 *e*, 585 *b*, 590 *b*

Manaſſes Meldenſis Epiſcopus, 585 *b*

Manaſſes Ludovici VI Camerarius, 122 *c*

Manaſſes Ghiſnenſis Comes, 147 *a*

Manaſſes Comes Regiteſtenſis, 91 *c*

Mancio Caroli Calvi Notarius ſub Gauzleno Cancellario, 119 *e f*, 541 *a*

Mancio Preſbyter Cancellarius S. Mammetis, 156 *f*

Mancio Preſbyter advocatus Johannis Abbatis Caunenſis, 513 [illegible]

Manfredus

Manfredus præpoſitus Mimatenſis, 569 e, 570 a
Mangilus Brito, 251 d
Manoperarius, opera, 536 d
Manſicnes villa Pariſienſis Comitatus, 576 d
Manſus Adalingi in pago Pinciacenſi, 536 f
Mantala villa publica, 209 f, 297 b c ibi S. Petri Prioratus, *ibid.*
Mantela ſumptum pro Medunta ad Sequanam, 297 c
Mantuanus ſub Pio II conventus, 160 d
Manuelis Comneni novella, 30 e
Manumiſſionis formula, 555 f, 556 a, 632 f
Manus juſtitiæ Hugoni Capeto uſitata, 144 f Item Ludovico Hutino, *ibid.*
Manus juſtitiæ in ſceptro, 420, 421
Marcellini Epiſcopi vita antiqua, 172 e f
Marcodurum Ubiorum, 281 d
Marcomannorum Sueſſione infeſtatio, 557 f
Marculfi Abbatis reliquiæ Corbiniacum delatæ, 277 c
Marculfi formulæ impolitæ, 55 e
Marcus Chilperici II Referendarius, 118 b
Marcus Vicecomes, 589 d
Mareleia ſeu Marelegium Auſtrici regni palatium in Eliſatia, 209 e, 297 d, 494 f
Margareta fluviolus ad Noviomum, 305 e
Margareta Flandriæ Comitiſſa, 148 b
S. Mariæ monaſterium ſecus Ligerim in urbe Bleſenſi, 478 c, 479 d
S. Mariæ parthenon juxta Capuam, 623 d e
S. Mariæ cœnobium Intermedias-aquas, *Tremeſaigues*, 615 f, 616 a e
Maria de Cambliaco Sueſſionenſis parthenonis Panetaria, 257 a
Maria Codiciacenſis domina, 275 c
Maricolæ ſeu Marigilum pagi Hainoenſis monaſterium, 292 a b 490 a d
Marini Papæ privilegium corticeum, 37 c e
Marinus Apoſtolicæ ſedis legatus, 287 f
Mariſcariæ villa publica pagi Arvernenſis, 297 e, 528 f
Marii Aventicenſis faſti, 178 e
Marlacum ſeu Morlacum palatium, 297 f. Loci ſitus, *ibid.* 298 a b. Geſta hic publica, *ibid.* 299 a b. Synodus Marlaci habita, *ibid.* 469 e, 470 b.
Marliacum villa pagi Pariſini, 297 f
Marogilum villa pagi Meldenſis, 537 b c
Marrus avus Abbonis Patricii, 510 e
Marſna ſeu Marſana villa regia Leodicenſis, 299 c d e, Geſta ibi publica, *ibid.* S. Remigio tribuitur, *ibid.* 294 d e
Marſo Comes palatii, 117 b, 291 d, 474 f, 475 b
S. Martini oratorium ſeu capella regia, 483 f
Martiniana apud Pariſios baſilica quàm antiqua, 483 a c
S. Martini in ſuburbio Nivernenſi parthenon, 554 d e
Martinianum Adeodati Papæ privilegium, 14 c d
Martini Papæ I ſchedæ papyraceæ, 35 b
Martinus Epiſcopus Aurienſis, 435
Martinus Epiſcopus Ouvetenſis, 435
Martinus Erteriaci occiſus, 282 d
Martinus Præpoſitus Dionyſianus, 485 d
Martius menſis primus qui dictus, 172. *Ante Paſcha* vel *poſt Paſcha* cur poſitum in diplomatibus, 174 b
Mas amniculus ad Madriniacum villam Compendienſem, 558 c
Maſolacum ſeu Maſolagum villa regia regni Burgundici, 269 f. Geſta ibi Regum & Epiſcoporum publica, *ibid.* 300 a
Maraſcenſis pagus, 508 c
Marcelina Comitiſſa Sueſſionenſis, 149 b
Marfredus Epiſcopus Mimatenſis, 579 e f
Mathildis Ductrix, hoc eſt Dux ſive Duciſſa, 583 b
Mathildis Comitiſſa Augi, 594 d
Mathildis Bleſenſis Comitiſſa, 585 a
Mathildis Caſtellana Cochiaci, domina de Magniaco, 272 e
Matricula & archivum in prima ſede, 7 e
Matricularii nonnones vocati, 550 e
Matrius villa pagi Camliacenſis, 256 b
Matthæus Albanenſis Epiſcopus, 151 c, 599 c
Matthæus Abbas Britulicenſis, 604 d, 234 c
Matthæus Ludovici VII & Philippi Aug. Camerarius, 122 e, 123 a, 429
Matthæus Ludovici VII Conſtabularius, 122 e
Matthæus de Montemorentiaco Ludovici VIII Conſtabularius, 123 b, 267 a
Matthæus Conſtabularius S. Ludovici, 433
Matthæus de Bulis nobilis, 586 d
Maurigenica vallis, 507 d
Maurinciagi curtis in pago Camliacenſi, 256 f
Maurinus avus Abbonis patricii, 510 a
Maurinus optimas, 464 b c e
Maurolenus optimas, 298 c, 378, 379, 469 a
Maurontus Dagoberti Regis Referendarius, 112 f
Maurontus optimas, 312
Maurontus regiarum ſilvarum cuſtos ſeu præpoſitus, 279 e
Maximilianus Auſtriæ Dux, 159 d
Maximinus Abbas Mitiacenſis, 363 b c
S. Maximini monaſterium Aurelianis, 412, 413, 556 e
Maximus ex Palatino Clericus, 136 e, 137 b c
Medardenſis cœnobii bona vel immunitates apoſtolicæ ſedis & ſynodali privilegio roboratæ, 557 e. Eccleſia combuſta, f. mutiones, *ibid.* jus condendæ monetæ conceſſum à Ludovico Pio, 220 d. ſymbolum in moneta, 134 e
S. Medardi juxta Sueſſionas palatia regia, 300 a, & *ſeqq.* in fiſco Croviaco, *ibid.* à Nortmannis violata, c. Regum atque Epiſcoporum ſynodi ibidem celebratæ, d e f, 301 a b
Medemanes Judex, 396 c, 397, 541 d, 543 a
Meginarius Ludovici Pii Notarius, 115 a, 119 d e, 517 a
Megium tractus ubi Codiciacum, 275 a
Meinardus Dionyſianus monachus Archicuſtos matriculæ, 532 a, 541 b
Melcianus pagus, 498 b
Melchior Incofer refutatur, 39 b
Melederenſis cella S. Mariæ, 550 f
Meledunum *V.* Milidunum.
Membranarum antiquitas & uſus, 31 f, & *ſeqq.*
Menandus Bregancıæ Alferiz Fernandi Regis, 435
Merolus Epiſcopus Carnutenſis, 209 f
Merolus Cenomannenſis Epiſcopus, 220 e
Merovingica ſeu Francogallica ſcriptura, 46 e, 49 d, & *ſeqq.* in diplomatibus adhibita, 50 d, & *ſeqq.*
Merulfus vir inluſter, 467 d
Meſſis tempore Miſſa à Ciſtertienſibus intermiſſa, 603 e
Mettenſe palatium, 301 d e
Michael Decanus S. Marcelli Pariſienſis, 310 c
Midi, menſura ligni, 392 f, 520 e
Miecio pater Chramlini Epiſcopi, 298 f, 469 c
Mileſindis Decana S. Mariæ Sueſſion. ſub Gerberga Regina, 571 f
Miliacenſis vicaria in comitatu Gabalitano, 579 d
Milidunum caſtrum ſeu palatium, 301 f. Regum ibi geſta, 302 a. Milidunenſis turris, 589 d. Milidunenſis Comitatus, 579 b Milidunenſis pagus, 301 f
Militum teſtamenta ſanguine ſcripta, 31 d e
Milites equeſtri forma ſigillis affiicti, 147 a. ſymbola eorum gentilitia, d e. quando creati milites ſigillum proprium habebant, *ibid.*
Milo Sueſſionenſis Epiſcopus, 156 e
Milo optimas, 491 d, 494 a, 504 a
Milo Vicecomes, 589 d
Minerba caſtrum & ſuburbium Narbonenſe, 543 a
Miniſtri dicti Epiſcopi, 154 c
Minio uſus eſt Pandulfus IV Princeps Capuæ in ſubſcribendo, 446 item alii, *ibid.*
Mintriacus villa pagi Pariſini, 337 e, 521 d, 522 a e
Miro Abbas S. Andreæ Elenenſis, 505 f, 506 e
Miro Levita Avæ Comitiſſæ filius, 220 f
Miſſa Græcè apud Dionyſianos dicta à ſæculo ſaltem x, 366
Miſſa S. Dionyſii, nundinæ in ſollemnitate, 276 a
Mitiacenſis cœnobii origo, 363 b c
Mittere quid in diplomatis Celſinianenſibus ſignificat, 214 b
Mixtum ex vino in ſacrificio deputato, 537 b
Modeghiſlenus Comes, 475 d
Modoaldus Trevirorum Epiſcopus, 331 c
Moguntiacenſe palatium, 302 b,
Monetæ cudendæ jus in monaſteriis & eccleſiis, quàm antiquum, 220, c d e f, 562 f, Eccleſiæ Compendienſis, 598 d. Catalaunenſis, 600 a. Lingonenſis, 318 f. cœnobii S. Medardi cum ſymbolo, 134 e
Monachorum religio ac fides vindicatur, 229, & *ſeqq.* Monachorum Laurbanenſium æquitas etiam Saracenis venerabilis, 209 a. Monachorum ſeu Conventus ſigilla cum Abbatis in eadem charta conjuncta, 134 c. Monachorum teſtimonium in propria cauſa, 168 d, 233 f. 604 d f, 632 b, Ciſtertienſibus haud ſingulare, 233, 234 a d e f. Monachis teſtandi licentia interdicta, 8 e, 9 e. Privilegia Regum ipſis conceſſa adverſus Epiſcopos, 12 d e. Monachi ad nutum Abbatis in Cellis mutati, 579 f. Monachorum privilegia apud Angloſaxones, 18 a b. Monachorum exemtio ab Epiſcopis, 11 e & *ſeqq.* Monachorum delinquentium pœnæ regulares, 231 b e. Monachorum cognomina ſæculo xi, 93 e, 632 a
Monarchia, pro diœceſi vel Archiepiſcopi provincia, 90 c. titulus Abbatis, *ibid.*
Monaſteria apud Græcos exemta, 15 a. ſoli patriarchæ ſubjecta, 15 d. Item Romano Pontifici, e
Monaſterii arx ſeu archivum, 477 a. An publicum, 239 f
Monaſteriolum in Pontivo caſtrum regium, 302 c d. à S. Salvii monaſterio dictum, *ibid.* Caſtellum Herluini maritimum, *ibid.*
Monaſteriolum ſuper fluvium Segonnam, 546 e
Monaſticus ſtatus ſæculo xi, 23 f
Monnio Comes Hiſpanus, 177 e
Monogramma ſeu nominis compendium anulis impreſſum, 127 d. Monogrammatum forma, 111 b d. Monogramma adhibitum ob ſcribendi imperitiam, 164 e.

Monogramma Chriſti præfixum diplomatibus, 432, 434. Monogrammata ſummorum Pontificum, 111 *f*. in diplomatibus auctore Leone IX, 112 *a*, 444, 445. Monogramma Leonis Papæ IX, 444, 445. Monogrammata Regum Merovingorum, 378. Monogrammatum uſus antiquus apud Francorum Reges, 110 *b c*. Monogramma Caroli Magni *f*, 111 *a*. Theoderici, *b*. Monogrammata rara Ludovici VI, 426. Unum tamen in autographo Compendienſi, 426. Monogrammata S. Ludovici diverſa, 432, 433. Monogrammatis Y à Regibus inſertum, 159 *d*. Monogramma Aviti Viennenſis Epiſcopi, 132 *c*. Monogramma Bernardi Sacerdotis & Notarii, 162 *e*

Monſbriſonis caſtellum, 429

Mons ſeu caſtellum, *ibid.*

Montericum pagi Pariſienſis villa Dionyſiana, 529 *b*

Monticelli ſeu Moncelli palatium Meldici pagi, 302 *f*

Monticelli villa Dionyſiana pagi Pariſini, 302 *f*

Mordenaugia pagus, 495 *a*

Morennum villa pagi Arvernici in arce Muſciacenſe, 530 *a*

Morilio Domeſticus, 475 *d*

Morivenſis ſeu Mauripenſis pagus, 304 *d*, 537 *e f*

Morlacæ, 378, 379. *V.* Marlacum.

Mormelicum caſtrum in ſuburbio pagi Nemauſenſis, 615 *b*

Moſacum villa, unde ſilva Moſacenſis aut Vabrenſis dicta, 323 *d*

Moſelagovve pagus regni Lotharienſis, ubi Comitatus Sigifridi Comitis, 575

Multarum uſus apud veteres Romanos, 97 *b*. nullus in Meroveadum Regum diplomatis, 102 *a b*. excepto Chilperico, 97 *d*: aliquando à Carolinis & Capetianis adhibitus, *ibid.* 102 *d e f*. Item à Concilio Romano, 97 *e*

Multa Franco nobili impoſito, quod Regem ad bellum ſecutus non eſſet, 275 *f* 298 *e*

Multæ genus fredi *in publico* ſolutio, 99 *b*. multæ pecuniariæ in Carolidarum Regum diplomatis, 102 *e*

Multa ſeu interminatio capitis in diplomate regio, 555 *a b*

Multa in diplomatibus, 542 *d*

Mulctæ in privilegiis, 466 *a*, 468 *f*

Mummola Abbatiſſa Brogarienſis, 298 *c*, 468 *b*

Mummolenus Epiſcopus Noviomenſis, 605 *e*, 606 *a*, & *ſeqq.*

Mummolenus optimas, 268 *c*, 378, 379, 468 *f*

Mundualdus fidejuſſor, 544 *f*, 545 *a*

Murnum, nunc cella S. Dionyſii, 537 *e*

Muſſiacenſe S. Petri cœnobium, 573 *b*

N

NAntharius I Abbas Sithienſis, 610 *e*

Nantharius II Abbas Sithienſis, 611 *f*

Nanthildis Regina, 290 *d*

Nantoilum ſeu Nantogilum palatium, 303 *c d*. varia ejuſdem nominis loca, *ibid.* Nantolialinſis fiſcus, *ibid.*

Napſiniacum Biturici pagi villa, 275 *f*, 312 *a*, 476

Narbonenſe palatium, 303 *e*

Narbonenſis codex in papyro ægyptiaca, 35 *f*

Naſium in pago Tullenſi, 524 *d*

Natalis Abbas Reſbacenſis Ludovici VI Cancellarius, 122 *d*

Navarro Epiſcopus Salantinus, 435

Naudæi obtrectationes repreſſæ, 226, 227, & *ſeqq*

Navenſis finis in pago Tullenſi, 552 *f*

Nauta villa pagi Silvanectenſis, 562 *a*

S. Nazarius martyr in caſtro Minerbæ cultus, 543 *c*

Nazarius Judex ſacri palatii, 544 *d*

Nebulfus optimas, 491 *a*

Nemetenſe ſeu Spirenſe palatium, 303 *f*, 304 *a*

Nemptodorum agri Pariſini villa regia, 304 *a b*

Neriſten Ottonis III Imp. palatium, 577 *f*

Neronis barba prima Jovi conſecrata, 137 *a*

Nevelo de Cheriſy Archidiaconus, tum Sueſſionenſis Epiſcopus, 147 *c*, 265 *d*, 602 *e*

Nialla in pago Camliacenſi, 256 *e f*

Nicolaa de Cambliaco Abbatiſſa Cadomenſis, 257 *a*

Nicolai Papæ I bullæ Dionyſiano & Corbeïenſi monaſteriis conceſſæ, 36 *b e*, 40 *d e*. Autiſiodorenſi, 550 *c*, 555 *c*. in æs inciſæ, 441, 443

Nicolai Papæ II bulla ſingularis, 129 *d*

Nicolaus Epiſcopus Cameracenſis, 133 *b*

Nicolaus Abbas Corbeienſis, 166 *e*

Nimbridius Epiſcopus Narbonenſis, 615 *d*

Nitariolæ pagi Ruſcinonenſis cella S. Stephani, 508 *a*

Nivernenſis pagus, 527, 540 *a*, 551 *a*

Noalienſis familia illuſtriſſima, 93

Nobilium in ſigillis Equites varia forma ef-ficti, 147 *a*

Nobiliſſimi dicti Regum filii & filiæ, 90 *f*. 389, 503 *d e* 637

Nobiliacus villa Foſſatenſis, 603 *a*, 579 *a*

Nocetum ſeu Nucetum ad Matronam villa regia, 255 *b*, 306 *a*

Nocitum villa pagi Camliacenſis, 256 *d*, 275 *f*. 475 *a*, 479 *e f*

Noctes pro induciis, 474 *d*. 494 *c*, 512 *c*

Nodatores diplomatum, 587 *b*, 632 *b c*

Nomina quando primùm impoſita, 94 *a* & *ſeqq.* Nomina propria variè ſcripta, 414. Nomina Francis magnatibus adſcititia ſæculo VIII & IX, 92 *f*. Nominis proprii prima dumtaxat littera diplomatibus quandoque à ſæculo X poſita, 168 *f*

Nonantulanum monaſterium, 364 *d*, 365

Nonnones dicti matricularii, 550 *e*

Norbertus Abbas, 583 *b*

Nordeberchthus ſeu Nordoberchthus vir inluſter, 298 *c*, 378, 379, 475 *d e*, 478 *b*.

Nordebertus Referendarius, 478 *b*

Norbertus Carlomanni II Regis Notarius, 77 *b*, 120 *a*, 550 *a*

Nortboldus optimas, 502 *b*

Northgaudus nobilis vir, 551 *b*

Notarii publici, 123, *d*, & *ſeqq.* 124. Dicti Chartarii publici, 480. Quæſtores, 115 *c*. Cancellarii abſolute, *ibid.* Notarii publici juramentum, 124 *a b*. Exemplaria penes eos ſervata, quando, 631 *f*, 632 *a*. Notarius ſummus, 126 *d*. Notariorum officium, 114 *c d*. Quorumdam imperitia, 55 *a*, 57 *d*. Notarii ſeu ſcriniarii Romanorum Pontificum alii à Cancellariis, 125 *f*, 126 *a*. dicti Secundicerii & Vicecancellarii, *b*, aliquando Scriptores, *ibid.* Notarius ſacri palatii, 243 *f*. Notarii Comitum, 56 *f*

Notarii Epiſcoporum, 56, 124 *c d*. Iis baculum paſtoralem gerere incumbit, *ibid.* Notariorum alia munera, *ibid.* Notariorum ſcholæ, *ibid.* Notarii dicti Cancellarii, Tabelliones, à commentariis, Archicancellarii, 124 *f*, 125. Notarii Abbatum, 124 *e*, 125 *a*. *Sigilliferi* & *Regiſtratores* dicti, *ibid. f*. Notariorum & Cancellariorum formulæ communes in eccleſiis & monaſteriis, 87 *d*. officia in eccleſiis & monaſteriis, 233 *e f*

Notgerus Epiſcopus Leodicenſis, 257 *c*

Notitiarum varia genera, 4 *f*, 5 *a*, 232 & *ſeqq.* publicæ antiquiores; privatæ à ſæculo XI, *ibid.* Earum origo, 21 *c*. Triplex iſtarum finis, ſive uſus, 232, 233. Iis teſtes adhibiti aliquando, cum ſigno Crucis à donatore efficto, *ibid. c d*. Conditores earum Notarii eccleſiarum, *ibid.* earum auctoritas, *ibid.* unde petenda, *e f*. Notitiæ pariculæ, 473 *d*. Notitia privata de rebus ab Hugone III Epiſcopo eccleſiæ Nivernenſi conceſſis, 595. Notitia de libertate baculi paſtoralis in cœnobio S. Michaëlis ad Moſam, 590. Notitia judicati pro monaſterio S. Criſpini de feodo Biſtiſiaci, 600

Noſdelium monaſterium ſancti Saturnini, 615 *d*

Novalicienſe cœnobium in valle Seguſina, 507 & *ſeqq.*

Nova-villa in boſco prope Compendium, 319 *a*

Novientum ſeu Novigentum, jam S. Chlodoaldus villa regia Pariſini agri, 304. Regum hic geſta, *c d*, 340 *f*, 476, *c d e*, 474 *c*, 473 *b*

Novigentum ſuper Sequanam pagi Morivenſis, 537 *f*

Novigentum villa ſub Codiciaco, 304 *f*. Ibi monaſterium, 305 *a*

Novigentum Abbatiſſæ in pago Laudunenſi, 261 *d*, 297 *e f*

Novigentum in pago Camliacenſi, 537 *e*

Noviliacum villa pagi Camliacenſis, 256 *c*

Noviomagus Batavorum palatio inſignis, 305 *a*. Publica hic geſta, *b c*

Noviomagus ſeu Noviomum Veromanduorum, 305 *d e*. Geſta hic publica, *e f*. Noviomenſis Comitatus, 557 *f*

Novitiorum illiteratorum petitio & viduarum religioſa profeſſio, 167 *e f*. Crucis ſignum quatuor punctulis incluſum, 148 *a*

Numæ libri ex papyro Ægyptiaca, 38 *d*

Numerianus Trevirenſis Archiepiſcopus, 65 *e*

Numerus pluralis pro ſingulari adhibitus in diplomatibus, 88 & *ſeqq.*

Numerus rotundus pro definito appoſitus, 95 *c*

Nummis Francorum Regum primitùs impreſſa eorum effigies, 135 *f*. Item Alarici Veſigothorum Regis, *ibid.*

Nuncius Romani Pontificis, 615 *f*

Nunctus Abbas Hiſpanus, 18 *f*

O

OBedientia, Prioratus, 177 *e*

Ochelpincus optimas, 467 *b*

Octavii Auguſti notæ litterariæ, 52 *f*

Orthographia, 56 *e*

Octo optimas, 533 *f*

Oda VVicfredi Comitis uxor, 206 *d*

Oda de Domno-Martino nobilis, 583 *c*

Odalricus Cancellarius Remenſis eccleſiæ 583 *f*

Odalricus Archiſcholus Remenſis eccleſiæ, 59 *b*

Odardus de Cambliaco, 257 *a*

Odelherus Canonicus Compendienſis, 562 *a*

Odelinus Camerarius, 584 *e*

Odilardus Comes, 317 *a*, 558 *d*

Odilo Ludovici Ultramarini Notarius ſeu Cancellarius, 115 b, 120 d, 417
Odilo nobilis Narbonenſis, 531 b c d
Odo Rex Francorum, 296 e, 301 b, 559 c, 561 f. Ejus præcepta de Alberto manumiſſo, 555. De manſis Ricbodoni conceſſis in beneficium, 556. Pro S. Germani Autiſiodorenſi cœnobio, 556. Pro Medardenſi, 557. Diplomatum formulæ initiales, 77 c. Diplomatum chronicæ notæ, 198 f. Diplomata cum anno Incarnationis, 190 d. Sigillum an genuinum e. Diplomata æri inciſa, 413
Odo Epiſcopus Bellovagorum, 453, 455, 458
Odonis II Epiſcopi Bellovacenſis litteræ gallicæ, 60 a
Odo Epiſcopus Pariſienſis, 152 b
Odo Abbas cœnobii S. Criſpini itemque S. Arnulfi, 597 b, 600 f
Odo Abbas S. Dionyſii, 159 b
Odo Abbas Ferrarienſis, 283 e
Odo Abbas Foſſatenſis, 455
Odo Abbas S. Michaëlis ad Moſam, 213 b
Odo Abbas S. Remigii, 601 f
Odo Archidiaconus Remenſis, 583 f
Odo Catalaunenſis Archidiaconus, 59 b
Odo Comes converſus ad S. Aprum, 583 c
Odo dominus Peronæ, 313 a. charta ejus qua Capiacum eccleſiæ Compendienſi reſtituit, 588
Odo Caſtellanus Peronenſis, 588 f
Odo Comes Corbolienſis, 180 b
Odo Comes Toloſæ, 524 a
Odo Comes, 233 b
Odo Comes, 587 f
Odo filius Theobaldi Comitis Palatini, 587 f
Odo nepos VVillelmi Comitis Aquitaniæ, 587 b
Odolricus Remenſis Epiſcopus Ludovici Tranſmarini Notarius, 120 d, 274 f
Odolricus Cancellarius Remenſis, 282 b
Odoricus Raynaldus arguitur, 384
Odreïavilla ad Alteïam ſilvâ & regio palatio inſignis, 306. Loci ſitus b c. Regum ibi geſta, d e f.
Odviz nobilis matronæ donatio, 567
Odura fluvius pagi Carnotenſis, 556 d
Officium, Officialis, 460 & ſeqq. Officiales palatii regii Henrico Rege diplomatibus ſubſcribunt, 121 a. Officiales Abbatum, Priorum, eccleſiarum, &c. cur ſigillum habent in Anglia, 115 f. Officialis Corbeïenſis ſigillum, 134 d
Ogmirecterius Comes, 475 d
Olaus VVormius de Runica ſcriptura, 46 e f, 47 e
Oldis fluvius, le Lot, 269 c, 270 c
Oliba Epiſcopus Alſonenſis, 615 f
Oliba Comes, 220 f, 523 d
Olonna curtis imperialis, 221 b
Olympias notis Chronicis diplomatum inſerta, 213 f
Optatus Abbas Caſinenſis, 259 c
Optatus Caroli M. Notarius, 118 e
Opus dictum donationis inſtrumentum, 571 c
Orationes peculiares ad ſepulcrum S. Dionyſii, 498 d
Oratorium regium ſeu capella S. Martini, 470 d e, 483 f
Orchadenſis finis in pago Tullenſi, 552 f
S. Oricoli Prioratus Senucenſis, 599 b
Oriniacenſis cœnobii privilegium, 104 f
Orna fluvius pagi Pertenſis, 317 e
Ornatus Abbas S. Michaëlis ad Moſam, 591 a
Orthographia Notariorum vitioſa, 56 e, ab Octaviano Cæſare neglecta, ibid. Orthographiæ vitia unde, 58 e
Oſbertus Ottonis Imp. Cancellarius, 115 e
Oſcellus Sequanæ inſula, 316 a
Oſning pagus regni Lotharienſis, ubi Comitatus Gozilonis Comitis, 575 c
Otfridi Monachi præfatio in verſionem Evangeliorum Theotiſcam, 46 f
Otgarius Epiſcopus Moguntiacenſis, 450, 521 b
Otgiva Regina ad S. Medardum ſepulta, 301 b
Othbodi eccleſia in monte Laudunenſi, 565, 576 a
Otho Childeberti referendarius, 113 b, 118 b
Otmundus Æneæ Epiſcopi diaconus, 554
Ottenetta fluviolus in Iſaram Vermeriæ influens, 252 a 335 f
Ottonis majoris & minoris chronicæ notæ, 445
Ottonis II Imp. diploma de Conradi Comitis donatione verbis facta cœnobio Gorzienſi, 575
Ottonis III Imp. præceptum de rebus S. Felicis, nunc S. Clementis cœnobii Metenſis, 577. Sigillum plumbeum, 142 d
Otto Lotharii II Regis filius, 201 c
Otto Dux Baioariorum Fratruelis Ottonis II Imperatoris, 575 b
Otto illuſtris Comes, 206 b
Otho judex ſacri palatii, 544 d
Otto frater Henrici Ducis Burgundiæ, 580 b
Ottulfus Epiſcopus Trecenſis, 333 d, 453
Oximenſis pagus, 471 c d
Oylardus de Domno-Martino nobilis, 586 d

P

P. Vivarienſis Epiſcopus, 577 a
Pæducea Juvana, 19 c
Pænitentium capillus & barba intonſa, 137 c
Pagani nomen cur inditum, 94 c
Paganus Aurelianenſis Buticularius Philippi I, 593 c
Paganus ſeu VValterius miles, 94 c
Paganus de Bulis nobilis, 586 d
Paganus Præpoſitus Comitis Sueſſionenſis, 602 f
Paganus filius Anſelli optimatis, 593 e
Palatia villæque regiæ Francorum Regum, 243 & ſeqq. Palatii nomen rarius in diplomatis Merovingicis, e f. Palatia publica apud Francos, 209 d. Palatia Francorum Regum cur tam multa, 244 d e f. Palatii regii Archivum, 6 a. Palatiis adjunctæ ſilvæ ingentes, 244 e. Palatii moneta, 563 f. ſacri palatii Comes ſæculo IX, 243 f
Palatiolum monaſterium in Italia, 446, 447
Palatiolum agri Pariſienſis regia villa, 306 f, 307 a. S. Germani Cœnobio data à Pippino Rege, ibid. b c d. Loci proventus, ibid.
Palladii Epiſcopi Autiſiodorenſis charta, 465, 467 a
Pancharta, 4 a b. Pancharta nigra & Pantocharta, ibid. c
Pancharta, regiarum litterarum genus, 29 d, 555 d
Pandectæ Florentinæ Juſtiniani, 355, 356 e 357
Pandiacum pſeudopalatium, 307 e f
Pandulfi IV Principis ſubſcriptio ex minio facta, 446
Panis eccleſiaſticus datus in monaſterio Benedictino, 593 b
Pannichius Francus optimas, 312 a, 476 d e
Paparum ſeu Romanorum Pontificum diplomata, quæ & bullæ ſeu reſcripta, triplicis generis, 186 earum forma, ibid. Illa abſque invocatione, 61 b c. Nominum ordo, ibid. d & ſeqq. dignitas eorum ut expreſſa, f. 62 a & ſeqq. Catholicæ eccleſiæ Epiſcopos qui ſe ferunt, ibid. ſervi ſervorum Dei dicti, 62 b. tituli ab ipſis Regibus collati, f. Papalium reſcriptorum inſcriptio qualis ante, poſtque Gregorium VII, 68 b, 22. annos imperatorum quamdiu ipſis indiderunt, 181 c d. Eorum anni in diplomatibus annis Imperatorum præpoſiti, 182 a b, 444, 445 P. C, id eſt poſt Conſulatum Imperatorum annos notant 182 c, 183 a b c. Anni Incarnationis quando ab ipſis adhibiti, 183, 184. Leo IX ejus ritus auctor, f. Paparum in bullis ſubſcriptio propria manu, 436. Indictiones apud eos quæ, 179 b c. Papa Regum atque Optimatum diplomata renovat, 27 f, 28 a. Papa regnante datæ chartæ, 187 c. Papa dictus ſummus Pontifex, 446. S. Petri Vicarius, 64 f. Chriſti Vicarius, ibid. & ſeqq. Pater Patrum & Epiſcopus Epiſcoporum, 65 a. Vicarius Apoſtolorum, 384. Papæ nomen uti Romano Pontifici proprium quis primus uſurpavit, 63 c
Papæ dicti Epiſcopi, 63 b. Abbates, 91 a. Papæ nomen apud Orientales Epiſcopos ſoli Alexandrino Patriarchæ proprium, 63 e
Papebrochii opiniones examinatæ, 11 a, & ſeqq. 14 c d, 22 f, 23 e, 24 d, 33 a, 51 a, 68 f, 69 a 71 a, b, 95 d, & ſeqq. 87 f, 48 a, 155 a, 183 d, & ſeqq. 187 e f, 188 a, 189 c, 190 f, 196 f, 207 d e, 210 e, 217 f, 218, & ſeqq. 222, & ſeqq.
Papyri Ægyptiacæ antiquitas, 31 f, 33 a, & ſeqq. à cortice differentia, ibid. c e. confectio, d e. variæ ejus ſpecies, e f. uſus ad ſæculum XI, f, 34, & ſeqq. 38 c
Parens pro proavi filio, 474 b
Parentes dicti à Meroveadis Regibus non genitores, ſed conſanguinei & ſucceſſores, 606 c, 608 b, 610 b c
Pares, homines Epiſcopi, 255 f
Paricula chartæ, 5 f, 6 b. Duplicis generis, 428 b
Pariſiaca cathedralis eccleſia primùm S. Stephano ſacra, 472 b, 473. tum S. Mariæ, S. Stephano, & S. Germano, 498 f, 499 a b. Pariſienſium Epiſcoporum catalogus antiquus, 525 d e f. Pariſienſe palatium, 308, 309, 310, 311. quo loco ſitum, 308 a b. an locus Thermarum Cæſaris, ibid. & ſeqq. Childeberti ædes d e, 309 e. Chilperici, 308 f. Pons minor & ligneus Luteciæ, ibid. alius, 309 a. baſilica Laurentiana ad Septentrionem, ibid. & ſeqq. Nundinarum Laurentianarum origo, b c. S. Martini baſilica perantiqua, ibid. argumenta pro Thermarum palatio extramurano expenduntur, 310, & ſeqq. Lutecia novis muris aucta, a b c. territorium de Laas vineis obſitum, ibid. Vizeliacenſium monachorum acceſſus Pariſios, d e. ubi vetus palatium? ibid. an Locuticium in monte S. Genovefæ, ibid. f. Intramuranum in ipſo urbis meditullio, ibid. 311 a. Alia Luteciæ Regum palatia, a b c. Parlamenti Judicibus relictum vetus palatium, ibid. Palatii ad S. Martinum auctor Rotbertus, ibid. Luparæ quis auctor, ibid. quis Turnellarum & Latericienſis palatii, ibid. Pariſienſis Comitatus, 576 d, 581 d Pariſius, tractus & territorium Pariſienſe, 95 b
Paſchalis dies Gallis olim fixus ad VIII Kal. April. 174 f. Paſchalis cereus, ibid. & ſeqq.

Paſchalis Papæ II bulla in æs inciſa, 447
Paſſionis anni iidem ac Incarnationis, 177 *d.* item circumciſionis & trabeationis, *ibid.*
Patentes litteræ, 4 *a e*
Paterbornenſis ſynodus, 499 *f*
Paternus Clodovei M. Legatus, 136 *f*, 137 *a*
Patiniacenſis vicaria pagi Nivernenſis, 549 *f*
Patricii dignitas Francorum Regibus tributa, 72 *f*, 73 *a* & *ſeqq.* A Carolo M. conceſſa Arichiſo Duci, *e*
Paulinus Epiſcopus, 492 *c*
Paulinus Zurenſis Epiſcopus, 164 *a*
S. Paulus in bullis & picturis cur à dextris, 130 *d* & *ſeqq.* 623 *b c*
Pauli Papæ ſynodicum diploma, 153 *c*
Pauli II bullæ ſingulares, 129 *f*
Paulus de Middelburgo Epiſcopus Foroſempronienſis, 183 *d*
Paulus VVarnefridi emendandæ ſcripturæ à Carolo M. adhibitus, 52 *a* 360 *b c*
Paulus Notarius Beneventanus, 113 *a*
S. Pauli prioratus prope Cariſiacum. 261 *f*
Peccatores abſque alio titulo ſubſcribunt Epiſcopi & Abbates. 153 *f*
Peireſkii ſtudium in perquirendis Regum veteribus ſigillis. 135 *d e*
Pelagius Curvus, 435
Pergamenum, membrana, 31 *f*
Peronenſe palatium, 311, 312, 313. Loci antiquitas, *d.* cultus à Radegunde Regina *e.* Alius à Perunnis à Guntchramno memoratis, *ibib.* Erchinoaldo Majori-domus relicta Perona *f*, 312 *a b.* Palatium ab annis mille dicitur, *ibib.* Ibi erectum Scottorum monachorum cœnobium in monte Cygnorum male dicto *cygnopum* aut *Cygnophii*, *ibid.* Iſtuc delatus Amatus Epiſcop. Abbate Ultano, *d.* recepti milites Textriciano è prælio lapſi, *ibid.* Chlotharii ac Caroli Regum geſta in palatio Peronæ, *e.* quod incendunt Nortmanni, *f.* Hic monachorum exitus, 313 *a.* Relicta Viromandenſibus Comitibus Perona, *ibid.* *a b.* caſtellanos etiam habuit, *c d.* Urbis deſcriptio, *b c.* geſta publica, *d e.* Obſidio ſoluta, *e*, 588 *f*
Perrona ſeu Perunnæ in pago Matiſconenſi, 331 *e*
Perona vicus in pago Cameracenſi, 313 *e*
Perpera, labes, 571 *d*
Perpetui Epiſcopi Turonenſis teſtamentum duplex, 66
Pertenſis pagus, 317 *e*, 318 *d*
Petavianus codex in papyro Ægyptiaca, 35 *e*
Petraficta palatium, 313 *f.* variæ ejus nominis villæ, 314 *a b*
Petræfontis domus regia, 278 *e f*, 314 *c d*
Petrapons caſtrum pagi Laudunenſis, 576 *a*
Petrarchæ ſcriptura in coriacea veſte, 32 *b*
Petro Epiſcopus Virdunenſis, 501 *c*
Petromantali ſitus, 315 *f*
S. Petrus in bullis & picturis cur à ſiniſtris, 130 *d* & *ſeqq.* 623 *b c*
S. Petri baſilica Pariſienſis, 517 *c d*
S. Petri Mettenſis parthenon, 501 *b c*
S. Petri cella Calmilienſi cœnobio ſubdita, 579 *d*
Petrus Epiſcopus Aſtoricenſis, 435
Petrus Epiſcopus Gerundenſis, 615 *f*
Petrus Guardenſis Epiſcopus, 164 *f*
Petrus *per Dei gratiam* Epiſcopus Mediolanenſis, 153 *f*, 154 *a*, 241 *a*
Petri Meldenſis Epiſcopi litteræ gallicæ, 60 *a*
Petrus Epiſcopus Mindonienſis, 435
Petrus Epiſcopus Pictavenſis, 213 *d*
Petrus Epiſcopus Remenſis, 151 *e*
Petrus Epiſcopus Tarentaſienſis, 151 *d*
Petrus Epiſcopus Vivarienſis, 579 *e f*
Petrus Epiſcopus, 616 *d*
Petrus Abbas Byzacenus, 11 *e*
Petrus S. Germani à pratis Abbas, Philippi I Cancellarius, 121 *e*
Petrus Abbas S. Remigii, 28 *c*
Petrus Abbas Trenorchienſis, 301 *a*
Petrus Diaconus Bibliothecarius & Cancellarius S. R. E. 445
Petrus Notarius Regionarius, 447
Petri Bleſenſis genius, 25 *a b.* cenſura, 128 *f*, 129 *a*
Petrus Archidiaconus Sueſſionenſis, 602 *e*
Petrus Archidiaconus Mimatenſis, 569 *e*, 570 *a.*
Petrus Cantor Pariſienſis, 234 *a*
Petrus eccleſiæ S. Germani Autiſiod. Decanus, 234 *a*
Petrus Diaconus Caſinenſis, 52 *e.*
Petrus Sanctii Regis filius, 157 *c*
Petrus de Noalas. 93
Petrus Adefonſus Comes, 454
Petrus frater Stephani Mimatenſis Epiſcopi, 569 *e*
Petrus Philippi Regis Cancellarius, 116 *b*, 122 *b*, 425
Petrus Notarius Ludovici Imp. 542 *e*
Petrus Hamo Caroli IX ſcriba, 37 *c*, 40 *d*, 45 *e*, 47 *f*
Petrus Fabri Cancellarius Lemovicenſis, 174 *d*
Petrus Gonellus Præſes, 620 *f*
Philippi nomen frequentiſſimum apud Francos, 94 *e*
Philippus I Francorum Rex, 178 *a.* Ejus diplomata, 264 *e* & *ſeqq.* pro Miliduneſi S. Petri cœnobio, 589. De veterum Stamparum Abbatia Mauriniacenſi cœnobio attributa, 595. Placitum pro monaſterio S. Medardi in Albericum Cociacenſem, 585. Diploma æri inciſum, 425. Item epiſtola ad Bernardum Abbatem Majoris-monaſterii, 368, 369. diplomatum formulæ initiales, 78 *f*, 79 *a.* ſubſcribendi modus, 109 *f*, 110 *a*, 166 *a b c.* notæ chronicæ, 203 *e f.* 204 *b.* ſigillum in litteris Annæ ſeu Agnetis matris ejus appenſum, 140 *b.* ſecus in propriis, *c d e*, 145 *b*
Philippus Auguſtus ſacratus, 204 *e.* Ejus viſum, 293 *a b.* diploma æri inciſum, 431. Aliud diploma pro Barbellenſi Monaſterio, 605. Diplomatum formulæ initiales, 79 *f.* Is *Franciæ* Rex primus audit in diplomatis ſuis, *ibid.* cera viridi primus inter Reges uſus, 140 *f*, 141 *a.* item contraſigillo, 430, 431. Ubi lilium unicum appoſitum, 139, 147 *c*, 151 *a*
Philippi III Francorum Regis diploma gallicum, 60 *b*
Philippi Longi ſigillum quale, 631 *f*
Philippi VI ſigillum aureum, 139 *e*, 141 *e*
Philippi Catalaunenſis Epiſcopi charta de Advocato S. Baſoli, 589. Pater ejus Telbaldus Comes, & mater Adelais, Comitiſſa Trecenſis, *ibid. f*
Philippus Epiſcopus Trecenſis, 133 *e*
Philippus Flandriæ Comes, 252 *c*
Photiana pſeudoſynodus, 169 *f*
Pibo Epiſcopus Tullenſis, 150 *e*
Pictavenſe palatium, 314 *e*
Pinciacum palatium, 314. Aliud à Piſtis, *ibid.* adjunctum habuit proprium pagum, 315 *a.* Rotberti ſedes regalis, *ibid.* monaſteria ibi tria, *ibid.* Geſta ibi publica & S. Ludovici natales Chriſtiani, *b c d e*
Pinnenſis pagus, 542 *b*
Pippinus Franc. Rex dictus Orthodoxus, 384. Chriſtianiſſimus, *ibid.* Ejus adhuc Majoris-domus Placita de Marolio, 489. De Cruce prope Solemium, *ibid.* De Curborio, 490. Ejuſdem Regis de Abaciaco, 461. De mercato Dionyſiano, 493. Præcepta pro Taberniaco, *ibid.* pro Fulrado, 495. Diploma æri inciſum, 385, 387. Unctio, 384. Diplomatum ejus formula initialis, 71 *b* & *ſeqq.* ſubſcribendi ratio, 109 *b.* chronicæ diplomatum notæ, 193 *a.* Regni ejus principium quo anno figendum *c d e.* Conſultus hac de re Zacharias Papa, *ibid.* & *ſeqq.* ſubſcriptio manu Notarii, 165 *e.* ſigillum, cui impreſſa Bacchi effigies, 138 *b.* Lex de Monaſterio Promia, 563 *b.* item de Laudunenſi puellarum, *ibid.*
Pippini Caroli M. filii conjuratio, 504 *e*
Pippini Aquitaniæ Regis diplomatum formulæ initiales, 83 *d.* chronicæ notæ, 206 *d e.* monogramma, 111 *b.* diploma pro Cœnobio Malaſtenſi ſeu Montiſolivi, 523, æri inciſum 401
Piſana ſcriptura, 554, 556, *d e.* Piſanorum annus alios antevertit novem menſibus, 171 *f*, 172 *a.* Piſanorum calculus, 186 *e f*
Piſcar fluvius pagi Pinnenſis, 542 *b*
Piſcatoris anulus brevibus pontificiis adhibitus, 129 *f*, in ſecretis primùm, 130 *b.* ceræ impreſſus, *ibid.*
Piſciagum in pago Ambianenſi, 498 *c*
Piſtæ ad Sequanam villa regia, 288 *a*, 315, 316, 317. alia à Petromantala, 315 *f.* loci ſitus, *ibid.* 316 *a.* Pons ibi erectus à Carolo Calvo, caſtellum item, *ibid.* Synodi Piſtenſes, *c d e f.* Hinc fiſco addicta hæc villa, 317 *a.* diruta à Nortmannis, 453, 455, 456, 558 *d*, 559 *b*
Piſtenſis ſynodus, 453, 458, 550 *c*, 551, *f*
Pius Papa II *Chriſtianiſſimi* nomen in Regibus Franc. agnoſcit, 384
Placicium pagi Pinciacenſis locus ac monaſteriolum, 281 *b c.* 498 *f.* Dionyſianis vindicatur, 307 *c d*, 499 *a b c d*
Placidiæ Auguſtæ bulla plumbea, 142 *f*
Placitatio Papæ inter Lanzonem Abbatem S. Michaëlis ad Moſam, & Abbatiſſam Joviniacenſem, 599
Placitum, 3 *f*, 4 *a.* Placita Comitum, 26 *f.* Placiti conditiones, 267 *f.* Placitum eccleſiaſticum, 457* precium placiti, *ibid.* Placitum à majore domus regiæ ſigillatum, 483* *f*, 484 *b.*
Pleſſiacum-Brionis vicus pagi Noviomenſis, 296 *d*
Pœnæ in falſarios, 230, 231
S. Pollinæ ſacrum Hunolfocurtenſe cœnobium, 258 *f*
S. Pollina in Hunulficurtenſi cœnobio ſepulta, 607 *c*
Polyptichus, 7 *e f*, 235 *c d*
Poncianum ſeu Pontianum palatium, 317 *c*, 541 *f*
Poncio Abbas ſæcularis S. Amantii Rutenenſis, 572 *c*
Poncius Epiſcopus Majoricenſis. 28 *c*
Ponevis Comes Majordomus Alfonſi IX, 435
Pons-Epiſcopi vicus pagi Noviomenſis, 266 *a b*
Pons-Iguonæ ſeu Iconæ in pago Senonenſi, 317 *d*
Ponſciſſus ad Ararim, 319 *a*
Pontico ſeu Pontigo palatium, 317, 318. Loci ſitus, *d e.* Geſta publica, *f*, 318 *a b c d e.* Pons Hugonis dictus, 318 *a*, 559 *f.* villa hæc Frederunæ Reginæ in dotem conceſſa, *d*, 559 *a.* tum Compendienſi cedit Eccleſiæ, 562 *e f*
Pontigonum vel Pontigedunum in diœceſi Carnotena, 317 *d*
Pontifices Romani. *V.* Papa.

Pontificium

Pontificium, facultas, 611 f
Pontiliacum palatium, 318 f
S. Pontii Tomeriarum cœnobium, 572 e
Pontius Comes Gabalitanus, 89 b
Pontius Comes, 201 e
Pontius Comes, 579 e
Pontii Raimundi Comitis Toloſani & Rutenenſis, Marchioniſque Gothiæ teſtamentum, 572
Pontius de Mirneva, 435
Pontivus pagus, 538 a
Popo Comes, 161 f
Poppo Abbas, 583 c
Portmaurum monaſterium, 472 c
Poteſtates dicti Primores apud Hiſpanos, 161 b
Pragmaticæ abrogatio Ludovico XI Chriſtianiſſimi nomen non dedit, 384
Præcelſæ titulus Reginis Francorum proprius, 290 f
Præcepta, 3 f. Litteræ parentes, 4 a. Præceptum denariale, *ibid.* c. Præcepta ſeptem uno tenore ſcripta. 6 a. Præceptum per ſubreptionem obtentum nullius valoris, 546 c. Præcepta ſeu diplomata igne conſumta renovantur, 561 a f. Hinc præceptum renovabile, *ibid.*
Prælatiuncula, præfectura capellæ, 564 c
Præſcriptionis ac poſſeſſionis vis, 239 a b c d e
Præſtariæ, 3 e f. 552 f
Præſulis nomen Abbatibus commune, 65 f. Regibus datum, *ibid.*
Pragmaticum diploma, 19 a
Precariæ, 3 e f, 552. Precariæ Regum, Magnatum & monaſteriorum, 493 c. Precariæ in epiſtolæ formam redactæ, 86 e.
Preſbyteri titulus Abbati datus cum excluſione abbatialis nominis, 628 f. Preſbyteri ne chartas ſcribant, ſintve Tabelliones, 12 b c. Preſbyteri Cancellarii publici eſſe poſſunt, 123 f
Primicerius Notariorum Romanæ Eccleſiæ, 125 b
Principales, id eſt præcipui civitatis, 460, *& ſeqq.*
Principes quo ſenſu dicti à Meroveadis, 221 c
Priſciacum in pago Camliacenſi, 472 d. Ibi monaſterium domni Martini, *ibid.* 473 b
S. Privati Salonenſe monaſterium, 514 a
Privilegia duplicis generis, 11 d
Privilegia à Romanis Pontificibus conceſſa antiquitus, 11 d, *& ſeqq.* confirmata, 12 c d e, 487 c. bullis & ſigillis munita ſæculo VII, 129 a.
Privilegium Agirardi Epiſcopi Carnutenſis, 478
Privilegiorum imprecationes & excommunicationes, 478 f Martinianum Ibbonis Turonenſis Epiſcopi, 487. Salonenſe ſeu S. Privati, 499. Caſaurienſis monaſterii, 12, d e. VValaricenſe, 24 f, 25 a. Lindavienſe, 226, *& ſeqq* Bobienſe, 13 a, 15 a b. Gregorii M. 13. Vigilii, *ibid.* Cæſarii, 14 a, 15 c. Johannis IV Papæ, 14 b. imprecationes & excommunicationes in privilegiis adhibitæ, 13 d, *& ſeqq.* 525. b. privilegia ſanctimonialibus conceſſa, 14 a. Angloſaxonum privilegia monaſteriis indulta, 18 a b. Cruce Chriſti firmata c
Privilegia & chartæ Papebrochianæ expenduntur, 217, *& ſeqq.*
Privilegia Epiſcoporum à Regibus & proceribus confirmata, 12 c d e, petita, 14 e
Privilegia Regum monachis conceſſa adverſus Epiſcopos, 12 d e
Privilegiorum renovandorum ratio, 29 c, 552 e
Probatus vir inluſter, 467 b
Probi Abbatis teſtamentum, 8 e
Procuratoris nomen ſumtum ab Epiſcopo, 63 b
Promia monaſterium, ubi lex ſeu multa à Pippino lata, 563 b
Promotus Epiſcopus Caſtriduni, 187 d
Protadius Epiſcopus, 475 d
Protonotarius dictus ſummus Cancellarius, 114 c
Prunia quid, 543 d
Pſalmodienſe cœnobium à Maſſilienſis ſubjectione abſolutum, 615, 616, 617, 618
Pſalmi cum vigilia & miſſa pro defunctis quotidie decantati ſæculo X, 569, d, 570 a.
Pſalterium S. Germani, 356 c, 357 a. ſanctæ Salabergæ, 358, 359
Publicè olim facta diplomata, 209 b *& ſeqq.*
Pulchrada ſeu Saxonis fontanæ monaſterium, 547 c d
Pultarienſe S. Petri cœnobium, 333 d
Puricellus de eccleſiæ Ambroſianæ monumentis, 32 d e f
Purpura membranæ cur infectæ, 43 f. hujus dumtaxat uſus ex Principis mandato, *ibid.* & in Bibliis ſacris, *ibid. & ſeq.* 44 a
Purpureus color in Imperatorum Orientis litteris, 42 f, eorum quoque filiis ac propinquis conceſſus, 43 a. 446

Q

Quintianus Caſulenſis Epiſcopus, 356 a

R

Rabani liber de Cruce, 363
Radbodus Noviomenſis Epiſcopus, 150 d. *V.* Ratbodus.
Radegundis Reginæ teſtamentum, 8 e, 9 a b. cultus Peronæ, 311 e
Rado optimas, 467 b
Rado Caroli M. Cancellarius, 114 c, 115 a, 118 d e, 389, 390 d, 500 f, 501 d, 502 f, 504 b
Radobertus Majordomus, 467 b
Radulfus Galliarum, hoc eſt Provinciæ Rex. 580 f. *V.* Rodulfus.
Radulfus Mettenſis Epiſcopus, 64 c
Radulfus Abbas Compendienſis, 604 e
Radulfus Peronæ Comes, 312 e f, 313 c
Radulfus Codiciacenſis dominus, 268 a
Radulfus dominus Nigellæ, 597 a b d
Radulfus filius Radulfi domini Nigellenſis, 597 d. Caſtellanus Brugenſis, 602 d
Radulfus Comes Sueſſionenſis, 152 b, 168 c
Radulfus Veromanduorum Comes, 121, c 398 a
Radulfus Philippi I Dapifer, 121 f
Radulfus Ludovici VI Dapifer, 121 b
Radulfus Ludovici VII Dapifer, 122 d
Radulfus Ludovici VII & Philippi Aug. Conſtabularius, 122 e, 429
Radulfus Comes, 423
Radulfus Comes, 499 c
Radulfus Præpoſitus eccleſiæ Sueſſionenſis, 602 e
Radulfus Cancellarius Ambianenſis, 598 e
Radulfus de Balgentiaco, 232 f
Radulfus de Pyris, 123 b
Ragana Septemolæ Abbatiſſa, 249 a, 490 f
Ragamfredus Major-domus, 304, d, 486 e
Raganfredus Domeſticus, 475 d
Raganfridus Referendarius, 384, 385
Raganfridus Remenſis Diaconus, 23 c
Raganricus Dagoberti I Domeſticus, 374, 465 a
Ragembaldus Abbas Pſalmodienſis, 615 e
Ragenfredus Caroli Calvi Notarius, 119 e
Ragenaldus Hugonis Capeti Cancellarius, 576 f
Ragenardus Notarius Rodulfi Regis, 565 b
Ragenarius Vaſſus Dominicus & Comes palatii, 117 c
Ragenobertus optimas, 467 b
Ragenoldus Comes Sueſſionenſis, 303 b
Ragimbertus Celſiniacenſis proviſor & cuſtos, 570 e, 571 c
Raginaldus filius Roclenimilitis de Orniaco, 596 c
Reginarius Capellanus Ludovici II Imperatoris, 533 f
Raginelmus Epiſcopus Tornacenſis, 453, 454, 459. *V.* Rainelmus.
Ragneinnus vir inluſter, 298 c, 378, 379, 469 a
Ragnoaldus optimas, 474 f, 475 d
Rajambaldus Epiſcopus Arelatenſis, 21 d
Raimo Epiſcopus, 555 f
Raimundus Aginnenſis Epiſcopus, 121 c
Raimundus Nemauſenſis Epiſcopus, 617 b
Raimundus Toloſenſis Epiſcopus, 577 a
Raimundus Burgundiæ Comes, 121 b
Raimundus Comes Provinciæ, 617 e
Raimundus Marchio, 570 a
Raimundus Rodulfi Notarius, 120 c. *V.* Raymundus.
Rainaldus Remenſis Epiſc. 91 c, 156 b, 601 c
Rainaldus Noviomenſis Epiſcopus, 265 e
Rainaldus Abbas Mauriniacenſis, 595 a
Rainaldus Archidiaconus Pictavenſis, 213 d
Rainaldus Comes Burgundiæ, 212 b
Rainaldus Comes Sueſſionenſis, 601 a b
Rainaldus Comes, 591 b c d
Rainaldus Henrici Regis Camerarius, 121 a
Rainaldus Philippi I Buticularius, 121 f
Rainaldus filius Radulfi domini Nigellenſis, 597 d
Rainaldus Baſſus Dominicus, 544 e, 545 b
Rainaldus Rodulfi Notarius, 120 c
Rainardus Comes, 213 b
Rainardus Baſſus Dominicus, 543 f
Raimboldus Francus, 541 b
Rainelmus Epiſcopus Noviomenſis, 155 b
Rainerius Abbas Abſienſis, 632 d
Rainoldus Epiſcopus Remenſis, 5 b, 7 d, 214 e
Rainoldus ſeu Rainaldus Abbas S. Medardi, 584 b
Rainodus Henrici Regis Cancellarius, 584 e
Rainulfus Abbas Malaſtenſis, ſeu Montis-olivi, 524 a
Rainuidis Domina Nigellenſis, 597 d
Ramnulfus Epiſcopus Santonenſis, 213 e
Ramnulfus Comes palatii, 117 e
Ramnus Mandatarius Abbatis, 531 b
Ranamirus Comes, 434
Ranimirus Hiſpaniæ Rex, 106 e f
Ranimirus Aragonum Rex, 208 f
Ranimirus ex monacho S. Pontii Tomeriarium Aragoniæ Rex, 574 f
Raſo optimas, 491 a
Raſoarius Judex, 396 a, 397
Ratbodus Epiſcopus Noviomenſis, 167 d, 215 d, 261 b, 264 b d e f, 265 a, 305 e
Ratbodus Epiſcopus Trevirenſis, 132 f.
Ratpotus Archiepiſcopus Zuenteboldi Cancellarius, 116 d, 415
Ratoldi Abbatis Corbeïenſis ſacramentarius liber, 366, 367
Rauchingus optimas, 489 e
Ravennas eccleſia catholica, 457*
Raulco optimas, 494 a
Rauracus Epiſcopus Nivernenſis, 467 a
Raymundi Pontii Comitis Toloſani, &c. teſtamentum, 572

Raymundus Poncii Raymundi Comitis Toloſæ filius, 572 *d e*
Raymundus nepos, an filius Comitis Toloſani Poncii Raymundi, 573 *d e*, 574 *e*
Raynaldus Abbas S. Cypriani Pictav. 632 *e*
Raynaldus Abbas Mauriniacenſis, 327 *a*
Raynardus Epiſcopus Lingonenſis, 124 *e*
Raynardus Vicecomes Biterrenſis, 572 *d*
Recamundus Abbas S. Hilarii Carcaſſonenſis, 506 *a b*
Referendariorum munus, 112 *d*, 113 *d*. Ji ſpectabiles vocati, 112 *d*. regii ſigilli cuſtodes, *e*. Referendarii ſimul plures ſub Meroveadis Regibus, *f*. 118 *a*. Reginarum Referendarii, 113 *b*
Reformationis initia ac difficultas, 582 *e f*
Regalis locus villa regia prope Compendium, 179 *a*, 319 *a b c*. Ibi Canonicorum erectum monaſterium, *ibid.* Virginibus Coſienſibus ceſſit, *ibid.*
Regenſis pagus, 509 *e*, 510 *f*
Regiaticinæ, id eſt Ticinenſe palatium, 307 *f*
Reges *ſanctitatis* titulo affecti, etiam prophani & hæretici, 90 *d e*. Venerabiles dicti, 91 *b c*. ſeniores, *ibid.* Reges mutuo *fratres* ſe dicunt, 66 *c*. Reges ab Epiſcopis dicti filii, 62 *f*, 63 *a*. Regibus commiſſa bona ut piis uſibus addicantur, 495 *e f*. Regis benefici nomen in Miſſa recitatum, 498 *d*. Regis ſubſcriptio in charta privati, 610 *e*. Regis ac Reginæ donatio *jure forenſi & pratorio* tradita, 582 *c*
Regum Præceptis ſynodicis Epiſcopi & Proceres ſubſcribunt, 158. aliis Reginæ, *ibid. b e*. filii regii, 156 *f*, 157 *a*, 158 *d*. proceres, *ibid. e f*. Regibus tributum nomen Imperatoris, 80 *e & ſeqq*. Regum privilegia monachis adverſus Epiſcopos conceſſa, 12 *d e*. Regum itinerarium ex eorum litteris erutum, 244 *a*. Ii regiis in villis degere ſoliti, *ibid. d e* Regiorum diplomatum formulæ, 69 *& ſeqq*. Regum ſubſcriptio paternis in diplomatibus longe prius editis, 157 *a b c*
Reges Francorum plurali de ſe numero locuti ad Henricum Regem in diplomatibus, 88 *b c*, Reges dicti filii Regum, 89 161 *b*. nobiliſſimi, 90 *f*, 389 637. Regum filii ſub Carolinis ſigillo carebant, 139 *d e*. ſigillum habebant ſub Capetianis, 139 *e*. Deſignatorum Regum quale ſigillum, *ibid.* Sigillum Philippi I Regis in litteris Annæ matris appoſitum & appenſum, 140 *b*. item VVillelmi Conquæſtoris & Adefonſi, *e*. Reges ſequi armatos Franci tenentur, 477 *c*. Regum Meroveadum autographa diplomata apud S. Dionyſium, 222 *f*, 224 *e f*. ejuſdem ferme tenoris quædam diplomaticæ formulæ, 69 *& ſeqq*. ſubſcriptio diplomatum, 108 *f*. 109 *a b* Regum Francorum imago anulis ſignatoriis impreſſa, 127 *e*. Regum Francorum icones ſigillis cereis impreſſæ, 135 *& ſeqq*. nummis item, *ibid.* 136 *a*. in ſigillis laureatæ, 143 *f*. ſecus aliquando in nummis, *ibid. e*. 144 *a*. Regum Capetianorum genus & origo, 635 *& ſeqq*. Reges Francorum. *V.* Francorum Reges.
Regum Hiſpanorum litteræ cum diris & excommunicatione, 105 *f*. Regum Hiſpanorum filii mox ab ortu Reges dicti, 161 *b*
Reginæ dictæ Imperatrices, 81 *b e*, 143 *a* Reginas uxores ſuas Reges vocabant, non uxores, 89. Reginæ dictæ filiæ Regum, *ibid* Reginæ regalibus præceptis aliquando ſubſcribunt, 156 *f*. 158 *b c*. Placita faciunt, 384. Reginæ ſubſcriptio vel monogramma in diplomatis Regum puerorum, 606 *d*, 608 *b*. Reginarum referendarii, 113 *b*
Regnante *Ieſu-Chriſto* formula, 422. Regnum & regnans pro imperio & imperante & è contrà ſumtum, 195 *d*. formula *regnante Chriſto*, 199 *a*, 201 *e*, 204. Regni primores & officiales regiis præceptis ſubſcribunt, 158 *f*, 159 *a*
Reginaldus, Ludovici VII Camerarius, 122 *e*, 123 *a*
Reginaldus de Magniaco Caſtellanus Cauciacenſis, 272 *e*
Reginaldus Comes, 528 *b*
Reginaldus Comes, 338 *d*
Reginaldus de Matchio miles, 595 *e*
Reginaldus, ſeu Ragenardus Rotberti Notarius, 116 *a*, 110 *e*
Reginoldus ſeu Rainoldus Hugonis Capeti Notarius ſeu Cancellarius, ſub Archicancellario, poſtea Epiſcopus Pariſienſis, 120 *e*
Regula ſancta, 477 *f*, 478 *e*
Regulares canonicæ, monaſteria, 614 *b*
Reinhardi Comitatus in Lotharii regno, 575 *c*
Rainaudus Coquus Adelaidis Reginæ, 245 *d*, 602 *e*
Religioſus, pro monacho, 26 *d*
Remallatio, litis integratio, 606 *c*
Remedius optimas, 489 *e*
Remenſis Epiſcopus Apoſtolicæ ſedis Legatus, 602 *d*. Remenſis eccleſiæ calculus peculiaris, 174 *d*. Remenſe Concilium an ſincerum, 227 *f*. Remenſe palatium, 319 *d e f*. Remenſis moneta, *ibid.*
Remila, cognomento Eugenia, Viennæ ſanctimonialis, 21 *a*, 463 *d f*
Remigii Epiſcopi Remenſis teſtamentum, 274 *e*
Remigius Epiſcopus Lugdunenſis, 155 *f*
Remigius regius fiſcalinus, 562 *b*
Remundus Epiſcopus Palentinus, 434
Renaldus de Pomponia nobilis, 585 *b*
Renato Andegavenſi & Regi conceſſus à Ludovico XI ceræ flavæ uſus in diplomatis, 141 *b*
Renoldus Epiſcopus Pariſienſis filius Burchardi Comitis, 578 *f*
Renovatio inſtrumentorum à quibus facta, 27, 28, 29 *c*, 507, 552, 568 *d*. Renovatio præceptorum igne conſumtorum, 561 *a f*. Renovabile præceptum, *f*
Renus fluviolus pagi Pertenſis, ubi Aldonisvadum, 562 *e*
Repropitiante vox quando & cur à Ludovico Pio adhibita, 522 *f*, 525 *e*, 526, 613 *a*
Reſtica ſeu Reſticenſis ſilva, 335 *f*
Richardus I Anglorum Rex formulæ *Teſte meipſo* auctor, 160 *a*
Richardus Epiſcopus Albanenſis, 447
Richardus Epiſcopus Bituricenſis, 133 *a*, 561 *e*
Richardus Epiſcopus Cantuarienſis, 25 *a b*, 101 *e*, 128 *c*
Richardus Abbas Compendienſis, 151 *c*
Richardus Abbas Floriacenſis, 335 *d*
Richardus Abbas Pratellenſis, 368
Richardus Abbas S. Victoris Maſſilienſis, ſedis apoſtolicæ Legatus, 617 *a & ſeqq*.
Richardus Abbas, 583 *b*
Richardus Cantor Remenſis, 583 *f*
Richardus levita & monachus Dionyſianus, 529 *c*
Richardus Rodulfi Notarius, 120 *c*
Richardus Comes Nortmannorum, 213 *e*
Richardus Comes, 502 *b*
Richarius Epiſcopus Tungrenſis, 247 *e*
Richerius Senonenſis Epiſcopus, 589 *b*
Richerus Epiſcopus Virdunenſis, 150 *e*. Ejus charta de jure cudendæ monetæ cœnobio S. Michaëlis ad Moſam conceſſo, 592
Richerus Cantor Remenſis, 590 *b*
Richerus Supprior Corbeïenſis, 370, 371
Richildis Imperatrix ambaſciavit, 205 *b*
Richimirus Abbas Malaſtenſis, ſeu Montis-olivi, 524 *a*
Ricoaldus Epiſcopus, 467 *a*
Ricomagenſis pagus, 508 *e*
Ricuberta Deo ſacrata, 507 *b*, 510 *f*
Riculfus infidelis, 511 *c*
Rifero Comes, 501 *f*, 502
Rigaldus frater Stephani Vicecomitis Gabalitani, 579 *e*
Rigbodo Odonis Regis fidelis, 556 *c*
Rigobertus Epiſcopus Trecenſis, 467 *a*
Rigobertus ſub Chlothario III Notarius, 378, 379
Rimbertus Abbas Floriacenſis in Vilcaſſino, 455
Riochatus Antiſtes ac monachus Britannus, 51 *e*
Riogilus fiſcus, 630 *c*
Riulfus ſub Carolo Simplice nobilis Francus, 333 *f*
Robaldus Epiſcopus Mediolanenſis, 155 *f*
Rotberti Fortis genus, 635 *& ſeqq*.
Rotbertus Comes & Abbas, 228 *b*
Rotbertus Rex *ſanctus Pater & Theoſophus* dictus, 91 *b*. Rotbertus Rex vivente patre, 576 *e*. Rotberti Regni initium ac finis, 202 *b c d e f*. Roberti Regis præcepta, pro Autiſiodorenſi S. Germani cœnobio, 578. Pro Foſſatenſi, *ibid.* Item pro Autiſiodorenſi S. Germani, 580. Pro Latiniacenſis reſtauratione, 587. De prædio Vermerienſi pro Compendienſi Abbatia, 582. Diplomatum formulæ initiales, 78 *b*, ſubſcribendi modus, 109 *e f*. Diplomata æri inciſa, 421, 423. effigies in ſigillo cum lilio in dextra & globo in ſiniſtra, 144 *f*
Rotbertus Roberti Regis filius, 581 *f*
Rotbertus frater Philippi Regis, 165 *c*
Rotbertus Burgundiæ Dux, 47 *a*
Rotbertus Epiſcopus Lingonenſis, 124 *e*,
Robertus Viennenſis Epiſcopus, 161 *c*
Robertus Abbas S. Albani, 169 *d*
Rotbertus Abbas S. Remigii, 590 *b*
Robertus ex Abbate S. Remigii Prior S. Oricoli, 599 *a*
Rotbertus Referendarius, 118 *b*
Rotbertus Ottonis Imp. Archicapellanus, 125 *e*, 577 *f*
Robertus Philippi I Dapifer, 122 *a*
Rotbertus Henrici Regis Coquus, 121 *a*
Robertus de Cortineïo, Ludovici VIII Buticularius, 123 *a*
Robertus Buticularius S. Ludovici, 433
Roberti Guiſcardi ſigillum aureum, 45 *a*
Rotbertus Comes Flandrenſis, 590 *b*
Robertus dominus de Bova, 254 *c*
Roberti de Bova & Conventus Lehunenſis compromiſſum, 604
Rotbertus Codiciacenſis ſeu Cauciacenſis Caſtellanus, 271 *e f*, 584 *b*
Robertus Comes Peronæ, 313 *a*
Rotbertus Peronæ dominus, 588 *d*
Rotbertus Comes Augi, 594 *c d*
Robertus frater VVillelmi Comitis Augi, 594 *d*
Robertus de ponte Audomari, 150 *a*, 620 *d*
Rotberti de Claromonte ſigillum, 140 *a*, 147 *d*
Robertus de Sabulio, 159 *c*
Rotbertus Comes, 512 *d*
Robertus Vicecomes, 570 *e f*, 571 *a*
Rotbertus Rodulfi Notarius, 120 *c*
Robertus Cancellarius Samſonis Epiſcopi Remenſis, 602 *f*
Robertus Præpoſitus de *Arie* ſummus No-

tarius, 126 *d*
Rotbertus Advocatus, 586 *a*
Rotbertus Legisdoctus, 588 *a*
Robertus medicus Virgiliacenſis, 150 *d e*
Roclenus Epiſcopus Nivernenſis, 124, *f*, 545 *e*
Roclenus miles de Druiaco, 595 *d*
Roclenus miles de Orniaco, 596 *b*
Roccus Patricius, 469 *e*
Rodbertus ſeu Rodobertus vir inluſter, 490 *b e*
Rodegarius agens S. Dionyſii, 493 *f*
Rodericus Abbas Sithienſis, 236 *a b*
Rodingus nobilis Francus, 342 *d*
Rodinus Abbas Maricolenſis, 490 *d*
Rodobertus Majordomus, 312 *d*
Rodonus agri Pariſini fluviolus. 273 *b*
Rodrada Arnulfi Regis conſanguinea, 206 *b*
Rodradi liber Sacramentorum, 173 *b*, 179 *f*, 362, 363
Rodulfi Regis Præcepta pro Æduenſi S. Martini cœnobio, 564. Pro Laudunenſi S. Vincentii, 565. Pro reſtitutione clauſtri S. Petri Sueſſionenſis, 566. diplomatum formulæ initiales, 77 *d*, diploma æri inciſum, 417. chronicæ notæ chartarum, 199 *d f*
Rodulfus Epiſcopus Biturigenſis, 455
Rodulfus Epiſcopus Remenſis, 597 *d*, 598 *e* 455
Rodulfus Epiſcopus, 317 *a*
Rodulfus Epiſcopus, 558 *d*
Rodulfus Abbas Moſomenſis, 583 *f*
Rodulfus Abbas S. Petri de monte, 599 *d*
Rodulfus Abbas S. Vitoni, 590 *c*, 592 *a*
Rodulfus Archidiaconus Noviomenſis, 567 *f*
Rodulfus Cancellarius. monachus, 125 *b*
Rodulfus Comes, 586 *a*
Rodulfus Comes, 575 *b*
Rodulfus Præpoſitus Remenſis, 590 *b*
Rofiacum villa regia, 320, *a b c d*. Multæ ejuſdem nominis villæ, *ibid.*
Rogerius Epiſcopus Catalaunenſis, 203 *c*
Rogerius Epiſc. Trevirenſis, Caroli Simplicis Cancellarius, 120 *c*
Rogerius Archidiaconus Sueſſionenſis, 602 *e*
Rogerii Siciliæ Regis diplomatum formulæ, 84 *f*, 85 *a*, Regis ſubſcriptio 89 *e*
Rogerius Comes Siciliæ, 98 *b*
Rogerius Siciliæ & Calabriæ Comes, 208 *b c*, 214 *c*
Rogerius Calabriæ Comes, 160 *e*
Rogerius Philippi I Cancellarius, 121 *e*
Rogerius filius Arnaldi Comitis Fuxenſis, 578 *b*
Rogerus Decanus Ambianenſis, 598 *c*
Roggerius Comes, 559 *f*
Rollo, melius Ebo Odonis Regis Cancellarius, 556 *a e*
Romanorum annus ante Numam, 171 *d*, initium deinceps à Januario, *ibid. e*
Romanorum Legatis datus anulus, 127 *b*. Romana lingua alia à Latina, 55 *b*. Romana ſcriptura vetus, 344, 345. Legis Romanæ fragmenta, *ibid.* Romana ſcriptura minor in diplomatis, 51 *d*. Romanæ ſcripturæ ſpecimina, 46 *a*, 47 *a*, *& ſeqq.* 354, 355,
Romanorum Pontificum nominis characteres in bullis plumbeis, 128 *f*. Romanorum Pontificum ſubſcriptio propria manu, 166 *f*, 167 *a b*. divini apices, *ibid.* alienis litteris ſubſcriptio, *c*. Romani Pontifices. *V.* Papa.
Romanus Epiſcopus Rotomagenſis Referendarius, 118 *b*
Romanus Abbas Caſaurienſis, 371, 543 *f*
Romaricenſe palatium, 320 *e f*. Publica ibi geſta, *ibid.* 321 *a*
Romiliacum villa regia agri Pariſini, 321 *a*
Ronkerollæ in pago Camliacenſi, 256 *f*
Rota monaſterium, 162 *a*
Rorgo Archidiaconus Noviomenſis, 597 *d*
Rorico Laudunenſis Epiſcopus, 150 *c*, 156 *b*, 188 *c*, 576 *a*. Ejus charta in æs inciſa, 448, 450
Rorico Ludovici Tranſmarini Notarius, 120 *d*
Rorico Gerbergæ Reginæ Conſiliarius, 571 *e*
Roro Capellanus, 115 *f*. male *ſoro* vel *ſoror* dictus, *ibid.*
Roſana uxor Guillelmi Archiepiſcopi domini de Parteniaco, 632 *d*
Roſcelinus Decanus Noviomenſis, 597 *d*
Roſtagnus Abbas Calmiliacenſis, 546 *b*
Rotbertus. *V.* Robertus.
Rotgarius optimas, 491 *d*
Rotgerius Hugonis & Rotberti Cancellarius ſeu Notarius, 120 *e f*
Rotgerus Archiepiſcopus Caroli Simplicis Cancellarius, 560 *e*
Rotgerus Epiſcopus Catalaunenſis. 166 *e*
Rotgerus Scolaſticus Catalaunenſis, 590 *b*
Rothardus Meldenſis Epiſcopus, 568 *c*
Rothardus nobilis Francus, 529 *c*
Rothardus ſub Carolo Simplice Judex, 562 *b*
Rothadus Sueſſionenſis Epiſcopus, 300 *f*
Rothildis Calæ Abbatiſſa, 251 *d*
Rothildis Abbatiſſa S. Faræ, 368 *f*
Rotlannus Epiſcopus Arelatenſis, 458
Rothundenſis Abbatia, 558 *a*
Rotmundus Epiſcopus Æduenſis, 155 *f*
Rotmundus Lotharii Imperatoris Notarius, 197 *b*
Rotoialum ſeu Riogilum villa regia agri Pariſini, 321 *b c d*
Rotroldus Comes, 423
Rotrudis uxor Gerardi Comitis Pariſienſis, 630 *c*
Rotulorum varia genera, 7 *e*, 39 *f*, 40 *a b*
Rovaria monaſterium in territorio Lemovicino, 464 *b c d*
Roveritus ſilva, nunc S. Chlodoaldi, 304 *d*
Rubiacum Abbatia, 572 *c*
Rubricæ ſeu minii uſus in libris antiquus, 421, *d e*. In ſubſcriptionibus Imperatorum Orientis, *ibid. f*. Item Caroli Calvi Imperatoris, 43 *b*. Pandulfi, 446
Rudericus Epiſcopus Najarenſis, 434
Rufius Petromonicus Magnus Cethegus Conſul, 457*, *& ſeqq.*
Ruminiacus villa pagi Veromandenſis, 571 *e*
Runa, unde ſcriptura Runica, 35 *a*. Runica ſcriptura, 46 *d*. A *Runer* ſeu *Rynner* dicta, 47 *c*. Hinc Runa, *d*. Runicæ litteræ, Gothicæ dictæ, *ibid. e*
Ruodolfus Cancellarius Fuldenſis, dictus ſcholaſticus, 125 *d*
Ruotfridus Abbas Caroli M. Notarius, 119 *a*
Ruotpertus Epiſcopus Mettenſis, 166 *e*
Ruricus *vocatus* Rotomagenſis Epiſcopus, 154 *b*
Ruſpenſe monaſterium in Africa, 11 *f*. Felix Abbas, 12 *a*
Ruſtica mater Abbonis Patricii, 507, 509 *d*
Ruſticius vir clariſſimus, 511 *e*
Ruſticus Acolytus S. R. E. 457*, *& ſeqq.* Charta ejus, *ibid.* an idem qui contra Acephalos ſcripſit, *ibid.*
Rutbertus ſeu Rotbertus Comes, 551 *a*, 552 *a*

S

SAcellum publicum, fiſcus, 476 *e* 477 *b*
Sacra Romani Pontificis petente Cæſario Arelatenſi Epiſcopo data, 14 *a*, 15 *c*. ſcilicet Hormiſdæ, 638. Sacra imperatoria, 19 *c*, 136 *d*, 169 *e*
Sacramenta ſuper Capella domni Martini præſtita, 283 *f*, 295 *d*, 296 *b*, 470 *d e*
Sacramentarius liber Rodradi, 362, 363. Harlæanus, 364, 365. Raroldi, 366, 367
Sacrum palatium & Sacri palatii Comites dicti ſæculo IX, 544 *d*. Notarii & Judices, *ibid.*
Saio judicum. 541 *d*
Salaberga Abbatiſſa Laudunenſis, 358 *a*
Salica perſona, 533 *f*
Saligo, qui Salica lege vivit, 87 *c*
Salmonciacum palatium agri Laudunenſis, 321 *e f*. Geſta ibi publica, *ibid.* 322 *a*, 497 *a*
Salninſis pagus, 501 *c*, 514 *a*
Salo Judex, 531 *b*
Salomon miſſus dominicus, 396 *c*, 397, 543 *a*
Salomon Caroli Craſſi Notarius, 120 *a*
Salona fluvius pagi Salninſis, 501 *c*, 514 *a*
Salona, ſeu Salnenſe ſeu S. Privati monaſterium, 499 *f*, 514 *a*
Sallus fluvius pagi Pertenſis, 298 *b*, 317 *e*, 559 *a*, 561 *e*
Salvatorium parthenon ad Lauduni montis radices, 263 *f*, 324 *e*
S. Salvii monaſteriolum, 302 *d*
S. Salvii eccleſia Pariſienſis, 517 *d*
Samſon Archiepiſcopus Remenſis, 59 *c*, 152 *a*. Ejus confirmatio eccleſiarum de Fay & de Stratis monaſterio S. Criſpini conceſſarum, 602
Sancius Majoricarum Rex, 28 *b*
Sancius filius Alfonſi IX, 434
Sanctimonialibus conceſſa privilegia, 14 *a*
Sanctis villa Sithienſis, 611 *e*
Sanctorum nomina in baptiſmo non ſemper impoſita, 94 *d*
Sanctitatis titulo affecti Reges, 90 *d e*, etiam profani & hæretici, *ibid.*
Sanctius Rex Aragonenſis, 157 *c*
Sanſon Caſtaldio de Balva, 543 *f*
Santers pagus, 585 *e*
Saponariæ villa regia pagi Tullenſis, 322 *b c*
Sarroardus optimas. 475 *d*
Sataniacum ſeu Aſtenidum villa regia pagi Vabrenſis ad Moſam, 322 *d e f*, 323 *a b*
Savaricus Epiſcopus Aurelianenſis, 475 *d*, 476 *c*
Savartenſe Suburbium pagi Toloſani, 541 *e*
Saxi-fortis ſeu Pulchradæ monaſterium, 547 *c d*
Saxobodus Epiſcopus Sagienſis, 155 *c*
Saxonica ſcriptura, 49 *a*, 52 *c* 351
Scabini de Camerino Adelbertus, Lamfridus & Maiolus de Teate, Johannes de Balva, Opteramus & Gariſuſus de Pinne, 543 *f*
Scarponenſe caſtrum in pago Vabrenſi, 323 *c*. Scarponinſis pagus, 501 *c*, 514 *a*
Sceptrum baculi loco aliquando adhibitum à Carolo VI Rege, 144 *f*, non tamen ſemper, 145 *a*. Sceptrum aliud à baculo aureo, 144 *c d*. ſceptri uſus, *e*
Scholaſtici dicti Cancellarii, 125 *d*
Scindeliciæ villa Dionyſiana pagi Pariſienſis, 536 *f*, 538 *f*
Scladiſtadenſe palatium, 323 *e*
Scotatio forma traditionis, 21 *d*
Scriniarii Romanorum Pontificum alii à Cancellariis, 125 *f*, 126 *a*. dicti Secundicerii & Vicecancellarii, *b*, aliquando ſcriptores & Notarii, *ibid.* Scrinium epiſcopale, 23 *d*

Scriptor, pro Notario, 161 *b*
Scripturæ excipiendæ varia materia, 31 & *ſeqq.* Scripturarum varia genera, 45 & *ſeqq.* Scripturæ Romanæ ectypon, 345. 347. Francogallicæ, 349. Saxonicæ, 355. Scripturæ ſæculi VI Specimina, 357. Septimi, 360, 361. Octavi, 361. Noni, 362, 363, 365. Decimi, 367. Undecimi, 369. Duodecimi & decimi tertii, 371. ſæculi XIV & XV, 373. Scriptura tremula ſæculo X invecta, 52 *c*. Scriptura forenſis diſtincta à Diplomatica, 343 *d*. Romana vetus. 344, 345. Scriptura diplomatum à libris ſcriptis diverſa, 50 *d*. Scribendi peritia neglecta à Regibus & magnatibus, 163, 164 *de*. ab Epiſcopis, 164 *af*. & monaſteriorum præfectis, *bc*
Scuitetus, Officialis regius, 390 *c*
Secundicerii Romanæ eccleſiæ, 128 *a*
Secundinus Epiſcopus Siltaricenſis, 614 *d*
Sedis apoſtolicæ nomen uni Romanæ eccleſiæ tributum à Chariberto Rege, 63 *d*. Sedis apoſtolicæ gratia quando primùm dicti Epiſcopi, 64 *b*
Sedes, eccleſia cathedralis, 572 *de*
Segredana nobilis, 495 *c*
Segoinus Caroli Craſſi Notarius, 120 *a*
Seguinus Sciolus, Notarius Henrici Regis, 125 *e*
Selnectinſis pagus, 497 *c*
Semis quo ritu figuratum, 456, 457
Semphorianus vir clariſſimus, 511 *f*
Senderedus Judex, 531 *b*
Seniores Reges dicti, 91 *d*. 540, 559 *c*. Mariti, *ibid.* Eccleſiæ ſeu baſilicæ, *f*
Senonenſe palatium in Gallia, 323 *f*, 324 *a*
Senonicus pagus, 551 *a*
Sentiacum palatium, 324 *bc*
Septemola parthenon, 490 *f*
Serapis ſeu anubis Caroli M. cuidam ſigillo inſculptus, 138 *b*
Serenitatis nomen uſurpatum ab Epiſcopo, 89 *bc*
Sergii Papæ I bulla corticea Benigniano monaſterio conceſſa, 36 *c*. inciſa, 437. bulla plumbea, 128 *f*
Servorum duplex ordo, 632 *f*. Servi manumiſſionis formula, 632 *f*
S. Severini eccleſia Pariſienſis, 529 *b*
Seulfus Remenſis Epiſcopus, 274 *f*
Si, id eſt conditio, 60 *c*
Sibriacum villa pagi Matriacenſis, 491 *cd*
Sicardus Comes, 512 *d*
Sicfredus Vicecomes, 505 *f*
Sidegiſus Saïo Judicis, 531 *e*
Sigaudus Abbas, 559 *f*
Sigebertus Rex Clipiaci baptizatus, 273 *d*
Sigebertus Ludovici Pii Notarius, 119 *d*
Sigebertus Gemblacenſis vindicatur, 230. errores ejus chronici, 192 *a*
Sigefridus Nortmannorum Dux, 300 *c*
Sigemundus Francus, 541 *b*
Sigerus Caſtellanus Gandenſis, 147 *d*
Sigerus de Vavera nobilis, 601 *f*
Sigeſtericus pagus, 509 *d*, 510 *f*
Sighichelmus Epiſcopus, 467 *a*
Sigifredus Abbas, 583 *b*
Sigifridus Abbas S. Michaëlis ad Moſam, 590 *f*
Sigihardus Abbas Fuldenſis, 161 *df*
Sigilli ſignificatio & uſus, 126 *f* & *ſeqq.* Sigilla dictæ chartæ, 127 *f*. diploma, 27 *e*. Sigillum aureum item diploma, 45 *a*. Sigillum loco teſtis, 631 *f*. Sigilla ſignorum vice, 145 *f*, 146 *a*, 149 *cd*, 165, vice tabellionum in Anglia, 146 *a*. quid iis iſtic inſculptum, *ibid.* Eorum auctoritas, 598 *b*. Sigilli mentio quî facta in exprimenda ſigillatione Regum Franc. 108 *a*. Sigilla Romanorum Pontificum an aliquando cerea, 128 *a*. & *ſeqq.* quando plumbea, *ibid.*
Sigilla Regum Franc. primæ ſtirpis, 51 *b*, 135, 136. Eorum nomina deſcripta litteris Romanis, *ibid c*. Sigilla ſtirpis Carolinæ & Capevingicæ, 135 & *ſeqq.* Cereorum varius color, 135 *c*. & *ſeqq.* Sigilla duo Ludovici VI, 426. Duo item Ludovici VII. 428, 429. Is ſigillum averſum habuit primus, 428. Adelæ Reginæ ſigillum, 145 *bc*. Sigillorum regiorum inſcriptiones, 138, *cde*. Regum & Imperatorum ſigilla aurea, plumbea, cerea, 141, 142. Plumbeum Caroli M. 507, *c*. Sigillum repercuſſum Henrici II, 142 *e*. Sigilla affixa Regum Franc. ad Ludovicum VI, 150 *c*. Epiſcoporum & magnatum quando, *ibid de*. Locus ad dextram, quandoque ad ſiniſtram, *ibid. f*. Appenſa primùm abſque contraſigillo, 151 *a*. Sigillum averſum ſecretum & ſecreti dictum, 139 *d*. item parvum, aliud authenticum, 127 *f*.
Sigilla Epiſcoporum, 132 *a* & *ſeqq.* quandoque plumbea, *ibid. e*. an eccleſiis ſuis communia, 133 *a*. quando ſcutis gentilitiis munita, *ibid. d*. Eorum contraſigilla, 146, 147 *c*. Sigilla Abbatum & monachorum, *ibid.* Sigillum cujuſdam monaſterii argenteum, *ibid. f*. Sigillum S. Bernardi cum ejus effigie, 149 *f*.
Sigilla magnatum, 146. *ef*. Sæculo XII contraſigillis munita, *ibid.* Equitum ſigilla, 147 *a*. Contraſigilla cum ſcutis, *ibid. bc*. Sigilla accipiebant cùm Milites crearentur, 147 *e*. Jus ſigilli penſilis, *ibid. f*. Sigillum pueri nobilis ipſi cum matre commune, 148 *c*. Sigilla nobilium feminarum, 148 *a* & *ſeqq.*
Sigilla mutata in Anglia, 147 *f*. Qui authenticum non habebant, contraſigillo utebantur, 149 *a*. Qui proprio carebant, alieno, 148 *de*, 149 *b*. Sigilla in chartis indentatis ut poſita, 149 *c*, 428. Sigilla unius ejuſdemque perſonæ, quandoque varia, 406. Plura diverſorum ſimul appenſa, 151 *a*. Quis in eis ordo, *ibid. bc*. Aliquando poſt datas litteras appoſita, 149 *cd*. Eorum defectu chartæ inſigillatæ remanebant, 134 *a*. Sigillorum appendiculæ, 140 *f*, 151 *de*. Sigilla inverſa, *ibid. f* & 624 *d*.
Sigillorum falſatores ſub Nerone, 127 *ab*. Sigillis adulteratis aut amiſſis quid fiebat, 150 *a*, 620 *cde*. Alia ſæpe perperam, ſubſtituta, 152 *b*
Sigilliferi dicti Notarii, 124 *f*.
Signa teſtium, 172, & *ſeqq.* 634 *a*
Signa procxoria quid? 551 *c*
Signatores, teſtes, ſeu Notarii, 116 *a*
Sigo Sigeberti Regis Referendarius, 112 *a*, 118 *c*
Sigofridus Epiſcopus Pariſienſis, 472 *bf*. 473 *d*. 474 *f*, 625 *be*
Sigofridus Grafio, 475 *d*
Sigofridus Comes palatii, 117 *b*, 483 *a*. Auditor Majoriſdomus, *f*
Sigofridus optimas, 380
Sigolenus optimas, 475 *d*
Siguinus Henrici I Notarius, 120 *f*
Sigulfus Referendarius, 114 *e*, 471 *b*,
Silcinaga finis, 514 *a*
Siliniacum, *Seignelay*, villa pagi Autiſiodorenſis, 550 *e*, 551 *f*
Silvæ-majoris monachis tributa S. Leodegarii in Liſga eccleſia atque villa, 293 *cd*
Silvanectenſe palatium, 325 *f*. Geſta ibi publica, 326, *abc*, 425. Silvanectenſis pagus & Comitatus, 562 *a*
Silvacus aut Silvacum & Silviacum palatium, 324. Loci ſitus *def*. in pago Laudunenſi, nunc dictus *Servais*, ubi S. Gobani vicus in ſilva Vedogienſi, 325 *ab*. Geſta ibi publica, *cdef*, 263 *f*, 264 *a*
Silveſtri I bulla plumbea, 128 *e*
Silviniacenſis monaſterii origo, 635 & *ſeqq.*
Silviu ruſticum nomen centus in ſilvis percepti, 562 *f*, 563 *e*
Simenelli duo cum flatonibus totidem pro botis nocturnalibus dari, 604 *b*
Simon Epiſcopus Noviomenſis, 266 *a*, 602 *d*
Simon Abbas S. Remigii, 299 *e*
Simon Abbas de Parcho, 601 *f*
Simon Clericus frater Radulfi Comitis Viromanduorum, 598 *a*
Simon Monachus Sithienſis, 8 *a*. poſtea Abbas, 336 *ab*
Simon Philippi I Cancellarius, 122 *ab*
Simon Ludovici VI Cancellarius, 122 *d*
Simon Dargienſis miles, 148 *b*
Simon de Parteniaco, 213 *f*
Simon Præpoſitus Ambianenſis, 528 *c*
Sinderedus Judex, 396 *b*, 397
Simpertus Ludovici II Imp. Notarius, 534 *b*
Sirica SS. Gavini & Luxorii Abbatiſſa, 9 *d*
Siſegutus Abbas ſancti Andreæ Elenenſis, 506 *de*
Siſenandus nobilis Francus, 542 *bce*, 544, 545
Siltaricenſis Comitatus, 614 *b*
Sithienſis monaſterii præcepta regia, 605, & *ſeqq.*
Soabericus ſeu Savaricus Epiſcopus Aurelianenſis, 380, 382, 479 *cde*
Soanachildis ſeu Sonachildis matrona, 496 *f*, 631 *bc*
Sobita vel ſubita pro ſopita, 480 & *ſeqq.*
Solemium villa pagi Famartenſis, 277 *f*, 295 *f*, 498 *b*, 481 *c*
Solidi XL in vinculo pro cenſu compoſiti, 615 *b*
Somnenſes anguillæ. 520 *e*, 538 *a*
Sonatiaga villa pagi Tellau, 501 *f*, 502
Sophia Comitiſſa, 590 *f*
Sophia Comitiſſa, 599 *d*
Sophronius Notarius ſedis apoſtolicæ, 441
Soriciniense cœnobium, 572 *e*
Spaneldis ſeu Iſpaneldis matronæ teſtamentum, 396, 397, 516
Spinaſaria ſilva agri Narbonenſis, 531 *c*
Spinogilum villa regia pagi Pariſini, 326 *d*
Spira *V.* Nemetum.
Spiſſia villa publica regni Burgundici, 326 *e*
Stadiniſus ſeu Stadonenſis pagus unde dictus, 322 *f*, 323 *a*
Stampenſe palatium, 326 *f*, 421, 593. Stampæ veteres ac novæ, 327 *abe*, 593. pagus Stampenſis, 327
Σταυρογράται qui dicti apud Græcos, 170 *a*
Stephanus Papa III ungit Pippinum, 384. Ejus privilegia Dionyſiana, 384, 628 *f*, 629 *aef*
Stephanus Epiſcopus Agathenſis, 616 *d*
Stephanus Epiſcopus Arvernenſis, 89 *b*, 161 *e* 173 *e*. Sereniſſimus dictus, 570 *ef*, 571 *b*
Stephanus Mettenſis Epiſcopus, 599 *d*
Stephanus Epiſcopus Mimatenſis, 167 *c*. Ejus charta de conſtructione Prioratus S. Enimiæ, ab Agapito Papa probata, 569
Stephanus Epiſcopus Noviomenſis, 168 *c*, 266 *d*. Ejus compoſitio inter Abbatem S. Eligii & Cantorem eccleſiæ Noviomenſis, 604
Stephanus Pariſiorum Epiſcopus 122 *b*, 339 *b*
Stephanus Epiſcopus Tornacenſis, 256 *d*

Stephanus

Stephanus ex monacho Dionyſiano Abbas Vizionenſis, 620 *b*
Stephanus Scriniarius S. R. E. 445
Stephanus Cancellarius eccleſiæ Lingonenſis, 124 *e*
Stephanus Cantor Virdunenſis, 588 *f*
Stephanus Theſaurarius Peronenſis, 588 *f*
Stephanus Calcatellus monachus Pſalmodienſis, 617 *c*
Stephanus Comes, Rotberti Regis nepos, 581 *d e*
Stephanus *Comes Franciæ*, 202 *e*
Stephanus Comes Trecenſis, 214 *d*
Stephanus filius Theobaldi Comitis palatini, 587 *f*
Stephanus frater Henrici Trecenſium Comitis, 585 *a*
Stephanus Comes Bleſenſis, 233 *c*
Stephanus Comes, 291 *b*
Stephanus Comes, 519 *b*
Stephanus Comes, 663 *d*
Stephani Gabalitanenſium Vicecomitis charta pro S. Petri cœnobio erigendo ſub jure Abbatis Calmiliacenſis, 579
Stephanus Præpoſitus Pariſienſis, 315 *c*
Stephanus de Garlanda, Philippi I & Ludovici VI Cancellarius, 116 *b*, 121 *f*, 122 *a* 427, 593 *e*, 598 *d*
Stephanus Ludovici VI Dapifer, 122 *b*, 598 *d*
Stephanus Vaſſus dominicus, 531 *b*
Suavegottæ Reginæ teſtamentum ſeu donatio, 17 *a b*.
Stramiacum villa publica Lugdunenſis pagi, 328 *b*
Sterpiniacum aut Stirpiniacum palatium pagi Vilcaſſini, 327 *e f*. Aliud ad Junnam Sterpiniacum, *ibid.* Stirpiniacum villa regia, 328 *a*, 553 *d*
Stipula manu geſtata, eademque projecta juramenti ergo, 98 *f*
Stili barbaries in diplomatibus, 54. *& ſeqq.* unde orta, 55 *a & ſeqq.* affectata, 56 *a b*, 57 *a b*
Steranus Epiſcopus, 475 *d*
Subgerarius, an Secretarius, 571 *f*
Subſcriptiones Chriſti ſanguine confectæ, 170 *b c d*. Subſcriptio divina manu ſeu divinis apicibus facta, 170, *e f*. Subſcriptio per ſignum crucis variis in regnis accepta, 169. Subſcriptiones diplomatum, 153 *& ſeqq.* Synodicorum *b c*. etiam ab abſentibus & poſterioribus factæ poſtea, 154 *d e f*, 155 & 156, 452, item Regalium, 157. Subſcriptio Epiſcoporum & Procerum in Synodicis Regum præceptis, 158 *& ſeqq.* Item aliorum, *ibid. & ſeqq.* Subſcriptio & ſigillatio diplomatum regiorum quî expreſſa, 107 *& ſeqq.* 109 Subſcriptiones Regis ac Cancellarii in diplomatis, 51 *b c*. Subſcriptio Regum Merovingorum propria manu. Carolinorum & aliquot Capetiadum Notarii aut Cancellarii, 159 *d*. Subſcriptio Cancellarii donatoris ac teſtium vice, 161 *d*. locus teſtium ſubſcriptionis, *e*. Subſcriptio aliena manu facta, 529 *a b*
Subſignare an idem quod ſubſcribere, 168 *e f*
Suburbium ab urbe diſparatum, 554 *d e*
Sueſſionenſe palatium, 328. multiplex, *ibid. & ſeqq.* Comitum Turris, *ibid.* 329. Sueſſionenſis Synodus æri inciſa, 454, 455
Swvercuſa villa regia, 415
Suncantus villa Floriacenſis, 268 *d*, 523 *a*
Suidbertus Reginenſis Epiſcopus, 259 *e*
Sunifredus Comes, 505 *f*
Sunifredus Judex, 396, 397, 513 *c*
Supplementum publicum, 46
Suppo Comes, 542 *b f*
Supranomina, *ſurnoms*, unde dicta, 93 *f*, 94 *a*
Syagriæ matronæ Lugdunenſis charta ſeu *libellus*, 20 *b c*, 510 *f*
Syginus Referendarius, 477 *d*
Symbolum Apoſtolorum in pſalterio S. Salabergæ 358, 359
Symbola gentilitia nobilium ſigillis impreſſa, 134 *d*. item in contraſigillis, 147 *b c*. Epiſcoporum & Clericorum, *d*. In ſcutis nobilium medio ſæculo XII imponi cœpta, 146 *d e*
Symeonis ad Juſtinianum epiſtola, 231 *d*
Symmachi anulo impreſſum ejus monogramma, 127 *d*
Symphorianus Epiſcopus Vapincenſis, 509 *a*, 510 *c d*
Syngrapha ſeu cautio ſecuritas & præceptum, 5 *e*
Synodales Epiſcoporum litteræ, 53 *e*, 66 *d*. in his Epiſcopi *peccatores* ſubſcribunt, 53 *f*, Abſentes & poſteriores ſubinde ſubſcribunt, 154 *d e f*, nullo dignitatis ordine, aliquando poſt Abbates, *ibid.*
Synodales Epiſcoporum epiſtolæ, 66 *d*. Synodalia præcepta labaris atque A & Ω initio munita, 67 *d*
Synodalia præcepta Epiſcoporum pro monachorum reſtitutione in Cœnobio Dionyſiano, 518, chartæ in æs inciſæ, 450, 451
Synodus Burdigalenſis, 58 *c*
Synodus Calenſis, 255 *d e*
Synodus Cartaginenſis ſub Bonifacio, 11 *e*. alia *f*, alia, 12 *e*
Synodus ab Henrico Rege, Epiſcopis ac proceribus Cauciaci habita, 584 *e*
Synodus Compendienſis, 587 *c*
Synodus Francofurtenſis, 503 *f*.
Synodus Epiſcoporum ad Inſulas ſuper Matronam, 288 *d*
Synodus Marlacenſis, 469 *e f*
Synodus Maſolacenſis, 300 *a*
Synodus Pariſienſis, 530 *e* 531 *a*
Synodus Piſtenſis, 453, 458
Synodus Sueſſionenſis æri inciſa, 454, 455.
Synodi apud S. Medardum habitæ, 300 *d e f*, 301 *a b*
Synodus Trecenſis, 539 *f*
Syntagmata dictandi, ſeu chartarum & epiſtolarum formulæ, 2 *a*, 618, 619. Syntagmatum auctor anonymus, 67 *d*

T

Taberniacum villa pagi Pariſiaci, 493 *b*
Tacilo Comes palatii, 290 *c*
Tacilo optimas, 512 *d*
Tadelbertus ſacri palatii Notarius, 240 *f*, 544 *d*
Tadriniacum villa eccleſiæ Compendienſis, 594 *b*.
Tadriniacus portus pagi Sueſſionenſis, 561 *a*
Taidus flavius pagi Elenenſis, 508 *d*
Talamitenſis Comitatus in Arvernia, 559 *e*
Tarvanenſis pagus, 605, *& ſeqq.*
Taſſilo Dux Bajoariorum illitteratus, 163 *f*
Taſſilo Dux VVarmatiæ conſtrictus, 341 *c d*
Tarraconenſis calculi mutatio, 176 *f*
Tatto monachus Augienſis, 51 *f*, 52 *a*
Tedaldus vir nobilis, 551 *b*
Teduinus Abbas Gorzienſis, 599 *d*
Teliavus Epiſcopus Landavenſis, 18 *e*
Tellau pagus, 498 *b*, 538 *a*
Templi vox rarò in diplomatibus, 91 *f*. Exempla tamen quædam, 553 *a e*, 560 *e*, 576 *a*
Teneſtina Abbatiſſa Cenomannenſis, 257 *e*
Teraſcus metropolita Veſontionenſis, 296 *a*, 469 *f*. 470 *b*
Teſindus Judex, 399 *c*, 397
Teſtamentum pro quolibet contractu, 8 *d*. pro qualibet donatione, 5 *b*, 17 *c d*. 20 *a b*. pro decreto Eccleſiæ, 5 *e*. Teſtamenta in procinctu facta, 31 *d e*. Teſtamenta pluribus pagellis conſtantia, 32 *d*. Teſtamentum munitum ſubſcriptionibus ac ſigillis, 19 *e*. Teſtamenta valida Crucis ſigno pro ſubſcriptione munita. 170 *a*. Teſtamentum corticeum an Julii Cæſaris, 344, 345, 480. * Tiberii Auguſti duplex, 28 *f*. Claudii Imp. 157 *f*. Dagoberti i quatuor exempla, 29 *a*. Caroli M *ibid.* teſtium ſubſcriptiones ac ſigna a hibita, *ibid & ſeqq.* Bertchramni Epiſcopi teſtium ſubſcriptionibus & ſigillis munitum, 146 *a*. Teſtamenta Abbatum & Abbatiſſarum, 8 *d*, *& ſeqq.* an licita, *ibid.* 20 *e*
Teſtium in diplomatis uſus antiquus, 152 *f*, 153 *a*, 157 *f*. 158. *& ſeqq.* Teſtes rogati ſeu rogiti, 234 *c*. Teſtes qui diplomatibus propria manu non ſubſcribunt, ea tangere ſoliti, 163, *& ſeqq.* 168 *a b*, 588 *e* Primores manu erecta rem conteſtabantur, *c*. Teſtes laudati qui non ſubſcribunt, *ibid.* à Teſtibus factum Crucis ſignum, 588 *a*. Teſtes ii adhibiti quibus facta donatio, 151 *d*. Teſtes alii donationis, alii inveſtituræ, *ibid & ſeqq* 162. *Confirmatores* apud Hiſpanos dicti & *per aurem conducti*, 209 *a*. *Nodatores*, 32. c. ſtium ordo ſubſcribendi *c*. Teſtium nomina Notarii aut Cancellarii manu chartis impoſita, 165 *a*. 635. *Teſte meipſo* formula Regum Anglorum, 160 *a b c* Teſtimonia clericorum & monachorum in propria cauſa, 118 *d*, 233 *f*, 234 *a d e f*
Teſtudinis dorſo deſcriptum naufragium, 31 *d*
Tetbaldus Comes, 274 *f*
Tetbaldus Comes, 30 *b*
Tetbaldus Comes Franciæ Palatinus, 119 *f*
Tetbaldus Comes Trecenſis, 580 *f*
Tetbaldus III Campaniæ Comes, 232 *d*. 253 *a*,
Tetbaldus IV Campaniæ Comes, 232 *f*. 233 *b c*
Tetbertus Geronta Tabellarius Nivernenſis, 124 *f*
Thetboldus Epiſcopus Ambianenſis, 448, 450
Teutbaldus Comes, 502 *b*
Teudbertus Galindus, 493 *c d*
Teudefredus Judex, 531 *b*
Teulfus Abbas S. Criſpini majoris Sueſſionenſis, 600 *d*
Teuriſcus Judex, 531 *b*.
Theutboldus optimas, 502 *b*
Teutfredus Judex, 541 *d f*
Teutgildis Lantfridi optimatis uxor, 251 *d e*, 517 *b f*, 537 *e*
Teutpertus ſeu Theodbertus Epiſcopus Maſſilienſis, 289 *f*
Teuto Abbas Foſſatenſis, 559 *e*, 579 *a*
Thado Mediolanenſis Epiſcopus, 132 *f*
Thalamitenſis Comitatus in pago Arvernenſi, 559 *e* 570 *f*
Theco ex Caſtellano Cauciacenſi monachus, 272 *c*
Themarus Abbas S. Manſueti, 591 *f*
Theobaldus Pariſienſis Epiſcopus, 585 *c*
Theobaldus Silvanectenſis Epiſcopus, 15 *b*
Theobaldus Viennenſis Epiſcopus, 577 *d*
Theobaldi Abbatis Foſſatenſis charta de remiſſione talliæ, 603
Theobaldus Abbas S. Luciani, 585 *c d*
Theobaldus de Sacro-Cæſare Archidiaconus Bituricenſis, 620 *b*
Theobaldus Philippi I Conſtabularius, 122 *a*
Theobaldus Comes Latiniaci ſepultus, 5 5 *a*, 618 *d e*
Theobaldus *Comes Franciæ*, 202 *e*

Theobaldus Comes Trecenſis, 177 d
Theobaldus Comes Bleſenſis, Ludovici VII & Philippi Aug. Dapifer, 168 b, 122 f, 253 a, 429, 585 a. Ejus charta de ſervis S. Martini, 587
Theobaldus *V.* Tetbaldus.
Theobaudus Abbas de Calmis, 585 b
Theodericus Oſtrogothorum Rex illiteratus, 165 e
Theoderici Auſtraſiorum Regis litteræ, 15 f
Theodericus III ſeu Theudericus Rex, quando Monarcha factus eſt, 299 a. Præcepta ejus de Saucitho &c. 469. De Chramlino Epiſcopo Ebredunenſi, *ibid.* De Bactilione valle, 470. De Dionyſianorum immunitate, *ibid.* 471. de Latiniaco villa, 471. pro Sithienſis monaſterii villa Attinio, 606. Diplomata æri inciſa, 379, 381. Modus ſubſcribendi peculiaris 109 a. monogramma in nummis, 111 a
Theoderici IV Regis privilegium Dionyſianum, 483. Præcepta duo pro Sithienſi cœnobio, 608
Theodericus Epiſcopus Virdunenſis, 162 f
Theodericus Primicerius Virdunenſis, 592 d
Theodericus Theſaurarius Noviomenſis, 152 b
Theodericus Comes Lotharingus, 234 b
Theodericus *V.* Theodoricus.
Theodetrudis ſeu Theodila matrona, 5 d, 99 f, 100 a, 256 b. Charta ejus, 464, 526 c
Theodo ſeu Teoto Ludovici Pii Cancellarius, 119 d, 393 f, 521 e
Theodoldus Comes per judicium Dei idoniatus, 504 e f. Donationis ejus charta, 505
Theodonis villa palatium ad Moſellam, 329 d. Ibi moritur Hildegardis uxor Caroli M. e. Regum geſta hoc loco, *ibid. & ſeqq.*
Theodoricus Epiſcopus Ambianenſis, 370
Theodoricus Gadarenſis Epiſcopus, 164 a
Theodoricus Mettenſis Epiſcopus, 64 c
Theodoricus Comes, 594 b
Theodoricus filius Ivonis domini Nigellenſis, Theſaurarius Noviomenſis, 602 d
Theodori Papæ ſubſcriptio Chriſti ſanguine facta, 170 e
Theodorus Siceota, 15 d
Theodorus Notarius S. R. E. 438
Theodoſiani codicis mendæ, 238 b c d
Theodoſius Epiſcopus Sabinenſis, 30 f
Theodovius Comes & Magiſter militiæ 463 a
Theodrada ſeu Theodredana filia Caroli M. Abbatiſſa Argentolienſis, 515 f
Theoduinus Abbas Laubienſis, 294 a
Theodulfus Aurelianenſis Epiſcopus, 284 e
Theodvvadum palatium, 330 a b c, 401, 524 a
Theotiſca lingua, barbara ſeu ruſtica dicta, 55 c
S. Theofredi cœnobium Calmiliacenſe, 569 b
Theophanu Auguſta uxor Ottonis II, 575 b
Theophilus Vicedominus Adanenſis eccleſiæ, 146 b
Theophylactus Secundicerius S. R. E. 458
Theotmarus Epiſcopus Saltzburgenſis, 64 d
Theotmarus Carlomanni Archicancellarius, 115 e
Theoto Ludovici Pii Cancellarius, *Vide* Theodo.
Theotardus Epiſcopus Anicienſis ſeu Vallavenſis, 579 e f
Theoſco Judex, 541 d f
Theudebertus optimas, 489 e
Theudelinda Langobardorum Regina, 99 e
Theudemirus Abbas Pſalmodienſis, 615 a. Annepos Caroli M. d. Contra Claudium Taurinenſem ſcripſit, e
Theuderedus Vaſſus dominicus, 531 b
Theudoaldus Comes, 499 c
Theudulfus Epiſcopus, 492 c
Theutarius Sigeberti Referendarius, 118 b
Theutgarius Cancellarius, 281 c
Thomas Epiſcopus Belvacenſis, 153 d
Thomas Abbas Mauriniacenſis, 292 f, 327 c, 593 d
Thomas de Couciaco, 267 a, 268 b
Thomas de Marla, 267 d, *& ſeqq.* 275 b
Tironianæ notæ, 48 a b. diplomatibus inſertæ, 52 d. in æs inciſæ, 456, 457. in ſignis Referendariorum, 114 f
Tiberii Auguſti duplex teſtamentum, 28 f
S. Tiberii ſeu Ceſarion monaſterium, 541 d
Tiberius Primicerius Notariorum S. R. E. 441, 443
Ticinenſis Synodi ſtatuta in falſarios, 23 c
Titi Imperatoris ſcribendi peritia, 127 a
Tituli compellatorii diplomatum, 89 e
Toëdus fluminis agri Pictavenſis, 330 c
Tollatecus cella regni Langobardorum, 507 f
Tolonenſis pagus, 509 e
Toloſanum palatium, 330 d e f. Capitolini magiſtratus Toloſæ cur dicti, *ibid.* Toloſæ eccleſia S. Mariæ *fabricata* an *deaurata*, 573 b
Tomi chartarum, 7 b
Torriliacum villa pagi Æduenſis, 566 b c
Traciacum villa pagi Sueſſionenſis, 293 c
Tractarius Epiſcopus, 450, 521 b
Tractemirus ſeu Druemirus ſacri palatii Archinotarius, 533 f, 534 b
Tractoria, 4 a
Traditiones abſque ſcripto, 232 c d. traditionis ſeu inveſtituræ inſtrumenta, *ibid.* e, 233 d. donatoribus relicta, f, 233 a. Traditionis modus per feſtucam & andelaginem ſuper cultellum & guaſonem, 87 c. Traditio facta monaſterio per manum Epiſcopi, 586 c
Trajectum ad Moſam villa regia, 331 a. Ibi cuſa moneta, *ibid.*
Tranſarici Saligi traditionis modus, 87 e
Trecenſis Synodus, 539 f
Trejectum Bertulfi ſeu Tria-Bardoli ad Matronam, 288 b
Trerecor Epiſcopus, 380, 382, 479 b
Trevirenſe palatium, 331 b c. Horreenſe ſeu Dagoberti, *ibid.*
Tria-portus ad Matronam, 288 b
Tricaſſinus pagus, 551 a b
Triphon Epiſcopus Conſtantinopolit. 164 b
Triotina fluvius pagi Vilcaſſini, 535 b
Troannus Odonis Regis Notarius, 120 a
S. Troeſii Abbatia Nivernenſis, 159 b
Truannius, vel potius Troannius idem dictus, 556 a c
Troſleium villa regia pagi Sueſſionenſis, 331. Loci ſitus, e f. Publica hîc geſta, *ibid.* 332 a b. villa hîc duplex, *ibid.* Troſleiana Synodus anni DCCCCLV, 332 b
Troſleium ad Axonam, 331 e f
Tudericus Petrices, Comes Galleciæ, 435
Turcariæ pagi Tellau mallum publicum, 501 f
Tur Ketullus Abbas Croilandenſis, b f
Turnochaldus Epiſcopus Pariſienſis, 380, 382, 475 d, 476 c, 479 c d e, 625. tum Abbas Dionyſianus, 627 f
Turſtinus Epiſcopus Eboracenſis, 128 b c
Tuſiacum ad Moſellam villa regia, 332 c d.
Tuſiacenſis Synodus, 155 a
Tuſiacum ad Vidulam in Remenſi pago, 282 b
Tuſonis-vallis monaſterium in pago Camliacenſi, 256 d Abbas Magnoaldus, *ibid.* 304 c, 477 e f, 479 e f, 480 c
Tuva fluvius in pago Camliacenſi, 505 b

V

U Quadratum pro cifra quinarium numerum exprimente, receptum apud veteres, 215 f
Vabrenſis pagus, 325 c d
Vaccæ inferendales, 486 a b c
Vadenſis pagus ac Ducatus, 340 e
Valaſſius Feneſtella Sancii Regis Notarius, 124 c
Valentianæ ad Scaldim villa regia, 331 e f. publica hîc geſta, *ibid.* 333 a b, 475 c, 476 b
Vandemarus Abbas, 472 c
Vandemiris optimas, 256 a c. Ejus diploma, 473 a. Charta æri inciſa, 381
Vanningus vir illuſter, 298 c, 378, 379, 468 f
Vvaningus Comes palatii, 378
Vaſenſis pagus, 509 d
Vaſionenſis Comitatus, 564 f
Ubertus Vicecomes, 559 f
Ucionenſis vicaria in Comitatu Brivatenſi, 559 d
Udalricus Pontifex cœnobii S. Benigni, 66 a
Udalricus ſive Ulricus Abbas S. Michaëlis ad Moſam, 176 e, 234 c, 590 c, 591 a b, 592 a
Udalricus Comes, 531 a
Udo Epiſcopus Tullenſis, 153 e
Udo apoſtolicæ ſedis Cancellarius, 185 a b
Vedogienſis ſilva, nunc Codiciacenſi adjuncta, 263 f 325 c
Vela Gutericez Majordomus Fernandi Regis, 435
Velamen & veſtis ſanctæ Mariæ, 544 f, 545 b
Vellaicus pagus, 546 b
S. Veloſiani, ſeu Voluſiani Abbatia, 541 d e f
Venationis jus indultum monaſterio ad volumina librorum tegenda, itemque ad manicias & zonas monachis faciendas, 611 d
Vendaſcinus pagus, 509 d
Vendopera regia villa in Lingonibus, 333 c d. Alii ejuſdem nominis vici, *ibid.*
Venerabiles & Venerandi dicti Reges, 91 b c, 589 d e, 598 e
Venitta regia villa ad Iſaram prope Compendium, 333 e f, 334 a, 561 b c, 562 e, 563 e f, 564 a, 568 e
Venna ſuper fluvium Loch, 538 a, 558 a
Ventolenenſe ſuburbium Narbonenſis territorii, 531 d
Ver aut *Vez* vicus ad Ottenettam, 335 f
Veranus Epiſcopus, 361
Verani Epiſcopi Lugdunenſis fragmentum, 360 d e
S. Verani monaſteriolum, 281 b
Verbonenſis pagus, 514 a
Veremundus Rex Hiſpanus, 5 b
Veremundus Petriz, 435
Vermandinſis pagus, 503 c, 606 a
Vermandis villa, 607 c
Vermeria palatium, 334, 335. loci ſitus, 334 a. An ibi defunctus Carolus Majordomus, b. Regum ac Pontificum geſta Vermeriæ, *ibid. & ſeqq.* 491 b, 493 c, 563 f, 582 b
Vermondus Epiſcopus Noviomenſis, 428 c
Vernimpræ villa publica, 338 d, 528 c
Vern ſeu Vernum palatium, 335, *& ſeqq.* variè elatum loci nomen, 335 f. Aliud à Vernone ad Sequanam, & à *Ver* aut *Vez* ad Ottenettam, itemque à Vermeria, *ibid.*

256 a. ipſum eſt Vernolium caſtrum ad Iſaram, ibid. & ſeq. Id ex authenticis litteris probatur, ibid. Differt à Litanobriga ſeu Latinobriga, 337. qui locus Æthico memoratus, Latiniacum eſt ad Brigam fluviolum, ibid. Regum Epiſcoporumque geſta Verno in palatio, ibid. & ſeq. 378, 489 e f, 515 c, 522 e, 534 f
Verno ad Sequanam aliud à Vernenſi palatio, 355 f
Verpolium caſtrum Vern & Vernum olim dictum, 356 a
Verolamium civitas antiqua in Anglia, 44 c
Verſa fluviolus pagi Noviomenſis, 305 e, 567 e
Verſaliæ agri Pariſini palatium, 358 e
Veſtituræ inſignia ſecundum legem Francorum, 542 c
Veterinæ in pago Camliacenſi, 256 f
Ugo nepos Poncii Raymundi Comitis Toloſæ, 573 b d, 574 a
Ugo de Parteniaco, 213 f
Ugo Judex, 396 c, 397
Ugonis ſive Hugonis de Bauciaco ſigillum plumbeum, 142 e, 146 f
Ugo Nuncius Nicolai Papæ II, 615 f
Vianenſis pagus, 508 b
Vicaria villæ, 576 d, 579 a
Vicedominus eccleſiæ Carnutenſis, 478 e
Vicenæ ſeu Vicennæ juxta Luteciam palatium, ac nemus, 358 f 359 a b c d. Regum geſta, ibid. Conventus Cleri Gallicani, ibid.
Victoris Papæ II privilegium corticeum, 37 c f, 38 b
Victoriacum duplex in pago Pertenſi ad Saltum flumen, 339 f
Victoriacum regia villa pagi Atrebatenſis, 339 e f
Victoriacum caſtrum in Arvernis, 339 e
Victorius Epiſcopus Burgenſis, 434
Victorii laterculo uſi Galli ante receptum Dionyſii cyclum, 176 b c, 376
Victriacum ſeu Vitriacum palatium in ſilva Aurelianenſi, cum S. Medardi monaſterio, 340 a b
Vicus Caſtrum ſuper Axonam, *Vic ſur Aiſne*, 271 f, 272 a, 557 f, 558 a, 585 e
Viennenſe palatium, 340 c d
Viho Epiſcopus Oſnabrugenſis, 390 c
Vidimus, litteræ recognitæ, ævo Caroli M. 26 f, 27 b
Vigur ſeu Vigor Abbas Aolinivillæ, 472 c
Viliafredus Abbas Malaſtenſis ſeu Montiſolivi, 523 d e
Villæ regiæ *V.* Palatia.
Villæ regiæ à Majoribusdomus poſſeſſæ, 291* d, 296 b, 311 f, 312 a b, 483 f
Villæ regiæ ambitu ſuo plures villulas complectebantur, 262 e f, 263 a
Villæ & Vici publici dicti ſub Merovæadis, 192 e f
Villa Colli Reſti regia, uti &, Reſtica ampliſſima ſilva, 278 f, 340 d e
Villa S. Germani prope Compendium, 601 b
Villa nova Regis agri Pariſini, 340 f. an eadem cum Vico-novo, ibid.
Villa Regis agri Pariſini, 341 a
Villa-in-ſilva pagi Noviomenſis, 263 f, 264 a, 324 f
Villalupæ monaſterium Camaricenſi addictum, 334 d
Villa ſuper Ligerim, 268 d
Vimnau pagus, 498 b
S. Vincentii Laudunenſe monaſterium, 553, 554, 565 d
Vincentius Epiſcopus Siſtaricenſis, 614 d
Vincentius Epiſcopus Sigobienſis, 434
Vindiolenſis pagus, 495 b
Vinfridus Marchio, 541 e
Virmagnus Epiſcopus Siſtaricenſis, 614 d
Vitalis vir clariſſimus, 511 f
Vivarienſis Comitatus, 679 e
Viveta ſanctimonialis Sueſſionenſis, 261 f
Vivianus Abbas S. Martini Turonenſis, 364 a
Ulfilas Gothorum Epiſcopus, 46 d, 47 e
Ulgerius Epiſcopus Andegavenſis, 330 c
Ultanus Peronæ Abbas, 312 d
Umbertus Epiſcopus Gratianopolitanus, 180 b c. Ejus charta de cella S. Laurentii, monachis S. Theofredi attributa, 580
Unciales litteræ, 43 e, 47 a
Unfridus Epiſcopus Morinenſis, 455
Unefortis Judex, 396 b, 397, 543
Unifortis Mandatarius Abbatis Caucenſis, 543 b
Vocari cur dicantur Epiſcopi, 154 a b
S. Vodoali porta Sueſſione, 600 e
Vongenſis pagus, 584
Urbani II bullarum figura, 129 e. Ejus Papæ reſcriptum de tranſlatione cœmeterii S. Michaëlis ad Moſam, 590. Urbano Papa *regnante* datum Aimoïni Comitis Gebennenſis diploma, 126 e
Urbani VIII conſtitutum de Cardinalium titulis compellatoriis, 70 d e
Urbia fluvius pagi Pariſienſis, 316 d, 468 b
Urc fluvius in pago Breenſi, 334 f
Uriau fiſcus regius, 411
Urſicinus Ultrogothæ Reginæ Referendarius, 113 b
Urſinianus Epiſcopus Ambianenſis, 474 f, 479 e
Urſinianus vir inluſter, 298 c, 378, 379, 469 a
Urſio Silvanectenſis Epiſcopus Philippi I Cancellarius, 121 e, 166 b
Urſmarus Epiſcopus & Abbas Laubienſis, 293 f
Urſo Epiſcopus Patavienſis, 614 f
Vvaimarus Abbas Sithienſis, 610 b
Vvalach Abbas Corbeïenſis, 305 c
Vvalaricenſe privilegium, 24 f, 25 a, 227 f, 228 a
Vvalbertus Epiſcopus Noviomenſis, 133 b. *V.* Vvaldebertus.
Vvalbertus Præpoſitus Aurelianenſis, 315 c
Vvalbertus optimas, 502 b
S. Vvalpurgis tranſlatio Attiniacum Carolo Simplice, 560 a b. Reliquiæ ejus Compendium delatæ, ibid. e, 564 c
Vvalcaldus nobilis, 539 d
Vvalcherius optimas, 489 e
Vvalchuni Epiſcopus Maurinenſis, 511 a b
Vvaldalenus Abbas Beſuenſis, 29 d
Vvaldebertus Noviomenſis Epiſcopus, 151 f. Ejus notitia donationis, 567, 568 d
Vvaldebertus Epiſcopus, 508 e, 510 f
Vvaldegerus Notarius ſub Zuenteboldo, 116 d, 157 c, 415
Vvaldo Abbas, 453
Vvaldo Caroli Craſſi Cancellarius, 115 c
Vvaldomarus Abbas Foſſatenſis, 486 c
Vvaldramnus optimas, 475 d
Vvaldramnus Referendarius, 112 f, 475 d, 476 b
Vvaldramnus Theoderici III Regis Cancellarius, 381
Vvaldromerus Abbas S. Germani à Pratis, 481 a
Vvalerannus ſeu Galerandus Philippi I Camerarius, 121 f
Vvalo Epiſcopus Æduenſis, 220 d, 535 c
Vvaltbertus Epiſcopus Abrincatenſis, 454
Vvalterus Epiſcopus Cabilonenſis, 166 e
Vvalterus Meldenſis Epiſcopus, 584 d
Vvalterus Abbas S. Martini, 601 f
Vvalterus Theſaurarius Belvacenſis, 586 d
Vvalterus Philippi Regis Pincerna, 165 c
Vvalterus Philippi I Conſtabularius, 122 a
Vvalterus Præpoſitus Piſciacenſis, 315 c
Vvalto Abbas Dionyſianus, 629 b
Vvaltgerus ſeu Vvidilgerus Zuenteboldi Notarius, 116 d, 157 c, 415
Vvandalbertus Abbas, 509 d
Vvandalbertus ſeu Vvandelbertus Dux, 375, 378, 465 a
Vvandalmarus Epiſcopus, 467 a
Vvanilo ſeu Vvenilo Rotomagenſis Epiſcopus, 316 b, 453, 455, 540 c
Vvanilo ſeu Vvenilo Senonenſis Epiſcopus, 154 c, 155 d, 453, 454, 458
Vvenilo optimas, 532
Vvanilo Præpoſitus, 296 e, 561 f
Vvaningus *V.* Vaningus.
Vvapencenſis pagus, 508 f, 509 a, 510 d f
Vvaratto Majordomus, 471 c
Vvaratto Graſio, 178
Vvarinus Archidiaconus Remenſis, 583 f
Vvarinus Theſaurarius Ambianenſis, 598 c
Vvarinus miles, 327 d
Vvarmatia ſeu Vvormatia palatium, 341, 342 a. Geſta Regum & Epiſcoporum Vvarmatiæ, ibid.
Vvarnacharius Epiſcopus, 467 b
Vvarnarius vir inluſter, 535 b
Vvarno Comes palatii, 117 b, 473 e, 485 e
Vvaſalia ſuperior ſeu Vvaſalicum, olim Voſavia, regia villa, 342 b c
Vvaſconigavvalla fluvius ad Giſnam in pago Bononienſi, 611 f
Vvaſcelinus de Chaſneyo nobilis, 584 e
Vvaſlogium vicus Argonnenſis pagi, 323 b
Vvaſtinenſis pagus, 579 b
Vvebra pagus regni Lotharienſis, ubi Comitatus Reinhardi Comitis, 575 c
Vveimodus regia villa, 342 d
Vvendelgerus Centenarius, 611 f
Vvermundus de Boiſſeria Epiſcopus Noviomenſis, 133 d, 151 d, *V.* Veremundus.
Vvibertus Abbas, 428 c
Vviboldus Notarius Ludovici Balbi, 549 d
Vvicardus Abbas, 8 d, 28 f
Vvibertus Comes palatii, 491 d, 494 a
Vvicfredus Comes Bituricenſis, 206 d. Stradenſis monaſterii conditor, 289 b
Vvichingus Caroli M. Miſſus, 498 a
Vvichodus Epiſcopus, 533 e, 542 e
Vvicus Trajecto ad Moſam conjunctus, 331 b
Vvibertus vir clariſſimus, 511 f
Vvidilgerus *V.* Vvaltgerus.
Vvidmarus miniſterialis, 493 e
Vvidmarus Pippini Notarius, 118 d
Vvido Ambianenſis Epiſcopus, 585 d, 586 a
Vvidonis Anicienſis Epiſcopi charta de treuga & pace, 577.
Vvidonis Epiſcopi Belvacenſis charta de donatione Goſcelini Infantis moribundi cœnobio S. Luciani, 585, 586
Vvido Remenſis Epiſcopus, 63 f, 150 c e, 167 c d, 203 c. Ejus charta de altari Germereii pro cœnobio Moſomenſi, 583, 584 d
Vvido Epiſcopus, 569 d
Vvido Abbas Calmiliacenſis, 579 f
Vvido Abbas Fontanellenſis, 631 c
Vvido optimas, 494 a, 495 e f
Vvido Gerbergæ Reginæ Conſiliarius, 571 e
Vvido Philippi I Buticularius, 121 f
Vvido Ludovici VI Camerarius, 122 e, 598 d
Vvido Comes Pontivenſis, 586 a
Vvido Comes, 542 f
Vvido Vicecomes, 584 e

Vvido Ludovici Tranſmarini Notarius, 120 *d*
Vvido Malaura, 213 *f*
Vvido Mareſcalcus, 584 *e*
Vvidolaicus Caroli M. Notarius, 115 *a*, 118 *e*, 389, 501 *d*, 504 *b*
Vvidradus Abbas Flaviniacenſis, 8 *e*
Vvidradus monachus Benignianus, 547 *a b*
Vvifredus Comes, 220 *f*
Vigbaldus Caroli M. Notarius, 118 *d e*
Vvigbaldus Ludovici Balbi Notarius, 411
Vvigbaldus Notarius, 498 *d*
Vvigfridus Epiſcopus Virdunenſis, 124 *f*
Vvigo Glandenſis Epiſcopus, 577 *a*
Vvigo Valentinenſis Epiſcopus, 577 *a*
Vvigo Abbas Calmiliacenſis ſeu S. Theofredi, 581 *a b*
Vvigo nepos Umberti Epiſcopi Gratianopolitani, 581 *a c*
Vvilcaſinus pagus, 535 *b*
Vvilecharius miniſterialis, 489 *e*
Vvilerannus Epiſcopus Carcaſſonenſis, 505 *f*
Vvilharius Archiepiſcopus Trevirenſis, 499 *f*
Vvilſebertus Catalaunenſis Epiſcopus, 260 *d*, 263 *a b*.
Vvillegiſus Ottonis II Archicapellanus, 575 *d*
Vvillelmus Epiſcopus Cantuarienſis, 128 *b*
Vvillelmus Epiſcopus Convenarum, 616 *d*
Vvillelmus Epiſcopus Laudunenſis, 148 *a*
Vvillelmus Pariſiorum Epiſcopus, 310 *a*
Vvillelmus Præneſtinus Epiſcopus, 599 *e*
Vvillelmus Epiſcopus Remenſis, 28 *d*, 147 *c*, 151 *c e*, 241 *f*
Vvillelmus Abbas S. Dionyſii, 134 *b*
Vvillelmus Abbas Divionenſis & S. Apri, 582 *e*
Vvillelmus Abbas Fructuarienſis, 157 *d*, 159 *c*
Vvillelmus Abbas S. Theoderici, 134 *a*
Vvillelmus Conquæſtor Angliæ Rex, 160 *f*, 169 *a b c*. Ejus ſigillum appenſum cum contraſigillo, 140 *b c d e*
Vvillelmus Aquitaniæ Dux, 91 *b*, 156 *c*, 169 *a*, 213 *d*, 586 *f*
Vvillelmus Marchio Aquitaniæ, 173 *c*, 201 *a*
Vvillelmus Comes Arvernorum, 101 *b*. Ejus charta pro conditione Celſiniacenſis cœnobii, 559
Vvillelmus Comes Augi, 594 *d*
Vvillelmus Comes Feſenſacenſis, 573 *b*
Vvillelmus Ghiſnenſis Comes, 149 *d*
Vvillelmus Comes Nivernenſis, 596 *a*
Vvillelmus Comes Pictavenſis, 213 *b d e*, 339 *f*
Vvillelmus Comes Sueſſionenſis, 586 *a*
Vvillelmus Comes Toloſanus, 523 *d*
Vvillelmus Comes Viennenſis & Matiſconenſis, 311 *e*
Vvillelmus Comes, 559 *e*
Vvillelmus Comes, 211 *e*
Vvillelmus frater Henrici Comitis Augi, 594 *d*
Vvillermus frater Pontii Comitis 579 *e*
Vvillermus Vicecomes Milidunenſis, 589 *d*
Vvillelmus Heliæ Burdegalenſis Vicarius, 587 *b*
Vvillelmus Partenacenſis Dynaſta, 89 *b*
Vvillelmus Henrici Regis Seniſchalchus, 121 *a*
Vvillelmus Henrici I Notarius, 120 *f*
Vvillermus Ludovici VI Buticularius, 121 *c*
Vvilleſindus Epiſcopus Pampilonenſis, 177 *b*
Vvilligiſus Ottonis II Archicapellanus, 115 *e*
Vvilliſcus Judex, 505 *f*
Vvilramnus nobilis Francus, 534 *d*
Vvilthemii locus inſignis de præſcriptione, 239 *d e*
Vvinegiſus optimas, 501 *b*
Vvinemarus Caſtellanus Gandenſis, 147 *a*
Vvineradus Giſelæ Cancellarius, 389, 503 *d*
Vvineramnus miniſterialis ſeu Vicarius Comitis palatii, 490 *d*, 491 *a b*
Vvinigiſus Ludovici II Imp. Armiger, 533 *f*
Vvitardus Judex, 505 *f*
Vvitbacus fluvius pagi Tervanenſis, 611 *e*
Vviteſindus Judex, 543 *a*
Vvitgarius Epiſcopus Taurinenſis, 450, 521 *b*
Vvitherus Diaconus, Caroli M. Imp. Notarius, 118 *f*, 390 *a*, 391, 502 *b*, 513 *b*
Vvitthedus Cantiæ Rex illiteratus, 8 c 163 *e*. Ejus charta cum imprecationibus, 103 *d*
Vvizilo Cancellarius Tullenſis, 124 *e*
Vvlderadus Epiſcopus, 467 *b*
Vvlfadus Abbas Reſbacenſis, 453, 455
Vvlfardus Ludovici Balbi Notarius, 76 *f*, 119 *f*. Sub Carlomanno Rege Cancellarius, 120 *a*, 547 *b*, 548 *b d*, 550 *a*
Vvlfechramnus Epiſcopus, 47
Vvlfechramnus Abbas S. Benigni, 299 *f*, 436
Vvlfolaicus Referendarius, 471, 475 *d*, 477 *a*
Vvlfolaecus ſeu Vulfolaicus Childeberti III Cancellarius, 111 *f*, 112 *f*, 382, 383
Vvlfoleudus Epiſcopus Bituricenſis, 467 *a*
Vvolfaldus optimas, 590 *e*
Vvolfarius Epiſcopus Remenſis, 362
Vvoraldus Comes palatii, 502 *b*
Vvtadus Decanus ſancti Petri Sueſſionenſis, 567 *a*

Y

Y Vel V cur regiis monogrammatis inſertum, 111 *d e*, 159 *d*, 165 *e*, 424, 425. Per ſuum *ya* & *na* credendi ſunt homines, 111 *e*
Y Græcum in ſubſcriptionibus Epiſcoporum, 452, 455
Ymmarus Catalaunenſis Archidiaconus, 590 *b*

Z

Zacharias Papa de Pippino in Regem ſublimando conſultus, 193 *e f*, 384
Zuenteboldus ſeu Zuentiboldus Rex, 157 *b*, 331 *f*, 332 *a*. Ejus diploma æri inciſum, 415. Sigilli inſcriptio, 138 *e*. chronicæ notæ, 206

SUMMA PRIVILEGII.

CHriſtianiſſimi Francorum Regis Ludovici XIV Privilegio v Kal. Novembris anni M DC LXXX conceſſo, & ſexta die Novembris ejuſdem anni in Typographiæ Pariſienſis codicem relato, cautum eſt, ut Domnus JOHANNES MABILLON Presbyter & monachus Ord. S. Benedicti, Congregationis S. Mauri, librum DE RE DIPLOMATICA à ſe compoſitum per quem maluerit Typographum, neve alius intra duodecim annos citra ejus conceſſum edat. Qui ſecus faxit, mille quingentis libris mulctator, aliiſque pœnis in diplomate contentis.

Idem Domnus JOHANNES MABILLON *facultatem dedit* LUDOVICO BILLAINE *Bibliopolæ Pariſienſi imprimendi prædictum librum.*

REGESTUM.

PRINCIPIUM conſtat uno folio, in quo eſt figura operis, & duobus duernionibus.

SECTIO PRIMA. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu. Omnes ſunt duerniones.

SECTIO SECUNDA. Xx Yy, Zz Aaa Bbb Ccc Ddd Eee (Hic inſerenda tabella XVII ſeu major Chlodovei Junioris poſt pag. 376.) Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz Aaaa Bbbb Cccc Cccc*. Omnia ſunt folia ſimplicia.

SECTIO TERTIA. Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr Sſſſ Tttt Vuuu Xxxx Yyyy Zzzz Aaaaa Bbbbb. Omnes ſunt duerniones præter ultimum, in quo inſerendum eſt ante indicem folium Bbbbb*


Poſtea compingenda ſunt ſingulatim ſeptem folia INDICIS UNIVERSALIS.

Pariſiis Excudebat JOHANNES BAPTISTA COIGNARD, Regis Typographus, viâ Jacobeâ, ad inſigne Bibliorum. 1681.

LIBRORUM
DE
RE DIPLOMATICA
SUPPLEMENTUM.

IN QUO ARCHETYPA IN HIS LIBRIS pro regulis propoſita, ipſæque regulæ denuo confirmantur, noviſque ſpeciminibus & argumentis aſſeruntur & illuſtrantur.

Opera & ſtudio Domni JOHANNIS MABILLON, *preſbyteri & monachi Ordinis S. Benedicti è Congregatione S. Mauri.*



LUTECIÆ-PARISIORUM,
Sumtibus CAROLI ROBUSTEL, via Jacobea, ad inſigne arboris Palmæ.

M DCC IV.

CUM PRIVILEGIO REGIS ET SUPERIORUM FACULTATE.

IN
SUPPLEMENTUM
LIBRORUM
DE RE DIPLOMATICA
PRÆFATIO.

NON una tantum ratione expectationem meam feſellit Operis de re Diplomatica ſucceſſus. Principio, cum hoc Opus aggreſſus ſum, vix in animum inducere poteram, fore ut aliquando imprimeretur, ob varias ſcilicet difficultates, quas ejuſmodi argumenti qualitas ingerebat: at, vixdum utcumque elaboratum erat, cum præter ſpem, Deo favente, his ſublatis incommodis mira ſucceſſit facilitas, Operis editionem flagitantibus iis ipſis, quos in primis ei contrarios & repugnantes futuros ſuſpiçabar; nec expenſas, haud ſane leviſſimas, refugientibus, immo ultro offerentibus Bibliopolis, quos dubii lucri periculum ab hoc propoſito avertere debere videbatur.

His acceſſit publicus in editum Opus favor, qualem nec ſperare poteram; immo, quod magis mirere, ingenua gratulatio illius ipſius, quem hoc in Opere præ ceteris refellere inſtitueram. Nemo neſcit hunc eſſe R. P. Danielem Papebrochium, eruditiſſimum Soc. Jeſu preſbyterum, cujus regulas, quas ad vera diplomata à falſis ſecernenda in Propylæo ad ſecundum tomum Aprilis propoſuerat, in libris de re Diplomatica excutiendas & refellendas ſuſceperam, nulla ejus impugnandi prurigine, ſed in primis vindicandi archivi Dionyſiani cauſa, cujus *æſtimationem*, ut ejus verbis utar, *læſiſſe videbatur, ſecutus Launoii judicium.* Enimvero, lectis hac de re commentariis noſtris, vir candidus ac ſinceri amans, ſcriptis ad me litteris ſignificavit, ſe regulis à me præſtitutis manus dare, iis revocatis quas ipſe excogitaverat; fecitque mihi poteſtatem utendi pro libito iis litteris, quas ad me hac de re ſcribebat. Eas tamen ad hoc uſque tempus penes me retinui, ne viri cordati civilitate & facilitate præmature abuti viderer. At cum nuperrime ſeſe obtuliſſet occaſio, eas in tomo primo noſtrorum Annalium vulgare viſum eſt; eaſdemque in hoc Supplemento denuo, ut in loco, exhibendas putavi, non magis ad Operis noſtri, quam ad ſinceri

ejus animi commendationem. Nam quo rarior, in viris præſertim litteratis, eo laude dignior eſt ingenua, nec extorta proprii errati confeſſio.

Jam vero cum pauciſſima, & fere nulla ſupereſſent hujus Operis exemplaria, nec præſentium temporum ſtatus, ut novis commiteretur typis, facile pati videretur; unus ex celebrioribus Hollandiæ bibliopolis Franciſcus Halma me admonuit, ſe ad novam illam editionem omnino comparatum eſſe, ſi modo correctiones & additiones meas ei communicare vellem; novæque iſtius editionis præclarum ſpecimen ad me miſit. Id ubi intellexit illuſtriſſimus Abbas Bignonius, qui rei litterariæ, ut eſt omnigena eruditione præditus, ſub illuſtriſſimi Cancellarii auctoritate curam habet; novam illam editionem apud exteros fieri haud paſſus, eam hac in urbe Pariſiaca fieri ſatius duxit, ob idque ampliſſimum Carolo Robuſtello Bibliopolæ noſtro privilegium concedendum curavit, ut quam primum novam hanc editionem aggrederetur.

Verum, rebus in tota Europa omnino turbatis, cum liberi commercii reſtituendi non ita promta ſpes affulgeret, in opportunius tempus dilata editio eſt. Interim flagitantibus amicis meis, ut ſaltem ejus Supplementum, quod typis paratum me habere ſciebant, in anteceſſum proferrem in lucem; obtemperandum exiſtimavi, ut, qui jam prioris editionis exemplaria habent, ſeorſim hoc Supplementum comparare poſſint. In eo autem variæ continuentur obſervationes, quæ poſt primam editionem mihi aliud agenti occurrerunt; nova item Specimina veterum authenticorum, quæ poſtmodum recuperavi: in quibus principem locum obtinet Charta Plenariæ-ſecuritatis, principatu Juſtiniani imperatoris edita, quam cum interlineari lectione in æs inciſam nobis communicari voluit ex Biliotheca Regia illuſtriſſimus abbas Camillus Tellerius *de Louvois*, ejuſdem Bibliothecæ præfectus.

Hæc Specimina ſubſequentur variæ formulæ veterum diplomatum & inſtrumentorum ad faciendam fidem regulis à me præſtitutis: in quibus primas tenent antiquiſſimæ Formulæ Andegavenſes, à nobis olim repertæ in monaſterio Weingartenſi apud Suevos. Etſi enim hæ Formulæ jam à me editæ ſint in tomo quarto Analectorum; ſane tam belle congruunt Obſervationibus noſtris diplomaticis, ut hoc in Supplemento locum eis dare viſum fuerit: maxime quod Marculfianis, ſi non antiquiores, ſaltem haud multum poſteriores ſint, utpote Childeberti regis principatu collectæ, primi vel tertii, ut ſuo loco videbimus; & quod multa contineant ad priſcos Francorum mores illuſtrandos. His ſuccedent alia vetera monumenta, quorum indicem huic præfationi ſubjeci: in quibus poſtremum locum obtinebunt authenticæ litteræ, quæ regiæ STUARTORUM ſtirpis, in majori Britannia regnantis, veram ac legitimam originem demonſtrant, in frequenti eruditorum conceſſu apud nos inſpectæ, diligenter examinatæ, ac publico eorumdem teſtimonio approbatæ: quibus nihil luculentius efficaciuſve ad refellenda eorum commenta, qui ſequiorem de regiæ & inclytæ illius ſtirpis origine opinionem in vulgus ſparſerant.

Ceterum nemo exiſtimet, me intactam prorſus reliquiſſe primam Operis noſtri editionem, immo vero multa in ea novis præſidiis auxi & confirmavi; non pauca etiam correxi & emendavi, tum ex meis, tum ex amicorum obſervationibus, ſalva tamen auctoritate eorum archetyporum,

quibus

quibus uſus eram ad veri & falſi regulas indagandas. Abſit enim vero à me ea confidentia, ut nihil in tam vaſto Opere correctione dignum à me admiſſum putem, vel nihil ex eo mutare velim, quod multis ante annis non ſenſiſſem modo, verum etiam approbaſſem. Sane ut longe me ab illius artis perfectione abeſſe ſentio, ita non ſuſtineo errata diſſimulare mea in illo Opere, quod ad rei litterariæ utilitatem componere agreſſus ſum; vel ſtudioſos fraudare novis inventis, quæ ad illuſtrandam hanc artem poſſint conducere. Certe *ſupervacuus foret in ſtudiis labor, ſi nihil liceret melius invenire præteritis.* Quantum vero à prima noſtri Operis editione profecerim, probabit ſecunda ejus editio, ſi eam aliquando, rebus tandem ſerenatis, obtinere mereatur.

Optandum eſſet, ut ad abſolutam rei Diplomaticæ commentationem novum opus ederetur de diplomatibus & chartis, quæ à tempore ſancti Ludovici ad noſtrum uſque ſæculum conditæ ſunt Verum hunc laborem, ſane difficilem & fere immenſum, nec patitur affecta hæc mea ætas, nec otium, quod aliis ſcriptis, non minus forte utilibus, & propoſito meo magis congruis impendere debeo. Huic autem labori eo lubentius ſuperſedeo, quod à clariſſimo viro, in rebus cancellariæ maxime verſato, occupatum ſit iſtud argumentum, cujus ſpecimen vir humaniſſimus mecum olim communicare dignatus eſt. At vereor, ut ejus occupationes & valetudo pati poſſint, ut id exſequatur.

Antequam ulterius progrediar, exhibenda eſt R. P. Danielis Papebrochii mox laudata epiſtola ad me ſcripta, quæ Pariſios anno MDCLXXXIII. perlata eſt, dum Germaniæ bibliothecas perluſtraremus. Sic autem habet.

Tandem Pariſios pervenit ſarcina, cui ante menſes aliquot commiſeram vitam ſancti Gerardi Bronienſis, petitam à reverentia veſtra: quam licet audiam nunc peregrinari, poſtquam tamen utcumque evolvi Opus veſtrum de re Diplomatica, non poſſum tamen celare fructum, quem inde retuli. Fructus autem hic eſt, quod mihi in mea de eodem argumento octo foliorum lucubratiuncula, nihil jam ampliusplaceat, niſi hoc unum, quod tam præclaro Operi & omnibus numeris abſoluto, occaſionem dederit. Idque his ipſis fere verbis profitebor in præfatione ad Conatum meum chronico-hiſtoricum de Romanis pontificibus, qui cras ad prælum dabitur. Quod facere nolui, priuſquam ex veſtro libro notaſſem, quid corrigere circa ipſorum bullas deberem, ad reſtituendam San-Dionyſiano archivio æſtimationem ſuam, quam læſiſſe videor, ſecutus Launoii judicium. Ceterum non poſſum ſatis mirari, quomodo res tanta à vobis potuerit tam brevi tempore confici, quantulum ab edito Aprili noſtro ad annum milleſimum ſexcenteſimum octogeſimum primum fluxit. In uno alterove puncto non videor ſatis fuiſſe intellectus, vel potius ipſe locutus obſcurius. Nam neque abſolute dicere volui, In nomine Patris & Filii, *inchoari omnia Caroli & deceſſorum regum diplomata; ſed ea ſolum, quæ invocationem habent; aliud ſcilicet nihil tunc curans, quam ut ab antiquioribus, quale prætendebatur eſſe Horreenſe, amolirer invocationem ſanctæ & individuæ Trinitatis. Secundo nec per ſomnium quidem cogitavi negare uſum diuturniorem Ægyptiæ papyri, jam pridem perſuaſus, chartam lineam à Gallis & Belgis, ipſiſque Germanis, non alia ex cauſa vocari* papier, *quam quia Ægyptiæ papyro ſucceſſerit. Lineam autem ſciebam recentioris eſſe inventionis: ſed illam poſſe vocari* eſcorce d'arbre, *& à Doubleto ſic vocari, peregrinum valde mihi accidit. Verum quid hac*

ad tam multa, in quibus me recte accuſat & corrigit reverentia veſtra? cui hoc nomine magis quam unquam antea obligor: tantum abeſt ut quidquam ægre feram. Initio quidem lectionis, fateor, patiebar humanum aliquid: ſed mox ita me rapuit ex utiliſſimo, ſolidiſſimeque tractato argumento proveniens oblectatio, & gratus emicantis ubique veritatis fulgor, cum admiratione tot rerum hactenus mihi ignotarum, ut continere me non potuerim, quin reperti boni participem ſtatim facerem ſocium meum patrem Baertium. Tu porro, quoties res tulerit, audacter teſtare, quam totus in tuam ſententiam iverim, meque, ut facis, perge diligere, qui quod doctus non ſum, doceri ſaltem cupio.

Hactenus viri modeſtiſſimi & eruditiſſimi epiſtola, Antuerpiæ die XX. Julii, anno M DC LXXXIII. ſcripta, ſtatim atque ad ejus manus Opus noſtrum recens impreſſum pervenerat.

Ceterum quæcumque hactenus, ſive in libris ſex de re Diplomatica, ſive in hoc Supplemento à me dicta ſunt; non ſic accipi velim, ut jam pridem monui, quaſi in omnibus veritatem penitus me aſſecutum putem. Sunt in omnibus rebus certa & indubitata, ſunt dubia quædam. Quæ mihi certa & explorata viſa ſunt, affirmate dixi; quæ dubia & veri ſimilia, dubitanter.

Hæc admonitio maxime locum habet in aſſignandis ac definiendis regni annis regum Francorum primæ ſtirpis, conciliandiſque cum annis vulgaris æræ chriſtianæ. His illuſtrandis operam non mediocrem me adhibuiſſe non diffiteor: at ſcopum in omnibus præciſe me attigiſſe polliceri nolim. Satis mihi fuerit præter-propter in quibuſdam verum calculum attigiſſe. Si quis certiora doceat, quod amicum quemdam meum, virum, ſi quis alius, ad ejuſmodi calculos idoneum, meditari intelligo; ſi quis, inquam, ſive ille, ſeu quivis alius, certiora doceat, ultro ac perlibenter ea amplectar, & refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia paratus. Si quis autem rixas & contentiones perſequi & ingerere amet, nihil reſponſi à me exſpectet. Ut enim ab ejuſmodi cavillationibus ſemper abhorruit animus; ita, nunc maxime, his tricis confici puderet reliquum hoc ætatis meæ ac temporis, quod melioribus ſtudiis occupari decet.

SUMMA CONTENTORUM IN HOC SUPPLEMENTO.

CAP. I. I. *VETERUM Diplomatum & inſtrumentorum utilitas. II. Artis Diplomaticæ neceſſitas ad diſcernenda vera á falſis. III. Non ex quibuſdam circumſtantiis ſeorſim ſumtis, ſed ex omnium complexu hoc diſcrimen internoſci, ſed maxime experientia. IV. In his vitandum præceps judicium, maxime ab imperitis*, pag. 1.

CAP. II. *I. Archivorum quanta cura. II. Pauca tamen integra reſtant. III. Nullum in Gallia magis integrum quam Dionyſianum. IV. Dubia quædam proponuntur & diſſolvuntur. V. Quid de Anonymo Dionyſiano. VI. Quid de Dubleto ſentiendum*, 5

CAP. III. *I. Membranarum & chartæ Ægiptiacæ durabilitas. II. Scripturæ Merovingicæ ſeu Franco-gallicæ antiquitas aſſerta. III. Orthographia veterum inſtrumentorum. IV. & Stilus. V. Vitioſæ orthographiæ & latinitatis exempla*, 8

CAP. IV. *I. Varia corruptorum inſtrumentorum genera. II. Interpolatio quot modis fiat. III. Tres falſorum ſpecies. IV. Hæc à peritis antiquariis diſcernenda. V. Ordo Benedictinus ab erudito Jeſuita vindicatus. VI. Falſi criminatio quo pœnæ genere expianda*, 26

CAP. V. *I. Aſſeruntur authentica, quorum ſpecimina exhibuimus ſcilicet Dagoberti ſenioris. II. Chlodovei junioris ejus filii. III. Theoderici regis. IV. Tum ſubſequentium regum Meroveadum*, 18

CAP. VI. *I. Privatorum inſtrumenta expenſa, ſcilicet Chrotildis matronæ. II. Vandemiris optimatis. III. Aimoini hiſtorici & Autarii abbatis Pratenſis ætas. IV. Pratenſe monaſterium ſancti Germani nomine inſignitum ante ejuſdem Sancti tranſlationem. V. Agiradi epiſcopi privilegium*, 23

CAP. VII. *I. De notis chronologicis regum Meroveadum. II. Dagoberti ſenioris. III. Sigiberti. IV. & Chlodovei ejus filiorum. V. Chlotharii tertii. VI. Fratrumque ejus Childerici. VII. Et Theoderici. VIII. Necnon Dagoberti Auſtraſiæ regis. IX. Tum Childeberti, & filii ejus Dagoberti*, 26

CAP. VIII. *I. Notæ chronicæ Chilperici. II. Theoderici Calenſis. III. Et Childerici ultimi Meroveadum reg . IV. Eorum genealogia illuſtrata*, 6

CAP. IX *I. Caroli Magni nativitas. II. Patriciatus. III. Patriciorum qualis ordinatio & habitus. IV. Pippini regis obitus, & regni inter filios diviſio. V. Caroli quædam chronicæ notæ explicantur. VI. Ludovici Pii duplex calculus. VII. Ludovici Germaniæ regis epochæ*, 38

CAP. X. *I. Ludovici regis Carolidum ultimi coronatio vivente patre. II. Ejus obitus ac ſucceſſor. III. Hugonis Capeti coronatio, ejuſque filii Roberti. IV. Obitus ejus annus. V. Quale ejus genus*, 42

CAP. XI. *I Quædam retractantur circa bullas Romanorum Pontificum. II. Circa diplomata regum Francorum. III. Eorum ſigilla aurea & plombea. IV. Item regum Anglorum & aliorum. V. De ſignis idiographis. VI. Veteris palatii deſcriptio. VII. De ſtilo & uſu pennarum ad ſcribendum*, 45

CAP. XII. *I. Nova ſpecimina hic edita unde accepta. II. Obſervationes in diploma Chlotharii ſecundi. III. Ubi de nominibus propriis varie ſcriptis. IV. Et in diploma Dagoberti ſenioris. V. In epiſtolam græcam ad regem Francorum. VI. Quædam etiam de vulgata charta Plenariæ ſecuritatis*, 52

CAP. XIII. & ultimum. *I. Veterum codicum fides & auctoritas impetita. II. Defenditur argumentis petitis ex libris editis. III. Ex eorum neceſſario uſu ad aſſerendas Scripturas ſacras. IV. ad ſcripturas etiam emendandas, & ad Conciliorum definitiones. V. Ex ſtudio regum ac principum in iis conquirendis. VI. Ex teſtimonio virorum eruditorum. VII. An ab imperitis ſcripti. VIII. Mureti de eis judicium. IX. Eorum reviſores. X. Notæ eorum marginales. XI. Objectiones ſolvuntur. XII. Ad falſos diſcernendos qua regula utendum ex Auguſtino. XIII. An ea recte uſus ſit Hincmarus. XIV. Corbeienſes codices falſo notati. XV. An Florus auctor librorum vulgatorum nomine eccleſiæ Lugdunenſis*, 57

APPENDICIS PARS PRIMA.

Veteres Formulæ Andegavenſes.

I. *FORMULA ſolemnis de dote, mandatum & ceſſio*, 77
II. *Formula venditionis ejus, qui ſeipſum vendit*, 78
III. *Item alia de homine* eſceno in *ſeu egeſtate poſito*, ibid.
IV. *Venditio de terra conducta*, ibid.
V. *Securitas de ſuperſallitione*, ibid.
VI. *Item ſecuritas*, ibid.
VII. *Item ſecuritas ſeu precaria*, ibid.
VIII. *Formula concamii ſeu permutationis*; 79
IX. *Formula venditionis ejus, qui ſeipſum vendit*, ibid.
X. *Formula judicii ſeu placiti, notitia ipſius judicii*, ibid.
XI. *Alia formula judicii, ejuſque notitia*, ibid.
XII. XIII. & XIV. *Notitiæ ſolſadii ſeu excuſationis*, 79. & 80
XV. *Formula ſacramenti*, ibid.
XVI. *Formula placiti*, ibid.
XVII. & XVIII. *Vacuaturiæ*, ibid.
XIX. *Formula venditionis*, ibid.
XX. *Formula ingenuitatis ſeu manumiſſionis*, ibid.
XXI. *Item formula venditionis*, 81
XXII. *Cautio de vinea*, ibid.
XXIII. *Alia formula ingenuitatis*, ibid.
XXIV. *Formula judicii*, ibid.
XXV. *Formula venditionis ejus, qui ſeipſum vendit*, ibid.
XXVI. *Formula ſecuritatis*, ibid.
XXVII. *Venditio proprietatis*, ibid.
XXVIII. XXIX & XXX. *Judicium*, 82
XXXI & XXXII. *Appennis*, ibid.
XXXIII. *Appennis confirmatio*, 83
XXXIV. *Libellus, dotis & epiſtola*, ibid.
XXXV. *Formula ceſſionis*, ibid.
XXXVI. *Epiſtola patris & matris pro filio*; ibid.
XXXVII. *Cautio de homine*, ibid.
XXXVIII. *Formula ſecuritatis*, 84
XXXIX. *Ceſſio in dotem*, ibid.
XL. *Jus liberorum*, ibid.
XLI. *Item formula ſecuritatis*; ibid.
XLII. *Epiſtola de non citando hominem ad mallum*, ib.
XLIII. *Securitas de rapto*, ibid.
XLIV. *Notitia de matrimonio ſervorum*, 85
XLV. *Epiſtola ejus, qui eccleſiæ aliquid delegat*, ibid.
XLVI. *Notitia ejus, qui hominem in cauſa ſua repellavit*, ibid.
XLVII. *Formula mandati*, ibid.
XLVIII. *Charta de ſanguinolento ſeu infante expoſito*. ib.
XLIX. *Judicium de homicidio. Notitia ſacramenti*, ibid.
L. & LI. *Formulæ mandati*, 86
LII *Notitia placiti*, ibid.

LIII. *Formula ceſſionis pro ſponſa*, ibid.
LIV. *Formula diviſionis inter germanos*, ibid.
LV. *Formula ceſſionis*, 87
LVI. *Formula diſſolvandi matrimonii*, ibid.
LVII. *Item formula ceſſionis*, ibid.
LVIII. *Notitia de natis ſervorum*, ibid.
LIX. *Notitia de Commodato*, ibid.

APPENDICIS PARS SECUNDA,

Varia diplomata & inſtrumenta continens.

I. *COMMONITORIUM Theodoſii junioris pro Siſinnio, cui res à Tranquillo extortæ fuerant, ſed per Pyrrhum tribunum juſſu imperatoris reſtitutæ*, 88
Duo alia reſcripta ejuſdem argumenti, ibid.
Commonitorii exſecutio, ibid.
II. *Donatio facta eccleſiæ Ravennati P. C. Flavii Fauſti junioris*, 89
III. *Alia donatio ſex unciarum eidem eccleſiæ facta*, ibid.
IV. *Charta plenariæ-ſecuritatis, data anno xxxviij. Juſtiniani imperatoris*, 90
V. *Chlotharii II. præceptum pro monaſterio S. Dionyſii*, 92
VI. *Diploma Dagoberti I. pro eodem*, ibid.
VII. *Teſtamentum Ermentrudis illuſtris matronæ*, ibid.
VIII. *Charta Gammonis pro conſtructione puellaris monaſterii apud Lemauſum*, 94
IX. *Placitum Childeberti tertii de monaſterio Lemauſo in gratiam cœnobii S. Germani*, 95
X. *Hadriani papæ fragmentum epiſtolæ de rebus Beneventanis*, 96
XI. *Maginarii abbatis fragmentum epiſtolæ ad Carolum M. de rebus Beneventatis & Salernitanis*, ibid.
XII. *Ludovici Germaniæ regis diploma pro eccleſia Argentoratenſi*, 97
XIII. *Diploma Paldolfi & Johannis principum Capuanorum pro abbatiſſa & ſanctimonialibus S. Mariæ in Cencla, quæ abſolvuntur à præſtando in ſuis cauſis ſacramento*, ibid.
XIV. *Leonis papæ IX. privilegium pro eccleſia Virdunenſi*, 99
XV. *Friderici I. imperatoris diploma, quo Comitatus eccleſiæ Virdunenſi confirmatur*, 100
XVI. *Virdunenſis Comitatus limites*, ibid.
XVII. *Epiſtola Innocentii IV. ad archiepiſcopum Narbonenſem, de renovatione bullæ ſuæ plumbeæ*, 101

APPENDICIS PARS TERTIA,

In qua exhibentur chartæ authenticæ pro legitima origine regiæ STUARTORUM ſtirpis in majori Britannia, ex editione Pariſienſi.

PRÆFATIO primi editoris, 102
Chronologia Roberti II. Scotiæ regis, cognomento Seneſchalli, 104
Charta Roberti Seneſchalli Scotiæ cum obſervationibus, 105
Charta Roberti II. Scotorum regis, 108
Charta Johannis comitis de Carik & Seneſchalli Scotiæ, 109
Inſtrumentum virorum illuſtrium & eruditiſſimorum ſuper charta Roberti Seneſchalli Scotiæ, 110

APPOBATIO.

VEu & approuvé le Manuſcrit cy-joint, intitulé, *Librorum de Re Diplomatica Supplementum*, du R. Pere Dom Mabillon. A Paris ce 7 Juin 1704.

LA MARQUE TILLADET.

PRIVILEGIUM.

LOUIS par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre: A nos amez & feaux Conſeillers les gens tenans nos Cours de Parlement, Maiſtres des Requêtes ordinaires de notre Hôtel, Grand-Conſeil, Prevoſt de Paris, Baillif, Sénéchaux, leurs Lieutenans Civils, & autres nos Juſticiers qu'il appartiendra, SALUT. Notre bien-amé CHARLES ROBUSTEL nous ayant fait remontrer que le livre du Pere MABILLON *De Re Diplomatica* étant devenu rare, & le Public le demandant avec empreſſement, il deſireroit en donner une nouvelle Edition revûe & augmentée, s'il nous plaiſoit lui accorder nos Lettres de Privilege ſur ce néceſſaires: Avec permiſſion de réimprimer auſſi *Les Sermons du P. Loriot de l'Oratoire, ſur les plus importantes matieres de la Morale Chretienne*; Et *les Prieres Chrétiennes en forme de Méditations, avec des Exercices de pieté, par le P. Queſnel*; Nous lui avons permis & accordé, permettons & accordons par ces préſentes de réimprimer ou faire réimprimer par tel Libraire ou Imprimeur qu'il voudra choiſir *le Livre du P. Mabillon De Re Diplomatica*, revû & augmenté pour une nouvelle édition, *Les Sermons du P. Loriot de l'Oratoire ſur les plus importantes matieres de la Morale Chrétienne*; & *les Prieres Chrétiennes en forme de Méditations, avec des Exercices de pieté, par le Pere Queſnel*; en telle forme, marge, caractere, & autant de fois que bon luy ſemblera, pendant le tems de *quinze* années conſécutives, à compter du jour de la datte des préſentes, & de les vendre ou faire vendre & diſtribuer par tout notre Royaume; faiſant défenſes à tous Libraires, Imprimeurs & autres, d'imprimer, faire imprimer, vendre & diſtribuer leſdits Livres, ſous quelque prétexte que ce ſoit, même d'impreſſion étrangere & autrement ſans le conſentement de l'Expoſant ou de ſes ayans cauſe, ſur peine de confiſcation des exemplaires contrefaits, de trois mille livres d'amende contre chacun des contrevenans, applicable un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel Dieu de Paris, l'autre audit Expoſant, & de tous dépens, dommages & intereſt; à la charge de mettre deux exemplaires de chacun deſdits livres en notre Bibliotheque publique, un dans le cabinet des livres de notre Château du Louvre, & un en celle de notre très-cher & féal Chevalier Chancelier de France le Sieur Phelypeaux Comte de Pontchartrain, Commandeur de nos Ordres, avant de l'expoſer en vente, de faire imprimer leſdits Livres dans notre Royaume & non ailleurs, en beau caractere & papier, ſuivant ce qui eſt porté par les Reglemens de 1618. & 1686. & de faire enregiſtrer les préſentes és Regiſtres de la Communauté des Marchands Libraires de nôtre bonne Ville de Paris; le tout à peine de nullité d'icelles; du contenu deſquelles Nous vous mandons & enjoignons de faire jouir l'Expoſant ou ſes ayans cauſe pleinement & paiſiblement, ceſſant & faiſant ceſſer tous troubles & empeſchemens contraires. VOULONS que la copie ou extrait deſdites preſentes qui ſera au commencement ou à la fin deſdits Livres ſoit tenue pour duement ſignifiée, & qu'aux copies collationnées par l'un de nos amez & feaux Conſeillers Secretaires foy ſoit ajoutée comme à l'original: Commandons au premier notre Huiſſier ou Sergent de faire pour l'execution des preſentes toutes ſignifications, défenſes, ſaiſies & autres actes requis & néceſſaires, ſans demander autre permiſſion, & nonobſtant clameur de Haro, Chatte Normande & lettres à ce contraires. CAR tel eſt notre plaiſir Donné à Verſailles le premier jour de May l'an de grace mil ſept cent un, & de notre Regne le cinquante-huitiéme; par le Roi en ſon Conſeil, LE COMTE.

Regiſtré ſur le Livre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires, conformément aux Reglemens. A Paris le premier May 1701.
C. BALARD, *Syndic.*

LIBRORUM

LIBRORUM
DE RE DIPLOMATICA
SUPPLEMENTUM.

CAPUT PRIMUM.

I. *Veterum Diplomatum & inſtrumentorum utilitas.* II. *Artis diplomaticæ neceſſitas ad diſcernenda vera à falſis.* III. *Non ex quibuſdam circumſtantiis ſeorſim ſumtis, ſed ex omnium complexu hoc diſcrimen internoſci, ſed maxime experientia.* IV. *In his vitandum præceps judicium, maxime ab imperitis.*

I. QUI veterum diplomatum & inſtrumentorum fidem atque auctoritatem elevare moliuntur, cum grandem rei litterariæ perniciem inferunt, tum jus publicum, nedum privatum violare ac pervertere mihi videntur. His quippe tabulis ſuum unicuique jus aſſeritur: abſque his nulla in rebus civilibus fides. Si vero hiſtoriam ſpectes, nutabit & mutila erit rerum mediæ ætatis & ſubſequentium temporum cognitio, niſi his ſubſidiis fulciatur & coaleſcat. Enimvero quorſum evadent, quæſo, Gallia Chriſtiana, Italia ſacra, Sicilia ſacra, aliæque ſimiles hiſtoriæ; quorſum Annales hiſtorici Francorum, ne dicam Baroniani, ſi hæc monumenta detrahas & reſeces? Hæc omnia perinde erunt atque male conſuta nominum & quorumdam factorum ſeries, uno verbo non ſecus ac quædam compages nudis oſſibus male cohærens. Idem dicendum de Hiſtoria Bearnenſi, idem de Marca Hiſpanica illuſtriſſimi Petri de Marca, quo nemo melius ejuſmodi inſtrumentorum utilitatem ac neceſſitatem intelligebat. Neque vero eccleſiarum dumtaxat hiſtoriæ his adminiculis opus habent; ſed etiam nobilium quarumcumque familiarum antiquitas, ſeries & dignitas abſque his probationibus evaneſcent. Id luce clarius patet ex genealogicis nobilium familiarum libris Andreæ Cheſnii, viri hoc in genere incomparabilis, & aliorum, quorum probationes fere omnes ex archivis eccleſiarum, monaſteriorum, & propriæ cujuſque domus, id eſt ex vetuſtis chartis & inſtrumentis, deprompta ſunt. Ex his nemo non videt, quanti ſit momenti & ponderis hujus argumenti tractatio. In eo enim agitur cauſa non modo rei litterariæ & antiquariæ, ſed etiam eccleſiarum, monaſteriorum, necnon virorum nobilium, denique fortuna univerſorum ac ſingulorum. Unde qui veterum id genus monumentorum fidem & auctoritatem vel univerſim, vel maxima ex parte ob leviſſimas ratiunculas & difficultates elevare contendunt, næ illi maximam toti rei publicæ injuriam & perniciem important.

II. At falſa ſunt, inquis, vel ſaltem adulterata plurima ejuſmodi inſtrumenta, quæ

CAPUT I. ſuſpectam omnino reddunt aliorum omnium fidem. Primo pernego tam multa eſſe, ut adverſarii criminantur, falſa vel interpolata eccleſiarum ſeu monaſteriorum inſtrumenta. Immo Petrus Franciſcus Chifflerius Soc. Jeſu apud Bollandi [a] continuatores teſtatur, ſibi plurimarum eccleſiarum archiva revolventi *perraro* interpolata diplomata occurriſſe. Ego vero quædam falſa eſſe, quædam interpolata, non diffiteor: at non ideo rejicienda omnia, ſed quaſdam regulas adinvenire & tradere neceſſe eſt ad diſcernendas genuinas chartas à falſis & interpolatis. Et hoc quidem mihi propoſitum fuit in libris de re Diplomatica: quod an quodam ſaltem modo aſſecutus ſim, penes æquos, ſinceros, & eruditos arbitros judicium eſto. Certe, ſi quid ex præcepto hactenus plurimorum favore conjicere licet, mihi videtur hoc opus eis non improbatum, immo acceptum fuiſſe. Ceterum, quod citra jactantiam affirmare poſſum, non defuit mihi diligentia in difficili hoc & minime trito argumento. Neque enim ſolo proprii ingenii ac judicii ductu, non fortuita quorumdam inſtrumentorum inſpectione, non temerario præcipitive examine, non denique paucorum dierum lectione id operis aggreſſus ſum; ſed longo uſu & diuturna experientia, poſt annorum ſcilicet fere viginti ſpatium, quam revolvendis & perſcrutandis antiquis codicibus & archivis, legendiſque veterum inſtrumentorum editis collectaneis operam & ſtudium contuliſſem. Deinde non unius dumtaxat eccleſiæ aut monaſterii, nec unius tantum provinciæ, ſed multarum eccleſiarum ac regionum veteres libros, chartularia & authentica monumenta perluſtravi, & alia cum aliis contuli & expendi, quo non levem tantum ac tenuem, ſed quam accuratiſſimam & peritiſſimam obſcuri antehac argumenti notitiam comparare poſſem.

a *Junii t. 1. p. 686. col. 2.*

Ad hæc, quia ſancti Dioniſii regalis monaſterii archivum, quo nullum, ſaltem in Gallia, inſignius ac locupletius eſſe puto, magis obvium & in promtu erat; non meis ſolum credidi oculis, nec judicio tantum meo; ſed viros hujus Galliæ metropolis doctiſſimos rogavi, ut authentica ſacri iſtius loci diplomata, præcipuaque inſtrumenta, quibus hoc in opere uti volebam, diligenter & accurate inſpicerent, & ſuam de illis ſententiam ſincere & abſque fuco mihi aperirent. Qui omnes ea indubitata & authentica habenda eſſe, meque eis, tanquam legitimis & autenticis, ad alia examinanda & diſcutienda uti poſſe cenſuerunt. Ex his unus ſupereſt V. CL. Stephanus Baluzius, in his ſtudiis, uti omnes norunt, verſatiſſimus, qui me vera dicere non diffitebitur. Alii fuere Carolus Freſnius-Cangius, Antonius Herovallius, Johannes-Baptiſta Cotelerius, quorum eruditionem & in his rebus auctoritatem nemo, niſi litterarum expers, ignorat. Horum judicio fretus, Opus difficile quidem, ſed, ut mihi videbatur, neceſſarium, aggreſſus ſum; idque, Deo favente, ante annos viginti-duos abſolvi; jamque ſecundis curis recognitum denuo edidiſſem, niſi temporum conditio id in aliud tempus magis opportunum differe coëgiſſet.

III. Occurat hic forte aliquis, & dicat, nulla certa ratione, nullove indubitato argumento diſcerni poſſe genuina inſtrumenta à falſis; adeoque nullum eorum uſum in rebus hiſtoricis certum & erroris expertem eſſe poſſe. ceterum non magni pendendum ejuſmodi chartarum defectum, qui ex aliis monumentis, ſcilicet veterum ſcriptis, abunde ſuppleri poſſit. Et certe, inquies, quænam indicia certa & explorata afferri poſſunt ad illud diſcrimen ſtatuendum? Non charta, ſive Ægyptiaca, ſive vulgaris, nec membranæ; non ſcripturæ forma, non ſtilus, non chronicæ notæ, non ſubſcriptiones, non ſigilla, non denique alia quævis indicia: cum nulla ſint, quæ à perito falſario & impoſtore effingi non poſſint.

Verum, ut horum ſingula imitando exprimi queant, non ex illis ſeorſim ſumtis, ſed ex toto omnium illorum complexu conſtat veterum inſtrumentorum veritas ac fides. Quæ rerum congeries à nullo, quantumvis perito falſario ita confingi poteſt, ut non aliquod ſubſit falſi indicium, quod à perito & experto antiquario non animadvertatur. Ineſt veris & genuinis inſtrumentis antiquis neſcio qua veritatis impreſſa ſpecies, quæ non raro primo conſpectu oculos peritorum rapit. Quemadmodum periti aurifices aurum ſincerum à falſo nonnumquam ſolo tactu diſcernunt: ut pictores prima tabellarum exemplaria à ſecundis; numiſmatum denique cognitores genuina à ſpuriis ſolo paſſim adſpectu diſtinguunt. Quod ſi aliqua erunt ita perite effícta, ut veritatem propius men-

tiantur, diligens accedat examen, & falſitas tandem à cognitoribus detegetur. Id vero non tam argumentis ac ratione, quam experientia comprehenditur. Hic eſt lydius lapis, quo aurifices verum aurum probant, quo quis deſtitutus facile in errorem inducitur. Inſpice colorem, nihil auro ſimilius: vide faciem Principis, nihil melius ejus habitum ac formam refert: attende inſcriptionem, ipſa eſt quæ genuinis imprimitur nummis. Adhibeat aurifex lydium lapidem, & tunc demum fucum agnoſcet. Sic in diſcernendis authenticis inſtrumentis à falſis experientia neceſſaria eſt, quæ ingenii ac rationis ſola ſagacitate ſuppleri non poteſt. Si rationem exigas cur iſta probem, illa rejiciam: reſpondeo hæc à me probari, quod ſcripturæ forma, ſtilus, ceteraque omnia id mihi perſuadeant, & quod nihil in eis occurrat hiſtoricæ veritati contrarium: illa contra improbari, quod aliquid eorum deſit. Si rurſus inquirere pergas, cur illam ſcripturæ formam, illum ſtilum præ alio approbem; id ex longo uſu & multorum ejuſmodi inſtrumentorum cujuſvis ætatis ac loci comparatione me didiciſſe reponam. Hac experientia qui præditus fuerit, ſingulas rei objectæ circumſtantias uno intuitu percipiet, itàque affectus erit, ut de ea continuo rectum judicium ferat. At contra novitius & inexpertus tiro ad ſingula hærebit, ſuſpenſurus aſſenſum, ſi prudens fuerit; ſi vero præceps & audaculus, de iis quæ non bene capit, temerere judicaturus. Sic contingit novitio logico, qui propoſita argumentatione ad ſingulas propoſitiones hæret incertus: qui vero peritus eſt, propoſiti argumenti veritatem aut falſitatem ſtatim percipit.

Idem eſto judicium de arte diſcernendi ſincera diplomata à falſis vel interpolatis: idem quoque de arte diſtinguendæ veterum codicum ætatis, quam nonniſi multorum codicum, qui certam temporis notam præferant, collatione cum aliis facta comparari omnes periti conſentient. Qui codices quadratam formam præferunt, antiquos eſſe conſtat. Rationem quære: non aliam quam experientiæ cauſam afferret vel ipſe Sirmundus, cui ejuſmodi forma codicum maxime placebat.

Neque vero potior eſt conditio veterum cujuſvis argumenti ſcriptionum. Nullum quippe genus ſcriptorum eſt, in quo falſa ac ſpuria veris ac genuinis opera permiſta non occurrant. Non hiſtorica opera, non ſcripta Patrum, non epiſtolæ decretales, non Concilia, non denique Sanctorum vitæ, ut de libris ſacris reverentiæ cauſa taceam, ab hac labe fuere immunes. Quo pacto falſa à veris diſcernes? Non alio ſane quam veterum teſtimonio, comparatione ſuſpectorum cum genuinis, denique quodam guſtu, qui ex aſſidua germanorum cujuſque auctoris operum lectione percipitur. Hac enim ratione ſincera Patrum opera à ſuppoſititiis, veræ epiſtolæ decretales à ſpuriis, vera martyrum aliorumque ſanctorum acta à non ſinceris ſecernuntur.

At, inquis, ut ex propoſitorum authenticorum comparatione aliorum veritas, falſitaſve innoteſcere queat, prius illorum authenticorum veritas probari & conſtare debet, ut ex his certum de aliis judicium ferri poſſit. Neque vero ſufficit, ut eorum falſitas nullis ſe manifeſtis indiciis prodat: ſed inſuper opus eſt, ut certa ratione demonſtretur ejuſmodi chartas, quas pro authenticis habeo, eſſe ab omni ſuſpicione immunes. Atqui archetyporum, ſaltem Merovingici & Carolini temporis, veritas certis argumentis demonſtrari non poteſt. Unde enim argumenta illa peterentur? Ex ſcripturæ forma, ſtilo, ſigillis, chirographis? At iſthæc omnia falſariorum arte effingi poſſunt. adeoque nullum proferri poteſt illorum temporum archetypum, cujus αὐθεντία certis argumentis demonſtrari queat. Saltem adduci debuiſſent archetypa illa ex locis minime ſuſpectis, puta ex archivis publicis, quæ contra falſariorum perfidiam ſemper munita fuerint.

Verum, ſi hæc argutandi ratio admittatur, actum eſt de quorumlibet diplomatum & inſtrumentorum auctoritate, ſive ad antiquiora retro tempora, ſive ad poſteriora & recentiora pertineant. Enim vero qua ratione, quove argumento cujuſvis archetypi veritas & αὐθεντία demonſtrari poſſit? Ex ejus comparatione, inquies, cum genuino & indubitato authentico. At dato quovis authentico, pari ratione ejus αὐθεντίαν certo & indubitato argumento demonſtrari exiges. Idem de tertio, quarto, aliiſque erit judicium. Sicque res in infinitum procedet, ſiquidem nullum afferri poteſt, quod à perito falſario confingi non poſſit. Nullum itaque autenticum inſtrumentum pro ſincero & indubitato agnoſcetur, non modo Merovingicæ & Carolinæ, ſed etiam Capetianæ ætatis, ne quidem recentioris.

Neque hæc infitiandi ratio locum habebit tantum in re diplomatica, ſed etiam in diſcernendis veterum ſcriptis ſinceris à nothis & ſpuriis. Ad hoc enim diſcrimen certo ſtatuendum, unum cum altero comparari debebit, quorum alia pro indubitato auctoris fetu habeantur præ aliis. Atque ut exemplo res clarior fiat, affero epiſtolas Romanorum Pontificum, in quibus falſas non paucas haberi conſtat apud omnes. Quibus argumentis unas ab alteris diſtinguas? An comparatione? at primum de genuinis ſtatuendum eſt, ut ex earum comparatione aliæ ab aliis diſcernantur. Da rationem cur has ab illis ſecernas. Non aliam, ut puto, allaturus es, quam quia hæ ſtilum moreſque illius pontificis, cujus nomen præferunt, omnino repreſentent, non vero illæ. At quid prohibet falſarium quempiam ita peritum fuiſſe, ut illius pontificis ſtilum omnino aſſecutus ſit? Idem dicendum de Ignatianis epiſtolis; idem de pleriſque ſanctorum Patrum ſcriptis, quorum legitimos partus non alia paſſim ratione inveſtigare licet. Non me fugit, præter has probationes, quæ intrinſecæ dici poſſunt, alias eſſe extrinſecas, quæ ab aliorum auctorum teſtimonio petuntur. Verum ejuſmodi argutatores ab his ſe facile expedituri ſunt, cauſaturi, hæc teſtimonia vel ex auctoribus minus idoneis repetita eſſe, vel in textum illorum auctorum intruſa; immo forte dicturi ſunt hos auctores ſuppoſititios: ſicque omnia in pyrrhoniſmum abibunt.

Verum ſuſpecta ſunt, ais, archiva, ex quibus archetypa noſtra deſumta ſunt: quæ ſane pro legitimis haberentur, ſi ex archivis publicis depromta eſſent, quæ falſariis impervia ſemper fuerint.

Omitto iſtud argumentandi genus omnino inofficioſum, & liberali homine parum dignum eſſe. Omitto etiam vix alia olim archiva fuiſſe, quam eccleſiarum & monaſteriorum, ex quibus authentica noſtra depromta ſunt. Erat quidem olim apud Francos archivum palatii; habenturque etiam nunc archiva tum Cameræ-computorum, tum Theſauri, ut vocant, Regalis: ſed hæc duo recentiora ſunt; illud vero antiquius jam dudum eſſe deſiit, nec ullum inde archetypum recuperari poteſt. Verum, etſi qua recuperari poſſent, quid moroſos illos cenſores prohiberet, quo minus hæc ſaltem aliunde iſtuc invecta vel intruſa (nam & id exemplis forte probarent) proindeque ſibi ſuſpecta, vel etiam conficta dicerent? Certe charta plenariæ-ſecuritatis in muſeo regio Fontis-Blaudi olim, nunc vero in regia bibliotheca aſſervatur: & tamen ejus auctoritatem nonnulli convellere non dubitant. Adeo nihil tam ſacrum eſt, quod eorum cenſuram effugiat. At vereor ut ullum aſſignari poſſit publicum archivum, in quo quædam falſa vel interpolata diplomata ſinceris ac genuinis permiſta non fuerint. Verum his non immoror, ne in idem vitium, quod in aliis carpo, incidere videar.

Non alia itaque ratio à me exigenda eſt, cur propoſita à me diplomata & inſtrumenta pro authenticis habeam, quam quia ſcripturæ forma, ſtilus, ceteraque omnia illorum temporum, quibus ſubnotantur, certiſſimas notas præferant. Ita non ſolum mihi, ſed etiam viris hac in arte verſatiſſimis viſum fuit. Uno verbo ad diſcrimen ejuſmodi ſtatuendum non exigenda ratio ſeu demonſtratio metaphyſica, ſed moralis, qualis in his rebus haberi poteſt, non minus in ſuo genere certa, quam metaphyſica. In ipſis enim, uti & in moralibus, falſitati & errori, ſicut veritati locus eſt. Porro hæc moralis certitudo comparari non poteſt, niſi poſt longam & diuturnam obſervationem omnium accidentium & circumſtantiarum, quæ ad veritatem aſſequendam conducere poſſunt. Hac potiſſimum ratione veterum monumentorum veritas, falſitaſve demonſtrari poteſt; conſtatque ſenatus-conſultis, omniumque recte ſentientium judicio, ea ſincera & legitima eſſe reputanda, quorum falſitas nullis certis, indubitatiſque argumentis evinci poteſt; multaque pecuniaria in eos ſancita, qui vetera inſtrumenta falſi temere poſtulaverint. Viderint alii quid mereantur illi, qui omnibus vetuſtis monumentis pro libito abrogant fidem. Quod nemo niſi in re antiquaria minus exercitatus, niſi prorſus hoſpes tentaverit, quippe cui non ſatis perſpecta & ipſo uſu comperta ſit ejuſmodi monumentorum in re litteraria, immo etiam in re publica utilitas ac neceſſitas.

IV. Quam ob rem qui veterum diplomatum cenſoriam artem informare volent; non temere, nec imparato animo hanc ſibi provinciam arrogare debebunt. Nam ſi de uno ſingulari inſtrumento decretorium ferre judicium difficile eſt homini in hoc argumenti

genere minus verſato: quanto magis de univerſis ſtatuere arduum & periculoſum, ſi non adſit ea experientia, quæ nonniſi longo hujuſmodi monumentorum uſu comparari poteſt? Nec ſufficiunt ad hoc judicium humaniores artes, orationis politioris ſtudium, nec denique lectio aſſidua melioris litteraturæ auctorum: immo hæc ſtudia ad id plurimum obſunt, ſi eadem dicendi elegantia vel puritas in vetuſtis illis inſtrumentis exigatur. Ad hæc enim improbanda & rejicienda ſuopte marte ducitur animus politioribus illis imbutus auctoribus, quorum leges aliquo modo dediſcendæ erunt, ut his infimæ latinitatis monumentis animus aſſueſcat. Et tamen plerumque accidit, ut, qui illis ſtudiis imbuti ſunt, de his quoque ſummo jure judicandi poteſtatem uſurpent, rideantque alios qui ſecus ſentiant. Quapropter qui ſe rei diplomaticæ arbitros profiteri volent, de his idem exigendum eſt, quod de pædagogis exigebat Quintilianus[a]: nimirum, *ut aut ſint eruditi plane, aut ſe non eruditos eſſe ſciant.*

a *Quintil. lib.* I. c. I.

CAPUT II.

I. *Archivorum quanta cura.* II. *Pauca tamen integra reſtant.* III. *Nullum in Gallia magis integrum quam Dionyſianum.* IV. *Dubia quædam proponuntur & diſſolvuntur.* V. *Quid de Anonymo Dionyſiano,* VI. *quid de Dubleto ſentiendum.*

I. MAgna fuit apud majores noſtros archivorum cura, ut pote quibus tota rei familiaris fortuna continebatur. Et quia maximum eis ab igne periculum erat, locus eis deputatus fornice lapideo inſtructus eſſe ſolebat, ad quem nonniſi per cratem ferream, quandoque duplicem, patebat aditus. In illa porro archiva non facilis, ipſis etiam domeſticis, ingreſſus permittebatur. Hinc Hariulfus monachus Centulenſes ſuos alloquens, ait ſe hiſtoriam ſuam in eorum gratiam ſcripſiſſe, ex domeſticis monumentis concinnatam:

Quam puto vos latuiſſe diu, nec * *veſtra tenere*
Condita ſecretis armaria clavibus arcent.

* f. *quòd.*

Poſt ignem maxime timendum erat, non tam à barbaris aut prædonibus incurſantibus, qui chartas & membranas minime curare ſolent; ſed à laïcis & ſæcularibus hominibus, qui eccleſiarum ac monaſteriorum poſſeſſionibus inhiantes, titulos & inſtrumenta, quibus ea revindicari poſſent, vel ſubripiebant, vel flammis aquiſve tradebant. Talis fuit peſſimus ille Gaidulfus Italus, à Pippino rege abbatia Glannafolienſi donatus, qui, monachis inde fugatis, *teſtamenta*, ut vocabant, omnia, quibus prædiorum donationes conſtabant, partim cremavit, partim in Ligerim projecit, ne qua repetendæ ſubſtantiæ ſpes aut facultas monachis ſupereſſet. Jam vero in hæc tempora devenimus, ut plus timendum ſit ab impetigine quorundam hominum, qui, quod ignis, barbari, ac tempus edax rerum intactum reliquerunt, quaſi conjuratione facta perdere, aut pervertere moliuntur.

II. Verum quantalibet cura fuerit in tuendis eccleſiarum ac monaſteriorum archivis, pauca tamen integra reſtant in antiquioribus locis, ſive ea bellorum turbo diſſipaverit, ſive igne, aliove caſu, ſive denique cuſtodum indiligentia perierint. nam non eadem ubique in iis conſervandis diligentiam fuiſſe fatendum eſt. Ex plurimis quæ perluſtravi archivis rara admodum inveni, in quibus authentica diplomata, aliave primaria inſtrumenta ſæculo octavo ſuperiora reſtent; ſed longe plura, quæ ſæculo nono & ſubſequentibus condita ſunt. In Ravennenſi tamen eccleſia ſuperſunt monumenta non pauca in philyra exarata principatu Juſtiniani, & in Luccenſi itidem multa diplomata membranea regum Langobardorum, uti & in Ambroſiana, ut ſequenti capite videbimus.

III. At vero in Gallia plurima reperias Carolini ævi authentica inſtrumenta, ſed non ita multa Merovingici, præterquam in archivo Dionyſiano, ubi major eorum copia, quam alibi uſpiam, hactenus aſſervatur. Ex illis in æs incidi curavimus ſpecimina quatuordecim, relata in libro quinto de re Diplomatica: ex quibus duo ſunt integra,

CAP. II. unum Dagoberti ſenioris, alterum Chlodovei junioris ejus filii; alia non integra, nempe unum ejuſdem Chlodovei; aliud Chlotharii ejus fratris potius quam ipſius Chlodovei; duo Theoderici eorum fratris; unum Chlodovei tertii; duo Childeberti ejus fratris; unum Chilperici ſecundi, & unum Childerici tertii ultimi Meroveadum regis: cetera ſunt teſtamenta hominum privatorum. Præter ea in hoc Supplemento quædam alia ejuſdem temporis ex eodem archivo adjicimus, de quibus poſtea fuſius diſſeremus.

IV. At qui fieri potuit, inquis, ut tam fragilis materia, charta Ægyptiaca, membranæ, quæ ſitu, mucore, aliiſque modis tam facile conſumi poſſunt, ad nos uſque pervenerint? Deinde quis putet per tot bellorum procellas, per tot clades, tot incendia, quibus expoſita fuere imprimis Pariſiorum ſuburbana, ejuſmodi documenta incorrupta fuiſſe præ marmoreis æreiſve monumentis, quibus non pepercit Nortmanorum furor? Ad hæc, quomodo ea diplomata, quæ Dagobertum ſpectant, effugêre Anonymi Dionyſiani oculos, qui Dagoberti facta & litteras recenſens, ea prætermiſit? immo non ille tantum, ſed etiam Dubletus, qui ſuperiori ſæculo ſancti Dionyſii chartas omnes revolvit, & in unum corpus collegit?

Verum de quæſtione facti hic agitur. Factum conſtat. Reſtant hæc diplomata, hæ chartæ. Fruſtra de impoſſibilitate cauſaris. Oculis tantum hic opus eſt. Sed oculos volo peritos, minime malignos, nullo affectos præjudicio, quales fuere eorum virorum, eruditione & auctoritate præſtantium, quorum oculis ac cenſuræ hæc inſtrumenta ante annos viginti expoſuimus. Deinde non minus fragilis eſt librorum materia, qui in membranis & philyra ante annos mille exarati ſunt, quales tamen multos ſupereſſe ex capite proximo conſtabit. Porro illi, cum ſæpe lecti ac manibus triti fuerint, ad hoc uſque tempus durant, laceri quidem, ut hæc ſancti Dionyſii authenticæ chartæ: quæ omnino periiſſent, niſi alia charta vel linteo ſuppoſito ſervatæ fuiſſent.

Ut vero è cladibus illis Nortmannicis ſalvæ & incolumes evaſerint, id multis modis fieri potuit. In primis nullo veterum teſtimonio probari poteſt, ſancti Dionyſii monaſterium à Nortmannis incendio conſumtum fuiſſe. Immo vero ex [a] Aimoino Pratenſi monacho ejus temporis diſcimus, Carolo Calvo id in primis curæ fuiſſe, ut *jam dicti ſancti martyris monaſterium defenderet, eo quod divæ memoriæ genitor illius eum, cum eſſet parvulus, eidem ſancto ſpeciali traditione commendaſſet*. Fatendum eſt tamen, Nortmannos [b] anno DCCCLXV. iſtuc ingreſſos XIII. Kal. Novembris, ibidem viginti circiter diebus perſtitiſſe, & quotidie prædam inde ad ſuas naves tranſportaſſe, & poſt multam demum deprædationem ad caſtra ſua revertiſſe. At nullum chartis periculum erat ab illorum barbarorum manibus, qui gazas, non membranas aut cortices quærebant. Jam vero quid vetat ejuſmodi chartas ante occultatas fuiſſe, (nam jam ab annis minimum viginti Nortmanni per has oras graſſabantur) vel alio tranſlatas fuiſſe cum ſancti Dionyſii, ejuſque ſociorum reliquiis, quæ ad Superiorem-curtem *, & ad civitatem Remorum tunc tranſlatæ ſunt? Id autem nullo negotio fieri potuit, cum res facile mobiles ſint, non vero ærea vel marmorea, ſi qua tunc apud nos fuerint, monumenta, quæ cum in bellicis tumultibus ægre transferri queant, barbarorum manibus, incendiis, aliiſve modis facile violari potuere. Denique ſi in Pratenſi ſancti Germani monaſterio, quod tertium uſque incendio obnoxium fuit, non pauca nihilominus ſuperſunt volumina librorum & chartarum, quale eſt ipſius ſancti Germani Pſalterium, uncialibus litteris aureis & argenteis ſcriptum in membranis purpureis; qualis Conciliorum codex ſæculo ſexto exaratus; qualis etiam inſignis beati Pauli epiſtolarum codex, aliique ſcripti ſæculo ſeptimo; qualis denique cenſualis codex Irminonis abbatis, ſcriptus principatu Caroli Magni; diplomata quoque Childeberti regis & ipſius Caroli M. quidni idem contingere potuit in ſancti Dionyſii monaſterio, ut ejus diplomata præcipua illis cladibus ſubtracta, ad nos uſque pervenerint? Certe Corbeïenſe monaſterium ante ſæculum undecimum ter everſum ac deſtructum fuit. & tamen quot venerandæ antiquitatis codices ad noſtra uſque tempora illic reſervati ſint, norunt quotquot ſunt in hac Urbe viri eruditi, qui eis huc tranſportatis uſi ſunt; ne quid dicam de inſigni illo Benedicti III diplomate ibidem aſſervato, ſcripto in charta Ægyptiaca, quæ pedum amplius viginti in longum habet.

Porro ſi quid valeret contra Dionyſii archivi vetera inſtrumenta petitum à bellis &

[a] *Aimoin. l. 1 de miraculis S. Germ. c. 2.*

[b] *Annal. Bertin.*

* *Conſcyreux.*

incendiis argumentum, æque militaret contra omnes totius Galliæ, ne dicam Europæ, eccleſias, privataſque familias. nullum enim fere ſæculum invenias inteſtinorum bellorum, nullum incendiorum expers. Ergone nullæ ſupereſſe dicendæ ſunt eccleſiarum & familiarum litteræ, quibus ſua bona & decora tueri poſſint? Quoties Turonum civitas capta, direpta, vaſtata fuit à Nortmannis, aliiſque? & tamen quot reſtant in baſilica ſancti Martini vetera monumenta & diplomata Carolini temporis, immo etiam Merovingici? Idem aſſerere licet de multis aliis tum Galliarum, tum aliarum regionum eccleſiis, ut de Æduenſi, cujus plurima reſtant ævi Carolini diplomata; & de Ravennate & de Luccenſi, quarum hæc Langobardorum regum multa authentica etiam nunc ſervat: illa vero, id eſt Ravennenſis, non pauca à tempore Juſtiniani, ut capite ſequenti videbimus: tametſi omnes illæ eccleſiæ variis cladibus expoſitæ fuerint, non ſecus ac Dionyſiana.

V. Qui geſta Dagoberti regis ſcripſit Dionyſianus monachus anonymus, non videtur multo ante illas Nortmannicas ſtrages vixiſſe, tum quia fabellas quaſdam ſuæ narrationi inſerit, quæ in mentem hominis æqualis aut ſupparis non veniſſent: tum qui de privilegio baſilicæ Dionyſianæ à rege & pontificibus Gallicanis conceſſo agens, inter eos ait [a] *nonnullos exſtitiſſe pontifices, quos hodie ſancta Eccleſia ſanctiſſimos eſſe non dubitat, eo quod ad eorum venerabilia ſepulcra virtutes non modicas uſque in præſens Dominus operetur.* quæ verba non obſcure demonſtrant, hunc ſcriptorem longe poſt illa tempora vixiſſe. Idem vero Anonymus ad contexendam Dagoberti hiſtoriam quaſdam ipſius regis donationes occaſione data commemorat: at ſingulas enumerare haud quaquam ejus propoſitum fuit, ut ipſe [b] diſerte teſtatur, nimis longum fore, inquiens, omnia enarrare, quæ rex ditandis ſanctorum cœnobiis impendit; ideoque à ſe prætermiſſa dicit *ob faſtidientium lectorum vitandum tædium.* Fruſtra itaque nonnemo hujus auctoris ſilentio abuteretur ad elevandam quorumdam Dagoberti diplomatum, quæ auctor ille non commemoraſſet, auctoritatem: cum ille non diplomata ipſa referat, ſed ea tantum paucis attingat, quæ ad Dagoberti commendationem amplius facere ipſi videbantur.

a *Geſt. Dagob.* c. 51.

b *Ibid.* c. 43.

Erit forte qui hunc locum interpretetur de aliis à Dionyſiano monaſteriis, non vero de ipſo monaſterio Dionyſiano, cujus Anonymus ille monachus erat; adeoque ipſius intererat omnia commemorare beneficia, quæ ſacro iſti loco Dagobertus contulerat.

Ita ſit ſane, ut ejus propoſitum fuerit benefacta Dionyſianis collata commemorare: at ea tantum recenſuit, quæ vel ipſi in memoriam ſcribenti venerant, vel quæ ille inſigniora exiſtimavit. Forte ejus loci archivum haud diligenter revolverat, homo alias parum accuratus, & falſus in multis: forte nec Dagobertina illa diplomata legere valebat, utpore ducentis minimum annis poſterior: forte nec ipſi aditus in archivum, dum hæc ſcriberet, facile patebat. quod ex præmiſſis initio hujus capitis colligere licet. Denique auctor ille Dagobertum hoc libro poſteris commendare ſibi propoſuerat: & tamen multa, quæ in ejus laudem cederent, de induſtria reticet. quidni etiam quædam Dagoberti diplomata, ſi quidem ipſi nota fuerint, conſulto omiſerit, quæ minutiora putaverit?

VI. Longe plauſibilior videretur ratio, ducta ex Dionyſiana hiſtoria Jacobi Dubleti Dionyſiani cœnobitæ, ſuperiori ſæculo edita, ſi hic generalem & accuratam omnium ſancti Dionyſii chartarum collectionem feciſſet, aut facere voluiſſet. Verum ne decimam quidem earum partem in ſuam hiſtoriam tranſtulit: ſed pro ſuo captu delectum fecit eorum diplomatum, quæ illuſtrandæ ſancti Dionyſii baſilicæ amplius conducere poſſe exiſtimavit: uſus tranſſumtis antea factis, (neque enim antiquiora illa authentica legere potuiſſet vir bonus) uſus etiam uno alterove chartulario è multis, in quibus monaſterii ſui inſtrumenta per partes deſcripta ſunt. Hæc porro chartularia apud Dionyſianos minime ſuperſunt omnia, ſed diſtracta ſunt in varias manus, ex quibus unum ſervatur in bibliotheca Colbertina. Neque enim fieri poſſet, ut omnia inſtrumenta uno aut altero continerentur. Unde apud Cluniacenſes ſinguli abbates ſingula ſua chartularia confici curabant, id eſt collectionem omnium chartarum, quæ ſub unoquoque abbate factæ erant. At ſive chartulariis uſus ſit Dubletus, ſive ipſis archetypis, ſive eorum exemplis; non mirum ſi multa Merovingicorum & Carolidum regum diplomata non retulit, quorum authentica vel legere non potuit vir bonus, vel ſuo propoſito non ſatis convenire cenſuit. qualia

CAP. II. ſunt teſtamenta Chrothildis matronæ & Vandemiris optimatis, necnon Agiradi Carnutenſis epiſcopi privilegium, quorum ſpecimina ex authenticis in æs incidi curavimus in libro quinto de re Diplomatica; quale etiam diploma Theoderici regis pro Chramlino Ebredunenſi epiſcopo, ex authentico à me relatum in libro ſexto, aliaque id genus non pauca, quæ parum aut nihil ad Dionyſianam hiſtoriam attinent: ſed tanto majoris momenti erant ad exhibendam tum ſcripturam, tum formulam veterum ejus temporis inſtrumentorum, quanto magis conſtabat nullam fingi poſſe rationem, ob quam à Dionyſianis ſupponi potuiſſent. Si quis vero eo audaciæ deveniat, ut ea poſt Dubletum conficta dicere vel ſuſpicari pergat, propterea quod in ejus collectione locum non habeant; hunc tanquam inſignis calumniæ reum ad æquos judices provocamus. Næ ille pari modo ſuppoſita dicere poſſet alia poſterorum temporum, quæ apud Dubletum non exſtant, diplomata & inſtrumenta, ex quibus tamen complura volumina præter Dubletianum confici poſſent.

Non tamen inſuper habenda hæc Dubleti collectio, ex qua non mediocrem hiſtoriæ lucem attulere Carolus Cointius, Girardus à Boſco, aliique eruditi viri, qui res Francicas commentariis illuſtrarunt. Neque enim viri prudentes exiſtimarunt, propter paucula, id eſt quinque aut ſex interpolata inſtrumenta, denegandam ceteris fidem, uti nec propter falſas quaſdam decretales rejicimus ceteras, nec propter acta ſpuria vel interpolata martyrum, aliorumque ſanctorum, omnia alia reprobamus. Unde violatæ æquitatis omnino rei cenſendi ſunt, qui ob levia quædam quarumdam chartarum errata, quæ vel ad rem explicandam, vel ad figendas chronicas notas in veteres tabulas invecta ſunt, ſacrum locum, Regum noſtrorum donis ac cineribus venerabilem, temere falſi crimine infamant, quaſi officina ſit falſariorum ac falſorum diplomatum; nulla reverentia Regum ac Principum, qui ſacrum hunc locum præ ceteris, honorarunt, & beneficiis, privilegiiſque cumularunt; nullo reſpectu religioſorum virorum, qui locum iſtud virtute ac pietate ſua olim illuſtrarunt, illuſtrantque etiam nunc. At viderint illi quo pacto calumniam ſuam apud Deum & homines diluant: nobis ſat erit ad defenſionem innocentiæ conſcientia, & hominum longe æquiorum teſtimonium.

CAPUT III.

I. *Membranarum & chartæ Ægyptiacæ durabilitas.* II. *Scripturæ Merovingicæ ſeu Franco-gallicæ antiquitas aſſerta.* III. *Orthographia veterum inſtrumentorum,* IV. *& ſtilus.* V. *Vitioſæ orthographiæ & latinitatis exempla.*

I. QUin membranæ ſint maxime durabiles, nemo niſi porſus rei antiquariæ expers inficiari poteſt, cum infiniti ſuperſint ſæculi ſexti ac ſeptimi, immo & nonnulli ſuperioris ævi codices, quibus ejus error aut pertinacia revincatur. Huc ſufficeret proferre Virgilium bibliothecæ Vaticanæ, qui ſæculum quartum videtur ſuperare; & alium regiæ bibliothecæ paullo inferioris ætatis; necnon ejuſdem bibliothecæ Prudentium, qui ad eam ætatem accedit. His adde veteres illos noſtræ bibliothecæ codices, ſuperius commemoratos, nimirum Pſalterium ipſum ſancti Germani, librum Conciliorum, & alios, omnes in membranis exaratos; quibus non paucos addere poſſem, ſi in re omnibus rei antiquariæ peritis omnino comperta hærere liceret.

De charta Ægyptiaca, utpote magis caduca & fragili, fundatior poteſt eſſe difficultas: ſed tamen non deſunt antiquiſſimi libri, quibus ejus, ut ita dicam, durabilitas adſtruatur. Et ne longius exempla petam, exſtat in bibliotheca regia veterrimus codex in philyra ſcriptus, Aviti epiſcopi Viennenſis homilias continens, ille ipſe ſcilicet, quo uſus eſt claræ memoriæ Jacobus Sirmundus in iis evulgandis. Vidimus & alios duos ejuſdem materiæ codices, ex bibliotheca Petaviana & Phimarconiana, quoſdam ſancti Auguſtini ſermones continentes, qui ambo annos centum ſupra mille peritorum judicio attingunt. Ejuſdem generis eſt inſignis ac vetuſtiſſimus codex Ambroſianæ bibliothecæ, mutilus quidem

quidem, ſed multis chartæ Ægyptiacæ foliis conſtans, quæ quaſdam particulas Judaicæ Joſephi hiſtoriæ continent. Et hæc quidem exempla ſufficiunt ad demonſtrandum chartæ Ægyptiacæ durabilitatem in vetuſtis libris. CAP. III.

Non diſpar ratio eſt de antiquis inſtrumentis, quæ nec tam ſæpe teri ſolent, quam libri; & curioſius paſſim ſervantur, quo res familiaris pleriſque magis cordi eſſe ſolet, quam libri. Iniquior proinde foret, ſi quis Dionyſiani archivi authentica Meroveadum regum, aliorumque ejuſdem ævi inſtrumenta in philyra exarata falſi poſtularet, ea ſcilicet ratione, quod in materia fragili & minime durabili ſcripta ſint. Neque vero in ſolo hoc archivo ejus generis monumenta ſuperſunt. Vidimus quippe in Ravennate eccleſia chartas non paucas, in phylira ſcriptas ævo Juſtiniani imperatoris: vidimus & alias Veronæ in muſeo illuſtriſſimi Moſcardi, ex quibus unum eſt vetuſtiſſimum omnium, quæ quidem umquam in manus noſtras venerint, authenticum inſtrumentum, conſulatu Theodoſii junioris & Albini, id eſt anno CCCC XLIV. confectum in gratiam cujuſdam Siſinnii, cui res ſuæ à Tranquillo extortæ fuerant, ſed per Pyrrhum tribunum juſſu imperatoris reſtitutæ. In eodem muſeo tria exſtant imperatoris hac de re commonitoria, in cortice itidem exarata; ſed magis lacera & mutila, quam primum illud inſtrumentum, cujus exemplum, quale ex fugientibus litteris excipere nobis licuit, in hujus Supplementi Appendice referam. His adde chartam plenariæ ſecuritatis, principatu Juſtiniani in philyra itidem ſcriptam, & in bibliotheca regia aſſervatam, cujus ſpecimen in Appendice exhibendum; adde etiam Vindobonenſem ejuſdem temporis & materiæ, à me poſt Lambecium in fine libri quinti de re Diplomatica in æs inciſam: quas, uti & præcedentes, ſi quis pro authenticis non habeat, indignus eſt qui audiatur, ubi agitur de re antiquaria. Multa alia ejus generis aliis in locis ſupereſſe non dubito: qualis eſt index reliquiarum Romanarum à Gregorio M. ad Theodelindam reginam miſſus, à V.C. Muratorio nuper editus, quem Mediolani in Septalino muſeo vidimus.

Hic præterire non poſſum inſigne fragmentum chryſobuli, ſeu græcæ epiſtolæ cujuſdam Græci imperatoris in phylira exaratæ. Præclarum hoc monumentum in archivo Dionyſiano hactenus ſervatur, ſed mutilum, quod temerarius quidam nebulo alteri chartæ itidem Ægyptiacæ pro fultura olim ſuppoſuit, præciſis undique particulis, ut eam alteri ſuperpoſitæ & agglutinatæ aptaret. Charta, excepto initio, fere integra, uti & ſcriptura, in æs à nobis inciſa, quam in ſpatio interlineari communibus litteris græcis reddi curavimus, ut in hujus Supplementi ectypo tertio videret licet. Cynnabari ſeu minio ſubſcripta eſt de more Græcorum imperatorum. Conſimilem ſubſcriptionem adhibuit Carolus Calvus duobus diplomatibus, quorum alterum ſancti Martini Turonenſi baſilicæ adhuc rex; alterum jam inperator Compendienſi ſancti Cornelii eccleſiæ ab ipſo conſtructæ indulſit. quod argumento eſt, hunc ſcribendi modum familiarem fuiſſe imperatoribus Græcis Calvo antiquioribus, qui eorum mores & habitum affectabat. At, quod ad rem noſtram in primis facit, ex hoc minime ſuſpecto græcæ epiſtolæ fragmento corticeo probatur antiquioris chartæ Ægyptiacæ durabilitas, immo & duratio in archivo Dionyſiano, etiam poſt Normannorum tempeſtates, quibus hæc epiſtola ſuperfuit: cujus ſcriptura exotica videri poſſit, ſi cum illius ævi codicibus græcis comparetur. Unde non mirum, ſi Merovingicorum diplomatum characteres vulgari illius ætatis ſcripturæ, quæ in vetuſtis libris latinis deprehenditur, non omnino ſimiles ſint.

Certe in conſimili charta Ægyptiaca exaratæ ſunt duæ epiſtolæ, in ipſo Dionyſiano archivo hactenus aſſervatæ, quarum una eſt Maginarii Dionyſiani abbatis Carolino charactere ſcripta: altera Hadriani papæ I. ad Carolum Magnum de rebus Beneventanis, ad quas componendas Maginarius à Carolo miſſus fuerat. quæ poſterior epiſtola eodem ſcripturæ genere, quo Benedicti III. & Nicolai I. diplomata, quorum ſpecimina in libro V. de re Diplomatica [a] exhibuimus, id eſt veteri Langobardico, exarata eſt. Nemo erit, opinor, tam moroſus & iniquus cenſor, qui conficta putet à Dionyſianis tria hæc monumenta, nullius apud eos momenti, nullius commodi: quæ cum Normannorum, aliorumque barbarorum cladibus in eorum archivo ſuperfuerint, alia quoque Merovingici temporis inſtrumenta ibidem ſupereſſe potuiſſe, & re quidem vera ſuperfuiſſe ac ſupereſſe manifeſte probant.

[a] *Diplom. p.* 438. & 441.

CAP. III. Ejuſdem quoque generis eſt inſigne Ermentrudis matronæ teſtamentum, charactere Merovingico in philyra itidem exaratum, varias donationes Pariſienſibus eccleſiis factas continens, nullas Dionyſianis, præter *lectaria duo & veſtimenti pareclum*; quæ, opinor, jam pridem vetera & conſumta eſſent; certe non tanti, ut eorum cauſa his temporibus quiſquam falſarius eſſe velit. Utramque epiſtolam, quatenus ex evanidis chartæ litteris expiſcari nobis licuit, necnon prædictæ Ermentrudis teſtamentum in Appendice, & quoſdam horum trium etiam verſus in æs inciſos inter ſpecimina inferius referemus.


Ceterum chartam Ægyptiacam in ſcribendis diplomatibus membranæ ideo præferre ſolebant principes, quod illa uno tenore in antica, numquam in poſtica parte exararentur, ut alias [a] à me oſtenſum eſt. atque adeo, cum ſcriptura longius procederet, ampliorem oportebat eſſe chartam, quæ, non ſecus ac linea tela, pro libito produci poterat, non ita membrana. Eadem ratione, cum ad principes & illuſtriores perſonas epiſtolæ dirigebantur, charta itidem, non membrana, adhiberi conſueverat. Huc ſpectat Ludovici & Lotharii regum epiſtola ad Nicolaum I. à Baronio [b] relata, cui *embolum* addunt Gallicani præſules, in quo excuſant, quod peculiares ei litteras non ſcripſerint, & quod non in *truncardo juxta morem antiquum, ſed in membranis* litteras ad eum ſcripſerint. Emboli verba ipſa huc adſcribere juvat. *Pro parviſſimo temporis articulo epiſcopi præſentes epiſtolam dominorum noſtrorum glorioſiſſimorum regum noſtris litteris proſequi non potuimus. Unde etiam actum eſt, quod non, juxta morem antiquum, in truncardo conſcripta cernitur, ſed in membranis.* ubi *truncardi* nomine, ſi quidem hujus loci lectio mendæ expers eſt, intelligenda charta Ægyptiaca, quæ ex cortice, papyriacæ arboris trunco adhærente, confecta erat.

a *Diplom. lib.* 1 *c.* 9. *n.* 3. & 4.


b *Boron. an.* 860.

II. A charta venio ad ſcripturam, quæ ſcribendis vetuſtis inſtrumentis uſui erat. Triplicis ejuſmodi ſcripturæ ſpecimina in libro quinto de re Diplomatica exhibuimus; Italicæ ſeu Langobardicæ, Franco-gallicæ ſeu Merovingicæ, & Carolinæ. Addendæ fuiſſent Hiſpanicæ & Saxonicæ, ſi authentica primorum illorum temporum nanciſci licuiſſet. quamquam Saxonicam quodam modo ſupplent ſpecimina, quæ ex codicibus manu exaratis in tabella v. protulimus. Unicum Hiſpanicæ ſpecimen habuimus ex Caſæ-Dei tabulario. Italicam veterem refert charta Vindobonenſis, quam ex authentico Ravennenſis eccleſiæ, velut ſcripturam incognitam, Lambecius bibliothecæ Cæſareæ tomo II. repræſentavit, & nos ex eo in fine libri quinti. Langobardicam veterem exhibent plurimæ litteræ, quæ authenticæ aſſervantur in tabulario eccleſiæ Luccenſis & Caſinenſis, quarum ſpecimina ob temporis brevitatem, dum illic verſaremur, eruere nobis haud licuit. Langobardicam vero recentiorem, id eſt ſæculi undecimi, ſpeciminum noſtrorum tabella quinquageſima-prima ob oculos ponit. Duo alia ſpecimina ejuſdem formæ & temporis ex archivo Caſinenſi religioſus & eruditus vir domnus Eraſmus à Caïeta, Caſinatis monaſterii Prior, cum multis aliis monumentis nobis nuperrime communicavit. Merovingicæ ſcripturæ quatuordecim ſpecimina in prædicto libro quinto exſtant, ex authenticis Dionyſianis expreſſa.

Hoc ſcripturæ genus non modo in quibuſdam aliis aliorum locorum authenticis deprehenditur, verum etiam in vetuſtis ejuſdem ævi codicibus. Etſi enim non eadem paſſim ſcripturæ forma à librariis illius temporis adhiberetur, quæ à notariis, quod etiam in ſubſequentibus ſæculis obſervare licet; non deſunt tamen codices, qui Merovingicam illam ſcripturæ formam repræſentant. Ex his unus eſt codex noſtræ Germanenſis bibliothecæ, libros Hieronymi & Gennadii de ſcriptoribus eccleſiaſticis continens; alter Jolianus codex Gregorii Turonenſis, quorum ſpecimina in tabella VI. libri quinti conſpicere licet. Eamdem adhuc propius re præſentant alii duo codices, unus bibliothecæ regiæ, jam memoratus, Aviti homilias continens: alter monaſterii Luxovienſis, id eſt, perantiquum Lectionarium Gallicanum, quo uſus ſum in libro de Liturgia Gallicana. Utriuſque ſpecimen hoc loco exhibere juvat. Primum regii codicis, id eſt Aviti, ſpecimen hic inſpice.



Si quis hoc ſpecimen cum ectypis libri quinti conferat, conſimilem omnino ſcripturæ formam, utrobique animadvertet, uti & in ſequenti Lectionarii Gallicani.



In duobus illis ectypis, quibus plura alia poſſemus addere, vides eamdem ſcripturæ formam, idemque, ut ita loquar, corpus, atque in ſpeciminibus Merovingicorum diplomatum, à me alias exhibitis.

Quid his opponent quivis obſtinati cenſores? An forte dicturi ſunt, Romanam ſcripturam hic deſiderari, quæ illis temporibus apud Francos recepta erat, ut ex anulorum & nummorum inſcriptionibus manifeſtum eſt? Atqui noſtro quoque tempore in uſu eſt, nec tamen propterea à notariis, ſive cancellariæ, ſive forenſis curiæ, hæc adhibetur apud ipſos etiam Romanos, apud quos ſcriptura cancellariæ à vulgari longe diſcrepat, ut omnes norunt: ita ut vix, niſi à peritis, modo legi poſſit.

Certe nemo, ut quidem opinor, tanquam confictam rejiciet epiſtolam græcam, cujus ſpecimen hic in conſequentibus damus. Et tamen græcorum characterum forma à ceteris, qui in vetuſtis codicibus occurrunt, adeo diverſa eſt, ut ii ipſi, qui his codicibus evolvendis & legendis aſſueti ſunt, non facile epiſtolam illam lecturi ſint. Quid igitur mirum, ſi Merovingica illa ſcriptura differat (quamquam non omnino differt) à codicibus ſcriptis ejuſdem temporis?

At barbarica, & præter communem uſum à falſariis conficta illa Franco-Gallica

CAP. VII. ſcriptura, ut fucum lectoribus facerent. Verum falſariorum mos eſt, ut potius uſitata, quam inſolita effingant. Porro barbaricam & lectu difficilem fuiſſe Meroveadum ſcripturam ſæculi decimi & undecimi ſæculi ac ſubſequentium temporum hominibus, conſtat ex vita Beregiſi Andaginenſis abbatis, & ex chronographo ſancti Michaëlis ad Moſam: quorum alter *pro difficultate ſcripturæ* non facile ſe penetraſſe ait primarias ſui monaſterii litteras: alter *ſine adminiculis reſcriptorum* ſe Wolfoaldi conditoris ſui archetypum legere non potuiſſe aſſerit: quod hodie quoque non minus moleſtiæ legere volentibus faceſſit.

Verum eſto, inquis, uſitata fuerit apud Meroveadas illa ſcriptura. annon imitatione à falſariis attingi potuit? Sed vide in quantas ineptias te revolvat iſta contradicendi prurigo. His enim argutiis omnium temporum ſcripturas ſuſpectas reddes, cum nullæ ſint, quas vel barbaricas, ſi tibi cognitæ non ſint; vel, ſi minus inſolitæ, à falſariis conſictas non dixeris. Sic omnia pro arbitrio vertes & invertes. Verum non ex ſola ſcriptura, ſed ex toto, ut jam dixi, omnium accidentium complexu, veterum inſtrumentorum veritas conſtat, cujus abſolutam ideam numquam perfecte aſſequetur quivis peritiſſimus falſarius. Numquam enim mendacium & ars fallendi veritatem perfecte attinget. Piget ad tam ineptas cavillationes deſcendere: aſt eo me redegit aſſerendæ veritatis neceſſitas.

Neque porro in ſolo Dionyſiano archivo Merovingicæ ejuſmodi ſcripturæ inſtrumenta, tametſi longe pauciora, ſuperſunt. Nam, ut quædam mihi nota proferam, in Turonenſi ſancti Martini baſilica aſſervatur Ibbonis epiſcopi privilegium, eodem ſcripturæ genere exaratum: & præ manibus habemus Adonis abbatis chartam ſub Dagoberto III. pro Remenſi ſancti Remigii baſilica. Ad hæc in monaſterio ſancti Michaëlis ad Moſam habentur primariæ id genus litteræ Wolfoaldi comitis pro conſtructione monaſterii, datæ Childeberti tertii principatu. quæ archetypa in tam diſtantibus à ſe ſe invicem ſervata locis, abſque ullo compacto edita, exarari non potuere eadem illa ſcripturæ forma, niſi hæc in publicis inſtrumentis tum receptiſſima & uſitatiſſima fuiſſet. Ceterum privilegium Ibbonis eo majoris eſt hac in re auctoritatis, quod in eo fiat mentio tum regulæ ſancti Benedicti, tum ſacri illius loci monachorum. ſi quidem ſancti Benedicti regula regnante Carolo Magno jam illic fere obſoleta erat; ibique monachi, ſaltem Ludovici Pii principatu, converſi ſunt in ſæculares canonicos, qui confingendi iſtius privilegii auctores cum ulla veri ſimilitudine dici non poſſunt. Hactenus de ſcriptura.

III. Ad orthographiam veterum illorum diplomatum quod attinet, fateor illam nobis exoticam & barbaram videri: at eam ingenio ejus temporis hominum & moribus accomodatam eſſe contendo; nec à ſolis notariis, ſed etiam à librariis ejuſdem ævi hunc ſcribendi uſum paſſim uſurpatum fuiſſe, ut veteres illorum temporum codices probant. Neque vero hæc ſcribendi ratio, quæ fere tota (præter quaſdam exoticas voces, illis temporibus & gentibus proprias) in permutatione litterarum conſiſtit, priſcis illis latinæ linguæ peritis incognita, aut inuſitata erat. Lege Caſſiodorum, alioſque orthographiæ magiſtros, & videbis quanta fuerit apud antiquos orthographiæ diverſitas. Si mirum tibi videatur, quod illorum diplomatum ſcriptores paſſim litteras *e* & *o* in *i* & *u* convertant, ut in his vocibus, *procerebus*, *nus*, aliiſque ſimilibus; adi Quintilianum [a], omneſque bonæ latinitatis auctores, ibique ejus rei exempla invenies. Illic *Hecoba & notrix*; illic *Menerva*, *& leber & mageſter*; illic *Alexanter & Caſſantra*, aliaque ſimilia. Quin etiam Cato [b] ille Cenſorius ſcripſit *dicem & faciem* loco *dicam & faciam*; & *ſibe & quaſe* ſcriptum in multorum libris, teſte eodem Quintiliano. Denique ſi vis, conſule Columnam roſtratam, in qua multæ ejuſmodi litterarum permutationes occurrunt. Sed mihi locos cum Quintiliano ſignare ſatis eſt. *Non enim doceo, ſed admoneo docturos.*

a Qintil. l. 1. c. 4.


b Ibid. c. 7.

At forte non tam te moveat illa litterarum permutatio, quam eorumdem notariorum in ſcribendo inconſtantia, qui modo *patrebus*, tum *patribus*; modo *Chaino*, mox *Haino*; modo *Dionyſii*, alias *Dionyſiæ* & *Diunenſie* ſcribunt. At mirari deſines, ſi in eadem eaque breviſſima inſcriptione idem nomen ſemel cum adſpiratione, ac ſemel abſque illa ſcriptum advertas in ſequenti ectypo duplicis inſcriptionis, quæ in lapide ſepulcrali Hilperici,

Hilperici, apud nos, id eſt in Pratenſi ſancti Germani monaſterio, ante annos ſexaginta reperta fuit, qualis hic ſubjicitur. Sic habebat inſcriptio exterior. Cap. III.



quæ ſcriptura ſic legenda: *Precor ego Ilpericus, non auferantur hinc oſſa mea.* ſic vero interior: *Tempore nullo volo hinc tollantur oſſa Hilperici.*



ubi Hilperici nomen exterius abſque adſpiratione, interius cum adſpiratione ſcriptum vides.

At imperitus erat ille ſculptor: peritiſſimi vero apud Merovingicos reges referendarii, qualis Dado ſeu Audoënus, aliique viri ut illis temporibus doctiſſimi. Quaſi vero referendariorum id munus eſſet, ut diplomata propria manu ſcriberent, & non potius notariorum non ita peritorum. Deinde unicuique pro libito fas erat, ejuſmodi litterarum, quæ cognatæ erant, permutatione uti, vel non uti. Denique perinde erat litteræ adſpiranti litteram *c* præponere, vel non. utrobique enim eadem tunc pronuntiatio erat. Sic etiam nunc Itali & Germani *michi* & *nichil* pronuntiant, etiamſi littera *c* adſpiranti non præponatur. Plura hac de re in conſequentibus: hic vero addi poteſt, orthographiam Meroveadum tempore ita corruptam fuiſſe, ut Carolus Magnus ejus emendandæ curam Alcuino commiſerit. quod quidem Alcuinus [a] præſtitit, diſcipulos inſuper monens, ut

Per cola diſtinguant proprios & commata verſus,

Et punctos ponant ordine quoſque ſuo.

cum antea uno tenore & ſine ulla diſtinctione verba & verſus deſcriberentur.

IV. Quod ſpectat ſtilum Merovingicorum diplomatum, eum ſcabroſum, & ſalebris reſperſum eſſe conſtat. Verum hæ ſalebræ eorum auctoritati adeo non officiunt, ut contra, ſi deeſſent, ſuſpecta eſſet illorum diplomatum fides. Porro hæc quæ putantur vitia, excuſantur formularum uſu, conſuetudine vulgaris ſermonis, ac ſcribendi ratione. Si formulas illorum temporum conſulas, omnes hanc ſermonis ruſticitatem præ ſe ferunt, nec tamen ſuſpectæ eſſe poſſunt. quippe quæ nihil, quod ad privatorum fortunas ſpectet, nullam aliam vel minimæ ſuſpicionis notam contineant. Præ his omnibus celebriores ſunt Marculfi formulæ, in quibus hanc ſermonis duritiam & ineptam plane ruſticitatem is, qui primus illas in lucem protulit, magnus ille Hieronymus Bignonius animadvertit. Verum tanti viri judicio facilis Marculfi hac in re defenſio eſt. *Mores* enim *illorum temporum etiam ſermonis inculta ruſticitas penitius oſtendit.* Unde idem Bignonius lectorem monet, ne variis ſolœciſmis, qui ſæpius occurrunt, offendatur, ſed ea tribuat Marculfi ætati. quo tempore Gregorius epiſcopus Turonenſis, quamquam haud ineruditus, hiſtorici operis initio veniam à lectoribus petit, *ſi aut in litteris, aut in ſyllabis grammaticam artem exceſſerit.* & initio libri primi de gloria Confeſſorum, ſe ſæpius pro maſculinis feminina, pro neutris maſculina commutaſſe; pro ablativis accuſativa, rurſum pro accuſativis ablativa poſuiſſe. Quam ob rem Marculfi contextum, prout in authentico exemplari ſcriptus erat, ab ſe editum fuiſſe teſtatur vir clariſſimus. Nam ſi ea omnia errata immutanda fuiſſent, *non jam* Marculfus, inquit, *ſed alius prodituras auctor videretur.* Addit tamen ſe in hujus auctoris editione *non parum laboris in perpurgando* inſumſiſſe, nec minus curando, ne quid temere immutaretur: ſed tamen ea, *quæ ſcriptorum incuria manifeſto irrepſerant, emendaſſe, dubia reliquiſſe.* In hac porro editione uſum ſe fuiſſe dicit regio exemplari, quo itidem uſus eſt eruditiſſimus Baluzius, cum Marculfi formulas in Capitularium regum noſtrorum

[a] V. Alcuin. ep. 15.

Cap. III. collectione recenſuit cum iis etiam erratis, quæ Bignonius ſcriptorum incuria irrepſiſſe putavit, & ab ſe emendata fuiſſe confitetur.

Poſſem huc afferre formulas Alamannicas, à Goldaſto vulgatas, in quibus idem fere ſtilus, atque in Marculfianis habetur. Verum propoſito noſtro magis conveniunt veteres formulæ Andecavenſes, quas ex codice Weingartenſi poſt editum opus de re Diplomatica in tomo quarto Analectorum typis committendas curavi. Weigartenſis codex ex quo eas eruimus, exaratus eſt anno Theoderici regis tertio, quod vel de Theoderico Chlodovei junioris filio, vel de Calenſi interpretandum. In his formulis nomen Childeberti regis non ſemel occurrit, primi an tertii, non liquet. nam Childebertus ſecundus, Sigeberti filius, Auſtraſiæ & Burgundiæ rex, Andecavos ſuæ ditioni ſubjectos non videtur habuiſſe. In formula XXXVI. non obſcure mentio fit de Britannico & Waſconico bello, quod ad Dagoberti principatum referri poteſt. Ut ut eſt, formulæ iſtæ, Marculfianis ſaltem æquales, ſi non eis ſuperiores, eodem omnino ſtilo & cum iiſdem nævis conſcriptæ ſunt; atque adeo aptiſſimæ ad adſtruendam Dionyſianorum diplomatum fidem, in quibus idem ſtilus, eædemque formulæ obſervantur. Ideoque tum ob hanc cauſam, tum quia multa obſervatione digna hæ formulæ continent, eas in hujus Supplementi Appendice recudere viſum eſt operæ pretium. Ex his nemo non intelligit, nonniſi inepte Dionyſianis diplomatibus opponi poſſe ſtilum politiorum ſæculi quinti & ſexti auctorum, quorum longe diſpar & materia, & ſcribendi ratio erat. His quippe pro regula erant grammaticæ leges: at notariis veteres formulæ, ſive Marculfianæ, ſive illæ Andecavenſes, aut quævis aliæ ſimiles; in quibus vix grammaticalium legum ulla ratio habebatur, prout vulgaris conſuetudo latini ſermonis, forenſiſve uſus tunc exigebat. Quamquam non deerant etiam illis temporibus auctores, qui hæc grammaticalia parum curabant, ut de Gregorio Turonenſi modo vidimus. Denique ſi illa diplomatum vitia expendantur, hæc fere omnia oriuntur ex litterarum cognatarum permutatione, qualem in probatis etiam vetuſtis auctoribus uſui fuiſſe ſuperius demonſtratum eſt.

V. Antequam hoc caput finio, lubet quædam antiquioris latinitatis exempla in medium afferre, ut, comparatione cum noſtris authenticis facta, diſpiciat lector, utra latinitas politior fuerit. Una eſt veterrima inſcriptio Romana, ab Hieronymo Alexandro brevi commentario explicata, quæ ſic habet.

HONC. OINO. PLOIROME. CONSENTIONT. R
DUONORO. OPTUMO. FUISE. VIRO.
LUCIOM. SCIPIONE. FILIOS. BARBATI.
CONSOL. CENSOR. AIDILIS. HIC. FUET. A
HEC. CEPIT. CORSICA. ALERIAQUE. URBE.
DEDET. TEMPESTATEBUS. AIDE. MERETO.

Hanc vero eximius vir Sirmundus ita legendam cenſuit:

Hunc unum plurimi conſentiunt Romæ
Bonorum optimum fuiſſe virum
L. Scipionem. Filius Barbati
Conſul, cenſor, ædilis hic fuit.
Hic cepit Corſicam, Aleriamque urbem.
Dedit Tempeſtatibus ædem merito.

ubi vides Tempeſtati ædem ſacratam, qua de re Ovidius in libro VI. Faſtorum, notante Fabretto:

Te quoque, Tempeſtas, meritam delubra fatemur,
Cum pæne eſt Corſis obruta claſſis aquis.

Placetne tibi hæc latinitas præ ſtilo noſtrorum authenticorum ? Et tamen ita ſcriptum fuit in ipſa urbe purioris ſermonis. Vis adhuc & aliud poſteriorum temporum ? Præſto eſt epitaphium Victorini pueri, cujus corpus è cœmeterio Cyriaci erutum, pro martyre venerabilibus Turonicæ ſancti Martini baſilicæ canonicis ex dono Alexandri VII. ab epiſcopo Heliopolis *De Palu* conceſſum eſt cum marmore, cui inſculptum eſt epitaphium in hunc modum. Cap. III.

FLAVIIS LUPICINO ET IOBI
NO CONSS VII. IDUS IUNIAS
DECESSET DE SECULUM
PUER VICTORINUS QUI
BIXIT ANNUS XXXVII. MX.
DX. ET CUM UXSORE
FECIT ANUS II. M III
DP V IDUS IUNIAS VENE
MERENTI IN PACE.

Hoc epitaphium convenit anno reparatæ ſalutis CCC LXVII. quo anno Lupicinus & Jovinus conſules erant. Quis putaret ſic tunc temporis ſcripſiſſe & locutos fuiſſe Romanos?

At fortaſſe exempla è Gallia poſtulaveris. quamquam permirum eſſet, Gallos Latinis ipſis, id eſt Romanis, & rectius ſcripſiſſe, & politius. En tibi duo ex Sponio [a] profero, alterum ſæculo quinto, alterum inſequenti Lugduni compoſita : ut ex his appareat, qualis tum orthographia, tum ſtili polities in ipſo Galliarum tunc Athenæo fuerit. Primum eſt hujuſmodi :

[a] *Spon. antiq. Lugd. p. 48. & 74.*

HOC TUMULO QUIESCIT BONE MEMORIUS CESARIUS.
VIXIT ANUS XIIII. REQUIBIT IN PACE SUB DIE X.
KAL. DECEMBRIS. ANASTASIO ET RUFO VV. CC.

id eſt anno Chriſti CCCC XCII. Verum alterum longe magis ſcabroſum, cujus hic tenor.

† EPITAPHIUM HUNC QUINTUIS * LECTOR BONE RECORDATIONIS AGAPI NEGUCIATORIS MEMBRA QUIESCUNT.
NAM FUIT ISTE STACIO MISERIS ET PORTUS EGINIS OMNEBS
ARTS * FUIT PRAECIPUAE LOCA SCTORUM ADSEDUE ET ELEMOSINAM ET ORACIONEM STUDUIT. VIXIT IN PACE
ANNS LXXXV. OB. VIII. KAL. APRILIS LXI.
P.C. JUSTIN. INDICT. QUARTA.

* *Quod intuis* pro *intueris.*

* *Arx.*

Vide quanta in his elegantia, quam inſignis orthographia ! Et tamen hæc epitaphia compoſita fuere temporibus virorum eruditorum, Apollinaris-Sidonii, Cæſarii, Caſſiodori, aliorumque ſimilium, qui in litteris floruerunt. Plura id generis ex Grutero adduci poſſent : at vereor ne hæc quoque modum exceſſerint.

Huc multa quoque alia proferri poſſent argumenta ex variis libris eo tempore ſcriptis, quo authentica noſtra exarata fuere. In his unus eſt Ludovici Magni apud Pariſios collegii vetus codex, Fredegarii chronicon [b] continens, in quo non modo ſcribendi ratio vitioſiſſima & inconſtantiſſima eſt, ſed etiam mendoſiſſimus ſtilus, qualis eſt ſcriptoris ſubſcriptio, cujus hæc tantum verba legi poſſunt. *Invenit Lucerios presbeter monacos dom.... tuma.... per iſta croneca, & per alia croneca.... quod ſeptaogenta anni ſunt.... ſus, quod ſextus miliarios.... eſſe explitos. Compotavit ipſos annos in upen.... in indictione exſiente tertia d.... o quarto Dagoberto regnante.* Hæ ſunt illius temporis ele-

[b] *V. Ruinarti præf. in Gregor. Tur. n. 143.*

Cap. III. gantiæ, authenticis ſane noſtris haud politiores. At imperitus monachus erat Lucerius ille, inquies. An vero putas elegantiores fuiſſe illos notarios, qui publica tunc inſtrumenta ſcribebant? Immo contrarium mihi perſuadent veteres formulæ, ut Marculfianæ, aliæque ſimiles, quas notarii illi præ oculis habebant.

Neque vero forenſes tantum formulæ hanc ſermonis barbariem admittebant, ſed etiam inſcriptiones, quas viri principes ſuis ſigillis apponebant. Ex his unicam affero inſcriptionem Paldolfi & Johannis Capuanorum principum, quorum ſigillis hæc inſcriptio appoſita cernitur, Paldolfi et Johanni principibus, ut in eorum ſigillorum ectypis inferius videbimus. quæ vitia non indiligentiæ notarii cujuſpiam imputanda ſunt, ſed ipſorum principum ingenio, qui tamen in orbe Latino florebant ſæculo undecimo, quo tempore hæc loquendi barbaries in Latinis auctoribus non obſervatur. Non itaque mirum, ſi ſexto, ſeptimo & octavo ſæculis ſimiles barbariſmi occurrunt in publicis ac forenſibus inſtrumentis, in quibus hodie quoque obſoleta non pauca vocabula pro conſecratis habentur.

CAPUT IV.

I. *Varia corruptorum inſtrumentorum genera.* **II.** *Interpolatio quot modis fiat.* **III.** *Tres falſorum ſpecies.* **IV.** *Hæc à peritis antiquariis diſcernenda.* **V.** *Ordo Benedictinus ab erudito Jeſuita vindicatus.* **VI.** *Falſi criminatio quo pœnæ genere expianda.*

I. Etſi in libro primo de re Diplomatica, capitibus ſexto & ſeptimo, de corruptione veterum inſtrumentorum data opera egerim; juvat tamen hoc loco paucis retractare idem argumentum. Duo univerſim corruptorum inſtrumentorum genera diſtingui poſſunt. Alia quippe falſa, alia interpolata. Rurſum falſorum tres ſunt ſpecies, nempe refectorum, adulteratorum, & abſolute falſorum. Interpolatio fit tantum in tranſſumtis. Si quod enim falſi vitium authenticis inſertum ſit, id vitiatorum loco habendum eſt.

II. Magnum diſcrimen inter falſa & interpolata. Falſa enim nullo pacto excuſari poſſunt: ſed interpolatio ut plurimum venialis eſt. Hæc adjectione, immutatione & errore fieri poteſt. Scilicet qui chartas authenticas eccleſiæ vel monaſterii in unum corpus, quod chartularium vocant, redigebant; ſicubi annos dumtaxat pontificum regum aut imperatorum antiquioribus inſtrumentis appoſitos deprehendebant, de ſuo annos incarnationis, vel etiam indictionem adjiciebant, ut tempus dati inſtrumenti accuratius diſtingueretur. qua in re non raro peccabant in chronologiæ regulas, ſed non contra juſtitiæ leges. Et hæc eſt interpolatio, quæ fit per adjectionem. Alia fit per immutationem, cum ſcilicet unum vocabulum alio redditum, vel temere emendatum eſt, quod accidit nonnumquam imperitis, qui ſe peritos putant, ut qui *fevum* in antiquis illis inſtrumentis legebant, forte ſubſtituebant *feodi* vocabulum, quod priſcis illis temporibus necdum in uſu erat. Denique ex ſcriptoris errore ſæpe fit, ut vel in authentici difficilis lectione non ſatis exercitatus, vel fallente oculo, aut unum verſum tranſſiliat, aut unum pro alio vocabulum, plurave deſcribat. Atque inde oriuntur tranſſumtorum variæ lectiones, quarum diverſitas authenticorum auctoritati obeſſe non debet.

III. Falſorum, ut jam dixi, inſtrumentorum tres ſunt ſpecies, quorum alia refecta, alia adulterata, alia abſolute falſa dici poſſunt. Refecta voco, quæ amiſſorum authenticorum loco ſuppoſita ſunt. Adulterata ſunt ea authentica, quibus ab impoſtore aliquid inſertum, vel additum eſt. Abſolute falſa, quæ nullo veri authentici fundamento nituntur. Hæc quidem omnia legum cenſura coërcenda ſunt, ſed maxime tertium genus, quod rei publicæ maxime exitiale eſt; meritoque ejuſmodi inſtrumentorum auctores graviſſima plectendi pœna. at talione quoque multandos eos, qui alios falſi crimine infamant, decernunt leges.

IV.

IV. Ex his omnibus, ſive falſis, ſive interpolatis, nullum tanta arte effingi, vel refingi poſſe puto, cujus falſitas vel interpolatio à perito antiquario detegi non poſſit. Ea eſt enim veritas, ut luceat per ſe ſe; totque circumſtantiis munitur, ut mendacio & falſo, quantumvis belle fucato, ſemper aliqua deſit. Fuit ante annos centum & viginti vir quidam litteratus, qui eloquentiæ ſuæ ac publicæ fidei facturus periculum, amiſſum Ciceronis librum, quo inſignis ille orator ſe ipſe de Tulliæ filiæ morte conſolatus eſt, reſtituere tentavit, & ſe in veteri codice inveniſſe jactavit, eumque ipſius Ciceronis nomine typis Gryphianis in lucem emittere curavit. Hujus rei cauſa varia illius libri fragmenta, quæ apud veteres diſſipata erant, recollegit, eaque tam belle ſimul contexuit, ut ſupp[illegible]ius liber Ciceronem ipſum nonnullis referre videretur. Fraudem nihilo minus ſ[illegible] detexerunt viri Ciceroniani, in primis Juſtus Lipſius, qui nihil, præter nomen Ciceronis, in illo libello ſe deprehendiſſe palam teſtatus eſt in epiſtola ad Chriſtophorum Plantinum. Spurii tamen libelli defenſionem Carolus Sigonius, tamquam proprii fetus, duplici oratione ſuſcepit hortatu Antonii Vianelli Veneti, qui illius libelli parens creditus eſt. Verum Sigonii auctoritas ejus fucum non ſic abſterſit, ut amœniorum litterarum magiſtri eum pro adulterino fetu non habuerint. Adeo verum eſt, nullum eſſe tam belle fucatum & compoſitum mendacium, quod non aliqua ſui parte artem ac dolum prodat.

His opponi poteſt diploma Lindavienſe, Ludovico Pio adſcriptum, quod ita perite effictum dicitur, ut & ſcripturæ forma, & Ludovici monogramma & effigies ſigillo impreſſa, genuina ipſius imperatoris diplomata perfecte repræſentent. Verum, ut certum de hoc diplomate judicium ferri poſſet, neceſſe eſſet ipſum diploma coram inſpicere, aut certe integrum exhiberi. Ejus quidem ſpecimen in æs inciſum protulit Conringius, ſed dimidiatum, quod nec perfecte Ludovicianæ ſcripturæ formam refert. Deinde ſaltem ſuppoſitio probari poteſt, cum ex diplomatis contextu, tum ex inſerto nomine Rabani archiepiſcopi, cujus rogatu diploma iſtud impetratum dicitur: qui Rabanus nonniſi poſt annos à morte Ludovici ſeptem ad ſedem Moguntinam promotus fuit. quod unum ſufficit ad demonſtrandum id quod mox dicebam, numquam ita ſibi conſtare mendacium & falſitatem, quin aliqua ſui parte fraudem prodat. Neque enim, ut alias dixi, ex ſola ſcripturæ vel ſigilli forma, ſed ex omnium circumſtantiarum complexu veritas authenticorum diplomatum dijudicanda eſt. Forte Lindavienſe iſtud diploma ex eorum numero fuerit, quæ *refecta* modo appellabam. Quamquam ejus defenſionem adverſus Conringii cenſuram nuper ſuſcepit eruditus preſbyter Soc. Jeſu, Maximilianus Raſſlerus, libro edito Conſtantiæ anno M DC XCI. cui id gratiæ acceptum referre debemus, quod Ordinis noſtri cauſam adverſus Conringium tueatur, ut mox videbimus. At qualecumque ſit iſtud Lindavienſe diploma, certum eſt contra Conringium, Lindavienſe ſcilicet virginum cœnobium principatu Ludovici Pii conditum fuiſſe à viro principe, nomine Adalberto; eoque in loco primitus exſtitiſſe, id eſt in pæninſula lacus Conſtantienſis, ubi ſtat urbs Lindavia, quæ haud dubie cœnobio ſuam debet originem, ſuumque progreſſum. quod in tomo ſecundo noſtrorum Annalium demonſtratum.

V. Conringii prædictam cenſuram multis aliis capitibus falſam eſſe oſtenderam in libro III. de re Diplomatica, capite tertio. qua in re multum mihi debere fatetur eruditus ille Jeſuita, quod communem hoſtem plaga non una multaverim, adeoque magna ipſum oneris parte liberaverim. Tum ille ſancti Benedicti familiam ab inuſta per Conringium confecti Lindavienſis diplomatis nota [a] vindicat; improbatque quod attexuerit hic auctor cenſuræ ſuæ Gabriëlis Naudæi ſatyram, an diras, contra totum ampliſſimum magni Patriarchæ cœtum, eaſque ipſe latinitate donaverit. quod facere boni viri non fuiſſe dicit. Nam vel ea labes, inquit, adulterandi nimirum Pontificum, Cæſarumque diplomata, vere adhæſit Ordini tam inclito; vel ab homine irato, & ſui præ vindictæ cupidine impote, ex toto, aut magnam partem per nefas conficta eſt. Si illud; profecto lex illa caritatis, tantopere in ſacris oraculis inculcata, non faciendi alteri, quod tibi fieri nolis, vulgari & propalari arcanum non ſinebat; tantoque minus ſinebat, quod res non unum aliquem hominem, ſed cœtum numero am-

a *Defenſio diplom. Lindav. c. 1. n. 8.*

Cap IV. » pliſſimum, antiquitate venerabilem, & nullis non titulis hodieque præfulgentem, » tangebat. Nec enim vel privatus quiſque æquo fert animo, quod nullus, aut pauci » ſciebant, id unius loquacitate populi rumorem fieri. Quid ergo neceſſe erat communi » eruditorum lingua vulgari, quod ſoli Galli, & ex his non multi, ad eam diem le- » gerant, & ſciebant? At ſi commenta ſunt iſta hominis rancore & invidia tabeſcentis, » ut ſane eſſe exiſtimo; quæ prudentiæ, quæ humanitatis, quæ caritatis jura ac leg » ſinebant, ne dicam jubebant, tenaci chartarum memoriæ eadem illini, & viros pla » innocentes tam turpiter & ignominioſe coram eruditis omnibus traduci? Quem igi- » tur æſtimabimus Conringium, qui iſtud facere non dubitarit? quid fidei mereatu » qui nullo vel ſuo, vel publico emolumento famam alienam tam invide allatra » probroſe traduxit? hoc omnino eſt artibus non bonis uti. Addit eruditu , etſ confictum eſſet diploma, nonniſi temere hanc ſuppoſitionem Benedictinis impu- tandam: cum à cauſidico aut œconomo quopiam fabricari potuerit: maxime cum locum illum Benedictini numquam occupaverint. Hæc religioſus Soc. Jeſu presby- ter ad hominem heterodoxum. Non morabor in parte hac: nimium eſt quod intel- ligitur. Id unum addo, ſi qua in monaſteriis noſtris vitioſa inſtrumenta deprehen- dantur, (id quod ſibi *perraro* tabularia noſtra revolventi occuriſſe Chiffletius aſſerit) ea fere omnia eſſe ex eorum numero, quæ tranſſumta vocantur, quorum errata ex- ſcriptorum, non authenticorum vitio tribuenda ſunt, qui aliquando annum incarna- tionis vel indictionem de ſuo addiderunt chronicis notis; aliquando vocem obſole- tam alia uſitatiori commutarunt.

CAPUT V.

I. *Aſſeruntur authentica, quorum ſpecimina exhibuimus, ſcilicet Dago- berti ſenioris.* **II.** *Chlodovei junioris ejus filii.* **III.** *Theoderici regis.* **IV.** *Tum ſubſequentium regum Meroveadum.*

I. AD ferendum judicium de veris ac genuinis inſtrumentis, eorumque diſcri- mine à falſis, nihil aptius & convenientius viſum eſt, quam indubitata pro- ponere cujuſque ætatis monumenta, ad quorum amuſſim cetera exigerentur. nam in his potiſſimum rebus minus valent præcepta, quam experimenta. Quam ob rem in libro quinto de re Diplomatica varia exhibui ſpecimina diplomatum & chartarum ex variis archivis, ſed maxime ex Dionyſiano, cujus in primis cauſam defendendam ſuſceperam. Et quidem, quod primam regum noſtrorum ſtirpem ſpectat, nuſquam alibi tot ejus authentica diplomata reperias. In his vero ſpeciminibus magna cernitur ſcripturæ uniformitas, non coacta, ſed ſponte nata, adeoque genuina; magna item convenientia tum aliis ejuſdem temporis aliarum eccleſiarum inſtrumentis; magna conformitas ſtili, & contextus cum formulis Marculfianis: magnus denique cum ac- curata illorum temporum hiſtoria conſenſus, ut ex conſequentibus patebit.

Primum ſpecimen eſt archetypi Dagoberti ſenioris, villam Itinoſcoam ſancto Dio- nyſio conferentis: quo in ſpecimine, quod fere integrum diploma exhibet, præter pauca ſcilicet, quæ detrita ſunt, nihil occurrit, quod æqui ac minime moroſi lecto- ris cenſuram non facile ferat. Certe hæc donatio nulli alteri tribui poteſt, quam Da- goberto, à cujus principatu ad noſtrum uſque tempus ſemper aliquid dominii habuere Dionyſiani in illa villa, quam veteres *Itinoſcoam*, poſteri *Eſcuam*, vulgus *Eſcouan* ap- pellat: ubi jus mutationis, ut vocant, hactenus retinent. Tantum de illo diplomate. nam minutiſſimas quaſlibet difficultatiunculas afferre & excutere, quamquam id perfacile, hominis eſſet ſuo, lectorumque otio abutentis. Si quem tamen moveat, quod Dagoberti nomen paullo aliter quam in vulgatis libris ſcriptum ſit; etſi id leviſſimum eſt, in conſequentibus habebit, quo ſuæ hæſitationi fiat ſatis.

II. Secundum ſpecimen exhibet integrum Chlodovei junioris diploma de libertate monaſterii Dionyſiani. Editum eſt primum hoc diploma à Dubleto, dein à Sirmundo,

ac demum à Cointio, quorum duo poſtremi barbariſmos & ſcripturæ nævos emendarunt. Cointius vero, qui hoc præceptum *formulæ Marculfi adeo conſentaneum* exiſtimat, *ut nullam in eo falſitatem aut interpolationem* agnoſcat; nihilo minus expungit epiſcoporum ac procerum ſubſcriptiones, ratus, præceptis regiis neminem ſubſcripſiſſe præter regem, ejuſque referendarium. quod verum non eſſe oſtendi in libro II. capi[illegible] XXI. & in notis ad illud præceptum libro VI. Hujus diplomatis meminit Anony[illegible]us monachus in libro de geſtis Dagoberti, refertque non ipſius diplomatis verba, [illegible]ed orationem Chlodovei ad pontifices ac regni proceres habitam poſt conditum di[illegible]ma; tum ſubdit: *Itaque dum regem omnes regni principes concionantem attonitis au[illegible]ligenter intenderent; pontifices qui aderant, optimam regis devotionem adprobantes, [illegible]ptum ab ipſo rege modo ſupra ſcripto factum, tam rex, quam pontifices & princip[illegible], qui præſentes aderant, firmaverunt.* Ex quibus patet, ſermonem prædictum ipſius Chlodovei *concionantis* ore prolatum fuiſſe, ſi tamen ab illo Anonymo confictus non eſt hiſtorico more: adeoque hic ſermo ſubſtantiam, ut ita loquar, non verba ipſa diplomatis continere dicendus eſt.

His litteris ſubſcripſit Chlodoveus rex interpoſita quadam monogrammatis ſpecie, in cujus apice hi characteres videntur, SIQ. in medio littera S, & in extrema fere parte vocula REX. In notatione ad hoc ſpecimen legeram SIG. quod ſignum cujus eſſet, fuſſus ſum me divinare haud potuiſſe, neque certe poſſum etiam nunc. Tunc quidem conjeceram ſignum eſſe Sigiberti Auſtraſiæ regis, Chlodovei fratris, quem anno regni Chlodovei ſeptimo-decimo ſuperſtitem fuiſſe inferius oſtendam. Nihil itaque vetat, quo minus prædicto Chlodovei fratris diplomati ſubſcripſerit, etſi hanc conjecturam maxime dubiam & incertam exiſtimo. Neque tamen illud inſolens, quod rex Auſtraſiæ ſimul cum rege Neuſtriæ, præſertim ſi eſſent fratres, ſimul ſubſcripti reperiantur. Argumento eſt tremiſſis aureus, Maſſiliæ [a] cuſus, in cujus antica parte legitur CHILDERICUS REX, qui Maſſiliæ tum dominabatur, & in poſtica CHLOTARIUS REX, ambo fratres, filii Chlodovei junioris.

a Bouche Hiſt. Prov. lib. 5. ſect. 1. cap. 11.

Anonymus in libro de geſtis Dagoberti poſt præmiſſa ſubdit, inter illos pontifices, qui ſuperiori Chlodovei præcepto ſubſcripſere, nonnullos exſtitiſſe, *quos hodie*, inquit, *ſancta eccleſia ſanctiſſimos eſſe non dubitat*, ad quorum ſepulcra virtutes non modicas Dominus operatur. Hi ſunt *beatus Audoënus & ſanctus Rado frater ipſius, necnon beatus Palladius, & ſanctus Clarus, atque domnus Eligius, vel ſanctus Sulpicius, beatus quoque Aubertus, & domnus Caſtadius, ſanctuſque Etherius, aliique quamplures, & venerabilis Landricus Pariſiorum epiſcopus.* Et tamen in ſubſcriptionibus iſtius diplomatis non invenitur ſive beatus Audoënus, ſive ſanctus Sulpicius. quod vel diplomatis, vel anonymi fidem ſuſpectam reddit. At conſtat anonymum falli ſaltem in Sulpicio. Non alius quippe per id tempus occurrit in Gallia ſanctus Sulpicius, quam ejus nominis epiſcopus Bituricenſis, cognomento Pius, quem fere decennio ante conditum iſtud præceptum deceſſiſſe ex Cointio, aliiſque conſtat. Certe prædicto diplomati ſubſcripſit ejus ſucceſſor Wlfoleudus. Ad beatum Audoënum quod attinet, ſi verum eſt eum regiis illis litteris ſubſcripſiſſe, (cujus rei non ſatis idoneus auctor ille anonymus) unus ex illis dicendus eſt, quorum nomina in archetypo legi non poſſunt, in ſpecimine noſtro punctis notata. Idem, ac de his duobus, ferendum judicium de aliis quibuſdam ab anonymo memoratis.

Inter optimates, qui eidem præcepto ſubſcripſere, unus eſt Radobertus *maj. dom.* id eſt, ſi bene capio, *major-domus.* quo nomine nullus, ſive in Francia ſeu Neuſtria, ſive in Burgundia, ſive in Auſtraſia major-domus per id tempus invenitur. Siquidem in Francia Erchinoaldus, & in Burgundia Flaocatus ſub Chlodoveo juniori; in Auſtraſia vero Grimoaldus ſub Sigiberto hac dignitate potiti ſunt. Reſtat igitur ut prædictus Radobertus major-domus fuerit, ſi non Aquitaniæ, quæ majorem-domus aliquando habuit, ſaltem Balthildis reginæ. nam & reginis ſuum fuiſſe majorem-domus, non alium volo magis idoneum auctorem, quam Gregorium epiſcopum Turonenſem, apud quem Waddo major-domus [b] Rigunthis reginæ non ſemel laudatur. Niſi forte dixeris, Radobertum dici majorem-domus eum ad modum, quo

b Gregor. Tur. lib. 6. c. 45. & lib. 7. capp. 27. 38. & 43.

CAP. V.

a *Valeſ. lib. 21. & Coint. V. Cangium.*

b *Valeſ. lib. 11. p. 180.*

Childericus Leodegarium Æduenſem epiſcopum *majorem-domus* conſtituiſſe dicitur ab Urſino in ejus vita, id eſt præcipuum [a] conſiliarium, ut viri docti explicant. Quin etiam villarum regiarum procuratores nonnumquam majores domus [b] dicti ſunt. At potius crediderim, Balthildis reginæ majorem-domus fuiſſe Radobertum, qui forte non alius ſit quam Rodobertus ſeu Chrodobertus ille palatii comes, cui Ebroïnus Leodegarium ultimo cuſtodiendum tradidit. Hactenus de illo Chlodovei præcepto cujus variantes in editis lectiones neminem movere debent: quæ quidem varietas tribuenda eſt vel imperitiæ eorum, qui authenticum non recte legerunt, vel eorum arbitrio, qui in ſuis editis authentici nævos, uti Cointius paſſim, correxerunt.

Tertium ſpecimen eſt ejuſdem Chlodovei, donationem villæ Cotiraci ſan[illegible]o-nyſio à Dagoberto factam cum Nantechilde parente ſua confirmantis regio p[illegible]pto, cui rex ipſe, ejusque genitrix *ſe propriam ſubſcriptionem inſerere non poſſe* dicunt. Utrum id ex ſcribendi imperitia contigerit, an alia ex cauſa, non ſatis ex his verbis intelligitur. Quid ſi ex morbo, aut alio quovis impedimento? Sed eſto, id ex ſcribendi imperitia factum ſit. Certe eo tempore res inſolens non eſt, ut rex adhuc tenellus, & Nantechildis ſeu Nantildis ejus mater, *de miniſterio* ad regium thronum evecta, ſcribendi imperiti fuerint: cum ex Eginhardo ſciamus, Carolum Magnum, tanti ingenii tantæque eruditionis principem, nomen ſuum ſcribere non potuiſſe. Quod de multis aliis regibus, principibus, immo etiam de epiſcopis & clericis nonnullis à me obſervatum in libro II. de re Diplomatica capite XXII. neque id illi palam teſtari verebantur. Unde Heribaldus comes ſub Ludovico II. imperatore, appoſito ſigno crucis, ita loquitur in placito pro monaſterio Caſaurienſi: † *Signum Heribaldi comitis ſacri palatii, qui ibi fui, & propter ignorantiam litterarum ſignum ſanctæ crucis feci.* Ad hæc Taſſilo dux Bajoariorum chartam pro Attone abbate Saltzburgenſi ita concludit: *quod manu propria ut potui, characteres chirographi inchoando depinxi;* tum præmiſſo ſigno crucis, *ſignum manus meæ propriæ Taſſilonis.* Idem contigiſſe puta Chlodoveo & matri ejus Nanthildi in præmiſſo diplomate, cujus notæ chronicæ deſunt in mutilo illo authentico.

Neque obſtat quod Dagobertus morti proximus, cum Dionyſianam baſilicam novis donationibus locupletare vellet, rogaſſe dicitur in ipſius geſtis dulciſſimum filium ſuum HLudovicum, *ut per ſignaculum ſui nominis* iſtam chartam affirmaret: immo vero hic locus interpretationem noſtram apprime confirmat. nam, cum Dagobertus morti proximus eſſet, vix quadrimus erat Chlodoveus, necdum proinde ſcribendi peritus. Cum igitur *per ſignaculum ſui nominis* hanc chartam affirmaſſe dicitur, immo & ſubſcripſiſſe; his verbis nihil aliud intelligendum eſt, quam ejus *ſignaculum* ſeu ſignum aliquod in charta, ſive ab ipſo, ſive ejus juſſu à notario factum fuiſſe: quæ interpretatio etiam aliis, ſi qui ſunt, locis adhibenda eſt. Certe Carolus Magnus, Ludovicus Pius, Carolus Calvus, aliique paſſim reges in pleriſque ſuis diplomatibus aiunt, ſe ea *manu propria*, vel *manus ſuæ ſubſcriptione* ſubter firmare, tametſi nullum eorum ſignum illis authenticis appoſitum cernitur præter monogramma, quod notarii manu aſcriptum eſt. Non mirum itaque, ſi Chlodoveus patris præceptum *per ſignaculum ſui nominis* firmaſſe dicitur, (quod etiam de aliis ſimilibus dicendum) etſi ipſe manu propria non ſubſcripſerit.

Hoc loco repetere licet, quæ in tomo primo noſtrorum Annalium de eodem retuli
» argumento his omnino verbis. Qui geſta Dagoberti ſcripſit auctor anonymus ante
» annos octingentos, Dagobertum regem, cum vitæ ſuæ periculum imminere cerneret,
» convocatis primoribus palatii filium & uxorem commendaſſe tradit; atque matricu-
» lariis beatorum Dionyſii ejusſque ſociorum, de villis Acuciaco & Cuſduno; ad hæc
» de Magnovillari, Medianovillari & Gellis præceptum fieri juſſiſſe. Et quia invaleſ-
» cente ægritudine calamus in manu ejus ita trepidaret, ut non valeret ſubſcribere; ideo
» rogaſſe dulciſſimum filium ſuum HLudovicum regem, ut ſignaculo ſui nominis
» donationem firmaret, & Dado chartam offerret, & optimates illam ſubſcriberent. Lu-
» dicrum videri poſſit, Dagobertum rogaſſe puerum vix quadrimum, ut ſigno ſuo re-
» gium præceptum ſubſcriberet. Verum ita rem habere conſtat ex diplomate authentico
» Chlotarii tertii, in charta Ægyptiaca ſcripto, hanc donationem confirmantis, teſtan-

tiſque,

CAP. V.

tiſque, genitorem ſuum Chlodovium, dum adhuc adoleſcens, id eſt puer, eſſet, cum avia ſua Nanthechilde & optimatibus regni ſubſcripſiſſe litteris Dagoberti, qui trepidante manu ſubſcribere non valeret. Quin etiam apud nos ſub tertia ſtirpe regia id in uſu fuit, ut infantes ipſi lactentes donationes à parentibus factas ſuo modo approbarent, ut Beſlius [a] obſervavit, vel tangendo chartam donationis, vel ſpondenti-[illegible]s pro eis parentibus aut nutrice, ſe daturos operam, ut illi adulti donationem ratam haberent. Fere conſimile factum memini legere in libro de vita ſancti Porphyrii epiſcopi Gazenſis, qui, ut ab Arcadio imperatore facultatem idola evertendi obtineret, Eudociam auguſtam, tum prædicenda nativitate Theodoſii junioris, tum eidem re[illegible]nato benedictione impertienda, ſibi propitiam reddidit: hæc vero in quamdam [illegible]pti beneficii vicem juſſit, libellum ſupplicem à Porphyrio ſcribi ad impetrand[illegible] quod petebat; eumque infanti è ſacro fonte egreſſo porrigi; cetera ſe curaturam dixit. Itaque Porphyrius libellum ſupplicem ſcribi curavit; & infante baptizato, ſtetit in veſtibulo eccleſiæ, præ manibus habens chartam ſupplicationis, quam infanti obtulit, rogans ejus pietatem, ſuas preces ratas haberi. Ad hæc bajulus infantis, uti ab auguſta edoctus fuerat, accepta charta, juſſit fieri ſilentium; partemque chartæ legit. Mox charta involuta, ſubjecit manum capiti infantis, illudque inclinavit. quo facto clamavit coram omnibus, juſſiſſe ejus potentiam ea fieri, quæ contenta erant in ſupplicatione. Hoc audito, Arcadius ſupplicationem, etſi ægre admodum, admiſit, dicens, gravem quidem eſſe petitionem; ſed graviorem recuſationem, quoniam hæc prima erat juſſio filii ſui. Sic nonnumquam parentes, etiam principes, cum pueris ſuis quodam modo repueraſcunt. Sic Chlodovei pueri manum haud dubie direxit miniſter, ad ſubſcribendam patris Dagoberti donationem, ſcilicet efformando quemdam apicem, qualis in monogrammatibus à poſterioribus Francorum regibus apponi ſolebat. Ita olim ſcribebam. quæ hic repetere volui ad hunc locum illuſtrandum.

[a] *Beſli comi Pict. p. 103.*

Eccur vero, inquis, Dagobertus ipſe filium ad eo modo ſubſcribendum adhibuit; & non potius ſuum ipſius monogramma, vel ſignum quoddam adſcripſit, vel adſcribendum curavit? Nimirum quia Dagobertum ſcribendi peritum eſſe conſtabat, id quod ejus ſubſcriptiones probant: adeoque minor, vel nulla fuiſſet ejus præcepti auctoritas, ſi ei monogramma tantum ſuum, aliudve ſignum adhiberi curaviſſet, quod iis maxime, qui ſcribere non poterant, tunc competebat. Quamquam cujuſque ætatis morum, uſuumque rationes reddere difficile eſt, at certe exigere iniquum.

Quartum ſpecimen authentici ſemi-laceri, & magna ex parte detriti, non exhibet nomen regis, cujus eſt præceptum. Hunc eſſe Chlodoveum juniorem conjectaveram, adeoque ipſius Chlodovei regis nomen initio appoſueram, ſed anſulis incluſum, ut appareret ejus nomen in authentico ſemi-lacero non exſtare, quod tantum ex conjectura ſuppleveram. At falſam eſſe conjecturam ex eo manifeſtum eſt, quod præceptum iſtud editum ſit poſt mortem Erchinoaldi majoris-domus ſub Chlodoveo, cui eum paullulum ſupervixiſſe conſtat. In hoc enim diplomate agitur de quadam controverſia, orta inter Audoënum epiſcopum ſeu eccleſiam Rotomagenſem ex una parte, & ſancti Dionyſii baſilicam ex altera, ſuper donatione cujuſdam villæ, quam illis contulerat Erchinoaldus *quondam* major-domus, uti & Leudeſius ejus filius, necdum major-domus, fatebatur. Unde hoc ſpecimen Chlotario reſtituendum eſſe melius conſultus haud dubito.

III. Quinto ſpecimine, quod regii diplomatis non eſt, in alium locum dilato, venio ad ſextum, quod eſt Theoderici regis, Latiniacum, pagi Meldici villam, ſancto Dionyſio conferentis, quam olim Dagobertus, ſi Anonymo in libro de ejus geſtis fides eſt, eidem ſacro loco donaverat, commutatione facta cum Bobone duce & Tacilone comite palatii comparatam. In hoc autem præcepto Theodericus ait, hanc villam, *ab inluſtribus viris, Ebroïno, Guarattone & Ghiſlemaro quondam majoribus-domus poſſeſſam*, poſt deceſſum Guarattonis ad fiſcum rediiſſe, & ſancto Dionyſio ad ſuggeſtionem reginæ ſuæ Chrotechildis, & Bercharii majoris-domus, ab ſe donatam fuiſſe. Verum hæc facile conciliari poſſunt, dicendo, hanc villam, poſt factam à

Dagoberto donationem, monaſterio abſtractam fuiſſe, ſive potentum violentia, ſive alienatione; eidemque loco à Theoderico reſtitutam: vel Dagobertum partem ipſius villæ, quam à Bobone & Tacilone comparaverat, Dionyſianæ baſilicæ largitum fuiſſe: partem alteram, quæ poſt mortem Warattonis fiſco provenerat, eidem baſilicæ à Theoderico datam fuiſſe ad ſugeſtionem Chrotechildis conjugis, quam reginam ſuam vocat; & Bercharii ſeu Berthari majoris-domus, anno regni ejus ſexto-decim[illegible] Hæc poſterior interpretatio forte alteri præferenda, propterea quod eadem villa ſanc[illegible] Sinſuriani baſilicæ ab Ermentrude illuſtri matrona cum pratis & campis eodem ſæculo collata fuerit, ut ex ejuſdem matronæ teſtamento in Appendice referendo pat[illegible]bit. quod non de tota villa explicandum, ſed tantum de quadam illius villæ porti[illegible] una enim eademque villa diſtingui poſſunt dominium, juſtitia, fundus, & v[illegible] prædia: quorum ſingula, ut à variis dominis poſſideri, ſic à variis donatoribus cu[illegible]et eccleſiæ vel monaſterio conferri poſſunt. Hæc mihi in mentem venerant occaſione illius Latiniaci tantum ex conjectura: at rem ita ſe habere ex iis reſcivi, qui res Dionyſiani monaſterii apprime norunt. Ab his enim didici, Dionyſianos ad noſtrum uſque tempus poſſediſſe tantum in illa villa ruſticanum prædium cum parte juſtitiæ: quod utrumque ante annos amplius ſeptuaginta viro cuidam præpotenti cedendum fuit: quod forte, ante Theoderici regis donationem, Ebroïno, aliiſque hic memoratis, jam ceſſum fuerat. Porro Bertharius, cujus hic mentio, gener erat Warattonis, qui obiit circiter annum DC LXXXIV. Hæc itaque donatio à Theoderico facta eſt paullo poſt Warattonis obitum, ſi facta eſt vivente Berthario, qui tertio poſt anno in pugna Textriciacenſi victus, & à ſuis cæſus eſt: aut certe poſt Bertharii cædem, qui vivens faciendæ iſtius donationis cum regina auctor fuerit Theoderico regi, qui majoris-domus ſuæ votis poſt ejus mortem ſatisfacere voluerit. Si quis vero priorem ſententiam præferat, dicendum eſt annum Theoderici regis ſextum-decimum à morte Chlotharii fratris ineundum eſſe, quo rex ab Ebroïno primum ad breve tempus conſtitutus eſt, ut inferius[a] videbimus.

a Cap. 7. n. 6.

At inſolens omnino eſt, inquis, & inuſitatum, quod rex Chrotechildem uxorem *reginam noſtram* dicit. Atqui tamen apud Gregorium[b] Turonenſem epiſcopum conſimili omnino loquendi modo Childeberti ſecundi uxor Faileuba *regina Childeberti* vocatur; & in placito apud Andelaum habito, in quo pax & concordia inter Guntchramnum & Childebertum reges ſancita eſt, Guntchramnus pollicetur, ſi forte Childebertum ante ipſum de hac luce migrare contingeret, ſe *ejus reginam Faileubam*, tamquam ſororem bonam habiturum ac defenſurum. Ad hæc in libro de geſtis regum Francorum, ſcripto principatu ipſius regis Theoderici, cujus ſuperius diploma eſt, regum uxores virorum ſuorum paſſim reginæ appellantur. Sic Chrothildis Chlodovei Magni, Nanthildis Dagoberti ſenioris, Balthildis Chlodovei junioris *reginæ* vocantur; & Childericus occiſus dicitur *cum regina ejus prægnante*. Unde Chilpericus ab eodem auctore perhibetur Predegundem *copulaſſe ſibi ad reginam*, id eſt in uxorem. Sed forte à me exigas, ut rex ipſe *reginam meam* dicat. Præſto tibi adeſt idem auctor, ut tibi faciat ſatis. Hic enim capite XV. agens de Tolbiacenſi pugna & Chlodovei Magni ad Chriſtum precatione, ſic eum loquentem inducit: *Jeſu Chriſte, quem Chrothildis regina mea prædicat eſſe filium Dei vivi*, &c. quæ totidem verba apud Roriconem leguntur. I nunc, & prædictum Theoderici diploma falſi poſtulare aude, quod rex iſte Chrotechildem uxorem *reginam meam* vocet.

b Gregor. Tur. lib. 9. c. 37.

Ejuſdem Theoderici placitum eſt, cujus ſpecimen ſeptimo loco à me exhibetur. Hoc placitum inſigne eſt ad illuſtrandum modum, quo epiſcopi tunc in ordinem redigebantur, nec ullam ſuſpectæ fidei notam, ſi abſque aperto contradicendi ſtudio attendatur, in cujuſquam animum injicere poteſt. Hoc enim diplomate Chramlino Ebredunenſi epiſcopo, læſæ majeſtatis reo in ſynodo epiſcorum judicato, & conſciſſis veſtibus ſollemniter *degradato*, ex regis indulgentia conceſſum fuit, ut in monaſterio ſancti Dionyſii ſub obedientia & regulari ordine reliquos vitæ ſuæ dies exigeret, & de rebus ſuis ſtatuendi omnimodam poteſtatem haberet. Hic neque donatio ſancto Dionyſio facta legitur, nec quidquam quod cupiditatem redoleat. nam

ſi quis huc trahat, quod Chramlino conceſſa ſit facultas ſecedendi ad Dionyſianum monaſterium, & ſtatuendi de rebus ſuis; proferendum eſſet ejus donationis inſtrumentum. Aſt eum Dionyſianis res ſuas contuliſſe, nulla, quod ſciam, domeſtica inſtrumenta probant: & ſi probarent, quid attinebat ſynodicum de ejus deſtitutionē diploma confingere ad res ejus monaſterio aſſerendas? Apage tam malignas, futileſque [illegible]picionē.

IV. Reliqua ſeptem regiorum primæ ſtirpis diplomatum ſpecimina nullas, niſi [illegible] modum leves, continent difficultates, quibus ſolvendis immorari neceſſe ſit. Ex [illegible] duo ſunt diplomata Theoderici regis Chlodovei junioris filii, in quibus ſi qua [illegible] dificultas (& ubi vitilitigando non invenias?) ea tantum afferri poteſt, quod in pr[illegible]us ſubſcriptio non tam longo litterarum ductu, quam in ſecundo facta ſit. Verum [illegible]eo id ejus diplomatis auctoritati nihil officit, ut cōntra eam maxime ſtabiliat, cum utrobique eadem ſit litterarum forma. nam ſi quis falſarius hanc ſubſcriptionem cum diplomate confinxiſſet, eamdemque utrobique litterarum non modo formam, ſed etiam menſuram obſervare ſtuduiſſet.

Hic audire mihi videor hominem quemdam nobis obſtrepentem, ac dicentem, ſi vera eſſent hæc poſteriorum Merovingicæ ſtirpis regum diplomata, aliorumque ejuſdem temporis inſtrumenta, ea non omiſſurum fuiſſe, ſi quidem in cœnobii ſui archivo recondita tunc fuiſſent, Anonymum illum Dionyſianum, cujus hic fuit ſcopus, ut quam plurima eorum munificentiæ erga Dionyſianam baſilicam exempla congereret.

Piget tam ineptis cavillationibus refellendis immorari, pudetque. Quis non putet his auditis, Anonymi illius ſcopum & conſilium fuiſſe, ut non modo Dagoberti, verum etiam poſteriorum omnium, ſaltem Merovingicæ ſtirpis, regum diplomata, immo etiam quarumlibet aliarum ejuſdem temporis perſonarum chartas & donationes ſingulatim recenſeret, & eorum pietatis in Dionyſianam baſilicam exempla & monumenta congereret? Atqui ab ejus conſilio alienum nihil magis. Unicus quippe ejus ſcopus fuit, Dagoberti regis, monaſterii ſui conditoris magnifici, geſta, eaque præcipua commemorare. unde ipſius liber pro titulo habet, GESTA DAGOBERTI. Hinc ejuſdem regis ſplendidiora, quæ quidem ſibi videbantur, facta, dona eccleſiis, maxime Dionyſianæ baſilicæ collata, aliaque pietatis ejus exempla hiſtorico more enarrat. Quid attinebat hominem poſteriorum regum ſimilia facta recenſere, quorum geſta ſcribenda non ſuſceperat?

At Dionyſianæ baſilicæ decora omnia ſcribere aggreſſus videtur. Quaſi vero monaſterii ſui hiſtoriam, omnibus numeris abſolutam, ſcribere debuerit qui *Geſta Dagoberti* pro ſuo captu celebrare ſibi propoſuit! Hoc pacto non modo Meroveadum, ſed etiam Carolinorum regum diplomata omnia, quæ pro Dionyſiana baſilica uſque ad illius Anonymi tempus, id eſt uſque ad medium ſæculum nonum, edita ſunt, recenſere debuiſſet; adeoque conficta & falſa cenſenda Carolini illius temporis diplomata & inſtrumenta, que reticuit, (hæc autem omnia reticuit) quando quidem ea non omiſſurus fuiſſet iſte Anonymus, (ſic enim aiunt) ſi tunc in cœnobii ſui archivo recondita fuiſſent. At relinquamus iſtas nugas.

CAPUT VI.

I. *Privatorum inſtrumenta expenſa, ſcilicet Chrothildis matronæ.* II. *Vandemiris optimatis.* III. *Aimoini hiſtorici & Autharii abbatis Pratenſis ætas.* IV. *Pratenſe monaſterium ſancti Germani nomine inſignitum ante ejuſdem Sancti tranſlationem.* V. *Agiradi epiſcopi privilegium.*

I. A Regiis Meroveadum archetypis venio ad privatorum ejuſdem temporis hominum inſtrumenta, in quibus primum locum obtinet nobilis cujuſdam matronæ charta, cujus ſpecimen quinto loco à me exhibitum eſt. In ea agitur de con-

CAP. VI. ſtructione monaſterii Brogarienſis, in pago Stampenſi facta prope Caſtras * opidum ab eadem matrona, quæ filiam ſuam Mummolam ibidem abbatiſſam conſtituit. Hæc charta quo pacto ad ſancti Dionyſii monaſterium pertineat, non video, nec qua ratione à Dionyſianis effingi potuerit, maxime poſt Dubletum, apud quem non reperitur. Nec forte eo uſque progredietur cenſorum noſtrorum ſeu licentia, ſeu audacia, ut id ab ipſis Dionyſianis factum ſuſpicentur, ne dicam calumnientur. Illud unum contra hanc chartam opponi poteſt, quod data dicatur anno ſexto-decimo Chlotarii regis, cui Fredegarii continuator, Aimoinus ſæculi noni (immo decimi & undecimi) ſcriptor, aliique magno numero auctores, quatuor tantum regni annos tribuunt. Aſt eum quatuordecim ſaltem integros annos, qui ad ſex-decim cavos exten[illegible] poſſunt, ipſum regnaſſe, in capite ſequenti demonſtrabimus. Nunc apud B[illegible]iam-caſtellum * (ſic enim appellant ad diſcrimen Brogariæ-ſuperioris) nullum puellare monaſterium, ſed unus ſupereſt prioratus ſub titulo ſancti Deſiderii epiſcopi Lingonenſis, ſubjectus Salmurenſi ſancti Florentii monaſterio.

* Châtres.

* Bruieres le Châtau.

II. Altera inſignis charta eſt Vandemiris locupletiſſimi optimatis, & Ercambertæ ejus conjugis, qui varias donationes faciunt eccleſiis & monaſteriis urbis & diœceſis Pariſiacæ, in his *baſilicæ domni Vincentii vel domni Germani, ubi vir venerabilis Audcharius abba preſſe videtur.* His duo opponi poſſunt: unum quod baſilicæ ſancti Vincentii Pariſienſis primus abbas fuerit Audcharius ſive Autharius, uti Aimoinus auctor ſæculi noni (ſic quidam falſo opinantur) & vulgati indices aſſerunt: alterum, quod hæc baſilica ſerius dicta ſit baſilica *domni* vel *ſancti Germani*, nimirum poſt factam ſancti Germani corporis Pippino rege tranſlationem.

III. Ad primum quod attinet, falſum eſt Aimoinum hiſtoriæ Franciæ ſcriptorem ſæculo nono vixiſſe aut ſcripſiſſe, quem Hugonis & Rotberti principatu vixiſſe, & Floriacenſem, non Pratenſem monachum fuiſſe conſtat, uti Philippus Labbeus Soc. Jeſu, aliique invictiſſimis argumentis demonſtrarunt. Nulla vero mentio eſt Audcharii ſeu Autharii abbatis apud ſincerum Aimoinum à Cheſnio editum, ſed Aimoino interpolato. quæ interpolatio non ante ſæculum duodecimum facta eſt à quodam Pratenſi monacho, qui Aimoini Floriacenſis genuinam reſcribens hiſtoriam, res ad ſuum monaſterium pertinentes ſubinde illi inſeruit. In editis quidem indicibus abbatum Pratenſium occurit primo loco Autharius: at Giſlemarus, ſæculi noni monachus Pratenſis, Droctoveum primum hujus loci abbatem ſtatuit, cui tutior fides quam vulgatis illis indicibus, poſt trecentos amplius annos digeſtis: maxime cum veteres tabulæ Autharium ad finem ſæculi ſeptimi rejiciant, nimirum ad principatum Childeberti tertii, cujus nominis æquivocatione vulgatorum indicium auctores ipſum Autharium ad Childebertum primum retulerunt. Huic errori fundamentum præbuit charta Gammonis de puellari monaſterio Lemauſenſi, quod idem Gammo ſubjicit monaſterio *ſancti Vincentii & ſanctæ crucis Pariſius civitate, ubi ſanctus Germanus in corpore quieſcit, & ubi Autharius abbas cum norma plurima monachorum præeſſe videtur.* quæ charta apud Bituricas *in conventu nobilium, in præſentia regis domni noſtri Childeberti relecta, & Pariſius civitate in monaſterio ſancti Vincentii die ſexto menſis Aprilis ſuper altare ſanctæ Crucis poſita fuit*, anno tertio ejuſdem domni noſtri Childeberti regis. Inde, ut mox dicebam, nata eſt equivocatio ſuper Childeberto rege, quem primi indicum abbatum auctores ad Childebertum primum retulerunt, ſed perperam, ut patet ex ipſius chartæ contextu, cui ſubſcripſit Turnoaldus Pariſiorum epiſcopus, quem Childeberti tertii principatu ſediſſe compertum eſt.

Neque opponas duos fuiſſe ejuſdem nominis Pratenſes abbates, unum Childeberti primi, alterum Childeberti tertii principatu. Unicum enim Autharium ſuggerunt Aimoini interpolator, & veteres abbatum noſtrorum indices, quem ad Childebertum tertium referendum eſſe domeſtica inſtrumenta probant, uti & Giſlemarus, vitæ ſancti Droctovei ſcriptor, qui nomen ſuum acroſtichis verſibus initio illius præmiſit.

IV. Jam vero Pratenſe ſanctæ Crucis & ſancti Vincentii monaſterium ſæculo ſeptimo beati Germani quoque nomine inſignitum fuiſſe ſi quis neget, indubitatis argumentis facile refelli poteſt. Unum ſuppeditat prædicta Gammonis charta, ubi monaſterium

rium *ſancti Vincentii & ſanctæ Crucis, ſanctique Germani* non ſemel appellatur, & qui- **Cap. VI.**
dem ante finem ſæculi ſeptimi, ut ex pr . miſſa Childeberti regis anni tertii chronica
nota manifeſtum eſt. Idem probatur ex authentico placito ejuſdem Childeberti regis
de prædicto monaſterio Lemauſo, in quo mentio fit *de monaſthirio ſancti Vincentii vel
domni Germani*, ubi ipſe in corpore quieſcit, dato anno ſeptimo ejuſdem Childeberti.
Utrumque hoc inſtrumentum, etſi alias à me editum, in Appendice hujus Supplementi
repono ad faciendam fidem.

¶ Si cui forte domeſtica hæc documenta non ſufficiant, externa quoque ſuperaddere
non erit operoſum. Sed in anteceſſum præmittendum eſt, Germanum Pariſiorum
antiſtitem longe ante ipſius tranſlationem, quæ ineunte Pippini principatu facta eſt,
pro ſancto habitum fuiſſe. Ejus rei manifeſtum argumentum nobis ſuppeditat Berti-
chramnus Cenomannenſis epiſcopus, ipſius diſcipulus, qui ſtatim ab ejus obitu *cellulam* [a] a *Analect. t. 3. p. 109.*
in honore ſancti magiſtri ſui, domni Germani Pariſiacæ civitatis inſignis pr..ſulis, exſtru-
xit. Unde Gregorius Turonum pontifex eumdem Germanum paſſim *ſanctum* [b] *ac beatum* b *Greg. Tur. l. 4. c. 14. & de gl. conf. c. 80. &c.*
abſolute appellat. Jam vero quod ad rem proprius facit, ſcilicet Pariſiacenſe ſanctæ
Crucis & ſancti Vincentii monaſterium eodem tempore ſancti quoque Germani no-
mine inſignitum fuiſſe, luculenter demonſtrat prædicti Bertichramni epiſcopi genui-
num teſtamentum, quo *baſilicæ domni & peculiaris patrini*, ut loquitur, ſui *Germani* »
epiſcopi, qui ipſum enutrierat & ad ſacerdotii honorem perduxerat, donat in honore »
ejus ſepulturæ villam Bobane in territorio Stampenſi, ea conditione, ut, ſi corpus »
ejuſdem beati Germani in baſilicam novam, quam inclitus Chilpericus quondam rex »
conſtruxerat, transferretur; villa ipſa eidem novæ baſilicæ deſerviret, & *abbas illuſtris* »
loci illius nomen ſuum in libro vit e recitaret. En *baſilica domni Germani* epiſcopi appel- »
latur ea ipſa, quæ paullo inferius baſilica ſancti Vincentii dicitur. Quid clarius & »
expreſſius ad propoſitum afferri poteſt? Porro hoc teſtamentum conditum eſt anno
XXXII. Chlotharii regis, Dagoberti ſenioris parentis: ac proinde non longe ab initio
ſæculi ſeptimi hæc baſilica ſancti vel domni Germani nomine jam nuncupata erat.
Denique eodem titulo afficitur, tum à beato Audoëno * in libro I. de vita ſancti Eli- * *Audoën. l. 1. vita ſancti Eligii c. 26.*
gii, cum *baſilicam ſancti Germani confeſſoris* appellat, ubi claudum *Pariſius* ad cancel-
los ejuſdem ſancti Germani Eligius erexiſſe ac ſanaviſſe perhibetur: tum in libro de vita
ſanctæ Bathildis reginæ, ſcripto ab auctore æquali, qui ante finem ſæculi ſeptimi vixit.
Hic enim auctor recenſens baſilicas, ſanctorum corporibus inſignes, quibus piiſſima
regina ſe munificam exhibuit, memorat ſeniores baſilicas ſanctorum *domni Dionyſii
& domni Germani, & domni Medardi & ſancti Petri vel domni Aniani, ſeu ſancti Mar-
tini.* ubi *domni Germani baſilic.* nomine ſine dubio intelligitur Pratenſis eccleſia, quip-
pe quæ inter Pariſienſes baſilicas ſancti Dionyſii & ſancti Petri, quæ modo baſilica
ſanctæ Genovefæ dicitur, media interponitur. Ex his omnibus manifeſtum eſſe puto,
quod demonſtrandum ſuſceperam, Pratenſe monaſterium ſancti Germani nomine ac
titulo inſignitum fuiſſe longe ante ipſius tranſlationem, quæ Pippini ſenioris ineunte
principatu, ut jam dixi, id eſt anno DCCLIV. facta eſt.

Hinc nemo non videt, quam longe à vero aberrent, qui Pratenſem baſilicam ſancti
Germani nomine ante ipſius tranſlationem decoratam fuiſſe negant; ideoque ſuſ-
pectum reddere conantur prædictum Vandemiris inſtrumentum, quo nullum illu-
ſtrius, ſi integrum eſſet, ad ſuppeditandam notitiam illius temporis monaſteriorum
diœceſis Pariſienſis, & quorumdam aliorum. In eo ſi quidem agitur de baſilica beati
Germani, forte Autiſiodorenſis apud Pariſios, cui Landbertus abbas; tum de Pratenſi
baſilica ſancti Vincentii & ſancti Germani, cui Audcharius præerat; & poſt quædam,
quorum vocabula detrita ſunt, *de domno Chriſtivilo monaſthirio puellarum in Pariſius,
ubi Landetrudis abbatiſſa præeſſe videtur.* quod quibuſdam viris doctis interpretandum
videtur de xenodochio eccleſiæ Parienſis, ſancto Chriſtophoro primitus ſacro, qui
domni Chriſtovili nomine intelligendus non ſine fundamento creditur. Poſtea in eodem
inſtrumento de baſilica Dionyſiana, ejuſque abbate Chainone fit mentio; dein de mo- * *Olainville.*
naſterio Aolini-villæ *, qui videtur eſſe locus prope Brogariam *-caſtellum haud longe * *Bruieres le Château.*
à Caſtris * opido agri Pariſienſis. Poſtea agitur de Portmauro monaſterio, nobis * *Châtres.*

Cap VI. ignoto; & de Fontanella monaſterio ſancti Petri, *ubi domnus Vando in corpore requieſcit*, alio nomine Wandregeſilus dictus, ſic enim legendum, non *domnus Landoinus*, ut antea legeram. Denique ex eodem inſtrumento intelligimus, quod alia quoque vetera monumenta docent, Pariſienſem beatæ Mariæ eccleſiam, cui tum Sigofridus epiſcopus præfuiſſe dicitur, ſancti quoque Stephani titulo inſignitam fuiſſe. Hinc etiam evincitur, eos malignæ criminationis notam non effugituros, qui prædictum inſtrumentum à Dionyſianis confictum dixerint poſt librum à Dubleto editum, apud quem deeſt: cum illud non tam ſpectet Dionyſianos, quam alia monaſteria, quorum, paucis exceptis, vel obſcurata, vel obſoleta memoria eſt.

V. Quod attinet ad privilegium, quod Agiradus Carnutum epiſcopus monaſterio ſanctæ Mariæ ad Ligerim ab Adrebertana matrona, Adeodati anteceſſoris ſui matre, conſtructo indulſit; nihil eſt quod in eo carpere poſſit atrocior quævis cenſura, præter ſtilum forte & orthographiam, quæ vitia ſunt illius ætatis. Quid enim ad ſancti Dionyſii abbatiam hoc privilegium? cum ne quidem quodnam illud ſit ſanctæ Mariæ monaſterium ſciatur, *niſi quod ad Ligerim poſitum legitur in mutilo inſtrumento*, & quidem *intra muros cujuſdam opidi diœceſis Carnutenſis. Ceterum indubitati* hujus authentici ſcriptura, *ceteris illius temporis à me relatis omnino conſimilis, ad* hoc ſaltem valet, ut aliarum auctoritatem confirmet, & *quorumdam epiſcoporum* ætatem.

CAPUT VII.

I. *De notis chronologicis regum Meroveadum.* **II.** *Dagoberti ſenioris.* III. *Sigiberti.* IV. *Et Chlodovei ejus filiorum.* V. *Chlotharii tertii.* VI. *Fratrumque ejus Childerici.* VII. *Et Theoderici.* VIII. *Necnon Dagoberti Auſtraſiæ regis.* IX. *Tum Childeberti, & filii ejus Dagoberti.*

I. AD rem diplomaticam maxime pertinet agere de chronicis notis diplomatum regum Francorum, præſertim Meroveadum, in quibus elucidandis non leves occurrunt difficultates. Harum origo ex eo petitur, quod priſci illi Francorum reges diplomata & præcepta ſua nec annis incarnationis, nec indictione ſubnotabant, ſed ſolis regni ſui annis: quibus cum æra chriſtiana conciliandis per ſexcentos amplius annos incaſſum laboratum eſt. unde innumeri irrepſere errores in medii temporis hiſtoricos, qui annos illorum regum cum annis incarnationis componere tentarunt. Huic difficultati accedebat & altera, ſcilicet ex eorumdem regum nominum æquivocatione, ex qua factum eſt, ut quod uni tribuendum erat, alteri ejuſdem nominis tribueretur, immani paſſim temporum confuſione. Sic Pratenſis ſancti Germani abbas Autcharius, quem ſub Childeberto rege, ejus nominis tertio, ex vetuſtis monumentis vixiſſe conſtat, ut modo vidimus, ad Childebertum primum relatus eſt. Sic monaſterii ſancti Michaëlis ad Moſam conſtructio, quæ Childeberto regnante facta dicebatur in teſtamento Wolfoaldi comitis ejus conditoris, ad Childebertum ſecundum à multis ſæculis revocata fuit, quam Childeberti tertii, annis amplius centum ſummoti, principatu factam eſſe certum eſt.

Ex his itaque capitibus natæ ſunt innumeræ in chronologia regum Meroveadum difficultates, immo & confuſiones, quæ tandem noſtro tempore ita eliquatæ ſunt, ut nulla fere ſuperſit modo inter viros hac in arte eruditos diſceptatio. In tribus maxime locis à recto calculo antehac aberratum erat. Primo in extremo Chlodovei Magni anno, quem triennio ſerius, id eſt anno D XIV. reponebat Sigebertus, aliique poſt eum chronographi: qui error in ſequentium regum annos propagatus erat. Alter locus eſt in aſſignando principio regni Dagoberti ſenioris, cui annos ſexdecim tribuit idem auctor ab obitu patris. Tertius in annis regni Chlotharii tertii, cui annos tantum quatuor multi aſſignant. Nunc conſtat apud omnes, Chlodoveum Magnum anno D XI.

deceſſiſſe : at de aliis duobus, etſi viri docti modo fere conſentiant, hic tamen ad excutienda quorumdam dubia fuſius agendum eſt, ad ſupplenda ea, quæ ſtrictim in libro ſecundo de re Diplomatica diximus.

II. Ad primum ex his duobus quod attinet, Dagobertum annis ſexdecim regnaviſſe conſtat apud omnes. Sed, cum annis ſex cum patre Chlothario regnaverit; alii hos ſexdecim annos ab obitu patris, quæ Sigeberti ejuſque ſequacium ſententia eſt, id eſt ab anno DC XXVIII. alii ab anno DC XXII. quo, vivente patre ad ſex annos rex Auſtriæ dictus eſt, numerandos exiſtimant. Unde prioris ſententiæ auctores Dagoberti obitum anno DC XLIV. alii ſexennio prius, ſeu anno DC XXXVIII. collocant. Hæc controverſia Fredegarii ſcholaſtici potiſſimum auctoritate dirimenda eſt.

Atqui hic auctor, ipſius regis æqualis, Dagoberti ſexdecim illos annos non ab obitu patris, ſed ab eo anno, quo rex Auſtriæ vivente patre renuntiatus eſt, manifeſte numerat; eique decem tantum annos poſt patris mortem tribuit. Id luce clarius patet ex ipſa ejuſdem chronici continua ſerie, in quo Fredegarius, numeratis Dagoberti in Auſtria, vivente Chlothario patre, ſex regni annis, ſeptimum ejuſdem ſtatim à patris obitu computat, nec plures ut mox dicebam, quam decem in conſequentibus numerat, ut ex prædicti chronici [a] lectione quivis facile intelligere poteſt. Si ergo Chlotharius anno DC XXVIII. ut omnes eruditi modo conſentiunt, fato functus eſt; cum Dagobertus ejus filius annis tantum decem ſupervixerit, eum anno DC XXXVIII. obiiſſe conſequens eſt. Fredegarii ſententiam prope interpretatur Hermannus-Contractus, niſi quod Chlotharii obitum biennio differt. nam, relata ejus morte ad annum DC XXX. mox ſubdit *Ejus regnum Dagobertus accipiens, cum jam ſex annis regnaſſet, decem annis poſtea rexit.* Nec melius, nec expreſſius hic auctor Fredegarium commentari poterat.

[a] *Fredeg. chron. c. 56. & ſeqq.*

Porro hanc eſſe Fredegarii mentem ex aliis ejuſdem locis manifeſte evincitur. Primo quidem ex capite LXXIII. ubi Siſibutum Hiſpanorum regem defunctum ſcribit anno Dagoberti regis nono; eodemque anno Siſenandum, rejecto Sintela, ſubſtitutum fuiſſe. Atqui Siſenandus regnare cœpit anno DC XXXI. ut ex eo patet, quod Toletanum concilium IV. convocatum eſt *anno tertio regnante glorioſiſſimo Siſenando*, & quidem *æra ſexcenteſima ſeptuageſima-prima*, id eſt anno Chriſti DC XXXIII. adeoque ex mente Fredegarii annus Dagoberti regis nonus coincidit cum æræ chriſtianæ anno DC XXXI. nonus, inquam, ab inito Auſtraſiæ, non Burgundiæ principatu. Denique, quod rem omnino conficit, Fredegarius, poſteaquam Dagoberti obitum retulit, ſcribit capite LXXXII. Sintelam ſeu Suintilam, aliis Chintilam, qui, mortuo Siſenando, in regnum ſub finem anni DC XXXV. reſtitutus fuerat, mortuum eſſe *anno ſecundo Chlodovei regis* Dagoberti filii ac ſucceſſoris, poſtquam ſcilicet regnaviſſet quatuor annis, ut rotundo calculo ſcribit Rudericus Toletanus; ſeu annis tribus, menſibus undecim, cum ſexdecim diebus, ſicuti numerat Mariana, qui Chintilæ ſeu Sintelæ obitum anno DC XXXIX. ſtatuit. Ergo anno præcedente obierat Dagobertus. ſiquidem Sintela deceſſit *anno ſecundo Chlodovei regis*, teſte Fredegario. Hæc aliaque argumenta Henſchenio, qui alteram opinionem conſtanter propugnaverat, tam efficacia viſa ſunt, ut in hanc demum ſententiam conceſſerit.

III. Dagobertus moriens duos filios reliquit ſui regni ſucceſſores, Sigibertum natu-majorem, & Chlodoveum. Sigibertus, vix quadrimus, ſexto ante patris obitum anno rex Auſtraſiæ dictus fuerat: at quam diu poſt patrem regnaverit, non ita exploratum, deficiente Fredegarii chronico, quod in anno regni ejus decimo deſinit, Chlodovei regis quarto. Nihil de eo apud primum Fredegarii continuatorem. Sigebertus monachus in libro de ejus vita, non ſatis accuratus auctor, annos ætatis triginta & unum ei tribuit, regni viginti-octo. Aſt ab ejus ſententia recedunt peritiores chronographi, qui Sigiberto regni annos tantum unum & viginti aſſignant. Nihil lucis huc affulget ex litteris ejus pro conſtructione monaſteriorum Stabulenſis & Malmundarienſis, utpote deſtitutis chronicis notis: niſi quod Remaclus in his litteris jam tum epiſcopus dicitur, qui ad hanc dignitatem anno circiter DC LIII. pervenit. Certe regem

CAP. VII. Sigibertum annum à patris obitu ſaltem decimum-ſeptimum attigiſſe conſtat ex auctore gravi, qui librum de geſtis ſancti Deſiderii Cadurcenſis epiſcopi ſcripſit. qui auctor, ducto calculo à morte Dagoberti, ait, Deſiderium *ſub anno* XVI. *Sigiberti regis teſtamentum* condidiſſe, ejuſdemque VII. *& decimo regni anno* (ſic in optimæ notæ codice Moiſiacenſi legitur) Albigenſe territorium viſitaſſe. Uno verbo, id unum certum & exploratum, Sigibertum paullo ante fratrem Chlodoveum obiiſſe. nam non tantum in ejus vita, ſed etiam in libro de geſtis regum Francorum, qui Theoderici Calenſis principatu ſcriptus eſt, Grimoaldus major-domus, qui poſt Sigiberti regis obitum filium ſuum Childebertum, expulſo Dagoberto Sigiberti filio, regem Auſtraſiæ conſtituere volebat, à Francis adductus fuiſſe dicitur, & delatus *ad condemnandum regi Francorum Chlodoveo, & Pariſius civitate in carcere mancipatus* vitam finiſſe. Idem Sigibertus plures filios habuiſſe memoratur in libro de vita ſancti Boniti epiſcopi Arvernenſis: at unicum ſuperſtitem reliquit filium Dagobertum, qui à Grimoaldo in Scotiam relegatus, in patrium regnum poſt mortem Chlotharii revocatus eſt, ut inferius videbimus.

IV. Chlodoveus Sigiberti frater, mortuo patre, Neuſtriæ regnum adeptus eſt. Dagobertus anno regni ſexto-decimo deceſſit XIV. Kal. Februarii, ineunte anno DC XXXVIII. ex præmiſſis. Fredegarius annum regni Chlodovei ſecundum, ut vidimus, numerat, quo Sintela rex Hiſpaniæ obiit, cujus obitum Mariana, ut mox dicebam, reponit anno DC XXXIX. adeoque anno præcedente Chlodoveus regnare occœperat. Huic calculo illud favet, quod ipſius Chlodovei rogatu Luxovienſi monaſterio & cuidam parthenoni beatæ Mariæ & ſanctæ Columbæ privilegia indulſit Johannes [a] papa IV. qui pontificatum iniit anno DC XXXIX. eumque poſt biennium non integrum Theodoro morte ſua reſignavit.

[a] V. tom. I. Annal Benedict. p. 382.

Ex his manifeſta ſunt Chlodovei principatus initia. Is annis octodecim regnaviſſe dicitur à primo Fredegarii continuatore & anonymo Dionyſiano. Pervenit itaque ſecundum hunc calculum ad annum DC LVI. Id vero invicte confirmatur inſcriptione vitæ ſancti Johannis abbatis Reomaenſis, qualis ea reperitur in codice Foſſatenſi, ubi legitur, Johannem abbatem juſſu Chlotharii regis, Chlodovei filii, & Balthildis reginæ, Cabilonem proficiſcentem, Reomaum acceſſiſſe *anno centeſimo* ſecundæ periodi cycli Victorii epiſcopi, *anno tertio Chlotharii regis*. Hanc inſcriptionem, quæ in editis tantum dimidiata eſt, ex codice Foſſatenſi exhibere non erit otioſum.

*Anno centeſimo poſt explicionem numeri ſancti Victori epiſcopi ciclum recapitulantem, anno tertio domni Clotharii regis indolis, ex juſſo ipſius principes, vel genitricæ ſuæ præcelſæ domnæ Balthildæ reginæ, cum ad urbem Cabalonnenſem noni menſis ſecunda ebdomada Jonas abbas per Riomao ſancti Johannis monaſterio præteriens, paucis diebus inibi pro labore itineris quievit. Cumque victus precibus fratrum ipſius cœnubii, ut qui per diſcipulus memorati confeſſoris Chriſti vel poſteris eorum veraciter comperta erant, de actuale vita hat * ſpirituale converſatione, articulo dicendi convertit, prædictus Jonas Hunnanæ abbati inquit.* Ut præmiſſæ inſcriptionis ſenſus capiatur, obſervandum eſt, Victorii Aquitani epiſcopi paſcalem cyclum ab anno Chriſti viceſimo-octavo, qui paſſionis ejus tunc credebatur, incipientem, annis quingentis-triginta-duobus conſtitiſſe: quibus addendi ſunt anni viginti-ſeptem, ut ad vulgarem æræ chriſtianæ calculum prima illius cycli periodus revocetur. Itaque prima illi Victorii periodus deſinit in anno quingenteſimo-quinquageſimo-nono. Ex his intelligitur, annum ab ejuſdem cycli recapitulatione centeſimum, quem præmiſſa inſcriptio præfert, coincidere cum anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-nono: qui annus, ex Jona, Chlotharii tertius erat, menſis noni ſeu Novembris hebdomadâ ſecundâ. Unde conſequens eſt, Chlotharium Chlodoveo patri ſucceſſiſſe ſaltem deſinente anno DC LVI. ſi de fluente Chlotharii tertio anno Jonam interpretemur: ſi vero de anno jam circumacto & exacto, maturius id accidiſſe. Ut vero poſteriorem ſenſum præferam, illud me movet, quod Chlodoveus ejus parens ineunte anno DC XXXVIII. ſucceſſit Dagoberto patri, XIV. Kal. Februarias illius anni mortuo; idemque anno regni ſui octavo-decimo è vita migravit, adeoque ineunte anno DC LVI. cui ſtatim filius ejus Chlotharius ſucceſſit. Itaque rotundo numero, ut fit

* ac.

non

non raro, Jonas annum ejus tertium ad menſem nonum anni DC LIX. retuliſſe dicendus eſt, etſi annus tertius jam elapſus eſſet. Nihil luculentius aut validius afferri poteſt ad demonſtrandum Chlodovei junioris extremum annum: cum hæc inſcriptio auctorem habeat Jonam abbatem, hominem æqualem & eruditum, qui Cabilonem miſſus fuerat juſſu ipſius Chlotharii, ejuſque matris Balthildis, anno tertio poſt obitum ipſius Chlodovei ejus parentis, cujus obitus dies ignoratur: tametſi anno DC LVI. necdum adulto, ut modo dicebam, è vivis exceſſit. Cap. VII.

Adverſæ auctores ſententiæ, qui Dagobertum annis ſexdecim à patris obitu regnaviſſe, adeoque anno DC XLIV. deceſſiſſe contendunt, his opponunt ineluctabile, ut ipſis videtur, &, ut verum fatear, difficile argumentum ex libro II. ſancti Audoëni de vita beati Eligii capite II. ubi Audoënus ait, ſe ac beatum Eligium convenientes *in urbem Rotomagenſem quarto-decimo die menſis tertii*, id eſt Maii, *tertio anno Chlodovei, juvenculi adhuc regis, die dominico ante Letanias* conſecratos fuiſſe, ſe quidem *Rodomo, illum vero Noviomo.* quæ chronicæ notæ nonniſi anno DC XLVI. conveniunt: quo anno, littera dominicali A prædito, paſcha in diem nonam Aprilis; dominica ante Litanias ſeu Rogationes in Maii quartam-decimam diem incidebat. Si ergo is annus Chlodovei tertius erat, Dagobertus ejus parens anno DC XLIV. obiiſſe dicendus eſt.

Ut hunc nodum ſolvat Carolus Cointius, ita illum Audoëni contextum diſpungit, ut ipſe Audoënus & Eligius Rotomagum ſimul convenerint *quarto-decimo die menſis tertii*: at nonniſi dominica inſequente ante Litanias, ſcilicet viceſimo-primo die menſis tertii, conſecrati fuerint epiſcopi, id eſt anno DC XL. quo paſcha die Aprilis ſextodecimo celebratum eſt. Hæc ſolutio mihi, fateor, prima fronte multum arriſit. at, cum in Noviomenſis eccleſiæ Kalendario, quod libro Pſalmorum ab annis fere ſeptingentis manu exarato præmiſſum eſt, ordinatio beati Eligii *pridie idus Maii*, id eſt quarta-decima ejus menſis die, conſignetur; tantiſper ab aſſenſu prædictæ expoſitionis demotus ſum. verum, libratis invictiſſimis aliunde noſtræ ſententiæ argumentis, huic explicationi, dum melior occurrat, adhærendum eſſe duxi, hac inductus ratione, quod, etſi ſancti Eligii depoſitio haud longe poſt ipſius obitum celebrata fuerit, non tamen ſtatim ejus ordinatio (quod etiam de beato Audoëno dicendum) peculiari cultu honorata ſit, ſed poſt annos forſan ducentos: qui vero eam eccleſiæ ſuæ Kalendariis inſcripſere primi, ex loco Audoëni male intellecto eam collocaverint die quarta-decima menſis Maii, quæ viceſima-prima reponenda erat.

Duas alias hujus nodi ſolutiones profert Henſchenius in exegeſi præliminari ad tomum tertium Aprilis, quas ibidem videre licet. Prima eſt, *dominicam* ante Litanias ſeu Rogationes eam poſſe dici, qua populo Rogationes forte annuntiabantur, id eſt dominicam quartam poſt paſcha, quæ anno DC XL. in quartum-decimum menſis tertii ſeu Maii incidebat. Verum hæc ſolutio ſtare non poteſt cum Audoëni contextu, ubi ipſe & Eligius ordinati dicuntur eo tempore, quo *apud Gallias Rogationes à cuncto populo celebrabantur*, non tantum annuntiabantur. An vero alia ſolutio, ex diverſo petita ritu, qui aliquando contigit, octiduo citius vel ſerius celebrandi paſchatis, præferenda ſit, viderint aſtronomi. Forte in anno tertio Chlodovei à notariis erratum eſt.

Ceterum nemo, quod quidem ſciam, ante præcedens ſæculum, Audoëni & Eligii ordinationem anno DC XLVI. defixit, ſed eam potius anticipato retulere omnes. Alii quippe ante id tempus anno DC XXXIV. ut chronographus Rotomagenſis apud Labbeum [a]; alii anno DC XXXVI. ut Fiſcamnenſis [b] apud eumdem, Audoënum, adeoque Eligium, ordinatum fuiſſe ſcripſerunt. ubi Labbeus, horum chronicorum editor, intra parentheſim de ſuo addidit annum DC XLVI. quod quidem admonere ſupervacaneum eſſet, niſi quidam nuper hac arbitraria lectione abuſus eſſet, quaſi hæc ſit genuina lectio veterum illorum chronicorum.

[a] *Labbe to. I. bibl. p. 365.*
[b] *Ibid. p. 325.*

Poſſem huc proferre argumentum ex libro jam laudato vitæ ſancti Deſiderii epiſcopi Cadurcenſis ad probandum, annos ſexdecim Dagoberti ab inito Auſtraſiæ principatu numerandos eſſe. Verum, ne longior ſim, ſatis ſit locum indicare, ubi hoc argumentum data opera expendi, ſcilicet Diſſertationem hiſtoricam de anno mortis

CAP. VII. Dagoberti primi & Chlodovei junioris, quæ tomo tertio Analectorum noſtrorum ſubjuncta eſt.

V. Chlodoveus vix annos ætatis viginti-duos exceſſerat, cum deceſſit, relictis tribus ex Balthilde regina filiis, Chlothario, Childerico & Theoderico. Deceſſit autem anno DCLVI. ut jam dixi, non admodum provecto, ſiquidem annis tantum octodecim regnavit à morte Dagoberti patris, qui menſe Januario anni DC XXXVIII. regnare ac vivere deſierat. Chlodoveum deceſſiſſe *amentem* ob ſubreptum ſancti Dionyſii brachium primus ſcripſit anonymus Dionyſianus, quem ceteri fere poſteriores hiſtorici ſecuti ſunt, non bonum utique ducem. Et rapti quidem ab eo brachii mentionem facit ſcriptor libri de geſtis regum Francorum, ſubæqualis: at de amentia ſilet. quam ſane fabulam (ſic enim appellare licet) beati Audoëni teſtimonio refelli poſſe exiſtimo. Is enim ſancti Eligii viſum de Chlodoveo rege, tribuſque ejus filiis relaturus in Eligianæ vitæ libro II. capite XXX. id contigiſſe ait, cum *rex ac regina*, Chlodoveus ac Balthildis ejus conjux, *pacifice grateque conſiſterent*. quod certe non videtur dicturus fuiſſe, ſi tunc amens fuiſſet Chlodoveus. Quid enim pacificum & gratum cum rege amente eſſe poſſit? Et forte inde refelli quoque poteſt auctor, qui libellum de geſtis regum Francorum ſcripſit, ubi ait, Chlodoveum ſcortationibus & vino deditum fuiſſe. quod ſane regnum ejus non admodum gratum reddidiſſet.

Chlodovei mortui regnum ſub tutela Balthildis matris Chlotharius, vix quatuor annorum puer, ſolus obtinuit, dum fratres regnandi habiles eſſent. Id diſertis verbis teſtatur mox laudatus ſcriptor libri de geſtis regum Francorum, Fredegario ſuppar, capite XXIV. ubi mortuo Chlodoveo ſtatim *Franci Chlotharium, ſeniorem puerum ex tribus, ſibi regem ſtatuiſſe* perhibentur, *cum ipſa regina matre regnaturum*. Nec minus diſerte anonymus auctor æqualis in libello vitæ beatæ Balthildis in hæc verba: *Rex Chlodoveus, vir egregius, migravit à corpore; relictaque ſobole filiorum cum matre, ſuſcepit ilico poſt eum filius ejus Chlotharius Francorum regnum.* Itaque primum quidem Francorum monarchiam Chlotharius cum regina matre tenuit ad quatuor minimum annos: dein vero Childericus Auſtraſiæ regno impoſitus fuit. quod idem auctor mox ſubdit. *Tunc enim nuper & Auſtraſii pacifico ordine, ordinante domna Balthilde, per conſilium quidem ſeniorum, receperunt Childericum filium ejus regem Auſtri.* ubi *nuper* quatuor minimum aut quinque annos ab inita à Chlothario monarchia ſignificat.

Interim Theodericus privatam agebat vitam ſub Balthilde matre & rege Chlothario. quod ſatis innuit Audoënus in libro II. de vita ſancti Eligii, capite LXXIV. ubi die quadam *duo reges germani, Lotharius ſcilicet & Theodericus*, è palatio Noviomenſi egreſſi, *gratia orationis* ad beati Eligii tumulum acceſſiſſe dicuntur; indeque, *oratione facta, cum redirent ad regiam*, admoniti fuiſſe, *ut aliquid eleemoſinæ ob ſancti venerationem eidem loco tribuerent.* quod cum *rex ſenior*, id eſt Chlotharius, neglexiſſet, *ingreſſus palatium*, febri ac dentium acri dolore correptus fuit. Ambo itaque germani in eodem palatio una degebant; & Theodericus quidem privatus, ut mox dicebam, ſub Chlothario fratre regnante, cum Auſtriæ Childericus dominaretur. Nec obſtat, quod ambo germani *reges* ab Audoëno appellantur. nam & regum filii *reges*, & filiæ *reginæ* tunc dicebantur, ut ſexcentis exemplis patet. unde Chramnus, Chlotharii I. filius, *rex* à Gregorio [a] Turonum epiſcopo vocatur, tametſi rex non eſſet.

Id contigit paullo poſt ſancti Eligii obitum, qui ſub finem anni DC LIX. Kalendis Decembris accidit: cujus funeri *regina Balthildis cum filiis & optimatibus*, teſte Audoëno [b], *adfuit*, eademque ejus tranſlationi, quæ anno [c] ſequenti, eadem die recurrente facta eſt. Non multo poſt *vaſtabat* [d] *morbus acerrime nonnullas civitates Franciæ.* quo tempore *comes quidam urbis Tiroandenſis* ſeu Teruannenſis, *nomine Ingomarus, nimium metuens vaſtantem circumquaque peſtem*, audito miraculo manantis è ſancti Eligii tumulo ſacri liquoris, ex eo nonnihil ſibi dari poſtulavit, accepitque; eumque prædiorum ſuorum habitatoribus diſtribuit, quos illo ſalutari liquore contingi curavit. Sic factum eſt, *ut, cum undique provinciam morbus vallaret, nullus eorum, qui ad eum pertinebant, peſtis tunc incommodum ſenſerit.* Non dubito quin id referendum ſit ad annum DC LXIV. quo anno ingens peſtilentiæ lues Angliam & Hiberniam magnopere infeſtavit, ut teſta-

a Greg. lib. 4. c. 13.
b Audoën. lib. 2. c. 34.
c Ibid. c. 45.
d Ibid. c. 40.

tur venerabilis Beda in hiſtoria [a] ſua, necnon chronologia Saxonica. Hic locus maximè valet contra eos, qui Eligii, adeoque Chlodovei junioris obitum ad ſex annos differunt.

a Beda. lib. 3. c. 27.

Fredegarii primus tempore continuator eſt anonymus Auſtraſianus, qui res geſtas ab anno DCLXXX. proſecutus eſt. Sed, quia inter Fredegarium & primum illum continuatorem hiatus erat annorum circiter triginta-novem, hunc quidam anonymus, parum accuratus, ex libro de geſtis regum Francorum & ex geſtis Dagoberti, aliiſque chronicis utcumque ſupplevit: cujus nulla fere apud eruditos auctoritas. In primis nulla huic anonymo, ejuſque ſequacibus, Aimoïno, aliiſque habenda fides, cum aiunt Chlotharium annos tantum quatuor regnaviſſe; niſi id intelligatur de toto Francorum regno, vel de Auſtraſiano, quo Chlotharius annis dumtaxat quatuor potitus eſt. Anonymi error multis capitibus certo arguitur, præſertim ex actis ſancti Leodegarii, ab Urſino auctore gravi & æquali conſcriptis. Nam ex his actis Chlotharius cum Balthilde *regens Francorum regnum*, Leodegarium promovit ad epiſcopatum Æduenſis eccleſiæ, *quam cum per annos decem gubernaret, eodem tempore rex Hlotharius, qui eum conſtituerat epiſcopum, defunctus eſt.* Atqui vix ante annum Chlotharii regni quintum ad epiſcopatum promotus fuit Leodegarius. Annos igitur minimum quatuordecim vel quindecim integros ex his actis Chlotharius regnaſſe dicendus eſt. Certe quatuordecim regni annos, haud dubie rotundo numero, ei tribuit vitæ ſancti Wandregiſili ſcriptor ejus temporis, apud quem Chlotharius *quartum decimum regni agens annum*, ſecundum viri Dei propheriam, conſortiis humanis ſubtractus fuiſſe dicitur. Denique procreandis liberis jam habilis erat, antequam decederet: cum eidem mortuo ſuppoſitus ſit filius, ſub Chlodovei nomine, quem Auſtraſiani in regnum provexerunt, ut anonymus in libro de vita ſancti Leodegarii teſtatur. At quî fieri potuit, ut Chlotharius, qui patri vix quadrimus ſucceſſerat, filium habuiſſe dictus ſit, ſuaderique cum aliqua veri ſimilitudine potuerit, ſi quatuor dumtaxat annis regnavit? alias octennis filium procreaſſe dicendus eſſet, quod vix competere poteſt annorum octodecim adoleſcenti. atque adeo annum ætatis viceſimum attigiſſe videtur Chlotharius, nec minus annis ſexdecim regnaviſſe, cùm vix quadrimus patri ſucceſſerit. Et quidem annus regni ejus ſextus-decimus notatur in charta Vandemiris authentica ſuperius laudata, cujus auctoritas præferenda eſt quorumvis aliorum auctorum teſtimonio, qui rotundo, ut fit, numero annos regni Chlothariani expreſſerint, in illa charta diligentius notatos. Non enim ex auctoribus parum accuratis, qualis eſt ille anonymus, authentica inſtrumenta; ſed ex his authenticis auctores illi emendandi ſunt. Audio quemdam eruditiſſimum virum opinari, me allucinatum fuiſſe in explicanda ultima numerica nota chartæ Vandemiris, & pro Chlotharii regis anno XVI. legendum eſſe anno XIV. ultima quippe illa nota, quam in tabella XX. libri V. de re Diplomatica videre licet, non ſex, ſed quatuor dumtaxat ſignificari. Verum interpretationem hac de re meam certam & indubitatam eſſe facile demonſtrari poteſt multis exemplis, quorum unum peto ex veterrimo noſtro codice Conciliorum, ſcripto ſæculo ſexto, in quo conciliorum canones continua ſerie prænotantur numericis notis; ſexti vero quilibet canones, & qui ſextum numerum habent canones ſubſequentes XVI. XXVI. eadem ſemper nota, qua Vandemiris charta, deſignantur. Itaque non dubium eſt, quin Chlothario annus regni ſextus-decimus, ſaltem inchoatus, ex illa charta tribuendus ſit. quod amplius ex conſequentibus elucеſcet.

VI. Pervenerit itaque neceſſe eſt ad annum Chriſti ſexcenteſimum ſeptuageſimumprimum, aut ſequentis initium Chlotharius: quando quidem ejus principatus initium ab anno DCLVI. necdum valde, ut jam dixi, provecto, deſumendum eſt, cum patri ſucceſſit. Chlothario mortuo, Childericum ejus fratrem jam *Auſtraſiorum regem, in adoleſcentia regnum juxta ſui temporis ætatem optime diſponentem, elegit quædam pars Francorum*, ut eum regem haberet, teſte Urſino: Ebroinus vero, qui major-domus ſub Chlothario fuerat, Theodericum ejus fratrem in regium Neuſtriæ thronum ſublimare volebat; eumque rè vera uno anno regnaviſſe tradunt Sigebertus & Albericus. Verum prævaluit pars Childerici, qui confirmatus in Neuſtriæ regno, *germanum ſuum Theodericum*

Cap. VII. *cuidam Dei ſervo conſervandum ac nutriendum dedit*, in monaſterio ſcilicet Dionyſiano; & Leodegarium pontificem *majorem-domus ſuæ* [a] conſtituiſſe dicitur, Ebroino in Luxovienſe monaſterium relegato.

a V. ſupra cap. 5. n. 2.

Vix trimus erat Childericus, cum patrem amiſit, annum ætatis viceſimum-ſecundum agentem. Non ſtatim ab ejus obitu Auſtraſiæ regno, ſed poſt annos minimum quinque impoſitus fuit. Illud argumento eſt, quod anno regni ſui octavo jam uxorem duxerat Bilechildem, ut conſtat ex optimæ notæ præcepto, quod ipſe Childericus, Emnechildis & Bilechildis reginæ Stabulenſi & Malmundarienſi monaſteriis indulſerat, à Bollandianis [b] relato in analectis ad vitam ſancti Sigiberti. Atqui non ante annum ætatis quintum decimum uxorem ducere potuit. Si ergo trimus tantum erat, ut quidem conſtat, cum patrem, vix annos viginti-duos natum, amiſit; non ante octavum ætatis annum Auſtraſiæ regnum iniit, cujus regni anno octavo jam conjugatus erat. Emnechildis ſeu Imnechildis uxor fuerat Sigiberti regis; Bilechildem vero eorum filiam fuiſſe colligere licet ex anonymi libro de geſtis ſancti Leodegarii, qui Childericum arguiſſe dicitur, *quod regina, quam habebat conjugem, filia ſui eſſet avunculi.* quo nomine patruum etiam veteres ſignificabant. Hoc temporis intervallo Dado ſeu Audoënus epiſcopus Rotomagenſis ſecundum librum ſcribebat de vita beati Eligii epiſcopi, qui Chlodovei obitum triceſimo die [c] ante predixerat, triumque ejus filiorum ſortem trium ſtellarum indicio, quorum maximus-natu, cum ad *horam pæne meridianam*, id eſt virilem ætatem, accederet, *diem obiens, dum quiete tranquilleque regnaret, duos ſuperſtites fratres reliquit.* De duobus aliis vaticinatus eſt Eligius quod *poſt hoc non longo ſpatio*, ex duobus unus quoque regno privandus eſſet, ſcilicet Childericus; tertius *ſolus* monarchiam adepturus.

b Bollan. 1. Febr.

c Audoën. lib. 2. c. 30.

Cum hæc ſcriberet Audoënus, eventum exſpectabat hujus vaticinii, quod paullo poſt impletum eſt. nam, cum Bodilonem, ad ſtipitem alligatum, flagris cecidiſſet Childericus; eo uſque Francorum optimatum animos exaſperavit, ut illi eum una cum uxore Bilechilde & Dagoberto filio in cunis, venationi in ſilva operam dantem, interemerint anno DC LXXIV. aut inſequente, cum annum in Auſtria quartum-decimum, ut in chronico [d] Tiliano legitur, quartum vero in Neuſtria & Burgundia poſt mortem Chlotharii ageret. Id facile colligere licet ex Urſini libro de vita Leodegarii: ubi, Childerico in Neuſtriæ regnum ſublimato, Leodegarius palatii rector *pæne annis tribus* cum decore magno regni negotia procuraſſe dicitur; ſed ex eo tempore Childericum infeſtum habuiſſe, à quo facultatem ſecedendi in Luxovienſe monaſterium obtinuerit. quo facto, non multo poſt rex ipſe interierit.

d Cheſn. to. 1. p. 781.

VII. Verum nullo alio argumento amplius illuſtratur Childerici principatus initium ac finis, quam fragmento vitæ Lantberti, Fontanellenſis primum abbatis poſt ſanctum Wandregiſilum, ac demum epiſcopi Lugdunenſis. In illo enim fragmento, quod à me in appendice Sæculi tertii [e] Benedictini editum eſt, Lantbertus Wandregiſilo ſucceſſiſſe dicitur *juvenculi regis Lotharii anno undecimo*, id eſt anno DC LXVI. aut inſequenti (quod ad annum DC LXV. male retulit interpolator) & ab Hilderico rege duos fiſcos obtinuiſſe. *Edita eſt autem hæc regia largitio*, inquit auctor, *Arlauno jocundo palatio, undecimo anno præfati regis in Auſtria, qui fuerat primus in Neuſtria; porro ejuſdem rectoris cœnobii lucidiſſimi*, ſcilicet Lantberti, *anno quinto.* Nihil luculentius ad probandum, Childericum decem annis in Auſtria regnaviſſe, ante quam in Neuſtriæ regno ſuccederet fratri Chlothario, cujus annum undecimum componit idem auctor cum anno primo Lantberti abbatis; Lantberti vero annum quintum cum anno primo Childerici in Neuſtria, qui Chlotharii annus ultimus fuit. Adde quinque illos annos prædictis undecim annis, & ſic Chlotharium ad annum regni ſextum-decimum perveniſſe intelliges.

e Sæc. 3. Bened. to. 1. p. 463.

Non integros annos quatuor, ut mox dicebam, in Neuſtria regnavit Childericus. quod ex libello de vita Condedi Fontanellenſis monachi confirmatur, ſi cum prædicta Lantberti abbatis vita comparetur. Hujus enim abbatis annus quintus cum anno Childerici in Neuſtria primo, ut mox vidimus, componitur; annus vero ejuſdem abbatis nonus in quadam donatione Condedo [f] facta cum anno tertio Theoderici regis,

f Sæc. 2. Bened. p. 864.

regis, cujus proinde annus primus cum anno Childerici quarto coincidit ante ſextum idus Octobris, quo die hæc largitio facta dicitur *ſub anno tertio præfati regis, qui erat Lantberti abbatis annus nonus.*

Idem calculus ex eodem vitæ Lantberti fragmento confirmatur; in quo Lantbertus Fontanellam rexiſſe dicitur *annos tredecim & menſes octo* ſub tribus fratribus, Chlothario, Childerico & Theoderico: cujus Theoderici anno quinto Lantbertus ad ſedem Lugdunenſem poſt Geneſium promotus eſt, ſucceſſorem in Fontanellæ regimine ſortitus Anſbertum, cujus annus ſecundus cum anno Theoderici regis ſeptimo componitur in libello de vita Condedi [a], ubi largitio Belcinnacæ inſulæ Condedo confirmata legitur *anno ſeptimo regis Theoderici, gubernante anno ſecundo beato Ansberto Fontanellam.*

[a] Sæc. 2. Bened. p. 864.

Ex his omnibus ſic ordinanda videtur trium prædictorum fratrum regni ſeries. Chlotharius, fratrum natu-maximus, patri Chlodoveo ſucceſſit anno DCLVI. necdum adulto, regnumque ſexdecim annis inchoatis ad annum fere DCLXXII. adminiſtravit. Eidem in Neuſtria ſucceſſit eodem anno Childericus, qui jam decem annis in Auſtria regnaverat. Annos quatuor non integros monarchiam tenuit Childericus, inter venandum anno ætatis viceſimo-primo necatus cum uxore Bilechilde prægnante, & parvulo filio Dagoberto, ut ex prædicto vitæ Lantberti fragmento diſcimus, relicto in cunis altero filio Chilperico, qui poſt Dagobertum tertium regnavit. Childerici cædes autumno videtur accidiſſe, cum venationi operam daret.

Hinc novum de annis Chlotarii argumentum erui poteſt. Childericus vix trium annorum erat, cum patrem amiſit. Non integros quatuor annos poſt mortem Chlotharii fratris in Auſtria & Neuſtria regnavit. Mortuus eſt duobus filiis ſuſceptis ex Bilechilde conjuge, quæ inſuper prægnans cæſa eſt. Annum itaque non minus quam viceſimum-primum ætatis agebat, cum interiit; adeoque decimum-octavum, cum fratri Chlothario ſucceſſit, uno anno natu-minor. Itaque anno ætatis decimo-nono mortuus eſt Chlotharius, qui, cum quadrimus regnare cœperit, annos amplius quindecim regnaſſe dicendus eſt. ſiquidem quartus ejus vitæ annus, idem quoque regni primus fuit. Horum fratrum chronologiam ſequens tabula clarius demonſtrabit.

Annus Chriſti.	Chlotharii.	Childerici.	Lantberti abbatis.
656	1 monarchiæ.		
657	2		
658	3		
659	4		
660	5 deinceps in ſola Neuſtria & Burgundia.	in Auſtria 1 inchoatus	
661	6	2	
662	7	3	
663	8	4	
664	9	5	
665	10	6	
666	11	7	
667	12	8	1 aut præced.
668	13	9	2
669	14	10	3
670	15	11	4
671	16	12 1 in Neuſtria.	5
672	mortuo Chlothario	2	6
673		3	7
674		4	8
		Theoderici 1 inchoatus.	
675		2	9 inchoatus.
676		3	10
677		4	11
678		5	12 fit archiepiſc.
679		6 inch.	13

Cap. VII. Hæc chronologia multum illuſtratur ex ſynodali [a] placito Theoderici regis, Marlaci *medio menſe Septembri* habito, *anno regni* ejus *quinto*, cum necdum Auſtraſiæ regnum obtinuiſſet, adeoque ante cædem Dagoberti Auſtraſiæ regis, de quo mox agemus: quo mortuo Auſtraſiæ regnum Theodericus adeptus eſt. Atqui Dagobertum cæſum fuiſſe anno DC LXXIX. conſtat ex Eddio-Stephano in libro de vita ſancti Wilfridi epiſcopi Eboracenſis. Mortalis ejus dies non ita exploratus. Colitur Satanaci IV. *nonas Septembris.* at in kalendario pſalterii Emmæ reginæ, conjugis Lotharii regis, Ludovici Tranſmarini filii, fit mentio X. *kal. Januarii ſancti Dagoberti regis & martyris.* Vix dubitem quin hic ſit ejus mortis dies: alter vero dies, quo ejus corpus Satanacum tranſlatum eſt. Itaque prædictum Theoderici placitum, quod *medio menſe Septembri* habitum legitur, tribus tantum menſibus Dagoberti cædem præceſſit. In illo actum de depoſitione Chramlini Ebredunenſis epiſcopi, facta in conventu epiſcoporum, qui *de regna noſtra*, ut rex loquitur, *tam de Niuſter, quam & de Burgundia, pro ſtatu eccleſiæ, vel pro confirmatione pacis*, Marlaci convenerant; nulli ex Auſtraſia. Hæc pax cum Dagoberto recens compoſita fuerat poſt illam pugnam, qua in finibus Lingonum à duobus illis regibus decertatum eſt. Huic conventui interfuere quinque *metropoli* (ita etiam loquitur Gregorius Turonenſis) ſeu metropolitæ, cujus primus notatur Geneſius Lugdunenſis, non diu poſt ſuperſtes, mortuus kalendis Novembris: cui eodem anno ſucceſſit Lantbertus abbas Fontanellenſis mox laudatus: cujus annus ſecundus, ex dictis, cum anno ſeptimo Theoderici regis componitur.

Non multo poſt Childerici cædem ab anonymo vitæ Leodegarianæ ſcriptore *ſtella, quam aſtrologi cometem vocant, apparuiſſe* dicitur, & quidem *cum rex*, ſcilicet Theodericus, nondum eſſet *ſtabilitus in culmine.* Ejuſmodi cometem venerabilis Beda [b] anno DC LXXVIII. menſe Auguſto per tres menſes apparuiſſe tradit. Et certe necdum tunc bene ſtabilitus erat in regno Theodericus, qui per id tempus, ut in actis ſanctæ Salabergæ legitur, in finibus Lingonum de ſumma rerum decertavit cum Dagoberto, de quo nunc agendum eſt.

VIII. Paullo ante Chlotharii mortem, vel ſtatim poſt eam, ab Auſtraſianis, ſaltem Alſaticis & Tranſrhenanis, è Scotia ſeu Hibernia revocatus eſt Dagobertus, Sigiberti filius, qui poſt parentis obitum à Grimoaldo majore-domus illuc relegatus fuerat. Ejus reditum in Auſtriam ac ſortem diſcimus ex Eddio-Stephano, auctore gravi & æquali, in libro de vita ſancti Wilfridi epiſcopi Eboracenſis: qui ipſum Dagobertum, ab Auſtraſiis ad patrium regnum capeſſendum è Scotia invitatum, neceſſariis ſubſidiis inſtruxit, & cum idoneo comitatu in patria remiſit. Id contigiſſe videtur, ut mox dicebam, vel paullo ante, vel ſtatim poſt mortem Chlotarii regis, cum Childericus, jam Auſtraſiæ rex, Neuſtriæ & Burgundiæ regnum adiit. Tunc enim Auſtraſii, ſaltem Alſatici & Tranſrhenenſes, regem ſibi peculiarem habere aſſueti, Dagobertum ab exſilio revocandum cenſuerunt. Neque forte id ægre paſſus eſt Childericus ejus frater patruelis, agente nimirum Imnechilde Dagoberti matre, cujus plurima erat auctoritas apud Childericum, qui Bilechildem, ejus, ut videtur, filiam, uxorem duxerat. Huc enim ſpectat id quod legitur apud Anonymum in vita ſancti Leodegarii, ubi Childericum arguiſſe dicitur, *quod regina, quam habebat conjugem, filia ſui eſſet avunculi*, id eſt patrui, vulgari more loquendi illorum temporum. Hinc multa Imnechildi apud eumdem regem auctoritas: unde regiis ejus litteris paſſim cum Bilechilde regina ſubſcribebat. Ejus itaque favore facile paſſus fuiſſe videtur Childericus, ut Dagobertus ab exſilio revocaretur, & in paterni regni portionem admitteretur. Hinc eſt, quod apud Eddium *amici & propinqui ejus*, ſcilicet Dagoberti, *viventem, & in perfecta ætate florentem*, eum eſſe audientes, nuntios miſiſſe dicuntur ad beatum Wilfridum epiſcopum, ut eum *ab Scotia ſeu Hibernia* ad ſe remitteret, ut eum regem conſtituerent. Itaque jam tunc *perfecta ætate* florebat Dagobertus, id eſt annos minimum viginti natus, qui vix ante annum DC L. quo pater ejus Sigibertus vix annos viginti attigerat, in lucem editus eſt. Ex quo intelligitur, Dagoberti reditum non ante DC LXXI. aut inſequentem accidiſſe. Nec certe ſerius. ſiquidem ubi in regnum venit, ut ſe contra æmulos & adverſarios præmuniret, fœdus

[a] Diplom. p. 469.

[b] Beda lib. 4. c. 11. & Chron. Sax.

iniit cum Grimoaldo Langobardorum rege, qui anno DC LXXI. aut proxime ſequenti mortuus eſt. Hujus fœderis meminit Paulus Warnefridi his verbis: *Hac tempeſtate Francorum regnum apud Gallias Dagobertus regebat, cum quo rex Grimoaldus pacis firmiſſimæ fœdus inierat.* Itaque ſaltem anno DC LXXII. in regno Auſtraſiano reſidebat Dagobertus, ad quod proinde vel paullo ante, vel ſtatim poſt Chlotharii mortem accerſitus fuerat. Hæc fuſius à me alias [a] expoſita, hic paucis retractare viſum eſt neceſſarium.

[a] *Annal. Bened. to. 1. p. 511. & ſeqq. & præfat. 1. ad Sæc. 4. Bened. n. 203. & ſeqq.*

Verum non ſtatim integro Auſtriæ regno potitus eſt Dagobertus, cui Alſatiam tantum & partes Tranſrhenanas Childericus ceſſit. Eo mortuo, ſcilicet Childerico, Theoderici æmuli, ut apud anonymum vitæ Leodegarianæ ſcriptorem legitur, nimirum Ebroïnus cum Auſtraſiis, haud dubie Belgicæ utriuſque populis, in Theodericum irruerunt, in villa Noviento tunc reſidentem; ejuſque theſauris direptis, *quemdam parvulum, quem Chlotharii fuiſſe confinxerunt filium, in partibus Auſtri levaverunt in regnum;* multiſque perſuaſerunt, *Theodericum tunc defunctum, & Chlodoveum* (ſic illum putatitium vocabant) *Chlotharii eſſe filium.* Nondum itaque univerſi Auſtraſiani Dagoberto parebant, ſed tantum Alſatici & Tranſrhenenſes. Unde, cum Ebroïnus ad Theoderici partes tranſiiſſet, Trajectenſem ad Moſam epiſcopatum, qui Auſtriæ-Belgicæ regno continebatur, expulſo Landeberto, quem ſibi contrarium putabat, Faramundo ſuarum partium aſſeclæ commiſit. Quam ob rem de his Belgicis populis ſibi ſubjiciendis contentionem habuere Theodericus & Dagobertus; eaque de cauſa in finibus Lingonum conſerto prœlio dimicarunt: ſed tandem inter eos ſancita pax, cujus conditiones ignorantur. Hic eſt Dagobertus, qui thermas Badenſes Weiſſenburgenſi diœceſis Spirenſis monaſterio conceſſiſſe traditur anno regni ſui ſecundo: quo anno apud Catalaunum profuſæ pluviæ miraculum interventu ſancti Memmii factum legitur, *in anno* ſcilicet *ſecundo ſub imperio Dagoberti regis, qui poſt longam preſſuram reverſus eſt ad propria regna.*

Idem vere appetente anni DC LXXIX. Wilfrido epiſcopo, Romam purgandi ſui cauſa per Alſatiam proficiſcenti, Argentoratenſem epiſcopatum, acceptorum ab eo beneficiorum memor, obtuliſſe memoratur: Wilfridus vero ex Urbe poſt paſcha ſequentis anni revertens, eundem regem à ſuis interfectum accepit, uti fuſius alias [b] demonſtravi. Hinc confirmatur noſtra conjectura de die obitus Dagoberti, quem x. kal. Januarii ſtatuit Emmæ reginæ kalendarium. nam ſi IV. nonas Septembris interiiſſet, ejus rei nuntius ad Wilfridum ante ſuum ex urbe Roma diceſſum perveniſſet, quem tantum in ipſo itinere, & quidem in ipſo Auſtriæ aditu accepit. Delatum à poſteris nomen cum honore martyris ob immeritam necem eidem Dagoberto, cujus per ſeptem minimum ſæcula ad noſtrum uſque tempus adeo obſcurata erat memoria, ut cum avo ſuo Dagoberto omnino confunderetur. Sed tandem ſuperiori ſæculo debitus ei honor, atque in regnum reſtitutio aſſerta eſt, diſſidentibus Henſchenio & Hadriano Valeſio, uter eorum primus hujus reſtitutionis auctor fuerit. qua de re alii judicent. Tandem utrumque, id eſt illam Dagoberti reſtitutionem ac cædem, ejuſque tempus tam diſerte & luculenter probavit illuſtravitque Eddius-Stephanus à nobis editus, ut nemo amplius hac de re dubitare poſſit: cum antea mortis ejus genus & tempus ignorarentur.

[b] *Ibid. p. 543. & ſeq. & 552. & ſeq.*

IX. Poſt necem Dagoberti Theodericus Françorum monarchiam obtinuit: ſicque impletum eſt ſancti Eligii [c] de eo vaticinium, quo prædixerat, fore ut *tertius* è Chlodovei junioris filiis, *ſolus monarchiam adeptus, dilataretur ſuper omnes affines ſuos, atque magnificaretur, & obtineret ſub ditione ſua tria hæc regna.* quod Audoënus, ut jam dixi, poſt mortem Chlotharii ejus fratris ſcribebat, ſuperſtite Childerico. Hanc etiam monarchiam annis minimum decem, à morte ſcilicet prædicti Dagoberti, tenuit, cujus regni annis aſſignandis variant Francorum annales. Erchambertus & liber de geſtis regum Francorum cum Hermanno annos regni novemdecim, alii [d] annos octodecim, alii denique tantum ſeptem-decim [e] ei tribuunt. Primi auctores forte regni ejus initium ducunt à morte Chlotharii fratris: quo mortuo, Ebroïni factione regio throno impoſitus fuit Theodericus, ut jam dictum eſt. Ejus mors non ſerius anno DC XCII.

[c] *Audoën. lib. 2. c. 30.*

[d] *Cheſnii to. 1. p. 793.*

[e] *Ibid. p. 781.*

CAP. VII. contingere potuit. ſi quidem Childebertus, ejus filius natu-minor, anno DC XCV. certiſſime ſucceſſit Chlodoveo fratri, qui poſt Theodericum patrem annos quatuor inchoatos regnavit. Duos tantum ſolidos annos ei tribuunt alii, præciſis forte anni DC XCII. qui primus ejus annus fuit, & anni DCXCV particulis. Sic ſæpe rotundo numero exprimuntur regum anni. quæ res magnam in eorum calculo confuſionem parit. Non dubito quin quatuor fere annos regnaverit Chlodoveus, quod docet Fredegairi ſecundus continuator, primo longe præferendus. Certe in libro VI. de re Diplomatica, in quo quinque ejus diplomata referuntur; unum anno ejus regni primo, tria ſecundo, quintum denique tertio, & quidem pridie kalendas Martias, ſubnotata inveniuntur.

Theoderici anno XVI. habitum fuit concilium Rotomagenſe, præſidente Anſberto metropolita, cujus corpus *anno Childeberti decimo, Chriſti* DCC IV. tranſlatum legitur in veterrimo chronico Fontanellenſi. adeoque Childebertus anno DC XCV. Chlodoveo fratri ſucceſſiſſe dicendus eſt. Unde in fine veteris chronici Euſebiani, quod Jacobi Bongarſii fuit, ſcriptum inveniſſe ſe ait Joſephus Scaliger, *anno* V. *Childeberti regis Francorum, Pippino jubente,* id eſt regnum moderante, *fuiſſe paſcha* X. *kal. Aprilis, Aſcenſionem kalendis Maiis.* quæ chronicæ notæ anno DC XCIX. conveniunt. Porro Childebertum annis ſeptem-decim regnaviſſe, & anno DCC XI. deceſſiſſe conſtat ex vetuſtis annalibus Francorum: quibus conſentit ſecundus Fredegarii continuator, primo longe accuratior, qui ait, Childebertum regnaviſſe *annos ſexdecim*, ſcilicet completos, ut ex vetuſtis codicibus hunc locum reſtituit noſter Ruinartus, non tantum *tredecim*, ut antea mendoſe legebatur. Et quidem ſeptem-decim ei annos liber de geſtis regum Francorum, Erchambertus, aliique chronographi tribuunt: eum vero prædicto anno DCC XI. obiiſſe diſerte aſſerunt annales Nazariani, Petaviani & Mettenſes cum chronico Dionyſiano. Exſtat ipſius Childeberti placitum [a] authenticum de nundinis Dionyſianis, datum apud Mamaccas, die XIII. menſis Decembris, *anno ſexto-decimo regni Childeberti.* Alterum item datum poſtera die eodem anno. Accedit Berarii epiſcopi [b] teſtamentum de monaſterio Caladunno pagi Cenomannenſis, *actum Marogilo villa in anno* XVI. *regnante domno Childeberto rege noſtro*, XII. *kal. Novembris.* Ex quibus facile intelligitur, Childebertum ad annum regni ſeptimum-decimum perveniſſe, quem anno DCC XI obiiſſe conſtat, & quidem XVIII. kalendas Maias, anno ætatis fere triceſimo.

a *Diplom. p.* 481. *& ſeq.*

b *Analect. to.* 3. *p.* 215.

Is moriens Dagobertum filium regni heredem reliquit, annorum circiter duodecim puerum, quem Sigebertus & Albericus etiam Chlodoveum vocant. Duo ejus diplomata exſtant in actis [c] Cenomannenſium epiſcoporum, data apud Mamaccas, anno regni ejus ſecundo. quo item anno aliud [d] datum dicitur apud Jupilam, *die Jovis kalendas Januarias.* ubi legendum videtur IV. *kal Januarias* anni DCC XII. non *kalendas Januarias*: tametſi hæc quoque dies in diem Jovis incidebat ineunte anno DCC XI. cujus prima dies erat feria quinta, ſed necdum mortuo Childeberto Dagoberti patre, qui non ante quartum-decimum diem Aprilis inſequentem deceſſit.

c *Ibid. p.* 216. *&* 215.

d *Ibid. p.* 218.

CAPUT VIII.

I. *Notæ chronicæ Chilperici.* II. *Theoderici Calenſis.* III. *Et Childerici ultimi Meroveadum regis.* IV. *Eorum genealogia illuſtrata.*

I. DAgobertus anno DCC XV. moriens, Theodericum filium in cunis reliquit: quo prætermiſſo, Franci Daniëlem, quondam clericum factum, cæſarie capitis jam recreſcente, regem conſtituunt, eumque Chilpericum appellant. In primo ex quinque ejus præceptis pro Dionyſiano monaſterio, in libro VI. de re Diplomatica [e] editis, Theodericum Chlodovei junioris filium *avunculum* ſuum, id eſt patruum, vocat; Chlodoveum vero & Childebertum ejus filios, necnon Dagobertum Childeberti filium *conſobrinos* ſeu agnatos; in ſecundo & quarto Childericum *genitorem* ſuum nuncupat.

e *Diplom. p.* 484.

nuncupat. unde in alio diplomate pro Corbeia aviam ſuam Baldechildem vocat. Ex quibus haud dubium, eum Childerico, Chlodovei junioris & Balthildis filio, progenitum eſſe. Hic annos admodum ſex regnavit, ſed non ante annum DCCXXVII. obiiſſe videtur, quo *Danihel* * *in Autiniaco mortuus* traditur. * *Annal. Til. Cheſn. to. 2. p. 7.*

II. Hunc anno DCC XXI excepit Theodericus, cognomento Calenſis, propterea quod Calæ à morte Dagoberti patris educatus ſit. De eo ita in geſtis regum Francorum: *Franci Theudericum, in Cala monaſterio enutritum filium Dagoberti junioris, regem ſuper ſe ſtatuunt.* Idem aliis verbis tradit Erchambertus. ubi cum in Cala monaſterio enutritus dicitur Theodericus, id intelligendum de palatio monaſterio adjuncto, cujus locus etiam nunc oſtenditur. Hic Theodericus anno regni ſui primo, menſe Martio, Sithienſium immunitates [a] apud Sueſſionas confirmavit; eodemque anno, menſe Novembri, ratas habuit donationes à Bertino factas, dato præcepto *in Confelentis caſtro.* (a *Diplom. p. 608. & ſeq.*) Ad hæc anno regni ſui ſecundo Arduni-villæ [b] immunitatem eccleſiæ Cenomannenſi confirmavit regio præcepto Cariſiaci dato, in quo avum ſuum Childebertum, genitorem Dagobertum, anteceſſorem vero ſuum Chilpericum *parentem*, id eſt conſanguineum, vocat. (b *Analect. to. 3. 227.*) De annis regni ejus variant antiqui auctores. alii quippe annos ei tantum ſex aut ſeptem; alii magno diſcrimine, ſexdecim aut ſeptemdecim aſſignant. Priorem ſententiam præfert Erchamberti breviarium. Librariorum erratum eſſe putant nonnulli: quod veri ſimilius eſt. Idem Theodericus regni ſui ſeptimo, & quidem die duodecima menſis Julii, Morbacenſis abbatiæ conſtructionem probavit: cujus rei litteras in Appendice ad tomum ſecundum noſtrorum Annalium retulimus. Poſt hunc annum nullum Theoderici regis inſtrumentum occurrit. adeo ut fundamento non careat eorum ſententia, qui eum annos dumtaxat ſex completos, aut ſeptem inchoatos regnaviſſe cenſent. Non deſunt tamen argumenta, quæ regnum ejus ad annos ſexdecim, aut ſeptemdecim prorogant. In his chronicum eſt breviſſimum [c] à Theoderico I. uſque ad Childericum ultimum, in quo anni regni ſeptemdecim ei tribuuntur, uti & in chronico apud Cheſnium ſubſequenti. (c *Cheſ. to. 1. p. 781.*) Eamdem ſententiam tuetur Conradus Urſpergenſis, quam Valeſius, Cointius, aliique viri docti ſequuntur præ Sigeberto & Alberico, qui annos tantum quindecim ei tribuunt. In hac ſententia Theodericus anno DCC XXXVII. obiiſſe dicendus eſt. quod confirmat Anonymus in libro de computo eccleſiaſtico, à Labbeo [d] relatus, qui *à nativitate Domini uſque ad præſentem annum in quo Teudericus rex Francorum defunctus eſt*, annum DCC XXXVII. numerat. (d *Elog. hiſt. p. 70.*)

III. Poſt ejus obitum interregnum fuit uſque ad annum DCC XLI. ſupremum Caroli principis, cognomento Martelli, qui toto illo intervallo regnum ſolus adminiſtravit, & poſt eum duo ejus filii, Carolomannus & Pippinus: qui tamen Childerico, ultimo Merovingicæ ſtirpis, regium nomen detulerunt, retenta ſibi ſumma poteſtate. Id factum anno DCC XLIII. intelligitur ex actis ſynodi Sueſſionenſis, quæ anno Chriſti DCC XLIV. *Childerici ſecundo*, Pippini regis decreto habita fuit. Editum eſt in libro VI. de re Diplomatica [e] ipſius Childerici regis privilegium; Sithienſi monaſterio datum die XXIII. Aprilis, anno primo regni ejus, Criſciaco in palatio, à Folquino monacho in codicem chartarum Sithienſium ante annos ſeptingentos relatum, in quo Childericus Theodericum quondam regem *parentem* ſuum vocat, ut tum loquebantur, id eſt conſanguineum. quod de Theoderico Calenſi interpretandum eſt. (e *Diplom. p. 610.*)

IV. Non ergo, ut quidam volunt, iſtius Theoderici filius erat Childericus, tametſi non deſunt veteres, ut chronographus Fontanellenſis & alii [f] nonnulli, qui id aſſerant. (f *V. Cheſn. to. 1. p. 793.*) Verum hæc illis perſuaſio facile ſubrepere potuit, ut Childericus Theoderici ſucceſſor, idem ejus filius creditus ſit. Neque porro ejus germanus fuit, ut quidam volunt. quando quidem in alio præcepto pro Cenomannenſi eccleſia [g], Childericus ipſe Dagobertum juniorem, qui Theoderici parens fuit, *ſobrinum* ſuum, id eſt agnatum, appellat. (g *Analect. to. 3. p. 230.*) Ejuſdem eſt aliud præceptum, mendoſe Chilperici dictum, quo confirmatur precaria, à Gauzioleno epiſcopo Cenomannenſi conceſſa Sichardo Aninſulenſi abbati: cum conſtet Harlemundum epiſcopum, Gauzioleni anteceſſorem, immunitatis privilegium [h] de villa Arduno accepiſſe à Theoderico Calenſi, Chilperici ſucceſſore, uti fuſius oſtendi in obſervatione poſteriori, qua priorem emendavi, ubi hæc (h *Ibid. p. 227.*)

CAP. VIII. diplomata Chilperico tribueram. Neque obſtat, quod data ſint anno XII. Childerici, cui anni tantum decem vulgo tribuuntur. nam vel librarii erratum eſt, vel duodecim illi anni numerantur à morte Caroli Martelli, tametſi Childericus nonniſi poſt biennium rex dictus ſit ſecundum calculum ſynodi Sueſſionenſis. At quis demum, inquis, Childerici pater? Equidem, ut puto, Chilpericus, cognomento Daniel, Theoderici Calenſis anteceſſor, qui nomen Childerico filio ſuo impoſuerit, ut avum nomine, pro more illorum temporum, referret. unde Childericus ipſe, Meroveadum regum ultimus, Dagobertum *ſobrinum* ſuum, id eſt agnatum, vocat. Verum hæc melius docebit ſequens genealogicum paradigma.

CLODOVEUS junior.

- Chlotharius.
- Theodericus.
  - Chlodoveus.
  - Childebertus III.
    - Dagobertus junior.
      - Theodericus Calenſis.
- Childericus.
  - Chilpericus.
    - Childericus.

De ſtirpe Merovingica ſatis : cui illuſtrandæ quantum res Diplomatica contulerit, ex dictis utcumque intelligitur.

CAPUT IX.

I. *Caroli Magni nativitas.* **II.** *Patriciatus.* **III.** *Patriciorum qualis ordinatio & habitus.* **IV.** *Pippini regis obitus, & regni inter filios diviſio.* **V.** *Caroli quædam chronicæ notæ explicantur.* **VI.** *Ludovici Pii duplex calculus.* **VII.** *Ludovici Germaniæ regis epochæ.*

I. HIc conſequenter agendum eſſet de chronicis notis ſecundæ ac tertiæ ſtirpis regum Francorum : verum quia hac de re data opera in libro II. de re Diplomatica à capite XXVI. actum eſt, ad aliud minus faſtidioſum argumentum convertenda oratio. In primis quoddam operæ pretium videtur præciſe ſtatuere tempus & locum nativitatis Caroli Magni. Neque vero id difficultate vacat. nam ad annum quod attinet, annales Petaviani eum anno DCC XLVII. natum aſſerunt : quibus conſentit anonymus Pratenſis monachus in libello de tranſlatione ſancti Germani Pariſiorum epiſcopi, qui auctor Carolum ſeptennem huic tranſlationi, anno DCC LIV. factæ, interfuiſſe tradit. Hanc ſententiam ſequitur Cointius, & corrigendos putat Eginhardum & Theganum, auctores tamen omni exceptione majores, qui Carolum anno Chriſti DCCC XIV. *ætatis ſuæ* LXXII. menſe Januario denatum ſcribunt. Nec minor de loco ejus nativitatis controverſia. alii quippe Ingelheimii infra Moguntiam ; alii Carloburgi tribus ab urbe Monachio * milliaribus ; quidam in Franconia prope Caroloſtadium ; nonnulli denique Leodii ad Moſam natum contendunt. Rem in ambiguo reliquit Cointius, ratus nihil certi hac de re pronuntiari poſſe poſt Eginhardum, qui de ejus nativitate, infantia & pueritia nihil ſcriptum ſe reperiſſe teſtatur.

* *Munich.*

Tanti Principis nihilo minus natales inveſtigare conatus ſum. quod an aſſecutus ſim, penes lectores erit judicium. In primis Lambertus Scafnaburgenſis aſſerit Carolum natum fuiſſe anno DCC XLII. qui auctor, etſi annalibus Petavianis poſterior, in hoc tamen præferendus videtur, quod Eginhardo & Thegano in aſſignanda Caroli ætate apprime conveniat. Ad hæc nativitatis ejus dies, à nemine hactenus obſervatus, in veterrimo ſæculi noni kalendario quondam Laureshamenſi, nunc Ludovici Magni collegii Soc. Jeſu Pariſienſis, diſerte notatur his verbis, aureis litteris ſignandus : IV. *nonas Aprilis, nativitas domni & glorioſiſſimi Karoli imperatoris & ſemper auguſti.* Locum

CAP. IX.

denique, ubi natus eſt, indicat Browerus [a] in confinibus Turingiæ & Saxoniæ ad flumen Unſtrudam, quam *terram conceptionis* ſuæ princeps ipſe ibidem vocat. Verum, ut hic locus conceptionis ejus ſit, inquirendus ſupereſt nativitatis locus. Hunc porro indicat Monachus ſancti Galli in libro II. de ejus vita, capite XXX. ubi Aquiſgranum Caroli *genitale ſolum* appellat. Ob hanc ſine dubio cauſam Carolus hunc locum in deliciis habuit, ubi inſignem exſtruxit cum palatio & thermis baſilicam, in qua ſepeliri voluit: ut idem ſepulturæ, ac nativitatis locus eſſet.

a *Antiq. Fuld. lib. 3. c. 12.*

II. Annum decimum agebat Carolus, cum Pippinus ejus parens à Francis rex ſalutatus, coronatuſque eſt apud Sueſſionas. quod factum in monaſterio ſancti Medardi tradit ejus loci chronographus. Tunc retruſus in Sithienſe ſancti Bertini monaſterium Childericus: cujus filius, *nomine Theodericus*, ut tradit chronographus Fontanellenſis, *in monaſterio*, Sithienſi an Fontanellenſi, *clericus effectus eſt*. Ex quo intelligitur, ſi non fallit hic auctor ab illo tempore parum remotus, Childericum, contra quam plerique volunt, cælibem non fuiſſe. Poſt annos tres, id eſt anno DCC LIV. Stephanus Papa II. Pippinum denuo in ſancti Dionyſii baſilica, duoſque ejus filios, Carolum & Carolomannum, coronavit, eoſque Patricios dixit. Non tamen ullus eorum Patricii titulum vivente Pippino uſurpavit; neque eò mortuo Carolus ante initum Langobardiæ regnum. quod anno DCC LXXIV. medio menſe Maïo contigit. Verum ab eo tempore ſe regem non modo Francorum, ſed & Langobardorum dixit, necnon Patricium Romanorum: quem titulum abjecit anno DCCC. poſtquam imperator à Leone Papa III. coronatus fuit.

III. Ritum quo Patricii olim Romæ ab imperatore crearentur, diſcimus ex veteri codice [b] bibliothecæ modo Ottobonianæ, in quo præcipitur, ut illa dignitas non vili perſonæ, nec ignotæ concedatur. Electione facta, *protoſpatarius veniens ante imperatorem* ejus humerum oſculabatur, ſuggerens electum adeſſe. Tum, ſtante ad ſiniſtram imperatoris hipparcho, quem *nos dicimus præfectum*, ambobus præcipiebat imperator, ut futurum Patricium adducerent. Dein ille adductus, primo pedes imperatoris, tum genu oſculabatur, demum ipſum imperatorem, poſtremo omnes Romanos circumſtantes. Denique ipſum alloquebatur imperator his omnino verbis: *Nobis nimis laborioſum eſſe videtur conceſſum nobis à Deo miniſterium me ſolum procurare. quocirca te nobis adjutorem fecimus, & hunc honorem concedimus, ut eccleſiis Dei & pauperibus legem facias, & ut inde apud altiſſimum Judicem rationem reddas.* His dictis, *mantum* ſeu chlamydem ei imponebat, & in dextri indice anulum, deinde *bombacenum propria manu ſcriptum*, id eſt chartam bombycinam, ei porrigebat dicens: *Eſto Patricius miſericors & juſtus.* Poſtremo ejus capiti *aureum circulum* imponebat, & ſic eum dimittebat. Eadem fere habet Caſſiodorus, agens de honore [c] patriciatus, niſi quod præter chlamydem, etiam calceos addit. An eumdem ritum obſervaverit Stephanus, cum Patricios creavit Pippinum, ejuſque filios Carolum & Carolomannum, incertum: at eumdem fuiſſe Caroli Patricii habitum, qualem modo retulimus, probat ejus in habitu Patricii effigies, quam ex codice antiquo Paulus Petavius, & ex eo Johannes-Jacobus Chiffletius in Anaſtaſi Childerici exhibuit, qualem hic in æs inciſam repræſentamus. ubi media figura Carolum Magnum in Patricii habitu, excepto quod anulus in dextro ejus indice non apparet; duæ aliæ primicerium & ſecundicerium referunt, uti Petavius explicavit. Omnia præter circulum capitis & anulum, exprimit Eginhardus in vita Caroli, quem ait *peregrina indumenta* reſpuiſſe, *excepto quod Romæ ſemel, Hadriano pontifice petente, & iterum Leone ſucceſſore ejus ſupplicante, longa tunica & chlamyde amictus, & calceis Romano more formatis induebatur.* En tibi illa Patricii effigies in averſa pagina.

b *V. to. 2. Annal. Bened. lib. 22. n. 2.*

c *Caſſiod. var. lib. 3. ep. 9.*

CAP. X.



Jam vero cur Carolus ante regnum Langobardicum Patricii titulo abſtinuerit, deinceps autem uſus ſit uſque ad annum Chriſti octingenteſimum, cum à Leone Papa *a Diplom. p. 73.* factus eſt imperator, id in cauſa fuiſſe videtur, ut alias [a] dixi, quod ante regnum Langobardicum honorarius dumtaxat Patricii titulus eſſet; deinceps vero rem ipſam præſtaret, id eſt præfecturam Urbis & circumjacentium regionum: quam dignitatem tanti fecit Carolus, ut eam, tametſi perpetua eſſet, ſibi à Leone III. confirmari petierit per Angilbertum abbatem; ſuamque viciſſim filii ac defenſoris fidem illi ſpoponderit. Hæc ſparſim relata in tomo II. noſtrorum Annalium, uno conſpectu huc referre viſum eſt, ut in loco.

IV. Anno DCCLXVIII. mortuus eſt rex Pippinus VIII. Kal. Octobris, ut vetera ſancti Dionyſii, aliaque necrologia, necnon Fuldenſes Annales probant, & quidem anno ſeptimo-decimo regni ſui, quod ab anno DCCLI. aut inſequente inierat, ut ſuo *b Diplom. p. 293.* loco in libro II. de re Diplomatica [b] oſtenſum eſt. Mortuus eſt, inquam, in monaſterio Dionyſiano, cui pridie illius diei, pro animæ ſuæ remedio & honore ſepulturæ, ſilvæ Aquilinæ partem contulerat. Regni partitione inter filios facta, Carolo ſeniori Auſtraſiæ regnum obtigit, ut Fredegarii ultimus continuator tradit; Carolomanno juniori, Burgundia, Provincia, Gothia, Alſatia, & Alemannia; quæ duæ ad vetus Auſtraſiæ regnum pertinebant: Aquitania inter eos diviſa. Mortuo patre, ambo fratres in propria uterque regni ſui ſede; Carolus quidem Noviomi, alter vero apud Sueſſionas, coronati ſunt reges ſexto-decimo poſt patris obitum die, nempe VII. idus Octobris, ſancto Dionyſio ſacro. Fallitur hic non uno in loco anonymus ille, qui Fredegarii chronicum juſſu Nibelungi proſecutus eſt. Primo in eo quod regni annos viginti-quinque Pippino tribuit, quem non integris ſeptemdecim annis regnaviſſe conſtat. Deinde in eo quod, Pippini celebratis exſequiis, Carolum & Carolomannum, XIV. Kal. Octobris in regnum ſublimatos fuiſſe dicit, quos VII. idus Octobris reges inunctos, coronatoſque fuiſſe conſtat ex annalibus Petavianis, Loiſelianis, & Tilianis, quibus chronographus Dionyſianus & Regino ſuffragantur. Præter ea in hoc non ſatis accuratus eſt, quod in regni Pippini diviſione nullam facit Neuſtriæ mentionem, quæ utrum Carolo, an Carolomanno paruerit, non ita exploratum. Carolus Cointius eam Auſtraſiano regno tributam fuiſſe, adeoque Carolo ceſſiſſe opinatur; cui Auſtraſiam paruiſſe ex eo conſtat, quod Carolus ante obitum fratris in diverſis Auſtriæ locis, nimirum apud Aquiſgranum, Duriam, Leodicum, Hariſtalium, & Moguntiam, paſcha & natale Domine celebraverit. Nec accuratior eſt Eginhardus

in

in aſſignanda illa partitione, cum ait, Carolo eam partem, quam pater ejus Pippinus tenuerat; Carolomanno vero eam partem, cui patruus eorum Carolomannus præfuerat, obtigiſſe. Carolus enim Burgundiam & Provinciam, quam pater ejus tenuerat, non obtinuit, ſed Carolomannus, qui Auſtriam non habuit, quæ patrui ſui fuerat. Ex his intelligitur, quam perturbata fuerit illa regni Pippini diviſio, antiquæ regni partitioni nequaquam reſpondens: quam nec ille Nebelungi anonymus, nec Eginhardus ſatis explicavit. Certe ad vetus Auſtraſianum regnum pertinebat urbs Remorum, & Salmuntiacum palatium Laudunenſis pagi: quæ tamen Carolomanni ditioni parebant, quippe qui Salmuntiaci frequens degebat, ibique diem obiit; & in Remenſi ſancti Remigii baſilica ſepultus eſt. Porro Salmuntiaci verſabatur, cum monaſterii ſancti Dionyſii immunitates confirmavit, & teloneorum exemtionem univerſis, qui ad ſancti Dionyſii feſtivitatem & nundinas confluerent, impertiit. Ex quo intelligitur, Neuſtraſiam, in qua Pariſiorum pagus continebatur, aut certe magnam ejus partem, ad Carolomanni ſortem pertinuiſſe. Cap. IX.

V. Mortuus eſt Salmuntiaci, ut mox dicebam, Carolomannus anno DCC LXXI. & quidem pridie nonas Decembris; tumque germanus ejus Carolus Francorum monarchiam adeptus eſt; & poſt tres annos, id eſt anno DCC LXXIV. à medio menſe Maïo regnum Langobardorum: quo ex tempore duas in ſuis litteris epochas adhibuit, nempe regni Francorum à morte Pippini patris, & regni Langobardorum à medio menſe Maïo prædicti anni: adeo ut prior epocha poſteriorem ſex annis excederet, non tamen integris, exceptis ſcilicet quatuor circiter menſibus, qui à medio menſe Maïo ad octavum Kalendas Octobris, quo die Pippinus rex obiit, interpoſiti erant.

Alia tamen computandi ratio in quibuſdam Caroli Magni diplomatibus obſervatur, in quibus anni regni Francici quatuor tantum annis regni Langobardici annos excedunt. Hujus generis eſt præceptio, qua Carolus [a] Theodoldum comitem à ſuſpicione læſæ-majeſtatis abſolvit, eidemque bona propria reſtituit. *Data pridie * Aprilis, anno* XXVIIII *&* XXV. *regi noſtri. Actum aquis palatio.* Alterum Caroli diploma eſt, Angilberto abbati indultum pro monaſterio Centulenſi, à nobis editum [b] in ipſius Angilberti elogio ſub his chronicis notis, *Data* III. *kal. Maii, anno* XXVIII. *&* XXV. *regni noſtri. Actum Aquis palatio.* Secundum vulgarem utriuſque regni epocham, anno regni Francici viceſimo-nono illigandus eſſet ante menſem Maïum annus Italici regni viceſimus-tertius, qui anno Chriſti DCC XCVII. conveniret. quo anno annus Italici regni à medio menſe Maïo, & annus Francici ab octavo Kal. Octobris uno numero augendus eſſet. At, ſi præmiſſum Italici regni calculum retinere malis, annus ejus viceſimus quintus ante menſem Maïum anno regni Francici triceſimo-primo reſpondere debet, id eſt anno ab incarnatione DCC XCIX. verum neuter calculus prædictis diplomatibus convenit. Et tamen indubitatum eſt utrumque Caroli præceptum, maxime primum, quod authenticum aſſervatur in archivo Dionyſiano. Priorem computandi rationem ſecutus eram in prima editione Operis de re Diplomatica. at, poſt maturius ac diligentius examen, aliam hujus nodi ſolutionem adhibendam eſſe duxi, repetendo annum XXIX. regni Francici, non ab anno DCC LXVIII. quo poſt obitum Pippini partem regni paterni Carolus obtinuit, ſed à morte Carolomanni fratris ſui, ſeu ab anno DCC LXXI. quo anno Francorum monarchiam adeptus eſt; adeoque illam Neuſtraſiani regni partem, Carolomanno antea competentem, in qua Theodoldus comes erat, poſitaque erant ſancti Dionyſii & ſancti Richarii monaſteria. Sic enim annus ab inita monarchia viceſimus-nonus in annum Chriſti DCC XCIX. incidebat, qui Langobardici regni annus viceſimus-quintus erat. quo anno Carolus Aquis paſcha celebravit, ibidemque toto menſe Aprili commoratus eſt, donec ad urbem Patherbrunnam proficiſceretur, ut teſtantur Eginhardi, aliorumque annales. Eo quippe anno Caroli annus Francici regni viceſimus-nonus cenſeri poterat à morte Carolomanni, computando ab ejus obitu annum quartum, cum Carolus regnum Langobardicum iniit; eidemque Carolo tributo, ut non raro fit, toto anno DCC LXXI. quo fratri in altera regni portione ſucceſſit. Simili ratione Ratpertus [c] monachus ſancti-Gallenſis annum Caroli M. quadrageſimum-ſextum componit cum anno ab incarna-

a *Diplom. p.* 504. * *ſic.*

b *Sæc.* 4. *parte* 1. *p.* 102.

c *Ratpertus cap.* 2.

CAP. IX. tione Domini DCCC XIII. tribuens ei totum annum DCC LXVIII. ſub cujus finem, id eſt menſe Septembri, patri mortuo ſucceſſit.

VI. Vix ulla occurrit difficultas in diplomatibus Ludovici Pii, cujus anni imperii à V. Kalendas Februarias anni DCCC XIV. ex quo patri mortuo ſucceſſit, paſſim repetuntur. In quibuſdam tamen litteris numerantur ab anno DCCCXIII. quo Carolus ejus parens in generali conventu Aquiſgranenſi *coronam illi impoſuit, & imperialis nominis ſibi conſortem fecit*, ut Eginhardus in annalibus tradit. Hunc calculum ſecutus eſt Hilduinus ſancti Dinonyſii abbas in litteris ſuis pro partitione bonorum ſui monaſterii, datis [a] XI. *kal. Februarii, anno* XIX. *Hludowici ſereniſſimi imperatoris, indictione* X. quam partitionem Ludovicus ipſe VII. *kal Septembris*, iiſdem anno & indictione poſtea confirmavit. nam in prioribus illis Hilduini litteris dies undecimus ante kalendas Februarii, indictione X. quæ ad annum DCCC XXXII. referenda eſt, annus imperii decimus-nonus à morte patris tantum à V. kal. Februarii incipiebat. adeoque Hilduinus in his litteris annos Ludovici imperii numeravit ab anno DCCC XIII. quo imperii conſors à patre dictus eſt.

a Diplom. p. 521.

VII. Piget tam diu his chronologicis tricis immorari: ſed tamen unum aut alterum locum inſuper hic diſcutere juvat. Unus eſt de initio regni Ludovici Germaniæ regis, Ludovici Pii filii. quod argumentum, etſi in libro II. de re Diplomatica [b] de eo egimus, hoc in loco paucis retractandum eſt. Tres ipſius Ludovici epochas invenio: unam ab anno DCCC XXVI. quando adiit regnum Bajoariæ: alteram ab anno DCCC XXXIII. aut inſequente, cum Ludovicus auguſtus proditus, deſertuſque à ſuis in filiorum poteſtatem redactus eſt: tertiam à morte patris, hoc eſt ab anno DCCC XL. Quartam addit Nicolaus Schatenus [c] Soc. Jeſu ab anno DCCC XXXVIII. ejuſque calculi exempla quædam profert. qua de re fuſius in tomo II. Annalium noſtrorum [d] actum eſt. Secundam epocham adſtruit Anſcharius, præmittitque libello, quem de miraculis ſancti Willehadi Bremenſis epiſcopi ſcripſit ſub hoc exordio: *Anno itaque incarnationis Domini* DCCCLX. *regni vero domini noſtri Hludowici* XXVIII. *indictione.* VIII. *in eccleſia Bremenſi cœperunt divinitus agi miracula.* nam ab anno Chriſti DCCCLX. facta ſubductione annorum XXVII. (uno anno currentis anni DCCCLX. relicto) reſtant anni DCCC XXXIII. quæ ſecunda epocha eſt regni Ludoviciani. Hunc calculum diſerte confirmat ipſius Ludovici præceptum pro Altaha-inferiori, à Cointio perperam ad annum DCCC XLV. relatum, quo donationem quamdam prædicto monaſterio factam confirmat ſub his chronicis notis: *Data* X. *kal. Martii, anno Chriſto propitio* XXVIII. *regni domini Ludovici ſereniſſimi regis in orientali Francia, indictione* VIII. qui ipſiſſimus eſt Anſcharii calculus. Reſtant quædam aliæ de ejuſmodi chronicis difficultates, in capite ſequenti illuſtrandæ.

b Diplom. p. 206. & ſeqq.

c Annal. Paderborn. p. 130. & ſeqq.

d Annal. Bened. lib. 33. n. 30.

CAPUT X.

I. Ludovici regis Carolidum ultimi coronatio vivente patre. II. *Ejus obitus ac ſucceſſor.* III. *Hugonis Capeti coronatio, ejuſque filii Rotberti.* IV. *Obitus ejus annus.* V. *Quale ejus genus.*

I. DE ſubſequentibus Francorum regibus uſque ad Ludovicum ultimum Meroveadum regem, nihil in præſens obſervandum occurrit præter ea, quæ in libro II. de re Diplomatica protulimus. De Ludovico Lotharii filio id obſervatu dignum, quod vivente patre coronatus ſit. Id jam dudum obſervaverant viri docti: at primus annum notavit Baluzius [e], ſcilicet annum Chriſti DCCCC LXXIX. ſeptennio ante obitum patris. quod quidem duobus probavit teſtimoniis, petitis ex duobus præceptis Lotharii regis, in quibus annus incarnationis DCCCC LXXXI. cum ipſius Lotharii anno XXVII. & tertio Ludovici regis adoleſcentis componitur. His argumentis alia duo ad id confirmandum profero, quorum alterum non tantum annum, ſed etiam ipſum ejus coronationis diem probat. Primum præceptum eſt ipſius Ludo-

e Marca Hiſp. col. 408.

vici, Amalberto abbati confirmantis immunitatem & regiam tutelam Floriacenſis monaſterii, viſis præceptionibus *avi ſui Ludovici piiſſimi*, ut ipſe vocat, *auguſti*, *&* progenitoris ſui HLotharii, qui id privilegii jam conceſſerant. *Actum Compendio palatio, annò dominicæ incarnationis* DCCCC LXXVIIII. *primo ordinationis ipſius glorioſiſſimi regis.* Alterum ab eodem Ludovico rege præceptum pro Aurelianenſi eccleſia obtinuit Arnulfus ejuſdem urbis epiſcopus, *datum anno incarnationis dominicæ* DCCCC LXXVIIII. *ſecundo die ordinationis ejuſdem, indictione* VII. V. *idus Junii. Actum Compendienſi palatio.* Ex quo intelligitur, Ludovicum VI. idus Junias ejuſdem anni, & quidem Compendii, coronatum fuiſſe. Utrumque præceptum Arnulfus ad vicem Adalberonis archiepiſcopi & archicancellarii relegit & ſubſcripſit. Ex his etiam diplomatibus facile conficitur, eumdem Ludovicum, non ſolius Aquitaniæ, ut quidam volunt, ſed totius Franciæ regem tunc conſtitutum fuiſſe: non modo quia ſe regem Francorum abſolute dicit; ſed quia Aurelianorum civitas, quam hæc diplomata ſpectant, ad regnum Aquitaniæ non pertinebat. Hinc eſt quod in aliis quibuſdam litteris, quas conjunctim ambo reges edidere, reges Francorum una ſe dicunt, ut in diplomate [a] pro novo ſancti Maglorii monaſterio Pariſienſi, quo diplomate *Lotharius & Ludovicus, divina ordinante providentia*, ut ipſi præferunt, *reges auguſti*, donationes ab Hugone duce eidem loco factas confirmant. Quod vero Ludovicus præmiſſa duo præcepta ſolus ediderit, id honoris cauſa novo regi tributum à Lothario eſt, ut filii coronatio hac prærogativa inſigniretur.

II. Poſt mortem Lotharii patris, quæ ſeptimo à Ludovici coronatione anno, Chriſti DCCCC LXXXVI. & quidem VI. nonas Martias accidit, Francorum principatum ſolus obtinuit Ludovicus, ſed ad breve tempus. Obiit quippe anno ſequente DCCCC LXXXVII. nimirum XII. kal. Junii, ut in libello precum Hemmæ reginæ ipſius matris legitur, nullis liberis ex conjuge relictis, quam Figiacenſis chronographus [b] *Blandinam* vocat, *Blanchiam* Glaber, alii *Conſtantiam*, filiam comitis Arelatenſis. Ludovico ſuccedere debebat Carolus ejus patruus: at, dum ipſe rem *ad conſilium* differt [c], ab Hugone duce Lauduni comprehenſus, tradente ipſum Aſcelino ſeu Adalberone epiſcopo, cui graves hac de re litteras [d] ſcribit Gerbertus; & apud Aurelianos in carcerem retruſus eſt cum ſua ipſius uxore, Heriberti Trecenſis comitis filia, ex qua duos filios, Ludovicum & Carolum, in cuſtodia natos, ſuſcepiſſe dicitur.

III. Hugo Noviomi primum rex ſalutatus, dein eodem anno ab Adalberone archiepiſcopo Remis inunctus V. nonas Julii; poſtmodum Kalendis Januariis anni inſequentis Rotbertum filium Aurelianis à Seguino Senonum archipræſule inaugurandum curavit. Id nonulli, habita veteris calculi ratione, ad annum præcedentem, ſcilicet DCCCC LXXXVII. referunt quod quidem ſecundum novum calculum ſtare poſſet, ſi Rotbertus ordinatus ſit III. kal. Januarii, ut in brevi chronico Dionyſiano legitur.

IV. De anno, quo deceſſit rex Hugo, magna eſt inter auctores, cum recentiores, tum veteres, ſententiarum diſcrepantia. Sigebertus & duo chronica apud Labbeum [e], Leodienſe nimirum & Maſſilienſe, necnon Kemperlegienſe apud Baluſium [f], ad hæc fragmentum quoddam hiſtoriæ Francorum à Cheſnio [g] editum, Hugonis obitum anno DCCCC XCVI. conſignant, plerique alii auctores anno inſequente. Hugo Floriacenſis & Odorannus anno DCCCC XCVIII. quibus ſubſcribit Hadrianus Valeſius in notis ad carmen Adalberonis. De die omnes conſentiunt, eum IX. Kal. Novembris obiiſſe. Ego vero nullus dubito, ſupremum ejus annum eſſe DCCCC XCVI. quod multis illius temporis inſtrumentis & monumentis demonſtravi in præfatione prima ad tomum octavum Actorum noſtrorum, quæ paucis hoc loco, tanquam meis utens, repetere non ab re exiſtimo. In primis occurrit Archembaldi Turonum archiepiſcopi inſtrumentum, quo ſancti Juliani cœnobio quædam altaria confirmat *anno* DCCCC XCVI. *Rotberti regis primo*, à morte ſcilicet Hugonis patris. Alterum eſt Hugonis Autiſiodorenſis pro monaſterio Paredo, quod Lambertus comes, ipſius parens, in Æduenſi pago exſtruxerat, *datum menſe Maïo, indictione* XII. *anno incarnationis Domini* DCCCC XCIX. *Rotberto rege, anno* IV. *regni ejus.* quod inſtrumentum Perardus [h] ex

a *Du Bois Hiſt. Pariſ. p. 646. & ſeqq.*

b *Baluz. to. 2. Miſc. p. 301.*

c *Sigeb. in chron.*

d *Gerbert. ep. 10. 2. claſſis.*

e *Bibl. nov. to. 2. p. 337. & 339.*

f *Miſcell. to. 1. p. 521.*

g *Cheſn. to. 2. p. 232.*

h *Perard p. 167. & ſeq.*

CAP. X. authentico vulgavit. Accedit ipſius Rotberti diploma, quo Miciacenſi monaſterio regiam tuitionem impertit, *datum menſe Aprili in conventu regio, indictione* XIIII. *ſexto anno poſtquam monarchiam regni Rotbertus rex Dei gratia ſortitus eſt. Actum Aurelianis civitate, die Paſchæ ſecundo*, id eſt anno milleſimo primo, qui ſextus monarchiæ Rotberti non eſſet, niſi Hugoni patri anno DCCCC XCVI. ſucceſſiſſet. Idem dicendum de quadam donatione, monaſterio ſancti Michaëlis ad Moſam facta in villa comitatus Barrenſis, vocabulo *Vilercel*, ſub his chronicis notis: *Actum anno ab incarnatione* M II. *indictione* XV. *regnante Rotberto rege, anno regni ejus* VIII. His omnibus adde chartam [a] de inſtauratione vitæ canonicæ in eccleſia Barcinonenſi, *datam* VII. *idus Martii in æra* XLVII. *poſt milleſimam, Domini vero nono poſt milleſimum, regnante Rotberto rege Francorum* XIII. *anno.* qui Chriſti annus Rotberti regis tertius-decimus eſſe non poteſt, niſi Hugoni patri anno DCCCC XCVI. ſucceſſerit.

a *Marca. Hiſp. p.* 970.

Tot teſtimoniis colophonem addit Aimoinus Floriacenſis monachus, auctor æqualis in libro II. de miraculis ſancti Benedicti, capite IX. ubi Ligeris eluvionem contigiſſe teſtatur *anno incarnationis milleſimo tertio, regni autem Rotberti regis, quo cum patre regnare cœpit, ſexto-decimo, monarchiæ vero ſeptimo.* Hæc autem inundatio contigit tempore *hiemis ſolito longioris* ex chronico [b] Floriacenſi; ac proinde ſub initium anni milleſimi tertii. nam ſi ſub finem anni præcedentis accidiſſet hæc exundatio, hiems illa tum *longior* dici non potuiſſet, quippe vix à menſe Novembri incœpta. Ne quis vero dicat, Aimoinum pro veteri calculo initium anni ſequentis milleſimi quarti ad præcedentem retuliſſe; occurit idem chronicum, in quo Gerbertus ſeu Silveſter II. papa eodem anno mortuus dicitur, quem anno M III. obiiſſe conſtat; & anno ſequenti Abbo martyrio affectus fuiſſe, & quidem menſe Novembri: cujus Abbonis martyrium Aimoinus ipſe, aliique omnes anno M IV. collocant. Hæc operoſius à me diſſerta forte nonnemo cenſebit. Verum in tanta opinionum diverſitate res non leviter tractanda viſa eſt, ut in poſterum hæc controverſia finiatur. Jam quidem hanc epocham in libro II. de re Diplomatica ſtatueram: ſed quia idoneis argumentis fulta non erat, eam hoc loco retractare, & confirmare viſum eſt operæ pretium.

b *Baluz. miſcell. to.* 2. *p.* 306.

V. Jam ab annis ſeptingentis feliciter & glorioſe regnant Hugonis poſteri, tertiæ ſtirpis Franciæ reges, qua nulla vel antiquior in tota Europa, vel illuſtrior, omnes in LUDOVICO MAGNO redivivi. Horum caput eſt Rotbertus, cognomento Fortis, inclytus ille dux Francorum adverſus Nortmannos, atque alter Maccabæus, *Saxonici generis vir*, teſte Aimoino [c]: cujus auctoritate abutuntur, qui Hugonem, clariſſimum illum abbatem, Rotberti Fortis filium dixere, decepti vitioſa lectione editionis Johannis à Boſco, in qua [d] *efferа natio Danorum* Neuſtraſiis majorem ſuperioribus cladem illatura fuiſſe dicitur, *ni Hugo, ut fertur, Rotberti filius, per Gallias Abbatis honore præditus, eorum compeſcuiſſet temerarios auſus.* ubi hæc verba *ut fertur, Rotberti filius*, quæ deſunt in optimæ notæ codice Patriciacenſi, gloſſema haud dubie eſt, è margine in textum à recentioribus invectum: qui error etiam in vulgatum ſancti Benigni chronicon irrepſit. Vero proprius accedere videntur, qui Rotberti fratrem dixerint Hugonem abbatem, quem Conradi ſenioris, Judith imperatricis fratris, & Adelaïdis filium eſſe conſtat ex Herico [e] monacho, illorum temporum æquali. Certe quam illuſtri loco progenitus fuerit Hugo abbas, patet ex Johannis papæ VIII. ad eum epiſtola, inſcripta, *Hugoni ſtrenuo, nobili, regali proſapia edito.* quod recte convenit Herici de Conrado ſeniore teſtimonio, qui *princeps famoſiſſimus, collega regum & inter primates aulico apprime inclytus* prædicatur: ubi non minora Adelaïdi ejus uxori elogia tribuuntur. Horum filios *acerbo præventos occaſu* ſors invida ſuſtuliſſe ab eodem auctore [f] dicitur. quod non male convenit Rotberto Forti, quem immatura nece, in florenti adhuc ætate occubuiſſe facile probari poteſt. Eo exſtincto, cum filii ejus, Odo & Rotbertus, adhuc *parvuli* eſſent, paternus ducatus *non eſt illis commiſſus,* ſed Hugoni abbati qui in locum Rotberti ſubſtitutus fuit, ut in annalibus Mettenſibus legitur, & in chronico Reginonis. Unde conjicere licet, hanc ei provinciam, ut pote magis propinquo, &, ut veri ſimillimum eſt, Rotberti fratri, commiſſam fuiſſe. Eidem etiam data fuit ſancti Martini abbatia Turonenſis, quæ Rotberto antea conceſſa fuerat ab ipſo

c *Aimoin. lib.* 1. *de mirac. S. Bened. c.* 1.

d *Ibid.*

e *Heric. lib.* 2. *de mirac. S. Germani. c.* 5.

f *Ibid. c.* 5.

ipſo Hugone; dein cum ducatu tranſmiſſa ad Odonem, inde ad Rotbertum, Rotberti Forti filios, & ab eis ad poſteros omnes Francorum reges, qui abbatis ſancti Martini titulo gaudent. quæ omnia indicio ſunt, Hugonem, præſtantiſſimum illum abbatem, ejuſdem ſtirpis fuiſſe, adeoque Rotberti Fortis germanum fratrem. Hæ conjecturæ ſunt noſtri Georgii *Violes*, quas peritorum judicio permittimus. Hæc fuſius explicari poſſent; verum hujus argumenti dignitas majores curas, & in rebus genealogicis magis verſatum hominem poſtulat. CAP. X.

At quamquam magnopere laudandi ſunt eorum conatus, qui Rotberti Fortis genus inveſtigant, & illuſtrare ſtudent: ita maxime reprehendendi, qui fictis aut fucatis titulis tam illuſtrem virum dehoneſtant. qualis fuit nuper vir quidam haud ignobilis, qui Rotberti genus deducere tentavit ex Eccardo comite, cujus paternum genus ex Nebelungo proavo per Childebrandum avum deducere conatus eſt; Eccardo filios Nebelungum, Theodericum, Eccardum juniorem & Richardum; Nebelungo Rotbertum Fortem, necnon Theodericum, alioſque filios aſſignans, prolatis argumentis ex chartis Silviniacenſis monaſterii, nupertime à ruſticano quodam homine iſtoc allatis, & à Priore, qui nobis hæc retulit, coëmtis, quas viri docti, ſtatim atque vulgatæ ſunt, ut ſpurias habuerunt, & nos ipſi recentiſſime ſcriptas fuiſſe deprehendimus. Sed de his alias.

CAPUT XI.

I. *Quædam retractantur circa bullas Romanorum Pontificum.* **II.** *Circa diplomata regum Francorum.* **III.** *Eorum ſigilla aurea & plumbea.* **IV.** *Item regum Anglorum & aliorum.* **V.** *De ſignis idiographis.* **VI.** *Veteris palatii deſcriptio.* **VII.** *De ſtilo & uſu pennarum ad ſcribendum.*

I. ETſi in recenſione librorum de re Diplomatica multa correxerim, quædam ſubinde addiderim; nonnulla tamen inſuper retractanda reſervavi in hunc locum, quæ nunc explicanda ſunt. Incipio à Leone IX. qui primus Pontificum archicancellarium habuiſſe videtur præter cancellarium, qui vice archicancellarii pontificia diplomata ſubſcribebat. Sic privilegium Salernitanæ[a] eccleſiæ, rogatu Johannis archiepiſcopi ab eo *datum* dicitur *per manus Friderici apoſtolicæ ſedis cancellarii, vice domni Herimanni Colonienſis archiepiſcopi & archicancellarii*, quorum neuter, ſi non fallor, tunc cardinalis erat. Hujus rei exempla in Leonis IX. diplomatibus paſſim occurrunt, qua in re Germaniæ imperatorum morem pontifex imitatus eſt, quod pauci ejus ſucceſſores ſecuti videntur. Per id tempus locum dati diplomatis raro exprimebant Romani pontifices. a *Baron. an.* 1051.

In bullis pontificum quædam annum incarnationis à kalendis Januarii deſumunt, aliæ à die XXV. Martii, ut Alexandri III. diploma, quo poſſeſſiones monaſterii ſancti Martini Pontiſarenſis confirmantur, *datum Beneventi per manum Gratiani S. R. E. ſubdiaconi & notarii, idibus Februarii, indictione* III. *incarnationis Dominicæ anno* MCLXIX. *pontificatus domni Alexandri papæ III. undecimo.* Cum enim Alexander III. agnitus ſit pontifex anno MCLIX. die VI. Septembris; annus ejus undecimus menſe Februario coincidebat cum anno incarnationis MCLXIX. ſecundum veterem calculum, cum anno MCLXX. ſecundum novum, qui indictione tertia præditus erat. Perſeveravit varius iſte bullarum uſus ad noſtra uſque tempora, de quibus fuſe diſſerit Papebrochius in Conatu-chronico hiſtorico[b] de Romanis pontificibus: ubi obſervat vir eruditus in bullis pontificiis diverſimode annos ſignari, tum à kalendis Januarii, tum à die XXV. menſis Martii, quod quidem frequentius uſurpatur; brevia vero à Januario, quæ anulo Piſcatoris ab Alexandri VI. pontificatu inſigniri cœperunt. b *Papebr. pag.* 214. *& ſeq.*

In ſigillis pontificum obſervandum Pauli I. ſigillum, quod ex ſuo muſeo nobis communicavit humaniſſimus abbas Fauvellus, harum rerum ſtudioſiſſimus. In ejus

CAP. XI. antica parte exhibentur ſanctorum Petri & Pauli imagines ; in poſtica Pauli nomen græcis litteris, ut in ſubjecto ectypo obſervare licet.



Cur vero nomen ſuum græcis litteris adſcripſerit pontifex, id factum videtur, tum exemplo quorumdam illius ævi hominum pro tempore eruditorum, qui nomen ſuum græce ſcribere amabant, ut in quadam charta Ravennenſi, hic in Appendice relata, obſervare licet ; tum ex ejus propenſione in Græcos, qua factum eſt, ut Græcos monachos in Gregorianum ſancti Andreæ monaſterium introduxerit.

Non omittenda hoc loco epiſtola Innocentii IV. archiepiſcopo Narbonenſi inſcripta,
» cui pontifex ſignificat, alterum bullæ ſuæ *typarium*, quo veneranda apoſtolorum Petri
» & Pauli capita exprimutur, jam attritum *innumeris malleationis diutinæ percuſſuris*, con-
» fractum eſſe; ob idque *ut bullæ defectus quotidianam non interrumperet apoſtolici miniſterii*
» *ſervitutem*, ea ipſius bullæ parte, quæ ſuum ipſius nomen imprimit, non mutata, *aliud*
» *typarium capitum prædictorum in bullandi uſum* ſe curaſſe ſubrogari. Verum, quia
» ſculptoris manus illud priori non omnino ſimile effecerat ; ne ex hac diſſimilitudi-
» nis nota quamlibet difficultatem oriri contingat, ideo ſe prædicto archiepiſcopo per
» apoſtolica ſcripta mandare, ut, ſi qua in ejus provincia ſuper apoſtolicis litteris de
» veritate bullæ dubitatio emerſerit, collatione bullæ præſentis cum illa, de qua con-
» troverſia fuerit, facta, celerem dubitationi finem imponat. Datum Peruſii III. nonas
» Julii, pontificatus ſui anno decimo. Iſtius mandati exemplum in hujus Supplementi appendice referam ex autentico, cujus copiam mihi fecit pro ſua humanitate eruditiſſimus Baluzius, veterum monumentorum locuples cimeliarcha. Idem Innocentius IV. in reſcripto ad abbatem monaſterii de Firmitate Ordinis Ciſtercienſis, con-
» ſultus de quibuſdam apoſtolicis privilegiis, quorum fila ſerica è bullis dependentia
» magna ex parte amputata erant, declarat ea privilegia ob id ſuſpecta reputari non debere, *dummodo alias omnino ſuſpicione careant*. Idem etiam ſcripſit ad abbatem de Boheriis ejuſdem Ordinis, diœceſis Laudunenſis.

II. Venio ad Francorum reges, quorum præclara diplomata authentica vidimus in archivo eccleſiæ Æduenſis, quo nullum forte nobilius in ulla cathedrali Franciæ eccleſia. In eo quippe aſſervantur multa ſecundæ ſtirpis Franciæ authentica monumenta, Caroli Calvi & regum ſubſequentium : ex quibus unum eſt Karolomanni, filii Ludovici Balbi, quo, ad preces Richardi comitis Auguſtodunenſis, villam Taniacum, quæ olim ab epiſcopatu abſtracta, & comitatui addicta fuerat, ſancto Nazario & Adalgario epiſcopo reſtituit. *Datum pridie kal. Decembris, anno* II. *Karolomanni glorioſiſſimi regis, indictione* XIII. *Actum apud Nerundam-villam** diœceſis Senonenſis. *Theodericus comes ambaſciavit*, id eſt ſuo interventu obtinuit. qua de re in libro II. de re Diplomatica [a] egimus. Norbertus notarius poſt regem ſubſcripſit. Mirum eſt nullum reperiri diploma Ludovici, ipſius Karolomanni fratris, forte quod duobus tantum annis non integris regnaverit. Certe nullum hactenus mihi occurrit.

* Neronville.

a Diplom. p. 205. &c.

At inſigne præ ceteris eſt authenticum Odonis regis, eidem Adalgario reſtituentis villas Cuniacum, Selviniacum, & Saviniacum, ſitas in pagis Nivernenſi, Cabilonenſi, & Matiſconenſi. In monogrammate Odonis adſcriptum eſt Y græcum. Throannus notarius ad vicem Eblonis recognovit. *Data* X. *kal. Julii, indictione* VIII. *anno incarnationis Dominicæ* DCCC XC *anno* III. *regnante domno Odone. Actum Maeduno** *monaſterio*. quod opidum eſt ad Ligerim infra Aurelianorum civitatem. Sigillum Odonis integerrimum eſt cum hac inſcriptione, ODO GRATIA DI REX. Hæc in ſigillo diplomatis Carnutenſis, alias [b] à me exhibito, omnino deleta erat. quare dubitabam, an genuina eſſet Odonis effigies. verum hanc dubitationem ſuſtulit Æduenſe Odonis authenticum, cujus ſigillum hic repræſentare juvat.

* Meun.

b Diplom. p. 403.



Qui prædictum diploma recognovit Throannus notarius ad vicem Eblonis, quem alii Ebolum vocant, forte is ſit Trohannus, qui poſtea creatus fuit Aurelianorum epiſcopus, laudatus à Letaldo monacho Miciacenſi in libro de Miraculis ſancti Maximini abbatis.

In eodem Æduenſi archivo invenimus aliud authenticum Ludovici Tranſmarini, qui rogatu Hugonis ducis Francorum, cognomento Magni, & Bernardi Belvacenſium comitis, litteris ſuis chartas incenſas & peſſumdatas ſupplet; confirmatque Æduenſi eccleſiæ inter alia Torterum, Suliacum, & Luſiacum, quam poſtremam villam Syagrius epiſcopus olim eidem eccleſiæ contulerat. *Odilo notarius ad vicem Anſeiſi epiſcopi, ſummique cancellarii recognovit. Datum Autiſiodoro* V. *kal. Auguſti, anno* DCCCCXXXVI. *indictione* VIIII. *anno* I. *regnante Ludovico glorioſiſſimo rege.* Hujus diplomatis eo libentius mentionem facio, quod ex ejus chronicis notis annus primus Ludovici Tranſmarini diſerte aſſeratur. qua de re alias [a] à me actum eſt. a *Diplom. p.* 200.


III. Præter cerea ſigilla regum noſtrorum, quædam fuere aurea, quædam etiam plumbea: de quibus in libro II. egimus capite XVI. Ad hæc in archivo baſilicæ ſancti Martini Turonenſis tria ſigilla aurea aſſervantur. Unum appenſum eſt Ludovici Pii præcepto, quo ejuſdem baſilicæ immunitates confirmantur ad preces Fredegiſi abbatis. *Data* III. *kal. Septembris, anno Chriſto propitio tertio* * *domni HLudowici piiſſimi* * *ſic.* *auguſti, indictione* X. *Actum Aquiſgrani palatio regio.* Affixum erat ſigillum cereum, ut ejus veſtigia probant; & inſuper appenſum cernitur ſigillum aureum cum effigie imperatoris, atque hac epigraphe in antica, D. N. HLUDOWICUS IMP. & in poſtica, RENOVATIO REGNI FRANCORUM. Hoc diploma Heliſachar recognovit & ſubſcripſit. Alterum ſigillum abſque ullo veſtigio ſigilli cerei appenſum eſt præcepto Caroli Calvi ad confirmanda ejuſdem baſilicæ privilegia, & prædia ſtipendiis canonicorum aſſignata. quæ auctoritas ut conſervetur, *manu*, inquit, *propria ſubter eam firmavimus, & de bulla noſtra ſollemniter inſigniri juſſimus.* Appoſita eſt Caroli ſubſcriptio ex cynnabari ſeu minio, facta eodem modo, quo eam Carolus ipſe, jam imperator factus, diplomati ſuo pro Compendienſi eccleſia adhibuit, eodemque fere modo, quo epiſtolæ græcæ inferius exhibendæ appoſita eſt. *Data* VIII. *kal. Maii, indictione* X. *anno* XXII. *regnante Karolo glorioſiſſimo rege. Actum Turonis civitate.* Appenſum eſt ſigillum aureum, quod *bullæ* nomine Carolus deſignavit. Eodem vocabulo utitur in *pancharta*, qua villas ac poſſeſſiones omnes ejuſdem baſilicæ confirmat poſt incendium monaſterii ſancti Martini, quod *ſæviſſimi atque crudeliſſimi Nortmanni concremaverant.* quam panchartam, *de bulla*, inquit, *noſtra inſigniri fecimus. Data* XI. *kal. Septembris, anno* XV. *regnante Karolo glorioſo rege, indictione* I. *Actum Turonis civitate.* Appenſa fuiſſe videtur bulla aurea, uti apparet ex fiſſura membranæ, ex qua dependebat. In ſuperiori illo Caroli diplomate bullæ aureæ inſcriptio in antica parte fere detrita eſt, præter nomen Karoli; in poſtica

Cap. XI. † RENOVATIO REGNI FNCO Duas illas bullas aureas hic exhibemus cum bulla Ottonis III. poſſeſſiones ſancti Martini in Italia ſitas confirmantis: quo ex tempore bullæ aureæ magis in uſu fuere.

Quod attinet ad bullas plumbeas, Carolinis temporibus eas in uſu fuiſſe conſtat non modo in pontificiis, ſed etiam in regiis & imperialibus diplomatis, ut ſuo loco [a] demonſtravimus. Ex iis quaſdam è ſuo cimelio protulit, & accurrate effingi curavit jam laudatus Fauvellus abbas: ex quibus tres hoc loco poſt aureas bullas in una eademque tabella exhibere viſum eſt, Caroli nomine inſignitas: at cujus Caroli ſint, non conſtat. Ex his prima, quæ eſt Karoli imperatoris, Caroli Magni an Calvi ſit, dubium eſt. Calvo ſecunda tribuenda: tertia Carolo Craſſo imperatori. Neque ad id diſcernendum valet inſcriptio in inverſa parte appoſita, RENOVATIO REGNI FRANC. vel IMPERII. Hoc enim elogium omnibus indifferenter imperatoribus, regibuſve tribuebatur. Secundæ bullæ plumbeæ inſcriptio poſtica eadem eſt cum ea, quæ bullæ plumbeæ bibliothecæ regiæ [b] appoſita eſt; adeoque utraque eidem regi tribuenda.

a l'Epitom p. 142. & ſeq.

b Ibid.



IV. Apud Anglos univerſim aut nulla, aut rara erant ſigilla ante Willelmum Conquæſtorem, qui ſigillorum uſum primus ad eos invexit. Id probant in primis Ingulfus, & annales Burtonenſes ad annum M IV. ubi nobis quidam Anglus, Wlfricus nomine,

nomine, Burtonenſem abbatiam conſtruxiſſe dicitur, eique univerſam hereditatem ſuam donaſſe. *Et quia, inquit auctor, nondum utebantur ſigillis in Anglia, fecit donum ſuum confirmari ſubſcriptionibus.* Huc ſpectat quod ait Ingulfus, chirographorum confectionem apud Anglos, uſque ad Edwardi regis tempora, teſtium ſubſcriptionibus cum crucibus aureis, aliiſque ſacris ſignaculis firmam fuiſſe: Nortmannos vero conſtituiſſe, ut chirographis chartæ ſuccederent, quæ *cum cerea impreſſione, per uniuſcujuſque ſpeciale ſigillum, ſub inſtillatione trium aut quatuor teſtium, firmæ & ratæ fierent.*

Sigillis affixis nullum vulgo apponebatur contraſigillum, ut alias [a] obſervavimus. Attamen in archivo Cavenſi duo aſſervantur diplomata Waimarii ſeu Guaimarii principis Salernitani [b], ſigillis affixis prædita, quibus in averſa parte contraſigillum impreſſum eſt. Sigillum quippe cereum ex una parte Waimarium dimidiato corpore, cum ſceptro in dextra, & corona clauſa in capite refert, ſub hac inſcriptione in antica parte, WAIMARIUS PRINCEPS: in poſtica vero manum extenſam, medio digito ad indicem reflexo, cum eadem inſcriptione. Ibidem Rogerii Siciliæ regis aurea bulla aſſervatur.

a *Ibid. p.* 150.

b *Iter Ital. p.* 118.

V. Præter ea, quæ de ſignis idiographis diximus in libro II. de re Diplomatica, capite XXII. num. XIII. ex charta Chrotildis matronæ, cui chartæ teſtes nominibus ſuis propria ſigna appoſuere; idem etiam obſervavimus in litteris Adonis abbatis pro Remenſi ſancti Remigii baſilica, Dagoberti tertii anno quarto datis, quibus teſtes nomina ſua cum idiographis ſignis ſubſcripſere, cum hoc tamen diſcrimine, quod quorumdam ſigna nihil aliud quam verbum *ſubſcripſi*, implexis & implicatis litteris exprimant: quod etiam in charta Chrothildis obſervare licet: aliorum vero nomina, qui ſcribendi imperiti erant, non ſimpliciter apponuntur, ſed *ſignum N.* interpoſito ſigno crucis. quod etiam à poſteris obſervatum eſt, cum propria manu ſubſcribendi uſus obſolevit.

VI. De palatiis regum noſtrorum multa obſervanda eſſent præter ea, quæ in libro IV. dicta ſunt: ſed pauca tantum ſeligo notatu digniora.

In primis ad ſtatuendum Caſſinogili Aquitaniæ palatii ſitum non parum conferre poteſt id, quod in hiſtoria abbatiæ Condomienſis [c] legitur: ubi Bernardus *de Taurinac* poſſediſſe dicitur *locum ſuper litus Garonnæ poſitum, regalibus ædificiis olim, ſicut apparet, conſtructum, at nunc præ nimia vetuſtate penitus dirutum & deſolatum: qui locus vocatur ab imminenti fluvio, qui ibidem finem accipit, & Garonna abſorbetur, Calcis-droti*, demonſtrans ruinas duarum eccleſiarum, quarum principalis eſt in honore ſancti Chriſtophori, altera in honore ſancti Eparchii.*

c *Spicil. to.* 13. *p.* 460.

* *Codrot.*

Gardina palatium regium nominatur in diplomate Lotharii imperatoris, qui Wimaro [d] cuidam vaſſalo Villam novam in Roſſilione ad habitandum concedit. *Actum Gardina palatio regio*, Lotharii anno XX. quem locum Baluzius [e] putat eſſe prope Aquiſgranum, ubi tunc Lotharius morabatur.

d *Marca Hiſp. p.* 771.

e *Ibid. p.* 351.

Turnus Belgicæ ſecundæ villa eſt, qua Carolus Simplex plurimum delectabatur, ut patet ex quibuſdam ejus præceptis, in Marca Hiſpanica relatis. Horum unum eſt [f] pro eccleſia Gerundenſi, *actum apud Turnum*: alterum pro Helenenſi [g] *apud Turnuvillam*: tertium pro eccleſia item [h] Gerundenſi, *actum in Setico contra Torn.* Hæc præcepta data ſunt eo tempore, quo Carolus in Belgica ſecunda, ut Baluzius [i] obſervat, & quidem in pago Remenſi vel Laudunenſi, verſabatur. Unde conjicere licet, Turnum villam eſſe illam, quæ infra Caſtrum-Porciani poſita eſt, haud procul à dextra fluvii Axonæ ripa, vulgo *Le Tour* appellata, nobilis familiæ *Du Tour* caput.

f *Ibid. p.* 828. *& ſeq.*

g *Ibid. p.* 833.

h *Ibid. p.* 845.

i *Ibid. p.* 375. *& ſeq.*

Aliud palatium erat in pago Rotomagenſi, loco illo ſcilicet, quem Veterem-domum appellant, ubi capella palatio contigua erat, ſancti Germani epiſcopi Autiſiodorenſis nomine inſignita, uti diſcimus ex Herici monachi libro de ejus miraculis, capite XLV. in hæc verba. *In pago Rotomagenſi regius fiſcus eſt, quem incolæ ob palatii antiquitatem Veterem-domum nuncupant. Capella palatio contigua, beatiſſimi Germani famoſa nomine, illuſtris & merito, ſignorum dote ſummam ſibi facile venerationem obtinuit. Unum erit propoſitæ ſufficiens brevitati, quod eo memorare compellimur, quo publicum ſcimus. Rex Carolus huc fortaſſe devenerat, cum Heriſpogio duce Britonum placitaturus,*

CAP. XI. *ac ſeria quæque de regni negotiis tractaturus*, &c. Hic colloquium habitum eſt ſub annum DCCC XLIII. quo Carolus cum Heriſpogio [a] conflixit.

a Cheſn. to. 2. p. 386.

VII. Huc referenda videtur veteris palatii deſcriptio, qualis in chartario Farfenſi habetur in hunc modum. *In primo proaulium, id eſt locus ante aulam. In ſecundo ſalutatorium, id eſt locus ſalutandi officio deputatus, juxta majorem domum conſtitutus. In tertio conſiſtorium, id eſt domus in palatio magna & ampla, ubi lites & cauſæ audiebantur, & diſcutiebantur; dictum conſiſtorium à conſiſtendo, quia ibi, ut qualibet audirent & terminarent negotia, judices vel officiales conſiſtere debent. In quarto trichorum, id eſt domus conviviis deputata, in qua ſunt tres ordines menſarum; & dictum eſt à tribus choris, id eſt tribus ordinibus, comeſſantium. In quinto zetæ hyemales, id eſt cameræ hiberno tempori competentes. In ſexto zetæ æſtivales, id eſt cameræ æſtivo tempori competentes. In ſeptimo epicauſtorium & triclinia accubitanea, id eſt domus, in qua incenſum & aromata in igne ponebantur, ut magnates odore vario reficerentur, in eadem domo tripertito ordine conſidentes. In octavo thermæ, id eſt balnearum locus calidarum. In nono gymnaſium, id eſt locus diſputationibus & diverſis exercitationum generibus deputatus. In decimo coquina, id eſt domus, ubi pulmenta & cibaria coquuntur. In undecimo columbum, id eſt ubi aquæ influunt. In duodecimo hippodromum, id eſt locus curſui equorum in palatio deputatus.* Hactenus codex Farfenſis, quæ licet alibi retulerim, hic tamen, ut in loco, repetere viſum eſt.

Paullo aliter veteris palatii varias partes deſcribit Gottifredus Wendelinus in Gloſ-
» ſario Salico, occaſione malli, de quo ita ſcribit. *Mallus, ſive mallum, eſt conventus*
» *juris dicundi cauſa*, ſive ordinarius, ſive extraordinarius. *Mellen* eſt loqui, *Mel* locutio,
» *Maal* colloquium. Mallus proinde idem quod *Parlement.*

» Mallobergum ſeu Malbergum eſt aula ſive ſala, ſive amplus locus, in quo conven-
» tus celebratur. Bergum eſt noſtrum *Berg*, receptaculum, diverſorium ſeu diæta, ſub
» cujus tectum concederet conſeſſus tempore pluvio vel inclemente.

» Sala, unde Salica lex, primum domum ſignificat, non quamlibet, ſed amplam,
» inſtructam & divitem, quæ infra, aut juxta curtem habeat, prædiaque & latifundia,
» numeroſamque familiam ſervorum, bubulcorum, paſtorum, & id genus hominum.
» Secundo eſt atrium in magna & ſplendida domo. Tertio eſt aula, palatium, regia,
» prætorium, tribunal ſummum.

» Saleci homines, non populi, ſed ſunt domeſtici principis, aulica nobilitas, pro-
» ceres, magnates. Hi, Francorum portio nobiliſſima, à Batavis pulſi, in Taxandriam
» ſe receperunt.

» Taxandria ſeu Texandria eſt illa regio, quæ ab annis quadringentis Campinia vo-
» catur, vulgo *Kempen*; ſic fluminibus cincta, ut ſit quaſi peninſula, iſthmo cohærens
» cum Atuaticis ſeu Haſbanis, inter Moſam & Tameræ fontes media.

» Francorum Saliorum fines, mare, ſilva Carbonaria, Legeris fluvius, qui alius eſſe
» non poteſt ab eo, quem nos vocamus *Jeker*, Galli *Lajarre*, Haſbaniæ limes orientalis,
» linguam Teutonicam à Walonica ſeparans, Lachara apud Dubletum [b].

b Doublet. p. 724.

Hæc fuſius fortaſſe, quam par eſſet, retuli, ſed, ut reor, non parum idonea ad rem diplomaticam illuſtrandam. Ex his patet, quid ſibi velint duo Caroli Calvi diplomata, data apud *Salas Baſiu.* quo nomine regale Baſivi atrium ex dictis intelligitur.

VIII. Antequam hoc caput abſolvam, non ab re erit hic breviter agere de inſtrumentis, quibus veteres notarii & antiquarii ad ſcribendum utebantur: quod quidem in libro primo videtur deſiderari. In primis, qui in tabulis ceratis compendio res deſcribebant notarii, ſtilo utebantur; qui vero libros, diplomata & chartas exarabant, pennis avium, an calamis ex arundine factis uſi ſint, [illegible] liquet. Hanc quæſtionem in paucis aperuit Browerus in notationibus ad carmen XXVIII. HRabani-
» Mauri. Quæri ſolet, inquit, an priſci noſtri cœnobitæ, qui pellibus & membranis tot
» ſcrinia bibliothecarum impleverunt, pennis, ut jam vulgo ſcriptores, ex anſerum,
» gruum, cygnorumve alis uſi ſint; an juncis potius & arundinibus, ex quibus cala-
» mos aptabant priſci. Auctores vero, qui rem certo definiant, haud ſe legiſſe fatetur
vir eruditus; neque ex arundinis & calami promiſcua ſignificatione, qua ſequioris
» ætatis nonnulli utuntur, litem finiri poſſe arbitratur. Si quis conjecturæ locus, apices

majuſculos, & ductus unciales, quibus vetuſtiores membranæ plerumque exaratæ ſunt, auſim pronuntiare, inquit, calamorum opera perfectos; minutiores litteras & ταχυγραφίαν, pennis expedita fuiſſe: quem ſenſum in verſibus Albini, ſcriptorio conſecratis, inſinuari putamus. » Cap. XI. » » »

Tramite quo recto penna volantis eat.

Utriuſque, calami & pennæ, in monaſteriis ad rituales libros & cantum eccleſiaſticum celebrem uſum viguiſſe recordantur avi noſtri. Ita Browerus.

Verum, ut dicam hac de re quod ſentio, pennis uſos fuiſſe veteres ad ſcribendos etiam elegantiores libros perſuaſum habeo. Exſtat in Altivillarenſi agri Remenſis monaſterio veterrimus Evangeliorum codex, quem Petrus abbas ab annis fere nongentis, ſcilicet principatu Ludovici Pii, pontificatu Ebonis archiepiſcopi, à Placido monacho litteris aureis eleganter exarari curavit: quo in codice depicti exhibentur quatuor Evangeliſtæ ſcribentium in morem, cum penna in manu, in quibuſdam ex illis quatuor ſic expreſſa, ut de pennæ uſu in ſcribendo illis temporibus recepto non liceat dubitare. Vidimus & alium codicem vitæ ſancti Amandi in abbatia Elnonenſi, ante annos circiter ſeptingentos deſcriptum, in quo Baudemundus * monachus, qui hanc vitam ab annis mille compoſuit, cum penna itidem in manu ræpreſentatur. Similia alibi exempla videre licet. Hinc Petrus Venerabilis in epiſtola [a] ad Giſlebertum recluſum, quem ad deſcribendos libros hortatur: *Pro aratro*, inquit, *convertatur manus ad pennam; pro exarandis agris, divinis litteris paginæ exarentur.*

* V. Annal. Bened. to. 1. p. 528.

a Petr. Vener. lib. 1. ep. 20.

Quod attinet ad ſtilum, eo maxime utebantur veteres ad ſcribendum in tabulis ceratis. Legimus in veteri codice, modo bibliothecæ Ottobonianæ, carmina Baldrici Burgulienſis abbatis, partim edita, partim haud vulgata, in quibus unum eſt lugubre, immo feſtivum carmen de graphio fracto, quo Baldricus ad ſcribendum in tabulis ceratis per annos decem uſus fuerat. Ni res parum ſeria eſſet ad propoſitum noſtrum, integrum illud carmen referrem, in quo auctor totum ſtili artificium & uſum deſcribit. Hic venit in mentem Leonis Allatii, qui amiſſo calamo, quo ad græce ſcribendum unico per annos quadraginta uſus fuerat, adeo indoluit, ut vix lacrymas continuerit. In alio carmine Baldricus ludit in tabulas ſuas, quæ non cera nigra de more, ſed viridi oblitæ erant, ad recreandos ſcilicet oculos: ludit & in ſtilum eis accommodatum, quem fecerat quidam Lambertus Andegavenſis; laudatque abbatem Sagienſem, cujus dono acceperat ſacculum, quibus illæ tabulæ, vix ſemipedales, incluſæ erant. Earumdem vero brevitatem atque formam præ ceteris commendat his verſibus.

In latum verſus vix octo pagina veſtra;
In longum vero vix capit hexametrum.
Attamen in vobis pariter ſunt octo tabellæ,
Quæ dant bis geminas paginulaſque decem.
Cera namque carent altrinſecus exteriores;
Sic faciunt octo quattuor atque decem.
Sic bis ſex capiunt, capiunt & carmina centum;
Id quoque multiplices paginulæ faciunt.

Idem verſibus ſuis celebrat Girardum & Hugonem notarios ſeu ſcriptores ſuos, qui carmina ſua e tabulis ceratis in membranas referebant. Parcat lector huic digreſſiunculæ ad relevandum tantiſper animum à ſpinoſo illo ſcribendi genere, quo hactenus uſus ſum.

CAPUT XII.

I. Nova ſpecimina hic edita unde accepta. II. *Obſervationes in diploma Chlotharii ſecundi.* III. *Ubi de nominibus propriis varie ſcriptis.* IV. *Et in diploma Dagoberti ſenioris.* V. *In epiſtolam græcam ad regem Francorum.* VI. *Quædam etiam de vulgata charta plenariæ ſecuritatis.*

I. PRæter ſpecimina veterum ſcripturarum & diplomatum, quæ in libro v. de re Diplomatica exhibuimus, multa his addi poſſent, cum ex aliis, tum ex Dionyſiano archivo, in quo maxima priſcorum diplomatum & inſtrumentorum copia eſt. Hic forte nos ſiſtet verſutus aliquis inquiſitor, ac dicet: Unde tanta iſtic authenticorum copia poſt Dubletum? unde vero nova hæc archetypa poſt editos rei Diplomaticæ libros? Scilicet illa confićta ſunt poſt Dubletum à noſtris! ego hæc nova fabricatus ſum poſt primam Operis diplomatici editionem, charta nimirum corticea ex Ægypto recens advecta! aut certe ego ipſe vel fraudis conſcius, vel ſtolidus & imperitus, qui figmenta pro veris in publicum ingeſſerim! Si quis eſt qui tam maligne, ſeu de noſtris, ſeu de me ſentiat, ſi non hominum, certe Dei judicium portabit quiſquis ſit ille.

Si quis vero id bona fide à me percontetur, ſincere & ingenue rem aperiam. Primo nec Dubleto, nec mihi umquam venit in mentem, univerſas Dionyſiani archivi tabulas proferre in lucem. Id enim & prolixioris, & inutilis eſſet operæ. Prolixioris quidem, nam plurima volumina rei exſequendæ vix ſufficerent: inutilis vero, nam permulta ſunt, quæ nec rei litterariæ, nec præſenti monaſterii ſtatui conducerent. Deinde certum eſt, ut jam ſuperius dixi, Dubletum, virum bonum & ſimplicem, ea tantum edidiſſe, quæ vel ex chartariis lectu facilioribus, vel ex pauciſſimis authenticorum tranſſumtis, à perito quodam antiquario olim expreſſis, colligere potuit. Neque enim, ut puto, is erat, qui illa primæ ſtirpis archetypa legere valeret, quæ nos nonniſi cum multo labore & examine legere potuimus. Unde non mirum, ſi Merovingicæ ætatis inſtrumenta, quæ à nobis poſtea edita ſunt, omiſerit vir bonus, quorum nec tranſſumta invenit, nec lectionem aſſequi potuit. Ad hæc in illis inſtrumentis à nobis editis occurrunt non pauca, (& id hoc loco repetere juvat) quæ ad res monaſterii nequaquam petinere videntur, cujuſmodi ſunt charta Chrothildis matronæ de conſtructione monaſterii Brogarienſis; placitum de Chramlino epiſcopo Ebredunenſi; Vandemiris & Ercambertæ teſtamentum, varias continens donationes diverſis factas eccleſiis; Agiradi epiſcopi Carnutenſis privilegium, monaſterio ſanctæ Mariæ ad Ligerim indultum; Ermentrudis matronæ teſtamentum, ad calcem Liturgiæ Gallicanæ à me vulgatum, & in hoc Supplemento denuo recuſum; teſtamentum cujuſdam viri illuſtris pro quodam monaſterio pagi Vilcaſſini ex authentico, in charta Ægyptiaca ſcripto, à me editum in Appendice ad tomum I. noſtrorum Annalium; præceptum Caroli Magni, quo Theudoldum comitem à ſuſpicione criminis læſæ-majeſtatis abſolvit, aliaque id genus permulta, quæ omnia res Dionyſianas aut nihil, aut parum ſpectant: nec proinde in chartaceos codices relata ſunt, nec à Dubleto, etiamſi ea in promtu habuiſſet, typis mandari attinebat. Sane multa etiam, quæ alicujus momenti Dionyſianis erant, à collectoribus chartarum omiſſa ſunt, tametſi multos id genus codices reperias, quorum nonnulli in alienas manus devenerunt, modo aſſervati in variis bibliothecis, Colbertina, aliiſque. Quæ hactenus dixi ea ſtirpis Merovingicæ monumenta potiſſimum ſpectant. nam ſi Carolinæ & Capetianæ ætatis inſtrumenta omnia, quæ in Dionyſiano archivo habentur, Dubletus congerere voluiſſet, ad id exſequendum non duo, triave, ſed plura volumina ei vix ſuffeciſſent.

Jam vero quod ad me attinet, ſi quæras, unde hæc nova Merovingicæ ſtirpis, aliaque ejuſdem ætatis ſpecimina acceperim? rem paucis accipe. Cum Dionyſianas

tabulas, in charta Ægyptiaca ſcriptas, denuo revolveremus, quibuſdam chartis alias ad ſupplendam earum caducitatem ſuppoſitas advertimus: quibus ab invicem ſeparatis, præclara monumenta invenimus mutilata & conſciſſa, ut aliis longe minoris momenti aptata, pro fultura eſſent. Hæc vero ſunt, quorum ſpecimina hic damus, ſcilicet regia præcepta duo, unum Chlotharii ſecundi, alterum Dagoberti ſenioris ejus filii; epiſtola græca cujuſdam imperatoris Græci forte ad Carolum Magnum, præter tria alia diplomata Chlotharii III. quæ in Appendice [a] ad tomum I. Annalium noſtrorum relata ſunt. CAP. XII.

a Annal. Bened. to. 1. p. 693. & ſeq.

II. Primum ex novis noſtris ectypis eſt Chlotharii ſecundi præceptum, in charta ſcriptum Ægyptiaca, quo idem princeps ratas habet donationes, Dionyſianæ baſilicæ & Dodoni abbati, aliiſque baſilicis à Johanne quodam negotiatore factas. CHLOTHACHARIUS IN CHRISTI NOMINE REX cum quadam monogrammatis ſpecie, quod fere detritum eſt, *hanc præceptionem* ſubſcribit, quam Urſinus referendarius obtulit. Hoc præceptum datum eſt in villa Pariſienſis agri Stirpiniaco, at chronicæ notæ deſunt mutilo authentico. Ex hoc diplomate, aliiſque litteris [b] Theodilæ, alio nomine Theodetrudis matronæ, inſcriptis Dodoni abbati ejuſque fratribus, diſcimus ſancti Dionyſii monaſterium exſtitiſſe ante Dagobertum ſeniorem, prædicti Chlotharii filium, qui, ob amplificatum & magnificentius inſtructum cœnobium, ejus auctor à poſteris creditus, dictuſque eſt.

b Doublet. p. 653.

III. In his vero aliiſque monumentis obſervanda eſt multa in ſcribendis nominibus propriis varietas. Id apparet in Chlotharii nomine, qui aliquando ſimpliciter *Chlotarius* cum una littera adſpirante, tum Chlotharius cum duplici, immo etiam cum triplici, & cum unius ſyllabæ adjectione *Chlothacharius*, ut in præmiſſo diplomate, ſcriptus eſt. Idem etiam advertere licet in nomine Dagoberti ejus filii, qui paſſim *Dagobertus* pingitur, aliquando *Dagobercthus*, quo modo ſuum ipſius nomen exprimere ſolet, ut videre licet tum in ſpecimine relato in libro v. de re Diplomatica, tum in alio, quod in hoc Supplemento proferimus. Sane hunc fuiſſe tunc ſcribendi ejus nominis morem accuratiorem patet ex epitaphio Dagoberti, filii Chilperici regis ex Fredegunde, acroſtichis verſibus duodecim compoſito à Venantio Fortunato [c]: cujus epitaphii primis litteris ſimul conjunctis efficitur DAGOBERCTHUS, ut hic videre licet, tametſi in primo verſu *Dagoberte* legatur in veterrimo noſtro codice.

c Fortunat. lib. 9. c. 5.

D *ulce caput populi, Dagoberte, perennis amore*
A *uxilium patriæ, ſpes puerilis obis.*
G *ermine regali naſcens generoſus & infans,*
O *ſtenſus terris, mox quoque rapte polis:*
B *elligeri veniens Chlodovechi gente potenti,*
E *gregii * proavi germen, honore pari;*
R *egibus antiquis reſpondens nobilis infans,*
C *hilpericique patris vel Fredegunde genus.*
T *e veneranda tamen mox abluit unda lavacri:*
H *inc licet abreptum lux tenet alma throno *.*
U *ivis honore ergo, & cum Judex venerit orbis,*
S *urrecturus eris fulgidus, ore nitens.*

* ſic mſ.

* ſic mſ.

Hoc acroſtichum primus advertit vir ſingularis eruditionis D. Pelehester, qui hac de re amice me monuit.

Neque in diverſis tantum ſed in unis quoque iiſdemque monumentis occurrit illa ſcribendorum propriorum nominum varietas. Sic in prædictis Theodetrudis litteris, quæ *Theodila* in earum inſcriptione dicitur, in ſubſcriptione vocatur Theodilana. Sic Theodrada, Caroli Magni filia, in uno eodemque authentico [d] primum

d Diplom. p. 515.

Cap. XII. *Theodredana*, mox *Theodrada* vocatur. Ad hunc modum quæ *Fara* vulgo nuncupatur, *Farana* non ſemel ſcribitur in Ecchardi comitis teſtamento. Hæc obſervare ſuperfluum videretur, niſi earum rerum imperiti nonnulli de hac varietate rixas moverent. Hujus rei ſexcenta exempla occurrunt, quæ omnia referre otioſum eſſet. Unum tantum addo ex primaria inſcriptione tumuli Chilperici, ſuperius [a] a me, uti jacet, expreſſa, in qua *Hilpericus* ſemel cum adſpiratione, ſemel *Ilpericus* abſque illa legitur.

a cap. 3. num. 3.

IV. Alterum ſpecimen novum, quod hic exhibetur, eſt Dagoberti ſenioris, in charta Ægyptiaca itidem exaratum, quo rex confirmat partitionem bonorum, inter Urſinum virum inluſtrem, ſibique fidelem, interque Beppolenum ejus germanum, factam, earum ſcilicet poſſeſſionum, quæ tam à genitore ſuo Chrodoleno, quam à germano ſuo Chaimedegiſilo, maxime in Rotenico, eis obvenerant. Notæ chronicæ deſiderantur in mutilo authentico, cui propria manu ſubſcribit *Dagoberchthus rex*, ut in altero alias à me relato; idque *Burgundofarus obtolit*, qui paſſim *Burgundofaro*, vulgo *Faro* nuncupatur. Sane hoc authenticum nullo pacto ſuſpectum eſſe poteſt, cum nulla in eo mentio ſit baſilicæ Dionyſianæ, aut monaſterii.

V. Idem potiori jure dicendum de tertio ectypo epiſtolæ Græcæ, cujus ſpecimen tertio loco in duabus tabellis hic proferimus. Neque enim tam peritum doli artificem facile reperiri poſſe puto, qui ejuſmodi græcos characteres aut ſuo marte excogitare, aut tam perite effingere queat: neque tam malus, qui id gratis comminiſci velit. Scripta eſt hæc epiſtola in charta Ægyptiaca, verſibus pari intervallo, ut hic exhibentur, à ſe ſe diſtinctis, eademque cynnabari ſeu minio ſubſcripta eſt. Ut lectoris otio, ſtudioque conſuleremus, hujus fragmenti lectionem, in ſpatio interlineari, vulgaribus litteris græcis reddi curavimus. Ad epiſtolæ ſubſcriptionem quod attinet, varia fuit eruditorum virorum, quos ea de re conſuluimus, ſententia. Alii quippe legendum cenſebant, Legimus; alii Constantinus, ejus nominis primis litteris, ut his videbatur, contractis. Verum huic ſententiæ illud repugnare advertebam, quod Carolus Calvus, qui Græcanicos ritus imitari geſtiebat, conſimilem ſubſcriptionem adhibuerit duobus diplomatibus ſuis: quorum unum, adhuc rex, Turonenſi ſancti Martini baſilicæ; alterum jam imperator Compendienſi ſancti Cornelii eccleſiæ, utrumque cum aurea bulla indulſit. At forte Conſtantini nomen, ut ceteros Græcanicos mores affectaverit Carolus, quaſi novus, ut ſibi videbatur, Conſtantinus. Sed hæ meræ conjecturæ. Compendienſis diplomatis ſubſcriptionem in tabella LI. libri quinti de re Diplomatica videre licet: alteram in fine tertii ectypi hujus Supplementi ad imperatoris Græci ſubſcriptionem exhibere viſum eſt, ut comparatione facta, de utraque judicium lector facilius ferre poſſit. Porro, cur Conſtantinus, ſi quidem ipſius ſit hæc epiſtola ejuſque ſubſcriptio, Latino charactere nomen ſuum expreſſit, illud forte in cauſa fuerit, ut hoc ſigno non minus Latini, quam Græci imperii ſe dominum teſtaretur. Jam vero ad quem ſcripta ſit hæc epiſtola, non facile eſt divinare. tametſi ad quemdam regem Francorum hanc ſcriptam eſſe non dubitem. Varias legimus Græcorum imperatorum per id tempus legationes ad reges Francorum. Una eſt Conſtantini Copronymi ad Pippinum, anno DCC LV. poſtulantis, ut Pentapolim ſibi, non Stephano papæ traderet. Altera fuit Irenes imperatricis ad Carolum Magnum, ad quem legati epiſtolam Irenes pro pace attulerunt. Ad hæc Nicephorus imperator legatos miſit ad Pippinum Italiæ regem, itidem pro pace, cum litteris, quæ poſt Pippini obitum, qui anno DCCC X. accidit, Carolo ejus patri redditæ ſunt. Didicimus ex epiſtola Caroli Magni ad Nicephorum imperatorem, inter Alcuini [b] epiſtolas edita, in qua Carolus ſe magnopere gaviſum fuiſſe teſtatur, quod Nicephorus optatæ ab ſe pacis conciliandæ occaſionem dederit. Caroli legatos, qui ad Nicephorum miſſi fuerant, Michael ejus gener, imperator factus, ſuſcepit, cum quibus ſuos legatos miſit, *& per eos pacem incœptam confirmavit*; Legati vero *ſcriptum pacti* à Carolo acceperunt, cui græca lingua laudes ei dixerunt, *imperatorem* & Βασιλέα eum appellantes. Ad hanc forte legationem referenda Græca noſtra epiſtola, in qua de juniori quodam rege, forſan Pippino, & de pace ſit mentio.

b Alcuin. ep. 11.

Caroli Calvi regium præceptum, cui prædicta ex cynnabari ſubſcriptio cum regia

bulla appoſita eſt, ab eo *venerandus grex* beati Martini obtinuit ad confirmandas eis poſſeſſiones & villas, quas avus ejus Carolus auguſtus, & genitor Ludovicus ad eorum ſtipendia uſuſque aſſignaverant. *Et ut hæc præceptionis auctoritas*, ait rex Carolus, *per ſuperventura tempora ab omnibus Deum timentibus, & ſanctos ejus reverentibus cuſtodiatur, atque diligentius conſervetur, manu propria ſubter eam firmavimus, &* BULLA NOSTRA *ſolemniter inſigniri juſſimus.* tum apponitur *ſignum* cum monogrammate *Karoli glorioſiſſimi regis*: cui ſubjicitur ex minio ſubſcriptio, qualem infra in tertio ectypo compendioſe exhibuimus. *Data* VIIII. *kal. Mai* *, *indictione decima, anno* XXII. *regnante Karolo glorioſiſſimo rege. Actum Turonis civitate.* Huic præcepto appoſitum eſt chryſobulum, quod *bullæ* nomine rex deſignat: nullum ex cera ſigillum affixum. Hæc ſatis de tertio ſpecimine, in duabus tabellis à nobis expreſſo: cujus quatuor columnæ mutili fragmenti longitudinem, ſingulæ ejuſdem latitudinem repræſentant. * *ſic.*

VI. Quartum denique ſpecimen eſt chartæ Plenariæ-ſecuritatis, in papyro Ægyptiaca itidem ſcriptæ, quæ authentica in bibliotheca regia Fontis-Blaudi olim aſſervata erat. Ejus ſpecimen Petrus Hamo antiquarius, qui cujuſvis ætatis varia ſpecimina & alphabeta edere meditabatur, ſub oculis Goſſelini, Fontis-Blaudenſis bibliothecæ tum curatoris, calamo ſat accurate expreſſit anno M D LXVI. appoſito hoc fallaci titulo, *C. Julii Cæſ. teſtamentum L. Piſone recitatum in domo idibu Septembris.* quem titulum à tergo chartæ appoſitum fuiſſe idem Hamo teſtatur. Qui hanc epigraphen opiſtographam adſcripſit, Hamo an quivis alius, id eo animo feciſſe videtur, ut monumento lectu difficillimo, ejuſve ectypo, ſub falſo Julii Cæſaris nomine pretium conciliaret, appoſito ad fraudem ipſo die, quo Julius teſtamentum feciſſe à Suetonio dicitur. Id de induſtria factum eſſe non dubito. nam quiſquis hanc inſcriptionem appoſuit, ipſius chartæ contextum legere indubie poterat, quippe qui ejus characteres haud imperite imitatus eſt. & tamen, ſi eam legit, non Julii Cæſaris teſtamentum, ſed Gratiani chartam eſſe facile intellexit, non *idibu Septembris*, (ita enim ex Suetonio ſcripſit ille, & quidem more antiquorum, qui litteram in fine vocis & initio eamdem non geminabant) ſed *pridie iduum Juliarum* datam. Iſtud Hamonis ſpecimen mihi primo conſpectu fucum fecerat, nec quo in loco aſſervaretur ejus archetypum addiſcere potui, cum libros de re Diplomatica in lucem proferrem. Sed tamen, bona fortuna, cum Briſſonii formulas accurate revolverem, incidi in chartam Plenariæ-ſecuritatis, quam vir doctus ex corticeo regiæ bibliothecæ archetypo, & ex eo Naudæus vulgaverat; mihique ejus exemplum attente legenti ſuccurrit memoria fragmenti ab Hamone expreſſi, cujus tituli fraudem ſtatim intellexi, idque in obſervatione tertia ad tabellam L. noſtrorum ſpeciminum, & in notis ad ſpecimen LVIII. minime diſſimulavi. Hacuſque quo loco lateret illius chartæ authenticum, reſcire non potueram. Sed tandem, dum eruditus regiæ bibliothecæ curator Nicolaus *Clement* ejus forulos excuteret, illud ipſum archetypum, quod Briſſonius vulgaverat, cujus ſpecimen Hamo expreſſerat, feliciter reperit, noſque hac de re monuit; curavitque, ut illud integrum typis æneis in lucem proferretur, adhibita inter verſus vulgari lectione, ad levandum ſtudioſi lectoris in eo legendo laborem. Hujus porro ectypi copiam nobis fieri mandavit pro ſua humanitate illuſtriſſimus abbas Camillus Tellerius de *Louvois*, regiæ bibliothecæ præfectus, cui ſubjectum ſpecimen acceptum referre debemus.

Iſtius porro chartæ, quam in appendice integram referam, hæc ſumma eſt; quod » Gratianus, tutor cujuſdam Stephani, profitetur ſe à Germano accepiſſe tertiam partem » hereditatis, quæ Stephano pupillo ex teſtamento competebat, in rebus tam mobili- » bus, quam immobilibus; idque actis publicis mandari curat. Hæc vero, quæ Charta » Plenariæ-ſecuritatis à Briſſonio, aliiſque dicta eſt, recitata memoratur *imp. D. N. Juſtiniano PP. aug. anno tricenſimo**-*octavo. Rav. P. C. Baſilii anno vicenſimo-tertio, prid. iduum Juliar. ind. duodecima, Rav.* quæ chronicæ notæ vulgaris æræ chriſtianæ anno DLXIV. conveniunt. ubi pro *tricenſimo* ſeu triceſimo Briſſonius legit *tricenteſimo*, quam mendam, aliaſque ipſius archetypi ope emendavimus: ſed tamen primum ejus verſum, majuſculis ſcriptum litteris, legere aut divinare haud potuimus. * *ſic.*

Ceterum ſi quis tam pervicax & obſtinatus cenſor eſt, ut hanc ſcripturam authen-

Cap. XII. ticam, id eſt Juſtiniani tempore ſcriptam, negare pergat; alterum è duobus, ſi non utrumque, affirmet neceſſe eſt, ſcilicet vel hanc ſcripturam illi tempori non convenire, idque probet, (nam id abſque ratione negare ſtultum eſſet) vel eam inſtar aliarum ejus temporis ſcripturarum à quodam falſario confictam eſſe. Si primum dixerit, oppono aliam ejuſdem temporis chartam Ravennenſem, quæ in bibliotheca Cæſarea modo aſſervatur, cujus ſcriptura omnino conſimilis eſt ei, quam præfert charta Plenariæ-ſecuritatis, uti evidentiſſime probat ejus ectypum, relatum ultimo loco in libro v. de re Diplomatica. Oppono & plures alias urbis itidem Ravennatis chartas ejuſdem ætatis ac ſcripturæ authenticas, quas tum in archivo illius eccleſiæ, tum Veronæ apud Moſcardum, tum Bononiæ in publico archivo, vidimus. quæ omnia ſi quis recentiorum temporum eſſe contendat, non eſt committendum, ut illa dubia faciam defenſionis ſollicitudine, ne ad ineptas cavillationes deſcendere videar. Quod ſi alterum præferat, id eſt ſi antiquiſſimam quidem ſcripturam, adeoque Juſtiniani tempore exaratam videri, ſed confictam eſſe aſſerat; quid cauſæ eſſe potuit, ut quis tam operoſe veterem ſcripturam effinxerit, ut probaret nimirum, Gratianum à Germano (ſive id nomen proprium ſit, ſeu fratrem ſignificet) accepiſſe tertiam partem hereditatis, quæ Stephano pupillo competebat? Nemo certe, ſi ſane ſapiat, id in animum ſibi induxerit. Nullus quippe gratis malus eſſe velit, multo labore, nullo fructu.

At falſus es, inquis, primo conſpectu ad ſpecimen Hamonis, qui fragmentum illius chartæ ſub ſpecie teſtamenti Julii Cæſ. tam perite expreſſerat, ut incautum facile induxiſſet in errorem, ni Briſſonianæ formulæ ſuccurriſſent. Quidni ergo aliæ ſimiles chartæ ſic efficta fucum incauto facere potuerint?

Verum longe diſpar ratio eſt de genuinis authenticis, quæ protuli ad ſtatuendas regulas veri & falſi. Neque enim negaverim adeo peritum reperiri poſſe falſarium, qui veterem ſcripturam accurate effingere poſſit, ut ejus ſpecimen ad authenticarum ſimilitudinem proxime accedat: at nego fieri poſſe, ut tam perfecte veri archetypi formam mentiatur, quin aliquid deſit, ſive in ſcripturæ aut chartæ qualitate, ſive in ſtilo & contextu, ſive in re hiſtorica, ſive in chronicis notis, quod falſitatis larvam non detrahat. Non enim, ut initio dixi, ex ſola ſcripturæ forma, aut quovis alio indicio ſeorſim ſumto pendet genuinorum authenticorum diſtinctio à falſis; ſed ex tota congerie omnium accidentium & circumſtantiarum, quæ concurrere debent ad vera inſtrumenta componenda. Jam vero longe diſpar ratio eſt de illo Hamonis ſpecimine, quod quidem non imperite veterem ſcripturam reddit, ſed antigraphum tantummodo, nequaquam vero archetypum cenſeri à quoquam poteſt: quoniam, etſi veteris ſcripturæ imitatione fallat, ceteris tamen vetuſtatis & authentici notis deſtitutum eſt.

In fine monendum lectorem puto, mei propoſiti non fuiſſe, ut omnia Dionyſiani archivi, multo minus aliorum, vetera archetypa recenſerem, eorumve ſpecimina exhiberem; quaſi ea reſpuerem, quorum nullam mentionem fecerim. Id enim mihi numquam in mentem venit; nec hac de re monendus eſſet lector, niſi hac reticentia abuterentur nonnulli ad rejicienda quædam authentica, ob hanc maxime rationem, quod in libris de re Diplomatica hæc prætermiſerim. Ex his unus eſt Gerardus à Boſco, Oratorii preſbyter litteris clariſſimus, qui in libro vii. hiſtoriæ eccleſiæ Pariſienſis, capite vii. confictum opinatur Dionyſiani archivi privilegium, in ſynodo
» Piſtenſi datum anno dccc lxii. propterea quod nec illius meminerim, nedum illud
» deſcripſerim, etſi aliud, ſcilicet Sueſſionenſe, ex antiquo exemplari, tanquam ex
» authographo, ære inciſum, exſcriptumque eſſe voluerim; denique quod ne verbum
» quidem de illo privilegio protulerim, cum de Piſtenſi, Sueſſionenſique ſynodis, &
» his in locis datis Dionyſiano monaſterio privilegiis agerem. Verum, ut jam dixi, inſtituti mei non erat de omnibus Dionyſiani monaſterii archetypis agere, nec omnia recenſere, multo minus propugnare privilegia eidem monaſterio indulta. Sane, ſi id conſilii mei fuiſſet alterum illud privilegium, in ſynodo Piſtenſi anni dccc lxii. conceſſum, in promptu erat aſſerere ex Annalibus Bertinianis, in quibus non modo anno dccc lxi. ſed etiam anno ſequenti, ſynodus Piſtis à Carolo convocata legitur.

Verum

Verum id, ut jam dixi, extra propoſitum meum erat, nec quidquam contra illud, aliave authentica ex ſilentio meo confici debet.

Quod addit idem auctor ad augendam falſi ſuſpicionem, Acherium noſtrum, qui alterum illud Piſtenſe privilegium poſt Dubletum typis mandavit in Spicilegii [a] tomo v. contra ſuum ipſius morem non indicare locum, unde illud acceperit: manifeſte refellitur ex indice eidem tomo præmiſſo, ubi diſerte notat Acherius, ſe illud accepiſſe *ex autographo abbatiæ ſancti Dionyſii.* Quis ferat tam præcipitem in religioſo viro cenſuram?

Nec potiora ſunt, quæ idem auctor objicit, ſive de initiali Piſtenſis privilegii formula, quæ eadem eſt atque in Sueſſionenſi; ſive de clauſula, qua Æneas Pariſiorum epiſcopus interdicit per omnipotentem Deum, ne quis è ſucceſſoribus quidquam ex privilegiis ejuſdem monaſterii repetere audeat. Norunt quippe ii, qui in ejuſmodi ſtudiis verſati ſunt, non raro in diverſis litteris pontificum & epiſcoporum eaſdem occurrere formulas, maxime initiales; & ſolitos eſſe epiſcopos, qui aliquod privilegium parochiæ ſuæ eccleſiis quibuſlibet conceſſerint, ſucceſſores ſuos obteſtari, ut ea illibata conſervent; immo etiam ſeverius interdicere, ne ea infringant. Certe, ut de aliis ſileam, longe gravior, duriorque eſt clauſula litterarum Dalmatii archiepiſcopi Narbonenſis, quibus ſuburbanam ſanctæ Mariæ eccleſiam ſubjicit Maſſilienſi ſancti Victoris monaſterio, diras imprecatus in ſuos ſucceſſores, qui hanc unionem infregerint. quas litteras V. C. Baluzius [b] vulgavit *ex archivo archiepiſcopi Narbonenſis.*

Nimius eſſem, ſi omnes & ſingulas id genus objectiones, quæ fieri poſſent, occupare, aut factas refellere vellem. Sane arguere, accuſare, quæſtiones & difficultates movere, ludus eſt: verum, ut quod ſentio ſemel finiam, tanto eſt impugnare quam defendere, quanto facere quam ſanare vulnera facilius.

a *Spicil. to. 5. p. 377.*

b *Append. ad. conc. Narbon.* p. 81.

CAPUT XIII. ET ULTIMUM.

I. *Veterum codicum fides & auctoritas impetita.* II. *Defenditur argumentis petitis ex libris editis.* III. *Ex eorum neceſſario uſu ad aſſerendas Scripturas ſacras.* IV. *Ad Scripturas etiam emendandas, & ad Conciliorum definitiones.* V. *Ex ſtudio regum ac principum in iis conquirendis.* VI. *Ex teſtimonio virorum eruditorum.* VII. *An ab imperitis ſcripti* VIII. *Mureti de eis judicium.* IX. *Eorum reviſores.* X. *Notæ eorum marginales.* XI. *Objectiones ſolvuntur.* XII. *Ad falſos diſcernendos qua regula utendum ex Auguſtino.* XIII. *An ea recte uſus ſit Hincmarus.* XIV. *Corbeïenſes codices falſo notati.* XV. *An Florus auctor librorum vulgatorum nomine eccleſiæ Lugdunenſis.*

I. ANtequam huic Supplemento manum ſubducam, quoddam operæ pretium eſſe puto agere de veterum codicum fide & auctoritate, quam eis nonnulli detrahere conantur. Et certe, rejecta veterum inſtrumentorum auctoritate, conſectarium erat, ut antiquis quoque codicibus fides abrogaretur. Hinc fit, ut qui veterum Patrum, aliorumque ſcriptorum editos libros cum vetuſtis codicibus conferunt, ſtulto labore confici & conſumi cenſeantur; & veterum monachorum labores, qui vetuſtis codicibus ſcribendis operam navarunt, nihili fiant, contra omnium certe hominum eruditorum exiſtimationem, qui monachos hac in re non parum de republica commeritos fuiſſe conſentiunt. Atque ut illi quemdam tali paradoxo colorem affingant, veteres ejuſmodi codices ab imperitis exaratos fuiſſe aiunt; variam & inconſtantem eſſe eorum lectionem; ceterum eorum defectum ab homine erudito facile ex conjecturis ſuppleri poſſe. Ex his præjudiciis natum eſt præter alia hoc decretorium judicium: *Manu-ſcripti codices, ut plerumque ab imperitis, atque ex uno plures deſcripti, in auctore dignoſcendo*, id eſt intelligendo ac reſtituendo, *parum admodum juvant.*

CAP. XIII. II. Verum, ſi hoc ſemel paradoxum admittatur, corruet non modo veterum codicum, ſed etiam editorum librorum fides: nulla erit veterum Conciliorum & Patrum, nulla denique ſacrarum Scripturarum auctoritas. Unde enim, quæſo, in lucem prodierunt editi libri, non modo profani, ſed etiam ſacri? nonne ex vetuſtis codicibus? Si ergo nulla eſt horum auctoritas; *nulla certe erit earum, quæ ex eis derivata ſunt, editionum fides.* Atque adeo non modo *rei litterariæ, ſed etiam religionis* fundamenta hoc paradoxo convellentur.

III. Hinc etiam corruit vis argumenti, quo ſanctus Auguſtinus uſus eſt adverſus Manichæos, qui *falſatas* & corruptas calumniabantur ſacras Scripturas iis in locis, quibus eorum errores revincebantur. Hoc enim argumento [a] Fauſtum ejuſque aſſeclas ſic refellit. » Si eos codices, quos ad probandum ſuum errorem adhibebant Manichæi, & dicebant *infalſatos*, à corruptoribus eorum majoribus immiſſos dicerent » catholici, *Quid faceretis, dicite mihi*, inquit Auguſtinus, *niſi clamaretis, nullo modo vos potuiſſe falſare codices, qui jam in manibus eſſent omnium Chriſtianorum? quia mox, ut facere cœpiſſetis, vetuſtiorum exemplarium veritate convinceremini. Qua igitur cauſa à vobis corrumpi non poſſunt, hac cauſa à nemine potuerunt. Quiſquis enim hoc primitus auſus eſſet*, MULTORUM CODICUM VETUSTIORUM COLLATIONE CONFUTARETUR, *maxime quia non una lingua, ſed multis ſcriptura contineretur. nam etiam nunc nonnulla codicum mendoſitates vel de antiquioribus, vel de lingua præcedente emendantur.* Non alio igitur modo eos qui corruptas Scripturas jactabant, confutari poſſe cenſebat Auguſtinus, quam *multorum codicum vetuſtiorum collatione.* ac proinde qui eorum fidem & auctoritatem negare, aut elevare contendunt, eccleſiæ catholicæ neceſſarium aſſerendæ Scripturarum auctoritatis præſidium evertunt, eaſque impune traducendi ac laceſſendi viam & artem hæreticis, ac ſolutioris vitæ hominibus aperiunt.

a Aug. lib 32. contra Fauſt. c. 16.

IV. Ex eodem quoque præjudicio conſequitur, fruſtra ſanctos Patres, Hieronymum, Auguſtinum, alioſque, conſuluiſſe veteres libros *ad emendandas nonnullas* ſacræ Scripturæ *codicum mendoſitates*, quas vel *de antiquioribus codicibus*, vel *de lingua præcedente* ſeu primigenia emendari vult Auguſtinus, ut ex ejus verbis modo relatis intelligimus. Fruſtra Romanos pontifices & delectos ab eis cardinales, viroſque doctos ejuſmodi codices adhibuiſſe ad corrigendos ſacrorum Bibliorum editos libros: cum manu-ſcripti codices in his reſtituendis *parum juvent.* Ad hæc fruſtra Patres in Conciliis, tum antiquioribus, tum recentiori Tridentino, conſuluiſſe veteres codices ad controverſias dirimendas. Idem denique dicendum de viris doctis, qui conciliorum & Patrum editiones ad vetuſtos codices exigere, ac repurgare ſtudent.

V. Ad hæc eadem quoque ratione improbari neceſſe eſt, ac pro nihilo duci tot Regum ac Principum curas & ſtudia in conquirendis antiquis libris, & magno pretio redimendis, & in ſuas transferendis bibliothecas, non modo è proximis locis, verum etiam è remotiſſimis regionibus: eorumque bibliothecæ, his codicibus refertiſſimæ, cenſendæ erunt, velut inutilium membranarum congeries. Idem erit judicium de Vaticana, idem de regia Ludovici Magni bibliotheca, idem de Florentina & Ambroſiana, aliiſque: quas tamen tum Romani pontifices, ac Francorum reges, tum alii principes & prælati tot tantiſque ſumtibus ac curis inſtruxerunt, mittendo viros doctos ad exteras etiam Orientis regiones, ut inde veteres libri, tum Latini, tum Græci, Hebraici, & cujuſvis linguæ codices in ſuas bibliothecas comportarentur. Denique ex eadem opinatione evaneſcit æſtimatio veterum antiquariorum, in primis monachorum, qui libris ſcribendis ſe totos impenderunt: quales fuere ſancti Martini diſcipuli, id eſt Majoris-monaſterii monachi, apud quos, teſte Severo-Sulpicio, ars nulla *exceptis ſcriptoribus*, habebatur, cui operi minor ætas deputata erat, cum majores orationi vacarent. Idem animus erat magni illius Caſſiodori, qui ſuos Caſtellenſes [b] inſtituens teſtatur, *antiquariorum ſtudia* plus ceteris ipſi placere, *quod & mentem ſuam, relegendo ſcripturas divinas, ſalubriter inſtruunt, & Domini præcepta ſcribendo longe, lateque diſſeminant.* Præclara ſunt, quæ de hoc pio exercitio addit idem auctor: quem imitati ſunt Petrus Venerabilis, & piiſſimus Guigo Cartuſiæ majoris prior. *Libros*, inquit Guigo [c], *tanquam ſempiternum animarum noſtrarum cibum, cautiſſime cuſtodiri, & ſtudioſiſſime volumus fieri:*

b Caſſiod. lib. de inſtit. c. 7.

c Guigo Stat. c. 28.

ut, quia ore non poſſumus, Dei verbum manibus prædicemus. Quot enim libros ſcribimus, tot nobis veritatis præcones facere videmur. Et certe quorſum evaſiſſet veritas, ſi in libris ſervata non fuiſſet? Nimius ſim, ſi omnia retulero, quæ hoc de argumento ſcribit Petrus Venerabilis in epiſtola [a] ad Giſlebertum recluſum, quem ad hoc exercitium pluribus hortatur. *Sic plane*, inquit, *ſic verbi divini poteris fieri taciturnus prædicator*, &, *lingua ſilente, in multorum populorum auribus manus tua clamoſis vocibus perſonabit......tantoque tempore, etiam poſt mortem tuam, extendetur lucrum operum tuorum, quanto, ut ita dicam, durare potuerit vita librorum tuorum.* Hæc eſt illa vita, quam extinguere moliuntur ingrati illi antiquariorum cenſores.

a *Petrus Veneri lib. 1. ep. 20.*

VI. Denique hoc paradoxum omnium ad hoc uſque tempus eruditorum ſententiæ adverſatur, qui non modo puriores ex illis fontibus veterum librorum editiones prodire exiſtimant, ſed etiam melioris litteraturæ opera recentiora ex iiſdem libris multum locupletata, ne dicam confecta cenſent. Ut enim de collectaneis ex eis erutis, puta clariſſimi Jacobi Sirmundi & Labbei operibus, Andreæ Cheſnii ſcriptoribus Francicis, deque Spicilegiis, Miſcellaneis Baluzianis, monumentis eccleſiæ Græcæ, aliiſque ejuſmodi lucubrationibus nihil dicam; abſque his codicibus, addo etiam abſque vetuſtis diplomatibus & inſtrumentis, nec incomparabile Cangii Opus, id eſt Gloſſarium, nec multa alia id generis opera umquam prodiiſſent in lucem.

VII. At enim veteres illi codices plerumque ab imperitis deſcripti ſunt: ecquam ergo fidem mereantur? Primum nego deſcriptos fuiſſe omnes ab imperitis. Sane imperitus non erat beatus martyr Pamphilus, qui majorem partem librorum Origenis ſua manu deſcripſiſſe traditur: nec imperitus Hieronymus, qui ſe *prolixum librum de Synodis ſancti Hilarii apud Treviros* manu ſua deſcripſiſſe [b] teſtatur. Certe nec Hilarius ipſe imperitus, qui ſcripſit *Evangeliorum librum*, quem Perpetuus [c] Turonum epiſcopus Euphronio Auguſtodunenſi epiſcopo teſtamento reliquit. quem librum eum eſſe perperam putant, qui hactenus [d] in Turonenſi bibliotheca aſſervatur. De Fulgentio quoque eximio illo epiſcopo memoriæ proditum eſt, quod *ſcriptoris arte laudabiliter utebatur.* quod elogium etiam viris ſanctis Luciano, Philoromo & Marcello, necnon beato Platoni & Theophani tribuitur. Quin etiam beata Marcella junior, teſte Hieronymo, *ſcribebat celeriter, & citra errorem.* Librarii quoque officio functi ſunt Venerabilis Beda, Radbertus, Rabanus, aliique è noſtris viri docti, in tranſſcribendis ſaltem ſuis. quidni etiam alienis? Denique, ut alios prætercam, Hincmarus Remorum archiepiſcopus Adalhardi Corbeiæ abbatis librum de ordine palatii ſe legiſſe & ſcripſiſſe ait in epiſtola ad epiſcopos Franciæ de recta principis inſtitutione.

b *Hieron. ep. 6.*

c *Spicil. to. 5. p. 106.*

d *V. Ruinarti notas in Greg. Tur. p. 1317. & ſeq.*

Deinde, etſi ab imperitis plerique exarati ſint codices, non tamen illi omnes imperiti habendi ſunt librarii, modo accurate ſcripſerint quod legebant & exſcribebant. Sane experimento nobis conſtat, inter noſtri temporis typographos non ſemper accuratiores eſſe eos, qui latine utcumque ſciant, ſi latina typis committant: immo fit non raro, ut hi facilius peccent, ubi ea quæ non intelligunt, corrigere audent, quæ alii, latinæ linguæ expertes, accurate reddunt. Verum eſto, imperiti fuerint illi antiquarii. at non ex uno ſolo codice fit veterum editionum reſtitutio, ſed ex multorum collatione; neque in omnibus peccat imperitus librarius: cujus ſi quæ ſunt quibuſdam in locis mendæ, aliorum collatione emendari poſſunt.

VIII. Et vero nullus eſt codex tam imperite ſcriptus, ex quo eruditus in hac arte lector non proficiat. Id ſuo teſtimonio comprobat Antonius [e] Muretus, ubi Ciceronis ex oratione pro Dejotaro locos duos emendat. *Soleo*, inquit, *libenter veteres libros, quicumque in manus meas incidunt, evolvere, cuicuimodo tandem illi ſint, & quocumque linguarum charactere exarati. quod enim Plinius de toto librorum genere dicere ſolebat, nullum eſſe tam malum, ex quo non caperetur aliquid fructus; id ego in his maxime verum eſſe comperio. Multos enim nanciſcor mutilos, laceros, corruptos, evaneſcentibus litteris; tum, quod moleſtius eſt, deſcriptos ab hominibus imperitiſſimis, ideoque* ἑλκεσι βρύοντας, *ut in eis incredibilis quædam moleſtia exhaurienda ſit: ſed non in multos incido, qui omni ex parte fruſtrentur opinionem meam..... Neque mihi male operam collocaſſe videor, cum ex illis difficultatibus, tamquam è ſalebris quibuſdam, emerſus, in recenſione reperio unum aut*

e *Muret. var. lect. lib. 1. c. 16.*

Cap. XIII. *alterum boni alicujus ſcriptoris locum bidui triduive labore purgatum eſſe . . . beatos illos eſſe ducens, quibus amplæ illæ ac nobiles bibliothecæ patent, ubi tam laute, tam copioſe, tam ſplendide paſcere animos ſuos hoc genere epularum queant. Nos tenuiores victitamus ut poſſumus, neque aliis invidemus fortunam ſuam: ſed, ut eadem nobis aliquando contingat, optamus.* Hactenus Muretus, cujus hac in re experientia & auctoritas eſſe poſſit inſtar multorum aliorum, quibus commemorandis ac referendis ſuperſedeo.

Idem non modo veterum codicum utilitatem, verum etiam ſtudium eorum, qui repurgandis veterum auctorum ſcriptis incumbunt, eggregie commendat non uno in
a Id. lib. 8. c. 4. loco. *Quotidie magis*[a] *intelligo*, inquit, *verum eſſe id, quod ſemper exiſtimavi, nullam eſſe mendam ita puſillam, quam non permagni interſit è veterum monumentis tolli ac corrigi: neque ullum hominum genus magis prodeſſe ſtudiis, quam eos, qui accurate & fideliter operam in illis purgandis, emendandiſque ponunt. Unius enim litterulæ erratum interdum eas, etiam hominibus eruditiſſimis, offundit tenebras, ut, tamquam in illuni nocte errantes, quovis potius perveniant, quam quo volunt.* Id ſæpe iis contingit, qui ſolo ingenii ſui ductu, ſolaque ſagacitate veteres libros ex meris conjecturis emendare volunt: qui dum ulcera
b Muret. var. lect. l. 19. c. 15. curare volunt, vulnus augent, non ſanant. *Periculoſum negotium*, ait Muretus[b], *ſanis medicinam facere: multaque hoc modo à parum cautis corrumpuntur ſpecie corrigendi.* Quod vitium accidiſſe ait viro erudito, cum Livii contextum ex libro XXVI. ſuo marte perperam emendare voluit.

IX. Ut rem paucis abſolvam, erant in bene moratis eccleſiis ac monaſteriis non modo periti antiquarii, qui libros manu deſcriberent; verum etiam periti correctores, qui deſcriptos cum exemplaribus conferrent, &, ſi qua errata eſſent, emendarent. *Cum*
c Trithem. de laude ſcriptor. c. 8. *ſcriptor devotus*, ait Trithemius[c], *codicem ſtudioſe deſcripſerit, ad exemplar eum denuo conferat: ſicubi erraverit, ſtudioſa emendatione caſtiget. Hoc faciens & ipſe ſcriptor idoneus & fidelis, & liber ordine debito acceptabilis invenitur.* Ejus rei infinita exempla proferri poſſent, at unum aut alterum huic loco ſufficient in ſpecimen aliorum. Exſtat inter alios in Vaticanæ baſilicæ bibliotheca vetuſtiſſimus codex, ſæculo quinto deſinente, aut ineunte ſexto exaratus, ſancti Hilarii de Trinitate libros continens, à quondam ſtudioſo emendatus, & cum antiquiori exemplari collatus, ut probat ſubjuncta clauſula in hæc verba: *Contuli in nomine Domini noſtri Jeſu-Chriſti apud Kaſulis conſtitutus, anno quarto-decimo Tranſamundi regis.* id eſt anno Chriſti D X. quo anno emendatus eſt hic codex Kaſulis, quæ urbs eſt Africæ in provincia Byzacena. Idem præſtitit Radbertus in emendandis ſui temporis codicibus bibliothecæ Corbeïenſis: qua ex bibliotheca inter alios penes nos eſt quidam codex, quinquaginta-quinque Gregorii Magni continens epiſtolas, quas Paulus Warnefridi, diaconus ac monachus Caſinenſis, tranſſcribi curavit,
d Acta SS. Bened. to. 1. p. 397. miſitque Adalhardo Corbeiæ abbati, qui Gregorianarum epiſtolarum[d] copiam ſibi fieri ab eo poſtulaverat, ut patet ex ipſius Pauli epiſtola codici præfixa, cujus hæc verba notanda ſunt. *Volueram equidem tuis imperiis jam ante parere: ſed, ut pote pauper, & cui deſunt librarii, prius hoc facere nequivi: maxime cum me tam prolixa valetudo contriverit, ut à menſe Septembrio pæne uſque ad diem Nativitatis Domini lectulo detentus ſim; neque licuerit clericulo illi, qui hæc eadem utcumque ſcripſit, manum ad atramentarium mittere. Suſcipe tamen, quamvis ſero, epiſtolas, quas deſideraſti: & quia mihi eas ante relegere præ occupatione totas non licuit,* XXXIV. *ex eis ſcito relectas, &, prout potui, emendatas eſſe, præter pauca loca, in quibus minus inveni. & tamen meo ea ſenſu ſupplere nolui, ne viderer tanti Doctoris verba immutare. quibus in locis & forinſecus ad oram Zetam, quod [illegible] ſignum, appoſui. Tua itaque fraternitas, ſi ſe facultas dederit, reliquas epiſtolas ad emendatiorem relegere ſtudeat codicem, ſed & loca, in quibus minus habentur, ſupplere.* Erant ergo preter librarios viri docti, qui librariorum errata corrigerent in codicibus manu exaratis, non proprio ſenſu, ſed eos conferendo cum veteri exemplari, vel *ad emendatiorem relegendo codicem*, ut defectus antigraphi emendarentur, vel ſupplerentur.

His omnibus unum addo ex bibliotheca ſancti Emmerammi monaſterii Ratiſponenſis, in qua inter alios veteres codices non paucos unus aſſervatur, ſancti Auguſtini tractatum in epiſtolam canonicam ſancti Johannis continens, ad cujus calcem hæc leguntur: *Librum hunc pro remedio animæ meæ ego in Dei nomine Baturicus epiſcopus ad*

Frankhonofurth

Frankhonofurth ſcribere præcepi. Scriptus eſt autem diebus ſeptem, & in octavo correctus in loco eodem, anno VII. regiminis epiſcopatus mei, & octingenteſimo vigeſimo-tertio dominicæ incarnationis. Scriptus eſt autem per Ellenhardum & Dignum, Hildoïno orthographiam præſtante. Vide quanta diligentia & cura ſcriptus & correctus hic codex. quod de multis quoque aliis aſſerere liceret. Qui has leges in emendandis codicibus obſervarunt, ut magna laude digni ſunt: ſic etiam valde improbandi, qui proprio eos ingenio correxerint. Quamquam nec ſolis codicibus infligi potuit hæc labes, immo tanto facilius id accidit in editis libris, quanto minus apparet in eis depravatio. Unde qui ob quoſdam ejuſmodi defectus veteres libros univerſim rejiciunt, tanquam fide haud dignos, ſupereſt ut editis quoque fidem abrogent; ſicque pyrrhoniſmum in rem litterariam inducant.

X. In præmiſſa epiſtola Paulus ait, *ſe Zetam, quod eſt vitii ſignum*, quibuſdam Gregonianarum epiſtolarum locis *apoſuiſſe*, nec proprio ea ſenſu ſupplere voluiſſe, ne tanti Doctoris verba immutâre videretur. Quocirca obſervandum eſt, antiquos variis uſos fuiſſe ſignis, quæ ad oram veterum codicum apponebant, ad deſignanda ea loca, quæ vel notanda, vel caute legenda, vel cenſura digna, vel mendoſa videbantur. Horum ſignorum figuras & interpretationes ex Iſidoro affert Cangius verſus finem Gloſſarii græci. Uſitatiores notæ ſunt, aſteriſcus, obelus, & chriſimon. Aſteriſcus aliquid deeſſe ſignificat. Obelus, id eſt virgula ſeu lineola jacens, falſum vel ſuperfluum, adeoque reſecandum denotat. Chriſimon, quod eſt Chriſti monogramma, eſt nota eorum, quæ probanda & retinenda ſunt. Aſteriſcus cum obelo rem non ſuo loco dictam demonſtrat. Hincmarus in libro de non trina-deitate, Gotheſcalci textum, quem refellit, obelo configit: ſuam vero ipſius reſponſionem chriſimo deſignat. Alias notas prætereo.

XI. Ceterum non capio quid ſibi velint veterum codicum cenſores, cum eos *in auctore dignoſcendo parum juvare* ex eo contendunt, quod *ex uno plures deſcripti* ſint. Id enim vel de primigenio exemplari, ex quo ceteri deſcripti ſunt, intelligi volunt; vel de ſecundario ſeu poſteriori exemplari. Si primum: quis dubitet ex uno deſcriptos eſſe omnes; eoque melioris eſſe notæ, eoque majoris, ceteris paribus, auctoritatis, quo ad authographum propius accedant? Si vero id de poſteriori uno eodemque exemplari loquantur, ex quo plures deſcripti ſint: fieri quidem poteſt, ut unius ejuſdemque provinciæ codices, cujuſdam celebris auctoris, puta Auguſtini, Ambroſii, Hieronymi, & ſimilium opera continentes, ex uno deſcripti ſint. Sed quid inde? ſcilicet quod unus ſit inſtar omnium, & inutilis multorum collatio ad reſtituendum illum auctorem? Id quidem quamdam veri ſimilitudinem habet: ſed fallit hæc veri ſpecies. Cum enim diverſi illi codices ex uno deſcripti, non ab uno antiquario exarati fuerint, ſed à multis, quorum alii magis, alii minus accurrate ſcripſerint; fieri poteſt, immo id paſſim accidit, ut ex uno alterius errata emendentur; ſicque ex multorum illorum codicum comparatione genuinus exemplaris, adeoque auctoris, textus reſtituatur. quod longe aliter accidit in editis libris, quorum una forma, unaque lectio eſt. Quod dixi de ejuſdem provinciæ codicibus, multo magis verum eſt de codicibus variarum provinciarum, quorum collatio, operoſior quidem & difficilior, ſed longe fructuoſior eſt ad reſtituendum quemlibet auctorem.

Quid ergo? inquis: an negas corruptos & *falſatos* eſſe plurimos codices? Ecquæ igitur utilitas in eorum collatione? aut quibus demum indiciis veros à falſis ſecernes?

Primo mendoſos eſſe codices non paucos aſſentio: at tam multos adulteratos & *falſatos* eſſe, ut quidam opinantur, nego & pernego. Magnum quippe diſcrimen ſtatuendum eſt inter *falſatos* & mendoſos. Mendoſos eos voco, in quibus ex amanuenſium ſeu errore, ſeu indiligentia, quidam nævi occurrunt: *falſati* vero, qui de induſtria corrupti à falſariis. Multi quippe *falſati* videntur, qui nec *falſati*, immo ne quidem mendoſi ſunt. Rem explico. Fieri non potuit, ut notarii in deſcribendis magnis voluminibus non aliquando aberraverint à recta lectione, unius ſaltem voculæ mutatione. Id ubi advertebant, duplici modo erratum corrigebant, ſcilicet vel abradendo vocabulum intruſum, & genuinum reſtituendo ejus loco: vel, ſi quando

CAP. XIII. ſtatim ſcripto illo ſpurio vocabulo animadvertebant, ſuppoſitis ad ſingulas ejus litteras punctis, aliud, quod ſincerum erat ſubjiciebant. Hæc non advertentes aut neſcientes nonnulli, vel in malam partem rapientes, priores infami *abraſorum* nomine temere traducunt: poſteriores vero male interpretantes, utramque lectionem in auctoris contextum inducunt, licet omittenda ſit lectio prior punctis ſubnotata, & retinenda poſterior. Ad hæc ſæpe contigit, ut deſcriptos ex uno exemplari codices cum aliis conferrent viri docti, & ex eis emendarent. unde neceſſe erat quædam ſaltem verba in apographo mutare. Nec omittendum, quod proceſſu temporis (cum characteres, præſertim minio (quod in librorum titulis fieri ſolebat) deſcripti, evaneſcere cœperant, à poſteris quandoque ſuppleti & renovati fuere. quod nullo dolo malo factum credi par eſt, niſi falſitas aliunde conſtet. Hæc leviora fortaſſe nonnullis videbuntur, ſed tamen earum rerum minus peritis non omnino ſupervacanea.

XII. Verum longe gravior & majoris momenti eſt altera quæſtio, quibus ſcilicet modis, quibuſve regulis *falſati* codices à ſinceris ſecerni poſſint. Id vero uno modo fieri poteſt, ſcilicet collatione aliorum codicum, qui plures ſint, & antiquiores. Plures, inquam, & ex variis, ſi fieri poteſt, accepti provinciis: antiquiores autem, & quidem melioris notæ. quod facile ex eorum lectione diſcerni poteſt, ut earum rerum periti norunt. Hanc regulam ſecutus eſt paſſim ſanctus Auguſtinus in diſputationibus contra Manichæos, qui ſacræ Scripturæ libros & locos, quibus ad eos revincendos utebantur catholici, interpolatos & corruptos aiebant. *Hæc illi ſolent*, inquit
[a Aug. lib. 1. de mor. eccl. c. 14.] ſanctus[a] Doctor, *à corruptoribus Scripturam immiſſa eſſe dicere: uſque adeo nihil habent quod contradicant, ut hæc miſeri reſpondere cogantur. Sed quis non intelligat convictorum hominum aliam non eſſe potuiſſe ultimam vocem?* Nunc, quo modo eos refellat vir ſanctus,
[b Id. ep. 82. n. 6.] audiamus. *Manichæi*, inquit[b], *plurima divinarum Scripturam, quibus eorum nefarius error clariſſima ſententiarum perſpicuitate convincitur, quia in alium ſenſum detorquere non poſſunt, falſa eſſe contendunt: ita tamen, ut eamdem falſitatem, non ſcribentibus apoſtolis tribuant ſed neſcio quibus codicum corruptoribus.* En objectio: vide quid reſpondeat Auguſtinus. *Quod tamen quia nec pluribus, ſive antiquioribus exemplaribus, nec præcedentis linguæ auctoritate, unde latini libri interpretati ſunt, probare aliquando potuerunt; notiſſima omnibus veritate ſuperati, confuſique diſcedunt.* Vides in his verbis duplicem ab Auguſtino propoſitam regulam ad falſi criminationem à Scripturis ſacris amoliendam, nempe *codices quam plures*, eoſque *antiquiores*; & *præcedentis*, ſeu primigeniæ, *linguæ auctoritatem*. quæ poſterior regula in his tantum ſcriptis locum habet, quæ ex alia in aliam linguam converſa ſunt. In aliis itaque ſola valet regula prior ad falſum in eis retegendum, ut codices ſcilicet conſulantur quam plures, & quidem antiquiores. quæ regula certa & infallibilis eſt, modo accurate & bona fide ad rem propoſitam & controverſam applicetur, maxime ubi accedit doctrinæ conformitas auctoris, de quo agitur.

XIII. Hanc regulam ſecutus fuiſſe videtur Hincmarus in libro de non-trina-deitate contra Gotheſcalcum: cujus controverſiæ originem paucis exponere juvat. Hæc nata eſt occaſione ultimæ ſtrophæ hymni de ſanctis martyribus, in qua tunc canebatur, (caniturque etiam nunc in hymno de ſanctiſſimo Sacramento) *Te trina deitas, unaque poſcimus*, quem verſum in ſua, id eſt Remenſi, eccleſia correxerat Hincmarus, veritus, ne dicendo *Trina deitas*, tres-deitates admitti viderentur. Hujus verſus defenſionem primus aggreſſus eſt Ratramnus Corbeïæ monachus, & poſt eum Gotheſcalcus, quem in primis ſuo libro refellendum Hincmarus ſibi propoſuit.

In hoc libro tria præcipue obſervanda in præſens. Unum eſt quod ait auctor initio[c] libri, quoſdam, novarum vocum amatores, contendiſſe, quod *ſicut trinus & unus*
[c Hincm. to. 1. p. 413.] *Deus, ita trina & una deitas catholice dici poſſit. Inter quos*, inquit, *& Ratramnus, Corbeïæ monaſterii monachus, ex libris beatorum Hilarii & Auguſtini, dicta eorumdem detruncando, & ad pravum ſuum ſenſum incongrue inflectendo.... ex hoc volumen quantitatis non modicæ ſcribens, ad Hildegarium Meldenſem epiſcopum compilavit.*

[d Ibid. p. 447. & ſeq.] Alterum hic obſervandum eſt quod ſub medium[d] libri dicit Hincmarus, ſcilicet Gotheſcalcum ad ſuam confirmandam ſententiam uſum fuiſſe quodam edicto Conſtantini de ſexta ſynodo, quo in edicto fit mentio *de trina & conglorificanda deitate.*

tum ſubdit idem Hincmarus: *Hoc nomen feminini generis adjectivum & mobile, quod hic eſt impoſitum,* TRINA, *à Gotheſcalco, quando præfatus liber in monaſterio Altivillaris, ubi ipſe morabatur, ex authentico, quem mihi,* inquit Hincmarus, *Petrus epiſcopus Aretinus commodaverat, ſcriptus fuit, adulteratum credimus, ſicut multoties ab aliis hæreticis factum legimus.* Et ne gratis & ſine fundamento id dixiſſe videatur idem Hincmarus, hoc indicium [a] affert. *Dat quoque nobis certum indicium Gotheſcalcus falſaſſe hunc librum, quia per idem tempus, quando hic codex in monaſterio Altivillaris ſcriptus fuit, Ratramnus Corbeïæ monachus, ſicut jam longe ſuperius diximus, ad Hildegarium Meldenſem epiſcopum, ex libris ſanctorum Hilarii & Auguſtini de Trinitate, non modicæ quantitatis volumen compilavit, volens aſſerere trinam eſſe deitatem: cujus compilatio evidenter compilatoris ſui demonſtrat mendacium.* Cap. XIII.

a *Ibid. p.* 450.

Tertium denique hic obſervandum eſt id, quod præmiſſis mox ſubdit Hincmarus de *quodam*, qui ex vulgato libro ſancti Auguſtini contra quinque hoſtium genera, in colloquio cum eo, aliiſque nonnullis habito, quod *trina deitas catholice poteſt dici, contendebat, non contentioſa intentione*, ſed forte putans Auguſtinum ita dixiſſe. & quidem ex libro, qui regi Carolo datus fuerat.

Hoc audito, *librum, domino regi datum, ab eo accepit* Hincmarus, eumque hoc loco corruptum eſſe contendit. Atque ut id probaret, *de pluribus* [b] *civitatibus ac monaſteriis vetuſtiſſimos codices in unum afferri* curavit: *inter quos*, inquit, *de quibuſdam monaſteriis allati ſunt etiam mihi noviter ſcripti quaterniones, in quibus hanc falſitatem inſertam inveni; & diligentius ac ſollicitius perſcrutatus comperi, omnes illos quaterniones de eodem fonte cœnoſo, de quo & domno regi datus liber falſatus fuerat tranſſcriptus, rivulo fraudulento manaſſe.* Hic adverte non dici, quo ex loco acceptus fuerit hic codex, ex quo & liber regi datus, & prædicti quaterniones, quos corruptos dicit Hincmarus, deſcripti fuerant. Addit idem auctor, ſe in Sueſſionenſi proxima ſynodo quinque provinciarum, præſente rege, *librum falſatum*, & *authenticos ac veros & vetuſtiſſimos codices* protuliſſe, & unicuique epiſcopo utroſque oſtendiſſe; *ſed & illi, qui ſimpliciter falſatum codicem regi dederat, librum authenticum ad inſpiciendum dediſſe.* Quis fuerit ille qui, *ſimpliciter* hunc codicem regi dederat, & ex eo trinam deitatem catholice dici poſſe, *non contentioſa intentione*, aſſerebat, haud dicit Hincmarus, dicturus haud dubie, ſi Ratramnus, aut quivis alius monachus fuiſſet. Poſt hæc *diploma* ſeu *ſchedulam* protulit Hincmarus, ex variis ſanctorum Patrum dictis contextam: qua [c] perlecta, & inſpectis veris libris & antiquiſſimis, *probatum eſt*, inquit, *adulteratum fuiſſe hunc, quem prædiximus, beati Auguſtini librum.* His tamen non acquievit is, *qui falſatum librum regi dederat*; immo oppoſuit [d] varia Patrum teſtimonia, maxime Auguſtini, qui unum è ſuis ſermonibus de verbis Domini inſcripſit *de una Trinitate, trinaque unitate.* quod Hincmarus valere negat ad vindicandum locum ex vulgato Auguſtini libro contra quinque hoſtium genera, quem adulteratum eſſe contendit à quodam impoſtore, quem ſibi incognitum eſſe ſatis oſtendit. Hæc quidem prolixiora, ſed non otioſe relata eſſe ex mox dicendis conſtabit.

b *Ibid. p.* 551.

c *Ibid. p.* 451.

d *Ibid. p.* 453.

XIV. In tota illa Hincmari narratione nulla fit mentio, ut cuivis attente legenti patebit, de Corbeïenſis monaſterii codicibus. Et tamen quidam nuperrime ſcribere & aſſerere non dubitarunt univerſim, Corbeïenſes codices, qui Auguſtini libros continent, falſi convictos fuiſſe ab Hincmaro. quod non de alio, quam de frequenti illo epiſcoporum conventu intelligi poteſt, tametſi nulla, ut dixi, de Corbeïenſibus codicibus in illa collatione peculiaris mentio facta ſit. Quis tam turpem, tamque atrocem calumniam æquo animo ferat?

Quid ais? dicet aliquis. an negas Hincmarum ſcripſiſſe, hunc librum à Gotheſcalco adulteratum fuiſſe? Verum quid Corbeïenſibus cum Gotheſcalco? Deinde illic non agitur de vulgato Auguſtini libro contra quinque hoſtium genera, ſed de edicto Conſtantini, à Gotheſcalco in ſuæ ſententiæ defenſionem adducto, quod ab eo *falſatum* credebat Hincmarus, *certo*, ut putabat, *indicio.* tametſi nihil magis incertum, quam ejus indicium, ut ex ſecunda obſervatione mox allata perſpicuum eſt. Quodnam illud indicium? ſcilicet *quando hic codex in monaſterio Altivillaris ſcriptus fuit, Ratramnus*

CAP. XIII. *Corbeïæ monachus ad Hildegarium Meldenſem epiſcopum, ex libris ſanctorum Hilarii & Auguſtini de Trinitate, non modicæ quantitatis volumen compilavit, volens aſſerere trinam eſſe deitatem: cujus compilatio evidenter compilatoris ſui demonſtrat mendacium.* Hoccine eſt *certum* illud *indicium*, quo probetur, Gotheſcalcum falſaſſe hunc librum, id eſt edictum Conſtantini, nempe quia per idem tempus, quo hic liber ex authentico Petri Aretini epiſcopi deſcriptus eſt in monaſterio Altivillaris, Gotheſcalcus illic morabatur, haud dubie recluſus in ergaſtulo; & Ratramnus volumen *de Trina-deitate*, ex libris ſanctorum Hilarii & Auguſtini de Trinitate compilabat! Nemo certe non videt, quam dubium, ne dicam fallax ſit iſtud indicium. Verum etſi Gotheſcalcus corrupti edicti auctor fuerit, quid Corbeïenſibus, ut dixi, cum Gotheſcalco? Deinde quid commune edicto Conſtantini cum Auguſtini libris? quos tamen à Corbeïenſibus corruptos fuiſſe ex hoc loco auctores illi calumniari non verentur.

At ſaltem, forte inquient, negare non potes, quin Ratramnus, ille Corbeïæ monachus, *mendacii* in ſuo libro inſimulatus ſit. Cujus vero mendacii? nimirum, ut Hincmarus ipſe in prologo ſuo ad librum *de non-trina-deitate* explicat, ſanctorum Hilarii & Auguſtini ex eorum libris de Trinitate *dicta detruncando, & ad pravum ſuum ſenſum incongrue inflectendo.* Si qua ergo in re peccavit in eo libro Ratramnus, non interpolationis, ſed reticentiæ & falſæ interpretationis inſimulari poteſt. Hic de interpolatis ab eo codicibus nec vola quidem, nec veſtigium. quod ſane non reticuiſſet Hincmarus, maxime ſi vulgatum Auguſtini librum contra quinque hoſtium genera cum verſu controverſo potuliſſet Ratramnus, qui ſuum ipſius volumen, quod excidit, non ex hoc libro, *ſed ex ſanctorum Hilarii & Auguſtini libris de Trinitate*, teſtante ipſo Hincmaro, compilavit.

Verum, etſi Corbeïenſium codex, qui Auguſtini librum contra quinque hoſtium genera continet, hoc in loco interpolatus fuiſſet; quo jure, qua conſcientia, Auguſtinianos univerſim Corbeïenſis monaſterii codices, tanquam ab Hincmaro falſi convictos ac damnatos, traducere licuit? At tantum abeſt, ut liber ille Auguſtinianus illo in loco ab Hincmaro notato à Corbeïenſibus interpolatus ſit (ſi tamen interpolatio eſt), ut contra in Corbeïenſi illorum temporum codice, qui hactenus ſupereſt, controverſus deſit ille verſus, quem Hincmarus à corruptoribus intruſum fuiſſe contendebat. Hic veterrimus codex, qui penes nos eſt, ſcriptus videtur ante natam hanc controverſiam, ut ipſa characterum forma probat, nec alius hujus argumenti inter Corbeïeſis bibliothecæ codices nobis occurrit. Certe ſi qui alii ejuſdem monaſterii codices reprobatum ab Hincmaro verſum habuiſſent, hos notare non omiſiſſet Hincmarus, qui Corbeïenſes ob retentum hymni verſum de Trina-deitate arguebat. Ex his nemo non videt, quam falſo notati ſint univerſim Corbeïenſes codices Auguſtiniani, quaſi ab Hincmaro falſi convicti fuerint, in prædicta nimirum ſynodo Sueſſionenſi: in qua tamen, ut ex dictis patet, nulla de Corbeïenſibus codicibus mentio facta eſt, nec fieri potuit, cum Corbeïenſis codex Hincmari ſententiæ faveret. Quid nobis fieret, ſi talis criminationis auctores, vel rei eſſemus! Quo porro piaculo ejuſmodi noxam expiare nobis daretur! Verum abſit à nobis id genus contumeliæ, quibus longe ſatius eſt pati, quam inferre, aut referre injuriam.

XV. Pro coronide tam præclari Corbeïenſium elogii addere licet, quod iidem auctores præmittunt, in eadem Corbeïenſi bibliotheca repertos fuiſſe libros, Lugdunenſis eccleſiæ nomine editos contra Johannem Erigenam de prædeſtinatione, aliiſque ejuſdem temporis controverſiis; quos libros Floro Lugdunenſi diacono falſo adſcriptos, & erroribus refertos eſſe prædicti auctores contendunt. quod perinde eſt, ut aperte loquar, ac ſi dixerint, libros illos à Corbeïenſibus fabricatos, & Floro ſuppoſitos fuiſſe, ut ſub larvato celebris auctoris nomine, horum librorum errores facilius divulgarent. Haud ſcio an quiſquam fuerit hactenus, qui Florum horum librorum parentem non agnoverit; vel qui errores in illis libris ſe reperiſſe oſtenderit. quod theologis ulterius examinandum relinquo. Verum, quod ad prædictorum librorum ſuppoſitionem à Corbeïenſibus, ut prætenditur, factam pertinet; nulla fabula infelicius componi & concinnari poterat. Quis enim iſtius ſuppoſitionis apud

Corbeïenſes

Corbeïenſes auctor tunc eſſe potuit? An Ratramnus? At longe aberat ab ejuſmodi fictione ejus ingenium, quippe qui aperta fronte, ſuo nomine haud diſſimulato, libros duos de Prædeſtinatione contra Johannis Erigenæ ſententiam vulgavit. An forte Paſchaſius Radbertus, Corbeïæ tunc temporis abbas? At is Gotheſcalco adverſabatur, ut patet tum ex eo, quod illius damnationi in priori ſynodo Cariſiacenſi aſſenſit; tum ex libro VIII. commentarii ſui in Matthæum, ubi Gotheſcalcum, ejuſque aſſeclas vellicat his verbis: *Scire certo debemus, quoties aliquis perit, non ex prædeſtinatione Dei,* UT QUIDAM MALE SENTIUNT, *neque ex voluntate Patris perit, ſed proprio ſuo peccato, juſtoque Dei judicio.* Quo igitur fundamento hæc ſuppoſitio Corbeïenſibus imputari poteſt? Scilicet quia repertus eſt apud illos veterrimus codex, ex quo liber ille de Prædeſtinatione ſub nomine Flori primum vulgatus eſt. Verum conſimiles forte alibi ejuſdem libri codices reperiri poterunt. Sed fac unicum reſtare illius libri Corbeïenſe exemplar. an ideo Corbeïenſes ejus dicendi auctores? Si ita eſſet, Lactantii liber de morte perſecutorum tribui poſſet Moiſiacenſibus monachis, apud quos ſolos ejus libri exemplar ad noſtrum uſque tempus ſervatum eſt, ex quo præclarum hoc monumentum eruditiſſimus Baluzius, magno rei publicæ Chriſtianæ beneficio, publici juris fecit.

Verum non unum tantum Flori libri exemplar etiam nunc ſupereſt, ſcilicet Corbeïenſe. Aliud inſuper optimæ notæ exemplar [a] aſſervatur in bibliotheca Colbertina; quod ejuſdem Flori tempore ſcriptum fuiſſe peritus quivis & cordatus cenſor facile conceſſurus eſt. In hoc porro codice continentur omnia illa opuſcula, quæ ſub Lugdunenſis eccleſiæ nomine vulgata ſunt; nec dubito quin eo uſi ſint primi illorum opuſculorum editores. At in Corbeïenſi unicus habetur liber *contra ineptias* Johannis Erigenæ, qui liber in utroque codice ſic incipit: *Venerunt ad nos, id eſt ad eccleſiam Lugdunenſem, cujuſdam vaniloqui & garrulli hominis ſcripta*, &c. quæ verba, *id eſt ad eccleſiam Lugdunenſem,* eadem manu, abſque ullo interpolationis vel minimo indicio, exarata ſunt. Id autem inter illos duos codices diſcriminis eſt, quod in Colbertino Flori nomen nequaquam adſcriptum eſt libris in eo contentis: at in Corbeïenſi titulus libri contra Erigenam, olim minio ſcriptus, cum characteres jam fere evanidi eſſent, altera manu reſtitutus eſt, ſub hac inſcriptione, *In nomine Domini noſtri Jeſu-Chriſti incipit libellus Flori*, &c. tum in fine, dubium an prima, certe antiqua manu, *Explicit libellus Flori.* Verum Flori nomen in primario titulo appoſitum fuiſſe, aut ſaltem ei, qui codicem ipſius Flori tempore exaravit, perſuaſum fuiſſe Florum hujus libri aſſe auctorem, manifeſte intelligitur ex duabus notis, ad marginem codicis in contextus ſerie, & quidem prima manu, ex minio appoſitis: quarum una principio ſic habet: *Expoſitio Johannis.* tum, *Reſponſio Flori.* Altera in conſequentibus: *Reſponſio Flori contra Johannem.*

[a] n°. 4302.

Ad hæc reſpondebunt ſine dubio oppoſitæ ſententiæ auctores, has marginales notas (nam de titulo non diſputo) falſo appoſitas fuiſſe à Corbeïenſi illo monacho, qui codicem illum deſcripſit. Cui rei id argumento eſſe aiunt, quod nullus codex, ſive hujus libri contra Erigenam, ſive aliorum ſub nomine Lugdunenſis eccleſiæ editorum, vel in bibliotheca Lugdunenſi, vel etiam in tota illa diœceſi, modo reperiatur, vel unquam repertus ſit. Ceterum etſi verba illa, *Venerunt ad nos, id eſt ad eccleſiam Lugdunenſem*, genuina ſint; ea potius referenda eſſe ad Laudunenſem eccleſiam, cum Laudunum Lugduni nomine olim inſignitum fuerit. Denique Florum diaconum Lugdunenſem horum librorum ſcriptorem eſſe non poſſe, quippe qui ante ortas his de rebus controverſias, id eſt ante annum DCCCL. mortuus ſit; idque conſtare ex Augienſi, ut vocant, necrologio, à me edito in tomo IV. Analectorum, in quo Florus poſt Agobardum archiepiſcopum notatur, non autem Amolo ejus ſucceſſor, ſub quo hæc controverſia nata; non Remigius Amolonis ſucceſſor, ſub quo maxime hæc ventilata eſt. Tria itaque hoc loco diſpungenda. Primum, nulluſne horum librorum codex in Lugdunenſi eccleſia vel diœceſi ſaltem olim extiterit. Alterum, an verba illa, *ad nos, id eſt Lugdunenſem eccleſiam*, de Laudunenſi eccleſia interpretanda ſint. Tertium denique, an Florus ante Remigii Lugdunenſis pontificatum deceſſerit.

CAP. XIII. Ad primum facilis erit reſponſio. Colbertinum quippe exemplar, quod libros quatuor ſub nomine Lugdunenſis eccleſiæ vulgatos continet, fuit olim bibliothecæ Inſulæ Barbaræ, quod monaſterium eſt agri Lugdunenſis, non una integra leuca ſupra Lugdunum, in medio Araris fluvii poſitum. quod probat inſcriptio duplex, una in fronte codicis, *Liber ſancti Martini Inſulæ-Barbarenſis*, ubi *ad altare ſancti Martini* oblatus notatur. quæ poſteriora verba eodem tempore, quo ipſe codex, exarata ſunt. Ad hæc, in limine tertii libri *de tenenda immobiliter Scripturæ ſacræ veritate*, præmittitur itidem antiqua manu altera hæc inſcriptio: *Liber ſancti Martini Inſulæ-Barbarenſis monaſterii.* cui, ſine dubio ipſius Flori tempore, hic codex oblatus eſt *ad altare ſancti Martini*, fortè à Bartholomæo abbate, ut deletæ ſcripturæ veſtigia indicant, qui Flori[a] tempore vivebat.

a *V. Analect. to. 4. p. 644.*

Ex hoc primo capite pendet ſecundi ſolutio. Si enim codex ille ipſius Flori tempore Barbarenſi monaſterio conceſſus ſit, vehemens conjectura eſt hæc verba, *id eſt ad Lugdunenſem eccleſiam*, quæ in duobus locis in illo Barbarenſi ſeu Colbertino codice leguntur, de Lugdunenſi metropolitana eccleſia eſſe intelligenda, non de Laudunenſi. At, quod rem evincit, tunc Laudunenſi eccleſiæ præſidebat Pardulus epiſcopus, unus ex tribus illis epiſcopis, ad quorum epiſtolas reſpondet illa Lugdunenſis eccleſia; alia proinde à Laudunenſi, cujus epiſcopus Pardulus oppoſitam his libris ſententiam cum Hincmaro & Rabano tuebatur, longe ante Hincmari Laudunenſis pontificatum & diſcidia.

Hinc facile intelligitur, Florum, Lugdunenſis eccleſiæ eruditum illum diaconum, nomine ipſius Lugdunenſis eccleſiæ ſcribere potuiſſe, & re quidem vera ſcripſiſſe prædictum ſaltem librum contra Johannem Erigenam: Remigium vero archiepiſcopum reſpondiſſe ad illorum epiſcoporum tres epiſtolas, quæ, uti & Johannis Erigenæ ſcripta, *ad Lugdunenſem eccleſiam* perlatæ erant. Sane Matthæus Weſtmonaſterienſis[b] inter veteres, & inter recentiores Jacobus Sirmundus[c], Soc. Jeſu eximium lumen, Florum illius libri auctorem cum omnibus agnoſcunt.

b *Weſtmon. an.* 883.

c *Sirm. in notis ad Avit. p. 61.*

Neque vero ex Augienſi libello à me edito[d] confici poteſt, Florum ante natas illas controverſias defunctum fuiſſe. Hic enim libellus eſt ſocietatis eorum, qui beneficium & communionem ſuffragiorum ab Augienſibus obtinuere, ex quibus plerique viventes erant. Ita enim in more tunc poſitum erat, ut, qui ejuſmodi ſocietatem inibant, nomina quidem quorumdam è ſuis defunctorum, ſed maxime vivorum, quos commendatos volebant, ſuaque ipſorum nomina adſcribi curarent. Alia ratio eſt de necrologiis, in quibus nomina tantum defunctorum inſcripta ſunt. Atqui codex ille Augienſis, ex quo Flori[e], aliorumque nomina exſcripſi, libellus eſt ſocietatum, ut diſerte notavi, monaſteriorum, aliarumque eccleſiarum & perſonarum, quæ in Augienſum communionem admiſſæ erant, quam *Canonici ſancti Stephani protomartyris*, metropolitanæ ſcilicet eccleſiæ Lugdunenſis, *Agobardus archiepiſcopus & Florus*, ſibi conciliaverant.

d *Analect. to. 4. p. 642. & ſeqq.*

e *Ibid. p. 644.*

Quouſque vitam produxerit Florus, non facile eſt præciſe definire. Nullas enim chronicas notas in ejus ſcriptis deprehendo, ſi ejus librum contra Erigenam excipias, præterquam in carmine de diviſione imperii facta poſt mortem Ludovici Pii, quæ annno DCCC XL. accidit, ut omnes norunt. Paullo ante ab eo ſcripta fuerat epiſtola contra Amalarium *de corpore Domini tripartito*, quæ *dominis beatiſſimis, reverentiſſimis & piiſſimis paſtoribus gregis Chriſti, Drogoni ſacri concilii magiſtro & pontifici clariſſimo, Heti Trevirorum antiſti, Aldrico reverentiſſimo Cenomannorum epiſcopo, Rabano abbati venerabili, & ex provincia Lugdunenſi prima Alberico Lingonenſi reverentiſſimis epiſcopis inſcripta eſt*, eo ſcilicet tempore, quo Lugdunenſem eccleſiam ſic afflictam fuiſſe dicit, *ut habeat*, inquit, *epiſcopum ſine poteſtate, magiſtrum ſine veritate*, uti poſt Agobardi depoſitionem accidit. Scripta eſt, inquam, hæc epiſtola, cum epiſcopi in concilio apud Theodonis-villam habito congregati erant. quod ad ſynodum anni DCCC XXXV. referendum videtur. Plura de hac epiſtola in tomo ſecundo[f] noſtrorum Annalium videre licet.

f *Annal. Bened. to. 2. lib. 31. n. 75.*

Verum longius progreſſus ſum quam ſperaveram, non tamen amplius, ut quidem puto, quam par erat, utpote juſtæ defenſionis neceſſitate coactus. Hæc autem omnia ne-

quaquam rixandi animo, quod nihil magis à moribus meis alienum, ſed ſola amoliendæ injuriæ cauſa, atque uno veritatis amore à me ſcripta ſunt, eodemque animo accepta eſſe velim, & citra cujuſquam offenſam, hoc maxime ſollicitus, ut defendendo veritatem, caritatem ne lederem. Nihil enim magis chriſtianis ac religioſis viris cavendum, quam ut, quod recto forte conſilio inchoatum eſt, ſenſim in jurgia cedat; ſintque, contra interdictum Apoſtoli [a], *invicem provocantes, invicem invidentes.* Nam *ſi invicem mordetis, & comeditis*, inquit, [b] *videte ne ab invicem conſumamini.*

a *Gal.* 5. 26.
b *Ibid.* v. 15.

OBSERVATIONES

In ſequentia Specimina veterum ſcripturarum, & in Appendicem ſubſequentem.

UT eumdem ordinem, quem in Opere de re Diplomatica tenui, in hoc quoque obſervem Supplemento; nova quædam Specimina veterum ſcripturarum hic ſubjicere viſum eſt; iiſdemque Speciminibus adjicere collectionem veterum monumentorum in totius Operis, maxime Supplementi confirmationem.

Primum inter Specimina locum obtinent regia duo diplomata, ſcilicet Chlotharii ſecundi & Dagoberti primi ejus filii: quæ, fere integra, ex duobus archivi Dionyſiani archetypis in phylira ſcriptis, *poſt* editos de re Diplomatica libros, à nobis eruta ſunt, ut ſuperius capite XII. expoſui. Erunt forte qui vulgarem ſcripturam interlinearem inſertam deſiderarent ad levandam lectorum in his interpretandis operam. Verum hunc qualemcumque defectum facile ſupplebunt non modo ſimiles interpretationes, ſpeciminibus libri V. de re Diplomatica interpoſitæ; verum etiam ipſorum diplomatum contextus in hujus Supplementi appendicem ex integro relati, qui nullo negotio cum ectypis conferri poterunt.

Ad marginem inferiorem prioris ſpeciminis nonnullos verſus Placiti authentici Childeberti *III.* pro Pratenſi monaſterio ſubjiciendos curavi ad probandum, quod ſuperius [c] aſſerui, Pratenſe ſancti Vincentii monaſterium etiam ſancti Germani nomine inſignitum fuiſſe ante ipſius ſancti Germani tranſlationem, quæ anno DCC LIV. facta eſt.

c *ſupra cap.* 6. *n.* 4.

Eodem quoque modo in inferiori margine ſpeciminis diplomatis Dagoberti expreſſa ſunt ſpecimina duo, unum epiſtolæ Hadriani papæ I. ad Carolum Magnum, alterum epiſtolæ Maginarii abbatis ad eumdem Carolum, ex duobus authographis Dionyſianis in phylira quoque exaratis, de quibus in prædicto capite XII. actum eſt.

Hæc ſpecimina, duabus tabulis comprehenſa, ſubſequitur ex eodem archivo epiſtola Græca cujuſdam Græci imperatoris ad quemdam regem ſtirpis Carolinæ, cum interlineari lectione communibus litteris græcis reddita, prout à noſtris Bernardo de *Montfaucon* & Jacobo *Lopin* ante annos decem ex archetypo corticeo eruta eſt. De hac epiſtola conſule quæ in prædicto capite XII. à me dicta ſunt. Magno ſane rei publicæ litterariæ damno accidit, ut inſigne hoc monumentum à quodam male feriato homine mutilatum ſit magna ex parte ab initio epiſtolæ. Ex utroque vero latere, ſaltem à quarto verſu, paucula deſiderantur, quæ eruditiſſimo Johanni *Boivin* ſuppleri poſſe videntur eo modo, quo hic exhibentur, incipiendo, ut mox dicebam, à quarto verſu, quo ex loco deinceps archetypi ſcriptura minus detrita eſt. Quæ ſupplenda viſa fuere, lineolis ſubnotata ſunt.

. . . . ἵνα
θεσπίσματι θείῳ ἡ ἀγάπη τῆς ἡμετέρας ἐκ θεοῦ βασι-
λείας ἐφαπλωθῇ ὑμῖν, καὶ ἔστιλαι τὰ δίκαι-
ια τῆς ἐκ θεοῦ βασιλείας ἡμῶν καὶ
ἠγαπημένου ἡμῶν τέκνου γνωστὰ
ἀκριβῶς, καὶ ὁ θεὸς δοξάζηται
καὶ εἰς τὰ πέρατα τῶν χριστιανῶν ἡ πα-
ροῦσα κατάστασις φθάνῃ καὶ οἱ ἐχθροὶ
ἀπόλονται καὶ οἱ φίλοι σώζιονται ἡ χά-
ρις τοῦ θεοῦ καὶ ἡ εἰρήνη αὐτοῦ καὶ ἡ ἀ-
γάπη ἔσω μεθ' ὑμῶν καὶ περὶ παντὸς
νῦν ἁρμόδιόν σοί ἐστιν καὶ ὑπομιμνήσκε-
σθαι νέμειν τῷ προδηλωθέντι φιλο-
χρίστῳ ἡμῶν τέκνῳ τῷ ῥηγὶ τιμην,
ὅς αὐτῷ ἐκλίσθης καὶ ἐπὶ τῷ εἶναι
πιστὸς αὐτῷ παρὰ τοῦ δημιουργήσαντος.

Poſt ſpecimen Græcæ hujus epiſtolæ ſequitur veterrimum inſtrumentum eccleſiæ Ravennenſis, principatu Juſtiniani imperatoris conditum, quod ſub titulo *Chartæ Plenariæ-ſecuritatis* à Briſſonio primum, dein à Naudæo typis mandatum fuit ex archetypo in phylira exarato, quod in Bibliotheca Regia aſſervatur. Hoc archetypum, quod ſeptem fere longitudinis pedes habet, cum interlineari lectione in æs inciſum Regis impenſis, ut ſuperius [d]

d *cap.* 12.


dixi , hic repræſentare viſum eſt opere pretium , ejuſque ectypum in tria folia ſeparata diſtinguere , ut intra hujus Supplementi volumen facilius componi poſſit.


His ſpeciminibus ſuccedet Appendix in tres diſtincta Partes. Prima veteres FORMULAS ANDEGAVENSES exhibebit , ex antiquiſſimo codice Weigartenſis in Suevia monaſterii tomo IV. Analectorum à me editas : quas quidem hoc loco recudere viſum eſt ; utpote ad rem Diplomaticam illuſtrandam in primis opportunas. Harum antiquitatem probat tum veterrimus codex , ex quo eas deſcripſimus ; exaratus , ut ex ſubſcriptione colligitur , *anno tertio Teuderici regis* , cognomento Calenſis : tum nomen Childeberti regis , in illis formulis non ſemel expreſſum. quod vel de Childeberto I. vel ſaltem de Childeberto III. intelligendum eſt. nam Childebertus II. nihil ditionis habuiſſe videtur apud Andecavos. Hæc collectio continet formulas LIX. in quibus *lex Romana* , *conſuetudo pagi* , *& principalis ſeu regalis poteſtas* ſæpe memorantur.

Secunda Pars Appendicis vetera quædam diplomata & inſtrumenta complectetur , in Supplementi decurſu laudata , & ad ejus probationem utilia , vel neceſſaria.


His ſuccedit Pars tertia , continens chartas authenticas , quæ regiæ STUARTORUM ſtirpis legitimam originem , ab Hectore Boëtio , Buchanano , aliiſque nonnullis temere laceſſitam , manifeſte demonſtrant : ut fidem faciunt luculenta hac de re teſtimonia virorum clariſſimorum , qui in frequenti apud nos conſeſſu de iſtorum monumentorum auctoritate , inſpectis archetypis , ſententiam protulerunt. Hujus rei acta typis vulgata ſunt Pariſiis anno MDCXCV. cura & diligentia venerabilis viri Ludovici *Ineſſe*, Pariſienſis Scotorum Collegii gymnaſiarchæ , Sereniſſimæ Britanniarum Reginæ matri ab eleemoſinis : quæ monumenta cum ſuis Obſervationibus ut in hanc Appendicem referrentur , Lectoribus haud ingratum fore duximus.

Diploma







Hadriani Papæ I.



Maginarii Abbatis.







Hadriani Papæ. I.




Maginarii Abbatis.






IMPERATORIS GRÆCI EPISTOLÆ INSIGNE FRAGMENTUM.


Supplem. Diplom. pag 71.




EPISTOLÆ GRÆCÆ CONTINUATIO.

Supplem. Diplom. pag. 7





ω λ ο ν τ α ι κ α ι ο ι φ ι λ ο ι σ ω ζ ο ν τ [αι]
[ατ]
τ ο υ ϑ ε ο υ κ α ι η ε ι ρ η ν η α π ο ν κ [αι]
[χαρις]
σ ε τ ω α ξ ι ϑ υ μ ω ν κ α ι π ε ρ ι τ ι
α ρ α ο ϑ ι ο ν σ ο ι ε ξ ε τ ι ν κ α ι υ π ο μ
ε ε ι ν τ ε π ρ ο δ η λ ω ξ ε ν τ [ι]
τ ω η μ ω ν τ ε χ ν ω τ ω ρ ι
σ α υ τ ω ε χ τ ι ϑ η ς κ α ι ι π
σ α υ τ ω π α ρ α τ ο υ δ η μ ι ο υ ρ γ


Supplem. Diplom. pag. 72




Charta plenariæ securitatis, perantiqua, data anno XXXVIII. Iustiniani Imperatoris.
Ad Autographum, in papyro Ægyptiaca scriptum, quod in Bibliotheca Regia servatur, expressa et æri incisa, anno 1694.



Charta plenariæ securitatis, perantiqua, data anno XXXVIII. Iustiniani Imperatoris ad Autographum, in papyro Ægyptiaca exaratum, quod in Bibliotheca Regia servatur, expressa et ære incisa, anno 1694.





unde Luna est pecie [illegible] anatemas fundi. Ignas vero [illegible] reddidit Bone [illegible] [illegible] quarum [illegible] quantam

ad Ponticello & L. [illegible] territ. nec non et [illegible] cracivitate Comitense. [illegible] vendedit mens [illegible]

perticenem [illegible] qualiter [illegible] & Franga una [illegible] [illegible]

[illegible] popillo [illegible] successionem [illegible]

[illegible] principali [illegible] tribuit [illegible] quadraginta [illegible] cum [illegible] tradend vidi [illegible] mon [illegible] vidi

[illegible] subdiacono [illegible] testis [illegible]

[illegible] Stefanus ad [illegible] plenarie curitate [illegible] memine[illegible]

presente [illegible] fecit & [illegible] electum est, testibus [illegible] & omnia mobilia quae [illegible] videm mob[illegible]

veritatis [illegible] omnium [illegible] popillo [illegible] successione [illegible]

quae superius [illegible] tradita [illegible] in mobilia [illegible]

[illegible] popillo [illegible] subdiaco[illegible]

[illegible] tribuit [illegible] & quadraginta [illegible] tradend vidi

[illegible] complevit absolvit die [illegible]

[illegible] hospitalis plenaria [illegible] curitatis [illegible]

[illegible] plenariae [illegible] quae fuerit [illegible] supradicte [illegible]

SUPPLEMENTI APPENDIX

IN TRES DISTINCTA PARTES.

PARS PRIMA.

INCIPIUNT DICTATI*

SEU

VETERES FORMULÆ ANDEGAVENSES.

* V. Obſervat. ſupra p. 68.

I. Formula ſollemnis de dote.

HIC eſt teſtamentum quarto regnum domni noſtri CHILDEBERTO *Reges, quod fecit Miſſus ille* CHESTANTUS. *Cum juxta conſuetudinem Andicavis civetate, curia puplica reſederet in foro, ibique vir magnificus illi proſecutor dixit: Rogo te, vir laudabilis illi Defenſor, illi Curator, illi Magiſter militum, vel reliquum Curia puplica, utique obticis puplicis patere jobeatis, quia habeo quid apud acta proſevere* * *debiam. Defenſor principalis ſimul & omnis Curia puplica dixerunt: Patent tibi cotecis* * *puplici; proſequere quæ optas. Obedire illa per mandato ſuo pagina mihi injunxit, ut proſecutor exſiſtere deberit, qualiter mandatum, quam in dulciſſimo jocali* * *meo illo fici* * *pro omnis cauſationis ſuas, tam in paco* *, *quam & in palacio, ſeu in qualibet loca, accidere faciat illa porciones meas, quem ex alote parentum meorum ei legibus obvenit vel obvenire debit, aut juſtiſſime ei eſt reddebetum. E contra parentis ſuis vel contra cujuſlibet hominem accidere vel admallare ſeu & liticare facias inſpecto illo mandato, quem in dulciſſemo jocali meo illo fici, geſtis municipalibus adlegare debeam. Curia vero dixerunt: Mandato, quem tibi habere dicis, accipiat vir venerabilis illi Diaconus & amanuenſis. Illi proſecutor dixit: Rogo domno meis omnibus puplicis, ut ſicut mandatum iſtum legebus cognoviſtis eſſe factum, ut dotem quem præ manibus tenio, vobis præſentibus in foro puplico jobeatis recitari. Curia vero dixerunt: Dotem quem te dicis præ manibus retenire, illi Diaconus & amanuenſis Andecavis civitate nobis præſentibus accipiat relegendum. quo accepto dixit:*

* proſequi.
* codices.
* jugali.
* feci.
* pago.
Diaconus amanuenſis curiæ.

Incipit mandatus.

DOmno mihi jocali meo illo. Rogo adque ſupplico dulciſſima gratia veſtra, ut ad vicem meam omnis cauſationis noſtris, tam in pago quam & in palacio, ſeo in qualibet loca accidere faciatis; & illas portiones noſtras, quem ex alote parentum meorum mihi legibus obveniſſe vel obvenire debit, aut juſtiſſime nobis eſt redebitum, hæc contra parentis meus vel contra cujuſlibet hominum accidere vel admallare ſeu adliticare faciatis. Et quicquid exinde ad vicem noſtram egeris, feceris, geſſeriſve, etenim me habiturum eſſe cognoſcas rectum. Juratum mandatum Andecavis civitate, Curia puplica.

Incipit ceſſio.

DUlciſſima & cum integro amore diligenda ſponſa mea, filia illius, nomen illa, ego illi. Et quia, propitio Domino, juxta conſuetudinem una cum voluntate parentum tuorum ſponſavi, proinde cido tibi de rem paupertatis meæ, tam pro ſponſalitia, quam pro largitate tuæ, hoc eſt caſa cum curte circumcincta, mobile & inmobile, ſilvas, pratus, paſcuas, aquas, aquarumve decurſibus, junctis & ſubjunctis, & in omnia ſuperius nominata, tu dulciſſima ſponſa mea, ad die filiciſſimo nupciarum tibi per hanc ceſſione dileco adque transfundo, ut in tuæ jure hoc recepere dibeas. Cido tibi bracile valente ſolidus tantus, tonencas tantas, lectario ad lecto veſtito valente ſolidus tantus, inaures aureas va-

FORMULÆ ANDEG. lınte ſoledus tantus, annolus valentes ſolidus tantus. Cido tibi caballus cum ſambuca & omnia ſtratura ſua, boves tantus, vaccas cum ſequentes tantus, ovis tantus, ſolidis tantis. Hæc omnia ſubſcripta rem in tuæ jure & domenacione hoc recipere debias, vel poſteris tuis, ſi inter nus procreati fuerunt, derelinquentis, ſalvo jure ſancti illius, cujus terræ eſſe videtur. Et ſi fuerit ullo unquam tempore, qui contra hanc ceſſione iſta, quem ego in te bona voluntate conſcribere rogavi, aut ego ipſi, aut ullus ae heredibus meis vel propinquis meis, aut qualibet homo vel extranea aut emiſſa perſona venire voluerit, aut agere, vel repetıre præſumpſerit, ante lite ingreſſus duplet tibi tantum, & alio tantum, quantum ceſſio iſta contenet, aut eo tempore meliorata voluerit; & repetitione ſua non obteniat effectum: & hæc ceſſio iſta atque voluntas noſtra omni tempore firma permaneat.

Poſt hæc Curia ait: Se adhuc aliquid abis ex hac cauſa aut agere debias, dic tu in præſente. Illi proſecutor dixit: Gratias agemus magnitudine veſtræ, quod dotem ſua ſcripta quem proſequto, geſtis municipalibus, ut habuit caretas veſtra, allegaſſe .... feciſſe vobis ex more conſcripſe ....

II. Hic eſt vindirio, qui ſeipſum vendit.

V. Marculf. lib. 2 c. 20. DOmno mihi illo, necnon & conjux ſua illa, ego illi. Quia conjunxerunt mihi necligentias, quod res veſtras furavi, & in aliter tranſagere non poſſum, niſi ut integrum ſtatum meum in veſtrum debiam implecare ſervitium: ergo conſtat me nullo cogente imperium, ſet pleniſſima voluntate mea: & ſi de hac cauſa reprobus apparuerit, pro ipſa necligentia integrum ſtatum meum in veſtrum ſervitium
* f. accipere. obligare debiam, hac cedere * à vobis pretium in quod mihi complacuit, ſoledus tantus, ut quidquid ab hodierno die de memetipſo facere volueritis, ſicut & de reliqua mancipia veſtra obnoxia, in omnibus Deo præſole habeatis poteſtatem faciendi quod volueritis. Si fuerit ego ipſi, aut aliquis de propinquis meis, vel qualibet extranea perſona, qui contra hanc vinditionem, quem ego bona voluntate fieri rogavi, agere conaverit, inferat inter tibi & fiſco ſoledus tantus vobis componat, & quod repetit vindecare non valeat, & hæc vinditio atque voluntas mea firma permaneat.

III. Hic eſt vinditio de homine in eſceno poſito.

V. Marculf. lib. 2. c. 28. DOmno mihi proprio illo, ego illi. Et quia conjunxerut mihi culpas & meas magis necligentias per furta quid feci, unde ego in turmentas fui, & eologias feci, & morte pericolum ex hoc incurrere
* res. debui: ſet habuit pietas veſtra datis de ris * veſtras ſolidus tantus. Ideo hanc epiſtolam vinditione de integrum ſtatum omni peculiare meo vobis emittendam curavi, ut quidquid ab hodierna die de memetipſo facere volueritis, ſicut & de reliqua mancipia veſtra originaria, in omnibus Deo præſole habeatis poteſtatem faciendi. Et ſi fuerit ego ipſi, aut aliquis de propinquis meis, vel qualibet extranea perſona, qui contra hanc venditionem, quem ego ipſi bona voluntate fieri rogavi, agere conaverit, inferat inter tibi & fiſco ſolidus tantus vobis conponat, & quod repetit nihil valeat vindecare, & hæc vinditio perenni tempore firma permaneat.

IV. Hic eſt vinditio de terra conducta.

EGo enim illi. Conſtat me vendediſſe, & ita vendedi ad venerabile fratri illa vineola plus menus juctis tantus, & reſidit in terraturium ſancti illius, in fundo illa illa, & accipi à vobis pretium, in quo mihi complacuit hoc eſt ſoledus tantus, ut de ab hodiernum die memoratus emptor quicquid de ipſa vinea facere volueris, liberam in omnibus habeas poteſtatem faciendi. Si quis vero (quod eſſe non credo) ſe fuerit aut ego ipſi, aut ullus ae heredibus meis, aut quælibet obpoſita perſona, qui contra hanc vinditionem, quem ego bona voluntate fieri rogavi, venire aut reſultare præſumpſerit, dupplit tantum & alio tantum quantum hæc vinditio iſta contenit, & quod repetit vindicare non valeat, & hæc vinditio omni tempore firma permaneat. Actum Andecavis.

V. Incipit ſecuritas de ſuperſallicione hic eſt.

DUm non eſt incognetum, qualiter aliquos homo, nomen illi, aliquo homine, nomen illo, mallavit de res ſuas, & ipſe illi male et exinde numquam feciſſit. Proinde ipſi illi ante bonis hominibus convenit, ut hanc epiſtolam facere deberit, ut nullo umquam tempore contra ipſo agere non præſumat. Quod ſi illi, aut aliqua perſona ad vicem ſuam ipſa cauſa reſultare præſumpſerit, ſoledus tantus inter tibi & fiſco conponere debiat, & quod repetit vindicare non valeat, & hæc ſecuritas firma permaneat.

VI. Incipit item ſecuritas.

DUm non eſt incognitum, quia ante hos dies aliquos homo nomen illi, litem in via publica aput
* f. cobetus. illo ei habuit, & cobebus * ſuper eum illi ei poſuit: ſic taliter convenit ipſius homo ad medianiis bonis hominibus, ut hunc ſecuritate ipſus homo de ipſus cobebus ſeu & de ipſa lite, quem aput mihi abuit, facere deberit. quod ita & fecit. Et (quod futurum eſſe non credo) ſi fuerit ut ego ipſi, aut aliquis de heredibus meis, vel qualibet obpoſita perſona, qui contra hanc ſecuritate reſultare præſumpſerit, ſoledus tantus ei conponat, & quod repetit nihil valeat vindicare, & hæc ſecuritas iſta perenni tempore firma permaneat.

VII. Incipit ſecuritas.

DOmno venerabile & in Chriſto patri illo Abbat. vel omnis congregacio noſtra & domni illius, ego illi. Et quia ad peticionem meam habuit pietas veſtra feciſtis mihi beneficium de rem veſtra, & domni illius, hoc eſt locello cognomenante, in pago illo, cum caſis, campis, terris, mancipiis, acolabus,

pratis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, veſtrum prejudicium, & domni illius tenire & poſſedire debuit; & ſpondio vobis annis ſingulis cinſo ſoledus tantus, & poſt quoque meum diſceſſum jure veſtro & domni illius cum rem meliorata, quantumcumque in ipſo loco inventum fuerit, revertatur, & accipiatur abſque ullius contrarietate aut repetitione propinquorum meorum, annuante Domino, ut mus eſt virorum atque magnorum opidi, confirmandum.* * mos.

VIII Incipit concamius.

IN Dei nomen placuit atque convenit inter illus & illus, ut inter ſe campellus conmutare deberint; quod ita & fecerunt. Hoc eſt, dedit illi ad racione illo campo ferente modius tantus, & eſt ſuper terreturio ſancti illius, & ſubjungat de unus latus campus illius. Similiter in alio loco dedit illi ſuper ipſo terreturio ad racione illo campello ferente modius tantus, & ſubjungat de uno latere campus illius: ut quicquid exinde facere voluerit, abſque præjudicium ſancti illius, cujus terra eſſe videtur, liberam in omnibus habeas poteſtatem. Si fuerit unus quis qui contra pare ſuo agere aut reſultare præſumpſerit, partem quod accepit à pare ſuo amittit, & inſuper multa legis damnum incurrit. Et hæc epiſtolas uni tenorum conſcriptas, que inter nus* fieri rogavimus, firmas permaneant.*

V. Marculf. lib. 2. c. 23. & 22.

* nos.

IX. Incipit vindicio, quam facit qui ſeipſo vindit.

DOmno fratri illo, necnon & conjux ſua illa, ego illi, qui conmaneo in pago illo. Conſtat me vindediſſe, & ita vindedi vobis vernacula juris mei, nomen illo, & accipi inde precium in argento uncias tantas: ut quicquid ab hodierna die ipſo vernaculo facere volueritis, habendi, tenende, donandè, vindende, ſeu commutandi, quomodo & de re aliqua mancipia veſtra obnoxia exinde facere volueritis, liberam habeatis poteſtatem. Et ſi quis, ego ipſi, aut aliquis de heredibus meis, vel qualibet extranea perſona, qui contra hanc vindicione, quem ego bona voluntate fieri rogavi, agere conaverit, inter tibi & fiſco ſoledus tantus vobis conponat, & quod repetit nihil valeat vindicare, & hæc vindicio adque voluntas mea perenni tempore firma permaneat.

X. Incipit judicius.

VEniens homo, nomen illi, ante venerabile vir illo Abbate vel reliquis viris venerabilibus adque magnificis, quorum nomina ſubtus tenuntur inſerti, interpellabat aliquo homine nomen illo, quaſi ſervicium ei redeberit; & illi taliter de præſente aderat, & hoc fortiter denegabat, quod ſervitium numquam redebebit. Interrogatum fuit ipſius illo de ſua agnacione alius homines in ſuum ſervicium habebat, an non: & ipſi illi taliter locutus fuit, ut hoc non redebebat, nam ipſi illi ſervitium ei non redebebat, at de agnacione aut de conparato ut hoc inter ſe intenderent, ut dum ipſi illi alius homines de ſua agnacione non redebebat. Sic viſum fuit ipſius abbati vel quibus in eus aderant, ut ipſi homo aput homines xij. manu ſua xiij in baſileca domne illius, in noctis tantis conjurare deberet, quod de annus xxx. ſeu amplius, ſervitium ei numquam redebebat: ſe hoc facere potebat, ipſi illi de hac cauſa contra ipſo illo conpaſcere deberit: ſin autem non potuerit, hoc inmendare ſtudiat.

Sacramenti in eccleſia ritus.

Incipit notitia de ſupradicto judicio.

NOticia ſacramenti, qualiter vel quibus præſentibus ingreſſus eſt illi apud homines tantus ingenuos ſuper altare illius Andecavis civetate, pro eo quod homine, nomen illo, ipſo pro ſervitium interpellabat ad vicem genetore ſuo ſeu & genetrice ſua. Juratus dixit, juxta quod judicius ex hoc loquitur per hanc loco ſancto & divina omnia quod hic aguntur, de annis xxx. ſeu amplius ſub ingenuetate nomen reſedi. nam & ipſi ſuperius nomenatus ſervitium non rededi, nec redebio pro reverentia loci id ſunt quorum præſentia.

XI. incipit judicius.

VEniens homo, nomen illi, Andecavis civetate, ante illo agente vel reliquis qui cum eo aderant, interpellabat aliquo homine, nomen illo, quaſi jumento ſuo ad furtis conditionis abuiſſit: & ipſi illi una cum genetore ſuo ibidem aderat, & hoc fortiter denegabat, quod ipſo jumento numquam habuiſſet. Sic viſum fuit ipſo agente qui cum ipſo aderunt, ut genitor ſuos illi pro filio ſuo illo, quia & ipſi genitor apud homines tantus ipſi illi in baſileca domni illius in noctis tantus pro filio ſuo excuſare deberit, ſe hoc facere potebat, ipſi illi contra ipſo illo compaſcere deberit. Sin autem non potuerit, hoc contra ipſo emendare ſtodiat.

Incipit noticia.

NOticia ſacramenti, qualiter vel quibus præſentibus ingreſſus eſt illi in baſileca domne illius pro judicio, illo agente juratus dixit: Per hunc loco ſancto & divina omnia quod hic aguntur, quæ hic Deo plenius offeruntur, unde me illi repotabat, quaſi jumento ſuo ad furtis conditionis poſt me habuiſſit, & per meum ingenium ipſo jumento digere habuiſſet, nec ipſo jumento numquam habui, nec per meum nullum ingenium ipſo jumento numquam perdedit, nec aliud tibi de hac cauſa non redebio, niſi iſto edonio ſacramento.*

* reputabat.

XII Incipit ſolſadia*.

* Impedimentum, excuſatio.

NOticia ſolſadii, qualiter vel quibus præſentibus illi homo placetum ſuum adtendit Andecavis civetate Kalendas illas, per judicio inluſtri illo Comite, vel auditores ſuis ac contra homines his nominibus illus & illus, vel genetrici eorum, nomen illa, una cum abunculo eorum illo, dum di-

FORMULÆ ANDEG. cerit, quaſi aliqua ſemena, nomen illa, genetore eorum, nomen illo, pro maleficio eum interfeciſſet. Qui ipſi jam ſuperius nomenati placetum eorum legebus à mane uſque ad veſperum viſi fuerunt custodiſſe. Nam ipſa ſemena nec ad placetum advenit, nec miſſo ad perſona addirexit, qui ſonia redebuiſſit. Propterea neceſſe fuerit prædictis hominibus, ut hanc noticiam, bonorum hominum manibus roboratas, proſequere deberent, qualiter & viſi ſunt feciſſe.

XIII. Incipit item ſolſadia.

NOticia ſolſadii, qualiter vel quibus præſentibus veniens homo, nomen illi, placitum ſuum adtendit Andecavis civetate, in baſileca domni illius, unde eum hæc contra homine, nomen illo, quem ante illo agente fuit inratione pro jumento ſuo, &c.

XIV. Item ſolſadii.

NOticia qualiter ſolſadii, vel quibus præſentibus veniens illi in baſilica ſancti illius Andecavis civitate, placetum ſuum adtendedit contra homine, nomen eillo, quem ante illo agente fuit inrationes pro agente, quod hoc die illo quod fecit menſis illi dies tantus, conjurare deberit una cum hominis ſuis, qui illi ad placitum adſuit una cum teſtis ſuis pro legibus triduum cuſtodivit & ſolſadivit; nec illi nec ad placito adſuit, nec ulla perſona ad vicem ſuam direxit, qui ipſo placito cuſtodiſſet, aut ſonia nunciare deberit. quos præſens placitus ipſius fuit cuſtoditus aut ſolſaditus, aut hanc noticiam manibus eorum ſubter firmaverunt.

XV. Incipit Sacramentalis.

BReve Sacramenti, qualiter & quos præſentibus ingreſſus eſt homo, nomen illi, Andecavis civetate, die illo, quod fecit minſis illi dies tantus, in baſileca domne illius. Juratus dixit: Per hunc loco ſancto & divina omnia quæ hic aguntur, quæ hic Deo plenius offeruntur, unde mihi homo, nomen illi interpellabat, eo quod caballo ſuo furaſſit, aut in taxato poſt me habuiſſit; hoc conjurare quod caballo ſuo, quem mihi reputabat, numquam furavit, nec conſciens ad ipſo furandum numquam fuiſſet, nec poſt me intaxata ipſo caballo numquam habui, nec alio tibi exinde non redebio, niſi iſto edonio ſacramento, quem judicatum habui, & legibus tranſibi. Id ſunt qui hunc ſacramento audierunt manibus eorum ſubter firmaverunt.

XVI. Incipit noticia.

NOticia qualiter vel quibus præſentibus illi & illi placitum eorum adtenderunt Andecavis civetate, in baſileca domne illius, pro judicio illo præpoſito, unde aliqua femina, nomen illa, habuit interpellatus pro illa re, qui illi & germanus ſuos illi ad ipſo placito advenerunt, & homines ſuos hic præſentaverunt, ut ipſo ſacramento excuſare deberent. Nam ipſa illa ſemena ad ipſo placito adſuit, & ipſo ſacramento menime recipere voluit, qui illi ex germano ſuo illi placitum eorum legibus cuſtodierunt. Propterea neceſſarium fuit, ut ex hoc noticia accipere deberent. quod ita & ſecimus.

XVII. Incipit vacuaturia.

DUm cognitum eſt, quod homo, nomen illi, vinditione de integrum ſtatum ſuum ad homine, nomen illo, & cogiæ * ſua illa, & ipſa vinditione meneme * inveniſſe non potuerunt. Proinde manus noſtras firmatus vobis emittendam curavi, ubi & ubi ipſa vindicio inventa fuerit, inanis permaniat & hæc vacuaturia firma permaniat.

* conjugem.
* minime.

XVIII. Incipit item vacuaturia.

DUm cognetum eſt qualiter aliquos homo, nomen illi, aliquo homine, nomen illo, cautione inmiſſa habuit pro factum ſuum, quo ei beneficium facit argento uncias tantas, ut inter annus tantus, qualecumque ei ſervitium injunxerit, ei facere debiret. Et ipſi homo cautione menime invenire non poterit. Proinde mano mea & bonorum hominum vacuaturia tibi proinde dedi, dum tu ris * meas reddidiſti, ubi & ubi cautio ipſa inventa fuerit, vacua & inanis permaneat, & hæc vacuaturia firma permaniat.

* res.

XIX. Incipit vindicio.

DOmno mihi ſemper illo illi. Et pro neceſſitatis temporum & vidi * compendium etiam ſterilitas & inopia præcinxit, ut in aliter tranſagere non poſſum, niſi ut integrum ſtatum meum in veſtrum debiam implecare ſervicium. Ergo conſtat me nullo cogente imperio, ſed pleniſſima voluntate mea, accipi à vobis pro ſupraſcriptum ſtatum meum, hoc eſt in quod mihi complacuit, in auro valente ſoledos tantus, ut quicquid ab hodiernum diem de memetipſo facere volueris, ſicut & de reliqua veſtra obnoxia in omnibus Deo præſole habeatis facultatem faciendi. Si quis vero aut ego ipſi, &c. ut ſupra.

* f. vitæ.

XX. Incipit ingenuitas à die præſente.

Marculf. lib. 2. c. 32.

IN Dei nomen ille, delectiſſimo noſtro illo. Noverit iſte pro divinitatis intuitu & animæ meæ remedium vel æterne retributione tua, eatenus à die præſente ingenuum eſſe præcipimus, tanquam ab ingenuis parentibus fuiſſes procreatus, & nullius tibi heredum ac proheredum meorum nec ſervicium, nec ullum obſequium ultra debere cognuſcas, ſed potius aſo defenſione ſanctum illius in integra valeas reſidire ingenuitas. Et ſi fuerit unus de heredibus meis, vel qualibet extranea perſona, qui contra hanc ingenuitatem,

ingenuitatem, quem ego bona voluntate fieri rogavi, venire aut reſultare præſumpſerit, in primitus Dei incurrat judicium, & de ſanctorum loca efficiatur extraneus, & inſuper multa legis damnum incurrat auri libra una, argento pondo tantum; & quod repetit vindicare non valeat, & hæc ingenuitas perenni tempore firma permaniat. FORMULÆ ANDEG.

XXI. Incipit vindicio.

EGo enim illi. Conſtat me vendediſſe & ita vindedi ad illo campello ferente modius tantus, & eſt ſuper terraturio ſancti illius, in villa illa, & ſubjungit de terra illa, de uno latere campus illius, taxato pretio: hoc eſt in quod mihi complacuit, valente ſoledus tantus, ut quidquid ab hodierna die de ipſo campo agere volueris, abſque præjudicium ſancti illius, cujus terræ eſſe videtur, liberam in omnibus habeas poteſtatem. Et ſi fuerit ego ipſi, &c.

XXII. Incipit cautio de vinea.

*EGo enim illi. Conſtat me accepiſſe, & ita accepi per hanc cautionem ad præſtetum beneficium de homine, nomen illo, hoc eſt in quod mihi complacuit, in argento ſoledus tantus; & in pignore tibi conditionis demitto tibi pro ipſo beneficium inter annus tantus vinia medio jucto * tantum, qui eſt ſuper terraturium ſancti illius, in villa illa; & ſubjungit de uno latere vinia illius, ut interim res veſtras micum habuero illa blada, quem ibidem Deus dederit, in tuam revoces poteſtatem. Et quod ſi adſolet, ipſi annus tantus completi fuerunt, rem veſtram reddere debiam, & cautionem meam recipere facias, aut tibi, aut cui cautionem iſtam dederis ad exagendum.* * jugere.

XXIII. Incipit ingenuitas.

DIlectiſſimo noſtro illo ego ille. Noveris te pro divinitatis intuitu & animæ meæ remedium, vel æterna retributione eatenus ad jucum ſervitudinis tibi abſolvemus, ut quamdiu advixeris, de meum non diſcedas ſervitium; & poſt meum quoque diſceſſum cum omni peculiare quod habes, aut laborare potueris, ingenuam ducas vitam, tamquam ſe ab ingenuis parentibus fuiſſes procreatus, & nullius tibi nec ſervitium, nec nullum obſequium heredum ac proheredum meorum te quicquam redebere cognuſcas, niſi ſub defenſione ſancti baſileci domni illius præbeås obſequium, non requiratur. Si quis (quod futurum eſſe non credo) ſi fuerit unus de heredibus meis vel qualibet obpoſita perſona, qui contra hanc ingenuitatem, quem ego bona voluntate fieri rogavi, agere conaverit, in primitus Dei incurrat judicio, & à liminibus eccleſiarum, baſilicarum vel omnium Sacerdotum excommunus accipiat illam maledictionem, quem Juda Scariotis accipiat, & mea voluntate cum Chriſto accipiat miſericordia, & quod repetit numquam valeat ſua voluntas obtineat, & ingenuitas iſta perenni tempore firma permaneat.

XXIV. Incipit judicius.

EVeniens illi Andecavis civitate ante illo Præpoſito vel reliquis hominibus, qui cum eo aderant, interpellabant aliquo homine, nomen illo, quaſi animalia per ſua menata eos ducere habuiſſit, & ipſa animalia per ſua menata aliquas mortas fuerant, & ipſa pecora illi excorticaſſit, poſteaque mortas fuerunt. Interrogatum fuit ipſi illi, quid de hac cauſa reſponſo daret: & ipſi illi taliter locutus fuit, quod nec ſua animalia numquan menaſſit, nec per ſua menata ipſa animalia degere numquam habuiſſit, nec de manus ſuas excorticatas numquam fuiſſent. Propterea viſum fuit ad ipſo Præpoſito, vel qui cum ipſo aderant, ut in noctes tantas apud homines tantus ipſi illi in baſileca domni illius excuſare deberit: ſe hoc facere debebat, de hac cauſa ipſi illi compaſcere debirit: ſin autem non poterit, quicquid lex de tale cauſa edocet emendare ſtodiat.

XXV. Incipit vindicio qui ſeipſum vindit.

*DOmno magnifico fratri illo, necnon & conjux ſua illa. Nus enim illi & coguje ſua illa conſtat nus vindediſſe & ita vendedimus à vobis eſtus * noſtros cum omni peculiare quod habemus aut locare poteremus, manſo & terra vel viniolas, quantumcumque ad die præſente poſſidere vidimur, in fundo illa villa in ſe ſuper terra eccleſiæ Andecavis, vel ubique habire viſi ſumus. Unde accipimus de vobis precium quod nobis conplacuit, hoc eſt in auro valente ſoledus tantus, ut poſt hunc diem memorati emptores quicquid de nus ipſis vel de heredis noſtris facere voluerint, habeant poteſtatem faciendi. Si quis vero, &c.* v. ſupra cap. 2. * l. ſtatus.

XXVI. Incipit ſecuritas.

DUm non habetur incognitum, qualiter aliqua femina, nomen illa, apud hominem ſancti illius, nomen illo, litis intentione habuit de illo rapto, quod ipſa fuit, ut ipſa ad pacem concordiam voluntate ad ipſa femina facere deberent. quod ita & fecerunt. Unde convenit, ut ſi homo manu ſua firmata exinde accipere deberet, quod ita & fecit, ut ſe ipſa femena poſt hunc diem reſultare voluerit, contra homine ſoledus tantus conponat. Facta ſecuritas.

XXVII. Incipit vindicio proprietatis.

DOmino venerabile & in Chriſto Patri illo Abbate ego illi & conjux mea illa. Conſtat nus vindediſſe, & ita vindedimus vobis terra proprietatis noſtræ, in loco nuncupante illo, & accipi proinde pretio de vobis in quod nobis conplacuit, hoc eſt in argento ſoledus tantus, &c. & hæc vindicio perenni tempore firma permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum eſt.

FORMULÆ ANDEG.

XXVIII. Incipit judicius.

VEniens illi Andecavis civitate ante illo Agente, necnon & illo, vel reliquis qui cum illo aderant, interpellabat aliquo homine, nomen illo, quaſi foſſado per terra ſua, in loco nuncupante, qui vocatur, illa villa, qui aſpecit ad illa, ei foſſadaſſit. Et taliter ipſi homo dedit reſponſo, quod terra ſua foſſado feciſſet. nam terra ad illo homine numquam foſſadaſſet. Viſus fuit ab ipſis magnificis, ut illi in noctis tantas apud homines tantus vicinis circa manentis de ipſa condita mano ſua quarta * in baſileca domni illius ſenioris excuſare deberet, quod terra ſua malo ordine numquam foſſadaſſet. Si hoc facere potebat, quietus & ſecurus reſediat: ſin autem non potuerit, contra ipſo hominem ſatisfacere debeat.

* V. tom. I. Annal. Bened. p. 453.

XXIX. Incipit judicius.

VEniens homo, nomen illi, aput femina, nomen illa, qui fuit conjux illa quondam germanus illius, ante venerabile vir illi Abbate*, interpellaverunt hominem, nomen illo, quaſi ſervitium qui fuerunt ipſius illi, quondam poſt ſe habuiſſit conmandatas, hoc eſt illam rem qui illi ad præſens aderat: & hoc totum fortiter denegabat. Interrogaverunt ipſius illi, ſe * habebat homines qui de præſente fuiſſent, ut vidiſſent quando ipſa rauba * ipſi illi & illi conmandaſſet. Taliter viſum fuit ab ipſo Abbate vel qui cum eo aderant, in noctis tantis daret homines tantus bene fidem habentes vicinis circa manentis, qui de præſente fuiſſent, & vidiſſent ſupra ſcripto illo quondam ipſa rauba ipſi illi conmandaſſet, ut hoc in baſilica domni illius conjurare deberit, ipſius illi per legem emendare ſtudiat. ſin autem non potuerit, de hac cauſa ipſi illi omni tempore ductus, quietus atque ſecurus valeat reſedire.

* Abbas judex.
* ſi
* hic depoſitum al. furtum.

XXX. Incipit item judicius.

VEniens illi ante illo Abbate, vel reliquis qui cum eo aderant, interpellabat aliquo homine, nome illo, quaſi vineas ſuas, quæ erant illius, quondam illi ad parciaricias * dediſſit, ut quamdiu ip illi ſe aptificavit, ipſas vineas ad parciaricias habire debiat. Interrogatum fuit ipſius illi, ſi ipſas vinia apud ipſas fuerunt, an non. Taliter ipſi locutus fuit, quod illas convenentias, quod ipſi illi dicebat, apu ipſo numquam habuit. Viſum fuit ipſius Abbate ut dum hoc denegabat, quod ipſas convenentias numquam habuit, ut apud homines tantus in baſileca domni illius excuſare deberet, quod ipſas convenentias inter ſe numquam habuiſſent. Se hoc facere potebat, precium quod de ipſo illo acciperet, ei redder debiat: ſin autem non potuerit, contra ipſo emendare ſtodiat.

* ad partem ſeu medietatem.

XXXI. Incipit apennis.

V. Marculf. lib. I. c. 33 & 34. & Diplom. lib. I. c. 2.

DUm non eſt incognitum, qualiter aliquis homo, nomen illo, & conjuge ſua illa, in terra eorum i loco illo, per nocte fuit à peſſimis naufragium paſſus, & exinde perdedit & pecunia ſua, & mobel ſuo, ſeu & ſtrumenta ſua quam pluremas, vindicionis, dotis compoſcionalis, contullitionis, pactis commutationis, convenentias, ſecuritatis, vacuaturias, judicius, & noticias. Unde neceſſe ei fuit advocare judecis ſeu & vicinis circa manentis, ſeu & univerſa parocia illa, & ibidem invenirent & oſti ſua fracta, & portis ſuas conquaſſatis, & ipſo loco graviter devaſtata. Proinde petiit ad ipſos bon hominibus: in eumdem proſpecto acceſſerunt, invenirunt ſicut tum eſſet, cujus nomina ſubter ſunt inſerta, ut hunc noticia relatione præſto ei adfirmare deberent. quod ita & fecerunt, qualiter melius poſit Andecavis civetate, adfirmare.

XXXII. Incipit item Appennis.

QUicumque ad latruncolus ſceleratoribus, ſeditioſis ſeu incendiariis, in qua provincia vim a damnum pertulerit, oportet hoc eidem Rectores civium ſeu Curiales provinciæ, in qua perpetratum fuiſſe perhibetur, palam oſtendere, & publica denuntiatione manifeſtare. Igitur cum pro utilita ecclefiæ vel principale negocio Apoſtolicus vir, illi Epiſcopus, necnon & inluſter vir illi Comes, in civetate Andecave cum reliquis venerabilibus atque magnificis rei puplicæ viris reſediſſit, ibique venie homo, nomen illi, palam ſuggereret, ceu caſa ſua in loco nuncupante illo, eo quod mali homines p cæcata nocte ad caſa ſua in loco nuncupante illo adveniſſent, & oſtia ſua frigiſſent, vel res ſuas aurum argentum, ſpecies, veſtimentum, fabricaturas ſuas, vaſa ærea, vel reliquas res quamplures, cum ſtrumenta cartarum vindicionis, cautionis, ceſſionis, donationis, dotis conpoſcionalis, contulationis, pactis, conmutationis, convenentiis, ſecuritatis, vacuaturiis, judicius & notitias, oblecationis, vel reliquas res quam plures, quam longum eſt per ſingula minuſtire, ad furtis cauſis deportaſſent. Unde per ipſas cart pluras terras poſt ſe dicere venditum: & in craſtenum locale acceſſione una cum bonas extraneas perſonas vicinis circa manentis in ipſo loco manibus eorum roboratas acceſſiſſe: & ob hoc cognita relati ante ſupraſcriptus ſenioris præſentabant ad relegendum, per quem ipſum ſeniores cognoverunt, quod ipſa cauſa taliter acta vel perpetrata fuiſſet. Dum taliter diligentia inquirere videtur, ſublectum fuit ad ipſas bonas ſtraneas perſonas vicinis circa manentes, qui bene optime ex hoc comperti aderant, quid exinde cognuſcibant, veraciter enarrare deberent, ſe ipſi homo taliter præbuerunt teſtimonium, ut inſpecta illa epiſtola, quem illi præſentabat, ſua denuntiatione veraciter concordabant. Dum ſic in omnibus devolgata claruit, ſi ſupraſcriptus Pontifex & ipſi Comis vel qui cum eo aderant, denuntiaverunt ipſius illi, ut quicquid per annorum ſpatia de eo tempore uſque nunc recte & legaliter poſſederat, inantea obſolve principale negocio recto tramite teſtata lege ſervit, res ſuas ipſi aut heredis ſui tenire & poſſedire faciant. Et pro præſente & futura tempora convenit, ut hanc cartola, qui vocatur Appennis, præfatorum ſenio-

rum vel reliquorum civium eorum manebus roboratas acciperet adfirmare deberet. quod ita & fecit: ita ut duo Appennis coæqualis ex hoc affirmatus accipiat, unum, quem ipſi apud ſe retineat; & alium, quem in foro puplico ſuſpenditur. Facto Appenni. FORMULÆ ANDEG.

XXXIII. Incipit noticia ad Appenno firmare.

CUm per cæca cupiditate per loca orbana ſemper hoſtis antiquus bella conſurget, & ſolent hominet perfidi & peſſimi per malus intolerabilia mala ſubire, tam ab hoſtibus, quam latrunculus, per talas & fortes, per captores & rapacis conmovere & conmutare gravis damnos ætatis. Igitur non eſt incognitum, qualiter aliquo homine, nomen illo, contegit gravis naufragius, quod in villa illa caſa ſua per nocte fuit effracta, & omnes præſidios ſuos, aurum, argentum, æramentum, veſtimentum, utenſilia, pecunia, ſeu ſtrumenta cartarum quamplurimas, vindicionis, cautionis, ceſſionis, donationis, dotis conpoſcionalis, pactis, conmutationes, convenientiis, ſecuritatis, vacuaturias, judicius & notitias, ſeu & omnes ſolemnitas, per quem à longo tempore uſque modo res ſuas domenavit, per ipſo furte exinde fuit deportata. Proinde neceſſe fuit ſæpedicto illo in craſtenum maturius mane judici pupleco vicinis circa manentes ad ipſo loco convocare: & ibidem venientes invenerunt ſic eſſet factum, ſeris inciſis oſtias concapolatas, portas perforatas, conſcenſa ſeu & univerſa quæ ſupra memoravimus per ipſo furto perinde eſſet abſtracta. Dum ſic ceſſit veraciis, ut melius poſſit exinde appenne in civetate regione ipſe ipſius proſequere & adfirmare, petiit ad ipſius vicinus & judice, qui in ipſa cautione fuerunt, manibus propriis in hunc proſpectum notitia relationis adfirmare deberent. quod ita & fecerunt.

XXXIV. Incipit (libellus) dotis.

ANnum iiij. regnum Domini noſtri CHILDEBERTO reges. Ego in Dei nomen illi fateor me hunc libellum dote ſcribere deberem, quod ita & fecerim, ad dulceſſima ſponſa mea, nomen illa, pro amore dulcitudinem ſuam, emitto tibi in cartola libelli dotes caſa jam dicta puella ſponſa mea illa habiat, teniat, poſſideat, faciat quod voluerit. Et ſi quis vero, aut ego ipſi, vel quiſlibet oppoſita perſona, qui contra hoc voluntate meam facta aut libellum dote iſta conſcripta aut agere præſumpſerit, ſoledus tantus coactus exſolvat. Et ſi quis ... non obtineat effectum. V. Marculf. lib. 2. c. 15.

Incipit epiſtola.

EGo enim illi fateor me hanc epiſtola facere debere, quod ita & feci, ad coguje mea illa propter amore dulcitudinem ſuam & ſervicium circa me inpendetis, cedo tibi atque tranſcribo capſa de caſa cum ipſo villare, ubi ipſa caſa reſedit, ut ab hodierno die ipſas res denominatas habeas, teneas, poſſideas. Et ſi quis vero, &c.

XXXV. Incipit item ceſſio.

EGo enim illi fateor me hanc ceſſionem facere debere, quod ita & feci ei, ad dulciſſimo nepote meo, nomen illo. Cedo ei propter amorem dulcitudinem ſuam caſa, ut ab hodierno die ipſam rem conſcriptam habeas, teneas, poſſideas, &c.

XXXVI. Incipit epiſtola, quem pater & mater facit in filio.

LIcet unicuique de rebus ſuis, quas in præſente ſæculo (habere) videtur, tam ad ſancta loca ſeu parentum meliorare, & lex manet & conſuetudo longinqua percurrit facere quod voluerit. Idcirco ego in Dei nomen illi, & cogive mea illa dulciſſima, & à nobiſcum integra amore diligendo filio illo. Dum in omnibus, & per omnia, & ſuper totum nobis fideliter ſervire videris, multas penurias & injurias per diverſa loca pro noſtra neceſſitate ſuſcepiſti, & in utilitate domnorum partibus Britanici ſeu Waſconici hoſtiliter ordine ad ſpecie mea fuiſti: proinde convenit nobis, ut aliquid de facultatis noſtræ te emeliorare debererit. quod ita & fecerunt. Ergo tranſcrivimus tibi manſello noſtro illo ſuper terraturio vir inluſter illo, & hoc cum domebus, ædificiis, mancipiis, viniis, ſilvis, pratis, aquis aquarumque decurſibus, junctis & adjecentiis, quantumcumque ibidem nos tenire viſi ſumus, hoc ad die præſente perpetualiter ordine tradimus ad poſſedendum, & hoc eſt habendi, tenendi ſeu commutandi poſteris tuis, vel ubi tua decreverit voluntas, derelinquendi, & ubi aliubi ex noſtra ſine epiſtolis oblegatam & infantis noſtris remutarent, tu cum ipſis æqualis lanciæ dividere facias. Et in hanc paginola intimare convenit, ſi nos ipſi aut heredis ſeu propinquis noſtris, aut militans extranea perſona, qui contra hanc epiſtola aliqua querilla aut refragatione contraire voluerimus, ſoledus tantus tibi ſociante fiſco conponat, & nihil vindicet quod repetet; & hæc voluntas noſtra cum manus noſtras roboratas omni tempore cum lege Aquiliani non dibeat eſſe inconvulſa. V. infra cap. 37.

XXXVII. Incipit cautio de homine.

DOmino magnifico fratri illi, ego illi. Conſtat me accipiſſe, & ita accepi à vobis per hanc cautionem ad priſtetum beneficium, hoc eſt in argento uncias tantas: in loco pignoris emitto vobis ſtatum meum medietatem, ut in unaquiſque ſeptem ad die ſtantis qualecumque operam mihi legitemam injunxeris, facere debiaſſemus. Cum annos tantus compliti fuerint, res veſtras redibere debias, & cautionem meam recipere faciam. Et ſi exinde de ipſa opera, aut de ipſas res ad ipſo placito negligens tardus fuero, aut voluntate veſtra exinde non habuero; tunc me conſtat res veſtras in duplum debiam eſſe reddituros, aut vobis, aut cui cautione iſta dederis ad exagenda.

FORMULÆ ANDEG.

XXXVIII. Incipit ſecuritas.

EGo enim illi. Quia dum non eſt incognitum, qualiter aliquos homo, nomen illi, & quia ante hos dies habuit interpellationem, dum dicerit, quaſi caſa ſua infregiſſet, & res ſuas exinde deportaſſit. Unde & ipſi illi habuit, ut hoc in baſilica ſancti illius apud homines tantus conjurare deberet. Sed metuentis bonis hominibus, eos concordiare dixerunt. Et ſi recognovi, & in nullo modo culpabile exinde ipſo non invenit, convenit ut manu ſua exinde ſacere deberet. quod ita & ſecit, ut nullo umquam tempore contra ipſis nulla calumnia, neque repeticione facere non debeas, ſed, ſicut dixi, quietus & ſecurus reſidias. Et ſi fuerit aut ego ipſi, &c.

XXXIX. Incipit ceſſio [in dotem.]

DUlciſſima & cum integro amore diligenda ſponſa mea nomen illa, ego illi, filius illius. Dum non habetur incognitum, ſed pluris habetur cognitum, qualiter te ſecundum lege Romana ſponſatam viſus ſum habere, in animis meis plenius tractavi, ut tibi aliquid de re paupertaticola mea conciderer debirem. quod ita & feci, hoc eſt cedo tibi membro de caſa cum mobile & inmobile, in fundo illa villa, ſuper terraturium ſancti illius, cum villare vel omne circumcincto ſuo, juxta caſo illius, lecto veſtito, veſtimentum tantum, fabricaturas in ſoledus tantus, mancipia tanta, his nominebus illus & illus, boves tantus, vaccas tantas cum ſequentis tantis, ovis tantus, ſolidis tantus, campo cum ſilva ferentes modius tantus; de unus latus eſt campus illius: vinia juctus tantus, de unus latus eſt vinia illius: prato juctus tantus. Hæc omnia ſuperius nominata ad die feliciſſimo nuptiarum hoc ad die præſente habeas conceſſum, dum advixeris, perpetualiter ad uſumfructuario ad poſſedendum, abſque præjudicio [ſancti illius] cujus terræ eſſe videtur. Si vero, quod fieri non credo, &c.

XL. Incipit jus liberorum.

DUlciſſimo & cum integro amore diligendo jocale meo illo, illa. Sane in Dei nomine mente ſanaque conſilio meditantis caſus humanæ fragilitatis corpore, ne nos contingit ultimos dies inordinatus, quod Deus avertat, de hujus ſeculi luſtris diſcederemus, debitumve naturæ compleverimus, dum in terra nus ſobolus non habemus, noſtrumque elegemus conſpirante Deo commune conſilio per cartolæ textum noſtrum voluntate conſcribere. Ideo ego memoratus illi, ſi tu mihi dulciſſima conjux mea illa ſuperſtitis fueris, cum ego de hac luce diſceſſero, debitumve naturæ complevero, tunc tu tris portionis de omne corpore facultatis meæ, quem in pago illo & illi ex aloto parentum meorum, vel de quolibet contractu mihi legibus obvenit, ſi prolis interim non fuerint procreati, tibi tranſſcribo, ut quicquid exinde ... poſt modum exinde volueris faciendum, id eſt tam in domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, ſilvis, pratis, agris, acolabus, aquis aquarumque decurſibus, junctis & ſubjunctis, mobilebus cum omne jure & ſoliditate eorum, integrum, ſicut à me fuit poſſeſſum, poſſedendum tuo jure recipias, & perpetualiter poſſideas; & quicquid exinde elegeris, faciendi liberum potiaris arbitrium. Quia rem ipſam aliter quam quod heredibus meis, illa quarta vero portione reſervaverunt, hæc contra vos propinquorum heredibus legitimis meis reſervo, ut tu conjux mea illa illas tris portionis, & ipſi heredis mei illa quarta ſimiliter debetis percipere & poſſidere. Similiter ego illa in ara, juxta ut ſuperius contenitur depictum, religionis quos tenet terra mea... ad vos voluntate mea conſcriptas, & ego ad ſimilitudinem conſcribere rogavi. Ergo ſi tu mihi dulciſſimus jocalis meus illi ſuperſtitis fueris, cum ego de hac luce diſceſſero, debitumve naturæ complevero, tunc tu tris partis de omne corpore facultatis meæ, quod in pago illo & illo ex aloto parentum meorum abire videor, heridis meos in ipſis tris partis fatiiden... ut quicquid de ipſis tris partis de alote meo, ſe prolis inter nos non fuerint procreati, facere volueris, tam in domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, ſilvis, agris cultis & incultis, pratis, accolabus, ſicut à me fuit poſſeſſum, poſſideas, & rebus tam quod ad præſens poſſidere videor, ut mihi inante juſtum redebitum eſt, tu hoc integro jure percipias recipere, &c.

XLI. Incipit ſecuritas.

EGo enim illi qui commaneo villa illa ſancti illius. Convenit mihi bona voluntate ad ſecuritate ad homine, nomen illo, facere debere. quod ita & fici, pro eo quod illam rem ad furtis conditionis poſt habuerit, & accepit exinde argento tantum. Proinde mano mea & bonorum firmata tibi exinde dediſſe, ut poſt hunc diem de hac cauſa quietus & ſecurus reſidias. Et ſi fuerit ut ego ipſe, &c.

XLII. Incipit epiſtola quem hominem repotavit de res ſuas.

DUm cognitum eſt quod homo, nomen illi, aliquo homine, nomen illo, mallavit pro res ſuas, & ipſi illi male ei exinde numquam male feciſſet. Proinde ipſi illi ante bonis hominibus convenit ut hanc epiſtolam facere deberit, ut nullo umquam tempore contra ipſum agere non præſumat. Quod ſi illi aut aliqua perſona, &c.

XLIII. Incipit ſecuritas de rapto.

EGo enim illi. Conſtat me accepiſſe de illo integro conpoſitione, pro eo quod apud homine, nomen illo, puella ſua tradenda fuit, dedi ei ad ipſo illo ſoledus tantus. Proinde manu ſua firmata & bonorum hominum accepi, ut poſt hunc diem neque illi, neque nullus de heredibus ſuis, nulla calumnia nec repetitione habere non debias, ſed ſicut dixi, de hac cauſa quietus reſidias. Et ſi fuerit aut ego ipſi, &c.

XLIV.

FORMULÆ ANDEG. V. infra cap. 58.

XLIV. Incipit notitia [de matrimonio ſervorum.]

NOtitia qualiter illi & illi. Non habitur incognitum, qualiter ſervus nomen illi, ancilla ad illo, nomen illa, extra voluntatem ad conjugium ſe conjunxerunt: ſed modo nos una pacis concordia convenit, ut de agnatione qui de ipſis procreati fuerint, illi ad ancilla ſua duas partes recipiat, ego & illi ad ſervo ſuo illo tertia, & quod ipſi aliquid ſtante conjugio convenerunt, illi ſervo ſuo de ipſo peculiare duas partes recipiat: ſimiliter & illa ad ancilla ſua illa tertia. Proinde ut in poſtmodum nulla altercatio inter nos non debeat eſſe, ut manus noſtra exinde per duas epiſtolas uno tenore conſcriptas facere deberimus. quod ita & fecimus, & pro rei totius firmitate modo adfirmavimus, ut nec nos ipſi, nec ullus de heredibus vel de propinquis noſtris, aut militans ſtranea perſona, qui contra iſtas epiſtolas venire voluerit, ad dupla pecunia teneatur obnoxius; & illa petitio non obteniat effectum, & has convenentias inconcuſſo & inconvulſo teniat firmitate.

XLV. Incipit epiſtola qui de heredibus alicui aut eccleſiæ delegat.

LEx Romana & antiqua conſuetudo expoſcit, ut unus quis homo, dum in ſuum contenit arbitrium, de rebus ſuis propriis aliquid pro animæ ſuæ conpendium dare decreverit, licentiam habeat, & illud quod ad loca ſanctorum, ad congregationem monachorum confertur, numquam perit, ſed ad memoriam æternam & juſtitiam reputatur. Igitur ego enim in Dei nomen inluſter vir ille, necnon & congive mea inluſtra matrona illa, convenit nobis unanimiter pertractantis, ut aliquid de rebus noſtris in monaſterio noſtro, quem communiter ædificavimus, qui eſt in honore ſancti illius infra muro Andecavis conſtructus, ubi illa Abbatiſſa cuſtos præeſſe videtur, concidere deberemus. quod ad die præſente viſi ſumus feciſſe, hoc eſt locello nuncupante illo, in pago illo, rem proprietatis noſtræ, quem de parente noſtro venerabile viro illo Abbate propria pecunia conparavimus, vel die præſente noſtra eſt poſſeſſio, hoc eſt cum terris, domibus, ædificiis, mancipiis, accolabus, viniis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, movilebus & inmovilebus, junctis & appendiciis & adjecentiis in ſe habentis ad ſe pertenentis cum ſuperpoſito pro omni merito ſuo, ut diximus, ad prædicta baſileca vel congregatio ipſius vel rectorem ipſa volumus eſſe tranſlatum atque inductum: ita ut quicquid exinde ab hac die jure proprio atque firmiſſimo congregatio ipſius utilitatibus monaſterii ipſius elegerit faciendum, liberam habeat in omnibus poteſtatem: quia malumus te ſacroſanctæ eccleſiæ in honore ſancti illius in idipſum monaſterio ædificatæ, quam reliquis heredibus noſtris. Quod ſi fuerit aliquis de heredibus noſtris, qui contra hanc epiſtolam ceſſionis, quam bona voluntate pro noſtris expiandis peccatis devovimus, venire aut contrarius vel pulſator extiterit, prius à communione Eccleſiæ catholicæ ſit pulſatus, & æternæ damnationi ſubjectus; & inſuper auri libras tantas, argento pondus x. ſociante fiſco, cujus pulſaverit, componat: nihilominus epiſtola atque definitio noſtra omni tempore firma & ſtabilis perduret.

XLVI. Incipit notitia, quem hominem in cauſa ſua repellavit.

NOtitia qualiter veniens illi Andecavis civitate ante venerabile vir illo Abbati, vel reliquis quam plures bonis hominibus, qui cum ipſo aderant, cujus nomina vel ſcriptiones atque ſignaculum ſubter tenentur inſerta, interpellavit aliquus homines his nominibus illus & illus, dum dicerit, quaſi vinia ſua in loco noncupante illo, malo ordine pervaſiſſet. quia ipſe illi & illi taliter in reſponſo [dederunt,] quod auctori habebant legitimo nomen illo majore, quia ipſa vinia ad eos dediſſit. Sic ab ipſis viris illi fuit denuntiatum, ut die illo Andecavis civitate ipſo illo in Autericio præſentare debeat: ſe hoc non faciebat, cum legis beneficio ipſo illo de ipſa vinia reveſtire deberet. Actum.

XLVII. Incipit mandatus.

DOmino magnifico illo illi. Rogo, preco, ſupplico atque injungo per hunc mandatum ad vicem meam hominem, nomen illo, quem ego beneficium ei feci, argento uncias tantas, ipſum meum ubi & ubi, eas vel meas proſequere & admallare & adcauſare facias, quomodo ipſo debite recipere facias: & quicquid ad vicem meam exinde facere volueris, egeris, feceris, geſſeriſve, etenim me habiturum eſſe cognuſce ratum. Mandatum Andecavis civitate, curia puplica.

XLVIII. Incipit charta de ſanguinolento *, quem de matricola ſuſcipi.

** recens nato, expoſito.*

CUm in Dei nomen nos vero fratris, qui ad matricola ſancti illius reſidere videmur, quos nobis ibidem omnipotens Deus de conlata Chriſtianorum paſcere videtur, invenimus ibidem infantolo ſanguinolento, cui adhuc vocabulum non habetur, & de cuncto populo parentes ejus invenire non potuimus. Ideo convenit nobis unanimiter conſentientes, & per voluntatem marthyrario, nomen illo Presbytero, ut ipſo infantolo ad homine nomen illo venumdare deberemus. quod ita & fecimus, & accepimus pro ipſo, ſicut apud nos conſuetudo eſt, treanto uno, cum noſtro pacto, & intimare rogavimus. Si nus ipſi aut domenus vel parentis ejus, qui contra charta ita venire voluerit, in primitus Chriſtus filius Dei vivi terribilem & metuendum, ut non ſit ad gaudium, ſed ad ejus detrimentum quod ei incutiat ſempiternam pœnam; & quod repetit vindicare non valeat, & hæc facta noſtra omni tempore firma permaneat.

XLIX. Incipit judicius de homicidio.

*VEniens illi & germanos ſuos illi Andecavis civitate, ante viro illuſter illo Comite vel reliquis racimburdis * qui cum eo aderant, quorum nomina per ſubſcriptionibus atque ſignacola ſubter tenentur inſerta, interpellabat aliquo homine, nomen illo, dicebat quaſi ante hos annus parentis coram illo quo-*

* *Judicibus.* V. Gloſſar. Cangii in. *Rachimburgii.*

modo interfeciſſet. Interrogatum eſt ſæpe dicto illo, quid ad hæc cauſa daret in reſponſis. ſed hoc ad integra fortiter denegabat. Sic juxta actificantes ſæpe dictis germanis viſum eſt ad ipſis perſonas decreviſſe judicio, ut quatrum in ſuum quod evenit ipſo Kalendas illas, apud homines xij. mano ſua xiij. vicinus circa manentes ſibi: ſin melius in eccleſia ſeniore loci in ipſa civitate hoc debiat conjurare, quod ad morte ſæpe dicto numquam conſentiſſet, nec eum occeſſiſſet, nec conſciens, nec conſentânius ad hoc faciendum numquam fuiſſet. Se hoc facere poteſt, diebus vitæ ſuæ de ipſa cauſa ſecurus permaneat: ſin autem non potuerit, in quantum lex præſtat hoc emendare ſtodeat.

Incipit Notitia ad ſupradicta judicia.

NOtitia ſacramenti, qualiter vel quibus præſentibus aderant in ipſo die Kalendas Martias ingreſſus eſt homo, nomen illi, in eccleſia ſeniore ſancti loci Andecavi civetate, ſecundum quod judicios ſuos loquitur, apud homines xij. mano ſua xiij. Juratus dixit: Per hunc loco ſancto & divina omnia ſanctorum patrocinia, qui hic requieſcunt, unde mihi aliquid homenis illi & germanus ſuos illi reputaverunt, quod parente eorum illo quondam interficiſſe aut interficere rogaſſe; ipſum non occiſi, nec occidere rogavi, nec conſciens, nec conſentaneus ad morte ſua numquam fui, nec illud de hac cauſa non redebio niſi iſto edonio ſacramento, quem judicatum habui, legibus tranſivi. Id ſunt quod de præſente fuerunt, & hunc ſacramentum audierunt, & hunc notitiam manus eorum ſubter adfirmaverunt. Facta notitia.

L. Incipit mandatus.

DOmino fratri illo, ego illi. Negociens rogo, preco, atque ſuppleco per hunc mandatum ad vicem meam ſervo meo, nomen illo, natione gentile: quem mihi confugio fecit ubi & ubi, cum ipſo invenire potueris, tam in pago, quam in palatio, ſeu in qualibet patria invenire potueris, quicquid exinde ad vicem meam proſequere & excauſare, vel admallare eas faceas: & quicquid per hunc mandatum egeris, feceris, geſſeriſve, etenim me habiturum eſſe congnuſce ratum. Mandatum Andecavis civitate.

LI. Incipit mandatus.

DOmino magnifico illo, ego illi. Rogo atque ſuppleco veſtra caretate per hunc mandatum, ut omnes cauſas meas in pago illo ad vicem meam proſequere vel admallare facias, tam in pago, quam & (ſi neceſſitas fuerit) ad palacio, vel ubi locus congruus fuerit; & quicquid exinde egeris, feceris, geſſeriſve, etenim me in omnibus habitaturis tibi eſſit cognuſcat ratum, quam geſtibus oblecatus. Et ut certius credatur, mano mea ſubter firmavi, & magnorum meorum ſubterius decrevi adfirmare. Datum mandatum Andecavis civitate.

LII. Incipit Noticia.

NOticia qualiter veniens ille Andecavis civitate, die illo, in regionis, quod ficit menſis illi dies tantus, placitum ſuum adtendedit. Ac contra aliquus homines, his nominibus illus & illus: unde ante hos dies inrationis fuerunt pro vinia ſua in loco qui dicitur illo. Unde & autore nomen illo, ſpoponderunt præſentare ipſa vinia ipſis conſignaſit. Sed veniens in eo placito illi, de mane uſque ad veſperum placitum ſuum legibus cuſtodivit & ſolſadivit. Nam illi & illi ibidem fuerunt, & hoc quod eſpoponderunt, menime potuerunt adimplire. Propteria neceſſarium ipſius illo, ut hanc noticiam manibus bonorum hominum exinde accipere deberit. quod ita & fecit, ut in poſtmodum quicquid lex inter eos declarat, attendere debidt.

LIII. Incipit ceſſio.

QUod bonum fauſtum ſit, Lex felicitotis adſatis adſentit, & lex Romana edocit, & conſuetudo pagi conſentit, & principalis poteſtas non prohibet, ut tam pro ſe intercidentem, quam ad die filiciſſimo nuptiarum obtabile evenientem. Idcirco ego in Dei nomine illi nomen, ante proſcribo ad ſponſam meam, nomen illa, filia illius, tranſcribo ad ipſa per hanc epiſtola atque ceſſione, hoc eſt caſa cum curte, vel omni circumcincto ſuo, hoc eſt mobile & inmobile, lecto veſtito, campo ferente modius tantus, de uno latere eſt campus; vinia juctus tantus, de uno latere vinia illius; ſilva juctus tantus, de uno latere ſilva illius; prado juctus, de uno latere prata illius, & eſt ſuper terraturium ſancti illius, in fundo illa villa, bovis tantus, vaccas cum ſequentis tantus; veſtimento tanto, in turis de ſoledus tantus, bracilo de ſoledus tantus, hæc omnia rem ſuperius nomenata, quamdiu adviximus, ambo pariter hoc tenere & poſſedire debiamus, ſuperius nomenata hoc tenire & poſſedire debias. Et ſe prolem nobis Deus dederit, cum omne integritate ut rem meliorata acceperit, & adfirmare deberimus: quod ita & ficimus. Poſt tranſitum vero tuum in ipſis revertantur. Et ſe agnatio de nobis procreata non fuerit, hæc omnia rem ſuperius nomenata, hoc tenire & poſſedire debiant, & cui volueris derelinquas. Et ſi fuerit qui contra hanc epiſtula adque ceſſione, quem ego bona voluntate nulla imperium fieri & adfirmare rogavi, venire aut litigare vel infrangere fortaſſe conaverit, inferat inter tibi & fiſco ſoledus tantus coactus componere debiat, & quod repetit vindecare non valiat.

LIV. Noticia diviſionis.

IN Dei nom. Placuit atque convenit inter illus & illus germanus, ut inter ſe de res eorum devidere debuerunt. quod & fecerunt. Accipit illi hoc eſt caſa cum omni circumcincto illo, ſeu & mancipia vel mobile & immobile, quem in ipſa caſa eſſe videtur, vel vineas, ſilvas & prata, quantumcumque in ipſa caſa aſpicere videtur, totum & ad integrum. Et in contra accipit germanus ſuos illi alio locello illo,

cum omne rem ad ſe pertinentis. Unde convenit ut manus eorum firmatas inter ſe accipere deberent, quod ita & fecerunt, ut unuſquis quod accipit habeat, & teneat & poſſedeat, vel cui voluerit derelinquat. Et ſi fuerit unus ex nus ipſis qui contra pare ſuo agere aut reſultare præſumpſerit, partem ſuam ad pare ſuo amittat, & inſuper ſoledus tantus componat; & quod repetit nihil valeat vindecare; & hæc pactio diviſionis omni tempore firma permaneat. FORMULÆ ANDEG.

LV. Noticia ceſſionis.

EGo enim illi. Convenit nobis ad petitionem nutrido noſtro, ut aliquo locello, nomen illo, in loco qui vocatur illo, pro aſſiduo ſervicio ſuo vel benevolentia, qui circa nus abire viſus eſt, ei concidere deberemus. quod ita & fecimus, ut poſt hunc diem ipſo locello integrum habeat conceſſum, ut quicquid de ipſo facere volueris, liberam in omnibus habeas poteſtatem faciendi. Et pro infeſtantis malis hominibus, convenit multa ibidem inſerere debeamus. quod ita & fecimus. Et ſi fuerit qui contra epiſtola iſta ullus de heredibus meis, aut quiſlibet homo, aut extranea perſonâ, qui contra ipſa reſultare voluerit, ſoledus tantus ei componat, & repeticio ſua non obtineat effectum, & hæc epiſtola omni tempore firma permaneat cum ſtipulatione ſubnixa.

LVI. [Formula diſſolvendi matrimonii.]

DOmino non dulciſſimo, ſed amariſſimo & exſufflantiſſimo jocali meo illo illa. Dum non eſt [incognitum,] qualiter faciente inimico & interdicente Deo, ut inſimul eſſe non potemus; proinde convenit nobis ante bonis hominibus, ut ad invicem nos relaxare deberemus. quod ita & fecimus. Ubicumque jocalis meus mulierem [ducere] voluerit, licentiam habeat poteſtatem faciendi. Similiter & illa convenit, ut ubicumque ipſa femina ſuperius nominata ſibi marito accipere voluerit, licentiam habeat poteſtatem faciendi. Et ſi fuerit poſt hunc diem unus ex nus ipſis qui contra hanc epiſtola iſta agere aut repetire præſumpſerit, ſoledus tantus ad pare ſuo componat una cum judice intercidentem, & quod repetit nihil valeat vindecare, & hæc epiſtola firma permaneat. V. Marculf. lib. 2. c. 30.

LVII. Incipit ceſſio.

*LEx Romana edocet, conſuetudo pariter conſentit, & regalis poteſtas non prohibet, ut unus quis de rem ſuam, quem in præſente die poſſedit, faciat quod voluerit. Idcirco ego quidem in Dei nomen illi, qui commaneo illa villa, quia pertractavi circa animus meus ut omnis res meas, quem in præſente ſæculo habere videor, ad filio meo duas partes per hanc epiſtola ceſſione ad die præſente trado ad poſſedendo, tam caſas, domibus, ædificiis, mancipiis, campis, vinitis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, junctis & ſubjunctis, movelibus & inmovelibus, omni rem meam, pro aſſidua ſervitia ſua vel benevolentia, ei, ſicut dixi, partis duas deligo atque transfundo ad die præſente; tertia vero parte ad heredis propinquis reſervans, hac tamen conditione, ut dum avixero, mihi in omnibus tam de victo, quam & de veſtito ſoniare * mihi debiat, & ipſa terra perſolvere faciat: & quicquid de ipſis duas partes facere voluerit, habendi, tenendi, donandi, vendendi, ſeu commutandi, abſque præjudicio ſancti illius, cujus terræ eſſe videtur, liberam in omnibus habeas poteſtatem faciendi. Si quis vero (quod fieri eſſe non credo) ſi fuerit ullo umquam tempore, aut ego ipſe, aut ullus de heredibus meis, vel quilibet homo aut extranea perſona, qui contra hanc epiſtolam ceſſione iſta venire aut agere fortaſſe præſumpſerit, in primitus Dei incurrat judicium, & ſanctorum loca efficiatur extraneus, & inſuper inter tibi & agente ſancti illius tantus componat; & quod repetit nullo congenio evindicare non valeat, & hæc cartola omni tempore firma permaneat.* v. ſupra cap. 36.

* *præſtare.*

LVIII. [Notitia de natis ſervorum.]

NOs enim illi & conjux mea illa. Dum non eſt incognitum, qualiter aliqua femena, nomen illa, ſervo noſtro, nomen illo, ad conjugium copulavit, & modo nos bona voluntate convenit, ut quamdiu quidem in conjugio ſunt copulati, ipſa femena per nos non debuit eſſe declinatam in ſervicio. Et agnacio, ſe ex ipſis procreata fuerit, ad ingenuetatem capitis eorum debuit permanere ingenui. Si quoque ut ſe eis neceſſitas fuerit, ad ſervicio caput eorum inclinatur, non ei detur licentia, niſi ad nos vel heredis noſtris propinquiores: & peculiare, quod ſit ante conjugio laborare potuerit, ipſa femena tercia parte exinde habeat abſque noſtra repeticione, vel heredum noſtrorum. Deinde in hunc epiſtola nobis intimare convenit, ſe nos ipſi, aut heredis vel propinqui noſtri, ſeu quiſlibet oppoſita perſona, quid ad traditis conveniencias ipſa femena conmodolare voluerit, aut contra epiſtola hæc agere contemtator fuerit, ſoledus tantus componat, & nihilum dicit & quod repetit, & hæc epiſtola omni tempore firma permaneat. v. ſupra cap. 44.

LIX. [Notitia de commodato.]

EGo enim illi qui conmaneo illa villa. Conſtat me accepiſſe, & ita accipi de homine, nomen illo, ad priſtetum beneficium argento uncias tantas. Sic modo convenit, ut cum multa caretate ipſo argento die Kalendas illas mox venturi Septembris & circum me habere debiam, & ipſo die argento veſtro reddere faciam, & cautionem meam recipere faciam. Et ſi exinde necligens aut tardus fuerim, voluntate veſtra non habueris, hic modo mihi in hunc caucione placuit inſerere, ipſas reveſtitas in dupplum vobis ſic reddeturus, aut vobis, aut cui caucionem iſtas dederis ad ex.

APPENDICIS PARS SECUNDA

Varia diplomata & inſtrumenta continens.

I.

Commonitorium Theodoſii Junioris pro Siſinnio, cui res à Tranquillo extortæ fuerant, ſed per Pyrrhum tribunum juſſu imperatoris reſtitutæ. Datum conſulatu Theodoſii Junioris & Albini.

An. Chr. 444. Ex authentico in phylira apud Franc. Moſcardum Veron. ad cap. 3.

. . . .

dem relictis ſcire poſſemus . . . . ut dum à nobis alius fuerit directus, fidei induſtriaeque . . . . noſter. . . . Ante omnia de fundo Parilaico, quem Tranquillum in temp . . . ori quondam ſub depactione fiduciae nexu obligaverat juxta . . . nem, quam tecum paraveras, quàm ipſi Pyrro refudiſti, quia proximo . . . neſcio quibus, quorum perſonam ignoramus, dicitur occupatum elic. auct . . . . ut domui noſtrae reformetur, vel cer . . . . quis vel obvi . . . . functi ſatisfecit debito: ut in hac parte prudentiam tuam oſten . . . . profligaveras, quoniam cautionem ipſe tecum habes majorem . . . . tibi acquiras. quos ſolidos cum penſiones quartae-decimae indictionis praeſentis temporibus quicquid ſollicitudine tua exactum fuerit . . . e deferas, vel certe fide & periculo . . . di . . . bus, cum omnia documenta, quae Pyrrus egerit, dirigas, debita . . . . rigoris ſervata juſtitia exige: ut cum nobis ſatisfactum fuerit di . . . . ejus habeat moderationem, judicare poſſimus quaeque men . . . . llere jura omnia requirantur, ne in aliquo nobis aut ſecundae ſententiae . . . . diſpendium adferatur. Simili modo peculia Clodian . . . . andum eſſe jubemus. Ad conductores etiam vel actores et . . . . . noſtri literas dedimus, ut admonitione noſtra pro utilitate noſtri . . . . obſecundent juſſionibus. Vide ergo rurſus, aut traditas, aut deſidera . . . . . deſideria intercedat, & novi ante nos excogitare ipſe faciat ſpec . . . : domui noſtrae neceſſaria ſi novis fuerit . . . . enta quae . . dra . . . cum feliciter oportuno tempore diſponat, tranſmitte . . . . nias, qui Ravenna ad Urbem mittatur, & in horreo noſtro . . . . tur. Et manu Domni ſubſcriptio: Opto multos annos bene valeatis.

Aliud reſcriptum ejuſdem argumenti.

. . . . . . *ius vir in. Aſt* . . . .

de noſtra incolumitate gaudere. Illud etiam admonemus, ut Siſinnio conducta . . . dilianae mari . . . diſpoſitione conductorum veſtrorum ejus juſſionibus co . . . . indetis, cui poſt egreſſum Pyrri tribuni ad omnia, quae minime . . . . procurant . . . . commonitorio nominis noſtri curam and . . . . mus & nemo veſtrum rebellis con . . . . ne in exemplo diſciplinae ultioni poſternatur . . . . Quicquid enim nemo . . . . jus pro noſtris commodis egerit, ex lectione commonitorii noſtri grav . . . . eſſe ſcibitis. Opto bene valeatis.

Item aliud.

. . . . *ius vir in. Eleutherioni & Zozimo condl* . . . .

Diſſentientibus utilitates noſtras ab initio laceſſiri non habetur ambiguum . . . . ceſſionis coëgit, ut Pyrrum tribunum in tempore ad Siciliam miſerem . . . . . . triennium reverſus, diverſo tempore corporali taedio detentus edocuit . . . . . omnimodis prodeſſe minime potuiſſe. Et quia Siſinnium, qui adverſus eumdem . . . . lla depoſuerat, & occaſionem adventus ejus praeſentem invenit, neceſſe fuit . . . . . omnia agenda & corrigenda injungeremus, ut univerſa exacta, remota fraude . . . quartae-decimae indictionis ad nos penſiones aut ipſe feliciter deferat . . . . tranſmittat. Quid igitur illi à nobis injunctum ſit, lecto commonitorio noſtro . . . . videte ergo memores ſalutis veſtrae, ut pro noſtri utilitate obſecundetis . . . . juſſionibus de fundo Parilaico nihilo minus actionem memorato Siſinnio manda . . . ius. Participato itaque conſilio & ſolatio agite, ut omnium rerum indemnitas . . . . is. Item ſubſcriptio: Opto bene valeatis.

Fragmenta de exſecutione commonitorii imperialis.

. . . .

ni Sicilienſis . . . indictione XII. *conſ. Maximia reg. patri V. V. C. C. & Bonifacio . . . praeſente releg Pyrro . . . . ceſſa Enporitana per Zoſimum & Cuprionem ſol. n.* DCCLVI.

. . . . dus Ariniara ſive murus per ſupra ſcriptos ſol. n. CXLVII. *. . . . one tritici ſive hordei, quod ante barbarico fiſco praeſtare ſol. n.* LXXV. . . . .

. . . .

XIII. *conſulatu D. N. Theodoſi Aug.* XVIII. *& Albini V. C. inferendi per ſupra ſcriptum Pyrrum ſolid* II. CLXXV. . . . .

& de reliqua Zoſimi juxta relationes epiſtulae tribuni Pyrri ſolid VIII. . . . .

vero Tranquilli, qui res Siſinnii extorſit, de ſolidis numero DCCC. XL. *conſtectus legentium . . . ſolidos acceptos Siſinnius . . . . vidiſſe conductoribus eccleſiae Raven. teſtimoniis approbavit.*

II.

Donatio cujuſdam fundi in territorio Corneljenſi, eccleſiæ Ravennati facta à Mariâ illuſtri matrona P. C. Flavii Fauſti junioris, Johanne Ravennate epiſcopo, pro ſepultura.

An. Chr. 491. Ex authentico in phylira. ad cap. 3.

. . . .

donationis feci . . . . beatiſſimo papa Johanne, Maria praefata dum poſtula . . . . locum nobis ſub . . . . requieſcerent . . . . cui vocabulum eſt Domicilium, in Cornelienſi, cui veſtra praes . . . tudo facta ſcribtura . . . . occurrit legibus ſub . . . . & poſtulatum beneficium . . . . nomine Emitandum, per quam praefatae ſanctae . . . . praedium . . . . huic donationi abeſſe, afuturumque eſſe promitto ſub int . . . . habita mentione, quae firmandis inſerta donationibus : . . . . . habet nominat . . . . indita . . . . chartulam Jovino notario meo ſcribendam dictavi; cuique, quia ignoro litteras, ſignum crucis feci: ad quod Caſtorium V. C. carum meum, ut pro me ſuſcriberet, conrogavi, nobileſque viros, qui ſuas ſuſcriptiones dignanter adnectant, pari ſuplicatione popoſco, ſtipulantique tibi, vir Dei, ſanctiſſime Pater & Papa Johannes, ſpopondi ego qui ſupra Maria, & ob juris eccleſiae perpetem firmitatem, cum hanc chartulam allegare placuerit geſtis municipalibus, mea proſecutio ſubſequatur. Actum Ravennae ſub die quarto nonas Januarias. P. C. Flavii Fauſti junioris V. C. conſ.

Signum † Mariae ſupra fatae donatricis.

Flavius Caſtorius V. C. huic donationi, rogante Maria ſaepe fata, ipſa praeſente ad ſignum ejus pro ea ſuſcripſi.

Suſcriptio teſtium.

Flavius Gregorius V. C. huic donationi, rogante Maria ſupra fata, ipſa praeſente, teſtis ſuſcripſi.

Fl. Hilarus ſcriniarius clericus huic donationi, rogante Maria ſaepe fata, ipſa praeſente, teſtis ſuſcripſi.

Fl. Severus V. H. argentarius huic donationi, rogante Maria ſaepe fata, ipſa praeſente teſtis ſuſcripſi.

Aliud quod lectum eſt, & is indetur, & advocata audit praeſens Maria ſaepe fata, quid defenſores ſancti ac venerabiles viri Johannis epiſcopi hujus ſanctae urbis actis fuerint proſecuti, vel quid textus epiſtulae donationis continet. Et ideo quid ad hæc dicit? Maria ſaepe fata dicit: Ego hanc epiſtulam donationis Jobino notario meo ſcribendam dictavi, in qua ſubter manu mea ſignum feci, & Caſtorium V. C. rogavi, ut pro me ſuſcriberet, ubi dono contuli ſancto ac venerabili Johanni epiſcopo hujus ſanctae urbis quoniam antea vivo marito meo de ipſa caſa ſcribturam feceramus: ſed quia morte praeventus actam minime potuimus ſub . . . . re; nunc neceſſe mihi fuit, ut epiſtolam nomine meo facerem, ubi ei dono contuli caſam juris mei, cui vocabulum eſt Domicilium, in Cornelienſi territorio conſtituta, cum omni jure ſuo, omnibuſque . . . . ac nobis de . . . udo ipſius locum do [nare] dignaretur intra baſilecam ſancti Laurenti, ubi corpuſculum . . . . ad . . . . plena eſt.

Reſponſio Mariae ſaepe fatae aeſ . . . . . epiſtula donationis viſa ſupra ſcripta. Nunc quid amplius per . . . . . deſideratur . . . . . ſanctae eccleſiae catholicae civitatis Ravennae petimus, ut geſta nobis edi jubeatis ex more.

Flavius Projectus clericus & iterum mag. enſpectis iis geſtae dentur ex more.

Flavius Ruſticus V. H. filio meo Projecto, qui & iterum mag. geſta aput eum habita recognovi.

III.

Donatio ſex unciarum à Johanne ſpathario facta eccleſiæ Ravennati.

Ex authentico archivi Bononienſ. in phylira. ad cap. 3.

. . . .

praedictae ſanctae Rav. eccleſiae pro ablutionem & remedium animae meae . . . . numquam eſſe venturum, ſed perpetuis temporibus, tam . . . quam heredes ſucceſſoreſque meos, inlaeſam uſque in muc . . . conſervare promitto, excluſo a me vel meos heredes . . . . . . legum beneficia, juris & facti ignorantia, fori, loci, militi . . . . . . per ſcribtione, ſeu quod de revocandis donationibus ſus . . . . lege indulta donantibus.

. . . . i ponte, ut ſuperius fatus ſum, & huic habita deliberatione p . . . . . . vim nullius cogentis conſilio, vel admonentis inpulſo . . . revocabilem donationis meae uſufructuariae paginam . . . ſex unciarum principalium in integro totius ſubſtantiae meae . . . . mobile & inmobile, ſeſeque moventibus, ſicut ſuperius legitur . . . . abſque ullo dolum, vim, metu & circumſcribtione caſſum . . . . Vitali tabellioni hujus civitatis Ravennae rogatario meo . . . . dictavi, in qua ſubter, poſteaquam mihi coram teſtibus . . . . ad ſingula relecta eſt, conſentiens in omnibus mano propria propter ignorantia litterarum ſignum ſanctae crucis feci, & teſtibus . . . . a me rogitis obtuli ſubſcribendam, eorumque praeſentiae u . . . . vobis actoribus ſupra nominatae ſanctae Rav. eccleſiae contra . . . . quam et ſi geſtis municipalibus allegare maluerint act . . . . . dictae ſanctae Rav. eccleſiae liberam tribu . . . . tentiam allegandi, non expectata dinuo meae profeſſionis . . . . ut ſum de praeſenti profeſſus ſtipolatione & reſponſione ſubter interpoſita. Actum Imperatore, Conſole, & die ſupraſcribtis.

Signum † manus Johanni V. C. prim. numerii Fel. Theo . . . ſupraſcripti donatoris omnia ſupra ſcripta agnoſcentis & conſentientis, cui ex . . . . . .

† Johannis advocatus huic chartulae uſufructuariae donationis ſupraſcriptarum ſex unciarum princi-

palium in integro ſupra numinatae totius ſubſtantiae mubile & inmubile . . . moventibus, ſicut ſuperius legitur, facta in ſupra ſcripta ſancta Rav. eccleſia . . . . . .

. . . . . . Spatar. quondam Georgii magiſtri militum, & nunc primicerius num. Felicum Theo . . . . acus ſupraſcripto donatore, qui me praeſentem ſignum ſanctae Crucis fecit, & coram nobis ei relicta eſt, rogatus ab eodem ad ſignum ejus rodo chirocriſta ſuſcripſi, & de conſerbandis omnibus, quae ſuperius adſcripta leguntur, ad ſancta Evangelia corporaliter mei praeſenti . . . . . ſacramenta, & hanc donationem ab eodem praedicto Johanne praenuminatae ſanctae Rav. eccleſiae traditam vidi.

*ſupraſcriptarum.

†ΜΑΡΙΝΟϹ ΧΡΥϹΩΚΑΤΑΛΛΑΚΤΙϹ ΟΥΕΙΚ ΧΑΡΤΟΥΛΕ ΟΥϹΟΥΦ.... ΔΟΝΑΤΙΩΝΙϹ ϹϹϹΤΑΡΟΥΜ* ΕΞ ΟΥΝΚΙΑΡΟΥΜ ΠΡΙΚΙΠΑΛΙΩΝ ΙΝ ΙΝΤ... ΝΟΜΙΝΑΤΕ ΤΩΤΙΟΥϹ ϹΟΥϹΤΑΤΙΕ ΜΟΥΥΕΛΕ ΕΤ ΙΝΜΩΥΙΑΕ ΜΩΜΕΝΤΙΥΙΟΥϹ ϹΙΚΟΥΜ ϹΟΥΠΕΡΙΟΥϹ ΛΕΓΙΤΟΡ ΦΑΚΤΑ... ϹΑΚΤΑ ΡΑΥΕΝΝΑΤΕ ΕΚΛΙϹΙΑ Α ΙΩΑΝΝΕ Υ. Κ. ΕΙϹΠΑΤΑΡ..: ΓΕΟΡΓΙ ΜΑΕΙϹΤΡΟ ΜΙΛΙΤΟΥΜ ΕΤ ΝΟΥΝΚ ΠΡΙΜΙΚΙΡΙΟΥϹ ΝΟΥΜΕ... ΚΟΥΜ ΘΕΩΔΩϹΙΑΚΟϹ ϹϹΤΩ ΔΟΝΑΤΟΥΡΕ ΚΟΙ ΜΙ ΠΡΕϹΕΝΤΕ... ϹΙΓΝΟΥ ϹΑΚΤΙ ΚΡΟΚΙϹ ΦΙΚΕΤ ΕΤ ΚΩΡΑ ΝΟΥΙϹ ΕΙ ΡΙΛΙΚΤΑ ΕϹΤ... ΤΟϹ ΑΥ ΕΟΔΕΜ ΤΕϹΤΙϹ ϹΟΥϹΚΡΙΨΙ ΕΤ ΔΕ ΚΟΜϹΕΡΥΑΝΔΙϹ ΩΜΝΙΥΟΥϹ ΚΕ ϹΟΥΠΕΡΙΟΥϹ ΑΚΚΡΙΤΑ ΛΕΓΟΝΤ..... ϹΑΚΤΑ ΕΥΥΑΝΓΕΛΙΑ ΚΟΡΠΟΡΡΑΛΙΤΕΡ ΜΕ ΕΙ ΠΡΕϹΕΝΤΙ... ΥΙΟΥΚΤϹΕΡ ΝΟΜΕΝΑΤΕ ΚΑΡΤΕ ΡΑΥΕΝΝΑΤΕ ΕΚΛΙϹΙΕ ΤΡ....

† *Anaſtaſius V. H. excabin huic chartule uſufructuariae ſex unciarum principalium in integro ſuper nominatae totius ſupſtantiae, movile & inmubile ſiſeque moventibus, ſicut ſuperius legitur, facta in ſupraſcripta ſancta Rav. eccleſia a Johanne V. C. expathario quondam Gregorio magiſtro militum, Primicirius numeri Filicum Theudoſiacus ſupra ſcripto donatore, qui me praeſente ſignum ſanctae Crucis fecit, & cora nubis ei relicta eſt rogatus ab eodem teſtis ſubſcripſi, & de conſerbandis omnibus, quae ſuperius adſcripta . . . . ad ſancta Evangelia corporaliter mei praeſentia praebuit ſacramenta, hanc donationem ab eodem praedicto Johanne actore praenominatae ſanctae Rav. eccleſiae traditam vidi.*

† *Stefanus V. C. comes, uhic chartulae uſufructuariae donationis ſupra ſcribtarum ſex unciarum principalium integro ſupra nominatae totius ſubſtantiae, movilem & inmovilem ſeſeque moventibus, ſicut ſuperius legitur, facta in ſupra ſcripta ſancta Rav. eccleſia a Johanne V. C. . . . . quondam Georgii magiſtro milit. & nunc primicer. num. Fel. Theo . . . . . ſupraſcripto donatore, qui me praeſentem ſignum ſanctae Crucis fecit, & coram nobis ei relictum eſt, rogatus ab eodem teſtis ſuſcripſi, & de conſerbandis omnibus, quae ſuperius adſcripta leguntur, & ſancta Evangelia corporaliter mei praeſentia praebuit ſacramenta, & hanc [donationem] ab eodem praedicto Johannem actorem praenominatae ſanctae Rav. eccleſiae traditam vidi.*

Petrus V. C. comes uhic chartulae uſufructuariae donationis ſupraſcribtarum ſex unciarum principalium in integro ſupra numenatae totius ſubſtantiae, muvilem & inmuvilem, ſiſeque moventibus, ſicut ſuperius legitur, facta in ſupra ſcripta ſancta Rav. eccleſia a Johannem V. C. ſpata . . . . magiſtro milit. & nunc primicerius num. Fel. Theod . . . . ſcripto donatore, qui me praeſente ſignum ſanctae Crucis fecit, & coram nobis ei relictum eſt, rogatus av eodem teſtis ſuſcribſi, & de conſerbandis, &c.

† *Johannis excep. inl . . . . huic chartulae uſufructuariae donationis . . . ſex unciarum principalium in integro ſupra nominatae totius ſubſtantiae, movile & inmovile, ſeſeque moventibus, ſicut ſuperius legitur . . . . ſancta Rav. eccleſia a Johanne V. C. ſpatario quondam Geor . . . . . . & nunc primicirius num. Felicum Theodoſiacus ſupraſcripto donatore . . . . praeſente ſignum ſanctae Crucis fecit, & coram nobis ei relecta . . . . ab eodem teſtis ſubſcripſi, & de conſervandis omnibus, quae . . . . ſcripta leguntur, ad ſancta Evangelia corporaliter mei praeſentia . . . . . ſacramenta, & hanc donationem ab eodem praedicto Johanne praenominatae ſanctae Rav. eccleſiae traditam vidi.*

IV.

Charta plenariæ-ſecuritatis, data anno XXXVIII. Juſtiniani Imperatoris.

An. Chr. 565. Ex authentico regiæ Bibliothec. ad cap. 12.

. . . .

Quod collicti dixit cujuſmodi chartula plenariae ſecuritatis mihi fecerit Gratianus V. R. legitimae conſtitutus Tutor Stefani H. P. de it quod ipſius . . . . indi; deinde una mecum principales viri pariter & except. ad memoratum Gratianum V. R. legitimum conſtitutum Tutorem Stefani H. P. dirigi jube . . . . em . . . dictaverit, & ipſe in eadem manu propria ſignum inpraeſſerit, teſteſque ut ſuſcriberent, conrogaverit, vel ſi mobilia quae inferius leguntur, ſi a me . . . . am lavum allegare voluerit, ſeu quam habuit voluntatem his actis redigere non moretur . . . . . recitatum eſt Imp. D. N. Juſtiniano P. P. Aug. anno tricenſimo octavo Rav. P. C. Baſili anno vicenſimo tertio, prid. iduum Juliarum, Ind. duodecima Rav . . . . . . vel conditionibus ſubſcriptis poſſit eſſe conputata, & id eodem inter Gratianum V. R. legitime conſtitutum Tutorem Stefani impuveris et . . . . . . ti res geſta documenti adſcribi, ut omnis de cetero ſopiatur oblivio, & res memoriae ſempiternae mandetur, nec probatio cum neceſſe fuerit . . . . . . legitime conſtitutum a te ſupradicta Germana omnem tertiam portionem praefato minori conpetentem ſecundum tenorem teſtamenti . . . . conſervandam nihilominus per te . . . . ſupraſcript . . . . . . de omnibus ſoperadnexis capitulis, vel de quibuſlibet aliis deciſam eſſe omnem cauſationem ti . . . . . . poterunt deducta inter nobis ad . . . . . omnem

rationem ſupraſcriptae ſucceſſionis te manifeſtum eſt omnia perſolſiſſe, & ſine alica . . . . . . tens, neque me, nec ſupraſcriptum Stephanum popillum heredeſque noſtros ultra adverſus te ſupraſcripta Germana heredeſque tuos inquirere . . . . invictiſſimi Principis Romanum gubernantis imperium me ea omnia quæ ſuperius leguntur adſcribta, inviolata cuſtodire . . . . a quolibet artificio . . . . memoratae ſucceſſionis ſupraſcriptum Gratianum . . . . ſecure . . . . . tunc non ſolum perjurii reatus incurram ſecundum leges, verum etiam daturum me promitto heredeſque meos tibi ſupraſcribtae Germanae heredibuſque tuis penae nomine ante litis ingreſſum auri ſolidos triginta, & ex ſuppoſitis omnibus rebus meis hypothicae titulo, quas habeo habiturusve ſum, manente nichilominus hanc plenariam ſecuritatem in ſua firmitate, ubi ubi & in cujus libet judicio prolata fuerit. quamque plenariae ſecuritatis Johanni tabellioni civitatis Rav. ſcribendum dictavi, in qua pro ignorantia litterarum ſubter ſignum feci, auctoritateque roborata praeſentibus teſtibus optuli ſuſcribendam, quam ſi geſtis municipalibus allegare, ubi ubi aut quando tibi placuerit, non amplius ſpectata mea profeſſionem, quam praeſentibus teſtibus ſum aelocutus, tribuo ex more licentiam ſtipulatione & ſponſione interpoſita. Actum Rav. Id. S. S. P. C. ſupraſcribti, ind. ſupraſcribta duodecima. Item inſerendo breve de diverſis ſpecies, quae vinditae ſunt de ſucceſſionem ſupraſcribti. Quod collicti ſeu mercedis mancipiorum, quam etiam penſionem domus, ſed & de cautiones vel de pretio ancillae Ranihildae, ſeu boves & de res quod Guderit liberti, quod accepit Gratianus R. S. ſupraſcribtus portione ſupraſcribti Stefani popilli fieri ſimul in auro ſolidos quadraginta & quinque & ſiliquas viginti tres aureas, nummos aureos ſexaginta. Item & in ſpeciebus ſecundum diviſionem, argenti libras duas, hoc eſt cocleares numero ſeptem, ſcotella una, fibula de bracile, & de uſu bandilos formulas duodecim; ſtragula polimita duo valentes ſolido uno, tremiſſe uno; ſcamnile acu picto valente ſolido uno, plicton vetere ſiliquas quatuor aureas, camiſia tramoſirica in cocco & praſino valente ſolidos tres ſemis, ſarica praſina ornata valente ſolido uno & ſemiſſe uno, una arca clave clauſa valente ſiliquas duas, ſareca miſticia cum manicas curtas valente ſiliquas aureas duas; bracas breves valentes ſiliqua aurea, una culcita valente ſolido in . . . . Conca aerea una, cucumella una, orciolo aereo uno, lucerna cum catenula anixa aerea una, ferro fracto libras duodecim, butte de cito valente ſemiſſe uno, butte minore valente ſiliquas duas ſemis, aureos nummos quadraginta; butte granaria valente ſiliquas aureas duas ſemis nummos quadraginta; arca granaria minore ferro legata valente ſiliquas aureas duas, ... l . . . . te miſſuria valente ſiliqua aurea una; cuppo uno, rancilione uno, arcas olearias duas valente ſiliqua una ſemis argenteas; armario uno valente ſiliquas aureas quatuor; ſocas tortiles duas valentes ſiliquas aureas ſex; ſella ferrea plictile valente tremiſſe uno; ſella lignea plictile valente nummos aureos quadraginta; menſa & catino ligneos valentes ſiliqua aurea una; mortaria marmorea dua valente ſiliqua aurea una; a'biolo ligneo valente nummos aureos quadraginta; ſacma valente aſprione aureo uno; ſcamnile cumagnos valente ſiliquas aureas duas; ſervo nomine Projecto. Item notitia de res Guderit quodliberti, id eſt arca clave clauſa ferro legata valente ſiliquas aureas duas; alia arcella minore rupta valente ſiliqua una ſemis aſprionis; tina cluſa valente ſiliqua una aſprionis; cucumella cum manica ferrea vetere penſante libra una ſemis, caccavello rupto penſante libra una; catena ferrea de ſuper foco penſante libras duas ſemis; ſacario valente ſiliqua una aſprionis; cute olearia valente ſiliquas duas aſprionis; panario rupto uno capricio valente nummos octuginta; orciolo aureo valente nummos octuginta; olla teſtea te . . . . rupta; una talea valente aſprione; albio valente nummos octoginta; rapo valente aſprione; modio valente aſprione uno; buticella granaria valente ſiliqua una aſprionis; ſareca una vetere tinctícia valente ſiliquas aureas tres; camiſia ornata valente ſiliquas aureas ſex; mappa valente aſprionis ſiliqua una; lena vetere una, ragella vetere una. Item notitia quod accepit ſupraſcribtus Gratianus de domus quae ſunt intra civitate Ravenna ſeu praedia ruſtica quae ſunt in diverſis territuriis, & ex domo quae eſt ad ſancta Agathae Rav. ſecundum fidem documenti, uncias duas ex domo quae eſt poſt baſilica ſancti Victoris Rav. ſecundum fidem donationis uncias quatuor ex caſa qui appellatur Caſa-nova Rav. territ. ſecundum fidem donationis uncias quattuor ex unciis ex fundi Saviliano, quod obvenit per donatione Gunderit uncias duas ex caſale Petroniano territ. Bononieſe in Tellino; ſecundum fidem documenti uncias duas ex uncias tres fundi Ae . . . . itiano, quod vendedit Gaudentius in ſupraſcribto territorio ex loco uncia una ex uncias tres fundi ſupraſcribti, quas vendedit Afrio uncia una ex uncia una ſemis fundi ſupraſcripti, quas vero vendidit Bonoſa ſemuncia ex portiones Urbicii & Staturiani, quas vendetae ſunt amp . . . . ad Ponticello & Lapatis ſupraſcribto territ. necnon ex domo intra civitate Cornilienſe, quos fundos vendedit Neſſor epiſcopus uncias quaternas de . . . . portionem ejus ſiliquas quatuor & panga una tantum. Signum ſupraſcribti Gratiani V. R. ſubdiaconi literas neſcientem, & alia manu ſuſcribto Stefano popillo de ſucceſſionem ſupraſcribti, quod collicti conpetere poterunt, rogatus a ſupraſcribto Gratiano V. R. ſubdiacono tutore ſupraſcribti popilli geſtis allegandi municipalibus tribuit licentiam, & quadraginta ſex ſolidos cum ſupraſcribto argento eis traditos vidi. Montanus vidi . . . . rogatus a iſto Gratiano V. R. ſubdiacono tutore ſupraſcribti, popilli qui me praeſente ſignum fecit, & ei relictum eſt, teſtis ſubſcribſi, & omnia ſupraſcribto argento eis traditos vidi. Stefanus ad ſeragl's huic plenariae ſecuritati, ſicut ſuperius legitur, de perceptam omnem te . . . . praeſente ſignum fecit, & ei relictum eſt, teſtis ſuſcribſi, & omnia mobilia, quae ſuperius leguntur, ei traditas vidi. Inmobilia vero . . . . ſecuritati, ſicut ſuperius legitur, de percepta omnem tertiam portionem, quod ſupraſcribto Stefano popillo de ſucceſſione ſupraſcribta. Quod collicti . . . . quae ſuperius leguntur ei traditas vidi; inmobilia vero ſe habere profeſſus eſt, & geſtis allegandi municipalibus tribuit licentiam . . . . portionem quod ſubraſcribto Stefano popillo de ſucceſſione ſupraſcribti, quod collicti conpetere poterunt, rogatus à ſupraſcribto Gratiano V. R. ſubdiacono tutore . . . . . profeſſus eſt, & geſtis allegandi municipalibus tribuit licentiam, & quadraginta ſex ſolidos cum ſupraſcribto ar-

DIPLOM. VARIA.

gento ei datos vidi .... popilli in Germanae ſupraſcriptae relectum, rob oratum & traditum conplevi & abſolvi die ſupraſcribta.

Agamad. lecta chartula plenariae ſecuritatis in acta migravit. Et adjecit ſecundum petitionem Germanae C. F. Quod collicti relictae perg .... popilli ſua, ut jam eidem chartula plenariae ſecuritatis ſeu brevis ſubter adnexi oſtenſa relectaque fuerit .... a ſe in ſupradictae Germanae . . . .

V.

Chlotharii II. Præceptum pro monaſterio ſancti Dionyſii.

Ex authentico Dionyſiano.

. . . . . . viris inluſtribus Chrodegario . . . . . e ſana mente per baſilecabus de ſuis propriis facultatebus per teſtamenti pagenam voluerit legaliter delegari, per noſtris auctoretatebus teſtamentum .... noſter Dodo abba de baſileca ſancti domni Dioninſio martheris peculiares patroni noſtri teſtamenti pagenam a Johanne quondam neguciante filius Hid .... uid de ſuis facultatebus ad baſileca ipſius ſancti Dioninſio, vel reliqua loca ſancta infra oppedum Pariſiorum civetatis, etiam & ad alecus de ſuis propinquis per ipſo generaliter confirmari deberimus. quod nos magnetudo veſtra ſicut unicuique juſta petentes vel pro noſtre mercides conpendium hunc beneficium non negaſſe .. ſaepedictus Johannis ad ante dicta baſilecas ſancti domni Dioninſio, vel reliqua ſancta loca, aut ſuis propinquis juſte nuſcetur delegaſſe, hoc eſt in terris, domebus, mancipiis .... entis vel reliquo beneficio, hujus auctoretatis noſtre vigore & generale beneficium confirmatum ad ipſas baſilecas vel ſuis propinquis proficiat in perpetuo .... nentem ſimiliter per hanc praeceptionem firmati valeant permanere ſecuri. Et ut hec auctoretas ampliatis titolis noſtris & futuris temporebus inconcuſſo jure ....

URSINUS *obt.* CHLOTHACHARIUS *in Chriſti nomine rex hanc praeceptionem ſubſ.*

...... *noſtri Stirpiniaco fel. in Domino ad vet. pal.*

VI.

Diploma Dagoberti primi pro eodem.

Ex authentico Dionyſiano.

DAgobercthus rex Francorum, vir inluſter. Quotienſcumque petitionebus fedilium perſonarum, in quo noſtris fuerint patefacti, eas per ſingola libenter volumus ob audire, & effectui in Dei nomine mancipari. Adque ideo vir inluſter & fedelis Deo propicio noſter Urſinus clementiae regni noſtri petiit, ut de id quod una cum germano ſuo Beppoleno in diviſionis paginam, tam ex ſucceſſione genituri ſuo Chrodoleno, quam germano ſuo Chaimedes, quondam loca, quorum vocabola ſunt Ferrarias, Leubaredovillare & Eudoncovilla, ſeu reliqua facultatem, vel villas illas, quod in Roteneco de alode materna per pactionis tetulum ad eodem nuſcuntur perveniſſe, hoc eſt cum terris, aedificiis, mancipiis, viniis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis aquarumve decurſebus, movilebus & immovilebus, vel reliquis rebus ſeu adjacenciis ad ...... pertenentebus, ut dictum eſt, ad parte ſua perveneſſit, & hoc ad preſens ricto ordineaſſent domenari. Unde & pactione pleniore loca, vel de reliquas res mano praefato germano ſuo Beppoleno ſuſcripta, vel bonorum roboracione ..... cta ſe prae manibus habere adfirmat, idemque & vindicionis, quod ab aliquibus homenebus in ſupraſcripta loca porciones aleguas viſus eſt comparaſſe, prae manebus habere adfirmat: petiit antedictus vir, ut noſtram ex hoc circa ipſum plinius deberit confirmari praeceptio. Cujus poſtolacione pro rei tuetus firmitatem noluemus denegari, praecepientis enim, ut quicquid ei conſtat aequo ordin .... dicta loca vel reliquas res ad parte ſua per inſpecta pactione e contra ſupradicto germano ſuo juſti in diviſione percipiſſe, & quod per ipſas vendicionis in praefata loca poſſedire dinuſcetur, ut ad praeſens ricto tramete poſſedire videtur, noſtram in Dei nomen generaliter auctoretatem firmatur, & ipſi hoc teneat .... ndat & ſuiſque poſteris perpetualiter ad poſſedendum relinquat. Et ut haec auctoretas perpetuis temporebus firma ſtabelitate debeat perdurare, manus noſtrae ſuſcriptionebus ſubter eam decrevimus roborari.

† DAGOBERCTHUS *rex ſubſ.* BURGUNDOFARO *optol.*

VII.

Teſtamentum Ermentrudis illuſtris matronæ.

Ex authentico Dionyſiano.

. . . . . . *ſacratiſſimus fiſcus percipeat. Si vero omnia quod in hunc teſtamentum inſerui .... cuſtodieris, quidquid tibi ſuperius delegavi, in tuo jure perenni tempore permaneant ... in hunc teſtamentum, cuicumque non depotavi, tibi, dulciſſime fili, habere cupio. Similiter .... demandatione bonae memoriae Deorovaldi dono tibi canna argentea, valente plus minus ſolidos* XXV. *Et a parte mea dono tibi cauco argenteo, valente ſol.* XXX. *& medietatem ovium, quas Vigilius adtendit, cum paſtore, nomine Gaugiulfo. Simili modo de Latiniaco & Balbiniaco, tam veſtis, quam aeramen vel utinſilia, & de bovebus ex omnia medietatem, tibi, dulciſſime fili, habere praecipio. Pari conditione ex demandatione bonae memoriae Deorovaldi dono tibi, dulciſſime fili, de portione ejus & de proprietate mea mancipia his nominebus, Unnegiſolo, Annemundo, & filias Patricio, id eſt Fedane & Auſegunde,*

Auſegunde, & Agnechilde & Baccione cum gregim porcorum; vineae pedaturas duas, ſitas in monte Maurilioni, quas Theodaharius & Garimundus colunt. Vineae pedatura tertia, ſita in monte Metobaure, cum vinitore Guntrachario ..... Vineae pedatura quarta, ſita Tauriniaco, quem Imnerdus colit cum vinitore Munegiſilo. Vineae pedatura quinta, ſita in monte Vultoricino, quem Sevila colit, cum vinitore. Haec omnia ſupra ſcribta tibi, dulciſſime fili, ex mea voluntate vel ex demandatione divae memoriae Deorovaldi habere conſtitui. Vinea ſita in monte Me ..... quem abundancius colit, medietatem ſanctae ecclesiae ....elienſe dare praecipio: aliam medietatem de ipſa vinea dulciſſimo nepoti meo Bertigiſilo habere jubeo. Vinea, quam Agila ſemina tenuit; & vineam, quam Imnacharius colit, dulciſſimae nepti meae Deorovarae cum ipſo Imnachario habere praecipio. Vineaplantas, qui ſunt ſecus vineam Sevilam, dulciſſimo nepoti meo Bertherico habere praecipio. Vinea, quem Vincimalus in monte Vultorecino colit, & puella, nomine Sunnechilde, & ancilla, nomine Iveriae, cum filio Leudino dulciſſimae norae meae Bortovarae habere jubeo. Item dulciſſimo nepoti meo Bertegiſilo ichriario argenteo, & mancipia his nominebus, Sunniulfo, & ſorore ejus Gibethrude, & filias Anthimio, & filio The.....nae juniore habere conſtituo. Nepti meae Deorovarae ſcutella argentea cruciolata, & mancipia his nominebus, Tanechildem, Immeganthem, Imnegiſilum; & lectaria ad lecto uno, qui melior fuerit; & puero nomine Gundofredo, & ancilla nomine Theigundem, necnon & puella, nomine Audechildem, dari conſtituo. Dulciſſimo nepoti meo Berterico, puero nomine Medigiſilo habere jubeo.

Baſelicis conſtitutis Pariſius, id eſt baſelicae ſancti Petri, urcio argenteo, valente ſoledus duodece & fibla aurea gemmata ad mento dari conſtituo. Baſelicae domnae Mariae gavata argentea, valente ſol. duodece, & cruce aurea valente ſol. ſepte, dari jubeo. Baſelicae domni Stefani anolo aureo nigellato, valente ſol. quatuor, dari volo. Baſelicae domni Gervaſi anolo aureo, nomen meum in ſe habentem ſcriptum, dari precipio. Baſelicae ſancti Sinſuriani *, in qua bonae recordationis filius meus Deorovaldus requieſcit, freno valente ſol. duodece, & caballo ſtrato, & carruca, in qua ſedere conſuevi, cum boves; & lectaria cum omni ſtratura ſua, pro devotione mea & requiem Deorovaldi dari praecipio. Alia carruca cum boves vel omni ſtratura ſua, ecclesiae vici Boniciacinſis * dari jubeo. Similiter villarem, cui vocabulum eſt Volonno, cum adjacentia ſua ſupra ſcribtae ecclesiae Boniſiacenſe, pro remedium animae meae habere praecipio. Sacroſanctae ecclesiae civitatis Pariſiorum miſſorio argenteo, valente ſol. quinquaginta, dari praecipio. Baſelicae ſanctae Cruces vel domni Vincenti cocliaria argentea dece dari jubeo. Lectaria par uno, & veſtimenti mei pareclo uno fratribus ad minſa baſelicae ſancti Dioniſii dari praecipio. Alia pareclo veſtimenti ad vico Boniſiaca fratribus dari conſtituo. Tertio pariclo veſtimenti Emilia ad vico dari jubeo. Item pro remedium anemae meae, vel ex demandacione bonae recordacionis fili mei Deorovaldi villam, cui vocabulum eſt latiniaco, ſita in territurio Meldinſe, cum campis, colonecis ad eadem pertinentes, cum pratis, paſcuis, ſilvis, vel in omni jure & termino ſuo, quia in portione ſupra memorati filii mei Deorovaldi obvenit, cum omni integritate baſelicae ſancti Sinſuriani, ubi ſepultura habere dinuſcitur, pro requiem ejus dari praecipio. Similiter porcario, nomine Gundilane, cum gregim porcorum, & Baudomere cum gregim ovium, & troppo jumentorum, qui ſunt ad ſupra ſcripta villa Latiniaco, ſupradictae baſelicae ſancti Sinſuriani habere jubeo.

* ſic.
* Bonzyi

Goderico & Gunderico in ſupra ſcriptam villam, quem baſelicae domni Sinſuriani deligavi, ita jubeo ut laborent, unde ad ipſa baſileca Oblata cotidiae miniſtretur. Leudulfo cum vinea, quem Sabucito colit, ad oraturio, qui eſt in villa Latiniaco, unde ibidem Oblata occurrat, dari volo. Baudulfus, Sumthaharius ſimiliter cum boves ut laborent jubeo, unde Oblata ad baſileca ſci Sinſuriani pro requiem Deorovaldi offeretur. Simili modo vineae pedatura una, ſita Tauriniaco, & quem Pinpo colit, baſelicae domni .....eorgi * Cal .....dari praecipio. Vineae pedatura una, ſita in monte Buxata, quem Juvius colit, ecclisiae Boninſiacinſe dari conſtituo. Vinea, quem Uvaſſio colit cum ipſo Uvaſione . . . .

. . . .

quem ..... colere debeat, baſelicae domni Sinſuriani ...... Oblata .... dari conſtituo. Vineae pedatura una, ſita in monte Blixata, quem Leudefredo colit, baſelicae ſancti .... artini * ci parente dari jubeo .... libertorum meorum, nomena in .... teſtamento abin ...... cti conſtituo Medibergane, Honorio, Gundileubane, Piane, Sumthulfo, Ciuccirane, Hicchione, Maxa uxore, Chioberga, Sinderedo, Angilone, Leudefredo cum uxore Vuandilone, Chaideruna, Childeruna, Thraſleberga, Theodachario, Vigilio cum uxore Sunnine, Agione cum filio ſuo Garilulfo, Vincimalo cum uxore Maurella, Mellita filio cum ſuo juniore, Coccione cum filio ſuo Daigiſilo, Mudilane cum filiis ſuis Munegiſilo & Monechrude, Acchione, Bonane, Leuboſaintho, Gibulfo filio Vigilio, Dommoruna, Childerimane, Baſone, Childegiſelo, Childegunthe, Chrodulfo ... Sindebergane, Monechilde, Aeterno, Bauderuna. Hos omnes cum omni peculiare eorum, tam areolas, hoſpitiola, hortellus, vel vineolas, & cum id quod in quibuſlibet rebus habere videntur, liberos liberaſque eſſe praecipio; & quidquid exinde facere voluerint, habeant liberam poteſtatem.

* Georgii Cal.
* ſ. Martini.

Semiliter Mumolane cum omni peculiare ſuo ingenuum eſſe praecipio: luminaria tantum in ecclesia Boniſiaca miniſtrare ſtodeat. Vualacharium cum omni peculiare ſuo, & cum boves quos bajolat, ingenuum ea condicione eſſe jubeo, ut ligna tantum ad Oblata faciendum miniſtrare procuret. Gundefredo cum boves duos laborare praecipio, unde cera ad baſelica domni Sinſuriani conparetur. Martiniano, Theoderuna cum filio ſuo ſeniore, cum peculiare eorum ſicut ſupra ſcribti benemereti, ingenuos eſſe jubeo. Simili modo pro remedium animae meae, & ex demandatione fili mei Deorovaldi, Gygone, Septeredo cum uxore Goderuna, Theodonivia, Baudonivia, Carane, Patricio cum uxore Euſebia, Dagarico cum uxore Aurovеſa, Ciuncileno, Blidemundo cum filia Blidechilde, Manileubo, Traſilane,

Eumundo, Imneredo cum uxore Torigia, Chadulſo, Aridia, Rocculane, Babiccono, Gunthivera. Hos omnes cum omni peculiare, tam areolas, quam hoſpiciola, vineolas, vel hortellus, cum id quod praeſenti tempore habere videntur, ingenuus eſſe conſtituo. Baudulſo & Sumthahario, cum boves quos bajolant, laborare praecipio, unde Oblata ad baſilica domni Sinſuriani jugiter miniſtretur. Ita do, ita ligo, ita teſtor, ita vos mihi, Quiritis, teſtimonium perhiberote; citeri, citeraeque proximi, proximaeque, exheredis mihi eſtote: proeulque habetote. Si quae liturae vel caraxaturae in hoc teſtamento meo ſunt, ego feci, fierique praecipi, dum mihi ſaepius volui recenſeri. Addi etiam conſtitui, ſi quis contra hunc teſtamentum venire voluerit, aut voluntatem meam in aliquo corrumpere temptaverit, a communione omnium ſanctorum & a limenebus eccleſiarum efficeatur extraneus, & inſuper ante tribunal Chriſti anathimatus permaneat. Actum Pariſius ſub die & tempore ſupra ſcripto. Signum † Erminethrudiae teſtatricis. † Mummolus com. rogante & praeſente Ermenthrude hunc teſtamentum ſubſ. Scupilio ſpatarius rogante Erminethrudiae huic teſtamentum ſubſ. no. die & anno quibus ſupra. Munegiſelus rogante & praeſente Ermminethrude hunc teſtamentum teſt . . . . no. die & anno quibus ſupra. Baudacharius Defenſor ſubſ. Euſebius rogatus ab Erminethrude hunc teſtamentum ſcripſi, relegi & ſubſ.

VIII.

Charta Gammonis de conſtructione puellaris monaſterii apud Lemauſum.

Ex chartaris Pratenſi. ad. c. 6. p. 25.

IN nomine ſanctae Trinitatis. Proſperum quidem & ſalubre conſilium, immoque ſatis jocundum eſſe dinoſcitur, ut de caduca quiſpiam ſaeculi facultate Deo conferat, quo peccata redimere ſua valeat & abluere. Et quod prudentius conſilium, quam ut homo de mundanis rebus comparet paradiſum, & de terrena ſubſtantia transferat aliquid in caeleſtia? Igitur ego Gammo & conjux mea Adalgudis, cogitantes qualiter ſarcinulam peccatorum noſtrorum poſſimus abſtergere, & ad aeterna gaudia pervenire; monaſteriolum in loco proprietatis noſtrae, nuncupante Lemauſo, in honore ſancti Johannis & ſanctae Crucis, vel ceterorum dominorum coepimus conſtruere, ut ibidem puellas in honore ſanctae Mariae inſtitueremus, ut ſub ſancta norma regulæ ibidem converſare deberent. Quod ita & fecimus, & filiam noſtram Bertam in ipſo loco inſtituimus, ut diebus vitae ſuae, tam ipſa, quam & quae cum ipſa in ipſo monaſterio converſare videntur, ſub ordine monaſtico, vel regula ſancti Benedicti vivere & converſari debeant, & ipſam filiam noſtram Bertam ibidem inſtituimus eſſe abbatiſſam; & ipſum locum Lemauſum ſibi delegavimus, una cum omnibus, quae ibidem aſpicere videntur, cum omni integritate vel adjacentiis ſuis, in quibuſcumque pagis vel territoriis, tam ultra Ligerim ſitis, vel citra Ligerim. Loca vero nuncupantur ita: id eſt, Nova-villa, Vintoris, Britinniacus, Quintiacus, Bragogilo, Grimoaldo-villare, Prulliacus, Rovere, Morovilla, Barbarione-villa, villa Milies, Galdonomaſo, Ferrarias, item alias Ferrarias, Culmellas-montis, Alnao, Tricaſinis, Felcariolas, Noiolio, Mundone-villa, Childeno-villa, Potioſus, Hadone-villa, Flaviago, Alvernis, Poſthimiago, Cacerias, Buſxerias. Similiter ultra Ligerim, Balbiago, Cervatiaco & Valle, ut diximus, tam ultra Ligerim, quam & citra, quicquid noſtra poſſeſſio praeſenti tempore eſſe videtur, vel inantea Deo auxiliante fuerit. Haec loca ſuperius comprehenſa ad ipſum monaſteriolum, nuncupatum Lemauſum ibidem delegavimus atque firmavimus: ea vero ratione ut dum nos pariter advixerimus, tam ego Gammo, quam & conjunx mea Adalgudis; ſed & filiae noſtrae Berta & Maria, hoc poſſidere vel dominare faciamus, tam ipſum monaſteriolum Lemauſum, quam etiam dictas villas, una cum terris, domibus, aedificiis, accolis, mancipiis, libertis, campis, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, farinariis, peculiis, praediis, mobilibus & immobilibus, cultis & incultis, omnia & ex omnibus ad omnia ſtipendia ſanctimonialium, vel ad ipſum monaſteriolum, quod nos pro amore Domini noſtri Jeſu Chriſti in honore ſancti Johannis & ſanctae Crucis, & ceterorum ſanctorum conſtruximus, proficiat in augmentum. Sed & omnia, quae de praeſidio meo in die depoſitionis meae inventum penes me aut repertum fuerit, hoc eſt, aurum, argentum, veſtimenta, vel praedia, illa abbatiſſa, quae tunc temporis in ipſo monaſteriolo Lemauſo praeeſſe videbitur, contra heredes meos ex omnibus tertiam partem recipere debeat: ea tamen ratione ut perpetualiter in pauperibus & peregrinis, & Deum timentibus in eleemoſyna pro animae noſtrae remedio dare debeant. Et dum ipſe ſexus femineus per ſe minime aliquid valeat exercere, vel pro mercede noſtra augenda, vel pro earum neceſſitatibus gubernandis, eis nullatenus eſt licitum foris egredi: propterea omnia jam dicta, ipſumque monaſterium jam dictum Lemauſum, una cum villis, vel omnibus adjacentiis ſuis ut diximus, in quibuſlibet pagis vel territoriis, tam ultra Ligerim, quam citra, ad monaſterium ſancti Vincentii & ſanctae Crucis Pariſius civitate, ubi ſanctus Germanus in corpore quieſcit, ubi Autharius abbas in Dei nomine una cum norma plurima monachorum praeeſſe videtur, donatum in perpetuo eſſe volumus, ut ibidem, ſicut diximus, deinceps omni tempore permaneant, & per hanc epiſtolam contradicimus: & ut nullus contradicere audeat, nec temerare ipſas res, quae hic ſunt inſertae; aut nos, vel heredes noſtri, nec ullus quiſlibet alicui nec vendere, vel donare, neque alienare, nec per ullum ſtrumentum cartarum minuere licentiam non habeat faciendi. Et ſi contigerit juxta divinam diſpenſationem, ut ipſa Barta de hac luce diſceſſerit, cui ipſas monachas vel ipſum monaſterium Lemauſum delegavimus, vel ipſius rectores ſancti Vincentii vel ſancti Germani decreverint, in ipſo loco abbatiſſam debeant inſtituere, & ipſa abbatiſſa alias monachas in jam dicto loco non audeat mittere, vel intus alium paſtorem admittere non audeat, niſi ex monaſterio ſancti Vicentii ſanctique Germani, aut ipſos, qui ibidem rectores eſſe videntur. Quod nos in hac donationis epiſtola praeſcribere rogavimus ego Gammo & conjunx mea Adalgudis, vel jam dictae filiae meae Berta & Maria, quamdiu*

* Limours.

vixerint, ipſum monaſterium Lemauſum vel memoratas res tenere vel dominare debeamus. Et poſt noſtrum quoque diſceſſum, juxta quod ſuperius diximus, tam ipſum monaſterium & jam dictas villas cum adjacentiis, ipſe Autharius abbas aut ſucceſſores ſui, qui eo tempore in ipſo monaſterio ſancti Vincentii & ſanctae Crucis ſanctique Germani fuerint, poſſideant perpetualiter, ut habeant in dominationem. Si quis vero, ut aſſolet, & ut habet humana fragilitas, ſi noſmetipſi, aut aliquis de heredibus vel proheredibus noſtris, vel quaelibet oppoſita perſona contra praeſentem epiſtolam donationis iſtius quam nos pro animae noſtrae ſalute fieri juſſimus, venire, aut aliqua calumpnia per quaſcumque perſonas infringere praeſumpſerit, in primis iram Dei incurrat, & cum Juda traditore igni perpetuo dampnetur, & ab omnibus eccleſiis, & ab omnibus potificibus vel ſacerdotibus excommunicetur, & ante conſpectum ſancti Vincentii & ſancti Germani, quibus res iſtas delegavimus, in parte reproborum eſſe valeat, qui de rebus ad eccleſias vel pauperibus delegatas proferre voluerit; & nullatenus merces ſua convaleat, nec vitam mereatur habere aeternam, qui noſtram voluerit convellere eleemoſinam. Inſuper cogatur ſolvere fiſco regis auri libras XXX. *argenti pondo* LX. *& nec ſic quod repetit valeat aſſequi. Et ut epiſtola hujus donationis firma permaneat, Bituricas in conventu nobilium in praeſentia regis domini noſtri Childeberti relecta, & Pariſius civitate in monaſterio ſancti Vincentii die ſexto menſis Aprilis ſuper altare ſanctae Crucis poſita anno tertio ejuſdem domni noſtri Childeberti regis. Turnoaldus, acſi peccator, epiſcopus ſubſcripſi. Guntharius, & ipſe indignus diaconus ſubſcripſi. Madolandus indignus abbas ſubſcripſi. In Chriſti nomine Andeboldus abbas ſubſcripſi. Durandomarus gratia Dei abbas ſubſcriſi. Deſiderandus in Chriſti nomine abbas ſubſcripſi. Ego Gammo hanc donationis meae cartam relegendo ſubſcriſi. Adaguldis ſubſcripſi. Bertinus miles ſubſcripſi. Berdandus miles ſubſcripſi.*

IX.

Placitum Childeberti tertii de monaſterio Lemauſo in gratiam cœnobii S. Germani.

Ex authentico Pratenſi. ad cap. 6. p. 25. & p. 69.

CHildeberthus rex Francorumvir, inluſter. Cum nos in Dei nomine Carraciaco villa Grimoaldo majorem domus noſtri una cum noſtris ſedilebus reſederimus, ibique veniens venerabelis vir Chedelmarus abba adverſus miſſo Adalgude Deo ſagrata, nomine Aigatheo, ſuggerebat dum dicerit, eo quod monaſtheriolo in pago Stampinſe, noncobante Lemauſo, una cum adjacencias ſuas, in quibuſcumque pagis adquae terreturiis, villabus, domebus, aedificiis, accolabus, mancipiis, libertis, campis, viniis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſebus, farinariis, gregis cum paſtorebus, praeſidiis, mobilebus & immobilebus, rem inexquaeſita, ad integrum, quicquid poſſeſſio Gammone condam & conjoge ſuae memorata Adalgude fuerunt, per eorum ſtrumenta ad monaſthyrio ſancti Vincenti vel domni Germani, ubi ipſi precioſus domnus in corpore quieſcit, quae eſt ſub opidum Pariſius civetate conſtructus, ubi Chedelmarus abba praeeſſe videtur, condonaverant, & ipſa ſtrumenta in praeſenti oſtendit ad relegenda. Relecta ipſa ſtrumenta ſollicetum fuit ipſi Aigatheo a nobis vel a proceribus noſtris interrogaſſe, ſe alequid contra ipſa ſtrumenta dicere aut obponere volebat, in praeſenti dicere debirit. Sed ipſi taliter adſeruit, quod ipſas donacionis, quem venerabelis vir Chedelmarus abba proferebat, veracis aderant, & eas recognovit, & nihil contra hoc dicere, nec proponere volebat. Qui & ipſe Aigatheus in praeſenti per ſua ſtrumenta, tam pro ſe, quam & pro ipſa Adalgude, ſe in omnibus de ipſo monaſthyriolo Lemauſo una cum adjacencias vel appendiciis ſuis ſuperius intematum dixit eſſe exitum. Proinde nos taliter una cum noſtris procerebus conſtetit decreviſſe, ut dum inluſter vir Gyſlemarus comes palatii noſter teſtimoniavit, & inter ipſis fuit judicatum; ut dum contra ipſa ſtrumenta nihil habebat quod dicere, nec quod obponeret, per ſua feſtuca ſe exinde in praeſenti dixit eſſe exitum; jobemus, ut ipſo monaſthyriolo, ſuperius nomenato Lemauſo, cum omni integritate ſua adſe pertenente vel aſpiciente, quem jam dictus Gammo condam vel conjux ſua Adalgudis per eorum ſtrumenta ad ipſo monaſthyrio ſancti Vincenti vel domni Germani condonarunt; vel quicquid ipſi Gammo moriens dereliquit, abſque repedicione jam dicta Adalgude aut heridebus ſuis omni tempore ad partem ipſius monaſthyriae ſancti Vincenti vel domni Germani, aut rectoris ſuos habiant evindecatum, adquae elidiatum, & ſic inter ipſis ex hac re inpoſtmodo ſubita cauſatio.

BEFFA *recog. ac ſubſ.*

Datum quod fecit menſis Februarius dies XXV. *anno* VIII. † *regni noſtri Carraciaco feliciter.*

†Sic legendum ſupra pag. 25. lin. 5. non VII. ut olim exiſtimavi, cum primum hanc numericam *G* in hoc Childeberti III, placito cujus fragmentum ſuperius in ſpecimine primo expreſſum habes, olim deprehendi. Hac vero numerica nota ſenarium numerum denotari, oſtenſum eſt in lib. II. de re Diplomatica cap. XXVIII. num. 12. quo ex loco eruditiſſimus Fabrettus, amicus quondam meus, Reineſium refellit, qui hac ipſa nota, quæ in Romanis inſcriptionibus nonnumquam occurrit, quinarium numerum ſignificari perperam exiſtimavit. Ubi indubitatis argumentis hac de re meis quædam addit Fabrettus, nimirum Inſcriptionum cap. VII. pag. 540. obſervatque, ejuſmodi nota à ſæculo tertio vel quarto uſos fuiſſe Latinos ad ſenarium numerum deſignandum. Ego vero hanc notam poſt ſæculum octavum uſurpatam non fuiſſe perſuaſum habeo. Unde non modo præmiſſo Childeberto authentico conciliatur auctoritas, ſed etiam litteris Chrothildis matronæ, datos anno XVI. Chlotharii III. ubi numerus VI. ejuſmodi nota ſignificatur.

X.

Hadriani papæ I. fragmentum epiſtolæ de rebus Beneventanis.

Ex authentico Dionyſiano in phylira ad c. 11. & p. 70.

. . . . intentionem prudentiſſimi et . . . . ſeu gloriae veſtrae deducimus, eo quod a Domino fuerunt aliquanti ex civibus Capuani, ſcilicet Gregorius presbyter ſa . . . . Audenus, Ergulſus, Siculſus, Landemaris, Waldifridus, Andulſus & Corbulus de Quap . . . . iſſi & ſpiritalis compater noſter inl. Carolus rex Francorum & Langubardorum atque patricius Romanorum . . . . beato Petro Apoſtolo fautori ſuo & cum ſua praecell . . conj. H*. regina, eorumque noviliſſimis ſuvoles, & cunctis . . . . noviliſſimi Franci petentes nobis beatiſſimi Petri & noſtri eſſent ſubjecti, ſicut per donationem praecellentiſſimi domini Regis agniti ſunt . . . . . . veſtrum petimus conſilium, ſi eos in ſervitio beati Petri Apoſtoli recipere debeamus . . . . nobis quippe meliorem . . . . ſi eos recipimus, ut inter eis diſſenſio fiat, & diviſis inveniantur . . . . . . partem atque effectum beati Petri Apoſtoli atque praecellentiſſimi filii noſtri domini Regis ſic expedit, ut dum diviſi fuerint, melius . . . . ſine noſtro veſtroque favore. Sed & hoc nobis praelati . . . . noſtrum miſſum una cum indiculum Adelperga relict . . . . rechis, dirigere deberemus . . . . . pereuntes una cum omnes Benebentani . . . . auderent ipſi Benebentanis aut aliis ex illis partibus cives ſuper eos . . . . aut qualibet in eis malitiam ingerere . . . . iſti conſilio favere voluimus. Quapropter quaeſumus veſtrae re . . . . . . prudentiae, ut tam de recipiendi eos, quamque de noſtro miſſo una cum noſtrum indiculum apud ſaepe . . . . ictam Adelpergam ſeu Benebentum dirigendum nobis conſilium praebere debeatis: & qualiter exinde congrua & recte proſ . . . . nobis protinus per veſtra ſcripta ſignificare maturemini . . . . . . intercedente beato Petro Apoſtolo fautori veſtro divina majeſtas per multorum . . . . . .

* Hildegarde.

XI.

Maginarii abbatis fragmentum epiſtolæ ad Carolum Magnum de rebus Beneventanis & Salernitatis.

Ex authentico Dianyſiano in phylira. ad c. 12. & p. 70.

. . . . ſtat dominatio . . . . inter ol. ut illi irent . . . . . Benevento; nos vero per Sangrum in fine Beneventana & ſi quis de nobis prior B . . . . iſſet, ibidem ſuos pares expectare debuiſſet, & quodcumque in ipſo itinere . . . . inis de veſtra fidelitate cognoviſſemus, illis ſignificaſſemus, & illi ſimili . . . . atto & Goddramnus antea quam nos quatuor dies ad Benevento vene . . . . vero dum per veſtros fideles cognoviſſemus, quod ipſi homines Beneventani . . . . . rectum fuerat, non erant, ſtatim illis ſignificavimus, & rogavimus ut . . . . putarent, ut antea ad Salerno non irent quam nos ad Benevento conjunct . . . . Similiter dum in fine Beneventana intraſſemus, nullam fidelitatem adve . . . . cognovimus. Iterum miſſo noſtro cum epiſtula noſtr . . . . ad Benevento expectarent, ſicut domnus Apoſtolicus H. quicquid facere debuiſſemus communiter feciſſemus; & poſtea ſi nobis . . . . ſecundum juſſionem domni Apoſtolici nos ibi . . . . Benevento fidelitatem eorum . . . . Salerno pergeremus. Si vero non ibi inter nos conſideraſſemus ut ad i . . . . . noſtrum miſſum & epiſtulam ſignificaſſemus, ut ad nos veniſſent, & ibi de profect . . . . domni Apoſtolici ſeu & de veſtra inter nos decertaſſemus, ſicut veſtra fue . . . . facere. Sed dictum eſt nobis quod ipſi nos expectare voluiſſent, & illi . . . . . um conſilium eis facere voluerunt antequam ad Salernum veniſſ . . . . dum nos per infideles veſtros Deo ſibi contrario uſque ad Benevento veniſſemus . . . . noſtros pares invenire et . . . . conſiderare qualiter veſtram juſſionem . . . . . ſſemus, illi jam uno die anteaquam nos veniſſemus, iter ad Salernum . . . . . . vero de hac cauſa in magnam tribulationem devenimus, pro eo quod noſtros . . . . . . cum non habebamus, & nobis ſignificatum erat a veſtris fidelibus . . . . . quod illi niſi detenere voluiſſent uſque dum certi fuiſſent . . . . Grimaldo vel de eorum miſſis facere voluiſſetis. Et hoc adſerebant . . . . . firmitatem illis non feciſſemus, quod Grimaldo illis ad Duce donare . . . . . . vel illas civitates quod ſancto Petro vel domno Apoſtolico donaſtis, illis relax . . . . nullo modo veſtram juſſionem complere volunt, nec nos relaxare, ſed firm . . . . nere vellent. ſi vero hoc promiſiſſemus, tunc ſe adſerebant de aliq . . . . . . ram juſſionem complere. Dum talia cognovimus ego Maginarius ſim . . . . tudine detentum ita fortiter, ut ad Salerno ire non potuiſſem. Interim . . . inſidias cognoviſſemus, propterea ut noſtros pares de Salerno ad nos reci . . . . ſa per noſtram epiſtulam ad Albergae & ad alios primatos Beneventanos dir . . . . . ndo, quod ego Maginarius Joſeph & Leudericum ibi tranſmittere voluiſſem, & ill . . . . . ſine me ire non vellent & nobis dirigerent Attone & Goddramno cum al . . . . . primatos Beneventanos duodecim vel quatuordecim, vel quantos illi voluiſſ . . . . . . poſtea nos illis ſignificaſſemus, quod à vobis injunctum habuimus, & ſic eos . . . tractaſſemus de profecto veſtro vel de ſalute terrae illius poſtea . . . Maginarius potuiſſem cum illis ad Salerno pergerem. ſin vero . . . . Atto, Joſeph, Leudericus & Goddramnus . . . . ad Salerno haec omnia . . . um ſuorum primatos, ſed ipſa Adalberga . . . . . primatos dirigere . . . . um Godramno ad nos in Benevento direxit. Sed dum per veſtros fideliſſimos . . . . niſſemus, quod illi nos perdere voluerunt . . . . omnia Godramno de veſtra in . . . . . . mus, & ille ſimiliter nobis & Godramnus voluit ad Salerno . . . . . ximus, ut melius fuiſſet quod unus detentus fuiſſet quam duo . . . . & alia multa de veſtra infidelitate cognovimus ad pullorum comtum poſtquam . . . . . detenti fuimus, & nihil de veſtro profecto cognovimus ſine illorum conſenſu, &c.

XII.

XII.

Ludovici Germaniæ regis diploma pro eccleſia Argentoratenſi.

Ex authentico Argentorat.

*IN nomine ſanctae & individuae Trinitatis, Hludowicus divina favente gratia rex. Cum petitionibus ſervorum Dei juſtis & rationabilibus divini cultus amore favemus, ſuperni muneris donum nobis a Domino impertiri minime diffidimus. Igitur omnium fidelium ſanctae Dei eccleſiae & noſtrorum, praeſentium videlicet & futurorum, comperiat induſtria, quia vir venerabilis Rataldus Straʒburgenſis urbis epiſcopus noſtram adiit excellentiam, referens manſuetudini noſtrae, qualiter ob incuriam miniſtrorum ipſius eccleſiae omnia munimina cartarum, quae inibi haberi videbantur, igne concrematae fuerint. Idcirco noſtram deprecatus eſt pietatem, ut per noſtrae auctoritatis praeceptum omnes res & familiam, quae tunc temporis eadem eccleſia, quae conſtructa habetur in honore beatae Dei genitricis ſemperque Virginis Mariae, quae habuiſſe dinoſcitur quando haec res accidit, denuo confirmaremus & corroboraremus. Sed ut Domino adjuvante & nobis opem ferente praefatam eccleſiam ad priſtinum poſſet revocare ſtatum, & a nemine pro hac re nullum de rebus vel familiis juſte & legaliter ibi pertinentibus ſentiat diſpendium, hanc noſtrae auctoritatis praeceptionem fieri decrevimus, per quam omnes res ac mancipia, quae a religioſis viris ſeu a praedeceſſoribus noſtris, vel à quibuſlibet hominibus eidem eccleſiae collatae fuiſſe noſcuntur, ſub immunitatis noſtrae tuitione praefatus Rataldus, ſucceſſoreſque ſui quiete teneant atque poſſideant. Et nullus hominum, vel judex puplicus, ſeu quiſlibet ex judiciaria poteſtate, in eccleſias baptiſmales vel oracula, curtes, villas, loca vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memorati epiſcopii, quas moderno tempore in quibuſlibet pagis ac territoriis infra dictionem * imperii noſtri juſte & legaliter poſſidet, vel quae deinceps in jure ipſius ſancti loci divina pietas augere voluerit, ad cauſas judiciario more audiendas, vel freda aut telonea exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, ſeu homines ipſius eccleſiae, tam liberos quam ſervos, fiſcalinos & tabellarios, diſtringendos, nec ullas redibitiones aut inlicitas occaſiones requirendas, ullo umquam tempore ingredi audeat, vel ea quae ſupra memorata ſunt penitus exigere praeſumat: ſed liceat memorato venerabili vocato epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus res praedictae eccleſiae cum omnibus ſibi ſubjectis ſub inmunitatis noſtrae defenſione quieto ordine poſſidere abſque cujuſpiam contrarietate: quatinus pro noſtra incolomitate, conjugis & prolis, ſeu etiam totius imperii a Domino nobis collati jugiter Domini miſericordiam exorare delectetur. Si quoque aliquae querimoniae adverſus jam dictam eccleſiam, tam de rebus & hominibus liberis & ſervis ortae fuerint, quae abſque gravi & iniquo diſpendio diffinire nequiverint; jubemus ut per idoneos circavicinos & fideles noſtros, fideliumque noſtrorum homines, pleniſſime ſub ſacramento inquiratur, & ad finem rite uſque deducatur. Si quis vero contra hanc noſtram auctoritatem aliquid agere temptaverit, aut ex his quae praeſcripta ſunt quippiam violare praeſumpſerit; ſciat ſe XXX. libras auri optimi ſecundum veterum morem parti praefatae eccleſiae ſe eſſe perſolviturum, noſtram inſuper offenſionem incurſurum. Conceſſimus quoque venerabili epiſcopo Ratoldo vel ſucceſſoribus ejus, rectoribus ſcilicet jam dictae eccleſiae, ut in quacumque placuerit villa epiſcopii ſui monetam ſtatuat, quatinus pro mercedis noſtrae augmento utilitati ipſius eccleſiae deſerviat. Et ut hoc noſtrae inmunitatis praeceptum inviolabilem atque inconvulſam obtineat firmitatem, manu propria ſubter illud firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſubter ſigillare juſſimus.*

* ditionem

Signum domni Hludowici ſereniſſimi regis.

Hebarhardus cancellarius ad vicem Liutberti archicappellani recognovi, & ſubſ.

Data II. idus Junii, anno Chriſto propitio XXXVI. regni domni Hludowici ſereniſſimi regis in orientali Francia regnante, indictione VI. Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feliciter, Amen.

XIII.

Diploma Paldolfi & Johannis principum Capuanorum pro abbatiſſa & ſanctimonialibus ſanctæ Mariæ in Cencla, quæ abſolvuntur à præſtando in ſuis cauſis ſacramento.

Ex authentico Caſinenſi.

† *IN nomine Domini ſalvatoris noſtri Jeſu-Chriſti Dei aeterni Paldolfus & Johannes filius ejuſdem, glorioſiſſimi principes, divina ordinante providentia Langovardorum gentis principes. Cum principalis excellentia petitione dilecti ſui petenti clementer favet nunc & modo, & ſemper, & ſecla. Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum, praeſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas, quia Landenolfus comes Calactianus dilectus noſter, & filius quondam Landolfi, qui fuit comes, noſtras exoravit excellencias, ut per noſtrorum praeceptali paginam concedi ac confirmari juveremus in monaſterio puellarum ſanctae Dei genitricis & perpetue Virginis Mariae, ſito in loco Cencla, in qua nunc in jam fato monaſterio puellarum domna Sichelgayta abbatiſſa praeeſſe videtur, hoc eſt, ut ſi amodo, & quocumque tempore cauſationes haberet pars ejuſdem monaſterii puellarum cum quibuſcumque hominibus, vel ſi homines habuiſſent cauſationes cum partem praefati monaſterii puellarum, ſacramentum proceſſerit, ut pars jam dicti monaſterii ſacramentum facere debuiſſet, & ad quempiam perſonae hominum pro quacumque cauſam, vel culpam, ut eadem domna abbatiſſa vel ejus ſucceſſores, que poſt illam in ejus honorem accedere debuiſſent, neque ad quempiam de ancillis Dei, quas in ſancto monaſterio deſervire videntur, quae*

DIPLOM. VARIA.

veſtem & habitum ſanctae religionis ibidem indutae ſunt, vel fuerint, ad ſacramentum invitari, nec quaerere non deverentur, ut illas ipſum ſacramentum deducere vel facere deverentur; ſet neque cuſtodibus qui pro tempore fuerint in ipſo ſancto monaſterio puellarum, & ibidem deſervire viderentur, neque ſuis presbyteris vel clericis, qui in ipſo venerando monaſterio ſervitium Dei quotidie peragere viderentur, ut nec illis aliquando tempore ad ſacramentum invitarentur; ut illis ſacramentum perſolviſſent, ſi pars ejuſdem ſanctis locis, quae, ut diximus, ſacramentum perſolvi debuiſſent, ſet per ſcariones ejuſdem monaſterii in ipſa ſacramenta ſe defenſarentur, pars ejuſdem venerabilis locis, ſicut antiqua erat conſuetudo, in ratione, & ordine ut hic ſubter dicturi ſumus. De quibus petiit a noſtris excellentiis, ut noſtrae emunitatis apices inde in ipſo ſancto monaſterio fieri juveremus. Cujus precis benigniſſime exaudientibus, hos noſtre firmitatis apices inde ſancti ipſius monaſterii fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris & futuris temporibus, quam & pro animabus noſtris mercedem ut ſalutem & remedium conſequi valeamus a piiſſima Matre Domini, & omnipotentis Dei ab omnibus noſtris delictis, per hoc noſtrum roboreum preceptum concedimus, & confirmamus in praefato monaſterio puellarum ſanctae Dei genitricis Mariae, ſito in loco Cencla, ubi ipſa domna Sichelgayta abbatiſſa praeeſſe videtur, ut ſi amodo, & quoqumque adveniente tempore cauſationes habuerint partem jam fati monaſterii puellarum cum qualecumque hominem, vel ſi homines cauſationes habuerint cum ipſo ſancto monaſterio puellarum, vel cum parte.......... ſacramentum procedit, ut partem praefati monaſterii ſacramentum deducere, vel facere deveat pro quacumque cauſam vel culpam ad quempiam hominem, ut eadem domna abbatiſſa, ejuſque ſucceſſores, que poſt illam in loco honoris in ipſo ſancto monaſterio puellarum accedere debuerint, atque ad quempiam de ancillis Dei, quas in ipſo ſancto monaſterio deſervire videntur, quae veſtem & habitum ſanctae religionis indutae ſunt, vel fuerint, ad ſacramentum invitare, nec quaerere non deveantur, ut illas ipſum ſacramentum perſolvant, vel faciant; ſet neque cuſtodibus, qui pro tempore fuerint in ipſo ſancto monaſterio puellarum, & ibidem deſervire videntur, per agentes cauſationes praedicti monaſterii, neque ſuis presbyteris, vel clericis, qui in ipſo venerando monaſterio, vel in ejus cellis ſervitium Dei quotidie paraguntur, ut nec illis aliquando tempore a quempiam hominem, ad ſacramentum invitentur, ut illis ſacramentum perſolvant pro ipſo ſancto monaſterio: ſet ſi evenerit, ut pars ejuſdem locis ſacramentum facere deveat, quatenus per ſuos ſcariones ſe defendat, & ipſi ſcariones ſacramentum deducant, vel faciant, ſicut antiqua fuit conſuetudo. Et non immerito ſet per regalem diffinitatem hoc conceſſimus, & confirmavimus per hoc noſtrum praeceptum in ipſo ſancto monaſterio: quia ſcimus cum monaſterias, vel reliqua loca venerabilia in defenſione ſacri palatii eſſe noſcuntur, & ideo cum noſtra eſt defenſio illorum vel noſtro palatio, ideo volumus, ut ſic ſe defendat in ipſo ſacramento per ſuos ſcariones, quemadmodum curtis regie ſcariones per ſacramentum defenditur, quando evenerit, ut pars curtis regiae ſacramentum deducere deveant, ut Aſtolfus rex inſtituit. Simulque & concedimus in ipſo ſancto monaſterio, ut aliquando tempore ſervis ejuſdem locis non dent in cuncto noſtro Capuano principatu nullum plateaticum, neque portaticum, neque pontanaticum: ſet ſit hec omnia conceſſum & confirmatum in ipſo ſancto monaſterio per hoc noſtrum praeceptum ad faciendum inde omnia quod ei placuerit abſque contrarietate comitis, caſtaldei, judicis, vel ſculdays, vel de quacumque perſonam hominis contradictionem vel inquietitudine, nemine ei inde in aliquo moleſtiam ingerenti. Quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem, & confirmationem noſtri praecepti in quomodocumque violare praeſumpſerit, ſciat ſe eſſe compoſiturus in ipſo ſancto monaſterio puellarum auri puriſſimi libras centum; & hec noſtra conceſſio, de quibus continet, ſit firma ſemper. Ut autem haec noſtra conceſſio verius obſervetur, manu noſtra propria ſcripſimus, & ex anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.

Signum † domni Paldolfi excellentiſſimi Principis.



Petrus clericus & ſcriba ex juſſione praedictae ſereniſſimae poteſtatis ſcribſi. Datum III. *idus Julii anno* III. *principatus domni Paldolfi, quam & tertio anno principatus domni Johannis ejus filii, glorioſis principibus, indictione* VII. *Actum in civitate Capuana.*

XIV.

Leonis papæ noni privilegium, quo canonicis eccleſiæ Virdunenſis omnes eorum poſſeſſiones confirmantur.

Ex archetypo eccleſiæ Virdun.

*† LEo epiſcopus ſervus ſervorum Dei Rotmiro primicerio canonicae ſanctae Mariae principalis
eccleſiae Virdunenſis, atque Warmundo Decano, & per eos ceteris canonicis, tam praeſentibus
quam futuris, perpetuam in Domino ſalutem. Officii noſtri eſt miſeriis & calamitatibus condeſcendere,
& auxilium quod valemus impendere: quia, ſi in nobis unde procedere debet exemplum pietatis,
pietas non invenitur, in quo inveniri debeat neſcitur. Redeuntibus igitur nobis à Remenſe ſynodo,
contigit Virduni hoſpitari, & non laetari, ſed potius lacrymari. Reſpeximus enim crudele urbis exci-
aium, quale nullus poſſit non dolere hominum. Etenim tyrannorum ingreſſa civitatem ſaevitia, totam
diruit per dira incendia, qui ignis nec ipſi eccleſiae ſanctae Mariae pepercit, ſed paſſim & ubique domi-
nans conflagravit: ex qua conflagratione inopinato ſuperveniente, inſtrumenta etiam cartarum veſtrarum
praebendarum conſumpta ſunt, ita ut nullum remaneret. Quapropter lacrymabiliter omnes ad veſtigia no-
ſtra proſtrati noſtrae apoſtolicae auctoritatis privilegium vobis poſtulaſtis fieri de eiſdem praebendis, uſi-
bus & ſalariis veſtris, ab antiquis temporibus conceſſis. Igitur inclinati precibus veſtris, per hoc noſtrae
apoſtolicae ſanctionis privilegium confirmamus & corroboramus vobis veſtriſque ſucceſſoribus in perpe-
tuum eaſdem praebendas, ſub jure ipſius beatiſſimae Dei-genitricis a fidelibus conſtitutas ad cotidiana
divinorum officiorum ſervitia. Rerum vero earumdem praebendarum nomina petiſtis etiam huic privi-
legio inſeri, cum nullum privilegium anteceſſorum noſtrorum vobis remanſerit, ubi videantur haberi. Sunt
autem iſta cum bannis, & centanis: Lemnia cum eccleſia ad Oſchera & duobus manſis & omnibus ap-
penditiis ſuis; eccleſia ad Domnum-Agericum cum terris; Nuvilleniacum cum eccleſia, molendino &
omnibus appenditiis; Uſionis-curtem ad Puſionem quinque manſos & dimidium cum banno & ſilva,
Superiacum-minorem cum eccleſia & ſilvis & omnibus appenditiis; Bella-villa cum banno, centana, mo-
lendinis & Malberti-monte; ad Ex. dimidius manſus cum molendina & prato; Mons cum banno,
centana, eccleſia, molendinis & omnibus appenditiis; Agerici-villa cum banno centana; Berthinea-vil-
la, Porario, Picta-villa; Profundo-rivo & eccleſiis, molendinis omnibuſque appenditiis; Moaldi-villa
cum banno, centana, eccleſia omnibuſque appenditiis; ad Monaldi-villam manſus I. inter Haldi-curtem
& Villare manſus IIII. ad Maroam manſi II. ad Apletium molendinum I. ad Groſſum-rubrum medietas
unius eccleſiae. Inter Erpeïam-curtem & Soli VII. manſi cum banno & centana. Ad Giſlahadi-villam
manſi II. cum banno, centana & molendino. Ad Fraſnidum eccleſia I. ad Alnidum I. ad Domnum-Eli-
gium I. Udeſvillare manſus I. cum dimidio molend. ad Ramiſvachum manſus I. cum banno, centana &
aliis terris, vineis & ſilvis; Laumerengie cum eccleſia & omnibus appenditiis; Aquae-ductus cum eccleſia,
ſilvis & omnibus appenditiis; Stadonis* villa cum ſilvis & omnibus appenditiis; Miſeriacum cum eccle-
ſia, molendino, Sumomonte ac Loſoni-curte; Arenceium cum ſilva & prato; frumiſiacum cum Warch &
eccleſia, omnibuſque appenditiis; Domnus-Lupus cum eccleſia & molendinis; ad Saſleium manſ. I. ad
Todennam IIII. partes unius eccleſiae cum terris, ſilva & prato; ad Wammam quartam partem unius
eccleſiae cum tribus quartariis terrae & prato; ad Milleium ſeptem quartarios terrae cum ſilva & prato;
ad ſalmorcium medietatem unius eccleſiae; Lineium cum eccleſia & dimidio molendino; Fontane cum
eccleſia & molendino; Haraldi-mons cum eccleſia & omnibus appenditiis; Wanderſaltis cum eccleſia &
umnibus appenditiis; Merla cum eccleſia molendino & omnibus appenditiis; Superiacum-majus & Sub-
terior-villa cum eccleſia, molendinis & omnibus appenditiis; Conſauradum cum eccleſia, molendinis &
omnibus appenditiis; ad Braibannum ſeptem quartarios terrae cum vinea & ſilva; Moſlavilla cum eccle-
ſia, molendino & omnibus appenditiis; Flabaſium cum eccleſia; Haudimons cum ſilvis; ad Junchereïum
manſ. I. cum banno & centana; Anſelli-ſartum cum eccleſia & omnibus appenditiis; Poſt-villare cum
eccleſia, molend. & omnibus appenditiis; Moreïum cum eccleſia & omnibus appenditiis; ad Areium quan-
tum ibi habet cum portu & piſcariae; Beſlaric cum duabus eccleſiis; ad Huadicurtem manſi III. ad Bala-
reias manſ. I. medietas ſilvae ſancti Martini & praebendae fratrum, advocationes & altaria de eccleſiis
noſtris; molendinum ſuper Braceolum in media civitate; Junchereïum ante caſtellum Ramerudis; ad Ars
vero manſi IIII. cum I. quartario, ſilva, banno, centana, vineis & molendino: quae omnia Dado piae
memoriae epiſcopus Virdunenſis eccleſiae ea conditione cum communi conſilio comitis Haganonis alio-
rumque ſuorum fidelium fratribus habenda dedit, ut quicumque homo ſive mulier de omni Virdunenſi
epiſcopatu, cujuſcumque beneficii vel de quacumque lege eſſet, qui in eadem poteſtate permanere vellet,
fratribus perpetualiter eſſet, & de ſuo capite unum modium vini perſolviſſet. Si vero filii aut filiae ex eis
procreati ad alias redire voluiſſent poteſtates, a villico ejuſdem poteſtatis proſecuti ſemper perſolviſſent
ſumma cenſus praenotati. quod ut firmius in perpetuum ſtare poſſit, precati ſunt eadem lege conditionis
a nobis ſibi privilegio firmari, ſicut praedictus epiſcopus, quando dederat, facere ſtuduit. Quae omnia
ſuperius ſeriatim notata non ſolum vobis confirmamus & corroboramus; ſed etiam quaecumque a fideli-
bus Chriſtianis vobis veſtriſque ſucceſſoribus amodo fuerint contributa: ſtatuentes apoſtolica cenſura ſub
divini judicii obteſtatione, ut nulla hominum perſona, magna vel parva, cujuſcumque ſit dignitatis vel
ordinis, cujuſcumque ſit ſexus & aetatis, contra hoc noſtri apoſtolici privilegium venire pertentet. Quod
qui auſus fuerit, noſtri anathematis gladio uſque ad dignam ſatisfactionem ſit percuſſus; qui vero illud
obſervaverit, illaeſus & in omni parte inconcuſſus, divinae benedictionis gratiam mereatur, & aeternae
vitae particeps efficiatur.*

LEO PAPA. GLORIA DOMINI PLENA EST TERRA. BENE VALETE.

** Eſton.*

† *Data* VII. *kal. Nov. per manus Petri diaconi bibliothecarii & cancellarii ſanctae apoſtolicae ſedis, anno domni Leonis noni papae* [illegible], *indict. III.*

Appenſa eſt plumbea bulla cum hac inſcriptione, LEONIS. PAPAE.

XV.

Friderici I. imperatoris diploma, quo Comitatus eccleſiæ Virdunenſi confirmatur.

Ex authentico.

IN nomine ſanctae & individuae Trinitatis, Fridericus divina ſavente clementia Romanorum imperator auguſtus, Alberto dilecto & fideli ſuo Virdunenſi epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Anteceſſores noſtri reges & imperatores eccleſiarum rectoribus, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus & ceteris praelatis ob eorum devotionis & fidelitatis inſigne meritum bona data dare conſuerunt, & ab omni pravorum hominum incurſione non tantum eos, ſed & eorum poſſeſſiones imperiali protectione defenſare. Recolentes igitur ex anteactis Virdunenſium epiſcoporum ad anteceſſores noſtros in diverſis rerum & temporum varietatibus memoranda obſequia, tuam quoque perſonam conſtanter in noſtra fidelitate perſeverare cognoſcentes, precibus tuis juſtis permoti, ad impetranda quae volueris inclinamur. Beneficium itaque comitatus & marchiae, quod recolendae memoriae Otto Romanorum imperator auguſtus Heymoni Virdunenſi epiſcopo & ſucceſſoribus ejus, & per eum Virdunenſi eccleſiae quondam donavit; nos eodem ſpiritu & eadem firmitate conſtante, tibi, eccleſiaeque Virdunenſi ac tuis poſteris confirmamus, eodem etiam jure & forma donationis valiturum, prout a praeſato imperatore Ottone jam dicto anteceſſori tuo Heymoni & ceteris epiſcopis in proceſſu temporis nomen & dignitatem epiſcopalem ſubituris dinoſcitur eſſe praeſtitutum: videlicet ut tu, & tui ſucceſſores liberam in perpetuum habeatis poteſtatem eumdem comitatum in uſus eccleſiae tenendi, comitem eligendi, abſque ullo hereditario jure ponendi, habendi, ſeu quidquid libuerit faciendi, atque modis omnibus diſponendi, bannum, teloneum, monetam, & diſtrictum civitatis in omnibus cauſis criminalibus & civilibus pleno jure, tibi & ſucceſſoribus tuis habenda concedimus. Valdentiam quoque caſtrum cum advocatia & banno, & curiam, quae Molendinum dicitur, cum ſuis pertinentiis; Wofferi-villare cum advocatia & banno & ceteris pertinentiis; Bemundulam cum banno & advocatia & ſuis pertinentiis; Curiam ſancti Medardi cum banno & advocatia & ſuis pertinentiis; Curiam Juppiliae cum banno & advocatia & ſuis pertinentiis; fundum Juveniacenſis abbatiae cum banno & advocatia & ſuis pertinentiis; caſtrum Deus-leuvart cum banno & advocatia; bannum & advocatiam de monte ſancti Vitoni, fundum eccleſiae ſancti Germani Montis-Falconis cum banno & advocatia & ſuis pertinentiis; caſtrum Wentronis-villae, Viennam caſtrum, Claromontem caſtrum, Dunum caſtrum cum foreſto, Mircuvalt *caſtrum, Septiniacum, Hattonis caſtrum cum foreſto, Sampiniacum caſtrum: & ſi quando tibi & terrae tuae neceſſarium fore perſpexeris aliud praeſidium, auctoritatis noſtrae conceſſione conſtruere liceat infra terminos tuos. Ut autem hujus noſtrae confirmationis ſtatutum omni aevo inviolabile permaneat, hanc inde cartam conſcribi, & noſtra aurea bulla inſigniri juſſimus, manuque propria corroborantes, idoneos teſtes qui praeſentes aderant, ſubter notari fecimus. quorum nomina haec ſunt: Buchardus Argentinenſis epiſcopus, Ortlebus Baſileenſis epiſcopus, Stephanus Mettenſis epiſcopus, Henricus Tullenſis epiſcopus, Helolphus Marbaccenſis abbas, Bertholfus dux, Matheus dux Lothoringinae, Otto palatinus comes, comes Rodulfus, comes Ulricus, Marchio Hermannus, comes Warnerus, comes Theodericus, Symon comes, Conradus comes, & multi nobiles.*

Signum Domni Friderici Romanorum imperatoris auguſti.

Ego cancellarius Reinaldus vice Arnaldi Maguntini archiepiſcopi & archicancellarii recognovi.

Datum Columbariae XVI. *kal. Septembris, anno Dominicae incarnationis* M°. C°. L°. VI°. *indictione* IIII. *regnante domino Friderico Romanorum imperatore glorioſiſſimo auguſto anno regni ejus* IIII°. *imperii vero* II°.

Appenſa eſt huic præcepto bulla aurea, in cujus antica parte exhibetur Friderici effigies cum hac inſcriptione: FRIDERIC' DEI GRA ROMANORUM IMPERATOR AUG. & in poſtica urbs Roma cum hoc verſu: ROMA CAPUT MUNDI REGIT ORBIS FRENA ROTUNDI. Horum duorum diplomatum copiam nobis pro ſua in nos benignitate fecit illuſtriſſimus DD. Hippolytus *de Bethune*, epiſcopus & comes Virdunenſis. Opportune hoc loco ſubjicere lubet limites comitatus Virdunenſis, quo nullus forte antiquior in Gallia penes eccleſiaſticas dignitates.

XVI.

Virdunenſis Comitatus limites.

Ex mſ. cod. S. Vitoni.

VIrdunenſis Comitatus ita in circuitu habetur. Incipit enim a Leone, Monte-falconis & uſque ad Pertuſam-petram tendit. De Pertuſa-petra uſque ad Subtriam-villam, & inde uſque ad villam Falley. *Dehinc uſque* Longuion, *ubi Cruna cadit in Caram fluvium, & ſicut Cruna ſurſum decurrit uſque ad Amanciam, quae uſque Brieium tendit, & uſque ad Bamvadum, ubi cadit in Ornam. Et in longitudine ſuperius uſque ad fontem apud Auncurtem, & inde uſque ad Quercum* Saldey, *& inde ſub Mocioni ad fontem Lupi montis. Dehinc ad Marbodiſontem, & inde Petus ad Vadum, & inde uſque Coſanciae, ubi cadit in Moſam fluvium. Dehinc uſque ād Wanum-curtem per Nuclearios juxta* Bilcei & Warnumcurt; *& inde contra vallem juxta Longum-campum, recta via uſque Eriſiam, & inde uſque ad Fontem-Sarnidum ad Fontes-tres. Exhinc uſque Summam-Aſniae, & poſtea uſque ad Ulmos:*

Ulmos : & inde uſque ad locum, ubi Biumma fluit in Aſniam, & inde per deſcenſum Aſniae juxta Viaſnam, & uſque Viennam per Vereires, *& per Monblaimvillam, per* Concecurt, *per caſtrum juxta Quarnaium ; & inde per ſuperiorem partem villae, quae dicitur* Chaherci *; & inde recta via uſque ad Jemas ; & inde uſque ad Spanulſi-villam ; & inde recta via uſque ad Montem-falconis & uſque ad Leonem, a quo prius incepimus.*

XVII.

Epiſtola Innocentii IV. ad archiepiſcopum Narbonenſem de renovatione bullæ ſuæ plumbeæ.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri archiepiſcopo Narbonenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Inter corruptibiles corporum ſpecies nihil eſt omnino vel vivit, quod, præſertim dum uſu exercetur & tempore, neſciat defectui ſubjacere : cum omne, quod diutina veteratur eſſentia, vel longa ſeneſcit ætate, ad interitum inevitabilem appropinquet. Nuper ſiquidem contigit alterum bullæ noſtræ typarium, quo veneranda videlicet apoſtolorum Petri & Pauli capita exprimuntur, jam attritum innumeris malleationis diutinæ percuſſuris, extrema tandem ictus ſoliti paſſione confringi. Propter quod, ut bullæ defectus cotidianam non interrumperet apoſtolici miniſterii ſervitutem, ea ipſius bullæ parte, quæ appellationem noſtri nominis imprimit, non mutata, aliud typarium capitum prædictorum in bullandi uſum fecimus ſubrogari. Verum, quia illud ſcultoris manus priori non omnimoda ſimilitudine figuravit; nos providere curantes, ne neceſſaria prædictæ bullæ mutatio ex diſſimilitudinis nota quacumque difficultatem ingerat negotiis vel perſonis, aut falſitatis aſtutia ex novæ diverſitatis ambiguo aliquod adminiculum ſurreptionis aſſumat; fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi qua in tua provincia in litteris noſtris de veritate bullæ dubitatio fortaſſis emerſerit, tu per diligentem collationem bullæ præſentis ad illam, de qua contigerit, ſine difficultate aliqua judiciarii ordinis, & onere vel diſpendio quolibet, celerem dubitationi finem imponas, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, propoſito tibi ante oculos divinæ & humanæ animadverſionis judicio, proviſurus, ne cui ex hoc malignandi vel fraudandi occaſio præbatur. Datum Peruſii* III. *nonas Julii, pontificatus noſtri anno decimo.*

Ex authentico: ad cap. 11. n. 1.

* ſic.

Idem Abbati & conventui de Firmitate Ciſtercienſis ordinis, Cabilonenſis diœceſis.

QUia de quibuſdam apoſtolicis privilegiis vobis conceſſis fila ſerica inferius à bulla dependentia ſunt, ut aſſeritis, deputata, ita quod modicum de ipſis dependeat, bulla illæſa & integra remanente; nos veſtris ſupplicationibus inclinati, ne occaſione hujuſmodi monaſterium veſtrum ſuorum læſionem jurium pati poſſit, præſentium auctoritate decernimus eadem privilegia propter hoc, dummodo alias omnino ſuſpicione careant, non debeant reputari ſuſpecta, ſed ſuum primum robur nihilominus retinere. Nulli ergo, &c. noſtræ conſtitutionis, &c. Datum Lugduni* II. *kal. Maii, anno ſexto.*

Ex regeſto Innoc. IV.

* amputata.

Idem Abbati & conventui de Boheriis Ciſtercienſis ordinis, Laudunenſis diœceſis.

QUia de quibuſdam apoſtolicis privilegiis vobis conceſſis fila ſerica inferius à bulla dependentia ſunt, ut aſſeritis, amputata, ita quod modicum, &c. ut in alia. *Datum Lugduni* XV. *kal. Julii, anno ſexto.*

APPENDICIS PARS TERTIA

In qua exhibentur chartæ authenticæ pro legitima origine regiæ Stuartorum ſtirpis in majori Britannia, ex editione Pariſienſi.

PRÆFATIO PRIMI EDITORIS.

EXimiam & auctoritatis certiſſimæ chartam Roberti Seneſchalli Scotorum Regis, in archivo Collegii noſtri nuper inventam, ut ederemus fecerunt virorum clariſſimorum interpellationes, qui diutius illam publica luce carere non poſſe, niſi publico rei litterariæ regnique Scotiæ detrimento, exiſtimaverunt. Hujus enim chartæ beneficio, inſignis de jure Regiæ Scotorum familiæ controverſia diſſolvitur, Roberti III. Scotorum Regis natales ab inuſta labe vindicantur, Hectoris Boetii & quorumdam aliorum hiſtoriæ Scoticæ ſcriptorum hallucinatio detegitur; ac imprimis Georgii Buchanani, ſtirpis regiæ & Monarchici regiminis hoſtis infenſiſſimi, qui infamiam natalibus illius Principis ſtudioſe ac veluti data opera aſpergere conatus eſt, calumniæ depelluntur, & omnia contra Regum ex eadem ſtirpe legitimam ſucceſſionem argumenta ex ejus teſtimonio ducta cumulate refelluntur. Quam iniquus erga Mariam Reginam ille fuerit, teſtatur virulentiſſima ejus hiſtoria; quam vero inſenſus Regum hoſtis extiterit, peſtilentiſſimus ille dialogus, *De jure regni apud Scotos*: qui duo libri an. M D LXXXIV. ſub Rege Jacobo VI. Comitiorum ſententia proſcripti ſunt. Fraudem tamen fecit Buchananus pleriſque, præſertim exteris; qui cum rerum Scoticarum non ſatis periti eſſent, in eo, cujus elegantiam & artem mirabantur, perfidiam ſuſpicari vix poterant.

Cum vero in rerum ſuo tempore geſtarum hiſtoria ſæpe mendacii & calumniæ convictus fuerit, quia veritas aliunde perſpici facile poterat pauciores fefellit; at in remotiori antiquitate, cujus erat memoria obſcurior, multo plures in errorem induxit, præſertim vero in iis quæ ad Roberti III. Regis natalia ſpectabant. Filius hic fuit Roberti II. cognomento Seneſchalli ſive STUART Scotorum Regis, qui primus ex ea familia regnum adeptus eſt, à quo Auguſtiſſimus Princeps Jacobus VII. Regum optimus ducit originem. Buchananus, qui Moraviæ Comiti notho impenſe favebat, viro ambitioſo, qui non obſcure regnum affectabat, tum etiam ut factioſis adularetur, qui Parlamenti auctoritatem in immenſum extollebant, extare in hiſtoria ſua voluit exemplum, quo nothi eadem auctoritate regnum obtinuiſſent. Eo conſilio, quam Boetius cunctabundus protulerat fabulam de nato extra legitimum matrimonium Roberto III. eodemque omiſſis legitimis in Regem electo, ille tanquam rem certam ſuæ hiſtoriæ inſeruit. Scribit enim Robertum Seneſchallum, cum avunculo Davidi anno M CCC LXXI. ſucceſſit, habuiſſe in matrimonio Euphemiam Hugonis Roſſiæ Comitis filiam, eique paulo poſt defunctæ ſuperinduxiſſe Elizabetham *More*, quam adoleſcens vehementer amarat, ex qua tres filios ſuſceperat, quorum natu-maximus Joannes erat, qui mutato nomine Robertus III. appellatus eſt, atque obtinuiſſe tandem in comitiis ad Sconam indictis, ut, præteritis Euphemiæ liberis, in Rege creando gradus ætatis, non natalium jura obſervarentur. Itaque, ſi Buchanano credendum eſt, non jure ſucceſſionis legitimæ, ſed comitiorum auctoritate Roberto III. regnum delatum eſt. Hoc volebant rebelles, qui tot & tantas in Pſeudo-Parlamento turbas Religionis reformandæ prætextu excitaverant, quibus & avita religio oppreſſa eſt, & jus regium eadem ruina extingui poſſe videbatur. Hæc Moravio ad Regnum affectandum via ſternebatur; & eodem exemplo uſus eſt Jacobus Dux Monumethenſis, cum defuncto Carolo II. regnum invadere aggreſſus eſt. Debebat Buchananus, ſi patriæ, civium, & veritatis aliquam rationem habuiſſet, rem tanti momenti, quæ legem ſucceſſionis hereditariæ perpetuo obſervatam penitus evertebat, certis documentis & auctorum teſtimoniis confirmare. Quod tamen non præſtitit. Neque ſane poterat, cum præter Hectorem Boetium, teſtem producere nullum poſſet; cujus auctoritas, cum chartis & inſtrumentis variis labefactaretur, nulla erat, præſertim cum ducentis fere annis poſt Roberti II. matrimonium hiſtoriam ſcripſiſſet. At qui Buchanani mores & ingenium noverit, ſatis intelligit quam alienus fuerit ab inculpata illa veri rectique tenacitate, quæ præcipua laus hiſtorici eſt, magis ſollicitus ut veriſimilia, quam ut vera ſcriberet. Quamvis vero eadem hiſtoria legibus proſcripta, & ab ipſo Rege Jacobo VI. ſæpius falſi convicta fuerit; tamen vix ullus per annos ferme centum illam circa Roberti III. natalia impoſturam refellere aggreſſus eſt; ſed novarum rerum cupidis, rebellibus, parricidis ſemper in pretio fuit, dum eſſet nemo qui tantam in re adeo gravi ignorantiam actorum meliorumque auctorum luce depelleret. Primus id cum magna laude aggreſſus eſt Georgius MACKENZIUS regius in Scotia Advocatus, vir juris conſultiſſimus, patriarum rerum peritia non vulgari, maximaque in Regem ſuum fide commendatiſſimus. Edidit MACKENZIUS diſſertationem, cui titulus, *Jus Regium*, lingua vernacula anno M DC LXXXIV. cum adjuncta altera, *de legitimorum heredum ſucceſſione.* In ea profert teſtimonium Ludovici *Stuart* celeberrimi Juriſconſulti. Acta etiam

diverſa laudat & chartas varias; ex quibus nulla eſt, ut exiſtimamus, quæ cum ea, quam modo ex archivo Collegii noſtri edimus, poſſit comparari. Continet illa fundationem Capellaniæ in Eccleſia Glaſguenſi factam ob diſpenſationem *ſuper matrimonio contrahendo* inter ipſum Robertum, nempe Seneſchallum, *& quondam Elizabeth More dum ageret in humanis, non obſtante impedimento conſanguinitatis & affinitatis.* Data eſt XII Januarii an. MCCCLXIV. ſubſcribitque, inter alios Joannes Seneſchallus, Dominus de *Kyle* primogenitus ejus & heres, is qui mutato in ipſis regni auſpiciis nomine Robertus III. appellatus eſt. Mortuus eſt ſecundum Buchanani calculos David Rex ultimus ex Bruſſiorum familia an. MCCCLXX. ſucceſſoremque habuit Robertum Seneſchallum ſeu STUART, ſuum ex ſorore nepotem, qui tunc ex eodem Buchanano Euphemiam Hugonis Roſſiæ Comitis filiam uxorem habebat. At ſi ante an. MCCCLXIV. Elizabetha *More* diem ſuum obiit, ſi Joannes primogenituræ titulo in actis publicis ſolemnibuſque comitiis gaudebat, ſi denique mater tam ſolemni conjugio ducta fuit, ut auctoritate apoſtolica diſpenſationem conſanguinitatis intervenire neceſſe foret; totam Buchanani fabulam corruere nemo non videt, præſertim cum nullo probo teſtimonio, nullis publicis actis confirmari huc uſque potuerit; cum è contrario certis auctorum & veterum inſtrumentorum teſtimoniis refellatur, ut ex iis quæ à nobis infra ſubjicientur fiet manifeſtum. Qua porro ratione ad noſtrum Collegium charta hæc pervenerit, paucis eſt explicandum.

Jacobus à *Beatoun* ſeu *Bethune* Archiepiſcopus Glaſguenſis, Davidis Cardinalis & Archiepiſcopi ſancti Andreæ, à Reformatis nefarie trucidati, nepos ex fratre, cum ſub ementito reformationis titulo Eccleſias & monaſteria vaſtari paſſim & deſtrui videret, optimum factu exiſtimavit acta & inſtrumenta Eccleſiæ ſuæ in tuto collocare. Itaque ſolum vertere coactus anno MDLX. venit in Gallias, ſecumque ea aſportavit. Obiit Lutetiæ octogenario major an. MDCIII. cum per annos quadraginta legationem Reginæ Mariæ & Jacobi VI. ejus filii nomine magna ſua laude ſuſtinuiſſet. Is charitate erga patriam, noſtrum hoc Collegium à Davide quondam Epiſcopo Moravienſi fundatum an. MCCCXXV. heredem bonorum ſuorum teſtamento eſſe juſſit. Unde merito ejuſdem Collegii ſecundus fundator habetur. Acta varia & inſtrumenta Eccleſiæ Glaſguenſis partim hoc in Collegio, partim in Cartuſia Pariſienſi, (cujus Ven. PP. Prioribus ſuprema Collegii cura commiſſa eſt) depoſita conſervantur. Inter alia vero præcipua eſt ea, de qua ſuperius diximus, charta Roberti II.

Hanc non prius edendam exiſtimavimus, quam à viris doctiſſimis & antiquitatum eccleſiaſticarum peritiſſimis diſcutienda proponeretur. Factum id anno ſuperiori vigeſima ſexta menſis Maii, cum eo conſilio conveniſſent in Regalem Abbatiam ſancti Germani à Pratis viri illuſtres & rerum antiquarum peritia celeberrimi, præſentibus etiam ex Scotorum nobilitate primariis viris. Illi omnes, viſa charta & attentius examinata, cenſuerunt ne leviſſimam quidem de ejus auctoritate & ſinceritate ſuſpicionem haberi poſſe. Agnoverunt vetuſtam manum, ſigilla integra, literas, orationem illius ſæculi, atque morem vulgatiſſimum, ut diſpenſationes non obtinerentur niſi impoſitis aliquot piis operibus, qualia erant altarium ſeu capellaniarum fundationes. Itaque viſa charta omnium ſuffragiis approbata fuit; atque ea de re quinque ejuſdem tenoris inſtrumenta authentica confecta ſunt, & omnium ſyngraphis & ſigillis munita; primum pro ſereniſſimo Rege Magnæ Britanniæ, alterum pro Metropoli & Univerſitate Glaſguenſi in Scotia, ad cujus Eccleſiæ Metropolitanæ archivum charta hæc olim pertinebat; tertium pro Regali Abbatia ſancti Germani à Pratis in ſuburbiis civitatis Pariſienſis, ubi habitus eſt Virorum illuſtrium conventus pro charta diſcutienda; quartum pro collegio Scotorum Duaceno; quintum denique, una cum ipſa authentica charta, in archivo collegii noſtri Pariſienſis cuſtodiendum depoſitum eſt. Hujus porro inſtrumenti exemplar his obſervationibus ſubjicietur; adjunctis etiam ex eodem collegii noſtri archivo chartis aliis duabus, una Roberti II. poſt adeptum regnum, altera Joannis ejus filii primogeniti, de quo controverſia eſt, quique, ut ſupra obſervavimus, Regnum conſecutus, mutato nomine Robertus III. appellatus eſt.

Ita Francia Scotis antiquiſſimo fœdere conjuncta, regiæque familiæ hoſpitio non ſemel nobilis, ut ſpem & heredem centeſimum & decimum regni Scotorum, ita etiam titulum indubitatæ auctoritatis, quo eadem familia ab omni deterioris originis ſuſpicione vindicatur, feliciter conſervavit.

DIPLOM. VARIA.


Chronologia Roberti II. Scotorum Regis, cognomento Seneſchalli.

A.D.	*Secundum hiſtoriæ veritatem.*	A.D.	*Secundum Buchananum.*
M CCC XV.	Naſcitur Robertus Seneſchallus ex Waltero Magno Scotiæ Seneſchallo & Marjoria Roberti I. cognomento *Brus* filia.	M CCC XV.	Idem Buchananus.
M CCC XXXVI.	Robertus Seneſchallus eligitur Regni Cuſtos.	M CCC XXXVI.	Idem Buchananus.
Circ. M CCC XL.	Robertus deſponſat Eliſabetham *More*, ex eaque Joannem (*poſtea Robertum R. III.*) Robertum Comitem de *Meneteth* & alios liberos ſuſcipit.	Circ. M CCC XL.	Robertus ex Elizabeth *More* concubina Joannem, Robertum & alios liberos ſuſcipit.
Circ. M CCC LX.	Defuncta prima uxore Elizabetha, Robertus ex Euphemia *Roſſe* Walterum, Davidem & alios liberos ſuſcipit.	Circ. M CCC LX.	Robertus deſponſat Euphemiam *Roſſe* in primam uxorem ex eaque Walterum, Davidem & alios liberos ſuſcipit. Elizabetham *More* concubinam Giffardo cuidam in Matrimonio collocat.
M CCC LXXI.	Defuncto Davide II. avunculo ſuo Robertus in regnum ſuccedit, ejus nominis ſecundus.	M CCC LXXI.	Idem Buchananus.
M CCC LXXIII. vel M CCC LXXIV.	Euphemia *Roſſe* Regina ſecunda Roberti uxor coronatur.	M CCC LXXIV.	Euphemia *Roſſe* Regina prima Roberti uxore defuncta, Robertus deſponſat Elizabetham *More* quondam concubinam ſuam in ſecundam uxorem, & comitiis regni habitis, filios ex ea olim extra matrimonium genitos legitimos declarandos curat.
M CCC XC.	Obiit Robertus II. eique abſque controverſia ſuccedit Joannes ejus filius ex Elizabetha *More*, & dictus eſt Robertus III.	M CCC XC.	Idem Buchananus.

CHARTA

CHARTA ROBERTI SENESCHALLI SCOTIÆ.

OMnibus hanc cartam viſuris vel audituris [a] Robertus Seneſcallus Scociæ, Comes de Stratherne, a
ſalutem in Domino ſempiternam. Cum dudum venerabili Patri Domino [b] Willelmo Dei gracia b
Epiſcopo Glaſguenſi fuerit per litteras apoſtolicas ſpecialiter delegatum, ut [c] ſuper matrimonio contrahen- c
do inter nos & quondam Elyſabeth More, dum ageret in humanis, non obſtante impedimento conſan-
guinitatis & affinitatis contractui matrimoniali prædicto impedimentum præſtante, auctoritate apoſtolica
diſpenſaret, dummodo duas cappellas vel unam pro arbitrio ipſius Epiſcopi perpetuo fundaremus, ac
dictus venerabilis Pater, conſideratis in hac parte conſiderandis, nobiſcum ſuper impedimento prædicto
auctoritate qua ſupra diſpenſans nobis injunxerit, ut una cappellania in Eccleſia Glaſguenſi ad unum
certum altare ad penſionem decem marcarum ſterling. annuatim percipiend. de certis redditibus noſtris
fundaretur perpetuo, noſque eandem cappellaniam ſic fundare fideliter promiſerimus infra certum tempus
jam tranſactum, nobis tunc per dictum Epiſcopum limitatum; noverit univerſitas veſtra nos ex cauſa
præmiſſa dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti carta noſtra confirmaſſe pro nobis & heredibus noſtris perpe-
tuo DEO, Beatæ Mariæ Virgini, Beato Kentegerno & uni cappellano celebranti & celebraturo perpe-
tuo in Eccleſia Glaſguenſi predicta decem marcas ſterling. ad ſuſtentacionem ejuſdem capellani annua-
tim percipiend. de annuo redditu quadraginta librarum ſterling. exeunte de terra del Cars Abbatis infra
vicecomitatum de Stryvelyne, & nobis & heredibus noſtris debito per religioſos viros Abbatem &
conventum monaſterii ſanctæ Crucis de Edynburgh, tenend. habend. & percipiend. annuatim in per-
petuum eidem cappellano qui pro tempore fuerit per manus dictorum religioſorum ad terminos Pente-
coſtes & ſancti Martini in hyeme per porciones æquales in liberam, puram, & perpetuam elymoſinam
adeo libere, quiete, plenarie, & honorifice, ſicut aliqua elymoſina per totum regnum Scociæ liberius
conceditur, percipitur, ſive datur; & nichilominus totum jus nobis competens per cartam infeodacionis
recolendæ memoriæ Domini Regis Roberti avi noſtri, ſive obligatorium dictorum Abbatis & conventus,
ſeu quaſcunque alias evidencias ad compellendum dictos Abbatem & conventum ad ſolucionem dicti
annui redditus decem marcarum in Epiſcopum Glaſguenſem qui pro tempore fuerit, & Capitulum
Glaſguenſe ſede vacante, per hanc cartam noſtram perpetuo transferimus, ipſoſque & eorum alterum;
quantum ad hoc, noſtros & heredum noſtrorum aſſignatos & aſſignatum facimus, conſtituimus, & eciam
ordinamus. Et ſi forte contingat, quod abſit, quod dictæ decem marcæ annuæ per dictum cappellanum qui
pro tempore fuerit, percipi non potuerint, ut eſt dictum, vel ex eo quod dicti Abbas & conventus ſol-
vere noluerint, aut compelli non potuerint ad ſolucionem earumdem, vel ex eo quod nos aut aliquis
heredum noſtrorum, contra præſentem infeodacionem & conceſſionem noſtram, ſolucionem dictarum decem
marcarum impediverimus aut impediverit, aut per nos ſeu alium vel alios, clam vel palam, directe
vel indirecte procuraverimus ſeu procuraverit impediri; obligamus nos & heredes noſtros per omnia
bona noſtra mobilia & immobilia ad ſolvend. dictas decem marcas de aliis redditibus noſtris, ubi Epiſco-
pus Glaſguenſis qui pro tempore fuerit, vel capitulum ejuſdem ſede vacante, duxerit eligend. toto tem-
pore quo ceſſatum fuerit à ſolucione dictarum decem marcarum percipiend. de annuo redditu ſupradicto,
ſubicientes nos & heredes noſtros juriſdictioni & cohercioni Epiſcopi Glaſguenſes & ipſius Officialis qui
pro tempore fuerint, ut ipſi per omnimodam cenſuram eccleſiaſticam nos & heredes noſtros compellere va-
leant ad perficienda omnia & ſingula ſupradicta, in caſu quo defecerimus vel defecerint, quod abſit, in aliquo præmiſſorum. Et ultra omnia prenotata nos & heredes noſtri predict. donacionem & conceſſionem noſtram de dictis decem marcis annuis percipiendis ut ſupra de annuo redditu ſupradicto predictis Epiſcopo, Eccleſiæ Glaſguenſi, & Cappellano qui pro tempore fuerint contra omnes homines & feminas warantizabimus, acquietabimus, & in perpetuum defendemus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum una cum ſigillo
Johannis [d] Seneſcalli Domini de Kyle primogeniti & d
heredis noſtri præſentibus eſt appenſum. Hiis teſtibus, Venerabili Patre Domino Roberto Abbate monaſterii de Kylwynnyne, & Dominis Johanne Seneſcallo fratre noſtro, Hugone de Egglyntonne & Thomas de Fauſide Militibus, Johanne Mercer burgenſi de Perth, Johanne de Roſe & de Johanne de Tayt Armigeris noſtris, & aliis. Apud Perth duodecimo die menſis Januarii anno Domini milleſimo tricenteſimo ſexageſimo quarto.



Obſervationes hiſtoricæ in chartam Roberti Seneſchalli Scotiæ.

a [a] ROBERTUS SENESCALLUS SCOTIÆ] Erat is filius Walteri Seneſchalli Scotiæ. Matrem habuit Mariorian *Roberti I. cognomento de Bruys* filiam natu maximam. Unde Davide unico ejuſdem Roberti I. filio abſque liberis defuncto anno Domini MCCCLXX. ſucceſſit in regnum *Robertus* hic Seneſchallus jure matris, & dictus fuit Robertus hujus nominis II. ex antiquiſſima & nobiliſſima Seneſchallorum familia primus. Erat autem magni Seneſchalli dignitas, quam STUART vocant lingua patria, præcipuæ apud Scotos auctoritatis, qualis olim inter Francos Majorum Palatii.

b [b] WILLELMO DEI [G?]RACIA EPISCOPO GLASGUENSI] Is erat Willelmus IV. cognomento *Rae*, Epiſcopus Glaſguenſis, qui ſedere cœpit anno Domini MCCCXXXV. aut MCCCXXXVI. Extant inter inſtrumenta Eccleſiæ Glaſguenſis plures chartæ ſub ejus nomine; inter alias duæ quittanciæ authenticæ contributionis papalis infra ejus diœceſim factæ anno Domini MCCCXL. & MCCCXLI. Obiit anno Domini MCCCLXVII.

c [c] SUPER MATRIMONIO CONTRAHENDO] Ex his verbis atque ex tota ſerie hujus chartæ certo colligitur Robertum Seneſchallum & Elizabetham *More* juſtis nuptiis ex diſpenſatione ſummi Pontificis conjunctos fuiſſe diu ante quam hæc charta conſcriberetur. Diſpenſatio porro in controverſiam venire non poteſt, cum ei teſtimonium indubiæ fidei perhibeat charta fundationis capellaniæ de qua iſthic agitur. Qua argumentatione facile refellitur temeritas Georgii Buchanani, qui ſcribere auſus eſt hunc Robertum Seneſchallum & Elizabetham *More* matrimonii fœdere junctos fuiſſe anno tantum MCCCLXXIV. id eſt decennio poſt datam chartam quæ teſtatur illos diu ante conjugium legitimum iniiſſe. Porro hinc quoque inſulſitas Buchanani convincitur quod, ut docent ſequentia chartæ iſtius verba, Elizabetha mortua erat anno MCCCLXIV. adeoque decennio poſt non potuit contrahere matrimonium cum Roberto Seneſchallo. Erat porro Elizabeth filia illuſtris viri Adami *More* Equitis & principis familiæ *More*, ſive *Moor*, potentiſſimæ Seneſchallorum genti affinitate & conſanguinitate conjunctæ, uti certiſſime conſtat ex hac charta.

d [d] JOHANNIS SENESCALLI DOMINI DE KYLE PRIMOGENITI ET HEREDIS] Ergo jam anno MCCCLXIV. Joannes legitimus Roberti filius & heres publice dicebatur. Nemini enim, qui ex legitimo matrimonio procreatus non ſit, tribui ſolere in publicis inſtrumentis titulum primogeniti & heredis palam eſt ex his quæ infra dicentur, neque indiget ampliori probatione. Falſo igitur ut cetera Buchananus tradit, illum in prima juventa ex illegitimo Elizabethæ complexu genitum à Roberto fuiſſe, ſed poſtea legitimum fuiſſe factum per ſubſequens parentum ſuorum matrimonium. Atque ut omnibus pateat quanta inſcitia ſeu verius impudentia auctor iſte Regum omnium atque ipſius monarchici regiminis infenſiſſimus hoſtis infamiam natalibus iſtius principis aſpergere auſus ſit, rem totam paulo accuratius tractandam duximus.

Totum Buchanani commentum duobus his capitibus contineri videtur. 1°. Roberti Seneſchalli primam uxorem fuiſſe Euphemiam *Roſſe*, qua, poſtquam plures ei liberos pepererat, anno Domini MCCCLXXIV. defuncta, Robertum ſecundam uxorem duxiſſe Elizabetham *More*, ex qua Joannem, de quo agimus aliosque liberos olim ante matrimonium ſuſceperat. 2°. Non niſi mediante poſtremo hoc Roberti cum Elizabetha matrimonio & decreto trium regni ordinum in publicis comitiis Joannem Seneſchallum legitimum declaratum, ſive legitimatum & ſucceſſionis capacem redditum fuiſſe.

Prioris aſſertionis falſitas his argumentis demonſtratur. 1°. Robertum & Elizabetham dudum ante annum Domini MCCCLXIV. matrimonio conjunctos fuiſſe ſupra oſtenſum eſt. Ergo non Euphemia, ſed Elizabetha fuit prima Roberti uxor. Deinde Elizabetham ante annum MCCCLXIV. defunctam fuiſſe ex dictis manifeſte conſtat. Ergo non potuit eſſe ſecunda uxor anno MCCCLXXIV. Demum V. Cl. Ludovicus *Stuart* advocatus regius ſub Carolo I. magnæ Britanniæ Rege in Schedula quadam manu ipſius propria ſcripta, quam libello ſuo cui titulus *Jus regium*, pag. 47. inſeruit V. Cl. Georgius Mackenzius advocatus item regius, teſtatur ſe *plures quam viginti chartas in archivis* Caſtri Edinburgenſis *inveniſſe, ex quibus ſole clarius eluceſſit Elizabetham Moram primam Roberti uxorem fuiſſe, & Euphemiam ſeu Euphaniam* Roſſe *ſecundam*. Et hæc ad primum caput narrationis à Buchanano inſtitutæ.

Haud minoris momenti argumentis refellitur alterum caput fabulæ, quo aſſerit Buchananus, mediante matrimonio Roberti & Elizabethæ anno Domini MCCCLXXIV. celebrato, & decreto trium regni ordinum in comitiis publicis eodem anno habitis, Joannem Seneſchallum legitimatum fuiſſe, ſive legitimum declaratum & ſucceſſionis capacem.

1°. Matrimonium iſtud Elizabethæ ante annos minimum decem defunctæ abſurdum eſt. Ergo fictitia legitimatio quæ eo nititur fundamento.

2°. Hujus comitiorum decreti in regni archivis, ubi ejuſmodi acta ſumma cura ſervantur, ne leviſſima quidem memoria occurrit; etſi tabulæ omnes publicæ à viris earum rerum peritiſſimis excuſſæ fuerint. Inter alios V. Cl. Joannes Haius Eques, archivi ſive, ut vocant, rotulorum aut regeſtorum cuſtos ſub Carolo I. Magnæ Britanniæ Rege, juſſus ab eodem Principe diligenter inſpicere acta comitiorum ſive Parlamentorum, contraria omnia reperit, idque Regi retulit. Quinetiam prædictus Ludovicus *Stuart* regius advocatus ſub eodem principe, laudatus à Georgio Mackenzio pag. 47. ſupra-memorati libelli, poſt diligenter inſpecta archiva regni, Buchanani narrationem manifeſtæ falſitatis convicit. Ipſius verba referimus, quoniam tanti viri teſtimonium maximi hac in re momenti eſt. *Buchananus*, ait ille, *libro ix. in vita Roberti II. affirmat Euphaniam*, Euphemiam Roſſe, *Comitis Roſſenſis filiam, primam Roberti ſecundi uxorem fuiſſe; & ea mortua ſuperinduxiſſe Elizabetham Moram, ex qua liberos ternos mares ſuſcepiſſet, & eam uxorem duxiſſe, ejuſque liberos regno deſtinaſſe, ut poſtea eorum natu maximus ſucceſſit. Quod quam falſum ſit apparet ex archivis in carcere Edinburgenſi reconditis; ubi extant ſeparata acta duorum Parlamentorum ſubſcripta manibus eccleſiaſticorum Præſulum, Nobilium, Baronum & aliorum ſtatuum parlamenti, & eorum ſigillis roborata, quibus Elizabetha Mora agnoſcitur prima uxor, & Euphania* Roſſe *ſecunda; & liberis ex Elizabetha Mora tanquam juſtis heredibus regni ſuceſſive regnum decernitur, & poſt eos liberis Euphaniæ* Roſſe. *Nec non ibidem chartæ extant plurimæ per Davidem II. eorum patruum magnum ex diverſis terris Joanni filio primogenito nepotis ejus Roberti dum Euphania* Roſſe *viveret, necnon Davidi filio natu maximo Euphaniæ* Roſſe, *quem ſolum filium indigitat Roberti nepotis; quod non feciſſet, ſi Elizabetha Mora non prius fuiſſet nupta Roberto ejus nepoti. Nam primogenitus nunquam attribuitur notho. Immo ego plures quam viginti chartas in archivis inveni, ubi etiam eas reliqui, ex quibus ſole clarius eluceſſit Elizabetham Moram primam fuiſſe uxorem, & Euphaniam* Roſſe *ſecundam. Nam extra controverſiam liberi Elizabethæ Moræ ætate grandiores erant liberis Euphaniæ Roſſe.* Hæc ille. Ex quibus fictitium eſſe decretum illud parlamenti à Buchanano citatum nemo non videt.

3°. Jam ante annum Domini MCCCLXXIV. quo Buchananus matrimonium Roberti & Elizabethæ, & legitimationem Joannis collocat, idem Joannes legitimus patris filius & ſucceſſionis capax habebatur. Iſtud conſtat

ex publicis inſtrumentis quibus ante regnum patris *primogenitus & heres* ejus deſignatur ; & patre jam regnante iis titulis inſignitur, qui ſoli legitimo & indubitato regni heredi & ſucceſſori competunt.

Jam vidimus in charta Roberti, de qua hic agimus, Joannem à patre primogenitum & heredem deſignatum fuiſſe. Primogeniti autem, ut ſupra notavit juris Scotiæ conſultiſſimus Ludovicus *Stuart*, & heredis titulus nunquam attribuitur notho. Alia ejuſdem Roberti Seneſchalli charta, data anno Domini M CCC LXV. laudata à Georgio Mackenzio libelli *Jus regium* pag. 51. ſic habet : *Robertus Seneſcallus Scotiæ Comes de* Strathern, *& Johannes Seneſcallus primogenitus & heres ipſius Dominus Baroniæ de* Kyle, *&c.* In alia charta Davidis II. Roberti Seneſchalli avunculi & deceſſoris ab eodem Georgio Mackenzio laudata, teſtes ad finem more majorum hoc ordine recenſentur, *Robertus Seneſcallus Comes de* Strathern *nepos noſter, Joannes Seneſchallus Comes de* Carrick *filius ſuus primogenitus & heres, Thomas Comes de* Marr, *&c.* Hæ tres chartæ ſcriptæ ſunt ante initum à Roberto regnum. Eo vero regnante iis titulis deſignatur Joannes, qui ſoli & indubitato regni Scotiæ heredi tunc temporis competebant.

Erant hi tituli : *primogenitus Regis*, *Comes de* Carrick, & *Seneſchallus Scotiæ*. In charta Roberti primo regni anno, Chriſti vero M CCC LXXI. die quarta Decembris, quæ authentica ſervatur in archivo dicti collegii Scotorum Pariſienſis, appenſum habens magnum ſigillum Scotiæ, teſtes ad finem hoc ordine recenſentur. *Teſtibus venerabili patre Willelmo Epiſcopo ſancti Andreæ, Johanne primogenito noſtro Comite de* Carrick *& Seneſcallo Scotiæ*; *Roberto Comite de* Meneteth, *&c.* Erat hic Robertus frater Joannis ex eadem matre Elizabetha, quem Buchananus anno demum M CCC LXXIV. occaſione fictitiæ legitimationis Comitem de *Meneteth* ſive Taichiæ, & eumdem Joannem fratrem tunc tantum & eadem occaſione Comitem de *Carrick* creatum fabulatur.

Extat in ejuſdem collegii archivo alia charta ipſius Joannis data apud Dundonevald die XXVII. Decembris, hoc ipſo primo regni patris anno, Chriſti M CCC LXXI. Ea charta ſic incipit. *Univerſis ad quorum noticiam præſentes litteræ pervenerint Johannes primogenitus Roberti Dei gracia Regis Scotorum illuſtris Comes de* Carric *& Seneſcallus Scociæ, &c.* Huic chartæ appenſum eſt ſigillum ejuſdem Joannis integrum ex cera rubra ſuper viridi, impreſſam habens faſciam teſſellatam, & in apice ſive ſuperiori parte ſcuti leonem naſcentem. Porro ſigillum quo idem privatus utebatur, faſciam tantum refert teſſelatam, inſignia ſcilicet propria privatæ familiæ Seneſchallorum. Sigillum autem quo in hac charta, patre jam regnante, ipſoque regni herede, uſus eſt, faſciæ teſſellatæ privatis familiæ inſignibus leonem naſcentem adjunctum repræſentat. Hæc erant quippe inſignia quæ heredi regni competebant, nempe qui leonem, gentilitiam regni Scotiæ teſſeram, familiæ propriæ inſignibus adjungebat.

Habetur in publico regni archivo in caſtro Edinburgenſi inſtrumentum authenticum eodem anno M CCC LXXI. regni Roberti primo confectum ſuper juramento fidelitatis ab univerſis regni ordinibus in comitiis publicis præſtito eidem Roberto II. & Joanni (alias Roberto) ejus filio primogenito, regnique heredi legitimo, appenſa habens ſigilla trium regni ordinum. Quod inſtrumentum Georgius Mackenzius à ſe inſpectum teſtatur pag. 49. libelli memorati. Idem aſſerit vidiſſe ſe in iiſdem regni archivis plures alias chartas hoc eodem anno M CCC LXXI. datas, quibus Joannes eodem modo *primogenitus Comes de* Carrick, *& Seneſchallus Scotiæ* appellatur.

Falſiſſime ergo Buchananus Joannem hunc tertio demum anno paterni regni, Chriſti M CCC LXXIV. Comitem de *Carrick* à patre creatum, & legitimum filium, ſucceſſioniſque in regnum capacem in comitiis regni declaratum refert.

Denique de fictitia illa legitimatione & comitiorum decreto, aut toto denique hoc Buchanani & recentiorum commento ne verbum quidem apud auctorem hiſtoriæ Scotiæ MS. in bibliotheca collegii noſtri Pariſienſis. Quod ſane argumentum, etſi negativum, ut vocant, maximi tamen hac in materia momenti videtur, cum hic auctor natus fuerit, (ut ipſe teſtatur fol. 179.) anno Domini M CCC LXXXVI. aut M CCC LXXXVII. regnante Roberto II. reſque ipſas geſtas pene inſpexerit, & minimis quibuſque quæ ad Regum noſtrorum genealogiam ſpectant, ſæpius immorari ſoleat.

Præterea ex hoc ſcriptore conſtat Joannem, obeunte Roberto II. patre, abſque ullo tumultu Regem agnitum fuiſſe & coronatum. Ipſius verba referimus. Lib. XXXIII. cap. I. fol. 182. *In ſequenti vigilia Aſſumptionis noſtræ Dominæ, die videlicet Dominica anni Domini* M CCC XC. *Johannes primogenitus Roberti II. Regis defuncti Comes de* Carrick *apud Sconam regio more coronatus eſt ; ubi de conſenſu Statuum vocatus eſt ab-hinc Robertus III. In craſtino ſponſa ſua Domina Annabella de* Drummond (ejuſdem illuſtriſſimæ familiæ Princeps eſt Jacobus *Drummond* Comes de *Perth* magnus Scotiæ Cancellarius) *Domina præclariſſima diademate regio inſignita eſt. In die vero Martis proximo ſequenti Rex fidelitatem & hominium ſumpſit ſuorum liegiorum.* Ex quibus verbis ſatis manifeſtum eſt Joannem unanimi conſenſu loco patris Regem ſuffectum ; eique ab omnibus regni ordinibus, ac proinde ab ipſis ejus fratribus ex Euphemia altera patris uxore, eorumque propinquis juramentum fidelitatis præſtitum. Quod ſane abſque gravi tumultu futurum fuiſſe haud eſt credibile, ſi gravis aliqua ſuſpicio de Joannis natalibus ſuperfuiſſet ; præſertim cum ipſe lapſu ex equo aliiſque incommodis ad regnum minus idoneus eſſet, ejuſque ex matre propinqui non tantæ eſſent auctoritatis ac propinqui & cognati fratrum ejus ex Euphemia *Roſſe* genitorum.

Quinetiam, auctore ipſo Buchanano, ob debilitatem ejuſdem Roberti III. Roberto ejus fratri, & Murdaco nepoti ſucceſſive rerum adminiſtratio communi conſenſu commiſſa eſt, nulla penitus ratione habita filiorum Euphemiæ *Roſſe*.

Has obſervationes claudimus teſtimonio Joannis Maioris inſignis olim Sacræ Facultatis Pariſ. Doctoris. Is in hiſtoria ſua *De geſtis Scotorum*, ſcripta circa annum Domini M D XVIII. omnium ejus gentis hiſtoriarum quæ typis mandatæ ſunt antiquiſſima, hæc de Roberto Seneſchallo ſive Roberto II. ejuſque conjugiis & liberis habet lib. IV. cap. VI. fol. 121. *Ex Elizabetha filia Domini Adam Muræ tres filios Robertus II. Rex genuit, ſcilicet Johannem, qui poſtea fuit Rex* (Robertus III.) *& Robertum Albaniæ Ducem, & Alexandrum Buchaniæ Comitem. Poſtea ex Euphemia Roſſenſis Comitis filia Galterum Comitem Atholiæ & Dominum de* Brechin, *& David Comitem de* Straterven *genuit. Mortua enim Elizabetha Regina hanc Euphemiam in conjugem accepit, & matrimonii gratia proles legitimatæ ſunt.* Hæc ille ; qui cum noſtram & veram de obitu Elizabethæ ante matrimonium Roberti & Euphemiæ ſententiam confirmet, inſuper exiſtimaſſe videtur priores ſaltem liberos Roberti ex Euphemia *Roſſe* ex adulterio ante matrimonium, vivente prima uxore Elizabetha *More*, natos fuiſſe, nec niſi per ſubſequens matrimonium in legitimorum conditionem tranſiviſſe. Atque hinc fortaſſis Boetio errandi occaſio nata eſt, ut nempe quæ de Euphemia *Roſſe* ſecunda Roberti uxore ejuſque liberis antiquiores tradiderant hiſtorici, ipſe per errorem ad Elizabetham ejuſque liberos transferret.

CHARTA ROBERTI II. SCOTORUM REGIS.

Robertus Dei gracia Rex Scottorum omnibus probis hominibus tocius terræ ſuæ clericis & laicis ſalutem. Sciatis nos quandam litteras Joannis Kenedy de Donnonir ſuper fundacione & dotacione cujuſdam capellæ & trium capellaniarum juxta cimeterium eccleſiæ Parochialis de Mayboyl in comitatu de CarryK confectas, de mandato noſtro viſas, lectas & diligenter inſpectas, non abolitas, nec in aliquo viciatas intellexiſſe ad plenum in hæc verba. Univerſis ad quos præſentes litteræ pervenerint Johannes Kenedy Dominus de Donnonir parochiæ de Mayboyl dioceſis Glaſguenſis ſalutem in omnium Salvatore. Quia inter alia per quæ fideles Chriſtiani firmam tenent fiduciam remuneracionis æternæ, proſunt veraciter & maxime oracionum ſuffragia & opera caritatis; quorum utrumque quis exequitur & complet efficaciter, ſi ad divini cultus augmentum locum ſacrum honorificum de bonis ſibi à Deo collatis zelo fidei conſtruit & ipſum habunde dotat redditibus pro ſervicio miniſtrorum. Hinc ergo univerſitati veſtræ notum facio, quod ego Johannes Kenedy prædictus, de auctoritate venerabilis in Chriſto patris ac D. D. Walteri Dei gracia Epiſcopi Glaſguenſis, fundavi & incepi quamdam capellam in honore & ſub nomine B. Mariæ Virginis juxta cimiterium Eccleſiæ parochialis de Mayboyl in comitatu de CarryK. Verum quia ſecundum canones, qui ædificare vult, ante perficiat quæ ad luminaria, quæ ad cuſtodiam, & quæ ad ſtipendia miniſtrorum ſufficiant; id circo ego Johannes ſupradictus pro me & heredibus meis dono & concedo Deo B. Mariæ Virgini, omnibus ſanctis, ac perpetuo tribus capellanis ibidem divina celebraturis pro ſalubri ſtatu mei, Mariæ uxoris meæ, & liberorum meorum, quamdiu egerimus in humanis; & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus, nec non pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum, decem & octo marcatas terræ de terris meis vicinis, contiguis ſive annexis Eccleſiæ de Mayboyl & capellæ prædictis, una cum octodecim bollis farinæ de ſicca multura de dicta terra percipi conſueta, ac decem marcas ſterlingorum annuatim percipiendas de terra de Balinclewhane ad duos anni terminos conſuetos, & quinque marcatas terræ de Barreecleych, & ſex marcatas terræ de Trenethane, & quinque marcatas terræ de Barrelach ad ſuſtentacionem ipſius eccleſiæ ſive capellæ, unius clerici & trium capellanorum, ut præfertur, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & in dotem præfatæ capellæ, ſine aliquo retinemento ſuperioritatis ſecularis, exactionis, vel demandæ. Et ſi dictas terras, annuos redditus, vel eorum partem aliquam à dicta capella evinci contigerit, obligo me, heredes meos, & aſſignatos, & omnia bona mea mobilia & immobilia, & ſpecialiter terras meas de Donnonir, Tonergethe & de Kylmekelly, ad dotandam dictam capellam, quatenus ab ea evictum fuerit & optentum. Volo etiam quod cujuſlibet dictarum capellaniarum in perpetuum, cum vacaverit, præſentacio ad me & heredes meos ſpectet infra quatuor menſes à tempore vacationis Epiſcopo Glaſguenſi, & ſede vacante, ejuſdem capitulo facienda. Ex tunc enim ad eos devolvetur libera proviſio illa vice tantum, ſalvo mihi & heredibus meis in perpetuum jure aliis in poſterum vicibus præſentandi. Dictas etiam terras & redditus, ſi quæ onera ordinaria vel extraordinaria, aut conſueta ſervicia ipſis emineant, ab hiis quibus debentur liberabo, alioquin aliæ terræ meæ de hujuſmodi oneribus plenarie reſpondebunt. Blada vero dictorum capellanorum molentur in molendino meo Ronnifre poſt me ipſum & heredes meos & de multura ad vas viceſimum quartum. Inſuper pro me & heredibus meis promitto, quod cartas confirmacionum hujus meæ donacionis dominorum meorum ſuperiorum, videlicet illuſtris viri Domini Comitis de CarryK, & excellentiſſimi Principis Domini mei Regis Scociæ, ad finem quod jure alicujus eorum præſens mea fundacio in toto vel in parte retractari non poſſit, meis ſumptibus procurabo. Si vero contingat, quod abſit, me vel aliquem heredum meorum contra præſentem fundacionem ipſarum capellaniarum aliquo umquam tempore in aliquo venire; obligo me, heredes meos in viginti libris ſterlingorum fabricæ Eccleſiæ Glaſguenſis, & in viginti libris ſterlingorum ad ampliacionem & ſuſtentacionem dictæ capellæ applicandas nomine pœnæ, & in dampnis quæ dictos capellanos qui pro tempore fuerint ſuſtinere contigerit juxta arbitrium ſuperioris eorundem perſolvend. tociens quociens contrariatum fuerit; fundacione capellæ, ejus dotacione, libertatibus, & pœnæ continuacione nihilominus in ſuo robore duraturis: ſubiciens me & heredes meos in præmiſſis omnibus & quolibet præmiſſorum juriſdictioni Epiſcopi Glaſguenſis, ut ego & heredes mei ſimpliciter de plano ſine ſtrepitu & figura judicii valeamus ad præmiſſa omnia & eorum quodlibet per cenſuram eccleſiaſticam coherceri. Proteſtor inſuper cum recolendæ memoriæ venerabilis pater Willelmus Epiſcopus Glaſguenſis, ultimo defunctus, auctoritate litterarum apoſtolicarum mihi ex cauſa injunxiſſet fundare unam capellaniam perpetuo duraturam, quod una iſtarum capellaniarum per me fundatarum ſic cedat ad exoneracionem meam, quod ad aliam fundacionem eo prætextu non tenear in futurum. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum, una cum ſigillo Domini Gilberti Kenedy militis filii mei & heredis, ac eciam cum ſigillo venerabilis in Chriſto patris & D. D. Walteri Dei gracia Epiſcopi Glaſguenſis, una cum ſigillo communi Capituli ejuſdem, ad majorem ſecuritatem, præſenti litteræ & uni alteri ejuſdem tenoris eſt appenſum. Quarum litterarum una apud Glaſguenſe Capitulum perpetuo remanente, alia vero penes Capellanos dictæ capellæ, per eos in loco quem elegerint cuſtodiend. Similiter duarum confirmacionum Domini Comitis de CarryK, & duarum Domini noſtri Regis ejuſdem tenoris quas impetrabo, una Comitis, & alia Regis, penes Glaſguenſe Capitulum; aliæ vero duæ penes Capellanos, ut præfertur, perpetuo remanebunt. Datum apud Donnonir prædictum penultimo die menſis Novembris anno Domini milleſimo tricenteſimo ſeptuageſimo primo.

Hanc chartam Joannis Kenedy cum autographo collatam edimus, una cum ſigillo Capituli Eccleſiæ Glaſguenſis quod ei appenſum eſt.

Quas



Quas quidem ſundacionem & dotacionem terrarum & reddituum prædictorum in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & in dotem ipſius capellæ ſic factas, juxta formam & effectum earundem litterarum in omnibus, & per omnia pro nobis & heredibus noſtris ratificamus, approbamus, & tenore præſentis cartæ noſtræ in perpetuum confirmamus. In cujus rei teſtimonium præſenti cartæ confirmacionis noſtræ noſtrum præcepimus apponi ſigillum. Teſtibus venerabili in Chriſto patre Willelmo Epiſcopo ſancti Andreæ, Johanne primogenito noſtro Comite de Carryk *& Seneſcallo Scociæ, Roberto Comite de* Meneteth, *Willelmo Comite de* Douglas, *Johanne de* Carryk *Cancellario noſtro, Willelmo de* Keth *Mareſcallo noſtro, Jacobo de* Lyndeſay, *Roberto de* Erſkyne, *& Hugone de* Eglyntona *Militibus. Apud* Dundenovald *quarto die menſis Decembris, anno regni noſtri primo.*



CHARTA
JOHANNIS COMITIS DE CARRIC
ET SENESCHALLI SCOTIÆ

UNiverſis ad quorum noticiam præſentes litteræ pervenerint Johannes primogenitus Roberti Dei gracia Regis Scottorum illuſtris, Comes de Carric, *& Seneſcallus Scociæ, ſalutem. Cum Dilectus & conſanguineus noſter Johannes* Kenedy *Dominus de* Donhonir *quamdam capellam in honore Beatæ Mariæ Virginis juxta cymiterium Eccleſiæ parochialis de* Maboylle *in comitatu noſtro de* Carric *conſtruxerit ad ſuſtentacionem trium capellanorum & unius clerici ibidem perpetuo divina celebratur. neceſſariam, quam redditibus & poſſeſſionibus ſubſcriptis dotavit, videlicet de decem & octo marcatis terræ contiguæ & vicinæ ſive annexæ dictæ Eccleſiæ de* Maboylle *& cappellæ prædictæ, una cum octodecim bollis farinæ de ſicca multura de dicta terra percipi conſueta, ac decem marcis ſterlingorum annuatim percipiend. de terra de* Balinclenwhane *ad duos anni terminos conſuetos, & quinque marcatas terræ de* Barrecleych, *& ſex marcatas terræ de* Trenechane, *& quinque marcatas terræ de* Barrelach,

DIPLOM. VARIA.

in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam; noveritis nos dictas conceſſiones & donaciones ſive indotaciones prædictis capellæ & capellanis ac clerico conceſſis ratificaſſe, approbaſſe, & pro nobis & heredibus noſtris in perpetuum confirmaſſe in omnibus & per omnia forma pariter & effectu, adeo libere & quiete, integre, & honorifice, prout in cartis ſive litteris dicti Johannis inde factis & conceſſis plenius continetur. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentib. fecimus apponi. Apud Dondonald *in feſto beati Johannis Evangeliſtæ anno Domini milleſimo tricenteſimo ſeptuageſimo primo. Hiis teſtibus, nobilibus viris Dominis Willelmo de* Conyngham *Domino de* Kilmauris, *Hugone de* Eglinton *Domino de* Ardreſſane, *Johanne de* Lyndeſay *Domino de* Thuriſton, *Johanne* Walays *Domino de* Ricardton, *Duncano* Walays *Militibus, Andrea de* Conyngham, *Andrea* More, *Joanne* Tayt, *& multis aliis.*



Inſtrumentum virorum illuſtrium & eruditiſſimorum ſuper charta Roberti Seneſchalli Scotiæ.

NOs infraſcripti rogati à Cl. V. Ludovico *Inneſe* Reginæ Magnæ Britanniæ Eleemoſynario & Primario collegii Scotorum in academia Pariſienſi ut conveniremus in regale Monaſterium ſancti Germani à Pratis ſitum in hac urbe Pariſienſi, illic inſpecturi & diligenter examinaturi chartam Roberti Seneſchalli Scotiæ, datam apud *Perth* anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quarto, die duodecima menſis Januarii, quæ ſervatur authentica in archivo ejuſdem collegii denuo inſtaurati per Reverendiſſimum in Chriſto Patrem Jacobum à *Bethun* Archiepiſcopum Glaſguenſem in Scotia, qui ſecum vetera Eccleſiæ ſuæ monumenta in hanc urbem tranſtulit, & partim in eodem collegio ad perpetuam rei memoriam depoſuit; convenientes anno Domini milleſimo ſexenteſimo nonageſimo quarto, die vigeſima ſexta menſis Maii, chartam ſupra commemoratam nobis ab eodem Cl. V. Ludovico *Inneſe* exhibitam diligenter inſpeximus, examinavimus, & ea cura qua major adhiberi non potuit excuſſimus, eamque teſtamur eſſe antiquam, genuinam, ſcriptam charactere illorum omnino temporum, nullam falſi aut ſuppoſitionis ſuſpicionem facere poſſe, ſigillis duobus ſigillatam, quæ teſtamur etiam eſſe antiqua & integra. Ad majorem autem teſtimonii, judiciique noſtri fidem, eandem chartam hic de verbo ad verbum deſcribi curavimus, quæ talis eſt.

Omnibus hanc cartam viſuris vel audituris Robertus Seneſchallus Scociæ, Comes de Stratherne, *ſalutem in Domino ſempiternam. Cum dudum venerabili Patri Domino Willelmo Dei gracia Epiſcopo Glaſguenſi fuerit per litteras apoſtolicas ſpecialiter delegatum, ut ſuper matrimonio contrahendo inter nos & quondam Elyzabeth* More, *dum ageret in humanis, non obſtante impedimento conſanguinitatis & affinitatis contractui matrimoniali prædicto impedimentum præſtante, auctoritate apoſtolica diſpenſaret, dummodo duas capellas vel unam pro arbitrio ipſius Epiſcopi perpetuo fundaremus; ac dictus venerabilis Pater, conſideratis in hac parte conſiderandis, nobiſcum ſuper impedimento prædicto auctoritate qua ſupra diſpenſans nobis injunxerit, ut una cappellania in Eccleſia Glaſguenſi ad unum certum altare ad penſionem decem marcarum ſterling. annuatim percipiend. de certis redditibus noſtris fundaretur perpetuo, noſque eandem cappellaniam ſic fundare fideliter promiſerimus infra certum tempus jam tranſactum nobis tunc per dictum Epiſcopum limitatum; noverit univerſitas veſtra nos ex cauſa præmiſſa dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti carta noſtra confirmaſſe pro nobis & heredibus noſtris perpetuo DEO, Beatæ Mariæ Virgini, Beato Kentegerno, & uni cappellano celebranti & celebraturo perpetuo in eccleſia Glaſguenſi predicta decem marcas ſterling. ad ſuſtentacionem ejuſdem cappellani annuatim percipiend. de annuo redditu quadraginta librarum ſterling. exeunte de terra* del Cars *Abbatis infra vicecomitatum de* Stryvelyne, *& nobis & heredibus noſtris debito per religioſos viros Abbatem & conventum monaſterii ſanctæ Crucis de* Edynburgh, *tenend. habend. & percipiend annuatim in perpetuum eidem cappellano qui pro tempore fuerit per manus dictorum religioſorum ad terminos Pentecoſtes & ſancti Martini in hyeme per*

porciones æquales in liberam, puram, & perpetuam elymoſinam adeo libere, quiete, planarie & honorifice, ſicut aliqua elymoſina per totum regnum Scociæ liberius conceditur, percipitur, ſive datur: & nichilominus totum jus nobis competens per cartam infeodacionis recolendæ memoriæ Domini Regis Roberti avi noſtri, ſive obligatorium dictorum Abbatis & conventus, ſeu quaſcumque alias evidencias ad compellendum dictos Abbatem & conventum ad ſolucionem dicti annui redditus decem marcarum in Epiſcopum Glaſguenſem qui pro tempore fuerit, & Capitulum Glaſguenſe ſede vacante, per hanc cartam noſtram perpetuo transferimus, ipſoſque & eorum alterum, quantum ad hoc noſtros & heredum noſtrorum aſſignatos & aſſignatum facimus, conſtituimus, & eciam ordinamus. Et ſi forte contingat, quod abſit, quod dictæ decem marcæ annuæ per dictum cappellanum qui pro tempore fuerit, percipi non potuerint, ut eſt dictum, vel ex eo quod dicti Abbas & conventus ſolvere noluerint, aut compelli non potuerint ad ſolucionem earumdem, vel ex eo quod nos aut aliquis heredum noſtrorum contra præſentem infeodacionem & conceſſionem noſtram ſolucionem dictarum decem marcarum impediverimus aut impediverit, aut per nos ſeu alium vel alios clam vel palam, directe vel indirecte procuraverimus ſeu procuraverit impediri; obligamus nos & heredes noſtros per omnia bona noſtra mobilia & immobilia ad ſolvend. dictas decem marcas de aliis redditibus noſtris, ubi Epiſcopus Glaſguenſis qui pro tempore fuerit, vel capitulum ejuſdem ſede vacante, duxerit eligend. toto tempore quo ceſſatum fuerit à ſolucione dictarum decem marcarum percipiend. de annuo redditu ſupradicto, ſubicientes nos & heredes noſtros juriſdictioni & cohercioni Epiſcopi Glaſguenſis & ipſius Officialis qui pro tempore fuerint, ut ipſi per omnimodam cenſuram eccleſiaſticam nos & heredes noſtros compellere valeant ad perficienda omnia & ſingula ſupradicta, in caſu quo defecerimus vel defecerint, quod abſit, in aliquo præmiſſorum. Et ultra omnia prenotata nos & heredes noſtri predict. donacionem & conceſſionem noſtram de dictis decem marcis annuis percipiendis ut ſupra de annuo redditu ſupradicto prædictis Epiſcopo, Eccleſiæ Glaſguenſi, & Cappellano qui pro tempore fuerint, contra omnes homines & feminas warantizabimus, acquietabimus, & in perpetuum defendemus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum una cum ſigillo Johannis Seneſcalli Domini de Kyle primogeniti & heredis noſtri præſentibus eſt appenſum. Hiis teſtibus, Venerabili Patre Domino Roberto Abbate monaſterii de Kylwynnyne, & Dominis Johanne Seneſcallo fratre noſtro, Hugone de Egglyntonne, & Thoma de Fauſide Militibus, Johanne Mercer burgenſi de Perth, Johanne de Roſe & Johanne de Tayt Armigeris noſtris, & aliis. Apud Perth duodecimo die menſis Januarii, anno Domini milleſimo tricenteſimo ſexageſimo quarto.

Sigillabatur autem dicta charta duobus ſigillis rotundis ex cera rubea ſuper alba, quorum unum refert faſciam teſſellatam, in circumferentia ſcriptum habens litteris legibilibus, *Sigillum Roberti Seneſchalli Scociæ*; alterum item refert faſciam teſſellatam duplario limbo liliis contrapoſitis conſitam, in circumferentia ſcriptum habens litteris legibilibus, *S. Johis Seneſcalli.* In quorum omnium fidem præſentes litteras omnium noſtrum manu ſubſcriptas ſigillo ejuſdem regalis Monaſterii inſigniri volumus. Datum in eodem Monaſterio die & anno ſupraſcriptis.

* CAMILLUS LE TELLIER ABBAS DE LOUVOIS.
EUSEBIUS RENAUDOT. F. JOHANNES MABILLON.
BALUZE F. THEODERICUS RUINART.
HONORE' CAILLE.
NICOLAUS CLEMENT.

Et nos Hilarius *Rouillé du Coudray* Regi à ſanctioribus conſiliis, regius in ſuprema Rationum curia Procurator, qui huic virorum eruditiſſimorum & rerum antiquarum peritiſſimorum conventui interfuimus, & chartam illam inſpeximus & examinavimus, eorum ſententiam ſuffragio noſtro comprobandam duximus; cenſemuſque nullo modo dubitari à quoquam poſſe, quin ea ſit veriſſima, & omni prorſus ſuſpicione carens. In quorum omnium fidem, hic nos manu noſtra propria ſubſcripſimus, & ſigillum noſtrum apponi fecimus. Datum ut ſupra.

ROUILLE' DU COUDRAI.

Et nos Comites, Barones & alii Regis Magnæ Britanniæ ſubditi infraſcripti, præſentes fuimus, dum prædicta charta inſpiceretur & examinaretur à ſupraſcriptis viris eruditiſſimis & rerum antiquarum peritiſſimis; eandemque nos pariter vidimus, & integram reperimus. In quorum fidem has preſentes litteras chirographis noſtris & ſigillis firmavimus. Datum ut ſupra.

MIDDLETON.[a] MILFORD.[b] DUNFERMLING.[c]
DRUMMOND.[d] DUNKELD.[e] W. Mr. KENMOUR.[f]
CH. FLEMING.[g] ALEX. MAITLAND.[k]
CH. KINNAIRD.[i] ALL. MACDONALD.[h]
JAMES MONTGOMERIE.[l] WALTER JNNES.
JO. MENZIES. JAMES MALCOLM. DA. LINDSAY.
J. COCKBURN. CHARLES EDWARDS.
JO. LIVINGSTONE. JAMES MURRAY. N. DEANS.
ROB. ARBUTHNOT.

DIPLOMATARIA.

[a] Camillus *le Tellier de Louvois* Abbas Burgulienſis & Vallis-Lucentis, inſignis Eccleſiæ Remenſis Canonicus, Bibliothecarius Regius.

Euſebius *Renaudot* Hiſtoriographus Regius.

Stephanus *Baluzius* inſignis Eccleſiæ Tutelenſis Canonicus, Juris-canonici Profeſſor Regius, Bibliothecæ Colbertinæ Præfectus.

Honoratus *Caille*, Dominus *du Fourny*, Regi Chriſtianiſſimo à ſanctiorib. conſiliis, & in ſuprema Curia Rationum Auditor.

Nicolaus *Clement* Bibliothecæ Regiæ Cuſtos.

Domnus Johannes *Mabillon* Preſbyter & Monachus Benedictinus Cong. ſancti Mauri.

Domnus Theodericus *Ruinart* Preſbyter & Monachus Benedictinus Cong. ſancti Mauri.

[a] *Carolus de* Middleton *Regi Magnæ Britanniæ à ſanctioribus & ſecretioribus conſiliis in Regnis Scotiæ & Angliæ, &c.* [b] *Joannes* Drummond *Comes de* Milford *Regi Magnæ Britanniæ à ſanctioribus & ſecretioribus conſiliis ordinis Periſcelidis Eques, &c.* [c] *Jacobus* Seatoun *Comes de* Dunfermling *Ordinis ſancti Andreæ Eques, &c.* [d] *Jacobus Comes de* Drummond *filius primogenitus Jacobi Comitis de* Perth *Magni Scotiæ Cancellarii, &c.* [e] *Jacobus* Galloway *Vicecomes de Dunkeld.* [f] Willelmus *Gordon Dominus de* Kenmour *filius primogenitus Vicecomitis de* Kenmour. [g] *Carolus* Flegming *frater Joannis Comitis de* Wigtoune. [h] *Alexander* Maitland *frater Richardi Comitis de* Lauderdale. [i] *Carolus* Kinnaird *frater Baronis de* Kinnaird. [k] *Allanus* Macdonald *princeps Tribus de* Clanranald. [l] *Jacobus de* Montgommerie *Eques-auratus Dominus de* Skelmorlie. *Cæteri nobiles, Milites, & viri eruditi.*

F I N I S.

Errata, ſic corrige.

Pag. 25. *lig.* 5. ſeptimo, *lege* octavo.
Pag. 54. *lig* 13. idque Burgundofarus, *lege* Burgundofaro, vulgo Faro.
Pag. 78. *lig.* 18. hac cedere, *lege* ac cedere.

REGISTRUM

Singulæ litteræ ſingula folia denotant.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R

Sequuntur octo tabulæ æneæ, ſcilicet

S T V X Y Z Aa Bb

Appendix

Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.

Nota quod Charta Plenariæ-ſecuritatis conſtat quatuor formis, quarum prima & quarta, nempe, Y & Bb, *ſolitariæ ſunt: ſecunda & tertia,* Z & Aa, *continuæ & ſimul compaginatæ eſſe debent.*

SUPPLEMENTI
ADDITAMENTUM.

Abſoluta hujus Supplementi editione illuſtriſſimus DD. Franciſcus Blanchinus, Sanctiſſimi D. N. Camerarius honorarius, ex Urbe ad me miſit ſequentem inſcriptionem, in Romano cœmeterio ante quatuor annos repertam, quæ *Urſo & Polemio coſſ.* id eſt anno æræ chriſtianæ CCC XXXVIII. exarata eſt. Hanc Operi jam affecto ſubjicere viſum eſt, haud dubie viris litteratis pergratam futuram, utpote opportunam ad dignoſcendos characteres ſæculi quarti, tum majores ſeu unciales, tum minutiores, de quibus actum eſt in libri I. de re Diplomatica cap. XI. Majorum quidem characterum forma non ita rara eſt, in vetuſtis ſaltem inſcriptionibus: at minutiorum rarior, qualis eſt ea, quæ libris ſancti Hilarii de Trinitate in codice veterrimo eccleſiæ Vaticanæ appoſita eſt *anno quarto-decimo Tranſamundi regis*, à nobis expreſſa in tabella VI. libri V de re Diplomatica: qualis etiam ſubinde occurrit in chronicis notis quorumdam conciliorum & nonnullarum decretalium in vetuſtiſſima collectione bibliothecæ noſtræ Germanenſis: in qua minores illi characteres ejuſdem formæ ſunt atque in Ravennenſibus inſtrumentis, in charta ſcilicet Plenariæ-ſecuritatis, & Vindobonenſi, quarum alteram in hoc Supplemento, alteram in fine libri V. de re Diplomatica exhibuimus. Hanc inſcriptionem in ſua forma repræſentamus ad obſervandam majorum & minorum characterum proportionem. Utrorumque characterum hæc ſententia eſt:

ANIME INNOCENTI

GAUDENTIAE

QUE VIXIT AN. V. M. VII. D. XXI. IN PACE.


Mercurius pater filiae ᗡ VI. *id. Novembris, Urſo & Polemio coſſ.*

ubi vides litteram *D.* inverſam, id eſt *depoſitæ.* quales litteræ inverſæ nonnumquam in Romanis inſcriptionibus occurrunt, ut apud eruditiſſimum Fabrettum[a] Inſcript. cap. VIII.

a *Fabrett.* p. 566.

Hujus loci occaſione viſum eſt quoddam operæ pretium huc afferre antiquam veterum Gallorum noſtrorum inſcriptionem, Auguſtoriti-Pictonum nuperrime effoſſam, & cathedralis eccleſiæ interiori muro nunc inſertam, in qua multæ ejuſmodi inverſæ litteræ inſculptæ ſunt. Hæc inſcriptio facta eſt in honorem cujuſdam prænobilis heroinæ Gallæ, ſcilicet Cluarenillæ, Cluareni conſulis filiæ, quæ ſive ob eruditionem, ſive ob præclarum aliquod facinus, ſtatuam & monimentum publicum promeruit. Hanc inſcriptionem præcedenti ſuperaddendam exiſtimavi ad renovandam iſtius heroinæ memoriam, excitandamque ſagacitatem litteratorum, maxime clariſſimorum Regiæ inſcriptionum & numiſmatum Academiæ Sociorum, qui forte celeberrimæ quondam feminæ obliteratam memoriam ab interitu revocabunt. Saltem hoc pignus erit meæ in illuſtriſſimos & clariſſimos Socios obſervantiæ, quorum academicis exercitationibus, honorifico quidem, ſed gratuito omnino favore intereſſe mihi datum eſt.

His duabus inſcriptionibus ſubjeci quatuor ſpecimina totidem veterum inſtrumentorum, ex archivo ſacri monaſterii Caſinenſis ad me tranſmiſſa, à religioſiſſimo viro Domno Eraſmo à Caïeta, ejuſdem loci Priore & Archiviſta, qui propenſo animo ſtudiis noſtris favere non ceſſat. Unum eſt Grimoaldi Beneventani ducis, cui Carolus Magnus provinciam illam regendam conceſſit poſt mortem Arichiſi ejus patris, quæ


ANIMEINNOCEN
TIGAVDENTIAEQVEVI
XIT AN · VM · VIIDXXI IN PACE
CLVARENILLAE·CLVARENI·COS·FILAE
CIVITAS PICTONVM·FVNVS·LOCVM·STATVAM·
MONVMENT·PVBLIC·M CENSOR·PAVLVS·LEG·AVG PR PR PRO
VINC AQVITAN·COS·DESIG·MARITVS HONORE

[illegible]

Guaimarii principis.

[illegible]
in nomine Domini Dei Salvatoris nostri Iesu Christi Die vi-cesi-ma quinta mense octubri

[illegible]
Indictione octaba Amalfi Nos Guaimarius domini gratia Princeps Salernitane

[illegible]
Civitatis et Capue seu Amalfi atque Surrenti A presenti namque die



Urbani II. papæ.

VRBANUS EPS SERVUS SERVOR DI REVERENTISSIMO ET KARISSIMO ....

[illegible]

[illegible] BENEDICTO [illegible] ......

Richardi principis Capuani.

Ego secundus Richardus capuanorum di gratia princeps. pariter & Iurdanus ... domini Desiderii abbatis casinensis monasterii. quod ab hac hora et deinceps in filio eius ... [illegible]

[illegible]

anno DCC LXXXVIII. accidit, ut in Annalibus Eginhardi, aliiſque legitur. Et tamen hoc diploma datum eſt ejuſdem Grimoaldi *quinto anno, menſe Auguſto, tertia indictione*, quæ anno DCC XCV. reſpondet: forte quod Grimoaldus non ſtatim à morte patris ducatum obtinuerit. Hoc diplomate confirmantur omnes poſſeſſiones parthenonis B. Mariæ de Cingla, cui tunc Anſilenda abbatiſſa præerat.

Secundum ſpecimen eſt diplomatis Guaimarii ſeu Waimarii principis Salernitani, Richerio Caſinenſi abbati indulti de Amalfitana S. Nicolai eccleſia, *viceſimo-ſecundo principatus Salerni* ejuſdem Guaimarii, *& ſecundo anno principatus ejus Capuæ, & primo anno ducatus illius Amalfi atque Surrenti, menſe Octobri, octava indictione, quæ anno* MXL. *convenit.* His Guaimarii litteris ſubſcribit inter primos Leo Amalfitanus Archiepiſcopus, qui proindè ad illum annum pervenit contra Ughellum[a], qui decennio ejus obitum antevertit; iiſdemque litteris affixum eſt ſigillum cereum, exhibens in averſa parte contraſigillum, quod rarum eſt in ſigillis affixis, quale aliud ejuſdem Guaimarii ſigillum vidimus in archivo Cavenſi, ut in ſuperiori capite XI. num. V. dictum eſt.

Tertium ſpecimen eſt bullæ Urbani II. cui ſubjicitur breve ſpecimen Richardi ſecundi principis Capuani. Ceterum varia hæc ſpecimina protuli ad exhibendas varias pro variis temporibus formas ſcripturæ Langobardicæ, cujus nonnulla ſpecimina jam in lib. V. de re Diplomatica protulimus. Ad Urbani bullam quod attinet, obſervandum eſt, ſcripturam illam Langobardicam non ſemper in ejus diplomatibus obſervari, ſed aliquando Romanam. Quod etiam de aliorum pontificum litteris dicendum.

[a] *Ital. ſac. to. 7. p. 251.*

00066776

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019